

PRÆFATIONES,
TRACTATUS,
DIATRIBÆ ET EXEGESES
PRÆLIMINARES,

Atque nonnulla venerandæ Antiquitatis
tum ſacræ, cum profanæ

MONUMENTA
A JOANNE BOLLANDO

*Cæteriſque Societatis Jeſu Hagiologis Antuerpienſibus,
elucubratis in Acta Sanctorum voluminibus
præfixa, nunc primum conjunctim edita,
& in tres tomos diſtributa.*

TOMUS SECUNDUS.





ANTUERPIÆ Anno MDCCXLIX.
Apud MICHAELEM KNOBBARUM ſub ſigno S. Petri.

Proſtant VENETIIS
Apud { SEBASTIANUM COLETI
ET JO: BAPTISTAM ALBRIZZI HIERON. FIL.

CONSPECTUS
HUJUS SECUNDI VOLUMINIS.

I.

Basili-

RE-

I I.

Nicolai Rayæi Tractatus præliminaris de Acoluthia Officii Canonici pro ecclesiis Orientalibus Græcorum, in solenni Commemoratione trium Doctorum, Basilii, Nazianzeni, & Chrysostomi 541

CONA-

A D

CONATUS CHRONICO-HISTORICUS

DANIELIS PAPEBROCHII

Ad Univerſam ſeriem Romanorum Pontificum, cum prævio ad eumdem Apparatu.

PRÆFATIO.

De hujus tractationis occaſione ac ſcopo, ſervanda Baronio reverentia, & quorumdam jurgiis ſilentio prætereundis.

B

Ex fundamentis in Diatriba Henſcheniana poſitis,



Um ſub annum ſeculi 17. currentis ſeptuageſimum tertium, Præliminarem ſuam ante Acta Sanctorum menſis Aprilis Diatribam ad veteres Pontificum Romanorum Catalogos, recognoſcendam præloque aptandam, mihi traderet piæ mem. Magiſter meus R. P. Godefridus Henſchenius: *Accipe, inquiebat, Teſtamentum hoc meum, quod tibi tuiſque poſt me adjutoribus facultatem præbeat de Romanis Pontificibus, iis qui ante ſextum ſeculum vixere, certius expeditiuſque ſtatuendi, quo quiſque tempore ſedere cœperit deſieritque, ſubſidio antiquiorum Catalogorum, quos paucis viſos, nemini vero digne æſtimatos, hac mea, extrema fortaſſis, opera tibi trado illuſtratos. Accepi ego, a tanta tamque diuturna in ſacra hiſtoria experientia viro commendatum mnemoſynon, velut talentum, non datum, ſed creditum, & fidei meæ commiſſum. Oculo autem in id ſemper fui exinde intentus, ut ejus uſum mihi aliiſque expeditiorem redderem; utque ea, quæ ille indefinita reliquerat plurima, determinarem accuratius, ex veroſimiliori ſingulorum Epocha ducendo etiam menſium ac dierum numerum, & quis cuique Natalis ſeu* C *primus in Cathedra, quis Funebris extremuſque dies fuerit.*

2 *Rebar equidem, ſemel per illum poſito tam bono Pontificiæ Chronologiæ fundamento, poſſe & antiquas ejus ruinas moliminc non magno reparari, & ipſas coagmentari cum ſuccedentium ſeculorum ſerie, quam in Annalibus Baronianis ſtare ſatis ſolidam, neque nova curæ egere exiſtimabam. Sed utrobique præconceptam opinionem falſam me tunc primum cognovi, cum aliquo uſque progreſſus in opere, coactum me vidi revolvi ad caput, viamque relegere, plus una vice; propter nova quæ interdum ſe offerebant rerum temporumque criteria, neque Henſchenio neque alii priorum animadverſa. Quæ dum exploro, & crebra ad opus applicatione fidelia eſſe cognoſco, oportuit refingere identidem quidquid abſque iis, velut abſque amuſſi antea conſtruxeram. Res enim Chronologicæ ſic ſeſe ſe habent, ſicut catenæ; quarum ſi annulum unum moveris, proximos etiam & quandoque omnes commoveri neceſſe eſt; ac ſæpe, propter unum alterumve diem, deficientem abundantemve, longam priorum ſequentiumque ſeriem revocari ad examen. Ad ulteriora deinde progrediens ſecula, ubi prona mihi promittebam omnia, propter eruditiſſimi Annalium eccleſiaſticorum Conditoris prægreſſam diligentiam; deprehendi majoris momenti rebus*

orſus deduceret perfectam Pontificatuum chronographiam,

negotium operoſius difficilius reperi,

hiſtoriiſque ita fore impenſam ab eo operam totam, ut, quamvis iſtic etiam multa optime ſolideque conſtituta haberentur ad Chronologiam pertinentia, ſicubi tamen illius ordinandæ inſtrumenta idonea deficiebant, ea haud admodum ſolicite perquiſiverit Auctor; de ingreſſu exituque plurimorum contentus ſimpliciter retuliſſe, quæ vel apud libri Pontificalis ſcriptorem (Damaſum multi errando crediderunt) vel apud Anaſtaſium Bibliothecarium reperiebat; ſecurus, quam ea commode hærerent inter ſe, vel potius deſperans reperire viam, eorum agnitos errores corrigendi, vel ad concordiam revocandi diſſona nimiam teſtimonia.

E

quodque nequiret recte peragi.

3 *Hic vero, quod ex Diatriba Henſcheniana noſſe jam cœperam, certius quotidie clariuſque agnovi, fieri ſcilicet nequaquam poſſe, ut hanc hiſtoriæ Eccleſiaſticæ partem pertractaret aliquis, quin ubique fere ſubduceret calculos a Baronianis diverſos; quod ingentia Scriptoris plane eximii merita nota habentibus ut tolerabile videretur, verebar equidem. Memineram etenim Joannis noſtri Deckerii Velificationem ſeu Theoremata, de anno ortus ac mortis Domini, Græcis edita anno 1605. uſque adeo diſpliciuiſſe noſtræ tunc Societatis Generali Præpoſito R. P. Claudio Aquavivæ, quod de illis longe aliter quam Baronius ſtatuerent, ut nec ipſe, nec qui ſucceſſit ei Mutius Vitelleſcus paſſi ſint unquam in lucem venire tres eruditiſſimos ejuſdem Auctoris de eodem argumento Tomos Theologicarum mixtim & Chronologicarum Diſſertationum, in Chriſti Theanthropi Natalem, ſeu de primario ac palmari divinæ ac humanæ Chronographiæ vincula, iidemque etiam hodie apud nos deliteſcunt. Quamvis autem multis poſt annis Dionyſius Petavius in Gallia, in Belgio Jacobus Tirinus & Ægidius Bucherius, ex diſciplina Deckerii fuerint permiſſi ſuis quique in operibus Chronologiam Evangelicam ordinare; factum id eſt, cum jam inter Eruditos ſatis ubique conveniret de inſufficientia Baronianæ ſententiæ. Non idem adhuc evenerat ſucceſſioni Pontificiæ ab eo traditæ, & doctiſſimi illi quos dixi viri vix auſi fuerant eam delibare. Quæ autem conatui meo viam ſtraviſſe videbatur Diatriba Henſcheniana, cum ultra medietatem ſexti ſeculi ſe non extenderet, ac nudum fere Catalogorum veterum conſpectum præberet; utcumque cum plauſu excepta etiam Romæ fuerit, non tamen ſecurum me reddere poterat, æque feliciter id mihi ceſſurum, per omnes pariter duodecim ſcriptoris Illuſtriſſimi Tomos circulaturo ſententiam. Hærebam ergo animi anxius, nec ſatis poteram apud me ipſum conſtituere, expediretne vel cœpta proſequi, vel producta ad finem in lucem emittere; donec* R. P. Petrus

F

niſi plene recedendo a Baronio.

Hoc autem facere formidans,

metum exemit P. Poſſinus.

A Possinus, *Societatis nostræ post Orlandinum atque Sacchinum Historiographus, vir ab omnigena eruditione Romanæ Urbi toti notissimus, cognita solicitudine istac mea, & exploratis doctorum virorum sententiis, metum per epistolas non unas excussit, commemorans quid cum præcipuæ doctrinæ hominibus hac super re tractasset: quarum epistolarum unam alteramve specimen hic quæso ut liceat exhibere.*

4 *Rusticabatur ille Tusculi per autumnum anni* 1678. *cum mens forte acciperet excusatorias, quo minus fidenter id agerem, quod posse videbatur; quando eodem appulit porioris, aeris captandi causa,* Illustriss. Michael Angelus Riccius, *tum quidem Consultor Congregationum S. Officii, Rituum, & Indicis, Secretariusque Congregationis de Indulgentiis, atque Pontifici æstimatus imprimis, nuper vero ab Innocentio Papa XI. sacro Cardinalium adscriptus Collegio, sed eo in gradu, quem invitissimus susceperat, non diu superstes. Hunc conveniens Possinus, cum meo nomine ageret gratias, pro variis monumentis ad Acta Sanctorum instruenda ultro communicatis; & is quædam alia reperisse diceret, ipsi tradenda cum simul Romam rediviss-*

ex sententia Card. Riccii, affirmans,

B *sent;* Inde prono cursu ad opus (ut crebro solebat) commendandum progressus, cum multa per honorifica congereret; Ecquid, *inquit Possinus*, etiam probas, quod Patres, dum Vitas Sanctorum illustrant, plerumque proferunt aliqua historiæ emendandæ necommodata? Ut de ceteris taceam, circa obitus ingressusque Pontificum multa illi annotant, haud parum ab hactenus creditis diversa, qualium specimen jam videris in quadam ad Aprilem Præfatione: habereque ipsos audio longe plura ejus generis, adeoque posse conficere integrum ad hunc diem Pontificum Catalogum, cum veris & bene probatis decessionis successionisque cujusque eorum Epochis; sed retardari a tali opere vulgando, metu ne quosdam offendat crebrior a Baronii sententia discessio. Ille vero ad ea: Arqui vana quidem, meo judicio, & nihil nisi panica formido talis est. Satis illi sæpe testati sunt, quanti Baronium faciant; nec justa unquam ulli oborietur suspicio, invidere ipsos illius gloriæ: quin & proferre quæ ipsum fugerint, imitari potius sit diligentiam illius & votis adsecundare, quam ulla ex parte debitæ ipsi a cunctis reverentiæ deesse. Audeant igitur, me quidem auctore, & quidquid collectum habent ejusmodi argumenti quamprimum in lucem publicam effundant; magnam inituri ab Eruditis gratiam, sine admixtione ullius a quamlibet piis invidiæ.

id omnes Romæ Eruditos optare

& salvo Baronii honore fatentium.

5 *His aliisque ex tali tantoque viro auditis Antverpiamque perscriptis, in Urbem Possinus rediit; ubi mox eum convenit* D. Joannes Lucius, *editis de Regno Dalmatiæ atque Croatiæ libris aliisque eo spectantibus monumentis celebris, vita jam functus etiam ipse. Qui*

Idem urgente D. Jo. Lucio,

C *cum causa consulendi Henschenium de sua quadam conjectura scriptum aliquod obtulisset, quod nobis destinaretur;* Venerandus ille Senex, *inquit idem Possinus*, & assidua cum Eruditis Urbis conversatione sensus publici apprime conscius, extremo mecum sermone tam ardenter incubuit, ut quæ nova lumina circa obitus successionesque Pontificum Romanorum e monumentis non antea visis hausistis, quamprimum ederetis; ut sibi videri diceret, ad id vos officio quodam & conscientiæ obligatione cogi. Cumque metum qui vos moraretur exponerem, dejerabat terrorem esse panicum, modo id fiat cum congrua significatione venerationis erga Baronii memoriam. *Respondi ego; Ista amanter prudenterque suggesta, optimo seni nostro Henschenio eatenus dumtaxat probari posse, quatenus properanti ad prælum Majo mora nulla injiceretur. Quod ipsum in occasionem eadem rursus suadendi trahens jam sæpe dictus Possinus, penultima Decembris cœpit amica curiositate interrogare, ecquid splendidi plausibilisque argumenti Præfationum loco, paratum haberemus in Tomos Maii singulos, ut factum in Martio atque Aprili; & digitum in id quod cupiebat intendens,* Video, *inquit*, in limine Aprilis vestri marmor idoneum sistendæ magnifice Portæ speciosæ Majo vestro. Extat ibi delibatio chronologiæ Romanorum Pontificum, e monumentis serius repertis emendatæ: delibatio, inquam, & specimen quasi merum. Nam præcipua scribentis opera consumitur tribus Exercitationibus, pereruditis quidem, sed parum admodum ad veram seriem successionesque Pontificum facientibus, utcumlibet tandem in partem definiantur spinosæ istæ & horribilibus obseptæ difficultatibus quæstiones, de anno nascentis ac morientis Christi. At Pontificum vel ineuntium vel desinentium veræ Epochæ, certioribus & nondum visis atque indubitabilia monumenta testimoniis aut indiciis defixæ, res essent quam Summates (qui fere primas solum paginas nuncupatorum sibi voluminum legere solent, intima ne cognoscant curis negotiisque prohibiti) in Prolegomenis perlibenter decurrerent, quam Eruditi cupide scrutarentur, quam omnes avido spectarent. Ergo quod potestis, ne gravemini promere, integram plenamque illustrationem historiæ Pontificiæ, a mendis quibus scatet innumeris repurgatam.

D

& aptissime fieri ante Majum posse.

E

6 At enim periculum est, ne, Romæ præsertim, multos offendat crebra, nec evitabilis hoc agentibus, discessio a sententia Baronii. Cur hoc metuatur, si nec in re nec in hominum opinione talis formidinis umbra ulla residet? Quis non videt nullam esse culpam Eminentissimi Historiæ ecclesiasticæ Patris, non vidisse, quæ nondum extabant dum ipse viveret, monumenta? Quod sensum spectat Romæ degentium, scripsi alias quid Illustriss. Michael Angelus Riccius, quid D. Joannes Lucius mihi de hoc dixerint, non ex sua ipsorum solum, sed & omnium qui hic degunt Eruditorum, quibus sunt familiarissimi, sententia. Patrum Oratorii Romani, inter quos vixit scripsitque Baronius, non alia, pro ipsorum sapientia & æquitate dispositio mentis. Id heri mihi diserte confirmavit R. P. Leander Colloredus, cui novissime Congregatio sua partes imposuit provehendæ ulterius continuationis Baronianæ, post Odoricum & Mansigitur. Equidem arbitror adeo non ista re maculandam Baronii memoriam, ut potius expetendum ejus causa volentibus sit, si quid ei defuerit postea repertum, non ab hæreticis vel aliter infensis insultabunde ostentari (quod, si a vobis omittatur, fiet) sed a benevolis & impense faventibus, cum ejus defensione ac laudum prædicatione, produci.

citra ullius offensæ periculum,

atq; faventibus Oratorii Rom. Patribus.

7 *Ita tunc quidem instabat* Possinus; *sed* Henschenius, *jam fere octogenarius, cum intelligeret eorum quæ postulabantur nihil ita paratum haberi a me, ut cœptis perficiendis limandisque quantum necesse erat non requireretur adhuc multum temporis studiique; adeo non assensit suadenti, ut nec ad aures quidem ulterius admittere vellet sermonem de re, qua supra vires gravandum me credebat, si curandæ impressioni tam vel maxime ferventi intentus, & simul supplendis illustrandisque trium ultimorum tomorum Actis occupatus, eo insuper onere gravarer, cui ipse per ætatem jam parum admodum posset succurrere; quodque ut bene sustineretur, requirere judicabat hominem totum, & quidem non unum. Cum autem non desperaret fieri posse, ut ante obitum suum videret totos seu Maii tomos absolutos a prælo, si modo unum id ego curarem; omnino mandavit deponerem e manibus Tractatum istum, commodius mensi Junio reservandum, ante cujus tres Tomos (nec enim plures futuros apparebat, licet ad sex excreverat Majus) dividi ille perquam apte posset, & solus eorundem Propylæa constituere.*

F

Morante Henschenio qui ad futurum differri volebat.

8 In

A 8 *Interim amicis, præsertim Parisinis suadentibus, emissa in lucem est Maii pars prima, sane perquam feliciter. Vix enim effluxerat mensis unus ab editione, accelerata satis meis ac typographi nisibus, (etiam cum exclusione diei 17 qui ad quinque priores dies additus tertium Tomum facturus erat parem secundo ac primo) cum hominem, alias adhuc vegetum ineunte autumno anni 1680. paralysis corripuit prostravitque, & simul aperuit quam utile fuerit dimidii Maii emittendi consilium. Factum porro eadem ex causa est, ut nec illis quibus supervixit undecim mensibus, nec etiam altero dimidio anno deduci commode ad prælum potuerit pars secunda Maii, cui restabant etiamnum perficienda prolixiora pleraque, ex Græcis & aliis linguis non Latinis, Acta. Ut autem iisdem absolutis mature resumeretur impressio, videbatur omnino non posse absolvi per æstatem anni 83. sicut fuerat cogitatum; adeo multa nec opinata Typographo supervenerunt impedimenta, quæ eum coegerunt properare lentius. Licuit per hos quasi inducias cogitare de audiendis iterum eorum precibus, qui Pontificiam Chronologiam postulabant quantocius, uti fecisse se profitetur Eruditissimus Pater Antonius Pagi, Ordinis Minorum Conventualium in Provincia*

& parte 2. Maii lentius prodeunte.

durum est tempus absolvendo operi,

B *antehac Provincialis, in Prolegom num. 2. ante Dissertationem suam Hypaticam, quam hisce jam prælo paratis accepi, anno 1682. Lugduni editam. Ergo denuo eam in manus sumpsi; ac propter oblata noviter, ut dixi, criteria quædam, totum a capite redorsus negatium, ad hanc quam vides molem opus adduxi, per limina posteriorum trium Tomorum Maii dividendum, nisi hoc etiam amici dissuasissent, & simul unum legere ante unum eorum maluissent. Hoc ergo consilio cæpta impressio fuit: sed ea non multum promota erat, cum apparuit necessitas dividendi alteram partem Maii in tomos quatuor, simulque constitit, Conatum istum grandiorem futurum, quam ut in unius tomi limine totus stare posset; rediitque de eo partiendo consilium, non tam commodum, quam necessarium, si cum ipsis actis compingi res tota deceret, quemadmodum eatenus cogitatum fuerat. Divisim itaque impresso fuit gemina par operis, eodem quo Acta imprimebantur tempore: utrisque autem jam lucem spectantibus, aliæ aliæque se ingesserant rationes, quæ suaserunt, ex duabus minus commode distractis partibus, & nonnullis Prolegomenis quæ addi possent, atque a seorsim empturis exigenda videbantur, titulum* Apparatus prævii *laturis, unum singu-*

Atq; etiam in volumen singulare extendendo.

C *lare volumen conficere; quod Actis Sanctorum additum, haberet titulum* Propylæi Majalis; *seorsim vero sumptum, appellaretur, id quod proprie erat,* Conatus Chronico-historicus ad Catalogum Romanorum Pontificum, *sive,* Chronologia Pontificia. *Primam autem hujus lucubrationis occasionem nosse qui volet, legat dicenda ad Commentarium de* LXXIX. *Pontifice* Adeodato; *illa enim hujus loci non est.*

9 *Ceterum libens fateor, quod illud ne nunc quidem commissurus luci fuerim, si non* P. Franciscus Baertius, *a morte P. Henschenii adjunctus mihi Socius, dum Conradum Janningum, P. Danieli Cardono suffectum ad tempus, Romæ desinent Theologica studia, suscepisset in se omnes & singulos annorum, dierum, ac mensium numeros, litterarum item Dominicalium, ac Paschalium circulorum characteres, identidem recurrentes, revocare ad scrutinium diligens & accuratum; sine quo sperare humanitus non poteram, quod aberrans calamus aut memoria fallens non subinde peccaret aliquid, etiam iis in locis ubi alienos errores niter corrigere. Quantumcumq; enim a se gratiam sperare me jubebant homines cordati & eruditi; videbam tamen, nihilo minus quam accidisse sibi testatur Baronius in Appendice ad Tomum X. etiam mihi paratos esse non solum* monitores (*quos* tamquam insignes benefactores *colendos mihi censeo; sed etiam alios,* qui (*ut ait ille*)

edendoq; in lucem,

Licet prævideatur parati obtrectatio,

seipsos adversariorum loco constituunt, dum nostra D
infenso animo carpunt, &c. *Nam quomodo meo alicui errori parcerent, qui etiam menda manifeste typographica (sine quibus liber nullus editur, quantamcumque vigilantiam correctioni impendas) tamquam malæ sanæ mentis argumenta exagitant? En tibi unum alterumve exemplum intemperantis istius dicacitatis.*

10 *In Appendice ad primum Tomum Maii reperitur annus 1554. male compositus cum rebus gestis circa Assedanum in Lusitania conventum, a Canonicis Regularibus ad Prædicatores translatum, Commendam locitenente D. Emanuele de Sousa, regnum administrante D. Catharina pro nepote Sebastiano, Provincialatum vero suorum gerente Vener. P. Ludovico Granatensi. Singula nomina lectorem, in historia seculi superioris non omnino rudem, monere poterant, in anni numero sphalma esse typographicum, atque pro C substituendum D: fuit tamen cui cavillari luberet, & velut cum somniante agere, ac quærere,* quomodo filius fuerit ante patrem, & ordo Dominicanus ante S. Dominicum. *S. Prochori, unius ex 70. Discipulis Christi,* cultus apud Coptos, *notatus in margine fuerat ad eam Appendiculam, quæ de ipso est Tomo 1. Aprilis pag. 910. Contigit ut post ultimam a me factam ejusdem folii recognitionem, jubente Henschenio ponerentur ad Appendiculam præcedentem lineæ paucæ, quarum causa ut sequentia*

omnem corpendi ansam captantium.

E *omnia loco mota non abs re sunt, sic etiam moveri eodem debebat, quæ textui respondebat marginalis synopsis: mota autem per socordiam typothetæ non est: & sic verba illa,* Cultus apud Coptos, *spectantia ad S. Prochorum, inveniuntur nunc apposita loco quicum nullam habent connexionem. Hoc primo intuitu notare quivis non cæcus poterat, & tantillum dimittens oculos videre paulo inferius locum quo ista spectabant. Sed oculos passio nulla habet. Unus quidam eorum quos dixi, satis & abunde habere se credidit, quo augeret* Elenchum errorum & falsitatum Papebrochii (*mirare religiosi scriptoris modestiam*) *& quoniam volebat dictum interpretari ad suæ contumeliam cujusdam Sancti, tota quidem pagina illa nusquam, sed tamen in præcedente nominati,* An non scomma? *inquit,* An idoli loco habet? Infamia Copti colebant idola, canum, felium &c. an hoc vult? *Sic autem temere jactum semel convitium, mox in aliorum nihilo moderatiorum libellos transiit paginasque implevit. Quid igitur, si S.* Petrum cultum *habere* apud Romanos *dicam,* scomma *id fuerit, quia nempe* Romani, *adhuc gentiles,* infamia

quia etiam talis non nihil profuit.

F *Bacchi ac Veneris* idola colebant? *Commiserationem ista, non iracundiam homini sensato moveant; sequamur nos prælaudati Baronii citato supra loco consilium prudens;* convertamus in nostrum lucrum aliena dispendia, & si quid vane objectum, confutemus; si quid ostendatur erratum, corrigamus; si quid obscurum, elucidemus; insuper & si quid addendum devenerit in manus, pariter adjiciamus.

11 *Fiet hoc a nobis (nisi alius magis proprius locus citius aliquid retractandum suadeat) in copioso totius semestris primi Supplemento, quod post Junium absolutum paramus. Interim revertor ad Baronium, & quod ante Tomum 1. Martii in Vita Bollandi num. 41. scripsi, hic iterum dico:* Fidenter sæpe, sed semper reverenter, a sententia magni illius Auctoris recedimus, idque absque ulla ipsius nota vel injuria factum accipi volumus. Fatemur enim fieri posse, ut magni alicujus gigantis humeris insidens quantumvis pumilus, prospiciat longius aliquanto, & quæ ipsum lateat intueatur: idque nunc etiam fieri facilius, propter tot antiquorum monumentorum millia, partim a nobis recens inventa collectaque, partim ab aliis in lucem eruta, postquam Baronius desiit Ecclesiasticam historiam per Annales digerere; quæ ille si videre potuisset, rectius utique certiusque judicasset. Etenim sæpissime

Igitur cum dissentiendum a Baronio reverentia.

A accidit, ut in historia aliqua seu quæstione facti occurrant nodi quidam diu inexplicabiles, qui eruderato aliquo veteri testimonio facillime postea resolvantur. Quod cum Catholici ac Religiosi scriptores verecunde faciunt, ipsis quoque quos sic refutant honor suus manet, & heterodoxis occasio tollitur seipsos tumide extollendi, velut super alienorum errorum a se factas ruinas, si quod Chronologicum σφάλμα deprehenderent. *Sic ego ante annum 1665. sic iterum hodie intelligi volo nomen* Baronii *usurpare, velut viri omni encomio majoris, nec unquam sine honoris præfatione nominandi, nisi id affectationis superstitiosæ plusculum haberet, necessitatis vero nihil, præmonito semel (ut hic fecimus) Lectore; per quem deinceps nobis liceat simpliciter in decursu appellare* Baronium, *sic ut nominasse laudasse sit, etiam istic ubi corrigitur; cogitando semper quod, ut ait ipse,* Nihil cum oritur statim perfectum est, neque in longa ac perdifficili via illæso semper pede conceditur incedere. *Nusquam autem ei usuvenit offendere sæpius, quam in Pontificum succes-*B*sionibus ordinandis.*

tandem perficere vi 11 *Annos ille quidem minime paucos, totumque primi sui Tomi laborem, statuendis Christianæ Chronologiæ principiis impenderat, & omnes difficultates perrupisse credebat, initium vulgaris Æræ trahendo ad duos retro Consulatus, præterquam catenus factum erat; at eo successu, cui Chronologi Eruditiores omnes postea indoluerunt, nemine qui sequendum id sibi putaret invento, omnibus autem ad annos vel duplo plures prævertendam æram communem censentibus, vel omnino nullos adscriscendos: quin etiam ipsemet, ubi ad Imperium Probi Sixtique Pontificatum pervenit, ne continuo pergeret a sensu communi dissidere, utrumque contrahere plus æquo coactus, nec obscure professus est, cuicumque alteri chronotaxi haud difficulter se subscripturum, salvis quas ponebat, quasque Hensthenius postea* ob ipso fere desperatam *servavit, conditionibus. Tum vero tamquam irrito conatu fatigatus, languidius cœpit Pontificiæ successionis funem contexere, ut supra dixi. Postquam autem etiam Anastasius Bibliothecarius, quo præcipue nixus fuerat, ipsum destituit, ante finem seculi noni subsistens; magnas ubique tenebras reperit, quarum discutere tentavit alias, alias nec tentavit quidem; optavit tamen consurgere aliquem qui omnes dissiparet. Id præstitisse* C *me non ausim præsumere, quin potius aliis superesse adhuc reor multam materiam gloriosi non minus quam fructuosi laboris: ideoque huic tractatui, pro titulo* Chronographiæ Pontificiæ, *qui primus se offerebat quæren-* libenter cessurus certiora docturo. *ti, nomen feci* Conatus Chronico-historici. *In hoc si scopum non attigero, alterque feliciori id faciens successu, meos, si quos invenerit, errores corrigat; adeo non feram id ægre, ut cum animi gratulatione sincera cessurus ei palmam sim; eademque promptitudine illi assurrecturus, qua eruditissimi Patris Joannis (a) Mabillonii de re Diplomatica opus excepi, & postquam legeram approbavi, licet in non paucis contrarium eis, quæ in argumento catenus intacto, optima quidem voluntate, sed impari ad rem tantam instrumentis necessariis copia, obiter delibavi, occasione Trevirensis cujusdam figmenti. Quamvis enim istud satis eversum sit lucubratiuncula prædicta, assentiente ipsomet Mabillonio ad lucem tamen dignioris istius justique operis illa sic mihi ipsi viluit, ut in ea nihil fere amplius inveniam quod placeat, quam quod ex dubiis istic a me fortuita motis tam insignis Commentarius nasci potuerit, ab eo qui rem ex professo pertractavit. Equidem sic existimo, neminem turpiter vinci, ubi gloriosum fuit certare; si tamen certasse dici possim cum alio, quam cum ipsius argumenti obscuritate originaliumque diplomatum defectu; nemine tum adhuc invento qui speraret invenire aliquam methodum posse, ad veri falsique discrimen faciendum inter diplomata vetera, etsi constaret multa esse inter ea sublestæ fidei, saltem quoad historiam, pro qua sola satagebam. Libenter interim restituo San-Dionysiano archivio, quam læsisse inconsultius videor, reverentiam, sub ea quam Mabillonius offert cautela ut quædam istic inveniri non negentur,* vel omnino falsa, vel interpolata, vel dubia, tum primæ tum secundæ stirpis; *quia,* bonus ac simplex erat Dubletus, qui quodlibet incidit in manus, sine dolo malo in publicos oculos producit.

13 *Nunc Regulas, quibus Conatum istum meum constringendum putavi, ne per incertum vagaretur, paucis accipe. Primum cum Hensthenio statui, certiores nullas esse temporum notas ac minus facile a librariis vitiabiles, quam quæ per Consules Romanos definiuntur, quales pro primis tribus seculis suggerit apud eumdem antiquior Catalogus, usque ad* Liberium *Papam deductus.* Traduntur quædam regula circa diem mortis a sepultura distinguendum, *Statui deinde dies illos, quos cujusque Pontificis Sepulturæ adscribit posterior seculi 6. Catalogus ac deinde* E *Anastasius Bibliothecarius, non esse dies Obitus, imo nec Sepulturæ uno alterove post obitum die factæ, nisi pro tredecim primis; in ceteris vero ante* Silvestrum *aut etiam aliquamdiu post, esse dies Elevati solemnius corporis in aliqua Romanarum cryptarum; in reliquis vero Translationis, a Basilica Lateranensi ad Vaticanam, sæpe diu post Obitum successorisque Electionem & Ordinationem celebratæ: quamvis tales dies, quibus feriati erant Diptycho Vaticano adscripti illi, nulla habita ratione diei vere obitualis, assumpserint postea Martyrologi medii ævi, cum singulos adscripsere Sanctorum Fastis.* diem Ordinationis in Dominica faciendam, *Interim veram diem Mortis, pro antiquioribus quidem existimavi certius peti non posse quam ex vetustissimo Martyrologio, quod S. Hieronymi esse credimus, aut saltem ejus ætate collectum; pro ceteris vero, industria historica alia studiose observamus, prout in decursu apparebit. Porro a die Mortis sic definito, per assignata cuique annorum, mensium ac dierum spatia, nisus ad initia Pontificatuum singulorum pertingere, in magna sæpe numerorum discrepantia pro codicum Mss. varietate, eos numeros aliis prætuli, per quos retrogradiens perveniebam ad Dominicam diem, qua fuerit Pontificalis Ordinatio, coram collecta quanta potuit fidelium plebe, ipsis* F *etiam in persecutionibus, celebrata. Persuasus enim eram, talis diei ad istum actum observantiam ab Apostolica traditione fluxisse; & in ista persuasione confirmabar Symmachi Urbis Præfecti testimonio, de electo Pontifice Bonifacio scribentis, quod eo in Patriarchium Lateranense inducto,* expectatus fuit dies consuetus quo posset ordinari. *Ordinatus namque fuit ipso quo Symmachus scribebat die 4.* Kal. Januarii *seu 29. Decembris anno 418. & hic dies tunc Dominicus erat. Vidi deinde Constantinum Pseudo-papam, per vim intrusum in Patriarchium, ipsa qua Paulus Papa ejus nominis primus objerat Dominica, factumque Clericum, feria autem sequenti Subdiaconum atque Diaconum, non ausum tamen Ordinationi Episcopali suscipiendæ ingerere sese, nisi in Dominica proxima: & alia similia loca plura in Anastasio subinde notavi, cui succedens in vitis Pontificum scribendis Guilielmus, Bibliothecarius etiam ipse,* cum

(a) *Mabillonis*, non *Mabillonii*; illud enim propius accedere ad pronunciationem nominis Francici *Mabillon*, judicavit D. Menage, supremus hac ætate Parisiis arbiter istiusmodi rerum: cujus judicio etiam ipse cessit, qui se aliquando *Mabillonium* scripserat, cum volebat nomini suo terminationem Latinam dare. Legatur ergo deinceps & hic, & in reliquo opere nostro, *Mabilio*, *Mabilionis*, & cum recudi debebit aliquid, sic recudatur.

A *eum ordinationem Hadriani II. peractam in Dominica asseris, factum id ait* secundum morem.

14 *Atqui ab Ordinationis Episcopalis die numerandum tempus cujusque Pontificatus, non a die Electionis; neque hunc, sed illum habitum esse Natalem; tam multis in decursu operis demonstrabitur exemplis, ut certius nihil haberi possit. Tantum enim aberat ut ante characterem Episcopalem cum Ordinatione susceptum, primis duodecim cum dimidio seculis, Pontificem faceret sola electio, & in Patriarchium Lateranense ipso electionis die facta introductio (quod credens Baronius, verorum Pontificum numerum* Stephano *uno post* Zachariam *electo, sed numquam consecrato, ideoque ab aliis omnibus prætermisso, auxit) ut ne quidem primum in Clero Romano locum is teneret, si erat ex gradu inferiori assumptus. Patet hoc ex Epistola, quam post* Severini *Papæ mortem &* Joannis IV. *electionem anno* 640. Episcopis, Presbyteris, Doctoribusque seu Abbatibus Scotiæ *scripserunt*, Hilarius Archipresbyter & servans locum Apostolicæ Sedis, Joannes Diaconus & in Dei nomine Electus, item Joannes Primicerius & servans locum Apostolicæ Sedis, & Joannes

ab hac, non ab electionis die Pontificatus inchoandos.

B servus Dei Consiliarius ejusdem Apostolicæ Sedis, *velut penes quos, Sede Vacante, jus vicarium resideret secundum gradus sui ordinem. Tempus ergo* cessantis Episcopatus (*ut Catalogi loquuntur*) *sive* (*ut nunc loquimur*) vacantis Sedis, *a Morte unius ad Ordinationem alterius supputabit, quisquis ex usu illorum temporum, quibus scripti Catalogi sunt, loqui volet, eosque recte intelligere. Nihil interim horum observandum sibi Baronius sciens, quid mirum si male semper exorsus est, & quid mirum, si inter scriptos diversimode numeros, definiendis Pontificatuum atque Interpontificiorum spatiis, nequiverit discernere quosnam reciperet ut verosimiliores, quosnam rejiceret ut alteratos librariorum socordia, quam nimis quam facile intercurrere alioqui notissimum ipsi etiam erat; unde nec solet iis multum fidere, quotiescumque aliunde affulget spes aliqua certioris criterii. Alia ejusmodi plura, a nobis per decursum hujus scriptionis observata, inveniet Lector; agnoscetque, non eodem stylo continuatos semper fuisse Catalogos; sed, prout varii auctores prosecuti eos sunt, sic & stylum in nonnullis mutari: cujus varietatis haud obscura vestigia etiam in Anastasio Bibliothecario videre est, sunt autem accurate notanda, ne in multis labaris. Hinc cum initio 12. seculi, quo cœperunt electi Pontifices ab ipso sua Electionis die numerare annos* Pontificatus *sui, mutavi etiam ipse stylum, atque cum stylo phrasim, indigitando tempus* Sedis vacantis: *quia cessante usque ad diem Ordinationis seu Coronationis Episcopatu, Sedes tamen censebatur impleri per installationem factam ipso die electionis: qua de re pluribus agitur ante Pontificatum Gelasii II. sub annum* 1118.

Observanda interim

variatum subinde stylum Catalogorum veterum;

C

15 *Multas quoque Epistolas, Romanorum Pontificum falso inscriptas nominibus, doctrina alioqui & sententia veraces ideoque non agnitas; diu illusisse credulitati Christiani orbis, ipsisque ecclesiastici Juris compilatoribus, quin etiam Nicolao Papæ I. ejusque deinceps Successoribus, necnon Conciliis tam generalibus quam particularibus, succincte simul & distincte docuit Ecclesiæ nostræ Antuerpiensis decus, nuperque ad Præfectura Bibliothecæ Vaticanæ, patria plaudente, Romana urbe mirante evocatus,* D. Emmanuel a Schelstrateo, *Antiquitatis illustratæ parte* 2. *Dissert.* 3. *cap.* 5. *ubi videre licebit, quanta ea in veneratione omnibus olim fuerint, quam autem nunc viles historicis habeantur, & quibus ex causis. Quæ causa licet apud* Baronium *& Bellarminum Cardinales, Antonium Augustinum Tarraconensem & Petrum a Marca Parisiensem Archiepiscopos, Philippum Labbeum, & Gabrielem Cossartium novissime compilatorum Conciliorum edito-*

emendo etiam Decretales quibusdam Pontificibus affictas,

res, videri possint; juvat tamen earumdem Epistolarum convinctiones, quatenus Chronologia a nobis constituendæ repugnant, intersevere huic Tractatui; in quo subinde necesse erit alias quasdam fictiones, historiæ Ecclesiasticæ nostrique operis perturbativas, notare: propterea quod his sustinendis ita subinde Pontificum quorumdam prætexatur auctoritas, quasi ipsis ipsique Ecclesiæ injurius sit, quisque eas audet in dubium revocare. D

& si qui forte sic obrepserunt errores,

16 *Non ita sensit Illustrissimus* Augustinus Favoritus, *quarnor successive Pontificum in scribendis ad viros Principes arcanis litteris & Consistorialibus Dominorum Cardinalium Actis Secretarius, nuper quidem mortuus, sed adhuc in dignissimo consobrino ac successore suo* Laurentio Casono *superstes; cui cum anno* 1680 *scripsissem, quanta re nomine esset in Belgio concitata tempestas contra tum editos a me libros, imo contra Societatem nostram universam mei unius causa, non sine minis querelarum ad usque summi Pontificis tribunal deferendarum; ipse* 17. *Decembri, visa jam prima parte Maii, aestisque ad Hierosolymitanos Patriarchas Parergis prolixe apud P. Possinum laudatis, in hunc modum rescripsit:* Gratulor tibi, quin imo Ecclesiæ universæ, successus prosperos operis de Vitis Sanctorum, in quo sane juvando ac promovendo debent boni omnes pro viribus allaborare. Ego non deero occasionibus illi suffragandi: atque interim significavi Sanctitati suæ, quam injuste de vobis querantur Religiosi nonnulli viri: qui si ad Pontificem querelas detulerint, ne illi rem sibi esse sentient cum Principe, aeri hominum & negotiorum æstimatore. Potes Patri Possino mandare, ut, ubi res tulerit, mihi significet quid facto opus sit: omnia enim curabo diligenter, percupidus bene merendi de tam præclaro opere. E

in causis pure facti historico subjectus judicio,

17 *Erat tunc Pontifex* S. D. N. Innocentius Papa XI. *optime intelligens, in iis quæ fidem aut mores non spectant, nec a Theologis vel Canonistis, sed ab Historicis sunt discenda, nihil sibi facultatis competere humana majoris; nec indignabitur, si quibusdam Decessorum suorum Brevibus subinde dicatur contineri quidpiam, non alia quam qua suggestum a supplicantibus est accipiendum fide. Utinam illi, qui pro auctoritate Pontificiorum quorumcumque verborum tantum præseferunt zelum, eamque tribuant quæ ipsa tribui nec potest nec vult; quam ab aliis præposterc exigunt deferendam illis reverentiam, deferrent ipsi in iis rebus, in quibus statuere aliquid, & fideles omnes etiam sub gravibus pœnis obligare, non solum potest, sed etiam vult! Religiosius observaretur* Urbani VIII. *Constitutio,* circa formam & habitum sacrarum imaginum, *qua recipit* Sacrosancta Tridentina Synodus, *severissime prohibens* die 15. Martii 1642. *ne quis cujuscumque gradus, qualitatis, ordinis &c. ausit,* imagines D. N. Jesu Christi, & Deiparæ Virginis Mariæ, ac Angelorum, Apostolorum, Evangelistarum, aliorumque Sanctorum & Sanctarum (*atque adeo etiam Prophetarum*) quorumcumque, sculpere aut pingere, aut antehac sculptas aut pictas & alias quomodolibet effictas tenere seu publico aspectui exponere, aut vestire eum alio habitu & forma, quam in Catholica & Apostolica Ecclesia ab antiquo tempore consuevit, nec etiam eum habitu particularis alicujus Ordinis Regularis. *Sed missa istæc facio: & securus de æquitate judicis, nihil gratiæ cujusquam contra veritatem æquitatemque essuri, pergo tum defunctorum amicorum eruditissimorum votis, tum aliorum haud imparis doctrinæ Curialium plurium etiam viventium desideriis facere satis; & qualem illustrissimus* Favoritus *optare se postea significavit, Romanorum Pontificum seriem texere. Haud tamen (quod fortasse quidam vellet, satis autem superque est in Hierosolymitanis fecisse semel, nullo idoneo ad ea hactenus comparente responso;) Non inquam etiam* F

certus hoc Romæ non displicitura

Præteritis autem quorumdam jurgiis,

A *hic intexam inanissimarum objectionum refutationes. Suavius enim, & fortassis ad animos componendos efficacius erit, alio in argumento, nihilque ad querulos istos spectante, legendum offerre, quam multis, omnium aut plurium judicio nunc falsis, eudiori autem seculo creditis ut veris, assentiet & mordicus inhærere necesse nos fores, si eodem quo ipsi ratiocinandi modo uti, seu potius abuti deberemus. Habebit nihilominus etiam hic Tractatus digressiones quasdam prolixiores, sed tales omnes, quæ cum ipso quod conor elucidare argumento Chronologico sic connexæ sint, ut vel ex eo sponte fluant, vel illud sine ipsis satis nequeat videri explicatum: quæ ipsa tamen si legantur ab aliquo non ignaro objectionum mihi factarum, & forte adhuc sæpius faciendarum, cum exprobratione mei ad ipsas silentii, apparebit profecto, minime mutum fuisse me, sed quasi aliud agentem cumulatissime satisfecisse omnibus; & gloriosos illos Triumphatores, vel non legisse nostra, vel lecta dissimulasse, ut ignaro populo nostrorumque operum usum nullum habenti fucum facerent.*

producetur usque, ad præsentem Pontificem

18 *Primo autem consilium mihi fuerat Conatum hunc meum in* Martino V. *terminare, quousque scilicet extendebant sese in nostro sæpius laudato Codice manuscripto Pontificum Romanorum Vitæ.* B *Animadvertens deinde easdem Vitas haud infeliciter continuatas a Joanne Stella Presbytero Veneto, sed continuationem hanc jam pene haberi & videri desiisse, opus cum illo protraxi usque ad* Julium II. *eoque consilio ad prælum detuleram jam inde ab Augusto anni 1683. Cum ecce, post impressos duodecim primos ad* Soterem *Pontifices, causis quibusdam supervenientibus cogor citius quam constitueram dimittere a me ad tempus Socium, consuetis Societati nostræ probationibus præparandum ultimæ solennium apud nos votorum quatuor Professioni; qui licet fuerit intra non multos menses mihi redditus, Acta tamen S. Ferdinandi Regis Castellæ ac Legionis, rogatu Hispalensis Capituli seorsim imprimi cœpta, & propter præteritæ hiemis insuetum diuturnumque rigorem lentius promota, sic occupabant prælum, ut non nisi post Pascha resumi Chronologia hujus impressio potuerit. Interim venit mihi in mentem cogitare, quod cum Observationes nostra & intexta eisdem Dissertationes Annalibus Ecclesiasticis, opera eruditissimorum virorum Cæsaris Baronii atque Oderici Raynaldi usque ad obitum* Septimi Clementis *deductis, sic aptari possent, ut qui illis recognoscendis supplendisque dare vellent operam (quod sciebam nonnullos meditari) nostro hoc quasi spicilegio instructiores redderentur, gratum iisdem* C *facturum me quoad singulorum Pontificatuum epochas, si & ipse eodem usque progrederer; ubique suggerendo aliqua, magnis illis viris & in tam copiosa segete metenda occupatis, inobservata. Sic autem progresso visum denique est non convenire, ut dimissis qui supererant Pontificibus viginti ultimis, non integram omnium seriem darem.*

suggerendo varia, in Annalibus Ecclesiasticis ad Clementem 7. usque præteritis,

19 *Quid igitur? An falcem mitterem in messem alienam; & amicissimi mei R. P. Leandri Coloredi, in continuandis prædictis Annalibus desudantis, deflorarem argumentum, quasi non satis habens quod laborem in proprio? Nolui profecto, neque debui, imo nec potui. Nudam dare nomenclaturam, notato cujusque principio ac fine? Exile id nimium nimisque jejunum, & jam cœperam observare, sæpius variasse usum Curiæ ad hæc nostra tempora, in signandis Bullis Brevibusque Papalibus, quorum ingens copia offerebatur in Bullariis.*

deinde solas Epocharum Pontificalium discussiones,

D *Hæc ergo diversitas, sicut utiliter fuerat notata in Pontificatibus seculo 16. prioribus, sic non videbatur negligenda in iis qui supererant tam pauci; cum ea res commoditatem habere quotidianam posset; & a me cœpta, ab aliis porro continuari ac perfici, etiam istic ubi idonei instrumenti defectu definire non potui (ut potui in plerisque) utrum a die Ordinationis ac Coronationis suæ Pontificalis anni innovandi regulam tenuerit aliquis, an vero a die primæ Electionis. Unum id igitur, velut ad Chronologiam Pontificiam, etiam modernam, præcipue faciens (& tamen a nemine hactenus observatum) addere ad Nomenclaturam volui, itaque finem facere suscepto extra ordinem operi, sed non prorsus alieno a cura illustrandi Acta Sanctorum: quæ cum ad omnia pertineant tempora, etiam proxime lapsa, omnia quoque pendent ex Pontificia Chronologia, tamquam filo ipsa inter se continuanda.*

Quæ ratio, ac hic alt. quando allegati sint libri P. Natalis Alexandri.

20 *His prænotatis jam ibat in lucem* Propylæum, *quod dixi; quando perlatum est Roma gravissimum Sanctissimi Domini nostri Decretum, publicatum istic an. 1684. die 10. Julii, quo* Libri quidem, Auctore Natali Alexandro, Fratre Ordinis Prædicatorum, in sedecim volumina distributi (*præter alios in quatuor opuscula divisos*) E & a primo usque ad duodecimum seculum inclusive editi, sub titulo, Selecta Historiæ ecclesiasticæ Capita, *a S. D. N. Innocentio* PP. XI. motu proprio & ex certa scientia ac matura deliberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, damnantur ac reprobantur, ac legi seu retineri prohibentur; ipsorumque librorum omnium & singulorum impressio, descriptio, lectio, retentio, & usus *sub gravissimis pœnis in decreto contentis*, omnino interdicitur. *Ne quis igitur, quartum ac quintum Tomum Maii cum ipso totius mensis Propylæo in lucem venire videns post hujusmodi Decretum, & nihilominus in eis dictos libros subinde absque scrupulo allegatos reperiens, observantiam Apostolicorum mandatorum, quam ante singulos Tomos profitemur, eo in casu desideret: monitum lectorem volui, id prius quam tale Decretum cuderetur Roma, procul inde in Belgio esse absque malo dolo factum; & quidem in iis dumtaxat argumentis, quæ sola si Auctor ille tractasset, non putamus incursurum fuisse Sanctæ Sedis indignationem tam gravem. Interim etiam sic impressa pro non impressis haberi petii: & jam in duobus, qui imprimendi restabant Tomis, quam aliis mensibus abstinere proposui a nominando Auctore illo; nisi quando eum nominari ipsiusmet Pontificiæ auctoritatis interest; vel quando ex ratione Ordinis, in quo vivit & scribit, efficacior futura probatio videtur, ipsius assensu stabilita.* F

Quis ordo secundæ editionis futurus.

21 *Hinc porro ibatur in materiam propositam; quæ, sicut supra dixi, bifariam divisa, nunc autem commodius trifariam dividenda, ac fere impressa jam tota, cogitatio primum venit de* Apparatu prævio, *ex Henschenii meisque Lucubrationibus, in Martio & Aprili editis, nonnullisque prælaudati Petri Possini Epistolis, ante opus totum ponendo. Quod opus si iterum venire ad prælum debeat, poterit res tota concinnius commodiusque ordinari hoc quem jam monstrabo modo, ac novum quodammodo videri. Id tamen, quod alias monui, etiam hic notari volo; in Henschenianis istis lucubrationibus, ea correcturum me, quæ Auctorem ipso correcturum fuisse si vixisset; ita tamen, ut nihil majoris momenti innovem, quod a reliquo contextu non secernam hujuscemodi notis [ ].*



IESVS CHRISTVS
PONTIFEX IN ÆTERNVM



A D

AD CONATUM

CHRONICO - HISTORICUM

APPARATUS PRÆVIUS.

Ratio dividendi hunc Apparatum bifariam.

A *Pparatus hic primum indivisus prodiit; eo potissimum fine, ut haberetur contextus antiquissimorum duorum Catalogorum, ab Henschenio ante Aprilem editorum, qui erant futuri basis ac fundamentum nostræ subsecuturæ lucubrationis uberioris; secundario tamen etiam eo directus, ut per appositas Dissertationes Epistolasque, intelligeret lector, an & quatenus sustineri posset receptissima apud plures Patres sententia, de Christo,* Duobus Geminis Consulibus *passo; id est, eo anno, quem in vulgari nostra Æra 29. numeramus;*
B *adeo ut, si ea sententia vera sit, annos a Christi Incarnatione aut Nativitate numerantibus hodie, ad perfectum calculum deficiant anni quatuor omnino vel quinque, dum constat Christum, quando crucifixus fuit, egisse aut etiam pertransisse ætatis suæ annum 33. Nunc, quin nescio, an sit, qui forte hunc Conatum iterato subjiciens prælo, probaturi sint, tantam molem Dissertationum præviarum, multum quidem ad primi summique & æterni Pontificis Christi Jesu historiam facientium, sed Romanorum Pontificum, Vicariorum ejus, Chronologiam perquam parum; placet ipsum Apparatum partiri, & magis necessariam partem dividere a minus necessaria; hanc tamen primo loco ponere, ipsius argumenti id exigente natura, ut, quæ Christum spectant, præponantur spectantibus ad Vicarios Christi.*

PARS PRIOR

Contineos Exercitationes & Epistolas, Genealogiam & Chronologiam Christi spectantes,

Cur prius hic de Christo, deinde de Pontificibus agatur.

P *Rimus vetustissimusque Pontificum Romanorum Catalogus, ab Henschenio ante Aprilem editus, & qua tunc licuit illustratus, sic inchoatur:* Imperante Tiberio Cęsare, passus est Dominus noster Jesus
C Christus, duobus Geminis Consulibus, 8. Kalendas Aprilis: & post Ascensum ejus beatissimus Petrus Episcopatum suscepit. *Cum ergo ostendisset Henschenius, in Præfatione ad ipsos vetustiores Catalogos, quantæ antiquitatis & auctoritatis primus sit; ne statim in limine offenderet Lectorem ista de anno Crucifixionis sententia, accuratius tractandam sibi censuit Quæstionem illam, subjectis ad Proœmium prædictum Exercitationibus tribus: quas antequam hic proponam, placet proprias quasdam meas de ipsius Christi Genealogia reducere in medium ex mense Martio; & quas antehac Henschenianis Exercitationibus postposui, ut Magistro priorem locum discipulus concederem, easdem nunc præponere, ut sequar naturæ humanæ ordinem, cui prius contingit nasci quam mori. Utrisque interim argumenti loco sit, hoc quod subjicio nostri Salvatoris Elogium.*

JESUS CHRISTUS

PONTIFEX IN ÆTERNUM.

JEsus Christus filius David, secundum Legem & Matthæum, per Salomonem; secundum Carnem vero & Lucam, per Nathan; & Josephi, per utramque lineam patrui Mariæ Virginis, non tantum putatitius, sed legalis filius ac necessarius heres, adeoque etiam Rex Judæorum, & promissus iis atque ex iis Messias; conceptus de Spiritu sancto xxv. Martii, natus de prædicta Virgine xxv. Decembris; anno, secundum plures Antiquos, ante vulgarem æram a Kalendis Januarii inchoandam sexto; expletis vitæ annis xxxiii. Mensibus iii. crucifigitur sub Pontio Pilato Præside Judææ, Romano Imperatore Tiberio, Duobus Geminis Consulibus xxv. E
Martii, anno xxix. vulgaris Æræ: tertio die resurgit a mortuis, & quadragesimo post ascendit in cœlum v. Maii, relicto in terris Vicario Petro ejusque successoribus; a quo in Apostolica Romana sede fluit series summorum universalis Ecclesiæ Pontificum. Alii volunt immediate ante communem Æram natum, ipso autem ætatis suæ an. xxxiii. per tres menses dumtaxat inchoato, mortuum iii. Aprilis, & xiv. Maii assumptum in cœlos, quod præ priori veterum plurium sententia, nobis quoque verisimilius est. Mallemus tamen dicere posse, anno uno citius conceptum & natum, & anno sequenti in Autumnum provecto, adoratum a Magis, moxque avectum in Ægyptum; tum anno ætatis xxx. nondum expleto, vulgaris æræ xxix. in autumno baptizatum; ac denique obiisse ut supra, expletis vitæ annis xxxiii. ac mensibus iii. *Singula sequentibus Exercitationibus & Epistolis explicabuntur.* F

EXERCITATIO THEOGENEALOGICA.

De Christi Parentumque ejus, & Consanguineorum atque Affinium stemmate.

Ex Tomo 3. de Actis Sanctorum Martii Pag. 9. & seqq.

Antequam examinetur annorum Christi Chronologia.

Ante exhibetur ejusdem Genealogia.

I *Idem Catalogi Romanorum Pontificum, qui cujusque principia exitusque definiunt, etiam hoc ipsum docere noscuntur, quo quisque patre natus sit. Ab eo igitur, qui* Chronologiam Summi Æternique Pontificis Christi *explicandam sibi proposuit, minime alienum fuerit,* Genealogiam *ejusdem illustratam exhibere, quatenus per* Josephum, virum Mariæ, *potius quam per hujus patrem* Joachimum, *in illum fluxit* Regale Sacerdotium, *velut in promissum Patribus Messiam. Igitur ex Commentariis meis de* S. Josepho, *Patre Christi, non solum Putatitio, sed etiam Legali (quod præ carnali generatione apud Judæos valet) ad diem 19. Martii initio tertii Tomi deductis, ea excerpam & recudi faciam, quæ inter prima horum meorum studiorum rudimenta de illius Genealogia deduxi, approbatione eruditorum maxima: quorum unus noster* R.P.

Gur-

A Guilielmus Becanus *p. m. in Academia Lovaniensi publicus sacræ Scripturæ per annos plurimos explanator, causa doctrinam illam, sibi novam, fecit; ut non dubitaverit eamdem mihi, suo olim discipulo, acceptam referre, & successoribus sequendam relinquere.*

posito mentem Joan. Bessoni,

a *Non eram tamen ego appellandus Auctor inventi illius, quod num. 23. expressis verbis præfatus fueram, non esse meum, sed* R. P. Joannis Bessoni in lucubrationibus super Cantica ad Versum 13. Cap. 1. *cujus primas ea de re cogitationes* latius deduxit expofuitque R. P. Petrus Possinus in Diallactico Theogenealogico, post primam Græcorum Patrum in Matthæum Catenam: *quod ne semel dictum cuiquam excideret, iterum num. 41 id ipsum inculcaram. Facile est, etiam impari valde discipulo, Magistrorum inventis addere probationis aliquid aut claritatis; hoc nu fecerim alii æstiment, brevitatem certe argumento isti dedi, resectis curiosissimis quæstionibus multis, quas idem Possinus eruditissime tractat, partim principali doctrinæ confirmandæ adductas, partim spectantes prosapiam peculiarium nonnullorum, inter Christi proavos numeratorum. Addidi quin etiam, ut suus cuique in isto argumento honos constaret; quod* omnes & singulas resolutiones prædicti Diallactici amplexus est atque in synopsim redegit R. P. Joannes Baptista Cancellottus, S. D. N. Alexandri VII. quoad vixit Confessarius, in Apparatu ad suos Annales Marianos. *Idem fecit eruditissimus Petrus de Marca Archiepiscopus Parisiensis in Dissertatione* de Stemmate Christi, *diu inedita, & nuper a Baluzio vulgata in fronte Opusculorum ejus, in qua ubique laudat Possinum Auctorem. Porro ne Lectorem confundat numerorum diversitas, nolo hic (quod alius res exigere videretur) novos illos inducere, sed usurpabo eosdem, qui servantur in Martio; eamdem item* Paragraphorum *partitionem, secundum positos istic titulos. Omissis ergo tribus primis Paragraphis, quorum uno continentur* Acta Vitæ S. Josephi, ex Evangelistis Matthæo & Luca, atque honorum tituli in iis fundati; *Secundo illustrantur ejusdem* Cultus & festum, inter Græcos & alias Orientis Ecclesias; *Tertio,* Festum & officia propria in Ecclesia Latina; *istis, inquam omissis, sit nobis hic primus, qui ibi est.*

a Petro Possino explicatam, B

acceptos in Martio nostro.

§. IV. Josephi & Mariæ Matrimonium ex Lege necessarium, quo in gradu consanguinitatis contractum?

C

22 S*Piritus sancti œconomia est, inspergere res credendas dubitandi causis, ut trans obtentum velum nitens penetransque credulitas, non ignava victoria præmium auferat. Id cum in loco ac tempore nati ex divina promissione* Messiæ, *tum maxime in ejus Genealogia licet cernere: quem quidem ex* Abrahami *semine &* Davidis *stirpe descensurum nota erat passim & ubique prædictio; sed huic quomodo sua subsisteret veritas, tum maxime obscurum fecerunt Evangelistæ Lucas atque Matthæus, cum expansa generationum serie & quasi tabularum fide, eamdem videbantur clare demonstratam voluisse proponere. Nam præterquam quod alter naturalem, legalem alter Genealogiam texat, cum unus a* Davide *ad* Josephum *descendit per* Salomonem, *alius generationes ad caput reducit per* Nathanum: *quid est hoc, quod gentis nobis* Josephi *explicent? cum Josephus, abstrahendo a lege & præcise spectatus ut Mariæ sponsus, erga Christum, solius Mariæ filium, habuerit sese sicut vitricus ad privignum. Quam autem certum est, avos proavosque vitricorum nullo prorsus modo ad Genealogias privignorum pertinere, tam certum esse debet eos, qui vel a Luca vel a Matthæo numerarentur solius* Josephi, *non etiam* Mariæ *progenitores, ad id quod ipso titulo Matthæus manifeste, Lucas implicite totius operis instituto promittit,* generationem *videlicet* Jesu Christi, *facturos omnino nihil: adeoque occasionem præberi adversariis veritatis, aut Evangelistas mendacii, aut fidem nostram falsitatis arguendi. Occurrere quidem passim Patres una ferme oratione omnes; ex eadem tribu* Mariam *cum* Josepho *fuisse, indeque constare communem esse Genealogiam utriusque: a justitia enim laudari Josephum, quam minime tenuisset si contra præceptum Legis, aliunde quam e tribu patris sui uxorem duxisse. Hic autem non alia lex potest adferri, quam quæ occasione filiarum Salphaad lata, intelligenda est de solis puellis, hæreditates paternas in solidum cernentibus, & reciproce ad eos solos se viros extendit, qui talibus puellis proximi agnatione jungebantur, ut ex Scripturarum historiis pluribus manifestum est.* D

Ævi Christi Deiparæ interea nullo Christi tam plura quam ambos tribus parentis,

Christi Genealogia a Josepho ducta

per eamdem ipsius & Mariæ tribum non satis explicando,

23 *Quare nihil ea responsione Sancti Patres effecere, nisi velut res ex veteri traditione certa haberetur, casum Legis prædictæ in* B. Maria *contigisse: quæ unica Joachimi proles atque hæres debita fuerit* Josepho, *agnato tam propinquo, ut idem omnino esset, & esse intelligeretur,* Mariæ *vel* Josephi *genealogiam texere. Qua autem ratione idem? Hoc vero, tamquam vulgo tunc notum, in populari conscientia relinquentes, scriptis suis intexere divinitus prohibiti Evangelistæ sunt, in quo scrutando posterorum constrictaretur diligentia, fides exerceretur. Variis variam ineuntibus viam, quos unusquisque legere apud Interpretes ac videre poterit; præ ceteris nobis placet viri e nostra Societate doctissimi, Petri inquam Possini opinio, minime vulgaris hactenus quam ab R. P. Joanne Bessono in Lucubrationibus super Cantica ad Versum* 13. *capitis* 1. *breviter propositam, latius deduxit exposuitque in Diallactico, post primam Græcorum Patrum in Matthæum Catenam: ubi omnibus undequaque expensis perpensisque, concludit, utrumque Evangelistam Genealogiam Christi per Josephum non aliter texuisse, nisi quatenus iidem prorsus omnes qui* Josepho, Mariæ *quoque majores fuerunt: unde Patres legitimam consequentiam a genealogia* Josephi *ad* Mariæ *genealogiam, adeoque ipsius Jesu, duci voluerunt. Id autem aliter fieri non potuit, quam si vel eodem uterque fuerit patre prognatus (quod cogitare vetat mutuum inter utrosque matrimonium) vel hæc illius ex fratre neptis, ipse patruus ejus. Quemcumque enim alium cognationis gradum fingas, unam aut plures personas induces, ad Genealogiam* Christi *nihil pertinentes, qui non ex* Josepho, *sed ex sola virgine carnem traxit. Ex quo justissime conficit Possinus, Sanctos Patres ea, quam diximus, responsione sibi praivisse ad dicendum,* B. Mariam *ex* Josephi *fratre natam esse, etsi id nemo explicaverit.*

nisi in gradu proximo.

Maria patruum fuisse Josephum E

F

24 *Sane* ex attenta meditatione Scripturarum (*verba Possini sunt totam disputationem concludentis*) & antiquæ politiæ Judaici populi, comperisse mihi videor; fuisse in usu Hebræorum genus quoddam singulare tutelæ legitimæ aut adoptionis conjugalis; qua officii cujusdam, æstimatione communi constituti, vinculo adstringebatur quisque patruus, pupillam neptem, præmatura morte patris orbam relictam, domum suam ducere, sibique aut filio suo despondere; interim dum adulta postmodum ætate celebrari possent nuptiæ. Longe repeti moris hujus exempla poterant, inde usque ab Abrahamo, Hebræorum generis auctore, fratreque ejus Nachore; qui pupillas virgines, a fratre ipsorum Arane relictas, Jescham, alio nomine Sarai, & Melcham, curandas susceperunt. Verum habemus recentius efficaciusque argumentum simul & exemplum instituti hujus, libro Estheris perscriptum cap. xi. his verbis: Erat vir Judæus in Susan civitate, vocabulo Mardachæus... qui fuit nutritius filiæ fratris sui Edissæ, quæ altero nomine vocabatur Esther, & utrumque parentem amiserat, pulcra nimis & decora facie; mortuisque patre ejus ac matre,

probatur ex usu Hebræorum,

& Mardochæi exemplo:

Mar-

A Mardochæus eum sibi adoptavit in filiam: quod ex Hebræo acceptum verbotenus, sed a Rabbinis in nostro intellectum & explicatum sensu, LXXII. Interpretes venerabilis ac sacrosanctæ auctoritatis sic Græce reddiderunt: *καὶ ἐν τῷ μεταλλάξαι αὐτῆς τοὺς γονεῖς, ἐπαίδευσεν αὐτὴν ἑαυτῷ εἰς γυναῖκα*: defunctis autem ejus parentibus, erudivit eum sibi in uxorem.

ut non obstante castitatis voto,

25 *Ut eximia plane ac singulari ratione, sicut Esther* Mariæ, *quæ ab humano conjugio ad divinas traducta nuptias vitam & libertatem generi suo contulit: ita Mardochæus figura fuerit* Josephi, *qui non nisi duplici necessitate atque officio, tum obedientiæ tum caritatis adductus, vim attulit quamdam concepto prius ac religione voti firmato proposito, virginitatis ad extremum spiritum non solum servandæ, sed etiam profitendæ; cæterum scilicet, ut Virginem in domum suam sustineret accipere, sponsaliaque & nuptias cum ea celebrare, ad conjunctionem carnalem, nisi expressius juberet Deus, numquam processuras, ob simile Beatæ Virginis votum, eidem fortasse divinitus revelatum. Dici certe nihil plausibilius potest ad conjugium tali voto posterius excusandum, quam ut ex tempore emissi voti necessitas inciderit improvisa conjugii ineundi, quæ ex æquo*

B

nuptiæ fuerint utrimque necessariæ,

utrumque obstringeret, si Legem vellent, ut profecto volebant, observatam. Eadem ratio majorem Josephi, *hactenus cælibis ætatem, ab omni creditam antiquitate, ponit extra suspicionem quamcumque incontinentiæ, alias in vulgi animus facile descensuram: &, quod caput est, facit ut Genealogica series ab Evangelistis prolata, neque superflue abundet nominibus ad Virginis filium nihil pertinentibus, neque destituatur necessariis. Etsi enim Virginis pater* Joachim *reticeatur, est tamen qui eum gradum impleat* Joseph, *non tamquam socer aforis accitus; sed vice patris domi repertus; eosdemque omnes* Mariæ & Christo *adscripturus majores, quos eis adscriberet expresse positus in serie* Joachim.

& vera Christi Genealogia:

quarum alterutrum deficit in sententiis aliorum.

26 *Quæ in aliorum sententiis non ita se habent.* Nam *qui gratis* Heli *volunt esse* Heliachim, *& utrumvis idem cum* Joachimi *nomine, hunc autem* Jacobi *Fratrem, ut ex iis prognati sponsi* Joseph & Maria *patrueles inter se fuerint; si quemcumque* Josepho *assignent patrem, extraneum unum in Christi Genealogiam inducunt: plures autem si altius nos velint ascendere, ut ad communem consanguinitatis radicem perveniatur. Cornelius a Lapide super Lucam, rem omnem expedire se credit, si* Josephi patrem, & matrem Mariæ An-

C oam *germanos fecerit: ita ut Lucas paternum* Mariæ *genus deduxerit: maternum Matthæus, quod ipsi fuerit cum* Josepho *commune. Magnum nobis Cornelii nomen est ac merito venerabile: quod tamen pace illius dictum sit, uti ratio abhorret credere, quod Lucas naturalem in aliis omnibus generationem secutus, in ipso principio pro filio filiave posuerit generum: sic inanis jactantiæ merito argueretur Matthæus, qui vanam regiorum nominum pompam, ex qua* Christo *nihil juris ad regium Davidis stemma esset, protulerit Judæis, Messiam Davidicarum benedictionum hæredem, secundum legitimam successionem expectantibus & postulaturis. Quis enim ignorat Judaicas mulieres, quas, nisi paterna substantia essent sine fratre hæredes, nulla lex vetabat in alienam familiam enubere, omni prorsus jure poterant eo ipso cedere quo sic enubebant? Adeo ut* Anna *nupta* Joachimo, *orta ex familia, ut supponitur, non regia, non potuerit natam ex eo conjugio filiam in patris sui inferre familiam, nisi ea ex* Joachimi *domo emissa: ad quod faciendum nulla sane, quod oporteret, lex cogebat. Nam quæ potest proferri lex, quæ pupillas hæredes proximo materni avi consanguineo obligabat? cum inde manifesta possessionum confusio deberet exasci, quam vitatam omni ratione leges volebant.*

D

§. V. Josephi Genealogia duplex apud Matthæum & Lucam, & Christi ex utraque processio.

Non Matthæus Judæis scribens,

27 A*Lter hic nodus, est, a jam dicto Possino non infelici conjectura solutus: cui quidem plurimi Sanctorum Patrum Interpretumque præivere, dicentes, ab Evangelistarum altero carnalis generationis servari ordinem, ab altero legalis successionis rationem haberi. Sed plerique eorum temere Africanum secuti (a quo alioqui in utriusq; lineæ conjunctione desciscunt) nec rationi nec Scripturæ satis conformiter videntur adscripsisse Matthæo, ejus quæ secundum naturam est generationis seriem, Lucæ vero alterius quæ secundum legem successionis. Etenim Matthæum, qui Judæis Hebraice scribebat, omnia jura ex legis præscripto metientibus, æquius erat hoc facere quam Lucam, cujus Evangelium Græce conscriptum, ad Gentes potius instruendas dirigebatur, Judaicarum ceremoniarum legumque non adeo curiosas, aut prorsus ignaras. Verum ne Spiritui sancto præscribere hac in parte videamur,*

sed Lucas gentium Evangelista

E

potius quid factum sit, quam quid fieri convenerit inquiramus; utrumque autem commode assequemur, utriusque seriei generationes cum Possino expendentes, easque cum irrefragabili Scripturarum testimonio conferentes.

carnalem Christi genealogiam texit,

28 *Quid igitur Lucas? Cum in principio seriei suæ, a* Christo *sursum ascensurus, filium eum dixisset* Joseph; *expresse addidit*, ut putabatur, *ne naturalem quis generationem suspicaretur. Putabatur autem, propter conjugium Josephi cum Maria; quod esse neptis cum patruo suo, velut vulgo notum supponens, atque ideo nihil dubitari quin hujus avus esset, qui pater illius generatione carnali; absque ulla deinde restrictione sic porro ad cæteros ex ordine recensendos absolute progreditur;* qui fuit Heli, qui fuit Mathat: *atque ita de reliquis. Nisi enim hi carnaliter fuerunt ex invicem procreati, ultra Christum extendas oportet istud, ὡς ἐνομίζετο*, Ut putabatur; *& porro eodem pede concipiat Evangelistam pergere, quoties alicui majorum Christi duplex est pater; legalis alius, alius naturalis. Hoc autem non facit Lucas, sed omnino contrarium, in Obedo; cujus tamen patrem Boozum, libri Ruth cap. 5. audimus palam in concione profitentem:* Testes vos estis hodie, quod Ruth Moabitidem, uxorem Mahalon,

F

in conjugem sumpserim, ut suscitarem nomen defuncti in hereditate sua, ne vocabulum ejus de familia & fratribus & populo deleatur. *Obed ergo, ex eo conjugio prognatus, Mahaloni imputandus fuisset secundum legem; nisi naturæ ordinem tenuisset Lucas, & tam vere* Josephum *filium* Heli *dicere voluisset, quam vere Obed fuit Boozi, quamvis legaliter filius Mahalon: nec potest alius ullus gradus assignari, in quo legis, non naturæ rationem habuerit Lucas.*

Matthæus sequitur repromissionis seriem.

29 *E contrario vero Evangelista Matthæus, ubicumque series naturalis deficit, juris sequitur successionem: & crebris potest exemplis ostendi, τὸ* genuit *ab eo vel simpliciter vel metaphorice accipi, ut sit idem quod,* habuit in Davidicæ familiæ principatu, & benedictionibus, in ordine ad Messiam Davidi atque ante ipsum Abrahamo datis, successorem. *Hoc enim videtur innuere solennis illa propositio:* Liber generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham. *Qua de re vide accurate disputantem Possinum, cap. 10. ubi ostendit,* videri concessum Abrahamo jus habendi unum semper in terris, usque ad Christum natum, qui se repræsentaret, *repromissionis de Messia ex se nascituro hæres. Qui quidem universim is fuerit, qui erat inter fratres ordine nascendi primus (nisi revelatio particularis interveniret; ut in* Jacobo, Juda, Davide, & Salomone *accidit) idemque recta linea per natura-*

lem

A *lem generationem propagatus; usque dum Salomonis & Salomonidarum peccatis exigentibus factum est, ut hic ab initio sic provisus ordo turbaretur: stante tamen & suum finem per viam legalis successionis obtinente, primario Dei proposito & promissionis fide, ut in sequentibus declarabitur. Ex quibus hoc quoque consequitur, aut Evangelistarum neminem naturalem prorsus tenere ordinem, quod est absurdum; aut tenere Lucam: qui propterea ad* Adamum *usque provehatur, cum in* Abrahamo *sistat Matthæus, ut primo capite repromissionis divinæ, secundum quam natus* Messias *prædicabatur Judæis, parum curantibus Abrahami antecessores, qui ipsis erant cum multis aliis gentibus, ac demum cum hominibus omnibus communes.*

per legales successiones continuatâ,

30 *Ad probandum porro id quod jam diximus de* Matthæo, *ipsum scilicet serie naturali deficiente, ad legalem recurrere, primo quidem demonstrat Pessinus, sanctissimum Regem* Ezechiam *non fuisse impiissimi* Achaz *naturalem filium: demonstrat, inquam, evidenter ex Scriptura docens cap. 53. & 54. omnibus evasionibus occlusis, filium* Achazi *dici non posse* Ezechiam,

ostenditur in Ezechia,

B *nisi credatur natus fuisse ex novennis pueri petulanti supra ætatem libidine, & quidem fornicaria: quis enim illi ætatulæ legitimam uxorem junxerit?* Achazo *autem regnanti non nisi unicum fuisse filium, eumdemque per sacrilegum furorem in honorem idoli Moloch holocausto consumptum esse, ex eisdem Scripturis haud difficulter colligitur. Ut proinde apud Isaiam cap. 14. merito* lætari Philisthæa *potuerit, quoniam sine liberis moriente Achazo,* comminuta fuit virga percussoria sui, *Osia videlicet, qui ex Regibus Judææ primus cœperat Philisthæos affligere, & cujus nunc posteritas in Achaz deficiebat. Sed eam lætitiam temperat* Propheta: quia de radice colubri egredietur regulus, *id est, de eadem stirpe regia ex qua Osias processit (velut coluber per terram repens, & in destruendis eruendisque munitionibus omnem victoriarum fructum consumens) egressurus esset Ezechias; qui velut alatus serpens celeritate maxima longe lateque perniciem sparget per omnes Philisthææ ditiones.* Ipse enim, *ut dicitur 4. Regum* 18. percussit Philisthæos usque ad Gazam & omnes terminos eorum, a turre custodum usque ad civitatem munitam. *Cujus autem filius? Id quidem in obscuro est, satis tamen Scriptura indicat, Osiæ, consensu ac studio populi evecto in regnum, plures fuisse fratres;*

Achaz sine liberis mortui successore,

C *nisi enim fuissent, ut quid ita expresse & præter morem popularis favoris sacra meminisset historia? Sin autem aliunt adscendendum, Josaphatum saltem omnino constat alios sex filios, nominatim 2. Paralip. 21. expressos, genuisse. Demum undecumque natus, si filius non fuit* Achaz, *quod non fuisse ostenditur; dubitari non debet quin jure successionis, parte regiæ stirpis extincta, successerit* Ezechias, *per cognationum gradus sceptro vicinior: quod satis est ad intentum nostrum.*

ex proxima agnatione.

31 *Alterum legalis successionis a Matthæo relatæ exemplum, sed naturali admixtum, habemus versu 11. ubi dicitur:* Josias autem genuit Jechoniam & fratres ejus in transmigratione Babylonis. *Nempe Joackimo, Josiæ post Johanan præmortuum primogenito, Babylone extincto, filius ejus* Jechonias *in cernenda avi Josiæ hæreditate, patruis suis Sedeciæ & Sellum fiebat æqualis: qui proinde hic fratres* Jechoniæ *videntur dici: nisi latius nomen fratrum accipere malis, pro proximis quibusque ex communi avo Josia consanguineis, qui omnes* in trasmigratione Babylonia *extincti sunt: videlicet eo jam partim abducti partim, dum abducerentur; cum filiis Sedeciæ, qui fuerat fratri suo Joakim substitutus in regnum a Nabuchodonosoro, occisi sunt in Reblatha.* Post transmigrationem vero Babylonis, *id est, postquam jam omnis populus cum Principibus suis abductus esset in Babylonem, ibidem* Jechonias genuit Salathiel.

ut in Jechonia legali ex fratre

patruorum suorum,

32 *Quomodo autem genuit? Rex quidem Evilmerodach,* ipso anno quo regnare cœpit, captivum Regem levavit de carcere, & posuit thronum ejus super thronum Regum qui erant cum eo: *quis tamen negare audeat impletam terribilem istam Dei comminationem, de Jechonia Hieremiæ 22. pronuntiatam?* Hæc dicit Dominus: Scribe virum istum sterilem: *non quia nullos genuerit filios (paulo enim superius propagati ab eo seminis & in captivitate morituri fit mentio) sed quia* non erit de semine ejus vir, qui sedeat super solium David, & potestatem habeat ultra in Juda: *quod profecto minime fuisset impletum, si Jechoniæ ex filio nepos fuisset* Zorobabel, *diuturnus & felix gentis Judaicæ, in sedes patrias restitutæ, Princeps; multoque minus si per hunc Christus ipse, cujus regni non erit finis, omnium priorum promissionum optatissimum complementum, ex* Jechoniæ *semine per naturalis generationis seriem fuisset propagatus, ut volunt ii, qui Matthæum faciunt talis seriei auctorem.*

D

& in Salathiele solo legali filio Jechoniæ.

§. VI. Repromissiones divinæ a Salomonidis ad Nathanitas translatæ: ex his Christi parentea secundum utramque lineam.

E

33 E*Xtincta sine liberis, ut dictum est* Jechonia, *Salomonidarum postremo, in vanam brevemque spem Judæis Babylone captivis paulo ante mortem suam erectis ostenso, prorsus Salomonica stirps exaruit, &, quemadmodum S. Brigittæ revelatum fuit,* non est completa in Salomone promissio; *sed ab illius posteris transiit ad posteros Fratris ejus* Nathan, *ex eadem Bethsabæa nati post Salomonem: a quo Nathane carnalis generationis lineam ad* Salathielem *usque deductam potes scire ex Luca: & conclude, Matthæum in eo ejusque posteris legalem dumtaxat successionem spectasse. Atque huc facit totus Psalmus* LXXXVIII *in quo Prophetico spiritu David istam Principatus, a* Salomonidis *ad* Nathanitas *una cum promissione sibi de nascituro ex se* Messia *facta translati, commutationem miserabiliter deplorat; postquam ita magnifice extulisset,* Misericordias David fideles, *hoc est,* Davidi *absolute & irrevocabiliter addictas; quales cum sperasset eas quoque fore, quæ fuerant in* Salomonem *traductæ, nec sibi persuasisset paternæ indignationis flagella, filiis peccantibus intentata, usque ad commutationem Christi processura: cursum sibi facta juramenta repetit: & quasi non intellexisset, Deum de se* Davide *uno dixisse* Misericordiam autem meam non dispergam ab eo; *sed eam in aliquo filiorum ejus implebo, nulli nominatim obstrictus, & pro cujusque meritis erga singulos me habiturus; ita dolenter exclamat:* Tu vero repulisti & despexisti, *regiam scilicet stirpem, exterius a Salomone deductam:* Distulisti Christum tuum, *sive alio transtulisti. Deinde cætera persequens, quæ sunt in urbis excidio & Salomonidarum exterius lamentabilia:* Ubi sunt, *inquit,* misericordiæ tuæ antiquæ Domine? .... Memor esto opprobrii servorum tuorum .... quod exprobraverunt inimici tui .... commutationem Christi tui.

A Salomonidis ad Nathanitas transit repromissio,

quo de re est Psalmus 88.

F

Christi commutationem prædicens:

34 *Gentiles videlicet insultabant post mortem* Jechoniæ *Judæis, eatenus arbitratis spem suam in* Salomonidis *completum iri, nunc eam demum apparere vanam: sed minime vanam fuisse, quamvis aliter atque ipsi crediderant accipiendam, & in* Nathanidarum *successione complendam agnoscit, divinæ voluntati in fine psalmi acquiescens* Propheta, *dicendo:* Fiat, fiat. *Exinde tamen difficilior fuit Judæis certa illa atque infallibilis* Messiæ *ex Davide expectatio: quæ difficultas obscuritasque tunc etiam crevit, quando in morte* Jacobi, *qui* S. Josepho *atque adeo etiam* Mariæ Virginis *pater legalis assignatur, defecit principalis illa per* Abiud *ducta* Zorobabelidarum *propago; &, ut ad veros*

ita Jacob filius legalis Joseph,

ro-

A repromissionis heredes pervenirent, per carnales generationes a Reza, altero Zorobabelis filio, descendendum fuit ad posteritatem Heli; idque prætermisso Joachimo, ut proinde eo omisso post Jacob immediate fuerit Joseph nominandus, vir Mariæ, non qualiscumque; sed, ut Attici dicunt, ἐπιδικαζόμενος, cognationis proximæ jure sumptus ex præscripto Legis: quo sensu viri nomen videri non potest a genealogia alienum, utpote gradum unum constituere idoneum. Eo enim fiebat, ut vice patris Christo Josephus esset, in eumque, etiamsi nullum cum Virgine matre fuisset matrimonium, solius agnationis jure, tamquam in legalem filium, omne jus sibi adquisitum refunderet. Quia Christus, mediante matre ex Spiritu sancto fœcundata, adeoque nihil peregrini sanguinis in genus suum inferente, tam vere fuit filius legalis Josephi, quam vere mediante eadem matre & Joachimo carnalis erat filius & heres Heli, qui idem & Mariæ avus & Josephi genitor fuit.

Josephi Christus fuit,

35 Illa fere Possunt, a quo relictam Judæis difficultatem in perquirendo herede Jacobi, Abiudæorum ultimi, videor mihi posse levigare, adducendo relictæ ejus uxori Bethleemitam Heli, patrem Joachimi, ex quo altero ipsius Heli matrimonio procreandi filii, non censerentur esse ipsius, sed Jacobi; hujus, non illius, B futuri heredes. Qui quidem Heli, priori suo filio Joachimo, jam forsitan conjugato aut certe familiam per se ducere apto, relinquens quas habebat in Judæa facultates; intellecta Jacobi morte, per quam offerebatur sibi tamquam proximo, non tam hereditas quam benedictio amplior, propterque spes suscitandi ex ejus selecta Messiæ, transire festinaverit in Galilæam, accepta tamen prius ex Templi archivis juris sui proximitatisque probatione; cum qua receptus Nazarethi, defuncti viduam, adhuc juvenculam, desponsarit sibi; manens in ipsius Jacobi domo, cum istic sibi natis liberis, quorum primus Josephus fuerit, Mariæ Virginis Sponsus divinitus destinatus, qui ab illo suo legali patre ἐπικληθεὶς Πανθὴρ καλούμενος, ut ait Epiphanius, Pantheri cognomen sortito [non autem a carnalis processionis linea, uti apud Damascenum hallucinantur Græci] Pantherus etiam ipse cognominatus fuit, unde est illa gentilis Celsi apud Origenem annotatio, asserentis a Judæis se accepisse, quod Maria conceperit ἀπό τινος, Πανθήρα τοὔνομα, ex quodam, cui nomen Pantheras, idest, ex Josepho. Hoc posito Nazarethanis, & ceteris qui rem vellent examinare Judæis, minime ignotum esse poterat, quo titulo prætenderet Christus se esse, qualem per miracula probabat, filium David, non qualemcumque, C sed illum quem exspectare jussi erant. Quare nihil obest quo minus Nathanael, Legis peritus; sciensque in Nazareth haberi tales Jacobi (ut dicebantur) filios & familiam, non dubitanter interrogaverit, sed positive asseruerit, quod ex Nazareth potest aliquod boni esse. Si autem dubitavit, ideo solum dubitaverit; quia noverat in Michea scriptum; Et tu Bethleem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda, ex te enim exiet Dux qui regat populum meum Israel; & tamen passim credebatur & dicebatur Jesus Nazarenus aut Jesus de Nazareth; solum autem domesticis paucis notum erat eum fuisse natum in Bethleem Juda. Nec absimile vero mihi videtur, duodennem Jesum, quando invenerunt eum parentes sui in medio doctorum, audientem & interrogantem illos; inter alia quæ ipsos interrogando potius quam aliquid affirmando docuit, etiam istum scrupulum ipsis eximere voluisse, quærendo num propter istud apud Micheam oraculum, Messias necessario esset exspectandus ex Bethleem, eo tempore quo familia Jacobi Abiudæi tota in Galilæa erat, & tamen aliunde constabat Messiam vel advenisse, vel mox adfuturum; eaque interrogatione effecisse, ut cognoscerent, satisfactum oraculo fore, si quoquo modo natus in Bethleem Messias, aliunde fortassis quam ex Bethleem annuntiaretur, sicuti postea factum est, prædicantibus Apostolis Jesum a Nazareth. D

Jacobus autem iste primus maritus ejus mulieris.

unde proximus illius heres Heli, pater Joachimi, genuit ipsum Joseph

cur res potuit & debuit fuisse notissima Judæis,

de Jesu tamen recipiendo dubiis quia ipsis annuntiabatur a Nazareth.

36 Quidquid horum sit (neque enim nostra magni refert, quam certo notum Judæis fuerit, ex Jacobi istius posteris exspectandum Messiam) dico ex præmissis consequi, Josephi cum Maria nuptias, non fuisse absolute necessarias inserendo in successionem regni Judaici Christo, nisi quatenus opus erat, ut legitimus Nepos Jacobi esset & crederetur. Dico, esset & crederetur; quia licet propter nuptias istas erat Jesus, filius, ut putabatur, Joseph, secundum carnem, & hic illius Pater vocaretur, non tamen revera sic erat, utpote non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo conceptus; ideoque Mariæ quidem filius, legitimus simul ac naturalis (illegitimum enim dumtaxat facit copula illegitima) non tamen idem Josephi filius fieri legitimus sive legalis poterat, nisi per legitimas matris suæ cum illo nuptias, quæ mater per easdem nuptias fiebat quasi filia Josephi, apta heredem illi procreare. Quod nisi fieret, Josephus nullum filium neque naturalem neque legalem relinqueret, & sic debuisset jus primogenituræ legalis ex Jacobo, in eoque fundata spes procreandi Messiæ, devolvi ad germanum Josephi fratrem si quis erat; erat autem, ut infra apparebit, germanus Cleophas, cum aliis aliunde liberos habens, tum ex Maria, Mariæ Christiparæ Consobrina & nepte E Joachimi, Jacobum Fratrem Domini. Fuerunt insuper eædem nuptiæ, etiam ob alias urgentes causas ordinatæ a Deo; quarum capitales duæ hæ; ut extra suspicionem fornicariæ copulæ virginei conceptus mysterium poneretur, interim dum miracula comprobarent, Dei filium Messiam citra virilem concubitum & potuisse gigni, & reapse absque eo genitum fuisse. Deinde ut servaretur lex de conjugiis τῶν πατρικληρονομουσῶν, paternæ hereditatis in solidum adeuntium, qualis erat Joachimo Maria. Quam legem usque ad conscientiam valuisse, ac ejus neglectum culpæ imputandum, satis indicant, ex libro Tobiæ cap. 3. juxta LXX. interpretum editionem Græcam, illa septimum vidua & adhuc virginis Saræ verba: Unigenita sum patri meo, filium præter me non habenti qui possit ei succedere: neque fratrem aut ex fratre natum nepotem, cui me uxorem servem: quasi subinferens, culpæ sibi verti non posse, quod nullum ejusmodi habens, aliis nubere consensisset; adeoque nec imputandam sibi septem virorum cædem, quasi propter legis prævaricationem occisorum, ad avertendam injuriam, proximo, cui se servare obligaretur, cognato talibus nuptiis irrogandam.

Itaque nascituro ex Maria Messia

necessarium fuit illius cum Joseph conjugium

licet etiam aliis de causis provisum.

F 37. Porro, ut unde digressa est eo revertatur oratio, fundamentum adstruendæ filiationis istius legalis Christi ad Josephum est jus quoddam, ut vocant, repræsentationis, in Judaica republica constitutum, & etiam nunc inter dispersionis reliquias perseverans: ob quod Hebraici Juris periti, communi effato seu axiomate negant fieri posse, ut in sua gente aliquis absque certo herede moriatur: quia fieri non potest, quin sursum ascendendo, perveniatur ad unum quemdam, qui habeat in vivis aliquem ex se recta generationis carnalis linea descendentem, a quo possit repræsentari in ordine ad hereditandam hereditatem: quæ si defectu propaginis naturalis provolvi porro nequeat, non habeat in quo consistat, necessario in caput revolvitur, usque dum inveniat aliquem quadam juris fictione superstitem in suis nepotibus; qualis in præsenti casu fuit Christus, per Mariam & Josephum ascendens ad Jacob, patrem Josephi legalem, per Mariam vero & Joachimum ad Heli, ipsius etiam Josephi patrem carnalem, indeque ad communem utriusque stirpis progenitorem Zorobabel, ac porro duplici iterum via, per Salomonem atque Nathanem, ad David; sicut mox infra apparebit. Et hoc est cur dicat Josephus Historicus, libro adversus Appionem, Judæos tam diligentes religiososque fuisse hac

Fundamentum filiationis legalis,

ob quod cura Judæis Genealogiarum tanta

A *hac in parte*, *quod* non Sacerdotibus quibuslibet per varia loca & fana dispersis, ut Ægyptii Chaldæique sed uni generi, uoi templo, defixo Hierosolymis, ministrantibus Aaronis posteris, ipsique adeo principi eorum, summo Pootifici curam singularem divino iostituto præscripserunt, custodiendæ in arcanis litteris memoriæ rerum, tum publice gestarum, tum privatas quidem familias ac personas attinentium, sed quarum successiones nosse iotereslet publice. *Quas litteras ne everso a Chaldæis templo interiisse quis existimet, lib. 1. Esdræ caput 11. legat, ubi Sacerdotum quorumdam, quorum de genere dubitabatur, Genealogia quæsita dicitur (utique in ærario aut chartophylacio sacro, Babylonem cum reliqua captivitate traducto, indeque remigrantibus Judæis relato) eaque non inventa*, ejecti sunt de Sacerdotio: argumento, *inquit Possians*, manifesto, omnium familiarum censum ibi diligentem esse solere, *saltem Sacerdotalium & Re-* B *giorum; eamdemque adhuc durare diligentiam norunt omnes, qui gentem norunt*.

ex quibus Christum Matthæus ostendit.

38 *Talium ergo tabularum fide probaturus Matthæus*, Christum, *qui se Messiam dixisset probassetque tanta signorum evidentia, id ipsum habere, quod illi potissimum spectabant & requirebant, veram ac legitimam a* Davide *successionem; id quod intendebat est perfectissime assecutus, omni Judaici juris apice Spiritu sancto dirigente observans. Ideoque vix dubitamus, quin* Ochosiæ, Joasi *&* Amasiæ *Regum nomina, ideo prætermiserit, quia in dictis tabulis ea desiderabantur, per quamdam veluti excommunicationis, quam viventes incurrerant, sententiam eu iisdem Sacerdotali expuncta judicio ignominiæ causa; quomodo deinde est in Ecclesia usurpatus mos nomina Episcoporum mortuorum, qui macula graviori notati fuissent, e sacris Diptychis expungendi: quod etiam in Joakimo Jechoniæ patre, & aliis forte nonnullis valuerit. Cur autem istos potius quam alios æque ac magis impios eraserint e fastis Sacerdotes, docte solideque discutit Possinus cap. 30. & 4. Cujus doctrina ut facilius capiatur, ecce tibi Genealogicum schema a* Davide *ad* Josephum, *hinc secundum legem ex* Salomone, *inde secundum naturam* C *ex* Nathane *ductum, donec series utraque, in* Zalathiele *&* Zorobabele *concurrens, atque ab his rursum divisa, ad invicem redeat in* Davide. *Nam qui volunt duos prænominatos*, Zalathielem *inquam &* Zorobabelem, *alios apud Matthæum esse quam qui sunt apud Lucam, nullo id probant argumento: nec dubitamus quin* Zorobabel *natura filius* Zalathielis *fuerit, licet 1. Paralip. 3. dicatur filius* Phadajæ, *patrui fortassis sui aut fratris natu majoris, absque hæredibus ex se prognatis mortui, cui proinde* Zorobabel *filius legalis fuerit: cujusmodi successiones, quatenus ad supplendum naturalis seriei defectum fuerunt assumptæ a Matthæo, notare voluimus* ⁝ *asteriscis: ceteras recta* | *lineola signavimus.*

SCHEMA GENEALOGICUM D

JOSEPH FILII DAVID,


ET JESU CHRISTI

FILII DAVID

secundum ordinem


LEGIS	NATURÆ
ex Matthæo.	*ex Luca*

DAVID FILIUS ABRAHAM



ZO.

A



B

C

Jacobi oraculum declaratur

39 *Exposita porro, ut diximus, ista secundum Legem genealogia, Matthaeus, tamquam rem facilem Judaeis, juris sui minime ignaris, ipsismet examinandum reliquit, quomodo successiones illae legales per generationes carnales & proxima consanguinitatis jura nectentur: ut qui satis haberet ostendisse ex ipsorummet tabulis, factas Abrahamo & Davidi promissiones ad Christum pertinere: adeoque implevisse Deum id quod promiserat Geneseos* 49. Non auferetur sceptrum de Juda, & Dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est. *Uti enim adhuc durat sceptrum in Francia post tertiam regiae stirpis mutationem, imo & in Anglia, etiam postquam illi rerum potiti sunt extranei penitus* D *Normanniae Duces; ita duravit sceptrum in Juda, quamdiu Judaicus populus Reges ac Principes habuit, a quibus suis Regibus regeretur, ex quacumque demum tribu aut natione si vel assumpti vel intrusi essent. Horum autem postremus fuit* Archelaus, *statim post mortem patris mulctatus a Romanis dimidia parte regni, quod ipso deinde pulso, in Tetrarchias sectum est quadrifariam: & relicta est extra sortem Judaea, Romanis Praesidibus reservata. Atque hoc dictum sit in communi hactenus opinione, qua* Herodes, *dictus* Ascolonita, *postremo regnantis in Judaea stirpis auctor, creditur, ut cognomento, sic etiam genere Alienigena & Idumaeus fuisse; nihil ad* Jacob, *nihil ad* Judam *pertinuisse. Nam saepe laudatus* Possinus *noster, edita nuper Dissertatione erudita, demonstravit contrarium; allegans ex Josepho Nicolaum Damascenum, Antipatro Herodis patri familiarissimum, diserte affirmantem, quod praedictus* Antipater fuit genere Judaeus, ex primis ortus Judaeorum, qui e Babylone in Judaeam venerunt. *Nec vero apparet qua veri specie tueri se potuisset* Herodianorum haeresis, *credi volentium ipsum esse promissum Judaeis* Messiam, *licet nequaquam natum ex* Davide, *si neque ad tribum Juda, neque ad* E *aliam aliquam Israeliticam ille spectabat: cum Deuteron.* XVIII. *expresse dixerit Moyses*, Prophetam de gente tua & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus. *Addit & alia argumenta, nequaquam futilia, ut quod Costobarus, Idumeae Princeps & Herodis levir ipsique carissimus, clam id agens per Cleopatram apud Antonium, ut liceret Idumaeis excutere Judaicae Legis jugum, quod Assamonaei Principes imposuerant, atque ad ritus avitos redire, passus repulsam sit: excusante Antonio, haud se posse fidelissimo sibi Herodi tantum dolorem inurere; indicio satis claro, quod tam Antonio quam Costobaro constaret, Herodem vere Judaeum esse, atque adeo aegerrime laturum istam Judaicae Legis imminutionem. Infert ergo Possinus, quod* Herodes *& a Patribus & ab Historicis solum* Idumaeus *dicatur, quia in Idumaea, dum iste pater suus Antipater Proregem ageret, natus & educatus fuerit, sicut Paulus Tarsensis, Barnabas Cyprius appellantur, veri nihilominus Judaei: deinde palmari Josephi testimonio contra ipsummet Josephum, alibi aliter loqui visum, rem conficit ex lib.* 20. *Antiqu. cap.* 6. *ubi narrat, quomodo* extitit Caesaream inhabitantium Judaeorum acris, contra Syros ibidem degentes, contentio, de aequalitate in jure civitatis. Siquidem Judaei primatum in hac parte sibi arrogabant, ea freti F ratione, quod Urbis Conditor Herodes Rex de ipsorum fuisset genere. Id porro Syri de Herode quidem ita esse fatebantur, ceterum allegabant, quae nunc Caesarea vocaretur, antea Turrim Stratonis fuisse dictam, quo tempore nullus ejus civis Judaeus erat.

quod regnum politicum,

non ante Messiae adventum auferendum a Juda

ex cujus stirpe demonstratur fuisse Herodes

sicut a loco Natali dictus Ascalonita.

40 *Non igitur* ablatum *fuit* Sceptrum de Juda, *quamdiu* Herodes *iste vixit; ablatum est autem ipso post Christi nativitatem extincto & filio* Archelao *non nisi in partem succedente, ac deinde prorsus abdicata. Non etiam ablatus fuit (sicut supra ostendimus) usque ad natum Messiam,* Dux de femore Juda, *id est Tribus a Juda deductae caput, Principatum illum Israelitici populi haereditarium transmissurus ad successorem, eumque suum, si non & naturalem, saltem legalem filium; ablatus est autem temporalis iste Principatus nato eo, qui aeternum possideret eumdem. Quod ut certius constaret Judaeis, scirentque se alium a Christo frustra expectaturos; primum quidem effecit Deus ut primariae duae Davidicae Domus familiae in* Christo *terminarentur, omnibus earumdem familiarum proximis ipsi* Christo *haeredibus in ipsum ut* Messiam *credentibus, nec alium expectantibus. Supererant quidem ex Davidis domo familiae plures aliae, una cum* Christo *nasciturο recensita Bethleemi; sed exstictis atque deperditis in Hiero-*

Davidicae duarum primariarum familiarum terminatio in Christo.

aliis vero excisis a Vespasiano

A *solymitanæ urbis templique excidio Genealogicis istis tabulis, ex quibus jus unius præ altera probari debuisset, mœsta erat omnis eorum inter se de primatu contentio. Hanc vero etiam majori ex parte Vespasianus dispescuit, si vera* est fama, *apud Eusebium lib. 3. cap. 12. relata,* quod post expugnatam civitatem, eos qui a Davide genus ducerent, perquiri jussit (*facile autem erat ex ipsis Census facti sub Augusto libris familias singulas invenire*) ne quisquam apud Judæos ex regia stirpe superesset; eaque ex causa gravissima rursus persecutio Judæis illata fuit: *quam præfatos* Cleophæ *ex Juda filio posteros, cum majore illius filio* Simeone, *credo non aliter evasisse, quam merito & titulo professionis suæ, omnem venturi Regis spem mentionemque abominantis. Iterum tamen sub Trajano nova persecutione suscitata, nec ipsi quidem* Simeoni *est parcitum, licet Episcopo Christianorum & centum viginti annos nato.*

ablatus est etiam ducatus Tribus Juda addictus Davidi.

41 *Neque dicas, quod per repræsentationem jam explicatam, quamdiu Judæi erunt ex Juda carnaliter propagati, tamdiu necessario inveniendus sit aliquis, qui a Judæis,* Christi *Resurrectionem & perpetuitatem in ea fundatam nolentibus credere, habeatur Dux & caput in familia Juda: & Davidis, quamvis prorsus exB tincti, eodem jure hæres sit, quo Christus Salomonis: quia talis non esset futurus de semine* David, *adeoque non eodem cum* Christo, *sed simili dumtaxat jure tuebitur causam suam. Nec de qualicumque Ducatu intelligenda est Patriarchalis benedictio, sed de eo qui simul cum regno esset sumpturus exordium in* Davide, *& æternandus in* Messia, *ex ipsius* Davidis *semine toties tamque solenniter promisso. Quod nisi jam factum credere velint pervicaces, ne falso quidem nunc possint faciendum sperare, si vera est opinatio nostra de exstinctæ penitus* Davidis *Domo & familiis singulis inde deductis. Pertinuit certe ad divinam providentiam, tollere Judæis omni ratione spem illam, quam potuissent in alio quocumque Davidicæ stirpis ramo collocare. Quod si forte ex hodiedum viventibus aliqui (nemo enim est in illa toto orbe dispersa gente, qui non nominet tribum ex duodecim unam, fortassis etiam & familiam certam, ex iis quas olim fuisse nobiles tenet ipsorum traditio) si forte, inquam, hodiedum aliqui prætendunt genus ducere ex* Davide, *illis numquam Judæus sapiens certam fidem habebit; cum non possit ignorare, quam impossibile talibus sit, demonstrando evincere prætensam originem; & ut eam possint demonstrare, numquam tamen poterunt definire, ut antea, quis sit successioni proximior: tum multis toto orbe sparsis, qui similiter se jactent a* Davide *descendere.*

cujus certos posteros alios non facile ostendent Judæi.

C §. VII. Eorum qui Fratres Domini vocantur in Evangeliis, Sanctique Præcursoris cum eodem Domino consanguinitas vel affinitas.

Fratres et sorores Christi quomodo dicti, unde varie explicant,

42 N*Azarethani cives, nati apud se Christi doctrina & miraculis increduli, invidentiæ suæ & pervicaciæ colorem aliquem daturi, ita inter se contemptim quærunt Matthæi* XIII. Unde huic sapientia hæc D & virtutes? Nonne hic est fabri filius? Nonne mater ejus dicitur Maria, & fratres ejus Jacobus, & Joseph, & Simon, & Judas, & sorores ejus nonne omnes apud nos sunt? unde huic ergo omnia ista? & scandalizabantur in eo. *Eadem omnia quoad substantiam, sed brevius nonnihil, habes Marci* VI. *Hinc variæ apud varios extiterunt sententiæ. Et impius quidem Helvidius blasphemando præsumpsit detrahere* Deiparæ *titulum* semper Virginis, *ac si post Christum, de Spiritu sancto conceptum & salvis pudicitiæ claustris effusum in lucem, suo cum Josepho matrimonio usa, istos et liberos genuisset. Paulo tolerabilius insaniverunt nuptiurientes Græculi, qui* Josephum Mariæ *conjunxerunt jam viduum, & plurium ex priori thoro liberorum parentem. Nonnulli denique apud Latinos omnia expedita sibi fore existimarunt, si* S. Annæ, *Christi aviæ, plures maritos junxissent, ex quibus nata sint illæ quæ passim* Sorores Matris Jesu *vocantur; unde factum ut earum filii, consueta Hebræis phrasi, vocentur* Fratres, *quorum etiam numerum liberaliter augent, addendo eis* Joannem & Jacobum filios Zebedæi, *ex matre, ut vo-* E *lunt,* Salome. *Ne autem incertum maneret, qua ratione ad Christum suus Prodromus spectaret, ignorantes quid de eo traderent Græci (quibus tamen ipsis magna fides habenda non erat, congruæ vetustatis auctoritate destitutis)* Emerentianam *quamdam commenti sunt, quæ* Stolano *nupta,* Annam Mariæ *&* Ismeriam Elisabethæ *matres pepererit: quod cum secuti illi essent qui S. Augustino Sermones ad Fratres de eremo, & S. Cyrillo Alexandrino nescio quid de ortu S. Annæ supposuerunt; tot passim sectatores ex neotericis habuerunt, ut pudeat pigeatque recensere eruditos alias viros, clausis veluti oculis eidem fabellæ adhærescentes. Sed de his alias, malim ego nomina ignorare, quam fingere, aut sine idoneo teste obtrusa acceptare.*

ineptius aliquis.


43 *Virginem vixisse* Josephum *ac mortuum esse, tota post Hieronymum tenet Ecclesia Latina: Virginem autem vixisse, non quomodocumque, sed deliberato animi in omnem vitam proposito, voti quoque religione firmato, quale etiam ante matrimonium conceperat ipsamet* Deipara, *satis probari videtur ex hujus tam plena assevertionis certissimæ interrogatione,* Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? *minus utique valitura, si integrum* Josepho *fuisset matrimonio legitime contracto uti, & sponsæ suæ qualecumque votum irritum facere juri suo contrario. Agit hac de re plenius noster de Josepho Commentarius* §. VII. *quo tractantur* F Sanctorum Christi parentum desponsatio & continentiæ votum; *pro quo, isto satis legendo & minus ad nostrum nunc argumentum faciente, supposui hic Paragraphum alium, reique, mox fusius explicandæ, præmitto* Genealogicum Systema *ab eo, quod alias proposui, leviter immutatum, omissis nonnullis, haud facile positiva auctoritate probandis; quales sunt* Barsabas *uterque,* Joseph & Judas; *aliis vero duobus,* Simone & Juda *Apostolis, sub verisimili conjectura quod eo pertineant, ad sacerdotale genus* Annæ *translatis.*

Systema novum hic proponitur,


CON-

A D

CONSANGUINEORUM SYSTEMA EX PARTE JOACHIM ET JOSEPH PRINCIPALE.



SYSTEMA SACERDOTALE, EX PARTE ANNÆ.



non ut certum, 44 *Phænomenorum cælestium rationem reddituri, & cursus siderum descripturi Astrologi, varii varia constituunt systemata; non quasi præsumant definire quomodo naturam condiderit Deus; (sciunt enim hunc eumdem, qui a nobis cernitur, motum superaereorum corporum, ab omnipotentissima Dei sapientia modis diversis, licet a nobis necdum intellectis, condi potuisse) sed quod, in eo quem ipsi excogitarunt statu rerum, putent se posse explicare omnia, quæcumque in istc suo argumento objiciuntur difficilia: creduntque se verum Systema reperisse, saltem quoad nos; licet aliud forte Deus constituerit, eosdem omnes effectus habens, quos illi ex & in suo Systemate se putant deprehendere. Idem ego hic sento, dum constat quod nexus affinitatis vel consanguinitatis possit inter duas personas reperiri ex variis capitibus varius, ut de singulis statuamus aliquid, in quo Evangelii loca omnia vel verificentur reipsa; vel verificata fuissent, si is quem concipio nascendi ordo obtigisset personis, de quibus est quæstio; non repudiaturus, si quid alteri æque verosimile occurrerit;* *sed ut aptius ad omnia conciliandi.* *& hæc ipsa etiam retractaturus, mox atque ostensum fuerit esse in his aliquid, quod historia Evangelica minus congruat. Supponendo ergo, tamquam certum,* Mariæ Deiparæ *nullos fuisse, non dico filios aut filias* *quæ supponuntur omnes ex Josephi* *præter* Jesum, *sed neque proprie dictos* Fratres *aut* Sorores, *quorum liberis* Jesus *fuisset Consobrinus, ipsique in latiori acceptione ejus* Sorores *ac* Fratres. *Josephum quoque statuendo virginem obiisse, restat ut illi fuerint prognati ex aliquo* Josephi *&* Joachimi, *vel etiam* Annæ, *Fratre aut Sorore; ne in requirendis consanguinitatis titulis longius abeamus quam ipsa verba necessaria important.* *vel Annæ fratribus aut sororibus nati.*

45 *In his autem venit accurate observanda summa illa Evangelistarum diligentia, in personis synonymis, tam viris quam feminis, per cognomina quædam distinguendis: ea enim videtur præbere certissimum fundamentum hic stabiliendæ diversitatis. Et quia ejusmodi cognomina ut plurimum sumuntur ab alio nomine proprio, posito in genitivo, ante omnia moneo, nomen genitivi casus, alieni nominativo absolute additum, de-* *atque explicato sensu genitivo, nominibus pro cognomine additis*

A notare, quod is, cui genitivus sic additur, sit ejus qui in genitivo ponitur filius; si autem nominativus sit feminei generis, significare, quod ejusmodi femina, sit ejus qui exprimitur in genitivo uxor aut filia. Neque enim invenies locum ubi sic signetur, ejus personæ, quæ exprimitur in genitivo, Maritus, Pater, Mater, Frater, aut Soror: quia hæc subintelligi non solent. Itaque, Joseph vir Mariæ; non Joseph Mariæ, legitur; Symon, pater Alexandri & Rufi; non Symon Alexandri & Rufi; Maria, Jacobi & Joseph mater; Jacobus, Frater Joannis; Soror Matris Jesu, Maria-Cleophæ, atque ita de ceteris. Ubi ergo dicitur Maria Jacobi, & Judas Jacobi; intelligi censeo, Mariam istam fuisse Jacobi alicujus uxorem vel filiam; non matrem, ut volunt, qui ipsam cum Maria, Cleophæ uxore, confundunt; similiter Judam, filium Jacobi, non fratrem aut patrem. Istis sic positis,

Statuitur quod Iacobus & Ioseph Fratres Domini, nati sint ex Maria consobrina Deiparæ,

46 Statuo I. Jacobum, Hierosolymorum Episcoporum primum, ejusque fratrem Joseph, natos ex Cleopha & Sorore matris Jesu Maria (hæc enim Jacobi & Joseph Mater dicitur) appellatos autonomastice fuisse Fratres Domini præ aliis, ex eodem Cleopha patre quomodocumque genitis, idque speciali aliquo præ illis jure, quod acceperint, non a solo patre (nam eo hujus B capite omnes erant æquales) sed etiam a matre, nata ex Deipara Avunculo vel Matertera, sive ex aliquo S. Annæ fratre aut Sorore. Cur autem non ex Patruo vel Amita Deiparæ, S. Joachimi Fratre aut Sorore? Idem quidem id esset, in ordine ad duplicis consanguinitatis nexum cum Jesu reperiendum in Jacobo Adelphotheo (nam de hoc præcipua nobis est quæstio; cum de Josepho ejus fratre, quem præmortuum esse relicta vidua Salome suspicor, altum sit in Evangeliis silentium) priorem tamen conditionem elegi, ut major sit inter Jesum & Jacobum similitudo; cum ambo ex Regali simul & Sacerdotali stirpe processisse, ratione prorsus eadem intelligentur. Et sicut Jesum, quem ipsi quoque Judæi, ad fidem ejus convertendi, summum essent agnituri Pontificem, conveniebat aliqua ex parte genus ducere ex ejus gentis Sacerdotibus; ita etiam congruum erat, ab eodem Sacerdotali stemmate non prorsus alienum esse, qui constituenda ex Judæis in Jerusalem Ecclesiæ primus præficiendus erat Episcopus.

Qui Joseph frater Cleophæ,

47 Statuo II. ex Hegesippo antiquissimo & Apostolicis temporibus proximo scriptore apud Eusebium, Cleopham ipsum fuisse fratrem Josephi, adeoque & Joachimi; C & , quod consequens est, uxoris etiam suæ, ex qua Jacobum Adelphotheum genuit, patruum vel avunculum. Quia tamen Cleophas æque ac ipse Joseph, natus erat ex ea qua fuerat Jacob, ut supra diximus, sine liberis mortui, ideoque secundum legem æstimabatur & appellabatur filius, non Heli, sed Jacob; & quia mos est Judæis, legalis potius quam carnalis propagationis rationem habere; ideo fit, ut liberi ejusdem Cleophæ, aliunde quam ex Maria suscepti, puta Symeon sive Simon Hierosolymorum secundus Episcopus; tum Judas, qui se fratrem Jacobi nominat, velut dignitate, etsi non ætate potioris; denique Cleophas junior, Christi redivivi consortio versus Emauntem dignatus in specie peregrini; & plures aliæ forsan eorum sorores, ex priori aliquo Cleophæ matrimonio; fit, inquam ut isti omnes, affines Christi potius quam consanguinei fuerint habiti, nec nisi ratione communis sui fratris Jacobi. Istum tamen Juniorem Cleopham non posui in Systemate, quia ejus cum Christo consanguinitas nusquam indicatur in Evangeliis, solaque in nominis identitate fundata conjectura, facit ut ipsum hic annumerem filiis Cleophæ Senioris. Duos autem Cleophas melius distingui existimo, tum ut uxor senioris, soluta matrimonii lege per viri mortem, deceatius Jesum sequi potuerit; tum ut Christi Hospitem in Emaus, non faciamus enormiter seniorem Discipulis ceteris, quos omnes fuisse

& aliis Cleophæ uxoribus alii,

an etiam Cleophas junior ipse, qui fuerit socius ...

D Magistro suo juniores, aut ut summum coævos, mihi persuadeo. Sed neque Sorores ullas Christo ex priori Cleophæ matrimonio prædictis adscripsi, ob defectum idonei testimonii; alias agnosco, quod illæ plures esse potuerint. Nam quæ sic in Evangelio nominantur, potuerunt ex eodem Cleophæ & Mariæ matrimonio processisse; atque ita duplici nexu, æque ac Jacobus Adelphotheus, ad Dominum propius pertinuisse. Sunt qui putant, Cleopham ipsum, alio nomine dictum Alphæum; idque, ne cogantur ab hujus filio, uno ex duodenario Apostolorum, distinguere Adelphotheum, & ita cum Jacobo Zebedæi, tres Jacobos admittere; sed eorum opinionem refutavi ad XXV. Maii, quo colitur ipse Alphæus, Capharnaita, Apostolorum Matthæi ac Jacobi pater.

48 Statuo III. eumdem Cleopham, priusquam Mariæ suæ conjungeretur aliam habuisse uxorem, ex qua genuerit Symeonem, secundum Hierosolymorum Episcopum electum, titulo proximæ post Jacobum consanguinitatis cum Christo. Hic enim titulus, in Judaizante adhuc urbis illius Ecclesia, multum valere debebat: quamvis is esset fratre suo prædefuncto tredecim minimum annis senior; utpote qui passim dicitur centum E viginti annorum fuisse, quando complevit martyrium suum, anno Christi CVII. Fuisse autem patrem ejus Cleopham, eumque Josephi Sponsi Deiparæ fratrem, ex tota antiquitate probavit Bollandus ad XVIII. Februarii; testem allegans ex Eusebio Hegesippum: qui etiam asserit, ad ejus electionem, non solum convenisse undequaque eos qui tunc erant Christi Discipulos; sed omnes quibus cum Domino secundum carnem intercedebat cognatio, nam multi eorum supererant. Addo ego, fuisse Cleopham, non solum fratrem Josephi, sed fratrem ejus germanum; atque adeo debuisse ejus filios, tamquam ex filio legali Jacobi natos (nisi Christus resurrexisset a mortuis, regnaturus in æternum) succedere Josepho nullos ex se liberos relinquenti. Istis autem filiis adnumerandus omnino est Canonicæ unius Epistolæ scriptor Judas, qui se præfatur Jesu Christi servum, fratrem Jacobi, scilicet Adelphothei esse; velut dignitate, etsi non ætate potioris. Quem licet a Juda Thaddæo, alias Juda Jacobi, sic dicto a patris sui (de quo infra) nomine, distinguendum ego putem, contra plerosque aliter sentientes, ob causam supra allatam; non tamen miror ejus Epistolam inter Canonicas Scripturas receptam; cum inter easdem recepta sint F Marci & Lucæ Evangelia, quos tamen constat Apostolos ex majoribus non fuisse. Nempe scripta est Epistola illa, quantum ex tota contextu colligere licet, ad fideles Judæos, Hierosolymis sub Jacobo manentes, ad quos subintrojeraant aliqui Evangelium adulterantes. Cum ergo talis Epistola auctoritate ipsius Jacobi in illa primigenia Ecclesia publice legeretur, æque facile potuit prærogativam istam retinere, quam commendante Petro Evangelium Marci, & Paulo satagente Evangelium Lucæ. Porro si primam illam Cleophæ uxorem, dixerimus Sabæ cujusdam fuisse viduam; potuit hæc utrumque Barsabam, Josephum & Judam, privignos ei attulisse: quod tamen sine auctoritate nunc non dixerim, multo minus eorum nominibus auxerim numerum Fratrum Domini, quasi Cleophas eos genuerit in nomen fratris Sabæ absque liberis defuncti: satis enim nobis in præsentiarum est, fratres inter se, ex uno naturali patre Heli, fecisse Joachim, Josephum, & Cleopham.

Ex priori ejusdem Cleophæ uxore natus Symeon Ep. II.

& Judas scriptor Epistolæ Canonicæ.

an & privigni Joseph & Judas Barsabæ?

49 Hoc modo habetur Systema Domus & familiæ David, Christum concernentis, satis commode & absque ulla personarum confusione dispositum, ut mihi quidem videtur. Restat ut alterum Systema componamus Domus & familiæ Aaron; quatenus Christus, qui erat futurus secundum legem filius Joseph, eoque Davidici regni verus successor; secundum carnem ex Maria sumptam, genus etiam duceret ex Sacerdotibus; non

Anna autem probatur ex Augustino

pee

A per Avum (sic enim oportebat eum, non solum legaliter, sed & carnaliter esse filium David) ergo per aviam, filiam Sacerdotis alicujus Aaronici, & quidem præcipuæ unius Vicis: per Vices enim ministerii distinguebantur familiæ Sacerdotales. Non mea hæc sed D. Augustini ratiocinatio est, lib. 2. de Consensu Evangelistarum cap. 1. Mariæ genus Sacerdotale probamus ex Luca, insinuante quod cognata ejus esset Elisabeth, quam dicit de filiabus Aaron. Nihil namque hoc argumentum efficeret, si sola affinitas, & non etiam consanguinitas matrem ejus Annam Sacerdotali generi innexuisset. Igitur, si, prout idem Augustinus ait, firmissime tenendum est, carnem Christi ex utroque genere propagatam, & Regum scilicet & Sacerdotum, in quibus personis apud populum Hebræorum etiam mystica unctio figurabatur, id est Chrisma, unde Christi nomen elucet, eadem firmitudine tenendum erit, etiam Annam fuisse de filiabus Aaron, Sororem unius Sacerdotis de Vice Abiæ, & Zachariæ Sacerdotis amitam.

Fuisse ex filiabus Aaron.

B Neque objiciatur Justitia Joachim, quæ eum vetuisset aliunde quam ex tribu sua & familia uxorem ducere: jam enim ostensum est, talem nullam legem Judæis fuisse; & Leviticæ tribui, nullam sortem in terra promissionis habenti, liberum fuisse nuptias dare & accipere ex & in quacumque tribu, modo nulla inde timenda esset possessionum confusio, uti non erat ex matrimonio Annæ. Cur autem Zachariæ amita Anna potius quam ipsius Elisabeth? cum hæc Mariæ vocetur Cognata, non autem Cognati uxor. Respondeo quod, licet vocabula Cognatus & Cognata, quodque eis in Græco textu respondet ὁ & ἡ συγγενὴς, ex vi primæ institutionis, atque secundum purioris latinitatis proprietatem, debeat significare ex eodem genere natos, atque adeo non affines, sed vere ac stricte consanguineos: tamen ex usu vulgari, usque modo in Italia perdurante, cognata dicitur, non quæ alias vocatur consobrina; sed quæ fratris seu consobrini uxor est aut Mariti soror, Glorem Latini dicunt; cui in masculino genere respondet Levir, id est Sororis seu Consobrinæ maritus, vel uxoris frater. Hinc in Actis S. Cæciliæ Virginis ac Martyris, legitur illa sponsi sui Valeriani fratrem Tiburtium sic allocuta: Hodie te fateor meum esse cognatum, quia amor Dei te fecit esse contemptorem idolorum. Quod autem Lucas, in hac, non alia significatione utatur voce συγγενὴς, eamque sic intellexerit interpres, reddens eam Latine Cognata; videtur ex eo

amita Sacerdotis Zachariæ & hujus uxor S. Elisabeth

dici cognatam Mariæ quia nupta ejus consobrino.

C satis probari, quod idem Evangelista de consobrinis agens Fratres & Sorores appellet, non Cognatos aut Cognatas; & sic Jacobus Episcopus dicatur Frater, non Cognatus Christi.

50 Nescio an tertia in Evangeliis Maria, a marito dicta Maria Jacobi, ad Christi Genealogiam aliquatenus referri possit: quod si possit, maritum ejus Jacobum libentius dixerim Deiparæ fratrem vocari potuisse, natum ex aliquo ejus Avunculo vel Matertera generis Sacerdotalis, quam ex Fratre vel Sorore ipsius Annæ; adeoque si aliquo titulo consanguinitatis appellare eam Evangelistæ voluissent, non Sororem, sed Cognatam dicturos fuisse, sicuti Elizabetham dixit Lucas. Minus dubito quin ex hoc conjugio natus fuerit Apostolus Judas qui & Thaddæus, alias dictus Judas Jacobi. Eos tamen quos Eusebius ex Hegesippo scribit sub Domitiano accusatos, quasi essent de posteritate Judæ, quem fratrem fuisse secundum carnem tradunt, putem ad Judam Epistolæ scriptorem pertinuisse. Urgebantur enim ea invidia, velut qui ex David genere descenderent, ex quibus etiam aliquos ad Trajani usque tempora super fuisse & Ecclesiis præfuisse, ex eodem Hegesippo traditur. Sicut autem incertum est an Jacobus supra dictus, tertiæ istius Mariæ maritus, adeoque & filius eorum Judas Thadæus fuerit consanguineus Christi; ita multo magis incertum est, his conjugibus natum Simonem, cognomento Zelotem, aut ex habitatione in Cana Galilææ Cananæum; Chananæum aliqui perperam scribunt, cum in Græco optime distinguantur Καναναῖος & Καναανίτης. Sed neque fundamentum habet conjectura illa, quæ ipsum facit Sponsum, ad cujus nuptias aquam in vinum convertit Dominus; etsi dubitari nequeat, quin sponsorum alteruter ad Christi cognationem pertinuerit. Quod si revera fratres fuerunt duo isti Apostoli, Simon & Judas, ex patre Jacobo; haberemus quartum par fratrum in duodenario numero; cum præter Petrum & Andream filios Joannis, atque Joannem & Jacobum filios Zebedæi, inveniamus ex Alphæo natos Matthæum & Jacobum, & his accederent Simon & Judas quarti in hoc genere forent. Quibus sic positis, utinam & probatis! egregie fraternam caritatem commendasset Christus, ipsa duodecim talium electione, in qua duæ tertiæ partes Fratres fuerint.

Eadem dicenda de Maria Jacobi, si ea huc spectet,

cum filio Juda Thaddæo.

Hujus an frater Simon Cananæus, & Sponsus in Cana?

D

An inter 12 Apostolis sint 4. paria fratrum?

51 Porro comminata tandem, & omnem in partem versata hac materia, correctum velim, si quid alibi antea dictum a nobis minus conforme præmissi Systematis: quibus, licet multa nova & nemini priorum distincte exposita contineantur; nullum tamen timeo a novitate doctrinæ præjudicium apud æquos lectores; quando æque nova est, & nihilominus probata illa, quæ Mariæ patruum credi Josephum fecit. Ad filios Zebedæi, Joannem & Iacobum, quod attinet, nullum vel minimum reperio apud Evangelistas vestigium alicujus affinitatis vel consanguinitatis; & Theodoretus Episcopus Cyri, explicans illud Psalmi LXVII. Principes Iuda Duces eorum, Principes Zabulon & Principes Nephthalim; illud inquam, ad litteram explicans; Ex his inquit tribubus ceteri Apostoli originem traxerunt: & illi qui vocantur Fratres Domini ex tribu Iudæ: Petrus autem & Andreas & Iacobus & Ioannes & Philippus ex Bethsaida fuerunt; Matthæus & Iacobus dicti sunt habitasse Capharnaum; Simon Zelotes Cananæus appellatus est: omnia autem hæc loca Galilææ sunt, Zabulon autem & Nephthalim ibi suam habuerunt sortem. Non est quidem prorsus efficax ea argumentatio; quia passim dicuntur Judæi, e captivitate Babylonica reversi, promiscue habitasse, non solum suæ, sed etiam aliorum Tribuum sortes, pridem abductis Israeliticis decem, nec ita solenniter regressis, vacuas. Sic ipsi Fratres Domini, æque ac parentes Jesu, dicuntur habitasse Nazarethi, neque quia Simon Apostolus a Cana Galilææ originem traxit, putamus eum ab illorum numero sequestrandum: aliquid tamen causæ est, ut, cum istos omnes dederimus tribui Juda, ceteros, de quibus id non constat, neque positiva aliqua ratione redditur verisimile, duabus aliis tribubus in Psalmo nominatis relinquamus.

E

Ad neutram tribum spectasse videntur filii Zebedæi.

sed ad Zabulon vel Nephthalim;

F

52 Adde quod Zebedæus pauper omnino piscator erat, cui præter naviculam & retia nihil possessionis sancti Patres relinquant: Maria autem, ex utriusque parentis fortuna, si non amplissima, honestiori tamen nata dotataque venerit in manus Josephi; fabri quidem, sed usu potius quam absoluta necessitate: siquidem Judæis, uti constat ex Paulo, etiam nobilissimis & satis aliàs opulentis, moris erat opificium aliquod & discere & exercere. Ut autem ex fundis hæreditariis legalis sui patris Iacobi, divisis inter ipsum & uterinos fratres Cleopham Sabamque, nihil ad Josephum pervenisset quam domus Nazarethana; credendus est tamen, non omnino inferior, ad eoque humana æstimatione non indignus sponsa sua fuisse. Hæc autem patris ac matris unica ex asse hæres, non potuit non mediocriter dives fuisse; si verum est, quod de iis traditur, consuevisse ipsos proventuum annorum partem unam dicare templo, alteram largiri pauperibus, tertia sufficiente ipsis ad sustinenda familiæ onera; unde & hortos & pascua possedisse referuntur, & Anna etiam domum Hierosolymis, quæ in templum conversa hodieque permanet; in qua

fueruntque multo temporis conditionis.

quam Josephus, licet faber;

A domo forsitan & nata & educata Maria fuit, mater saltem tunc habitaverit, quando filia in templo oblata vivebat. Ejusdem etiam Virginis honestiori præ vulgo fortunæ favet, quod inter sacras Deo virgines recepta fuerit; quas omnes nonnisi genere ac fortuna præstantes fuisse par est credere. Itaque divino potius consilio, quam parentum paupertate, natus in stabulo Christus, receptum mox aliqua in domo Bethleemi reperit, ubi inveniretur a Magis; dicique potest ipsummet Christum Evangelicam paupertatem tum primum professum opere, quando eam cœpit docere verbo; & a vocatis ad suum discipulatum exigere, ut venderent quæ habebant omnia darentque pauperibus: quod consilium mox amplexa Deipara sit, ultro eleemosynis deinceps victura cum Filio.

& Maria, satis ampliter dotata;

quod filius docuit dimittere omnia.

EXERCITATIO THEOCHRONOLOGICA

GODEFRIDI HENSCHENII

Qua Christus anno XXIX. Æræ communis mortuus, & quinquennio ante illam natus suadetur.

§. I. An recte statuatur Christus Passus duobus Geminis Consulibus, & VIII. Kalendas Aprilis.

1 ADmirandus plane apparet consensus vetustiorum Patrum & Scriptorum, cum Prœmio B primi antiquissimique Catalogi, ubi dicitur, imperante Tiberio Cæsare, passum esse Dominum nostrum Iesum Christum, duobus Geminis Consulibus, VIII. Kalendas Aprilis. Est hic dies XXV. Martii, ad quem late deduximus sacram Christi crucifixi memoriam, ex triginta & pluribus antiquis Martyrologiis, quorum vetustissimum S. Hieronymo tribuitur. Ubi etiam ad eumdem diem referuntur figuræ Christi crucifixi: ut sunt Michael Archangelus, de dracone triumphans; Adamus creatus, lapsus, mortuus; Abel justus, primus Martyr; Melchisedec, Rex & Sacerdos; Isaac, a Patre Abrahamo destinatus sacrificio; Israelitæ, mare Rubrum transgressi. Imo sanctus Latro, cum Christo crucifixus, ad diem XXV. Martii etiam hodierno Martyrologio Romano est inscriptus. Idem dies ibidem confirmatur ex Tertulliano, Augustino, Beda. Henricus Philippi, in Quæstionibus Chronologicis de Annis nati & passi Christi Salvatoris cap. 19. addit illustres scriptores SS. Thomam & Antoninum & alios triginta, asserentes Christum XXV. Martii passum: imo ait, Marianam sentire temeritati proximum, velle hanc sententiam labefactare. Alphonsus Salmeron, tom. I. Prolegomeno 38. fere sub finem, ait, inter tractatus Joannis a Turrecremata manuscriptos unum se invenisse, qui inscribitur: In quinque conclusiones Episcopi Abulensis, de mandato Papæ examinatas. Prima inter eas damnata hæc erat: Dominum Iesum passum anno ætatis tricesimo tertio currente. Secunda, nequaquam vigesimo quinto Martii, sed tertio Aprilis mortuum. Sed his obiter indicatis, placet hoc loco addere aliquot antiquorum, in variis regionibus degentium, testimonia de Christo crucifixo duobus Geminis Consulibus, dicto XXV. Martii & feria sexta, quod aliis proximis annis non congruit: idque eo tantum fine, ut sua huic de Summis Pontificibus Catalogo debita consistat auctoritas, relicta aliis libertate ulterius rei veritatem inquirendi.

Dies 25. Martii alibi est examinatus,

hic de Consulatu Geminorum agitur.

2 Primus itaque prodeat antiquus Tertullianus, qui floruit circa annum Christi ducentesimum & sequentes, & quem S. Cyprianus ob miram doctrinam suum Magistrum appellare solitus est. Hic libro contra Judæos ita differit: Christi passio perfecta est sub Tiberio Cæsare, Consulibus Rubellio Gemino & Rufino Gemino, D mense Martio, temporibus Paschæ, VIII. Kalendarum Aprilium, die prima azymorum: quo Agnum ut occiderent ad vesperam, a Moyse erat præceptum. Hæc Tertullianus in sua cum Judæis concertatione. Altero post Tertullianum seculo Nicomediæ floruit, Rhetoricam docens anno CCCII. Lactantius Firmianus. Hic in libro quem scripsit ad Donatum Confessorem de Mortibus Persecutorum, cura Stephani Baluzii nuper feliciter protracto in lucem, ita narrationem exorditur: Extremis temporibus Tiberii Cæsaris, ut scriptum legimus, Dominus noster Jesus Christus a Iudæis cruciatus est post diem decimum Kalendarum Aprilis, duobus Geminis Consulibus. Alia Lactantii loca infra dabuntur num. 17. Succedat illi Severus Sulpitius, S. Martini discipulus, qui suam historiam usque ad Consulatum Stilitonis sive annum CCCC. deduxit, traditque libro secundo, Dominum crucifixum esse Fusio Gemino & Rebellio Gemino.

Nunc ab antiquo Tertulliano in Africa,

Severus Sulpitius in Gallia.

3 At præ reliquis majoris ponderis testimonium confert S. Augustinus, qui lib. 2. de Doctrina Christiana cap. 28. asserit, ignorantiam Consolatus, quo natus est Dominus & quo passus est, nonnullos coegisse errare. Hunc ergo lib. 18. de Civitate Dei cap. 54. indicat, dum ista scribit, elapsis triginta annis post Consulatum Theodori Manlii; adeoque scimus, annum E Christi fuisse quadringentesimum vigesimum nonum, eumque ante obitum ipsius Augustini penultimum, quando dicto Capiti, re bene discussa, ne & ipse aberraret, ista interserit: Mortuus est Christus duobus Geminis Consulibus, octavo Kalendas Aprilis: resurrexit tertia die, sicut Apostoli suis etiam sensibus probaverunt. Hæc ibi S. Augustinus. Vixit eodem seculo Victorius Aquitanus, qui Canonem Paschalem anno quadringentesimo quinquagesimo septimo scripsit, eumdemque his verbis auspicatur: Crucifixio Christi, duobus Geminis Ruffino & Rubellio. Habebat Hispania eodem tempore virum eruditum, Idatium in Gallæcia Episcopum, qui Chronicon deduxit usque ad annum quadringentesimum sexagesimum septimum. Huic attribuitur Consulum descriptio, accuratius a Philippo Labbe sub initium tomi primi Bibliothecæ novæ excusa, in qua traduntur ista, Ruso & Rubellione Consulibus passus est Christus. Post Idatium sequitur in eodem tomo Chronicon insigne Prosperi Aquitani, & pag. 44. sub finem in Auctario, ista leguntur: Usitatior traditio habet, Dominum nostrum decimo quinto anno Tiberii Cæsaris, duobus Geminis Consulibus, crucifixum. F Similes Catalogos antiquos Consulum Romanorum allegat Cuspinianus in Commentario Consulum Cassiodori, in quibus dicitur passus Dominus Iesus Christus Consulibus duobus Geminis. Omittimus Evangelium Nicodemi, quo utebantur Gnostici apud Irenæum lib 2 cap. 28. in quo dicebatur passus Christus sub Pontio Pilato, anno quinto decimo Imperii Tiberii Cæsaris, sub Consulatu Rufi & Rubellionis. Concludat Georgius Cedrenus historicus Græcus, qui cum Græcis fuit assentiens retulisset, ad annum XIX. Tiberii passum esse Christum, sub finem adjunxit: Exactius tempus salutaris istius supplicii a Romanis est notatum; evenisse nimirum Geminis Consulibus: innuens apud plurimos Latinos, ad sua usque tempora, hanc perseverasse sententiam, tamquam Ecclesiæ Romanæ. Consensus aliorum antiquorum infra proferetur.

S. Augustinus in Africa.

Victorius Aquitanus in Gallia.

Idatius Episc. in Hispania,

Prosper Aquitanus in Gallia,

antiqui Catalogi Consulum,

Evangelium Nicodemi,

Romani apud Cedrenum in Græcia,

4 Eamdem sententiam nuper asseruit, ut certiorem & constantem Ecclesiæ Catholicæ traditionem, Antonius Capellus, Franciscanus Conventualis, in libro de Cœna Christi suprema, deque præcipuis Vitæ ejus capitibus, edito Parisiis anno MDCXXV. cum approbatione Vincentii Martinelli socii Magistri sacri Palatii Apostolici, & Nicolai Riccardii Ordinis etiam Prædicatorum Sacræ Theologiæ Magistri & Regentis collegii S. Thomæ super Minervam; qui, mandante eodem

& Anton. Capellus, cum approbatione Romana.

Ma-

A *Magistro sacri Palatii Apostolici, legit, & auream* dissertationem *appellavit*, præ singulari eruditione, pietate insigni, robusta etiam ratione agendi pro vindicanda Sanctæ Romanæ Ecclesiæ antiquitate & traditione, dignam quæ communem lucem adspiciat, maximo litterariæ Reipublicæ emolumento. *In hoc ergo libro cap. 5. plura lector reperiet, quæ hanc sententiam confirmant.*

5 *En, quod in Proœmio propositum est, scilicet* passum esse Christum duobus Geminis Consulibus VIII Kalendas Aprilis, *partim probatum XXV. Martii ad Sacram memoriam passionis Christi, partim cœptum hic confirmari, quod plenius fiet sequentibus Paragraphis. Feriam hebdomadæ sextam fuisse, in confesso apud omnes est. Unica ab aliquibus difficultas apprehenditur, quasi non fuerit a Judæis dies decima quarta mensis Nisan requisita, non concurrente plenilunio astronomico. In hoc autem quantopere aberrent, quærentes id quod minime tunc observabatur, docebit nos Joannes Kepple-* B *rus præstans Astronomus, in Eclogis Chronicis anno* MDCXV. *Francofurti excusis, pag. 90. contra Reusnerum & Calvisium ita loquens:* In prima controversia de Paschate hæret uterque in Astronomia, velut mus in pice. Mirum fatum. Ipse Astronomus ceteros non Astronomos abstraho ab Astronomia in actione hujus causæ. Probandum est legitime, Judæos tam bene fuisse Astronomice doctos, quantam hodie cognitionem afferunt ad hanc causam. Ego contrarium affirmo, priscos illos Judæos, usque ad Christi fere tempora, in usu Kalendarii nihil ultra vulgi captum sapuisse. *Et pag. 64.* Valde igitur, *inquit* decepti sunt nostri Astronomi, his ultimis centum quinquaginta annis, qui, ex sua perfecta Astronomia, pleni-lunia ad Christi tempora; ex Pleni luniis, festa Judæorum; ex his & concursu Feriæ, annum Passionis ausi sunt determinare alium, quam veteres, ætati Christi proximi, tradiderunt. Si hodie quis, omisso computo Ecclesiastico aberrante, ex Astronomia perfecta, accommodatis decretis Nicænis quæ jactantur, computaret Paschata superiorum seculorum, is celeberrime aberraret ab usuali Paschate, & vix unquam justum historiæ annum assequeretur. *Ita Kepplerus, verissime, & ad propositam difficultatem accommodatissime. Hinc nostro adhuc tempore, quando Pascha ex præcepta* C *Synodi Nicænæ celebratur Luna* XV, XVI, XVII, *tunc qui non admiserunt correctionem Gregorianam Kalendarii, anno* MDLXXXII. *cœptam, celebrant Pascha Luna astronomica* XXII. XXIII. XXIV. *& quandoque integra Lunatione, ut vocant, serius. Ita anno* MDCLXXIV. *quo hæc primum prælo parabantur, quando nos celebravimus Pascha die* XXV. *Martii, Luna* XVII. *tunc qui dictam correctionem non admiserunt, suum Pascha celebrarunt mense Aprili; non tamen* XXI. *Aprilis, quem* XIX. *appellarunt, quamvis esset Luna* XVI. *sed hebdomade integra serius, die* XXIX. *Aprilis, illis* XIX. *& Luna astronomica* XXIII. *quod absurdum esse ipsi fatentur. Quidni etiam, a sententia Keppleri, aliquot diebus post verum pleni-lunium celebrarint suum Pascha Judæi; & sic Christum in horto comprehensuri, venerunt cum laternis & facibus, quæ alias minus necessariæ fuissent: cui tamen argumento minus inhærere volumus.*

Quarenus Plenilunio quo Christus passus sit.

cum judaei cyclo corrupto uterentur,

6 *S. Epiphanius, cum Hæresi 70. §. 2. dixisset,* Pascha ante celebrari non posse, quam æquinoctium confectum sit, *addit*, Judæos illud nequaquam observasse, apud quos depravata ac perturbata erant omnia. *Et Constantinus Magnus, epistola ad Ecclesias ex Synodo Nicæna data, (quæ refertur pag. 465. editionis Luparææ tomo 2. Conciliorum) de Judæis ait,* quod ne hac quidem parte veritatem perspiciant: quippe qui ut plurimum aberrantes, non modo errorem non corrigunt, sed in eodem anno alterum Pascha celebrant.

nec putarunt veri-ssimum attingere.

Imo Beda, Paschasinum Episcopus Lilybitanus, Marciana & Servatus, a Bucherio in tractatu de Paschali Judæorum cyclo cap. 5. citati, volunt Judæos veteres Pascha induxisse, non ex cursu Lunæ, sed ex Neomenia cycla. Addunt alii, apud Moysem nullam pleni-lunii mentionem fieri, sed solum præscribi diem decimam quartam mensis primi. In similis antiquitate multum eruditus est Samuel Petitus, a cujus calamo habemus quatuor tractatus Parisiis excusos, scilicet Leges Atticas ab eo collectas, digestas & commentario illustratas; Miscellaneorum lib. 9 & observationum lib. 3. in quibus varia veterum loca illustrantur & explicantur; & Eclogas Chronologicas, in quibus de variis anni Judæorum, Samaritarum, Græcorum, Macedonum, Syromacedonum, Romanorum typis, cyclisque veterum Christianorum Paschalibus disputatur. In his Eclogis lib. 1. cap. XI. scribit, Christum passum duobus Geminis Consulibus anno Æræ vulgaris XXIX. quo mensis Nisan cœpit die XI. Martii feria sexta: ergo dies XIV. Nisan fuit die XXIV. Martii, feria quinta. Eo die Pascha celebravit Dominus, & sequenti die XXV. Martii feria sexta passus est, quo ipso die vesperi plerique Judæorum, certe illorum Primores & Pontifices, Pascha celebrarunt. *Hæc latius ibidem Petitus explicat. Petitum sequitur & exponit tabulis expansis Joannes Vossius in Dissertatione de tempore Dominicæ passionis cap. 16. Et hoc modo servarunt antiqui Patres & Scriptores, ex similibus tabulis & continua majorum traditione*, Christum passum primo die azymorum feria sexta, VIII. Kalendas Aprilis, *& duobus Geminis Consulibus, & consequenter censuerunt tunc habitam esse Lunam* XV. *civilem, licet Astronomica non esset: quod passim reliqui in sua sententia debent admittere. Addatur & id quoque, quod palam est, veterum Mathematicorum tabulas a Metone olim fuisse correctas, Metonis deinde a Calippo, Calippi ab Hipparcho, Hipparchi a Ptolemæo, & Ptolemæi rursus ab Alfragano esse emendatas. Quas, ceu male tornatas, denuo ad incudem vocat Alphonsus Rex Castellæ; & has, velut mancas & impolitas, Copernicus reddidit limæ. Istas demum Copernici Tycho Brahe elimavit: idemque alii hactenus præstare conantur: ut non temere proverbialis teneat sermo, facilius omnia Horologia, quam Astrologos conciliari posse. Quare propter Mathematicorum calculum aut experimentum quempiam velle a doctrina antiquorum Patrum, unanimi consensu tradita, desciscere, non videtur viri sapientis & eloquium mysticum profitentis; maxime in rebus Judaicis, quod, ut Petavius lib. 12. de Doctrina temporum cap. 12. observat*, Judaicus cyclus haud accurate lunaribus vestigiis institerit, sed nonnunquam longius aberrarit.

§. 2. Quomodo reliqua vita Christi dictæ sententiæ sit adaptanda.

7 A *Controversia de anno mortis Christi totam vitæ ab eo inter mortales ductæ seriem dependere, nemo est qui non videat. Hinc ab omnibus etiam iis, qui alius ab hic proposita sententia opiniones sunt amplexi, solicite laboratum, ut Evangelicæ historiæ contextum cum sua probarent consistere. Id quomodo etiam in antiquiori hac sententia præstari possit, aggredimur explicare. Venerabilis Beda, libro de temporum ratione cap.* 5. Habet, *inquit*, ni fallor, Ecclesiæ fides, Dominum in carne paulo plus quam triginta tres annos usque ad suæ tempora Passionis vixisse. *Imo* Christum mansisse in hac vita annos triginta tres, *ex Apostolorum traditione, testatur codex Ms. Florentinus Bibliothecæ Medicææ tempore Honorii I. Pontificis exaratus. Supra laudatus Henricus Philippi profert cap. 5 hujus sententiæ asseclas, præcipuos viros, plures quam triginta. Hos ergo annos & menses eidem tribuimus: & quia*

Ob annos Vitæ 33. & 3. Menses,

annorum relatum ad an. 19. Æræ vulgaris

Con-

A *Consulatus duorum Geminorum ex accuratiori calculo convenit cum anno Æræ vulgaris vigesimo nono, arbitramur ante initium hujus Æræ annos omnino quinque adjiciendos esse cum ante citato Capello, quos & Keplerus innuit addendos. At Deckerius, Petavius, Bucherius, Senescallus, aliique, annos quatuor asciscunt. Batenius ad duos annos pravenit: ad unicum Onuphrius: qui tamen postremi duo annum primum Christi nati ab Epocha Æræ vulgaris non separarunt. Ut autem dictos quinque annos probemus clarius, deductionis hujus initium ab anno ante vulgarem Æram octavo sumemus, additis cujusque anni Consulibus Romanis: sic enim etiam ea intelligentur, quæ ante Incarnationem Verbi & Christi Nativitatem gesta, ad Evangelicam quoque historiam pertinent. Consules ergo erant.*

huic sunt praponendi anni 5.

AN. ANTE ÆRAM VULG.

M. Marcius Censorinus,
C. Asinius Gallus.

8

Bella sublata,

8 *Ut Rex pacificus veniret, cujus vultum desiderabat omnis terra, sublata fuerunt cuncta per orbem Romanum bella. Dictis enim Consulibus asserit Cassiodorus in Chronico,* Germanos omnes, inter Albim & Rhenum, deditos Tiberio Neroni: *qui, attestante Dione lib. 55. cum Velejo Paterculo (hic autem cum Tiberio viais, militavit, præfectura, quæstura, legatione & pratura functus) omnes Germaniæ partes victor peragravit. Tum vero* Augustus nomen Imperatoris accepit & Tiberio communicavit, *ut ait prædictus Dion Pace autem constituta terra marique, Jani Quirini porta tertia vice fuerunt clausa: quas, uti ex Tacito deducit Paulus Orosius lib. 6. cap. 22 adversus Paganos ad Augustinum,* quietissimo semper obseratas otio ipsa etiam rubigo consignavit.

Janus clausus.

Tib. Claudius Nero.
7 Gn. Calpurnius Piso.

S. Joa. B. conceptus,

Annus hic primus pacis universalis censetur; quando Gabriel Angelus missus ad Zachariam eidem nuntiavit concipiendum S. Joannem Præcursorem Domini.

D. Lælius Balbus,
6 C. Antistius Vetus.

Christus incarnatus

9 *Attulit hic annus tempus acceptabile & diem salutis, diem* XXV. *Martii, quando misso iterum ad terras Gabriele Angelo in civitatem Nazareth ad Virginem Mariam, æternus Dei Filius de Spiritu sancto incarnatus, & homo factus est. Quo tempore, ne illud gaudium apud solam Deiparam Virginem consisteret, arbitramur stellam apparuisse in Oriente, qua excitati & gaudio repleti Magi iter appararunt & susceperunt. Tempus hoc infra ex infanticidio constabit. Impletum dein est tempus Elisabeth pariendi, & peperit die* XXIV *Junii Joannem Baptistam. Quibus mysteriis ab Evangelista Luca narratis, additur* exiisse edictum a Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis. *Erat tunc & nullo alio anno sequente* Syriæ Præses, (*uti ex Josepho lib. 16. Antiquitatum Judaicarum cap. 17. liquet*) C. Sentius Saturninus, *qui ante annos tredecim fuerat cum* C. Lucretio Vespellone Consul *creatus; & postmodum, ut infra dicetur, iterum Consul fuit. Ab hoc autem actum esse Censum, docet Tertullianus lib. 4 contra Marcionem cap. 19.* Sed & census, *inquit,* constat actos sub Augusto tunc in Judæa per Sentium Saturninum, apud quos genus ejus, *Christi scilicet Salvatoris,* exquirere potuissent *Judæi. Idem antea cap. 7. dixerat, esse* Censum istum, Dominicæ nativitatis testem fidissimum, quem Romana archiva custodiunt, *Hac ibi. At quomodo a Luca dicatur* hæc descriptio prima facta a Præside Cyrino, *tangit plane omnes, quocumque anno ipsum dicant contigisse, cum circa hoc tempus non reperiatur Cyrinus, sive Quirinus, Præses Syriæ fuisse. Verba præfata sic Græce efferuntur:* Αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου, *ubi Joannes Georgius Herwartus in nova Chronologia cap. 241. tradit, positivum* πρώτη *vim habere comparativi* προτέρα, *respectu genitivi* ἡγεμονεύοντος, *atque hoc sæpe in sacra Scriptura & apud S. Lucam fieri ostendit, ut sensus sit hujusmodi:* Hæc est descriptio prior, & diversa ab ea, quam postea, *ut infra dicetur,* instituit Augustus, cum Cyrinus esset Syriæ Præses. *Hac Herwartus, & cum eo plures. Imo* τὰ πρῶτα, *etiam testimonio S. Hieronymi, pro* prioribus *dumtaxat accipiuntur: ut cum Luca 11. v. 26. de immundo spiritu, qui assumptis septem spiritibus immundioribus se revertitur, ita habetur,* καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου χείρονα τῶν πρώτων, *quæ verba etiam habentur Matthæi 12. v. 55. & utrobique ita transferuntur:* Et fiunt novissima hominis illius pejora prioribus, *cum ad verbum esset,* pejora primis. *Ita Matthæi 21. v. 36.* πάλιν ἀπέστειλεν ἄλλους δούλους πλείονας τῶν πρώτων, *S. Hieronymus ita vertit,* Iterum misit alios servos plures prioribus, *cum præcise verteretur,* plures primis. *Alia triginta exempla legi possunt apud Herwartum. Alii vocem* ἡγεμονεύοντος *latius sumunt, & sic S. Justinus hunc* Cyrinum *appellat* Judææ ἐπίτροπον, Procuratorem. *Rebellarant anno præcedenti Homonadrenses in Cilicia, ad quos domandos missus Quirinus, eos expugnavit, & ad quatuor millia virorum in vicinis urbibus collocavit. Quid si tunc Legatus aut Procurator missus in Syriam, tulerit mandatum Census exigendi, quod executus fuerit Sentius Saturninus; ipse autem Romam reversus Æmiliam Lepidam uxorem ab Augusto accepit? Ut ut sit, ob hunc Censum* ibant omnes, *teste Luca,* ut profiterentur, singuli in suam civitatem. Ascendit autem & Joseph in civitatem David, quæ vocatur Bethleem, *ibi* JESUS CHRISTUS *Salvator noster secundum carnem natus est die* XXV. *Decembris. Nam, ut S. Augustinus lib. 4. de Trinitate cap. 5. habet,* sicut a majoribus traditum suscipiens Ecclesiæ custodit auctoritas, octavo Kalendas Aprilis conceptus traditur, quo & passus. Natus autem traditur, octavo Kalendas Januarii. *Quam traditionem accurate observamus.*

Baptista natus:

stella in Oriente visa:

orbis describitur

census a Sentio Saturnino exceptus.

quomodo descriptio Cyrino tribuatur?

Christus nascitur,

ANNUS ANT. ÆR.	ANNUS ÆT. CH.

Augustus Cæsar XII.
L. Cornelius Sylla.

5 | 1

[*Circumcisus est* Christus *ipsis Kalendis Januarii, dein* 11. *Februarii in templum delatus, & a Simeone in ulnas acceptus; inde (ut recte S. Augustinus & alii sentiunt) Bethleemum relatus, ubi Josephus jam aliquod domicilium fixerat .... Interim hoc eodem anno* Sentio Saturnino Præsidi Syriæ *successisse* Quintilium Varum *indicat Josephus lib. 17. Antiquit. cap. 7. & hoc approbante* Antipater filius Herodis *in vincula est conjectus. Sub finem dicti anni;* Ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam; *& ab Herode missi in Bethleem,* intrantes domum, *non stabulum,* invenerunt puerum, *in sinu matris, non* infantem positum in præsepio, *sicut Pastores ipsa nocte Natalis Dominici;* & procidentes adoraverunt, *Natalis ejusdem Anniversario die* XXV. *Decembris. Illis autem per aliam viam regressis, & Christo in Ægyptum ablato;* videns Rex quia illusus esset a Magis, misit in Bethleem, & occidit pueros a bimatu & infra; secundum tempus *apparere incipientis* Stellæ, quod exquisierat a Magis, *elapsis ab ejusdem Stellæ ortu mensibus* XX. *& uno, die* XXVIII. *vel* XXIX. *Decembris, quorum alterutro eadem illam recolunt,*] *in suis Fastis antiqui Latini, Græci, Syri, Arabes, Ægyptii.*

circumcisus, præsentatus,

adoratus defertur in Ægyptum: occiduntur infantes:

4 | 2

C. Cal-

ANNUS ANT. ÆR. CH.

C. Calvisius Sabinus II,
L. Passienus Rufus.

Herodes moritur.

Herodes æger seditiosos aliquos Judæos jussit vivos comburi, uti c. 8. dicti lib. 17 describit Josephus, addens eclipsin Lunæ eadem nocte contigisse : *quæ verba Græce sic exprimuntur.* Καὶ ἡ σελήνη δὲ τῇ αὐτῇ νυκτὶ ἐξέλιπε. *Kepplerus asserit*, hanc eclipsin Lunæ contigisse tribus horis ante Solis ortum XIII. Martii, & fuisse digitorum pene sex, & annis duobus sequentibus nullam fuisse eclipsin ante Pascha : *quo fit ut ab hac eclipsi, mortem Herodis prægressa & tam signanter indicata, maximum robur accedat chronologiæ ei quam proposuimus. Occiso dein filio Antipatro, superfuit Rex Herodes quinque diebus, ante Pascha mortuus. Assentitur cum Kepplero Petavius, qui hoc eodem anno post dictam eclipsim (cujus exactum epilogismum exhibet) Herodem vita functum scribit, lib. 2. de doctrina temporum cap. 1. & lib. 13. ad hunc annum & lib. 4. Rationarii temporum cap. 22. Mortuo Herode, Archelaus filius ejus, post sedatam quæ in Paschate exorta fuerat seditionem, Romam est profectus, ut ex patris testamento regnum ab Augusto obtineret. Ibi Cajum Cæsarem, Augusti nepotem & filium adoptivum, in concilio primum locum tenentem vidit : uti prosequitur cap. 11. Josephus. Ante finem autem hujus anni Cajum Cæsarem fuisse in provincias profectum, neque Romam reversum, ex Paterculo, Suetonio, & aliis Romanis historicis constat. Interim Archelaus, accepta dimidia parte regni Herodis, Ethnarcha ab Augusto constitutus, in Judæam rediit.*

Archelaus regnat.

Cn. Cornelius Lentulus,
3 | 3 M. Valerius Messalinus.

Christus, relatus ex Ægypto degit Nazarethi.

Christus monente Angelo in terram Israel relatus est ex Ægypto : cujus mysterii memoria inscripta est Martyrologio Romano ad diem VII. Januarii. Verum quod Archelaus regnaret in Judæa, timuit Josephus eo ire, & admonitus secessit in partes Galilææ (ubi Herodes Antipas, Archelai frater, imperabat Tetrarcha) habitavitque in civitate Nazareth, & ab educatione Nazarenus cognominatus est.

Augustus Cæsar XIII.
2 | 4 M. Plautius Silvanus,
suffect. C. Caninius Gallus.

1 | 5 Cossus Cornelius Lentulus,
L. Calpurnius Piso.

ÆRA CHRISTI VULGARIS.

11 *Ita vocamus Æram, quæ etiamnum fluit, & ad initium cujus aptantur passim a Chronologis aliarum quarumvis Ærarum numeri. Et hæ quidem, quæ ab Epocha passim notiori fluunt, haud ita magnam habent, ut reducantur, difficultatem : difficilius ordinatur Æra annorum a Mundi creatione : hanc tamen & illas, uti ex usu, nunc recepto æstimantur, sic percurre, ut anno 1. Æræ vulgaris habeatur.*

Annus Æræ Constantinopolitanæ *a condito, ut putant, orbe* 5509
Annus Periodi Julianæ, *a Scaligero inventæ*, 4714
Annus Urbis Romæ *conditæ, e computu Varronis*, 754
Annus Olympiadis, CXCV. 1
Annus Julianus, *in hac quæstione ab aliquibus adhiberi solitus, cœptus a quarto Consulatu* Julii *Cæsaris Dictatoris*. 46
Annus Æræ Hispanicæ 39
Imperii Augusti Cæsaris 44

ANNUS ÆR. VUL. | ÆT. CH.

Regnorum Archelai, Herodis, Antipæ, & Philippi 5

[*Ab his annis initio vulgaris Æræ sic numeratis facile est & procedendo descendere usque ad hunc nostrum annum Christianæ Æræ* 1741 *& retrocedendo ascendere, fluebat cum initio dicta Æra*]

Ætatis Christi *annus sextus, quo & aliis tribus sequentibus, Consules erant*

1 | 6 C. Julius Cæsar.
L. Æmilius Paulus.

2 | 7 P. Vinicius Nepos,
P. Alfenius Varus.

3 | 8 L. Ælius Lamia,
M. Servilius Gemma.

4 | 9 Sex. Ælius Carus,
C. Sentius Saturninus II.

Cajus Cæsar ab Augusto ex Syria evocatus, in Lycia moritur. Corpus Romam revexit Quirinus. Tiberius cum Germanico & Agrippa adoptatur.

5 | 10 L. Valerius Mesalla,
C. Cornelius Cinna.

6 | 11 Æmilius Lepidus,
Aruntius Nepos.

Archelao pulso Cyrinus exigit censum.

Archelaus *supradictis Consulibus &* anno principatus decimo, *secundum Josephum cap. ultimo lib. 17.* a fratribus accusatus, trans Alpes relegatus est, *& Judæa, quæ illi parebat, in provinciæ formam redacta est. Tunc in Syriam missus est* Quirinus *seu* Cyrinus Præses, *ut jura populis redderet, ac bonorum Censum institueret. Et hæc est descriptio a Josepho lib. 18. cap. 1 indicata : respectu cujus,* descriptio, *ob quam SS. Josephus & Deipara Bethlehemum abierunt, a Luca Evangelista appellatur* prima, *& ab aliquibus* prior hac *censetur.*

7 | 12 Q. Metellus Creticus,
L. Licinius Nerva.

Christus inventus inter Doctores.

Christus, relegato jam Archelao, & cessante metu, quo Josephum & Mariam coegerat in Galilæam secedere, adscendit Hierosolymam, & inventus est in templo, sedens in medio Doctorum, audiens & interrogans eos : & reversus cum parentibus Nazarethum, erat subditus illis. Lucæ 2.

8 | 13 M. Furius Camillus,
Sex. Nonius Quintilianus,

9 | 14 P. Sulpitius Camerinus,
C. Poppæus Sabinus.

Varo cæso Tiberius munit limites.

12 *Tiberius Cæsar bellum Dalmaticum confecerat, sed intra quinque dies hujus belli consummati nuntiatum est de clade in Germania accepta; in qua Quintilius Varus, nuper, cum Herodes moreretur, Præses Syriæ, jam Germaniæ Præfectus, cum tribus legionibus ab Arminio Germanorum Duce circumventus & oppressus est. Hinc Tiberius Cæsar de sua victoria triumphum agere non potuit, sed cum novo exercitu ad Rhenum profectus, limites Imperii Romani firmavit. Ita Dio & alii.*

10 | 15 P. Cornelius Dolobella,
C. Junius Silanus.

Tiberius Cæsar, ob rem Romani Imperii contra Germanos præclare gestam, teste Paterculo perpetuus Romani Imperii Patronus *habitus.*

M. Æni-

M. Æmilius Lepidus,
11 | 16 | 1 T. Statilius Taurus.

incipit eram Imperii cum Augusto administrari

Lege per Consules lata, provincias cum Augusto communiter administravit Tiberius, *teste Suetonio recte propterea dictus a Tacito*, filius & cohæres imperii; *qui eodem anno* (*ut Suetonii verba prosequar*) a Germania in Urbem post biennium ingressus, triumphum quem distulerat egit. Dedicavit & Concordiæ ædem, item Pollucis & Castoris suo fratrisque nomine de manubiis. *Quæ fere eadem cum indicatis Consulibus referuntur apud Dionem lib. 56 nisi quod is dedicationem Concordiæ priori Consulatui videatur adscribere. Apud Paterculum vero qui aderat, cap. 121 ista leguntur*: Eadem & virtus & fortuna subsequenti tempore ingressa animum Imperatoris Tiberii fuit, quæ initio fuit: qui concussis hostium viribus, classicis peditumque expeditionibus, cum res Galliarum maximæ molis, accensasque plebis Viennensium dissensiones, coercitatione magis quam pœna, mollisset; & Senatus populusque Romanus, postulante patre ejus, ut æquum ei jus in omnibus provinciis exercitibusque esset (etenim absurdum erat non esse sub illo, quæ ab illo vindicabantur; & qui ad opem ferendam erat primus, ad vindicandum honorem non judicari parem) in Urbem reversus, jam pridem debitum, sed vindicatione hostium delatum, ex Pannoniis Dalmatiisq; egit triumphum. *Hæc ibi. Ab hoc ergo anno, saltem labente, sive ad aliquot menses progresso, principium Imperii Tiberii Cæsaris, nondum Augusti, sed simul cum Augusto regnantis, sumendum est: cujus annum XV. ab Evangelista Luca cap. 3. prædicatione Joannis Baptistæ & baptismo Christi celebrem, infra referemus. De hac prima Tiberii Imperii epocha consulendi Capellus indicato cap. 5. Hervartus cap. 284. & Bucherius lib. 3. Belgii Romani cap. 3.*

Germanicus Cæsar,
12 | 17 | 2 C. Fontejus Capito.

C. Silius Nepos,
13 | 18 | 3 L. Munatius Plancus.

Sex. Pompejus,
14 | 19 | 4 Sex. Apulejus.

13 *Augustus in Campaniam profectus, Nolæ, die XIX. Augusti, vita & Imperio functus est: cui tunc ex integro subrogatus Tiberius, Imperium solus administravit. Et hinc ducitur initium annorum, secundum quos traditur* Christus *ab antiquis Patribus & scriptoribus* mortuus annos XV. Tiberii Augusti, Geminis Consulibus: *sic ut hujus secundæ Æræ Tiberianæ annos oporteat auspicari a die XIX. Augusti, & ideo singulos eorum, ut bifariam dividendos, duplici notabimus numero.*

ANNUS

Æra vulgaris | *Ætatis Christi.* | *cum Augusto* | *Tiberii solius*

14 | 19 | 4 | 1

1 Drusus Cæsar fil. Tiberii,
15 | 20 | 5 | 2 C. Norbanus Flaccus,

6 | 2 T. Statilius Sisen. Taurus.
16 | 21 | 3 L. Scribonius Libo.

C. Cælius Rufus,
17 | 22 | 7 | 3 L. Pompejus Flaccus.
4

8 | 4 Tiberius Augustus III,
18 | 23 | 5 Germanicus Cæsar II.

19 | 24 | 9 | 5 M. Junius Silanus,
6 L. Norban. Balbus Flaccus

Christus proficiebat sapientia & ætate & gratia apud Deum & homines. Luc. 2.

ANNUS

Ær. vul. | *Æt. Ch.* | *cũ Aug.* | *T. sol.*

10 | 25 | 10 | 6 M. Valerius Messala,
7 M. Aurelius Cotta.

Tiberius Augustus IV,
21 | 16 | 11 | 8 Drusus Cæsar fil. Tiber. II.

Quirinus seu Cyrinus, in Evangelio memoratus, mortuus est: cujus sordidam & præpotentem senectam *describit Tacitus lib. 4. Annalium.*

22 | 17 | 12 | 8 C. Sulpitius Galba,
9 D. Haterius Agrippa.

9 C. Asinius Apollo,
13 | 18 | 13 | 10 C. Antistius Vetus.

10 S. Cornelius Cethegus,
24 | 29 | 14 | 11 L. Vitellius Varro.

25 | 30 | 15 | 11 C. Lentulus Isauricus,
12 M. Asinius Agrippa.

14 *Pontius Pilatus succedit Grato Valerio Præses Judeæ. Agebant in Principatu suo annum XXIX. Herodes Antipas, Tetrarcha Galilææ (cujus postea jussu S. Joannes Baptista capite plexus & Christus illusus) & Philippus frater ejus, Tetrarcha Itureæ & Trachonitidis regionis; cum Lysania, Abilinæ Tetrarcha. Factum est autem verbum Domini super Joannem Zachariæ filium, prædicantem baptismum pœnitentiæ &c. Luc. 3. cui est hic Tiberii annus XV. at Tertulliano XII.*

26 | 31 | 16 | 12 Cn. Cornel. Lentulus Getulicus,
13 C. Calvisius Sabinus.

Christus baptizatus a Joanne VI. Januarii, Dominica die, annorum ætatis quasi triginta, id est, triginta & dierum tredicim. Post jejunium autem quadraginta dierum incepit se impendere prædicationi.

27 | 32 | 17 | 13 M. Licinius Crassus,
14 L. Calpurnius Piso.

Secundus annus prædicationis Christi.

28 | 33 | 18 | 14 Ap. Junius Silanus,
15 P. Silius Nerva.

Tertius annus Prædicationis Christi,

29 | 34 | 19 | 15 C. Rubellius Geminus,
16 C. Fusius Geminus.

a Passione Christi

1

Lazarum Christus suscitat. Ingreditur Hierosolymam. Dominica Palmarum XX. Martii. Ultimam cum discipulis cœnam sumit feria quinta XXIV. Martii, & die XIV. mensis Nisan. At die XXV. Martii, feria sexta in Parasceve primo die azymorum, natus annos triginta tres & menses tres, pro redemptione generis humani in Cruce mortuus est.

[*Die autem XXVII. victor a mortuis resurrexit, ascendit in cœlum V. Maii, misit Spiritum sanctum XV. ejusdem.* Deinde, *anno verosimiliter ad finem vergente*, Visus est plusquam quingentis Fratribus simul, *de quibus 1. Cor. 15. 6. fortassis eos animans ad imminentem persecutionem*: [*Certe illi* plusquam quingenti fratres, *quorum istic fit mentio, incommode dicuatur simul convenisse ad Dominum*

num

ANNUS — Christi | [illegible] | Tiberii | [illegible]

eum videndum in Monte Galilææ, quo solos unde-cim *adducit Matthæus: neque etiam dixerim fuisse eos in Monte Oliveti, ubi rursum solos undecim, cum Maria tamen & mulieribus videntur adfuisse. Et vero quomodo illi istic* plusquam quingenti *fuissent, qui post Ascensionem, collectis quotquot poterant aliis, ad subrogandum unum loco Judæ, solum erant* turba hominum, *virorum scilicet & mulierum*, fere centum viginti? *Putamus igitur eas omnes Christi apparitiones, quas Paulus commemorat 1. Cor. 15. 6. post Domini Ascensionem, imo post Pentecosten factas; æque ac illam, qua ipsimet Damascum eunti conspectus est Jesus in via; adeoque diversissimas esse ab iis, quas memorant Evangelistæ, factas per dies XL. post Resurrectionem.*] Deinde visus est Jacobo, *scilicet* Fratri-Domini, *creans illum æqualem cum duodecim potestate Apostolum, sicut postea Paulum. Denique* XXVI *Decembris lapidatur a Judæis Stephanus; Jacobus die sequenti* XXVII. *secundum Hieronymianum Martyrologium, ordinatur Episcopus Hierosolymorum.*

30 | 2 | 20 | 16, 17

C. Cassius Longinus.
M. Vinitius Quartinus.

Facta mense Januario persecutione, visus est Christus Apostolis omnibus, *jubens fortassis Hierosolymis remanere toto adhuc biennio, aut Barnabam in numerum Apostolorum recipi; & XXV. ejusdem mensis, apparente in via Christo, convertitur Paulus. Sejano Romæ ponuntur statuæ*]

31 | 3 | 21 | 17, 18

Tiberius Augustus V,
Ælius Sejanus.

Tiberius Imp. Christum inter Deos honorandum proponit. Impedit cum Senatu Sejanus Consul, qui interficitur. Res infra explicatur.

32 | 4 | 22 | 18, 19

C. Domitius Ahenobarbus.
A. Vitellius Nepos, *eique suffectus*.
Furius Camillus Scribonius.
Ser. Sulpitius Galba,
L. Cornelius Sulla.

33 | 5 | 23 | 19, 20

S. Paulus venit Hierosolymam videre Petrum. Alii hoc anno Christum passum dicunt.]

34 | 6 | 24 | 20, 21

Paulus Fabius Priscus,
L. Vitellius Nepos.

15 Philippus, Herodis Antipæ frater, diem suum obiit, *anno Tiberii Principatus vigesimo*, cum *ipse* præfuisset triginta septem annis Trachonitidi & Gaaladitidi ac Batanææ, vir perpetuo modestus, & amator quietis & otii, *Ita Josephus lib. 18. Antiquit. cap. 6. numerando scilicet annos Præfecturæ ab obitu patris Herodis Ascalonitæ, mortui in Paschate anno quarto ante Æram vulgarem. Hinc dicto anno Æræ labentis* XXXIV. *in Paschate, elapsi erant dicti anni* triginta septem (*in textu Græco* ἑπτὰ καὶ τριάκοντα) *& fluebat adhuc annus Tiberii vicesimus usque ad diem* XIX *Augusti: quia Tiberius ditionem ejus attribuit provinciæ Syriæ.*

35 | 7 | 25 | 21, 22

C. Cestius Camerinus,
M. Servilius Rufus.

Herodes Antipas est devictus in bello ab Areta Rege, cujus filiam in uxorem sumptam repudiarat, ut Herodiadem duceret. Josephus cap. 7.

ANNUS — Æra vulg. | a Pass. C. | Tiber. Imper.

36 | 8 | 23 | 22, 26

Q. Plautius Plautinianus,
Q. Papinius Galienus.

37 | 9 | 27 | 23, 24

Cn. Aceronius Proculus,
C. Pontius Nigrinus.

Moritur Tiberius Imper. XXV. *Martii; cum a morte Augusti regnasset anno* XXII. *menses* VI. *dies* XXVIII. *Clemens Alexandrinus tribuit illi* annos viginti sex, menses sex & dies viginti novem. *Consule lib. 1 Stromatum: sed hi anni computantur a tempore, quo simul cum Augusto imperavit, scilicet ab anno Æræ vulgaris* XI. *ut etiam S. Lucas ejus annos computavit. Tiberio successit Cajus Caligula, filius Germanici. Hic Herodem Agrippam, filium Aristobuli, captivum Romæ, liberavit; donavit illi Tetrarchiam Lysaniæ; & imposito capiti ejus diademate, Regem creavit. Josephus historicus nascitur.* [*Petrus Antiochiæ Cathedram collocat 22. Februarii.*]

CALIGULÆ. 1

38 | 10 | 2

M. Aquilius Julianus,
P. Nonius Asprenas.

Herodes Antipas spoliatur Tetrarchia Galilææ, & cum Herodiade mittitur Lugdunum in exilium: ipsa autem Tetrarchia ejus donatur Herodi Agrippæ, Josephus cap. 9.

39 | 11 | 3

Cajus Caligula Cæsar II,
L. Apronius.

Pontius Pilatus *in multas incidens calamitates, propria se manu interficit. S. Hieronymus in Chronico.*

40 | 12 | 4

C. Caligula Cæsar III.
Suff. L. Gelius Poplicola.
M. Coccejus Nerva.

[*Petrus relicto Antiochiæ Evodio Romam migrasset, si vero ibi annis* XXV. *sedit, quod non probatur.*]

CLAUDII. 1

41 | 13 | 1

Cajus Caligula Cæsar IV,
C. Sentius Saturninus.

[*Interfecto Caligula* VIII. *Kal. Februarii, successit Kalendis ipsius Tiberius Claudius, qui translato in se ejusdem anni Consulatu, primum se Consulem dixit; morem secutis postea etiam aliis, ut proximis Kalendis a sua assumptione Consulatum ordinarium assumentes, secundum numerarent. Quin etiam idem Claudius instituit, ut bimestres solum Consulatus essent: sicut in sua Dissertatione Hypatica cap. 1 num. 2. docet P. Antonius Pagi. Hoc anno Claudius Herodi Agrippæ amplificavit paternum regnum, additis ad Galilæam Judæa & Samaria. Quidni & S. Jacobus frater Joannis fuerit tunc profectus in Hispaniam?*

42 | 14 | 2

Tib. Claudius Aug. II.
C. Cæcina Largus.

Orta fame, quam Agabus prædixerat Act. XI, *Paulus & Barnabas collectam stipem Hierosolymam portant, nisi id potius factum sit anno* XXXIX. *Petrus (si Eus. hic creditur) Romam tendit contra Simonem Magum; sed ei summam Claudii gratiam adepto prævalere pro tunc nequiens Apostolus, in Syriam redit; a plerisque creditus Cathedram Romæ collocatam reliquisse, quod nobis modo non probatur.*

43 | 15 | 3

Tib. Claudius August. III.
L. Vitellius II.

Herodes occidit Jacobum fratrem Joannis gladio;

un-

A rexit, & discipulos suos ad prædicandum dimisit, Pilatus, Præses Palæstinæ provinciæ, ad Tiberium Imperatorem atque ad Senatum retulit de passione & resurrectione Christi consequentibusque virtutibus, quæ vel per ipsum palam factæ fuerant, vel per discipulos ipsius in nomine ejus fiebant; & de eo quod certatim, crescente plurimorum fide, Deus crederetur. Tiberius cum suffragio magni favoris retulit ad Senatum, ut Christus Deus haberetur. Senatus, indignatione motus, cur non sibi prius secundum morem delatum esset, ut de suscipiendo cultu prius ipse decerneret, consecrationem Christi recusavit; edictoque constituit exterminandos esse Urbe Christianos; præcipue cum & Sejanus. Præfectus Tiberii, suscipiendæ religioni obstinatissime contradiceret. Tiberius tamen edicto accusatoribus Christianorum mortem cominatus est ..... plurimos Senatorum proscripsit, & ad mortem coegit. Viginti sibi Patricios viros consilii causa elegerat, horum vix duos incolumes reliquit, ceteros diversis causis necavit: Sejanum Præfectum suum, res novas molientem, interfecit. *Hæc Orosius, quibus consonant, quæ Tertullianus scribit in Apologetico adversus Gentes capite* v. Tiberius, *inquit*, cujus tempore nomen Christianum in seculum introivit, annunciatum sibi ex Syria Palæstina Christum, quod illic veritatem illius divinitatis revelaverat: detulit ad Senatum cum prærogativa suffragii sui: Senatus, quia non ipse probaverat, respuit: Cæsar in sententia mansit, comminatus periculum accusatoribus Christianorum. *Hæc ibi, ad quæ annotat Pamelius*, eamdem historiam legi apud Eusebium, lib. 2. cap. 2 Nicephorum, Orosium, Cedrenum, posteriores denique historicos omnes; quibus fidem non adhibere tam probatis scriptoribus, vanum foret. *Eusebius scribit*, a Pilato *indicatam* Christi resurrectionem, miracula, eumque Deum haberi. *His positis, traditur Sejanus suscipiendæ religioni Christi obstinatissime contradixisse. Porro veritus Tiberius ne Sejanus ad ipsum Imperium aspiraret, curavit illum per Senatum condemnari, & Consulem eum magna ignominia occidi die* XVIII. *Octobris anni* XXXI. *cum pluribus, ut apparet, mensibus ante impedivisset consecrationem Christi a Cæsare propositam, & constituisset Christianos Urbe propelli. Quibus omnibus ut spatium temporis justum detur, & conversi ab Apostolis Judæi aliique e Syria Romam venerint, secundum post Ascensionem Christi decurri annum*

ob miracula in nomine ejus facta.

cum jam Romæ haberentur Christiani,

cujus impedire nititur Sejanus Consul,

B

post passionem Christi anno I.

C *arbitramur, & eo anno dictæ cædis confirmamus, duobus Geminis passum esse Christum: de anno autem illo, constare potest ex Cornelio Tacito, Dione Cassio, aliisque passim, narrantibus potentissimi hominis subitam eversionem.*

19 *Interim vero dum Roma Tiberius Imperator addictus esset Christo Domino & Christianis, eisdem in Palæstina maxime oberant Judæi; a quibus comprehensus Stephanus, cum diceret, se Jesum a dexteris Dei stantem videre, lapidibus obrutus obdormivit in Domino Protomartyr. Hujus morte in Actis Apostolorum relata, additur cap.* VIII. Facta est autem in illa die persecutio magna in Ecclesia quæ erat Hierosolymis; & omnes dispersi sunt per regiones Judææ, & Samariæ, præter Apostolos. *Hæc ibi: ob quæ verba Baronius ad Calcem anni* XXXIV. *movet quæstionem*, cur Apostolis, quorum causa turbæ omnes a Judæis fuerant concitatæ, Hierosolymis manere concessum fuerit: *& apte respondet*, id non nisi miraculo & illius tantum virtuti tribuendum, qui statuit mare quasi in utre, & posuit terminos ejus arenam exiguam. Opus, inquam, Christi Salvatoris, qui Apostolis dedit implere quod jusserat, ut inter infensissimos hostes ad duodecim annos, quemadmodum habet Apollonii traditio, versarentur. *Hæc pluribus Baronius. Apollonius iste Urbis Romanæ Senator fuit, sub Commodo Imperatore circa annum Christi* CLXXXV. *martyrium passus, cujus Acta damus die* XVIII. *Aprilis. De hoc Eusebius, l. 5. hist. Eccl. c. 18. narrat, quomodo Cataphrygas confutaverit: & enumeratis iis quorum mentionem fecit, sub finem ista habet;* Meminit Thraseæ, qui circa hæc tempora Martyr fuit. Ad hæc, tamquam ex veterum traditione, refert: Dominum Apostolis suis præcepisse, ne intra duodecim annos Hierosolymis discederent, *id est, ne ultra Syriam & vicinas ditiones abirent. Quæ ultima sunt verba ipsius Apollonii, non S. Thraseæ Martyris, ut aliqui censent. Colitur S. Thraseas* V. *Octobris. Celebratur autem Divisio Apostolorum in pluribus Ecclesiis, & variis Martyrologiis inscribitur ad diem* XV. *Julii. Apostoli namque ante in Syria & aliis vicinis Palæstinæ ditionibus Evangelium Christi annuntiarant; & tunc peregre illis per orbem dispersis in omnem terram exivit sonus eorum & in fines orbis terræ verba eorum. Facta porro est divisio Apostolorum anno Æræ vulgatæ quadragesimo, cum laberetur tunc post Ascensionem Christi annus duodecimus, quod jam statutæ chronologiæ magnam addit confirmationem.* D

Divisio Apostolorum anno 12. a Christi passionem

facta an. 40

E

20 *Discessit tunc S. Petrus Apostolorum Princeps ad Principem orbis urbem Romanam, ibique primam Ecclesiæ universæ Cathedram collocavit: in qua, testimonio omnium, ut infra ad ejus elogium dicetur, sedit annos quinque & viginti scilicet usque ad annum* LXV. *quo eum martyrio coronatum infra demonstramus. Tunc etiam S. Jacobus Apostolus, filius Zebedæi & frater Joannis Evangelistæ, potuit discessisse in Hispanias, ut communis Hispanorum traditio habet: ac potuit tam ipse quam S. Petrus, ob occurrentes causas circa annum* XLIII. *reversus fuisse Hierosolymam, quando Herodes Agrippa, ut affligeret quosdam de Ecclesia, occidit Jacobum fratrem Joannis gladio: videns autem quia placeret Judæis, apprehendit & Petrum, volens post Pascha producere populo. Hæc anno* XLIII. *contigisse infra in elogio S. Petri probamus; cumque sic potuerit S. Jacobus ad tertium usque annum in Hispaniis substitisse, fit ut etiam in hac parte, quæ alias tam difficulter probatur, non laboremus. Alter Jacobus, Alphæi filius, ex duodenario Apostolorum numero, ab illis in dicta Divisione sejunctus, Gazæ, Eleutheropoli, Ostracinæ, & in vicinis Ægypti, Arabiæ, ac Palæstinæ locis, imo & in Perside, Evangelium Christi annuntiavit, ac tandem cruci affixus Ostracinæ Martyr occubuit. Verum quia tam hujus quam aliorum Apostolorum tempus martyrii non fuit a scriptoribus cum anno Passionis collatum, nec potest inde statuta chronotaxis confirmari vel infirmari. Tertius autem Jacobus, filius Cleophæ & Mariæ frater Domini, & sicut Paulus ita & ipse Apostolus appellatus, a Duodecim, die* XXVII. *Decembris ordinatus est Episcopus Hierosolymitanus, labente anno Æræ vulgaris* XXIX. *duobus Geminis Consulibus, quo sacrus Christus in cruce passus* XXV. *Martii: ad quem diem martyrium ejus celebratur in pervetustis Martyrologii Hieronymiani apographis, item apud Rabanum atque Notkerum, & in quamplurimis antiquis variarum Ecclesiarum Fastis sacris. S. Hieronymus, de Scriptoribus Ecclesiasticis, suum de eo Elogium ita concludit:* Triginta annos Hierosolymis rexit Ecclesiam, id est usque ad septimum Neronis annum. *Aptissime secundum nostram chronotaxim. Nam annus* VII. *Neronis, phrasi Romanorum a Januario annos incipientium usitatissima, convenit in annum Æræ vulgaris sexagesimum; dum primus Neronis, licet non integre regnarit, cum anno* LIV. *absolvitur. S. Jacobus autem anno* LIX. *die* XVII. *Decembris annos Sedis explevit triginta, & superfuerunt circiter tres menses usque ad Pascha sequentis anni sexagesimi, quo Hierosolymis e pinnaculo templi dejectus, fullonis ligno percussus, martyrium complevit. Reliqua de utroque Jacobo Alphæi, & Jacobo Cleophæ filio habentur jam edita ad*

Cathedra S. Petri Romæ, ad 25. annos.

Discedit in Hispan. S. Jacobus Zebedæi.

an. 43. occisus Hierosolym. I.

S. Jacobus Alphæi Crucifixus Ostracinæ.

F

S. Jacobus Cleophæ frater Domini Episcopus Hierosolymis.

occisus an. 60.

A *Kal. Maji. Possunt etiam a curiosis hujus quæstionis indagatoribus legi laudatio S. Jacobi Alphæi Apostoli auctore Nicea Paphlagone, & Commentarius rerum gestarum S. Jacobi fratris Domini per Simeonem Metaphrastem, qui uterque tractatus extat apud Franciscum de Combefis tom. 6. Bibliothecæ Patrum concionatoriæ ad Kal. Maji.*

21 *Plura etiam sunt in Actis SS. Petri & Pauli, quæ chronotaxim de Passione Christi, duobus Geminis Consulibus peractæ, confirmant, & supra in elogio S. Petri proferuntur: in primis Synodus Hierosolymitana habita anno Christi* XLVII; *a conversione S. Pauli (quæ contigit proxime post passionem Christi) anno* XVII, *& biennio antequam Roma pellerentur Judæi. Sed vel maxime elucet veritas dictæ chronotaxis, dum SS. Petrus & Paulus traduntur, occisi anno post Passionem Christi* XXXVII; *quia illorum martyrium contigit Consulibus Nerva & Vestino, anno Æræ Christianæ* LXV. *præsente tunc Romæ Nerone Imperatore; qui anno sequenti discessit in Græciam, nec reversus est Romam nisi aliquot ante mortem mensibus, & inde fugiens seipsum* IX *Junii interfecit, cum necdum* XIV. *Imperii annum absolvisset. Atq; hæc de S. Petro Apostolo, primo Pontifice Romano: quem istis Consulibus obiisse confirmant, quotquot in Sede sua habuit successores, & maxime proximi, Linus, Clemens, Cletus, Anacletus, Evaristus, Alexander, & alii: proindeque stabiliunt prælaudatam sententiam de Christo in cruce passo, duobus Geminis Consulibus anno Æræ vulgaris* XXIX. *Ad singulorum autem elogia confirmatur temporum ipsis assignatorum ratio, ex vetustissimis Ecclesiæ Romanæ monumentis; puta ex Catalogis, Vitis & Gestis Summorum Pontificum, manu exaratis & prælo cusis, ex pervetustis generis utriusq; Martyrologiis & Breviariis variarũ Ecclesiarum & Actis Sanctorum. Porro arbitramur in iis omnibus quæ ad Romanos Pontifices pertinent,* fidem majorem adhibendam Romanæ Ecclesiæ alumnis quam ceteris, *uti monet ad* XXVI. *Aprilis Baronius, contra Eusebium, qui Cletum & Marcellum Pontifices omisit, aut certe ab Anacleto & Marcellino non distinxit.*

Synodus Hierosolymitana habita anno 47.

SS. Petrus & Paulus occisi anno 65.

B

22 *Excidium urbis Hierosolymitanæ contigit anno secundo Imperii Vespasiani & septuagesimo Æræ Christianæ: fuga autem atq; dispersio Judæorum facta est in Sabbato die octava Septembris; de quo excidio hisce Exercitationibus addimus, observari a Dionys. Petavio l. 12. de Doctrina temporum c. 12. quod* Clemens Alexandrinus, Origenes & alii quidam ex antiquis, Hierosolymitanæ urbis excidium collocent anno quadragesimo secundo a Passione Christi, nimirum quod anno Tiberii decimo quinto, *secundum posteriorem hujus Æram*, Geminis duobus Consulibus passum esse putent Dominum. *Inter alios antiquos est S. Hieronymus in Sophoniæ c. 1. v. 17. Verba Origenis contra Celsum l. 4. sunt ista:* τεσσαράκοντα γὰρ ἔτη καὶ δύο, οἶμαι, ἀφ' οὗ ἐσταύρωσαν τὸν Ἰησοῦν, γεγονέναι, ἐπὶ τὴν Ἱεροσολύμων καθαίρεσιν. Nam quadraginta duo anni, ut reor, intercesserunt inter Jesu Christi crucem, & eversione Hierosolymorum. *Et hæc sufficiant, ut ostendatur dicta sententia optime cohærere cum tota serie vitæ Christi, & rebus post ejus passionem peractis. Advertat porro lector, nullam aliorum sententiam a nobis data opera refutari, sed solum nos proposuisse consensum antiquiorum Patrum & hujus primæ Pontificii Catalogi; quantamque is habeat commoditatem ad Evangelicam historiam universam absque ulla violenta torsione explicandam. Suam cuique opinionem relinquimus, quam si probabiliorem possint argumentando facere, libenter dimittemus disputata hactenus, & majoris certitudinis certiorisque veritatis lucem undecumque oblatam gratantes excipiemus; in eumque finem præcipuas aliorum opiniones paucis suggeremus, ob quas ab receptissima duorum Geminorum Consulum, sub quibus passus traditur Christus, nomenclatura recesserint, primum Græci deinde etiam Latini.*

Hierosolyma excisa an. 70.

C

23 *Eusebius Pamphilus in annum* Tiberii Cæsaris D
XV. *offendens, neq; Epocham illius duplicem supra expositam discernens, & tres solidos annos Christi prædicationi tribuens; passionem ejus assignavit ad annum Tiberii* XVIII. Consulibus Persico & Vitellio. *Verum Vitellio in Magistratu mortuo suffectus est* Furius Camillus Scribonius, *quem una cum* Cn. Domitio Ahenobarbo *Consulatum gessisse tradunt Tacitus & Dio Cassius. Ast Eusebius unum annum in duos perperam dividens*, Ahenobarbum cum Apruncio *in annum sequentem rejicit, eisque ad tertium annum subdit* Galbam & Syllam: *quos Tacitus, Dio aliique indicant immediate successisse* Cn. Domitio & Camillo Scriboniano: *unde apparet quam obscuram horum temporum notitiam habuerit Eusebius. Alter e Græcis est S. Epiphanius, qui hæresi 51. c. 32. nulla habita ratione anni Tiberiani* XV. *annum ætatis Christi trigesimum primum signavit* Consulatu duorum Geminorum, *& annum sequentem* XXXII. Consulatu Rufi & Rubellionis, *cum magna inscitia hos a* duobus Geminis *statuens diversos; & annum* XXXIII. (*quo per dies* LXXIV. *inchoato passum asserit Christum* XIII. *Kal. Aprilis*) *signavit* Consulatu Vinnicii & Longini Cassii *qui revera duos Geminos immediate sunt secuti. Et sic, Epiphanius attribuit Passioni Christi proximum post Consulatum Geminorum annum, aut ex perverso computu secundum, quem tertium statuerat Eusebius.* E

Eusebius Christum passum tradens Eusebius 3. annis.

Epiphanius 2. aut 1. anno.

24 *Apud Latinos, usque ad tempora Dionysii Exigui Abbatis Romani, videtur sensus omnium fuisse, Christum duobus Geminis Consulibus passum. De hoc auctore, Beda lib. de Ratione temporum c. 45. ista scribit*, Primo decemnovenalis circuli versu, temporum ordo præfigitur: quem Græci calculatores a Diocletiani Principis annis observavere. Sed Dionysius venerabilis Abbas Romanæ Urbis, & utriusque linguæ, Græcæ videlicet ac Latinæ, non ignobili præditus scientia, Paschales scribens circulos, noluit eis, sicut ipse testatur, memoriam impii persecutoris innectere, sed magis elegit ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi annorum tempora prænotare: quatenus exordium spei nostræ notius nobis existeret, & causa reparationis humanæ, id est passio Redemptoris nostri, evidentius eluceret. *Ita Beda: qui epocham Dionysianam relinquens; Æram Christianam a Kal. Januarii anni sequentis auspicatur. Hos postmodum ceteri secuti sunt, sed dissimiliter aliquantulum, alii ab Angelica Salutatione sive Paschate ipsam sequente, alii ab ejusdem in carne nati die primo, alii cum Beda ab octavo (ut qui idem esset anni Romani initium), alii a Paschate nativitatem sequenti exorsi annos numerare, donec tandem apud omnes prævaluit ultimis hisce seculis modus is, qui omnium commodissimus erat, & suasit Christi annos Romani anni initio a Kal. Januarii ducto aptare. Paulina cap. 6. lib. 23. indicat*, præsidente Eugenio IV. Papa, *creato anno* MCCCCXXXI, adhortante Blondo Foroliviensi, Pontificii collegii a secretis Notario, in bullis atque rescriptis Pontificalibus scribi primum cœpisse hanc annorum supputationem, atque a chronographis acceptam usui suo accommodasse, *relicta viris eruditis libertate hujus rei veritatem ulterius indagandi. Hanc nos Æram vulgarem annorum Christi dicimus, licet aliquos ante illam annos Christus natus statuatur.* F

Post Æram vulgarem a Dionysio Exiguo constitutam,

25 *Eodem cum dicto Dionisio seculo vixit Cassiodorus, qui in Chronica ad annum* DXX *deducta*, Tiberio Cæsare V... Consulibus *ista scribit:* His Consulibus Dominus noster Jesus Christus passus est, VIII. Kalendas Aprilis: & defectio Solis facta est, qualis antea vel postea nunquam fuit. *Gesserunt Consulatum* Tiberius Cæsar. V. & Ælius Sejanus *anno Æræ vulgaris* XXXI. *Idem his novissimis temporibus asseruerunt Deckerius, Petavius, Bucherius, Seneschallus, aliique:*

Cassiodorus 2. annis serius Christum passum scribit.

sed

A *sed subductis aliter astronomicis calculis, pro* VIII. *Kalendas Martii*, x. *Kalendas salutiferæ Passioni destinarunt. Cuspinianus, mendum in Cassiodoro suspicatus, ad* Cn. Domitium & Camillum Scribonianum, *a Cassiodoro præteritos Consules, confugit; atque bis Consulibus anno Æra vulgaris* XXXIII. *passum Christum, velut ex ipsius Cassiodori mente, statuens, eum facit cum Eusebio concordare: quem etiam annum assumpsit Cardinalis Baronius, & annum* XXXIV. *statuit Æra vulgaris: sed ne perpetuo dissentiret a communi chronologia, postmodum duos annos prætermisit. Jacobus Grandamicus in Chronologia sacra, & Philippus Labbe in Compendio Chronologico Historiæ sacræ & profanæ, asserunt Christum Incarnatum & natum* Consulibus Cornelio Lentulo & Calpurnio Pisone; *& sic annos Christi nati ab annis Æra vulgaris non distinguunt, passumque addunt, cum Tostato (cujus sententiam fuisse damnatam supra insinuavimus) anno ætatis & Æra vulgaris trigesimo tertio, die tertio Aprilis*, Sulpicio Galba & Cornelio Sulla Consulibus. *Favet plenilunium, in feriam sextam conveniens. Verum sic triennio ante Christum natum, ut supra ostendimus, fuisset e vita sublatus Herodes: quod nullo modo dici potest: & tamen clara deductio rerum ab*

alii 5. annis.

B *Herode gestarum, apud Iosephum, Dionem, aliosque nullo modo permittit ejus interitum citra Communis Æra propius admovere. Hæc omnia deducta esse eo fine supra diximus, ut catalogo antiquo, quem pergemus explicare sua consistat auctoritas, relicta aliis libertate, rem ulterius disputandi.*

Hanc libertatem, & ab Henschenio & a me cuilibet oblatam, rogatus assumere utrique amicissimus Petrus Possinus, Societatis pariter nostræ apud Tolosates in Gallia; ternas in contrarium scripsit Epistolas, *ad manu tenendam vulgarem Christianorum Æram: quas in hunc locum conferendam censui, quo certius Lectori constare possit quam partem eligat in quæstione momenti tanti, totiusque Historiæ Ecclesiasticæ basi ac fundamento Qua autem occasione easdem petierim acceperimque, placeat*

C *obsecro prius discere.*

AD R. P. PETRI POSSINI S. I.

Epistolas Chronologicas tres de anno Nativitatis, Baptismi ac Mortis Christi, diversam ab Henschenianam sententiam adstruentes.

DANIELIS PAPEBROCHII

PRÆFATIUNCULA.

Quando & qua occasione scriptæ hæ epistolæ.

A*Nni jam duo propemodum effluxerant, quod quarti quintique Tomi Majalis impressione needum vehementer promota, Typographo tamen præsumente se posse & ipsos & reliquos Maji tomos absolvere ante æstatem anni* MDCLXXXIV. *sequentem Chronico-historicum Conatum ad Prela detuli Tomo quarto præliminariter adjungendum, uti hactenus a me factum erat in Martio, Aprili, ac tribus pregressis Maji Tomis. Detuli autem illum ad prela eo animo, ut totus haberetur impressus prius quam cogerer a me dimittere ad tertiæ Probationis consueta inter nos exercitia P. Franciscum Baertium, Collegam meum; cujus præsentiam mihi necessariam credebar, ad felicem in opere tam difficili & tot tricis implicato successum obtinendum. Et datum quidem tali impressioni initium fuit statim a Paschate anni* MDCLXXXIII: *sed multis magnisq; intervenientibus causis factum est, ut tractatus adeo pridem excudi cœptus, non nisi post utriusq; Tomi Acta impressa absolveretur. Adhuc autem sub manibus typothetarum erat illius Præfatio, qualis infra jam legetur ante secundam partem Apparatus, cum ad me Parisiis perferuntur Eruditi in Or-*D *dine Prædicatorio viri opera aliquot, quorum priori tomo ventilantur quæstiones hic in titulo propositæ; itemque* R. P. Petri Possini *Dissertationes duæ in Matthæum: ambæ autem primo aspectu persuaserunt, aliquantam moram indicere prelo, & interim ipsa Sanctorum Acta, id est primarium opus meum promovere, donec utriusq; illius scriptoris argumenta cognoscerem aliquatenus, atque conferrem cum iis quibus Henscheniana sententia, eatenus certior mihi visa, nitebatur. Nec longa exploratione opus fuit, ut statuerem, Romanum* S. Petri *Pontificatum, vel nullam vel exiguam habere cum prædictis Quæstionibus connexionem, prout mox ostendi Dissertatione ea, quæ nunc in ordine secunda est. Quia tamen videbam prædictum Parisiensem ita pro communi sententia stare circa Christi mortem, ut circa ejusdem nativitatem proxime accederet ad sententiam Henschenii, ea in parte ubi ipsa firmior videbatur; nolui statim totam deseruisse videri; sed ultra mensuram propositi argumenti egressus in gratiam Magistri tam cari,*

E *composui etiam Dissertationem primam, qua viam sternerem ei cui forte placeret media istæc via; sed eam nunc malim post ipsam primam epistolam legi, quia ipsi respondet perquam apte Secunda. Ita resumpta, quam studium istud interpolaverat impressione, porro pergere prela jussi, ne tractatio de Pontificibus statim a principio allideretur ad scopulos disputationis interminatæ minimeque necessariæ. Intendebam enim, si progredientes lentius opera (quemadmodum accidit, per supervenientes non Belgii calamitates communes) spatium mihi justum darent, vel per me ipsum discutere quæstionem universam; vel si minus id possem, aliis occupatus ipsum P. Possinum exorare ut id faceret pro me. Hoc postremum cum successisset, recudendaque essent aliis ex causis pagina 6. quædam in Henscheniana Exercitatione corrigenda indicavi, & simul Possinianas Epistolas hic requiri jussi.*

EPISTOLA I.

F

Negans alteri anno, quam XXXIII. vulgaris æræ, posse Christi mortem aptari.

PEtis a me novissimis Litteris, XXX. Junii Antverpia Tolosam datis, ut (quoniam quadam Epistola, paulo ante ad te scripta, significassem, haud adhærere me sententiæ τοῦ Μακαρίτου Nostri Godefridi Henschenii, in Prolegomenis I. Tomi Aprilis vestri propositæ, qua *Christum* affirmat) VIII. *Kal. Aprilis Coss. duobus Geminis passum* ne gravarer totum meum circa hoc sensum exponere. Facio quod jubes, ita hinc protinus exordiens.

2 Annus quo gessere Consulatum C. *Rubellius Geminus, & C. Fusius Geminus*, fuit citra ullam dubitationem Æræ Christi vulgaris XXIX. annorum qui Juliani dicuntur LXXIV, a morte Augusti & orsi statim ab ea imperare Tiberii XV. per menses quatuor & dies undecim inchoatus; denique Periodi Julianæ MMMMDCCXLII. numerans cyclum solis X. cum lit. Dom. B. Cyclum vero Lunæ XI. Talem in annum nego posse conferri { salva fide quam Evangelio debemus } Passionem & mortem Christi. Sic sentiendi causas habeo argumenta tria, quæ singillatim ordine tractabo.

Annus 29. non convenit

3 I. Quia *quintus decimus Tiberii*, Lucæ memoratus, fuit ipse annus octavus consulatu Geminorum: Ergo is idem esse non potuit, quo passus est *Christus*: cum manifeste Christi Passio saltem triennio posterior sit prædicatione Baptistæ, anno isti a Luca imputata. II. Quia *Consulatu Geminorum* insigni-

tus annus certissime caret iis characteribus, quos partim non necessarios aliqui, partim omnino requisitos Evangelistæ assignant vero anno Passinnis. Ergo is talis non fuit III. Denique quia sese offert annus a *Consulatu Geminorum* longe diversus, qui præterquam quod notas omnes in se luculenter exhibet, ab Evangelistis anno Passionis inditas, etiam testimonio indubitatissimo signi cœlestis, & prophetiæ perillustris irrecusabili suffragio, vetus & unicus Passionis annus manifeste ostenditur: Ergo alius ab eo non est quærendus.

T. quia eo anno fuit baptizatus Christus.

4 Primum argumentum sic formatur. *Quintus decimus annus Tiberii*, a Luca memoratus, insigniente Prædicationem Joannis Baptistæ, etiam illis auctoribus, quos pro se Henschenius allegat, Christi Prædicationem unico anno perperam finientibus, ab Augusti decessu numeratus, incidit in Consulatum Geminorum: Ergo idem esse non potuit *ταυρωτικὸς, Christi crucifixione insignis*: utique cum ex omnium Evangelistarum unanimi affirmatione compertissimum habeatur, a Joannis Baptistæ prædicatione, & hanc aliquot intervallo mensium secuto Christi Baptismo, ad ejusdem Passionem & necem saltem triennium intercedere.

Henschenio dicenti id factum an. 25.

5 Vidi, quin & penitus introspexi, diuque momentis omnibus expendi, quid his opposuerit Henschenius. Ait, *Annum Quintum decimum Tiberii*, memoratum a S. Luca, non anno XXIX. Æræ Christi vulgaris, aut Consulatui Geminorum competere, sed retro in quadriennium submotum stare: quippe qui principium numeri trahat ab anno Æræ vulgaris undecimo, quo *Coss.* fuere *M. Æmilius Lepidus*, & *T. Statilius Taurus*. Ab hoc enim cœpisse imperare Tiberium, adsciscente ipsum in Collegam Augusto: qui quatuor deinceps annis commune Imperium cum eo gesserit, donec anno demum Æræ Christi vulgaris XIV. *Coss. duobus Sextis, Pompejo & Apulejo*. Augustus, die mensis cognominis XIX. moriens, Principatum Tiberio in solidum reliquit: unde idem *Tiberius*, anno post hunc decimo, Æræ vulgaris XXV. respondente *Consulatui Cn. Lentuli Isaurici, & M. Asinii Agrippæ*, vere quintumdecimum numerare annum Imperii cœperit. Cui anno propterea recte congruit quod Lucas refert: *Factum est verbum Domini super Joannem Zachariæ filium in deserto; & venit in omnem regionem Jordanis prædicans &c.* Paucis post mensibus, eodem currente Tiberii anno, sed Æræ vulgaris inchoato mox sequenti XXVI. & novo ineunte *Consulatu Cn. Cornelii Lentuli Getulici, & C. Calvisii Sabini*, Christus, annum ætatis XXX. a XIII. diebus iniens, a Joanne baptizatus VIII. Idus Januarii, post XL. dierum jejunium, prædicationem inchoavit. Qua in tertium annum producta, *Consulibus* denique *Geminis*, anno Æræ vulgaris XXIX. in crucem actus est. Hæc sic speciose structa, num solida sint, arietatio probabit.

qui fuerit Tiberii Cæs. an. 15. respondentur;

honores ei habitos ante quadriennium.

6 Ajo contra I. Basim, cui ea moles inædificatur, caducam esse. Quadriennis enim anticipatio initii annorum, quibus imperaverit *Tiberius*, vana fictitiaque est. Pura fuit & singulari semper defixa capiti Monarchia Romana, ad exemplum Dictaturæ Sullæ & Julii Cæsaris, a momento saltem Victoriæ Actiacæ usque ad Adrianum Imperatorem. Quod autem allegatur ex Suetonio, Tacito, & Vellejo de Honoribus extraordinariis *Tiberio* habitis, quadriennio ante obitum Augusti, tantum probat, designatum tunc fuisse *Tiberium* in successorem Imperii. Ut ergo designati Consules more Romano Magistratum non inibant nec Fastos signabant ante Kalendas Januarias sequentes, post redactos in ordinem decessores: sic nec *Tiberius* putandus est ante Augustum decessorem defunctum, despondisse dudum Imperii usum & titulum sumpsisse. Hinc nullus illorum temporum Græcus aut

non recte assumi pro consummatione Imperii.

Latinus, vel Historicus vel Chronographus, Tiberii annos ab alia numerat Epocha quam Augusti morte, ut monstrant qui eos exscripserunt Christiani vetustissimi Chronologi Africanus & Eusebius: quibus consentiunt illi ipsi Veteres Tractatores Christianarum rerum, quorum magnopere auctoritate Adversarii confidunt, dum ita *Christum passum Coss. Geminis, anno Tiberii* XV. affirmant, ut simul diserte fateantur, unicum se annum Christi Prædicationi (revera tamen & certo, saltem triennali) concedere. Quare viderint, quam vere Clementem Alexandrinum, Tertullianum, & si quos alios, in suis numerent; quos clare cernimus, & *Consulatum Geminorum* cum *Tiberii* XV. (ntique nnn nisi ab Augusti obitu ducto) componere; & eatenus tantum *Coss. Geminis passum Christum* velle, quatenus falso & contra manifestam Evangeliorum assertionem sentiunt, *Christum* eodem quo baptizatus est anno vitam mortalem in Cruce finivisse: quod æque utrumque cum Henschenius respuat (nam & *Tiberii* XV. quadriennio anticipat; & *Christi* Prædicationis tres annos agnoscit) non plus sane istis gloriari fautoribus, quam Ego ipse possum.

Sed ejus annos solum numerandos ab obitu Augusti.

7 Ex bis patet, vanum, confictum, nulli veterum notum aut probatum usum istum esse annos *Tiberii* ab Epocha, quadriennio præcedente mortem Augusti, ducentem. Fingamus tamen dicis causa, duas olim fuisse usitatas annos *Tiberii* computandi rationes, priorem a fine Augusti, quam omnes adhibent Chronographi; abstrusiorem alteram, quadriennio majorem. An est credibile S. Lucam, adeo prudentem & Dei Spiritu instinctum Historicum, consignandæ certe ac clare Baptistæ Prædicationi, hanc miram, reconditam & raram, præ illa priore celebri, notissima, perillustri delegisse? Dissimulare hic non debeo, visum sibi virum quemdam doctum meo me posse hoc loco jugulare gladio. Ait nempe: me quoque in dissertatione de Danielis Hebdomadibus, Annum *Artaxerxis Longimani* vicesimum, a Nehemia cap. II. Libri sui memoratum, non a morte Patris ejus, sed a quadam assumptione in consortium Regni, qua *Xerxes* multis ante suam mortem annis filium collegam adsciverit, numerasse. Quidni enim (addit) pari exemplo potuerit Henschenius memoratum a Luca *quintum decimum Tiberii*, non ab Augusti obitu repetere, sed ab anno retro quarto, quo Augustus Tiberio collatis illustribus titulis usque ad sui æqualitatem videri potuit eum provehere studuisse? Respondeo: inter rem utramque latum & multiplex observari discrimen. Primum enim Augusti ævo nullus apud Romanos erat usus adsciscendi successores Collegas Imperii: apud Persas, ubi *Xerxes & Artaxerxes* regnabant, non usus solum ejus rei, sed & lex quædam erat, qua Patres declarare filios Reges ante suum decessum certis in occasionibus adigebantur. Deinde, cœpisse reipsa imperare ante Augusti finem *Tiberium*, nemo illorum temporum dixit Historicus: regnare orsum Artaxerxen longe ante Patris obitum, disertissime affirmarunt Thucydides & Charon Lampsacenus, Historici celebres ejusdem ævi: & ex iis sumptum comprobarunt, Cicero, Nepos, & Philostratus. Denique, si qua fuit Regum Persidis ætate inter Chronologos discrepantia, aliis annos succedentium Filiorum a Parentum decessu numerantibus, aliis annos insuper quibus una cum Patribus regnassent in summam pariter imputantibus; fuisset Nehemiæ causa peculiaris in *Artaxerxe*, cui erat Minister Domesticus Pincerna, eam partem amplectendi, quam magis & honorificam & placitam Hero suo sciret; commemorandi nimirum decus ejus quasi privatum, assumptionis in Collegam a Patre, adhuc vivo & victuro. Quocirca, si, ut Augusto Phædrus, ut Ciceroni Tiro, ut multo posterius Adriano Imperatori Phlegon, ita & *Cæsari* Tive-

Dissimile omnium esse exemplū Artaxerxis

& saltem apud Lucā valere non posse,

A *Tiberio* aliquis fuisset Libertus Eruditus, qui libros in lucem emitteret; tali per omnes concedendum arbitrarer, ea Heri sui Imperii annorum utcumque non aliis consueta numeratione uti, qua decus ejus velut domesticum officio Clientis & Familiaris profiteretur. Num esse ulla similis Lucæ potuit excusatio, in hoc contra torrentem Historicorum Chronologorumque nitendi? Hæc cuncta, in mea illa dissertatione certissimis comprobata testimoniis, quisquis æquus Arbiter legerit, næ illum equidem confido judicaturum, a prolepsi annorum regni Artaxerxis, ad similem Tiberii Principatus anticipationem in Lucæ Historia, nullam trahi posse legitimam consequentiam.

qui annum 15. Tiberii componit cum Procuratione Pilati,

8 At quorsum hactenus conjecturis nitor ad suadendum, Lucam xv *Tiberii annum* ab Augusti obitu numerasse! cum hoc idem ipse S. Evangelista, pene manifeste declaret: dum quam adhibet Æram annorum *Tiberii*, non qualemcumque, si plures forent, B sed eam singulariter se testatur exprimere, in qua ejus annus xv. cum Pilati Procuratione Judææ concurrat. Sic enim diserte scribit Evang. Cap. xi. *Anno quintodecimo Imperii Tiberii Cæsaris, procurante Pontio Pilato Judæam &c.* Age vero, quando cœpit procurare Judæam Pilatus? Plane non ante annum Æræ Christi vulgaris xxvii. scribit siquidem Josephus in hunc modum Antiquitatum lib. xviii. cap. v. *Vitellius, Marcello amico ad Procurationem Judææ misso, Pilatum jussit Romam proficisci, responsurum apud Cæsarem ad objecta per Judæos crimina. Ita ille decem annis exactis in sua Provincia*, (græcæ Origines sic habent: δέκα ἔτη διατρίψας ἐπὶ Ἰουδαίας) *cum necesse haberet parere Vitellio, ad urbem iter suscepit: quo priusquam veniret, vita excessit Tiberius.* Hæc Josephus: e quibus verbis tandem liquet, cessisse Judææ Procuratione Pilatum transacto in ea decennio, anno Æræ vulgaris xxxvii. tali enim anno Tiberium mortuum constans omnium affirmatio est. Et quia dies obitus Tiberii notatur xvii. Kal. *Aprilis*, apparet discessum e Judæa Pilati contigisse Martio ineunte, quando nondum pervenisse in Judæam potuerat nuntius eventus tam insignis. Ergo non prius quam anno Æræ Christi vulga- C ris xxvii. per duos jam menses inchoato, capessivit Pilatus Judææ Procurationem. Ac, quod est inde manifestissime consequens, nondum annis Æræ Christi vulgaris xxv. aut xxvi. Judææ Procurator esse cœperat.

anno suo 10 vulg. æræ 37. Romam revocatus,

adeoque primum cœptus an. 27

Est igitur evidens, quem *annum* Lucas vocat *quintum decimum Tiberii Cæsaris*, qui fuerit Baptistæ prædicatione insignis, in Æra Christi vulgari numeratus xxv. non fuisse illum, cujus caput numeri duceretur a quadriennio præcedente obitum Augusti: cum non qualemcumque *quintumdecimum Tiberii annum* Lucas memoret, sed talem qui cum *Pilati Procuratione Judææ* concurrat: qualis solus ille est, qui a morte Augusti principium numeri trahit.

2. Argum. contra annum 29. facit character feriæ 6, concurrentis cum 15. Nisan.

9 Alterum Argumentum e tribus prius propositis, quo impugnatur conjunctio *Consulatus Geminorum* cum *Passione Christi*, breviter hac forma concluditur. Nullus Characterum Chronicorum, quot P. Henschenius partim ex suo sensu, partim ex Evangelistarum affirmatione concordi, confert in annum, quo Christus est passus; quadrat *in Consulatum Geminorum*. Ergo annus quo *Coss.* ambo *Gemini* fuere nequit, vel ex ipsis P. Henschenii principiis, fuisse verus Passionis annus. Probatio Antecedentis Mathematica Demonstratione conficitur. Est enim ad calculos evidens, Annum, cui nomen dederunt *Coss. C. Rubellius & C. Fusius*, ambo *Gemini* cognominati, fuisse annum in Periodo Juliana MMMMDCCXLII. quo manifestum est fuisse numeratum Cycli quidem solaris annum x, Cycli vero Lunaris sive aurei numeri annum xi. cum Littera Dominicarum indice B. Atqui ex comparatione & concursu Cyclorum amborum evi- D denter patet, isto anno Pascha Judaicum, sive diem xv. mensis Hebraici *Nisan* dicti, quali oportuit pati Christum ex Evangeliis, fuisse xvi. mensis Romani *Aprilis*; feriam autem non sextam, sed septimam, hoc est sabbatum: Igitur ille annus certissime caruit characteribus in eo a P. Henschenio requisitis. En etenim ipsius verba num. 1. Exercitationis 1. pag. v. *Passum esse Dominum nostrum Jesum Christum duobus Geminis Coss.* viii. *Kal. Aprilis, hic est Martii* xxv. Tum sub finem ejusdem Paragraphi, sive numeri 1; Characteres ejus anni ex sua opinione proprios brevius colligens, ponit: *Christum Crucifixum duobus Geminis Coss. die* xxv. *Martii, feria sexta*. Characteres igitur, sive notæ distinctivæ & individuæ anni quo E Christus est passus, ex P. Henschenio sunt, dies xxv. *Martii* in xv. mensis *Nisan* incidens, & dies Hebdomadis *Veneris* dictus, sive *Feria sexta*. Cum ergo, ut dixi, mathematice monstretur, illo anno *Consulatus Geminorum*, nec xv. *Nisan* incidisse in xxv. *Martii*, sed in xvi. *Aprilis*; & in *feriam*, non *sextam* sive diem Veneris, sed *septimam*, hoc est sabbatum; clare patet, quod demonstrandum erat, annum quo *Coss.* ambo *Gemini* fuere, characteribus ab ipso P. Henschenio requisitis caruisse.

cui frustra obtenditur vitiatus fuisse Judæorum cyclus.

10 Non me latet, quo scuto nostrum hoc telum excipiant Adversarii. Ajunt per ea tempora Cyclum, quo Judæi utebantur in suo rite celebrando Paschate, fuisse corruptum. Unde hoc habent? Nam æquales aut affines illius ævi Auctores Judæi ambo, Josephus & Philo, plane contrarium affirmant: & quam passim notatam in Evangeliis videmus, nimiam etiam & superstitiosam, Sacerdotum, Scribarum & Pharisæorum diligentiam, in minimis etiam ritibus & ceremoniis sacræ suæ disciplinæ usurpandis & mordicus tenendis, ea idem facile suadet. Intelligitur, inquiunt, ista Cycli corruptio ex loco quodam Epiphanii. F Primum trecentis annis posterioris scriptoris: loco deinde tam perplexo, tam ambiguo, ut postquam in eo sanando & ad saltem tolerabilem reducendo sensum, diu multumque Keplerus, Petavius, Bucherius sudarunt, fateri cogantur, vix se quidquam exsculpere sani potuisse. Tali ergo, tam dubio, tot nominibus recusabili testimonio, credetur res tam inopinata? Nimirum, eo commodum quo Christus est passus anno, adeo insuetam, prorsusque insuspicabilem intervenisse perturbationem in rationibus temporum, qua factum sit, ut nec mensis, nec dies, nec feria constaret; æquinoctii quoque verni observatio, proram alioqui (quod ajunt) puppimque faciens in definitione ac constitutione Paschalis festi, funditus negligeretur; denique ut xvi. *Aprilis* dies, totis duobus & viginti retro diebus, in xxv *Martii* regrederetur, feria vero *sexta* in locum sabbati succederet. Hæc quæso si tam enormis labes contra Dei legem inolevisset, Christus, qui minores longe defectus sacræ disciplinæ solitus esset reprehendere, tacitus transmisisset? Evangelistæ vero etiam approbassent? An non enim, cum scribit Lucas capite xxii. *Venit dies Azymorum, in qua necesse erat occidi Pascha*, ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ πάσχα non tantum rem ita factam; sed rite ac legitime ut oportuit patratam indicat?

Christum 25. Martii aut saltem eo mense passum

11 Hisce igitur, quæ sine fundamento, sine idoneo auctore allegata, eodem jure, eadem facilitate qua proferuntur, repelluntur, tamquam futilibus omissis, ad tertium argumentum procedamus. Id tamen priusquam tracto, velim observari, e characteribus anni, mensis, aut diei Passionis, alios esse arbitrarios, alios necessarios. Arbitrarios voco, quos aliqui e populari opinione, divinæ Traditionis falsam famam habente, ipsi affigunt: necessarios autem di-

A co eos solos, quos Evangelistæ diserte commemorant. Hujus ultimi generis sunt: *Pascha Judaicum*, sive xv. *Mensis Nisan*, & feria sexta, *Parasceve Sabbati*, in eamdem xv *Nisan* diem incurrens. Prioris generis arbitrariorum & falsorum est, quod [illegible] Crucifixionis Christi dies, numerata vere fuerit xxv. mensis Romani Martii: id quod etsi multi veterum, ut certum, tenuere; tamen ejus asserti vanitas nunc clare comperta est, & mathematicis demonstrationibus palam evicta, ab Alfonso Tostato Episcopo Abulensi, a Paulo Middelburgensi, a Petavio, & aliis innumeris. Nec magis solidum est, quod non pauci censent, Passionem, si minus die *Martii* xxv. contigerit, omnino saltem intra *Martium* mensem evenisse: id enim irrepsit in opinionem vulgi creduli, ex eo quod plerique Latinorum Patrum veterum, Mensem Hebræorum *Nisan*, cujus die xv. Christum exspirasse certum est, quasi latine interpretando *Martium* vocarent; quia cum Romano Mense *Martio* iste plerumque mensis Hebraicus concurrit, numquam tamen (ut scholæ loquuntur) adæquate. Nam cum Hebraicus mensis lunaris sit, semper a Novilunio exordiens, & numquam ad xxxi. (quot *Martius* numerat) diem perveniens, non poterit *Nisan* Romano solari mensi integre exacteque congruere, novilunia vel plenilunia, adulto sæpe aut desinente orbe menstruo, referenti. Sepositis igitur insuperque habitis ejusmodi characteribus arbitrariis, exploremus censeo, in quem vere annum necessarii duo, diei xv. *Mensis Nisan*, & *Feriæ sextæ*, Passionis & Mortis Christi Characteres conveniant, ut eum sine dubitatione ulla [illegible], hoc est, Christi nece insignitum agnoscamus.

Annus is ex fallaci traditione præsumitur.

B

12 Ad hoc igitur agendum, & opera eadem ad tertium simul intorquendum argumentum, contra conjunctionem *anni Passionis* cum *consulatu Geminorum*, hinc protinus accingor. Annus numeratus Æræ Christi vulgaris xxxiii. Consulatu *Ser. Sulpitii Galbæ & Lucii Corn. Sullæ* notatus, qui fuit Periodi Julianæ MMMMDCCXLVI. habens Cycli solaris xiv. cum litera Dominicali D Cycli lunaris xv. ex concursu Cyclorum ostendit diem xv *Nisan* Incidisse in diem iii. Aprilis; qui dies ex lit. Dominicali D deprehenditur incurrisse in *feriam sextam*: possidet ergo notas omnes ab Evangelistis inditas anno [illegible], cui crux Christi & Passio competat: & aliunde solus idem est inter annos octo continuos, spatium explentes intra quod necesse est Passionem contigisse, qui characteribus hisce sit præditus. Ergo is ipse annus Passionis est, & frustra quæratur alius. Præsertim cum duobus aliis indiciis, nihilominus illustribus, talis ostendatur.

3 Argum. Quia soli anno 33. quadrant necessarii Characteres.

C

13 Prius est horrenda & plane mirabilis solis Eclipsis, contra omnem naturæ ordinem, in Plenilunio patrata; cujus meminerunt Evangelistæ, scribentes, Christo in crucem sublato, *solem fuisse obscuratum & tenebras esse factas super universam terram*. Talem autem solis defectionem Phlegon Libertus Adriani Augusti, Chronographus insignis, testatur accidisse anno iiii Olympiadis ccii. quod tempus exactissime congruit in mensem Aprilem anni Æræ Christi vulgaris xxxiii. cujus anni æstate inchoatus est primus annus Olympiadis cciii. Alterum est vaticinium famosissimum Hebdomadum LXX perscriptum libri Danielis cap. ix. quod verum esse non posse, nisi anno quarto Hebdomadis septuagesimæ, qui est prorsus idem iste in Æra Christi vulgari xxxiii. Christus fuerit occisus, manifeste ostendo in mea de LXX. Hebdomadibus Dissertatione, quam habeas. Non fuit igitur Passionis annus, *Consulatus Geminorum*; sed quintus ab illo *Consulatus*, *Galbæ & Sullæ*: veraq; est & exacta Æra Christi annorum vulgaris, incipiens a Kalendis Januariis, quibus Christus octiduo ante natus est & circumcisus. Nam tunc nasci Christum, trimestri

Quibus adstipulantur tenebræ notatæ a Phlegonte

Et 70. Hebdomades Danielis.

D

anta obitum Herodis Magni, debuisse, ut impleretur Jacobi Patriarchæ Prophetia Gen. XLIX. edita, sat valide probavi alia dissertatione de Genere Judaico Herodis. Hic desino, confident, me per hæc effecisse quæ jussisti. Vale mi Reverende & optime Pater. Scribebam Tolosæ, vi. Idus Augusti anno Christi CIↃIↃCLXXXIII.

14 *Hactenus prima illa Possini Epistola, qua, sicut præfatus sum, argumentis Natalis Alexandri impulsus jam ante animus, plane concessis in communem sententiam, quoad postremam partem de anno mortis, tamquam longe verisimiliorem Henscheniana, tantumque non certam. Cum autem primo adductum pro ea argumentum viderem potissime demonstrari ex Josepho, indicante tempus quo Judææ Procurationem Pilatus gessit; eodemque scribente videretur Herodis obitus Æra communis initium longe prævertere, non potui non favere prædicto Alexandro, contra eamdem communem sustinente, citius natum esse Christum, adeoque diutius vixisse inter mortales quam annis* XXXIII. *Placuit igitur super hoc nova opinione, ejusdem Possini sententiam exquirere, & nihilominus, quia moram non patiebantur prela, Dissertationem concinnare, quam, ut dixi, in Conatu ponerem post chronicon elogium Christi Jesu, in fine operis retractandam, si eam æque solide refutatam viderem. Ipsam mutato titulo hic accipe.*

E

PARADOXON N. A.

De quinquennio Henscheniano ante vulgarem Æram, componendo cum sententia de Christi crucifixione anno XXXIII. ejusdem Æræ.

P*Rima exercitationis Henschenianæ paragraphus 3. duos præcedentes confirmat a rebus, post Passionem gestis; ostenditque antiquos plures, qui numeratis ab ea annis rerum illustrium memoriam quasdam consignarunt, a se stare. Hæc ille cum sic esset commentatus, ita sua acquievit sententia, ut crederet eam, saltem ex auctoritate, firmissimam esse, quidquid alii paulo antea in Gallia (quorum tamen lucubrationes non viderat) pro communis Æræ rectitudine asserenda cœperant disputare. Cum vero unius eorum Jacobi Grandamici opus accepit, sub titulo Chronologiæ Christianæ excusum Parisiis anno* 1668. *vidisque eum, omnibus auctoritatibus illis sufsdeque habitis, etiam Josephum, Dionem, & alios a dicenda circa Herodis mortem sententia excludere, tamquam pluries a vera temporum ratione exerrantes; vicissim non magni faciendum sibi credidit, quod Grandamicus opponebat ex astronomicis rationibus: cum ipse Henschenius eorum esset minus peritus, & jam semel ex Epiphanio persuasus, Judæos illas nonnisi perturbatas habuisse. Interim quotquot nunc fere habet Gallia istiusmodi disciplinarum scientes viros (habet autem plurimos) judicant, convincentes esse Grandamici demonstrationes, qui autem eas minus capiunt, in eamdem tamen sententiam haud difficulter coguntur ratione historica, petita ex Phlegonte, Hadriani Cæsaris Liberto, circa annum* CL. *scribente, & apud Philoponum dicente,* quarto anno Olympiadis ducentesimæ secundæ (*quem esse annum æræ vulgaris* XXXIII. *apud omnes in confesso est*) factam solis defectionem, omnium quæ ante innotuerint maximam; & noctem hora diei sexta talem, ut stellæ in cœlo apparuerint: *quem locum ex ipsomet Phlegonte allegant etiam Eusebius, Hieronymus, aliique contra Gentiles, pro Christi divinitate in morte ejus ostensa; nihil dubitantes, quin is agat de tenebris, tunc præter ordinem naturæ factis in plenilunio per horas omnino tres, cum naturales eclipses fiant in conjunctione solis ac lunæ, neque diu durent, neque totum prorsus diem auferant, &c.*

Non obstantibus Henschenii argumentis,

F

pergunt hodie eruditi plures sustinere,

passum esse Christum an. 33. æræ vulgaris 3 Aprilis.

Hue

A 2 *Huc accedere volunt aliqui profundioris speculationis ac studii demonstrationem aliam ex hebdomadibus Danielis; secundum quas annum vulgaris æræ* XXXIII *ipsum esse, quo ibi, tamquam septuagesimæ hebdomadis medio id est quarto, prædicitur Christus occidendus, succedentoque sacrificio digniori novæ Legis, defectura figuralis hostia veteris Testamenti. Hoc novissime conatus est demonstrare, Dissertatione erudita super Matthæi* XXIV. ℣. 15. P. Petrus Possinus. *Sed non video quomodo ea ratione demonstrari quidquam efficaciter possit pro vel contra alterutram sententiam; dum ipse Dissertationis illius auctor denique fatetur, eo anno quo mortuus est* Christus *definiendum esse, unde sumendum sit hebdomadum istarum initium. Licet enim ex Propheta constet, numerandas illas* ab exitu sermonis ut iterum ædificetur Jerusalem, *& licet ipse demonstret, hunc sermonem, a tribus diversorum Regum edictis pro restauratione solius templi valde diversum, esse* litteras *quas Nehemiæ (uti scribitur lib. 2. Esdræ cap. 2.)* anno vigesimo Artaxerxis Regis *obtinuit* ad Duces Re-B gionis transflumen, ut traducerent eum donec veniret in Judæam; & ad Asaph Custodem saltus, ut daret ipsi ligna quibus tegere posset portas Templi, turres Domus, & muros Civitatis; *constat tamen æque certe, annum istum vigesimum non esse numerandum, ut passim historici profani numerant, ab anno* I I I I. *Olympiadis* LXXVIII. *quando mortuo patre Xerxe solus regnare* Artaxerxes *cœpit, anno ante æram vulgarem* CCCCLV. *quia sic Christi mors deberet differri ad annos octo ultra* XXXIII. *sed quærendum aliud regni principium, ejus scilicet quod communiter cum patre gessit. Dum autem hoc constat, nec constat quoto anno ante obitum patris* Artaxerxes *iste regnare sic cœpit; nihil præter incertam conjecturam Possino restat, qua definiat fuisse Regem a patre dictum, octavo potius, quam duodecimo ante dictum obitum anno; quod tamen necesse est, ut sciamus, mortem Christi, quæ prædicitur futura anno abinde* ACCCLXXXVII. *(hic enim est medius hebdomadis* LXX.) *anno potius* XXXIII. *quam* XXIX. *vulgaris æræ contigisse. Nam quod pro priori numero assumitur,* Artaxerxem *solum natum patre jam in Regem coronato, & ætatis annum saltem* XVI. *egisse quando assumptus in regni consortem est; utrumque per solam conje-C cturam dicitur, proinde nequit certam ullam conclusionem fundare, cum & prius esse natus idem Artaxerxes potuerit, & duodennis etiam coronari. Quandonam ergo coronatus sit scire deberemus, retrogradiendo a morte Christi ad initium hebdomadum septuaginta, & ab hoc initio per annos viginti ad initium* Artaxerxis, *non illud vulgo notum externis scriptoribus, sed magis domesticum, eoque Nehemiæ atque Esdræ* Artaxerxis *domesticis, aliisque in Perside natis familiarius. Ceterum ut ista via confimiatur nihil; ea tamen quæ supra notavi, quæque alia aliunde adduntur multa, talia sunt, ut pervicacem esse oporteat, qui non fateatur iis se moveri; præfidentem, qui omnia dissolvere posse credat.*

Quod licet non conficiatur ex Hebdomadibus Danielis,

propter incertum initium Artaxerxis cum patre regnantis,

verosimillimum tamen est.

3 *Natalis Alexander, videns hinc sese constrictum teneri, ne ante annum vulgaris Æræ* XXXIII. Christum *mortuum fateretur; inde, ne* Herodem *statueret obiisse nisi anno ante æram vulgarem quarto; novam & nemini auditam hactenus sententiam adduxit in medium, ut Christum diceret obiisse, anno ætatis suæ 37. inchoato, ann. 38. numeraturus, si cum Henschenio posuisset* Christum *natum, integro anno ac tribus mensibus prius quam moreretur* Herodes, *quod congruentius videtur dictorus fuisse. Sed quid faciet illis verbis Lucæ, asserentis, quod* Christus, *quando incepit se manifestare, post susceptum a Joanne Baptismum, erat* quasi annorum triginta; *si is anno* XXXIX. *æræ vulgaris jam erat ingressus ætatis suæ annum* XXXIII. *aut etiam* XXXIV? *Respondet particulam* ὡσεὶ, Quasi, *idem valere, quod* Circiter, *seu* Plus minusve, *& utrimque habere latitudinem,* D *majorem minoremve, pro ratione numeri cui additur majoris vel minoris. Christum autem extremo vitæ suæ anno, quadragesimo quam trigesimo propriorem videri debere, cui Judæi dixerint,* quinquaginta annos nondum habes. *Idem observat, persuasionem illam, quod* Christus *mortuus esset mense Martio, ex ea ortam videri; quod Apostoli primique Christiani, primum Pascha anno vertente celebraverint* XXV. *Martii, cum biduo ante, ipsa Parasceve Paschæ Judæorum, coluissent memoriam Passionis* Christi; *hujus autem anniversarii Paschalis memoriam Græcos in suis Menæis usque hodie conservare, idemque in Occidente nostro Hispanos ac Gallos plures antiquitus tenuisse. At alii, considerantes Christum esse mortuum feria* VI *& annum Duorum Geminorum habuisse litteram Dominicalem* B, *assumpsisse videntur diem* XXV *tunc cum dicta feria concurrentem, idque eo libentius, quod tunc quoque incarnatum Christum fuisse scirent; nihil interim soliciti, quam id bene vel male cum Judaico ejusdem anni Paschate conveniret.*

Utramque sententiam nititur quidam conciliare.

asserendo natum quidem ante æram vulg. Christum, sed an. 33. mortuum,

3. Aprilis, qui proximo anno fuerit 23. Martii;

pro quo alii elegerint 25. ejusdem

4 *Ceterum non fuit mens Henschenii (nec porro mea* E *est) in hanc quæstionum multiplicium perplexitatem altius se inferre; satis habuit magnam primi Catalogi antiquitatem & auctoritatem lectoribus suis proponere, & ostendere quam apte inter se cohæreat proposita istic Chronologia; quæ si forte a vero deviet, in primo anno Petri per Consules Geminis proximos designando, non potuerit tamen errasse in ultimo, aliunde certius demonstrabili. Acturus igitur de S. Petri Pontificatu, postquam ejus Chronologiam utrique sententiæ de anno mortis Christi aptavero, in Dissertatione de exordio constituta, primum apud Antiochenos, deinde apud Romanos Cathedræ; tale ponam Pontificiæ Chronologiæ reliquæ fundamentum, ut quamcumque circa Christum sententiam teneas, in* Petro *tamen mecum & cum Henschenio debeas convenire; nec altera repugnet alteri quoad Cathedram Romanam, quomodocumque de Antiochena statueris. Tota enim differentia in eo consistet, quod prout serius citiusque passum Christum dices, ita plures paucioresve habiturus sis annos, medios inter dimissionem unius & assumptionem alterius Cathedræ, quos annos prædicando Evangelio Ecclesiisque ordinandis Apostolus impenderis.*

Nobis satis est si anno 67. mortuus sit Petrus.

5 *Interim non dissimulaverim, Grandamici sententiam, quoad annum Crucifixionis, præ altera longe verosimiliorem mihi videri. Quantumcumque enim ad hanc tuendam apta sit duplex annorum Tiberii Epocha, ab Henschenio exposita: dum tamen constat, priorem illam, neque Romanis scriptoribus neque externis fuisse usurpatam in designandis temporibus, omnes autem Fa-*F *stos Imperium illius solum ordiri ab obitu Augusti; ægre mihi possum persuadere, quod Lucas Evangelista, hortatu Apostoli Gentium Pauli, pro Gentilibus, Græcis potissimum ac Romanis, Evangelium scribens, volensque initium Prædicationis Joannis chronico charactere insignire, notando* annum XV. Tiberii; *pro anno, quem primo auditu omnes erant intellecturi cadere in Consulatum* Duorum Geminorum, *voluerit notare alium, quadriennio anteriorem, sub Consulatu* Lentuli & Asinii, *de quo nemo esset cogitaturus, nisi expresse moneretur, aliter quam vulgo soleant annos numerari, scilicet a tempore per patrem communicati Imperii. Hoc enim quid fuisset aliud, quam lectores inducere in periculum præsens id ignorandi, quod Evangelista videbatur velle notissimum esse, totiusque historiæ a se scribendæ basim?*

Præterea tamen verosimilius annum 15. Tiberii a morte Augusti numerari,

6 *Posset quidem prætendere aliquis, quod sicut Hispanicæ Provinciæ semel apud se inducto usu Æræ propriæ, in honorem* Augusti *assumptæ,* XXXVIII. *annis ante vulgatam nostram, eamdemque constantissime retinuerunt per quatuordecim sæcula: ita Judæi, post de-*

(esto non dusit prætensura ad eundem a communicato Imperio ducendum)

pos-

A *positionem Archelai, proprio jam Rege destituti cujus annos numerarent, ad nutum communicati ab* Augusto *cum* Tiberio *Imperii, per adulationis excessum, propriam Æram sibi constituerint, solique usurpaverint cum Lucas scriberet. Sed hoc facilius diceretur quam probaretur, nullo talis consuetudinis Judaicæ vestigio apud scriptores extante; attento insuper quod Lucas non scripserit Judæis. Alioqui huc faceret, tum Persarum exemplum, quibus illa gens diu servivit; tum alia quædam in Scriptura sacra: puta de* Jeroboam *Rege Israel & Joachin Rege Juda, quorum anni ex duplici epocha fluunt, dum 2. Paralip. 25. & 4. Regum 14. dicitur Amasias Rex Juda obiisse* anno XIV. Jeroboami, *& mox sequenti capite 15. filius ejus Azarias successisse* anno *27. ejusdem Jeroboami; Joachin vero affirmatur 4. Regum 24.* decem & octo annorum *fuisse cum regnare cœpit: 2 autem Paralip. 36.* annorum *dumtaxat* octo*: quam discrepantiam explicant Interpretes, Cajetanus, Salia-* B *nus, Cornelius, & alii, per annos quos iidem Reges communes habuerint cum patribus suis.*

7 *Tali autem explicationi, etiam* Tiberio *aptandæ, fortassis favet, quod Lucas non designet annum* τῆς βασιλείας *(qua voce plerumque utuntur scriptores Græci, quando agunt de Imperatoribus Romanis, Augusti successoribus) sed* τῆς ἡγεμονίας*; estque ea vox, æque ac vox* ἡγεμὼν*, indifferens ad qualecumque* imperium*, & de Provinciarum Præsidibus ordinarie dicitur, quemadmodum mox idem Lucas subjungit,* ἡγεμονεύοντος τοῦ Ποντίου Πιλάτου τῆς Ἰουδαίας, Procurante Pontio Pilato Judæam: *vel* Judææ Præsidente*: & in hoc sensu etiam apud Tacitum dicitur, quod* Tiberius, lege per Consules lata, provincias cum Augusto communiter administravit*: quod Græce,* ἡγεμόνευσε *diceretur: adeo ut ex vi verborum non necessario debeat locus intelligi de summo absolutoque Imperio.*

8 *Mallem tamen (sicut jam dixi) credere, quod Evangelista voluerit uti annorum numero, per totum Romanum Imperium æqualiter & uniformiter intelligendo; sicut intellexit Interpres vulgatus, quando absolute vertit* Imperii. *Quod si posito sic anno, minime obscuro dubioque, etiam liceat nihilominus mortem* Herodis *eo anno relinquere, quo relinquendam suadent omnes historici, quibus sententia altera nititur; facile apparebit, quomodo alii circa natalem annum* Christi, *alii circa mortualem erraverint, quæ est nova Natalis* C *Alexandri sententia, sed partibus conciliandis (ut quidem prima fronte videri potest) perquam commoda. Hi enim, quibus notum erat, quo anno mortuus esset Herodes, in cujus diebus* Christum *natum adoratumque a Magis Matthæus asserebat: cum legerent* Christum *manifestari cœpisse dum esset annorum quasi triginta, consequens esse censuerunt, ut mortuus fuerit in Consulatu duorum Geminorum, parum curantes de annis* Tiberii. *Isti vero, quibus hi erant notiores magisque in oculis, inde retro gradientes per annos triginta, eo natum dixerunt, quem modo numeramus Æræ Christianæ primum, nihil curantes de* Herode. *Error autem hic tanto excusabilior fuerit, quanto de annis ab Incarnatione numerandis minus cogitatum erat usque ad Dionysii Exigui tempora, id est ad medietatem seculi* VI. *cum omnes ubique Christiani satis haberent moribus ac religione a Gentilibus discerni, reliquis vero convictus civilis mediis nequaquam affectarent sequestrari; ideoque sicut legibus, ponderibus, mensuris iisdem, sic & notis temporum uterentur, quia contrarium facere factiositatis potius quam pietatis fuisset.*

motum si aucevitã dicat annos ejusvulg. gravius.

9 *Post Nicænum nihilominus Concilium, quo Paschalium Circulorum ordinandorum atque Romano Pontifici mittendorum cura Alexandrinis in Ægypto Episcopis commissa fuit; incertum quando, diu tamen ante Dionysium Exiguum, videri potest publice introductus in Ecclesia usus annorum a Passione numerandorum.*

Anno 33. favet usus inscribendi cereis a Passione Christi,

Testatur enim Beda lib. de ratione temporum cap. 45. D Fratres, qui Romæ fuerunt anno juxta Dionysium DCCI. in Natali Domini, in cereis S. Mariæ scriptum vidisse, & inde descripsisse hoc modo; A Passione Domini nostri Jesu Christi anni sunt DCLXVIII. *Quod licet ipse eo adducat, ut probet* Romanam Ecclesiam, ubi tempus Dominicæ Passionis populis in memoriam revocat annuatim, semper adnotare numerum annorum, tribus & triginta annis minorem, quam ab ejus Incarnatione Dionysius posuit *(in quo decipitur, quia Dionysius ab Incarnatione incipiens, totis* XXXIII. *annis prævertit tempus Passionis) videtur tamen id probare quod intendunt ii, qui anno vulgaris Æræ* XXXIII. *passum Christum sustinent. Etenim inscriptio cerei, quam Fratres isti viderunt, non pro eo Dionysiano anno, quem tunc numerabant, fuisse videtur; sed pro sequenti, quem nos a proximis Januarii Kalendis auspicamur; quique retrotrahendo diem ad menses tres, tunc vere secundum istam sententiam numerari poterat* DCCI. *a Passione; siquidem congruum erat, ut ante initium anni explicaretur ratio festorum pro anno sequente, qui proinde inscribebatur cereo, toto isto anno legendus. Quid autem dico, Ante initium anni? Ipse annus Ecclesiasticus Romanis inchoabatur a Natali* E *Domini* VIII. Kal Januarii, *ut patet ex omnium antiquissimo Martyrologio Hieronymiano, quod Romanæ Ecclesiæ in usu fuit, priusquam in ea Usuardus reciperetur, ad cujus Martyrologii exemplum descripta cetera antiquiora omnia, etiam Gallicana, ab ista die ordiuntur. Antiquissimi etiam Sacramentorum libri (Missalia nunc vocamus, qualia duo, Gallicanum unum ex S. Gelasii Papæ instituto, alterum Gothicum ante annos* DCCCC. *conscriptum accepimus ex mss. Reginæ impressa) a Missa dicenda in Vigilia Nativitatis initium sumunt, æque ac liber Sacramentorum S. Gregorii: quamquam id deinde mutatum sit, exempla fortassis sumpta a Mediolanensibus, ritus Ambrosiani tenacibus, ut a Dominica I. Adventus Missales libri initium ducerent.*

non plane conformis calculo Dionysiano.

10 *Cum igitur Dionysius, in sua de Paschatis ratione Epistola, sic loquitur:* Quia vero S. Cyrillus primum Cyclum ab anno Diocletiani CLIII. cœpit *(est hic nobis* CCCCXVII.*)* & ultimum in CCXLIV. terminavit *(qui nobis est* DXXXI.*)* nos a CCXLVIII. anno ejusdem Tyranni potius quam Principis *(id est* DXXXII.*)* inchoantes noluimus circulis nostris memoriam impii & persecutoris innectere; sed magis elegimus ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi annorum tempora præno- F tare. *Cum, inquam, sic loquitur Dionysius, nec a Passione Domini, sed ab Incarnatione tempora prænotare intendit; apparet eos, qui annum a Passione Monachis Anglis visum, cereis S. Mariæ inscripserunt, ipso ecclesiastici anni exordio, id est in Natali Dominico, pro proximo inchoando anno civili; non fuisse in hoc secutos ritum & calculum, quem Dionysius fuerat conatus inducere; sed quem acceperant a majoribus, adeoque cum diu antea usum saltem Romæ receptiorem fuisse: quidni ab ætate Cyrilli, aut etiam multo citius cœptum? Nam Cyrillus (ut apparet ex verbis Bedæ) annis Diocletiani Circulos suos adaptaverat; illi autem acceperant a majoribus inscribere eisdem annos, numeratos a Passione, id est Redemptione humani generis, credo ob eamdem causam, ob quam postea elegit Dionysius ab Incarnatione, tamquam a salutis nostræ principio, exordiri. Istos autem cereos, quibus ita quotannis inscribebantur festa secundum Paschatis rationem mobilia, existimat Claudius Castellanus meras fuisse columnas, absque ellychnio; ad earum imitationem, quæ ex saxo aliove durabiliori materia antiquitus solebant fieri, ad æternam memoriam illustriorum quorumdam actorum, iisdem inscriptorum, posteritati commendandam; ceram vero adhibitam, quia non nisi ad annum unum debebat conservari scriptura, quemodo cereis inscribebat vetustas quid-*

adeoque antiquior illo,

Cerei isti quales fuerint?

quid

A quid ad brevis temporis memoriam signabatur; membranis autem papyrove Ægyptia vel arborea, si quid volebant servari diutius; æri autem vel marmori, quidquid perpetuum esse oportebat. Columnam certe nominat ipsa benedictionis formula (sed jam hujus columnæ præconia novimus) & Rupertus Tuitiensis alrique repræsentari ea ajunt Columnam ignis & nubis, quæ Israelitas per desertum duxit.

Illis Roma inscriptus Ordo; alibi affigebatur Cereo Paschali,

12 Post quam vero Paschalis ordo ipsi ceræ inscribi desiit, cæpitque in charta seu tabella separata notari; eadem charta vel tabella affigebatur cereo: quod etiamnum in Rotomagensi S. Mariæ ecclesia totoque Ordine Cluniacensi observari, docuit me idem Castellanus, præsens ipse aliquando cum fieret. Fit autem in Gallia pridie Paschatis, quia cum Paschate ibidem antiquitus inchoabatur annus, saltem Ecclesiasticus, uti ex Concilio Turonensi anni DCLXII. probat Mabilio pag. 172. licet alioqui civilis annus inciperet a Martio; quod usque universim placuit Francis (ut placuit seculo circiter XIII.) Paschali festivitati eum honorem habere. Verumtamen serum esset in Paschate primum exponere B Paschalem ordinem, ab hebdomadis novem cum Dominica Septuagesima currere captum, nisi tabella complecteretur diem Paschæ anni sequentis, prout intelligo reapse fieri. Sed ita duorum annorum dimidius Canon conjungitur in unum: longeque præstiterit Romanorum antiquus usus, eumdem in Natalitiis proponentium principio anni Ecclesiastici. Nec minus commode Alexandrini, quibus ex Nicæni Concilii præscripto commendata erat promulgatio Paschatis, in Epiphania Domini eamdem faciendam instituerunt, teste Cassiano Collat. 10. cap. 2., ubi ait, quod Intra Ægypti Regionem, mos iste antiqua traditione servatur (& fortassis ex ipsius S. Marci institutione) ut peracta Epiphaniorum die ... . Epistolæ Pontificis Alexandrini (ipsa utique die in Alexandrina ecclesia publicatæ) per universas dirigantur Ægypti Ecclesias, quibus & initium Quadragesimæ, & dies Paschæ, non solum per civitates omnes, sed etiam per universa monasteria designentur. Idem etiam ex antiquo usu, secundum institutionem S. Ambrosii, fit Mediolani; nescio tamen an adhibita etiam in eamdem rem Columna cerea per affixionem tabellæ: solum enim reperio in veteri ritus Ambrosiani Missali, quod, Lecto Evangelio festi istius, statim Dia- C conus annuntiat Pascha, in quo die & mense sit futurum, hoc modo (idque cum cantu ibidem subnotato). Noverit caritas vestra, Fratres carissimi, quod annuente Dei & Domini nostri Jesu Christi misericordia (tali die, sicut erit) Pascha cum gaudio celebrabimus: & respondet Chorus, Deo gratias.

alibi in die Epiphaniæ annuntiabatur.

Benedictio Agnus Dei in Paschate solita fieri Romæ,

12 Ex dictis intelliges, unde originem suum habuerit Cerei Paschalis benedictio, non tamen Romæ: hæc enim ritum istum admodum sero suscepit, atque Romano Ordine expressius attestante in Rubricis de Sabbato sancto, quod descriptus ibi Ordo benedicendi Cerei, in forensibus dumtexat civitatibus agitur: nam infra civitatem Romanam, mane primo Sabbato sancto venit Archidiaconus in ecclesiam, & fundit ceram in vas mundum majus, & ex ea fundit similitudines agnorum &c. Ubi videntur Forensium Ecclesiarum nomine, non solæ illæ venire, quibus inchoabatur annus a Paschate, uti fiebat per totam Hetruriam, aliis Januarii Kalendas ad trimestre subsequentibus, aliis ad novem menses prævenientibus, sed Suburbicariæ Ecclesiæ omnes, id est, sub Urbis Romanæ Vicario constitutæ per circuitum. His autem sic facientibus, ne quid minus haberet Romana illarum omnium mater Ecclesia; cæpit ipsa etiam simile aliquid facere, benedicendo cereos illos Agnos, qui erant fidelibus Dominica in Albis distribuendi post Communionem: duravitque hic usus per annos singulos, jam inde a seculo VI. notus; quousque Romana Ecclesia, in Benedictione Paschalis Cerei, se

pro usitata alibi benedictione Paschalis Cerei.

conformavit cæteris; & tunc, Agnorum cereorum benedictionem servantes sibi summi Pontifices, ipsam restrinxerunt ad singula septennia, post primum quo idem fecerant Pontificatus sui annum. Hoc vero jam olim imitatæ Ecclesiæ aliæ, ex ipso Paschali benedicto Cereo decerpebant particulas, transformandas in Agnorum similitudinem, & simili ritu ac die distribuebant, ut Sirmondus in Notis ad Ennodium observat. D

qui ritus vetustissimus esse ostenditur.

13 Ad commonstrandam porro antiquitatem præfati ritus, circa benedictionem Paschalis Cerei, mire facit, quod formula, Invitationis, Benedictionem istam præcedentis. Exultet Angelica turba cœlorum, eadem sit in Missali Ambrosiano, quæ describitur in ipso Romano Ordine, etsi sequentia discrepent: quodque eamdem Augustinus, qui eam Mediolani didicerat, in Africam videatur traduxisse. Nam in utroque vetustissimo Missali supra laudato, continetur Benedictio Cerei B. Augustini Episcopi, quam adhuc Diaconus cum esset edidit & cecinit. In hoc quæ sequitur Invitationem Præfatio, multum diversa ab Ambrosiana, prorsus est eadem cum hodierna Romana; productior tamen prælonga E Apia matris commendatione, quæ nunc emittitur. Coævus aut etiam senior Augustino fuit, qui ad Præsidium Diaconum Placentinum, SS. Augustini & Hieronymi Epistolis notum, de Cereo Paschali Tractatum, Tom. 9 operum S. Hieronymi insertum, scripsit, quando necdum annus completus erat, quod Principem Gratianum, prodente exercitu suo, ante fœda captivitas, dehinc miserabilior oppressit interitus, anno CCCLXXXIII. Atque ex istis longe solidius probatur ritus prædicti vetustas, quam ex Hymno Prudentii ad incensum lucernæ, cui deinde alii titulum supposuerunt ad incensum Cerei Paschalis. Nam qui eum Hymnum animo a præjudiciis libero legerit, judicabit Auctorem de Paschali Cereo omnino non cogitasse; sed quomadmodum ad alias diei horas, sic etiam ad horam accendendarum in domibus lucernarum ipsum Fidelibus continendum composuisse. Ceterum quod de columna cerea absque ellychnio suggerit Castellanus, id Romæ potuit valuisse, ubi alium nullum usum illa habebat; sed qui eamdem in Paschate benedicendam instituit, eo fine ut in figura resuscitati ac discipulis denuo apparentis Christi accensa arderet inter Sacra, quoad dicto in Missa Ascensionis Evangelio eadem extingueretur; idem haud dubie instituit eamdem cum ellychnio faciendam.

14 Atque hæc dicta sunto occasione Cereorum, quibus inscribebantur antiquitus anni a Passione Domini, a qua per triennium & tres fere menses retrocedendo, venitur ad initium prædicati a Joanne Baptismi, descriptum a Luca. Et eatenus quidem recte se habuerit illa qualiscumque traditio ecclesiastica, in supputatione annorum; vacillare autem primum cæperit, cum Dionysius eam voluit usque ad Christi Incarnationem extendere, per solos triginta annos, quasi Lucas absolute dixisset, totidem & non plures habuisse Christum, cum baptizaretur. Plures autem eum habuisse (quod nos libentius dicaremus cum P. Natali Alexandro quando in anno mortis oporteret omnino recedere ab Henschenii sententia) confirmet etiam S. Irenæus, scribens lib. 2. contra heres. cap. 39 quod jam in ætatem seniorem declinabat Christus quando docebat, sicut inquit, omnes Seniores testantur, qui in Asia apud Joannem discipulum Domini convenerunt, idipsum tradidisse eis Joannem .... Quidam autem non solum Joannem, sed & alios Apostolos viderunt, & hæc ab eis audierunt, & testantur de hujusmodi relatione. Ipse quidem Irenæus, qui cum Senioribus istis egisse junior potuit, indicatum sibi ab illis declivium in ætatem seniorem pro sua interpretatus arbitrio, eique aptans verba Judæorum. Quinquaginta annos nondum habes (quod, inquit, de eo dicitur qui jam quadraginta annos excessit, quinquaginta autem nondum attigit, non tamen multum a quinquagesimo F

Majorem Christi cum baptizaretur ætatem quam annorum præcise 30.

ex S. Joannis discipulis accepit S. Irenæus.

absti-

A abstitit] *illud a quadragesimo aut quinquagesimo anno orditur, talemque ætatem habuisse Christum sensit, quod recipere non possumus. Sed si hominis ætatem, quam ille dividit quadrifariam, bifariam partiaris, in juniorem senioremque; cum eam septuaginta annis Regius Psaltes circumscribat, profecto qui annum* XXXV. *agens aut superans prædicabat, & anno* XXXVIII. *moriebatur recte dicebatur* jam in ætatem seniorem declinare: *nec plus potuerunt illi Ioannis discipuli significatum voluisse. Sic autem non erit opus dicere, quod Apostoli (quos omnes aut plerosque oportet concipere suo magistro juniores) omnes etiam aut plerique infra trigesimum annum vocati sint ad munus Evangelicum, prout consequens esset si tricenarius duntaxat erat* Christus *quando eos vocavit.*

15 *Verum istam sententiam S.* Irenæi *quantumvis antiqui & antiquioribus testibus nixi, teneri nulla ratione posse, suadebit sequens* Possini *Epistola, diu post prædictorum impressionem allata, in qua usum se monet Auctor prima editione Alexandri citandis paginarum humanis, non vero secunda auctiori, quæ ad manum ipsi non erat: quare necessarium duco ejusdem secundæ editionis paginas notare in margine, si cui forte veniam ad eos libros legendos habituro, opus sit adire ipsum* B *ejus, qui refutatur contentum.*

E P I S T O L A II.

Adversus superius Paradoxon confirmans contra Natalem Alexandrum, Christum anno præcise trigesimo ut vulgaris Æræ, sic & ætatis suæ, baptizatum fuisse.

Possinus, Natali Alexandro.

NOn illibenti mihi, haud operosum, quin & jucundum negotium injungis, Pater, invitans ad legendas Lucubrationes R. P. *Natalis Alexandri*, Eruditi hominis, & non una dote commendabilis scriptoris. Percurri semel, iterum, sæpius; penitusque introspexi tres ejus Quæstiones de Annis totidem Christi, Nati, Baptizati, Mortui. Harum alteram & tertiam, quod ad capitale punctum attinet, nempe concursum æræ vulgaris cum Baptismo & morte Christi, pleno suffragio in quantumvis transcribo laudem. Quædam iis duntaxat ad τὸ χρονικὸν injecta sparsim παρέργματα displicent In Prima multum est quod excipiam. Dum horum rationes exequor, ad longiusculam te legendi patientiam compara: Tibique quo interim tentaberis tædium imputa, cujus causam, C jubenda scriptione necessario prolixa, volens conseristi. De duabus postremis, rem brevius transfigendam, prius aggrediens, paucis expedio.

Non probat initio prædicantis Ioannis & Christi baptismo annum interjici.

2 Docte ac eleganter in harum priore demonstrat P. Alexander, baptizatum sine dubio dici debere Christum, aliquanto post inchoatam prædicationem Joannis Baptistæ: cujus exordium, quod a S. Luca defigitur *anno Quintodecimo Tiberii Cæsaris*, numeri hujus initium necessario ducendum a morte Augusti, illustribus & ἀναντιῤῥήτοις evincit argumentis. Hactenus recte. Illud non probo, quod pag. * 202. obiter inducit, callide obrepens ad suam adstruendam de Christo, anno ætatis XXXIV. baptizato, sententiam: *solidum interjiciendum annum inter initium Prædicationis Ioannis & Baptismum Christi.* Nego enimvero. Tu ede, unde id conficis? Capessit ex professo probationem istius Propositionis pag. seq. nihil tamen adducens aliud, nisi hoc: *Inter vocationem S. Ioannis & baptismum Christi, multa intercessisse quæ spatium saltem unius anni postularent, probabiliter colligitur ex Evangelio Luc.* III. Sic verbis totidem P. Alexander. Contra ego Quid probabile, quid non; & inter ipsa probabilia, quid plus minusve sit verisimile, prudentiæ, opinor, definitur arbitrio. Ad hoc tetri-

* al. 225.

D bunal vador. Cedo, quid affers, quo tua, quam mea contraria probabilior decerni debeat opinio? En verba S. Evangelistæ: *Anno quintodecimo Imperii Tiberii Cæsaris . . . factum est verbum Domini super* Ioannem *Zachariæ filium in deserto: & venit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptismum Pœnitentiæ*. Mox quibusdam adjectis de concursu populorum ad baptismum Joannis, tum de argumentis concionum ejus; versu demum XXI. ejusdem III. Capitis subjungit; *Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato & orante, apertum est cœlum*. En quæ interponat S. Lucas, inter initium Prædicationis Baptistæ, & Baptismum Christi: egressum multorum e Pagis & Urbibus Judææ ad novitatem istam spectandam Joannis prædicantis; eoque audito, suasum & ministratum a venerabili Oratore baptismum usurpantium, cui se ad extremum turbæ ipse Iesus admiscuit. Quid, per omnium ex æquo bonoque de rebus æstimantium fidem! quid, inquam, hic est cui non recte, more humano consummando vel trimestre solummodo spatium judicetur abunde sufficere?

Sex menses indulget E

3 Ego tamen alterum tantum supererogo: & Christum, item ut Joannem, existimans observare studuisse, in suis quemque publice fungendi commissi ipsis muneris primordiis, tricenariæ principium ætatis, in veteribus Prophetis (prout de Ezechiele constat) teneri solitum; inchoasse ambos arbitror Prædicationes suas anno ineunte trigesimo vitæ ipsorum: ac propterea, Joanne, qui sex mensibus Christo erat senior, a Kalendis mensis Julii, anno ab ortu ejus ineunte trigesimo, prodire ac dicere ad populum exorso; Jesum pariter simili expectata epocha ætatis propriæ, ubi se principio Januarii sequentis ætatem auspicari tricenariam sensisset, suam exequi palam, baptismo suscepto, Missionem cepisse. Velim audire, quid his plausibile queat opponi: cum nihil proferatur; jure meo concludo, falsam istam & incredibilem assertionem esse.

Negat ὡσεί, fere admittere annos 4 supra 30. * al. 227.

4 Lego præterea, nec laudo, in eadem II. Quæstione pag. * 205. P. Alexandrum, dum respondere conatur testimonio S. Lucæ, elidenti assertionem qua ponit, *baptizatum Christum* XXXIV. *ætatis anno*, contendere, in Evangelistæ verbis particulam *quasi*, Græce ὡσεί, liberam dare facultatem lectori quatuor annos superaccumulandi summæ indicatæ; idque ut evincat, allegare Matthæi locum ex Cap XVII. ubi ait: Christum *post sex dies* futuram suam Transfigurationem prædixisse; cum tamen rem eamdem narrans Lucas scribat, Transfigurationem contigisse μετὰ τοὺς λόγους τούτους ὡσεὶ ἡμέραι ὀκτώ: *post hos sermones quasi* (sive, ut F habet vulgata Editio) *fere diebus octo*. In quo miror illum non vidisse, per id demonstrari contrarium ejus quod ipse vult: nempe, non ad augmentum, sed ad diminutionem potius, apud Lucam particulam ὡσεί valere: idque innuentem Vulgatæ auctorem, non *quasi*, sed *fere* ibi loci posuisse pro ὡσεί, quod hoc ultimum adverbium manifestius exprimat quiddam deficiens a plenitudine rotundæ summæ. Profecto enim illic S. Lucas, adjunctione τοῦ ὡσεί, innuit, de numero completo dierum octo, detractas velle se duas dierum geminarum partes, primæ unam, octavæ alteram: quas inter, sex solidi a Matthæo memorati dies fluxerint. Quis enim non videt fore, ut haud vere posset Lucas affirmare, ὡσεὶ ὀκτὼ ἡμέρας, *quasi* aut *fere octo dies*, fuisse interjecto inter Christi Sermonem & Transfigurationem, si revera tres quatuorve insuper, hoc est undecim aut duodecim interfluxissent?

& Canonis Neocæsariensis talem sententiam adversari ostendit. * al. 210.

5 Debilis etiam mihi videtur & perfunctoria responsio, quam P. Alexander adhibet ibidem pag. * 208. ad Canonem XI. Concilii Neocæsareensis, in Palæstina celebrati anno Domini CCCXIV. in hæc verba formatum: *Presbyter ante annos triginta non ordinetur;*

Domi-

A *Dominus enim Iesus Christus in anno trigesimo & baptizatus est, & coepit docere*. Hactenus Canon: ad quem P. Natalis: *Respondeo, sensum concilii Neocaesareensis esse, quod Christus ante annum trigesimum baptizatus non fuerit, non vero quod anno praecise trigesimo adierit ad baptismum*, ita ille. Facilis valde sit, qui sibi per haec satisfactum contrarius Disputator annuat. Enimvero cui non statim appareat, quam inconvenienter decerneretur a Concilio, idcirco quod Christus non ante annum trigesimum baptizatus fuisset, etiamsi baptismum suscepisset non nisi quarto demum post anno; tamen ut aequum debere sanciri, virum quemlibet, simul attigerit annum trigesimum, sine dubitatione promovendum ad Sacerdotium, gratia illi facta annorum quatuor illam summam excedentium; per quos etsi Christus expectaverit, baptismum differens, tamen quadriennio prius quam Christo par sit meris hominibus repraesentari apicem Sacerdotalis Ordinis: quasi non potius decuerit, talium differri evectionem ad eum gradum, aliquot annis, aut saltem mensibus post illam vitae annorum summam, qua Christus, a concepta primo virtute omni ac divina sapientia praeditus, ad baptismum accessisset. Haec qui prudens B citra praejudicium aequa judicii lance perpenderit, nae huic confido persuasissimum fore, Patres Concilii Neocaesareensis, dum ita sanxerunt, sine ulla dubitatione credidisse, non quadriennio post trigesimum; sed, ut diserte exprimunt, *in anno* ipso *trigesimo*, Christum & fuisse baptizatum, & coepisse praedicare.

* al. 144. *sensumque totius antiquae Ecclesiae.*

6 Percutit denique me graviter illud, ab eodem P. Alexandro Quaest. III. pag. * 121. in Conclusione secunda positum: *Christus mortuus est anno aetatis suae* XXXVII. *inchoato*. Quippe vehementer abhorrens ab omni primorum Ecclesiae seculorum sensu; in id passim incumbente, ut Christi vitam universam quam minimum ultra trigesimum annum extenderet; adeo ut eam non pauci coacti sint intra istam praecise metam includere; vi etiam Evangeliis illata, dum ad hac compingunt in annum unicum totam Christi Praedicationem. At errore longe contrario aevi nostri homines, quia Josepho & Dioni, illi Judaeo, huic Ethnico, ambobus a Christi & Herodis aetate plus uno seculo distantibus, inconstanter loquentibus, & certo corruptis, plus quam Evangelio deferunt, ultra hos terminos nimium fidenter eruperunt, Christum, cum est mortuus, propiorem fuisse quadragenario ausi fingere. Sed id confutabo mox uberius. Hic satis erit legi C sapientissimam S. Patris Epiphanii sententiam, inter ista extrema justum medium indigitantis. Sic is scribit Haeresi LI. Num. XXIII. *ἐυρίσκεται ἐν τῷ τριακοστῷ τρίτῳ ἔτει τῆς ἐνσάρκου παρουσίας πάσχων ὁ μονογενὴς* *Compertum est, anno trigesimo tertio suae in carne praesentiae, passum Unigenitum*. Haec una, proba, sana, omnibus qui recte sapiant tenenda sententia est: prout magis ex modo dicendis apparebit.

Istis praemissis transit ad caput Quaestionis,

7 Venio enim tandem ad caput Controversiae, quae mihi proprie hic cum P. Natali est, prima ejus Quaestione tractatum: in qua etsi agatur, non de anno quo passus, sed quo natus est Christus: tamen quia ea constitutione anni Christi vere natalis, unice pendet determinatio *ἐυρίσκω*, hoc est, definitio Controversiae hujus, quoto Christus aetatis mortalis anno crucem subierit; non falso autumem, nec vane pollicear, tertiam a P. Alexandro propositam Quaestionem, in primae quam idem praemisit discussione decidendam.

firmans l'Xque communem sententiam,

8 Antequam autem rem capesso, paulisper haerere juvat in Prolegomenis, sive (ut Politicis hodie usitato verbo utar) in *Praeliminaribus*, quae P. Alexander suo huic Tractatui praestruit. Ibi memoriter enumeratis variis Patrum Ecclesiae veterum de anno Christi Natali sententiis, non omittit ordine suo inserere optimam omnium; sic scribens pag. * 56. *Epocham nativitatis Christi, fixerunt anno Iuliano* XLVI. *Aerae nostrae vulgaris* I. *Julius Africanus in Fragmento quod Petavius recitat Lib. 8. Auctarii. Cap. 4. Panodorus Monachus Aegyptius, qui Arcadii Imperatoris aetate floruit, teste Syncello in Chronographia; Dionysius Exiguus, qui ab hoc anno suam Incarnationis Christi Aeram orditur. Beda, Lib. de Temporum ratione Cap. 45.* D Ita Natalis; qui & his quatuor quintum addere potuit S. Epiphanium, propter locum a me supra num. 6. descriptum. In his mirari subit, cur eam sic propositam sententiam rejecerit, quae & antiquitate & gravitate Auctorum facile cunctis ceteris antistat. Quod non aegre, opinor, fatebitur qui perspexerit, nullum e tota Ecclesiastica vetustate in rebus Chronologicis (quam artem ex professo factitabat) peritiorem & diligentiorem haberi Iulio Africano, scriptore secundi seculi. Huic qui consentiunt alii tres, &, quem ego adjungo, Epiphanius, an non tales omnium consensu sunt, qui maxime idonei vel testes vel judices in hac utique causa censeantur? Panodorus in Aegypto nutritus, ubi rationes temporum accuratius quam alibi uspiam subducebantur; & ad idipsum otio abundans ob professionem vitae monasticae: Dionysius Exiguus, E exercitatissimus in hac Palaestra disquirendorum & ordinandorum temporum, & unum id tota fere vita solum agens. Denique Beda, quo nemo uberius, diuturnius, laboriosius, de rationibus, Aerarum, Epocharum, universaque illa subtilitatis aerumnosissimae Computorum exquisitione commentatus est. An non hinc idoneae cernuntur causae, cur, in tali dumtaxat argumento, isti quatuor (maxime adjuncto ipsis quinto S. Epiphanio) cur, inquam, isti quinque Ecclesiastici Scriptores praeferri aliis, etiam Patribus, debeant: idcirco quod SS. Patres, praecipue intenti dogmatibus declarandis, interpretandis Scripturis, vitiis insectandis, constituendae disciplinae, Haeresibus confutandis, ad Chronologicas quaestiones fere non nisi obiter, interdum & ex occasione descenderint? praesertim cum illorum quinque sententiam universus a mille annis Christianus Orbis eo ipso se amplecti declaraverit, quod Aeram sive Incarnationis sive Nativitatis (quae vel in unam ambae conflantur; vel, si discretae sunt, in unam coincidunt, facili detractione vel adjectione novem mensium, quibus solis posterior a priori disjungitur) usu hodieque durante fixoque immutabiliter tenet.

quatuor testibus in re talis argumento versatissimis & Epiphanio sumatur.

F 9 Verum, omissis admirationibus, quae speciem querelarum habent; quod suscepimus, agamus. Disceptemus, inquam, legitimo & probo more cum P. Alexandro, propugnatore sententiae, quae Christum natum ponit, quinto retro prius anno, quam ejus natalem Aera vulgaris signet. Inter Leges aequi certaminis una est, ut paribus commissi Aemuli praelientur armis. Cum duae sint usitatae hodie altercationum eruditarum formae; altera presse ac dialectice argumenta stringentium, altera liberius dilatantium allatarum momenta rationum: Ego, etsi ex longo insueveram huic posteriori; tamen ad priorem, quam Adversario plus placere video, accommodare me conabor; & non diducta, digitis extensis, manu; sed in pugnum compressa, ut Zeno ajebat; hoc est, conclusionibus & syllogismis nude propositis, singillatim per partes rigore Scholastico probatis, contra irruentem pari modo pugilem excipiam. Est P. Natalis Alexandri in I. Quaest. Dissertationis II. unica his verbis formata Conclusio, pag. * 163. *Christus natus est anno Juliano* XLI. *desinente ante Aeram vulgarem* V. *Imperii Augusti* XL. *a contracto Exercitu, seu a morte Cleopatrae* XXVI. *Regni Herodis* XXXIV. *a morte Antigoni, vel* XXXVII. *a concesso sibi Regno, Urbis Romae conditae* DCCXLIX. *Olympiadis* CXCIII. *anno* IV. *a diluvio* MMCCCXLIV.... *a Mundi creatione* MMMM. *Coss Augusto Caesare undecimo,*

Adversarii que conclusionem negant,

* al. 116.

* al. 184.

A *timo, sive duodecimo, & Lucio Sulla secundo.* Hanc Conclusionem ego falsam pronuntio. Veram probat P. Natalis hoc Syllogismo.

distinguit majorem,

10 *Christi natalis mortem Herodis anno ferme integro antevertit. Atqui Herodes mortuus est anno Juliano* XLII. *ante Æram vulgarem* IV. *Ergo Christus natus est anno Juliano* XLI. *ante Æram vulgarem quinto.* Ita P. Natalis. Ego Majorem propositionem non simpliciter admitto: subest enim ei falsi quidpiam; quatenus affirmat, necessario dicendum, Herodem Christo nato superstitem uno saltem anno, eoque integro fuisse. Id enim nego ex Evangeliis inferri: & demonstrare paratus sum, trimestre, aut ad summum quadrimestre spatium abunde sufficere, ad recte ac verisimillime componenda quæcumque scribunt Evangelistæ, circa concursum Nativitatis & Infantiæ Christi, cum adhuc durante Herodis regno.

** al. a 186. ad 224. negat minorem, qua asseritur Herodes mortuus quadriennio citius:*

11 Minorem vero plane in solidum totam pernego, falsissimamque esse ajo. Probat eam solicite P. Alexander paginis sex & triginta, a * 164. ad 201. unam admodum adducens, & variis intorquens machinis auctoritatem Judæi Historici Josephi. Quare si eum arce ista dejecero, & liquido demonstravero, nullum ad fidem certam poni sat firmum fundamentum posse in testimonio Josephi, una spongia deleturus mihi videor quidquid tot chartis Adversarius illevit. Nec tamen
B nunc dicam, adigi summa necessitate Fideles omnes, ad agnoscendam Flavii Josephi pessimam fidem, in suppressione Cædis infantium, Herodis jussu patratæ in Bethlehem & finibus ejus. An enim ignorare potuit rem omnium illo ævo celeberrimam & decantatissimam? aut cum illam sciret, cur vel uno versu cursim transigere omisit? qui exempla crudelitatis Herodis, infinitis partibus minus insignia, diligentissime collecta congestaque passim accumulat. Nec repetam, quod manifeste alias ostendi, Dissertatione de Genere Herodis, Josephum in Herodis genere mentitum scientem volentemque: in eo redargutum non solum a coævis Herodi Scriptoribus summæ fidei; sed etiam a se ipso, vi magna veritatis conscia, tamquam fidiculis, adacto ad ingenue fatendum quod improbe negarat. Non denique iterabo, quæ multa veris fulta documentis affirmavi pag. illius dudum editæ Dissertationis 34. & 35. de fluxa in universum, merito suspecta, justeque recusabili Scriptoris illius auctoritate. Hæc, inquam, in præsens cuncta prætermitto: & ad unum id quod hic agitur me restringens, hunc contra Minorem Syllogismi, a P. Alexandro propositi, & ejus probationem Syllogismum formo.

& dissimulatis quæ in illius historia peccat Josephus,

C

Sua contra eum probanda assumit:

12 Propositio asserens Herodem mortuum anno XLII. Juliano, & Christum natum XLI. quinquennio ante principium Æræ vulgaris, præcipuum fundamentum habens in testimonio Josephi, deberet ut falsa rejici, si ostenderetur; primo, contrariam sententiam, ajentem, Herodis mortem anno Juliano XLVI. accidisse, quam Christi ortus sub anni Juliani XLV. finem nati præcesserit, non minus inferri ex testimoniis Josephi: secundo, alia testimonia Josephi ejusdem, quæ P. Alexander pro se allegat, nihil illi prodesse.

At qui utrumque id clarissime demonstrari potest.

Ergo falsa & rejicienda est ea sententia.

Major est evidens. E partibus Minoris duabus, priorem sic probo.

1. ex Josepho, ut sunt a pie Alexandro correcti,

13 Scribit Josephus lib. XIV. Antiquitatum cap. XV. Antipatrum, Herodis patrem, bene meruisse de Julio Cæsare, expeditionem in Ægyptum movente, statim post prælium Pharsalicum: & in ejus remunerationem meriti factum a Cæsare Antipatrum Ἐπίτροπον, Procuratorem Judææ. Addit cap. XVII. Antipatrum, vi hujus acceptæ Generalis in Judæam Præfecturæ, subdelegasse peculiarem gubernationem Galilææ, quæ erat una ex Provinciis Judææ, filio suo Herodi νέῳ παντάπασιν ὄντι· ιε γὰρ αὐτῷ ἐγεγόνει μόνα ἔτη; D *Valde adhuc juveni: nam annorum tantum quindecim ætatis erat.* Idem porro Josephus sæpe profitetur, multis locis inculcans, Herodem septuagenarium esse mortuum. Ad calculos jam eamus. Bellum Ægyptium certissime a Julio Cæsare confectum est, anno Urbis Romæ conditæ DCCVII. Non potuit ergo præfici Herodes Galilææ ante annum Urbis Conditæ DCCVIII. Igitur, si anno Urb. Con. DCCVIII. Herodes quindecim erat annorum, idemque postea septuagenarius obiit, vixerit oportet post initam Galilææ Præfecturam annis LV. qui si addantur anno Urb. Cond. DCCVIII. efficiunt annum a Roma condita DCCLXIII. Fuit hic annus Augusti LIV. Julianus LVI. quo dici necesse erit Herodem fuisse mortuum. Res incommoda P. Alexandro, qui mortem Herodis ponit, ut ex ejus supra descripta Conclusione patet, anno XLII. Juliano: hoc est, annis totis anterius quatuordecim. Quare is pag. * 189. libenter assentitur Dekerio, Keplero, & Petavio, contendentibus, in paulo ante recitato Josephi loco mendum in notas numerales irrepsisse: legendumque, non ut Josephi codices hodie habent, ιε, hoc est, *quindecim*; sed, κε, hoc est, *viginti quinque* annorum fuisse Herodem, quando Galilææ a patre præpositus est. Admitto id Ego quoque: & hinc usque ad septuagesimum & ultimum Vitæ Herodis an- E num, XLV. annos expletos numerans, devenio ad annum Urb. Cond. DCCLIII. Julianum XLV. quo Christum pono natum, juxta Æram vulgarem, Herode adhuc ad menses aliquot anni Juliani XLVI. superstite. Idque suffragante mihi Josepho, prout ab ipso P. Alexandro emendatus est: qui tamen Pater, ex aliis testimoniis Josephi, confecisse se putabat; necessario conferendam Herodis mortem in annum retro quintum; hoc est, Julianum XLII. Non minus igitur mihi, imo multo magis, hoc quidem loco, mihi, inquam, Æram vulgarem tuenti; quam P. Alexandro, eam impugnanti, Josephus favet.

vixisse Herodem usque ad an. 1. æra vulgaris.

** al. 212.*

14 En alterum Josephi testimonium pro nobis evidens. Scribit ille lib. Antiq. XIV. cap. VIII. captam a Pompejo fuisse Hierosolymam Antonio & Cicerone Coss. die jejunii tertia, Olympiade CLXXIX. Et post XXVII. annos, eadem anniversaria recurrente jejunii die tertia, captam eamdem Urbem a Romanis duce Sosio, Olympiade CLXXXV. Agrippa & Gallo Coss. Tum addit ejusdem libri cap. XVIII. post secundam hanc Hierosolymæ Sosianam cladem, vixisse in regno Herodem annis XXXIV. & tunc septuagenarium mortuum: quod idem repetit lib. XVII. cap. VIII & X. Ex F his sic ratiocinor. Natus est Augustus, ex Svetonio & aliis, anno quo Consules fuere Antonius & Cicero, quo anno Pompejus Hierosolymam cepit. Igitur anno quo consules fuerunt Agrippa & Gallus, quando Sosius iterum Hierosolymam cepit, numerabat Augustus vitæ annos XXVII. quandoquidem, ex Josepho, anni XXVII. intercesserunt inter captam primum per Pompejum, & eamdem iterum per Sosium expugnatam Hierosolymam. Atqui, ab hac eadem Sosiana expugnatione Hierosolymæ, annos XXXIV. explevit Herodes regnando, ut Josephus ait, & tunc est septuagenarius mortuus. Addantur anni XXXIV. ad XXVII. ætatis Augusti; apparebit, Herodem obiisse, dum Augustus ageret LXI. vitæ annum. Quia vero Augustus anno ætatis XVIII. Imperium est auspicatus, a nece Avunculi Julii Cæsaris; sive, ut P. Alexander loquitur, a conducto Exercitu: si XVIII e LXI. deducantur, constabit, anno Imperii Augusti XLIII. desiisse Herodem vivere. At commodum hic ipse annus est Julianus XLVI. quo, in hypothesi nostra & Æræ vulgaris, ponitur mortuus Herodes. Ergo Josephus æque saltem nobis ac Adversariis favet. Hactenus dictis abunde probatam confido priorem meæ Minoris

nec non ex aliis ejus locis, inter se collatis;

par-

A partem. Alteram deinceps non minus luculenter demonstratum eo.

2. Josephi loca contraria ipsimet, non exiguo vesti triumum,

15 Illa sic habet. Testimonia Josephi, quæ P. Alexander affert pro sua sententia, Herodis mortem anno Juliano XLII. defigente (unde sequitur, Christum esse natum quinquennio ante initium Æræ vulgaris) nihil ipsi prosunt. In hujus probationem hunc formo Syllogismum.

Si ex testimoniis Josephi quæ pro sua sententia P. Alexander allegat, non infertur Herodem obiisse anno XLII. Juliano, eclipsi Lunæ a Josepho notata insignito: sed anno XLIII. Juliano, in quo nulla Eclipsis Lunaris contigit, ejusmodi testimonia nihil illi prosunt.

Atqui res ita se habet.

Ergo vera & certa est meæ Minoris pars altera, affirmans, Josephi testimonia, quæ pro se P. Alexander allegat, nihil illi prodesse.

Major hujus secundi mei Syllogismi videtur evidens. Minorem in hunc modum probo.

16 Sententiæ suæ, Herodis mortem anno Juliano B XLII. defigentis, fundamentum profert P. Natalis Alexander Josephi locum lib. XVII. Antiqu. cap. X. quem sic recitat in fine pag. * 164. & initio sequentis: *Defunctus est Herodes post detrusum regno Antigonum anno* XXXIV. *ex quo autem a Romanis Rex declaratus est anno* XXXVII. Ex his Josephi verbis ratiocinans P. Alexander, ita subjungit pag. * 165. *Atqui Herodes Rex salutatus est a Romanis circa autumnum anni Juliani 6.... & tertio post anno, hoc est anno Juliano nono, devicto interfectoque Antigono, regnum potitus est. Igitur ab hoc anno Juliano nono 34. vel a sexto ille 37. numerandi sunt anni, quorum ultimus est, annus Julianus 42.* Ita ibi P. Alexander. Experiamur an recte calculos ponat. Addantur anno Juliano sexto anni XXXVII. ultimus collectæ summæ sine dubio erit non XLII. Julianus, sed XLIII. similiter adjungantur anno IX. Juliano anni XXXIV. extremus pariter erit XLIII.

Sic autem amittit eclipsim Lunarem assertam,
** al. 187.*
** al. 187.*

17 Non hic tam patens paralogismus tam oculato scriptori citra consilium excidit. Vidit P. Alexander, annum, quo est Herodes mortuus, a Josepho disertissime affirmari insignem fuisse Eclipsi lunari, luculenta, in Judæa clare visa. Talis autem nulla prorsus contigit toto anno Juliano XLIII. ut certissime constat ex Tabulis astronomicis. Fuit autem una satis conspicua, iisdem Tabulis expressa die 13. Martii anno C Juliano XLII. Quare ad hunc annum detorquere, modica vi addita, numeros oportuit, & annum XLII. mordicus tenere. Sed quid faciat, cum hunc illi evidentia omnium maxima, nempe Mathematica & numeralis extorqueat; neque ipsum ad XLIII quo ratio numeri trudit, transire sinat defectus Deliquii lunaris, trimestri fere spatio ante mortem Herodis signatissime a Josepho positi? An non hinc restat manifestissime probatum, quod mea Minor affirmabat: Testimonia, quæ P. Alexander Natalis ex Josepho pro se contra Æram vulgarem allegat, nihil illi prodesse?

Totius argumenti summaria complexio.

18 Ex his summatim contrahens sic colligo: cum Æra Christi vulgaris ab annis mille, consensu Christianarum omnium gentium in usum publicum recepta, Christum ponens natum anno XLV. Juliano desinente, Circumcisum Kalendis anni Juliani XLVI. (unde caput Æræ procedit) superstite adhuc Herode ad menses circiter quatuor. Hæc, inquam, Æra cum habeat Auctores, antiquissimos, gravissimos, summos artifices putandorum & ordinandorum Temporum, supra num. VII. nominatos; adstipulatorem quoque Patrem sanctissimum & eruditissimum Epiphanium, cujus verba sunt descripta num. 6. Cumque juxta illam omnia quæ vel scribuntur in Evangeliis, vel ex Traditione veteri habentur, egregie consistant; & inter cetera cum ea præclare constet Mors Herodis, Christo nato ad quadrimestre superstitis, prævia D Eclipsi Lunari magna, in Tabulis astronomicis ad 29. Decembris anni Juliani XLV. conspicue apparente, cui omnia quæ Josephus notat de Eclipsi Lunæ mortem Herodis præcedente, & præsagisse credita, exacte conveniunt: manifestum videtur, debere nos eam hodie amplecti ac tueri, præsertim si contra eam nihil validius afferatur quibusdam testimoniis Josephi, quæ Adversariis nihil prosunt, cum alia nos ejusdem Auctoris testimonia proferamus, nobis clare suffragantia. Atqui rem sic se habere hic a me scripta ineluctabiliter evincunt. Ergo tenenda cunctis est Æra Christi vulgaris. Multa quæ his adderem se sub calamum ingerebant. Sed quia per hæc exhausisse propemodum videor mandatum litteris tuis ante hunc mensem datis, XI. Octobris impositum, ne obsequio nimio fiam importunus, verbum non addam. Vale Pater optime, mei memor, præsertim ad aram. Scribebam Tolosæ 12. Novembris anno 1683.

His acceptis solum restare videbatur, ut Henscheniana sententia præcipua quadam munimenta, hactenus E Possino intacta, Æra tamen communi valide in speciem obsistentia, tollerentur de medio. Quare eumdem tertiis interpellavi litteris, quibus rogabatur tria potissimum capita respondendo dissolvere, prout fecit, decimo post secundam Epistolam mense: nam nec ego multo citius rogaveram, moras longiores quam cupiebam trahente in prosequenda impressione Typographo, propter difficultates temporum, librario Belgarum cum exteris commercio infestorum superiori anno si unquam, per quæ etiam coactus fuit posteriorem Maii partem dimidiare utpote tanti temporis decursu sic auctum, ut tribus Tomis absolvi non amplius posset. Responsum autem Eruditissimi Viri hujusmodi Epistola explicatum fuit.

EPISTOLA III.

Respondeat tribus Henschenianis quinquennii ante Æram vulgarem ponendi fundamentis.

Circa duas ad Te, volentem poscentemque, dudum scriptas a me Dissertatiunculas pro veritate Æræ Christi vulgaris; quas ais, non sine successu isthic visas: scribis 10. Augusti Anno hujus MDCLXXXIV. cupere te, & quosdam tecum; ut, si possim, F diluam argumenta tria, quæ nonnullos adhuc non nisi ægre avelli sinunt a complexu contrariæ sententiæ, verum Christi natalem in quinto ante initium Æræ vulgaris anno defigentis. Primum horum, ut indicas, ducitur *a Censu Saturnini*. Alterum, *a consessu C. Cæsaris in primo loco, cum Romam venit Archelaus Regnum ex Testamento Patris petiturus*. Tertium, *ex morte Sejani, anno 31. quem tamen Orosius dicit, Edicto constituisse, ut Christiani exterminarentur*. His totidem verbis argumenta in tua Epistola proponuntur.

Tribus Henschenii argumentis responsurus

2 Quibus antequam adæquatissimas, ut Scholæ loqui amant, & nusquam dissimulantes difficultatem, solutiones oppono; placet amoliri a me quamdam irreverentiæ & inofficiosæ audaciæ speciem, ex eo fortasse cuipiam suspicandam, quod jam tertio venire videat contra voluntatem ac sententiam nostri Henschenii τῦ μακαρίτε, cujus memoriam esse omnibus debere venerabilem æqui pariter & iniqui consentiant. A quo equidem adeo vel negando, vel in dubium vocando remotus sum; ut ultro profitear, in ejus Viri præstantis meritoque laudatissimi, studiis, ingenio, doctrina, industria, religione, admirandis prædicandisque nemini me omnium concedere: sed nego, illum exegisse aut expectasse umquam a sui cultoribus Pythagoræam credulitatem ad quidquid ipse

quanti Auctorem faciat cum honore præfatur,

A sensisset: quin & eum scio, pro sua insigni modestia, & ingenti veritatis amore, plenam semper suis Auditoribus aut Lectoribus fecisse potestatem, excogitandi, contra si quid possent, & ubi saria explorassent, proferendi quidquid suis etiam scitis ac placitis adversum feliciori sorte inquisitione reperire potuissent. En quid in Diatriba Præliminari ad Primum Aprilis Tomum, postquam hanc ipsam, de quinquenni anticipatione Natalis Christi supra caput Æræ vulgaris opinionem, quam potuit efficacissime probasset, Exercitatione demum tertia, Pag. XIII. subjungat: *Suam cuique opinionem relinquimus, quam si probabiliorem possint argumentando facere, libenter dimittemus disputata hactenus, & majoris certitudinis certiorisque veritatis lucem undecumque oblatam gratanter excipiemus*, Tali ejus, tam diserta, tam ingenua, virumque decente vere magnum, præscriptione velut auctoratus, securior accedam ad agendum quod jubes.

sequens non nisi data sibi ab eo licentia usurpum,

3 Primum argumentum, ductum e Censu Saturnini, totam suam (si quam habet) vim accipit a duplici Tertulliani testimonio. Utrumque legitur Libro

& allatis locis 2. Tertulliani, priorem sibi obesse negat

B contra Marcionem IV. prius capite VII. his verbis: *De Censu denique Augusti, quem testem fidelissimum Dominicæ Nativitatis Romana Archiva custodiunt*. Alterum extat cap 19. totidem his litteris: *Sed & Census constat actos sub Augusto nunc in Judæa per Sentium Saturninum, apud quos genus inquirere potuissent*. In priore loco nihil esse quod stabilitæ a me sententiæ incommodet, manifestum arbitror. Nam Census ibi memoratus *Augusti*, sine dubio is ipse est, quem, ut S. Lucas docet, jussu Augusti Cyrious egit in Judæa, quando B. Maria Bethleemi Christum peperit: quod contigisse anno XLV. Juliano desinente, die 25. Decembris, qui solo septiduo præcessit Kalendas Januarias anni XLVI. Juliani, primi Æræ vulgaris, Dissertationes duæ meæ priores satis, ni fallor, efficaciter adstruunt: Tertulliano nihil hactenus dicente quod his quidquam obstet. Nam & Ego *Censum Augusti*, per Cyrinum actum in Judæa, *fidelissimum testem Dominicæ Nativitatis* agnosco & admitto.

4 Alter nonnihil præfert insensum mihi, quatenus Censum, Augusti jussu actum, non, ut Ego, *Cyrino*, sed *Sentio Saturnino* videtur tribuere. Quod si revera est, nec vereor, nec cunctor, me illi Adversarium objicere; magno utique suffragatore fretus Luca

non admissuro alterū, si adversetur Lucæ;

C Evangelista; qui clarissime Censum, sive Ἀπογραφὴν *Descriptionem*, Edicto Augusti præscriptam, cujus occasione Josephus cum Maria uxore prægnante Nazaretho Bethleemum migravit, *factam ait primam sub Præside Syria Cyrino*, ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου, Evang. Luc. cap. 2. Omnino nefas est quemquam dubitare Christianum, quin, si quando Auctor Canonicus, cum scriptore quantævis alioqui dignitatis, non tamen Canonico, committitur; ei palmam auctoritatis deferri oporteat, qui Spiritu instinctus sancto ac Deo dictante scripsit, præ alio qui humani solum ingenii sensa litteris expressit. Quin ajo, ne ipsum quidem, si reviviscerct, Tertullianum recusaturum Evangelistæ eredere, Censum, cujus occasione Christus Bethleemi natus est, a Quirinio, sive, uti scribit, Κυρηνίῳ *Cyreneo*. actum affirmanti.

5 Plus dicam, & dicto fidem adstruam. Existimo Tertullianum, eum id posterius commoda ex cap. XIX. libri IV. contra Marcionem chartæ illevit, de Censu a Luca memorato, de quo egerat priori sententia e libro ejusdem capite VIII. minime cogitasse: quod hisce indiciis affirmo. Cap. VII. de *Censu* agit singulari: Cap. XIX. *Census* pluraliter exprimit. Cap VII. *Saturninum* non meminit. Cap. XIX. hunc memorat *Censuum Actorem sub Augusto*. Cap. VII. *Censum* vocat eum de quo loquitur, *fidelissimum testem Dominicæ Nativitatis*. Nihil tale *de Saturnini Censibus* Cap. XIX. memo-

sed negat Adversari.

ratis affirmat. Nec sane ad ejus tunc propositum Cyrenianus ille census faciebat. Non enim de Christi Natali erat illic ipsi cum Marcionitis lis: sed de Matre ac Fratribus Christi, quos ait Lucas cap. VIII. 20. *Stetisse foris quærentes eum videre*. At Jesum respondisse nuntiantibus id sibi: *quæ est Mater mea? aut qui sunt Fratres mei?* Marcion ex eo inferebat: *Christum non esse natum*. Reddo Tertulliani verba id demonstrantia: *Venimus ad constantissimum argumentum omnium qui Domini Nativitatem in Controversiam deferunt. Ipse, inquiunt, contestatur se non esse natum, dicendo: Quæ mihi Mater? aut qui mihi Fratres?* Ut istam Hæreticorum argutiam elidat, subjungit mox: *Nos contrario dicimus: Primo, non potuisse illi annuntiari, quod mater & fratres ejus foris starent, quærentes videre eum, si nulla ei mater, & fratres nulli fuissent: quos utique norat qui annuntiaret, vel retro notos, vel tunc ibidem compertos, dum eum videre desiderant, vel dum ipsi nuntium mandant*. Subjicit deinde ac refellit cavillationem Hæreticorum, qua vim infringere istius argu- E menti conabamur, ajentes; illos qui nuntiarunt Christo prædicanti, matrem ejus ac fratres foris esse, non hoc ex vero, aut ex sensu proprio fecisse, sed totum id finxisse *tentandi* gratia. Contra istud effugium Tertullianus excipit. Primo, solere Evangelistas, cum quid *tentandi* causa Christo dictum referunt, idipsum annotare: quod adductis testimoniis evincit. Deinde figmentum istud evertit, negans ullam habere potuisse, qui talia Christo dixissent, ejus per hæc tentandi causam, sic continuo subdens: *Et tamen en abundanti causas tentationis expostula: cui ei tentaverint illum per nominationem Matris aut Fratrum? Si ut scirent, natusne esset, an non; quando de hoc fuit quæstio, quam ex tentatione discuterent? quis autem dubitaret natum, quem videret hominem? quem audisset, se filium hominis professum? quem de conspectu omnis humanæ qualitatis dubitarent Deum aut filium Dei credere, Prophetam facilius existimantes, licet magnum aliquem, utique tamen natum. Etiamsi in exploratione nativitatis tentandus, quodcumque aliud argumentum tentationi competisset, quam per earum personarum mentionem quas potuit etiam natus non habere. Dic mihi, omnibus natis mater advivit? omnibus natis adgenerantur & fratres? non licet patres magis & sorores habere, vel & neminem? sed & Census constat actos nunc in Judæa per Sentium Saturninum, apud quos genus ejus inquirere potuissent. Adeo nulla constitit ratio tentationis istius*. Hæc tam multa ideo descripsi, quia F ex his confido æquum & prudentem Lectorem evidenter agniturum, in secundo Tertulliani loco, non agi de illo Censu, quem in priori vocaverat *fidelissimum testem Dominicæ nativitatis*, quo nimirum Christus ipse recens natus Bethleemi descriptus sit: sed de aliis anterioribus per Scotium Saturninum actis, quibus *Genus ejus*: hoc est, mater & fratres ipsius majores natu censeri potuissent, de quorum statu & qualitate tunc disceptabatur: prout mihi quidem, spero & aliis quoque satis attentis, indubitanter persuadent verba præcedentia mentionem istam Censuum in Judæa per Sentium Saturninum actorum. D

loco autem: agi de censibus, quibus censi Mater ac Fratres Christi;

unde constare possit vere hominem natum qui istos habuerit,

6 Non me fugit, nostrum Petavium τὸ πάνυ, cap. VIII. libri XII. de Doctrina Temporum, ut suam nostramque sententiam de Extraordinario eensu Quirinii, a tribus Ordinariis & celebribus, quot ab Augusto habitos Svetonius scribit, diverso, sententiam cum Tertulliani auctoritate conciliet, existimasse. Quirinii Censum ideo Saturnino tribui, quod dum is Præses esset Syriæ, a misso in Judæam peculiari jussu Augusti Quirinio sit actus; unde contigerit functionem Extraordinarii Ministri, Ordioario & majori assignari Magistratui. Verum præter quam superflua ista cautio deprehenditur ex eo, quod alios quidem Cen-

Eum vero quo a Cyrino censu ipse Christus

A Census anteriores Tertullianus Saturnino imputet, minime autem quem Cyrinus, Luca teste, fecit, ob quem editus in lucem Bethleemi Christus est, prout superius evicisse me confido: etiam existimo, quando is Census est actus, jam desiisse Saturninum præesse Syriæ. Cur ita opiner facit, quod apud Josephum lego, libr. Ant. XVII. cap. VII. quando Antipater filius Herodis Roma rediit, evocatum ab Herode adfuisse Hierosolymis Quintilium Varum, successorem jam paulo antea Saturnino missum ab Augusto: ἐτύγχανε δὲ ἐν Ἱεροσολύμοις μετὰ αὐτὸν τὸν καιρὸν Οὔαρος Κυιντίλιος, διάδοχος μὲν Σατορνίνῳ τῆς ἐν Συρίᾳ ἀρχῆς ἐσταλμένος, ἀφικτο δὲ αὐτὸς εἰς σύμβουλος Ἡρώδῃ περὶ τῶν ἐνεστηκότων αὐτῷ διαδεῖν. *Forte adfuit Hierosolymis per hoc ipsum tempus Varus Quintilius, successor quidem Saturnino in Syriæ Præfectura missus, profectus autem eo ipse rogatus Herodis, ut ei esset arbiter in consilio super instantibus tunc rebus.* Nec vero primus ille fuit in Provinciam ingressus Vari: quasi Roma primum Antiochiam (quæ sedes erat Syriæ Præsidis) tendens, Hierosolyma ex itinere tunc primum diverterit. Nam clare indicat Josephus, oratum eum ab Herode, causam Antipatri jam tractari cœptam decidere volente, ut ne gravaretur ad se venire Antiochia, ubi paulo ante Syriæ Præsidis a Saturnino decedente acceptum Magistratum cœpisset exercere. Ait enim infra eodem capite Josephus, Varum arbitrio perfunctum, confestim se recepisse Antiochiam; ubi scilicet residere consueverat. Quod indicio est, eum aliquanto antea possessionem illic Præfecturæ Syriæ decedente Saturnino iniisse. En Josephi verba: αὐτὸ δ᾽ ἐξαναστὰς αὐτὴν τὸ συνέδριον καὶ τῇ ὑστεραίᾳ ἐπ᾽ Ἀντιοχείας· ὅπερ δὲ καὶ τὸ πλεῖστον ἔσκεν αὐτῷ διατριβὴ διὰ τὸ Σύροις τοῦτο βασίλειον εἶναι. *Tunc* (convicto, ut putabat, per veneni intercepti vim probatam, cogitati parricidii Antipatro) *statim egressus e Synedrio, postridie Antiochiam profectus est: ubi scilicet plerumque morabatur, quod illic esset Syrorum Regia.* Ex serie rerum gestarum, quam inde digerit illo & sequenti capite Josephus, manifeste patet, intercessisse ab hoc de Antipatro judicio usque ad Herodis obitum, menses saltem sex. Cum autem Herodes obierit circa Pascha, hoc est, mense Martio aut Aprili, necesse est judicium de Antipatro fuisse habitum mense circiter Octobri anni præcedentis C mortem Herodis, qui fuit Julianus XLV. Oportuit ergo Quintilium Varum, uno saltem aut altero prius mense, nempe Septembri vel Augusto, Saturnino successisse. Cum autem ex Evangelio adjuncta Ecclesiæ Traditione certum sit, Censum Judææ a Cyrino actum, cujus occasione Christus in Bethleem natus est, mense Decembri celebratum; evidenter constat, hunc extraordinarium Cyrini Censum, Sentio Saturnino, tamquam tunc Syriæ Præsidi, imputari nequivisse.

negat omnino quid habere cum Saturnino.

jam suo Syriæ Præfecturæ defuncto,

a præside eo eidem Quintilio Varo.

7 Non erit abs re hic obiter occurrere opinioni, facile primo aspectu Lectori oboriturae ex verbis Evangelii, de Cyrino, quasi iam tunc Syriæ Præside, quod Lucas ἀπογραφὴν *descriptionem* illam factam dicat ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου *Præside Syriæ Cyrino*. Quamquam non respuo quod viri Eruditi probabiliter disputant, & idoneis testimoniis fulciunt, tam Latinam *Præsidis*, quam Græcam ἡγεμόνος appellationem Extraordinariis quoque nec supremis comunicari Præfectis: puto tamen ad præsentem usum sufficere observationem vocis πρώτη *prima*. Non enim Lucas absolute ac simpliciter dicit: αὕτη ἡ ἀπογραφὴ ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας τοῦ Κυρηνίου, *Hæc descriptio facta est Præside Syriæ Cyrino*: sed πρώτη, *prima facta est*. Vox prima respectum signat ad secundam, cum iam is esset ordinarius & supremus Syriæ

Addit hunc primum censum a Cyrino actum potestate extraordinaria,

D Præses, actam. En quid Josephus cap. I. lib. XVIII. Antiq. post narratam Archelai depositionem, & exilium in Galliam de hac secunda Quirinii descriptione scribat: *Quirinius Senator Romanus, per omnes honorum gradus ad consulatum usque provectus, & in primis clarus, a Cæsare* (Augusto) *mittitur in Syriam ut jura Populis redderet, facultatesque censeret omnium.* Paulo post: *Ipse Quirinius in Judæam venit, jam contributam Provinciæ Syriæ, ut percenseret facultates ejus Regionis Civium.* Vides secundum Censum a Cyrinio actum in Judæa, non ut priorem, extraordinaria & quasi subalterna potestate; sed auctoritate ordinaria supremi, qualis tunc fuit ab Augusto constitutus, ἡγεμόνος τῆς Συρίας, *Præsidis Syriæ*. Respectu Census huius secundi, ab eo Præside Syriæ acti, denominatur ille, decennio anterius actus, *Primus*: & nihilominus idem dicitur actus a Præside Syriæ: non quod is, cum primum Censum egit, esset Præses Syriæ: sed quia talis fuit quando secundum fecit: & quia hinc absolutam appellationem traxit Syriæ Præsidis, etiam primus ab eo Præside Syriæ actus E vere dicitur, more loquendi probo & vulgato: quasi (exempli causa) Historici Rerum Persicarum dicunt, Dario Histaspis Regi Persarum duos fuisse filios; priorem Artobazanem, alterum Xerxen; nullo illos ideo culpante, quod Patrem Artobazanis absolute Regem Persarum vocent, cum tamen Darius illum genuerit antequam Rex Persarum esset. Hactenus dictis confido me abunde Quæsito tuo primo satisfecisse, demonstrando, Ex mentione per Tertullianum facta *Censuum Saturnini*, nihil contra meam sententiam, quæ Christum ponit vere natum sub finem anni XLV. Juliani, & circumcisum Kalendis Januariis anni XLVI. unde Caput Æræ Vulgaris ducitur, præjudicii trahi.

ordinario vero alium decennio postleriorem.

8 Secundi Quæsiti solutione, ad quam me hinc accingo, perfungar, si possim, brevius; &, ut spero, dilucidius. Id nascitur ex eo quod Josephus scribit Lib. XVII. Ant. Cap. XI. profectum Romam paulo post mortem Herodis patris Archelaum, ut ab Augusto impetraret confirmationem Testamenti paterni, quo ipsi Regnum Judææ legabatur, obstantibus quibusdam; auditum, dum pro se in tali negotio diceret, *in cœtu Amicorum convocato ab Augusto, in quibus erat Cajus Agrippæ & Juliæ Augusti filiæ filius, ab ipso adoptatus, designatusque successor, primum in consessu locum tenens*. Verba Josephi sunt: συνῆγεν (ὁ Σέβαστος) ἐπὶ παραπορεία γνώμην τῶν φίλων αὐτῷ ὅτι καὶ Γάιον, τὸν Ἀγρίππου μετὰ καὶ Ἰουλίας τῆς αὐτοῦ θυγατρὸς υἱὸν, ποιητὸν δὲ αὐτῷ μεγάλαγμα, πρῶτον δὲ καθεζόμενον παρέλαβε. F Hoc quæso in quem annum conferri commodius potest, quam in XLVI. Julianum, primum Æræ Communis, quo consulatum idem Caius gerebat. Nam eo anno ab Urbe Roma condita DCCLIV. Consules in Fastis notantur, hic idem *C. Julius Cæsar*, & *L. Æmilius Paulus*. Hoc eodem anno mortuus est Herodes mense Martio; Aprili, sequente Archelaus ivit Romam; ibique dato sibi ad causæ cognitionem consessu selecto, primam in eo post Augustum tenere sedem Cajum, eius anni Consulem, & destinatum Augusti successorem vidit. Quid ibi contrarium assertæ a me sententiæ est? quid non etiam illi favens illamque adstruens?

Negat Archelai ante an. II. regnum patris potiisse.

9 Video quo nitantur qui hæc nobis objiciunt. Magnopere ostentant testimonium Dionis, Lib. LV. res gestas anno retro sexto, Juliano XL. Urbis Conditæ DCCXLVIII. quo Coss. fuere *C. Antistius vetus & D. Lælius Balbus*, ita memorantis, ut iis accensere videatur C. Cæsaris profectionem in Armeniam; unde cum numquam redierit Romam, non potuisset Romæ ab Archelao reperiri post mortem Herodis anno Juliano XLVI. Qui sic disputant, errori manifesto Dio-

Id quidem ex Dione videri fatetur,

A nis suum inexcusabiliorem accumulant. Quomodo enim non mundum evideas in Chronologia sit, ponere missum in Orientem Cajum Cæsarem, sex totis prius annis, quam is Consulatum Romæ iniret, quod accidisse anno Juliano XLVI. Urb. Cond. DCCLIV. Fasti publici testantur? cum ex consensu Historicorum constet, eumdem C. Cæsarem, quinto suæ in Oriente commorationis anno, diem suum in Cilicia obiisse. Unde consequens foret, eum non solum absentem creatum fuisse Consulem, sed etiam mortuum. Ac Dioni forte indulgere veniam quis posset, suspicando, aut per injurias temporum, quales multas eius Historia passim lacunis hians perpessa cernitur, aut per exscribentium incuriam, vel imperitiam, vel audaciam, in eius librum irrepsisse labem istam: excusare tamen ab imprudentia palmari vix quisquam illos poterit, qui maluerint, adhærendo sic labenti Dioni aut corrupto concidere; quam aliorum, veterum & ipsorum, ac gravium, monitu exemploque, lapsum eius indicantium & vitantium, in recta via stare.

Sed manifeste corruptè ostenditur.

20 Vallejus Paterculus, Historicus fidei & accurationis passim laudatæ; idemque Dione totis saltem ducentis annis antiquior (edidit enim Historiam suam sub Tiberio: & quæ scripsit de Augusti actis, spectasse dum gererentur, oculis suis potuit) diserte consignat Consulatui Augusti Cæsaris XIII. cum Collega

Quia consensus ex Vellejo Paterc. Cajum Cæsarem, cons. quo res acta est,

B suffecto Caninio Gallo, quæ multa de Augusto Dion in Consulatum Antistii & Balbi quinquennio priorem congerit. Nempe, Magnifica spectacula edita Gladiatorii muneris, Naumachiæ, Dedicationis splendidissimæ Templi Martis; tum detectam Juliæ Augusti filiæ libidinem effrænem: post quod demum C. Cæsar Consul in Orientem missus est. Fuit is annus, ut idem Vellejus exerte notat, ante Vinitii Consulatum, cui opus istud suum, eo ipso anno edens, dicabat, trigesimus: qui Vinitii Consulatus cum anno Juliano LXXV. Urb. Cond DCCLXXXIII. fastis publicis hodieque extantibus signetur, manifestum est, ignominiam Domus Augustæ, per adulteria Juliæ vulgata, pertinere ad annum XLIV. Julianum, & quidem desinentem; cujus partem potiorem antecedentem spectacula quæ dixi occupassent. Inde, cum id negotium lenta tractum sit, multis & longis habitis inquisitionibus & quæstionibus adversus adulteros filiæ Cæsaris; plerisque horum morte tandem vel exilio mulctatis; de pœna quoque ipsius Juliæ, ex sententia Senatus a Cæsare rogata; non videtur Juliæ relegatio in Insulam ante postremos menses anni Juliani XLV. con-

fuisse Consulem anno Jul. 46. ær. vulg. 1.

C tingere potuisse. Eo alterum ejus rei probatum quaque ætatis antiquum testem. Macrobius, vir & ipse, non minus quam Dion, Consularis, Theodosii Majoris ævo Romæ scribens. Saturnalium Lib. II. Cap. V. ait: Juliam, antequam Augusti patris gratiam perderet, ætatis annum XXXVIII. attigisse: quare, cum nam ipse Dion Lib. XLVIII. clare doceat editam in lucem esse *Coss. Lucio Martio & C. Sabino*, An. Urb. Cond. DCCXV. adjunctis XXXVIII. annis, fit annus Urb. Cond. DCCLIII. qui Julianus XLV. est. Non igitur ante hunc rea peracta Julia est: atque adeo aberravit a vero late Dion, dum Juliæ ignominiam ac pœnam sex retro annis anticipat.

non prius accusatam ejus morte docet Macrobius;

21 Vides profecto, Pater, quam mihi reformidanda non sit affirmatio Iosephi de reperto ab Archelao Romæ Cajo Cæsare, primum in selecto Consilio Avi Augusti consessus locum tenante: cum e contrario illa, ut dixi, præcipuam meæ sententiæ probabilitatem adjungat. Deportationem igitur Juliæ in Insulam, auctoribus Valleio & Macrobio, in postremos menses anni Juliani XLV. confero. Ægritudinem animi, ex isto ipsi molestissimo negotio contractam, consolari statim Augustus studuit, designatione in annum secuturi Consulem, Nepotis Caii, in filium &

ipso vero anno isto ... Romæ mansit

Imperii successorem adoptati. Sub idem tempus die XXV. Decembris natus est Christus, & Kalendis inde novi Anni Juliani XLVI. qui idem primus est Æræ vulgaris, circumcisus Jesu nomen accepit: qua eadem die possessionem Consulatus iniit Cajus: in eaque illum nova dignitate Romæ fulgere aliquot mensibus Pater voluit; magnifice ostentare postea illam Orientalibus Imperii Romani partibus parans. Defunctus interim Herodes est, mense circiter Martio ejusdem anni XLVI. Juliani, & Archelaus Herodis filius, testamento ejus Regni heres scriptus, cum conditione, si Augustus annueret, quam primum expedire se potuit, ad tam necessarium Cæsaris assensum impetrandum, Romam summa velocitate navigavit. Appulsus eo sub initium Maji, auditusque in consilio, primum ibi occupantem sub Augusto locum Cajum vidit: quippe & declaratum a quatuor jam mensibus Consulem, & filium ex nepote adoptatum ab Augusto, prætereaque successorem Imperii ab eodem designatum. Quid in eo, non dicam infensum meæ sententiæ; sed, non usquequaque accommodatissimum ad rationes meas cernitur?

D

adeoque Archelao audire contigit de potuit.

22 Nisi forte quis causetur, non esse verisimile, destinatum ab Augusto Cajum ad expeditionem in Parthos, ultra quatuor a Consulatu inito menses Romæ desedisse. Quid ita vero inverisimile id sit, cum in universa Romana Historia passim occurrant exempla profectorum etiam serius Consulum, ad expeditiones momenti vel maximi? Certe nefas erat eos exire paludatos, nisi peractis Latinis feriis; quæ plerumque mense Martio, aut Aprili celebrabantur. Quid quod, non sola, nec fortasse vera causa itineris Cajo fuit, ex mente Augusti Bellum Parthicum. Augustus anno Imperii XLIV. in senium jam vergens; eoque stimulatus solicitudine successionis tam opimæ Imperii terrarum in heredes sui sanguinis transmittendæ, id agebat omni arte ac conatu, contra non ignoratam Liviæ uxoris voluntatem, qua cum tamen vivere concordissime volebat, ut sensim prolem ex se natam iis ad prærogativam successionis in Imperio, honorum rerumque gestarum ac famæ præsidiis muniret, quibus aliquando posset prævalere privignis Neronibus, dudum bello claris & ætate adultis. Hoc animo excogitavit hunc Consulatum Caji, duorum a Iulia natorum majoris, destinationemque ejus in bellum Parthicum, omnium apud Romanos famosissimum: ex quo, quicumque successus, prout sperari fas erat, prosperi, facile adæquaturi ac superaturi essent Germanicorum & Drusorum adeptam victoriis illustribus gloriam. Tali proposito intentus prudens senex, existimandus utique est, quam plausibilissimam sui filii, tunc incipientis produci, speciem Italiæ primum totique Occiduæ parti Imperii, aliquot mensium mora Romæ in splendida functione Magistratus amplissimi ostentare voluisse: ut sic eumdem quasi solem in aliud velut Hemisphærium, Asiam, emitteret: quem & illic expectari, præmissa venturi fama curarat, eo legato aliquanto anterius Quirinio, viro spectatissimo & Familiæ Cæsarum fido; quem & Censum in Judæa extraordinarium agere jusserat, quique Cajo postarius in Orientem appulsuro, moderator & consiliorum auctor destinatus ab Augusto fuerat. His, ni fallor, in fumum exhalata vanescit exceptio ultimo producta.

Manifestatur cur tamdiu Romæ detinuerit Augustus.

E

ac deinde ad Parthicum bellum dimiserit;

F

23 Supermetior jam dictis in cumulum considerationem, meo quidem sensu, sapientem atque laudabilem, Jacobi Grandamici nostri, Auctoris harum rerum optimi, a cujus vulgaris scriptis, si quis has meas tres Dissertationes profecisse plurimum autumet, ne is me idipsum ultro fatentem ac grate prædicantem habeat velim. Is ergo divinæ Providentiæ ductum illustrem in quadam hic eminente comparatione votorum & actuum Cœlestis & Terrestris Imperato-

rum

rum observat. Uterque sub tempus idem propriam prolem promovere in Orbis Imperium studebat: Deus Pater suum ab æterno genitum Verbum, ex integerrima natum Virgine octavo Kal. Ianuarii; ipsis iode Kalendis nomine Jesu insignitum, Mundo imperaturum ostendit. Eodem die Consulatum auspicatus Cajus Cęsar, Augusti ex nepote adoptivus filius, matre progenitus adulteriis iosami, omen designati terrarum Imperatoris tulit (falsum quidem & mendax, nam quadriennio extinctus inglorius periit] interim dum Jesus, tacitis nec interruptis uspiam auctibus, ad supremum, quod hodieque duraturum æterno ævo possidet, rerum omnium Regnum profecit.

Item quam opte ejus adoptatio cum Christi nativitate concurrat.

14 Procedo ad tertium Argumentum, quo probari Christum passum ante Æræ vulgaris XXXIII. quidam putant; iode vim trabente, quod Tertullianus, & ex eo Eusebius, Paulus Orosius, Cedrenus, & Nicephoros scripserunt: Tiberium, Pilati litteris comperta Christi Resurrectione a mortuis, refereodum suo nomine ad Senatum curasse de divinis ei bonoribus decernendis: Id senatu aspernato, consiliis maxime Sejaoi tunc Consulis, ob talem repulsam inflammatum ira vehementi Tiberium, Sejano necem Senatoribusque permultis decrevisse. Hactenus narratio, quæ fabula ne sit, an vera bistoria, disquiri jure posset. Tertullianus, qui unus fundus est [nam Eusebius, Orosius, aliique ex eo hausere] jactatum in vulgus rumorem qualemcumque, melioribus pro causa, quam Apologetico tractabat, inferere argumentis, e Rhetorum arte, ad cumulum potuit. Erant primis Ecclesiæ seculis Christiani, qui fingere ac mentiri pro Religione pium crederent. Hi multos libros, magnis veterum nominibus insignes a se suppositos, sparserunt; ut magna bodieque, nec injusta, querela multorum est. Talium aliquis forte superstruxit memoriæ vulgatæ interitus tragici Sejani sævitiæque in Senatores Tiberii figmentum istud, a facile credulis cupide arreptum; cujus qualemcumque usum in suam rem præsentem Tertullianus non neglexerit. Nam alioqui, quomodo credibile sit, statim a Resurrectione Christi adeo persuasum de ejus Divinitate fuisse Pilatum, ut repente scriptis ad Tiberium litteris, seni ei, cauto, callido, nec nimium religioso, fidem fecerit mysterii quod ipsi Apostoli, ipsi Discipuli, visis etiam signis ingentibus, non nisi ægre ac tarde crediderunt? fidemque tam plenam, ut is confestim ad Senatum de eo Divis aggregando retulerit? Quam vero causam habere potuit Sejanus in re tali adversandi Principi, cujus e nutu pendebant ejus omnes status ambitionisque rationes? quæ nihil sane connexum cum Christi consecratione habebant. Crederem (& in hoc mihi sperarem nonnullos assensuros, ex iis qui morum Sejani eam informassent ideam, quæ ex Historicorum huic æqualium, Taciti præsertim ac Suetonii, scriptis exhibet sese] si ei Tiberius significasset, cupere se, ut Crocodilus, cultus ab Ægyptiis, a Senatu Romano, jure Romanæ divinitatis donaretur; privilegio pari ei quo serpens Epidaurius, Senatus consulto accersitus e Phrygia, cultum, sedem, & templum in Tiberia Insula jam pridem obtineret; Sejanum, quo erat animo & genio, libenter obsecuturum studio Cæsaris, spe sua nondum semper magis stabiliendæque potentiæ, unico innixa fulcro Tiberii gratiæ; cujus, utpote morosi & irritabilis hominis, perdendæ aleam se jacere, ista desiderii ejus ac studii frustratione, non poterat nescire. Quale præterea est; quamque, ut lenissime dicam, non pronum creditu, quod ex Orosio refers, *Edicto constituisse Sejanum, ut Christiani exterminarentur?* Mira res! *Christiani Romæ fuerunt uno statim aut altero a Christi Resurrectione anno:* cum in Judæa ipsa & Syria (ubi duodecim Apostoli & septuaginta Discipuli Christum prędicabant, mirabilibus prodigiis passim edendis fidem a se dictis adstruentes] non nisi multis posterius annis esse cœperint; quando nimirum, ut ait Lucas, Act. XI. 26 *Primum cognominati sunt Antiochiæ Christiani.* Jam ergo falso tribuitur S. Petro gloria, Christianismi Romam importati sub Claudio: qui jam illic nomine ac numero stabilitus, multis annis ante finem Tiberii, fuisset. Jam ergo errant & fallunt memoriæ omnes receptissimæ, ac pro indubitatis habitæ tot seculis, Tabularum Ecclesiasticarum, dum primam a Romanis Idololatris Persecutionem Christianismi Neronianam numerant: quam tamen plus annis triginta præcessisset anterior *Sejani Edicto* indicta; Sejana ideo, vel Sejaniana nominanda. Sed cur, quæso, nec Suetonius, nec Tacitus, nec Dion, in causis, quas late disserunt, necis Sejani, odiique in eum Tiberii, memorant offensionem e recusata Christi relatione in numerum deorum Romæ cultorum? Equidem, qui sunt illi tres diligentia, in sensibus, moribus, affectibus, verbis quoque & actis minimis Tiberii notandis, crederem nec istud ejus pro Christi gloria inceptum, aut latere ipsos, aut ab iis dissimulari potuisse, si umquam fuisset: præsertim cum ex bis duo, maxime priores, quod e scriptis eorum constat, infensissimo in Religionem Christianam animo fuerint. Quare ambos, in perscrutandis & infamandis Tiberii vitiis attente curiosos & acerbe disertos, credibile non est neglecturos occasionem culpandi Principis, populo exosi; super cetera crudelitatis, rapacitatis, infandæ libidinis, quæ late persequuntur, crimina, etiam impietatis & sacrilegii, eo sciti quodammodo, violanda, quantum in ipso fuit, Romana Religione, per conatum admiscendi ei accersitam procul barbaram, ipsorum judicio vanissimam, superstitionem.

3. Negat credibile esse quod Sejanus se opposuerit Tiberio,

volenti Christum inter Deos inferre,

aut quod constituerit Christianos persequendos,

eo de causa fuerit a Tiberio necari jussus.

15 Placet tamen, ne videar astu declinare quod frangere nequeam telum, ultro id factum pro vero transmittere. Sit sane, ut volunt. Statim a Christi Resurrectione motus Pilati litteris Tiberius apotheosin ei decerni a Senatu Romano cupierit nequidquam [quippe Sejano in contrarium nitente] unde in Sejanum & Senatores multos gravis ab irritato tali repulsa Tiberio ultricis iræ procella ingruerit: quid tum postea? Ergone propterea oportuerit ante annum XXXI. Æræ vulgaris mori Christum & resurgere? Minime gentium. Nec enim audiendos qui dicunt, Sejani catastrophen illo anno contigisse, ex ipsis qui pro boc citantur testibus, comprobo. Fuit annus Æræ Christi trigesimus primus, in Iulianorum ordine LXXVI. Urb. Cond. DCCLXXXIV. quo Coss. fuere *Tiberius Augustus V. & Ælius Sejanus.* Non erupisse tali anno in Sejanum Tiberii odium, clarissime docet Dion Cassius lib. LVIII. duobus locis. Primo pag. 717. [utebar editione Henrici Stephani anni 1592.] ubi ait: Sejanum jam Exconsulem, adbuc incolumem, & specie præcipui favoris apud Tiberium solita cum maxime florentem, *pœnituisse quod non in Consulatu aliquid tentasset.* Hoc est, non conatum exprompsisset invadendi Imperii, quod jam dudum machinabatur. Verba Dionis sunt: *μετεγίγνωσκεν ὅτι μηδὲν ἐν τῇ ὑπατείᾳ ἐνεωχμώσειν.* Deinde pag. sequenti ajens, Nævium Sertorium Macronem, Prætorianis cohortibus Præfectum, a Tiberio clam missum ad perdendum Sejanum, arcana *mandata communicasse cum Memmio Regulo tunc Consule: nam Collega ejus Sejano favebat:* *τὰ ἐντεταλμένα δε (ὁ Μάκρων) Μεμμίῳ Ῥηγούλῳ τῷ τεοπατεύοντι (ὁ γὰρ συνάρχων αὐτῷ τὰ τοῦ Σειανοῦ ἐφρόνει) ἐπεκοινώνησε.* Ex his manifeste patet, non fuisse illo anno Consulem Sejanum. Quæramus quo anno fuerit consul Memmius Regulus. Frustra id quidem in Fastis fiet: ubi totis annis circa hæc triginta, nec retro, nec prorsum, in dyade Consulum reperitur id nomen. Non enim fuit iste Regulus Consul ordinarius, sed suffectus.

Ut tamen ista dentur, occisum esse ait, non anno 31.

sed Memmio Regulo Cos. non quidem ordinario,

 D 3 Quando

A Quando autem & cui? Opinor Servio Sulpitio Galbæ: qui anno a Sejani Consulatu tertio, Æræ Christi vulgaris XXXIII. Juliano LXXVIII. Urb. Cond. DCCLXXXVIII. Consulatum ordinarium gessisse signatur in Fastis cum Luc. Cornelio Sulla. Non toto autem anno perstitisse Galbam in Consulatu, sed sex tantum mensibus, docet nos Svetonius in ejusdem Galbæ postea Imperatoris Vita, sic scribens de illo cap. VI. *Consulatum per sex menses ordinarium gessit*: suffectu ei videlicet in posterius semestre Memmio Regulo. Nec abhorret ab hac conjectura, quod L. Cornelius Sulla, quem collegam ultimis anni sui mensibus habuit in Consulatu Memmius Regulus, hic a Dione indicatur, fuisse Tiberio suspectus favoris in Sejanum. Nam præterquam, Familiæ Corneliorum & Cæsarum numquam bona & fida concordia coaluerunt, eo quo Julius Cæsar, auctor claritatis domus Cæsareæ, ægre Sullæ Proscriptoris gladium effugit, uti Svetonius narrat in Vita Julii cap. I. etiam hic ipse Galbæ primo Collega

verum Suffecto pro Sulp. Galba an. 33.

B Cornelius Sulla, bis reperitur fuisse accusatus conjurationis adversus Cæsares; & eam prius periculum propitia sorte declinasset, secunda succubuisse, jussu Neronis occisum. Vide Tacitum hæc testantem Annal. XIII. & XIV. Indigitant hæc nobis veram Epocham exitii Sejani, ultimos menses anni Æræ vulgaris XXXIII quo passum nos Christum indubitanter credimus, & resurrexisse mense Aprili. Qua de re a Pilato scriptæ litteræ ad Tiberium pervenire potuerunt mense Majo aut Junio. Indeque cuncta cetera facile sequi, quæ nobis obiiciuntur immerito, cum nostræ sententiæ novum firmamentum adjiciant.

CONSULTATORIÆ

TRES EPISTOLÆ

Ad eumdem R. P. Petrum Possinum,

I. Super anno Christi trigesimo apud Lucam, & Evangelicæ Historiæ principio exinde ordinando.

C

Quæritur an salva veritate annorum per tres epistolas demonstratorum,

QUam ad me dedisti, Pater amantissime & eruditissime, Epistolam ultimam, licet ineunte Octobri scriptam, vix ante Februarium hujus anni MDCLXXXV. accipere merui, variis ex caussis inter Parisiensium amicorum manus retentam diutius; adeo ut jam fere inciperem formidare, ne non satis mature adveniret properanti ad finem partis primæ Chronologici hujus mei conatus, cui adjunctam cupiebam una cum prioribus duabus. Nam licet istis Epistolis plenissime exhausisses quidquid litterarii laboris tibi injunxeram, ea quam ipse dederas fiducia usus; doluissem tamen deesse tam illustre Corollarium, quale postrema ista Dissertatione sperabam. Tanto igitur ea advenit gratior, quanto longior expectatio magis accenderat desiderium. Nulla proinde mora interposita, tuum istum vere triplicem funiculum, quo Communis Æræ Christianæ auctoritas firmissime adstringitur ne vacillet, adnexui operi jam metam spectanti. Hoc dum ago, nonnulla adhuc mihi occurrit ratio, qua, salvis fere iis omnibus quæ solidissimo ratiocinio affirmasti, videor posse, saltem ut probabilem, sustinere sententiam, pridem mihi placitam, secundum quam in meis ad Ephemerides Græcomoscas observationibus statui, nati in terris Christi Anniversarium diem ipsum esse, quo eumdem Bethleemi adoraverunt Magi duce Stella, jam inde a mensibus viginti & uno, aut etiam tribus, visæ ipsis in Oriente cœpta; secundum quod tempus, ab iisdem Magis intellectum, occidi Herodes infantes jusserit a bimatu & infra, ipse

sustineri nequeat Christi annum concessisse communi cum baptizaretur.

peractæ cædi vix totis tribus mensibus superstes: iuxta quem calculum baptismus Christi contigerit anno ætatis eius XXX. expleto, mors vero ætatis eiusdem XXXIV per tres menses inchoato. Qua de re obsecro, ut, velut Discipulum consultabundum cum Magistro, Tecum aliquantisper discurrentem audeas; & si aliud nihil, occasionem saltem accipias, Evangelicam Christi nascentis historiam pari felicitate illustrandi, qua apud me affirmasti communem sententiam de anno eiusdem morientis: eaque elucidandi, quæ possint in ultima Maii parte legi, quando angustiis temporis ad hanc editionem reliqui nunc prohibeor responsum expectare. D

2 Ordior ab eo Lucæ loco, qui solus, vel nullus definire potest id de quo dubito: *Et ipse Jesus*, cuius baptismum iam retulerat Evangelista, *erat incipiens quasi annorum triginta*. Καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος. Ea verba, absque commate ante ἀρχόμενος sumpta, quomodo videntur sumpsisse vulgaris Æræ auctores, ut intelligatur Jesus tunc annum ætatis trigesimum ingressus, haud dubie rem conficerent: quamvis enim particula ὡσεὶ (ut tu optime nosti) sit ut plurimum dubitativa (affirmative enim diceretur ὡς unde istud Joannis, δόξαν ὡς μονογενοῦς, *gloriam quasi unigeniti*) adeoque idem valeat quod *circiter*, sive *plus minus*; satis tamen illius indifferentiam videretur determinasse Evangelista, ad defectum potius, quam ad excessum, si vere τὸ *Incipiens*, ἀρχόμενος, ad annorum numerum retulit. Quæro ergo utrum omnino dicendus sit eo retulisse. Non ita existimavit Martyr Ignatius, vel quisquis sub eius nomine composuit Epistolam ad Trallianos, ubi ait, *Christum expletis tribus annorum decadibus esse baptizatum*. Sed nolo auctoritate incerta niti, ideoque abstineo etiam verbis Justini Martyris, in Dialogo cum Tryphone dicentis, quod Jesus *triginta plus minus annis mansit, priusquam veniret præco ejus Joannes*. Ipsis me verbis adstringo, & Græcæ linguæ scientissimum interrogo; satisne Græca constructio sit ἀρχόμενος ἐτῶν τριάκοντα, *incipiens annos triginta* pro ἔτος τριακοστὸν *annum trigesimum*; mihi nec Latine sic loqui placeret, nedum dicere *incipiens annorum triginta*. Ast vero utraque in lingua clara constructio sit absque voce ista, *Erat annorum quasi triginta*. Quo igitur istud ἀρχόμενος, *Incipiens*? Fallor, si non ipse se explicat Evangelista, primo Actorum ubi ait de Jesu, *Intravit & exivit inter nos Jesus incipiens* (ἀρξάμενος) *a baptismate Joannis usque in diem qua assumptus est*: & rursum cap. X. *Verbum .... incipiens* (ἀρξάμενον) *a Galilæa post baptisma quod prædicavit Joannes*. Quid autem *incipiens*? Utique *intrare & exire* inter discipulos suos; sive (quod initio dixerat, & forsan magis apte eo de quo agitur loco intelligetur) *facere & docere*. Ad hunc autem sensum obtinendum, ut idem valeat quod, *Erat Jesus, cum inciperet* (*facere* scilicet & *docere*) *quasi annorum triginta*, aptius in Græco textu postponitur li ἀρχόμενος, quam præponitur in Latino τὸ *incipiens*, cum id eo loco utcumque dubium sensum faciat, non item quando postponitur. E F

textu Græco Lucæ id non notante,

sed potius suadente.

3 Hæc mihi si concesseris, & τὸ *incipiens* permiseris tantisper seponi e textu, velut ad nostram quæstionem impertinens, haud difficulter concessurum etiam Te confido, quod indefinitam locutionem deceat quam minime opus est ampliare: proinde de eo qui trigesimum annum ætatis suæ diebus dumtaxat tredecim excessit, rectius intelligi quod dicatur *annorum quasi triginta*; quam de alio, cui integer pene annus deest ad ætatem istam, quamdiu scilicet nihil magnopere in contrarium obsistit: multo autem magis quando per talem explicationem & sensum laxatur spatium, intra quod, non item in multo contractiori, ea omnia commo-

itaque commodior sequela Evangelii haberi.

A mode & citra perturbationem ullam digerantur, quæ vel Evangelistæ de Christo, vel Historici de Herode narrant. Videamus ergo an ultimum præstare possit acceptio prior; sic enim suavius enervabitur vis præjudicii, quo alias præpollet opinio communior quam defendis; non facile flectendus in contrarium, si eam porro valis sustinere, insuper habitis difficultatibus, quæ (quantumcumque magnæ mihi videantur) non sunt tamen etiam me judice prorsus insuperabiles; & omnino forent tolerandæ, quando certum esset, spatium amplius concedi non posse, quocumque etiam proposito commodo. Quia autem jam pridem tibi consilium est Evangelicum textum doctis tuis Dissertationibus illustrare, patere ut etiam ad reliqua eo contenta mysteria excurrat oratio, oboriturum ex chronologicis tricis fastidium piæ nec inutilis meditationis sapore conditura.

Sic ut stella caperit videri in Januario an. 44. Juliano.

4 Ponamus igitur anno Juliano XLIV. ante Epocham Æræ Communis secundo, die XXV. Martii, quando missus est Angelus Gabriel ad Mariam, vel 23. Januarii, quando Josephi & Mariæ desponsationem
B nuper accepimus recolendam, potius ex aliqua congruentia temporis, ab Annunciationis die nec remoti nimium, neque justo propinquioris, quam alia aliqua auctoritate: Ponamus, inquam, cœptam a Magis conspici in Oriente Stellam, aut juxta Henschenium 25. Martii, aut potius die XXIII. præcedentis Januarii, siquidem per suam desponsationem Virgini jus acquirebatur, ad Regnum Judaicum, in patrui simul ac mariti sui caput devolutum, transferendum in eum, quem ipsi paritura erat filium, si non naturalem, certe legitimum, quemadmodum ex tuo, Pater Reverende, eruditissimo Diallectico Theogenealogico alias dedici docuique. Dum autem eam Stellam, sic ut infra dicam, observant illi; Hierosolymis Nazarethum ducta Virgo, post duos continentis matrimonii menses, conceperit Verbum ex se carnem factum die 25. Martii. Tum invitante Paschalis festi proxime celebrandi religione, cum Josepho regressa Hierosolymam, cum bona illius venia, in comitatu notarum sibi e Zachariæ familia personarum, ad idem festum advectarum, excurrerit in Montana Judææ, solis VIII. P. M. distantia Hierosolymis; visitatura Elisabeth, mansuraque apud eam, quousque ad Pentecosten revertens Josephus, veniret ipsam reducturus domum; ignarus interim arcani ineffabilis, quod fuerat Spiritus sanctus in sponsa sua operatus. Ut

exeunte Martio Visitatio Elisabeth.

mense Junio reducta fit a Josepho in Nazareth

C vero revertit, atque etiam ipse venit in domum Zachariæ; credibile est Elisabetham, quæ divinorum magnalium pridem conscia erat, eoque nomine in ipso Mariæ ingressu fuerat ei gratulata, non absimili gaudio hospitem suum perfusum voluisse, aut saltem subobscure dixisse aliqua, ex quibus paulatim veniret ille in conceptæ prolis notitiam, quam virgineus pudor cunctabatur ei communicare. Quare is, suæ continentiæ conscius, nec facile mysterium capiens, quod omnem humanum superabat intellectum, elegerit diutius ibi manere; specie quidem fruendæ hospitalitatis suavissimæ, revera autem visurus quo res evaderet, & animo anceps quid consilii caperet, si vere prægnantem sponsam comperisset. Ad hoc porro nequaquam opus est cum Hieronymo concipere, quod *licentia pene maritali futuræ uxoris omnia noverat*; paulatim enim intumescens sacro pondere fœtus uterus proditurus ultro erat eam, quam primo suo ingressu fuisse a cognata matrem Domini salutatam, poterat inaudivisse. Jamque tertius mensis graviditatis certiorem illum reddebat de veritate conceptus, quem credere eatenus formidarat: quapropter, cum pater haberi nollet ejus quam non genuerat prolis, nec sponsam traducere, de cujus sanctitate, comperta sibi, nihil audebat nisi honestum præsumere; *cogitavit occulte dimittere eam*, id est, inscia illa Nazarethum D redire, indeque clam mittere libellum repudii. Sed ne faceret prohibuit Angelus, monens ne timeret *accipere Mariam conjugem suam:* quia de Spiritu sancto erat, quod conceperat.

5 Tum vero, priusquam impleretur Elisabeth tempus pariendi, ad quod non decebat manere ibi Virginem, cum hac redierit Nazarethum circa 20. Junii, ubi nati paulo post Joannis, & mirabilium eam nativitatem secutorum nuntium lætus acceperit, ac reliquum fere annum manserit, donec *exiit edictum a Cæsare Augusto*, per quod Bethleemum cogeretur proficisci. Hic 25. Decembris Deipara Unigenitum suum peperit, & pannis involutum reclinavit in præsepio, quoniam *deerat locus in diversorio*. Sed hunc fecisse cito debuit adventus Pastorum, Angelico monitu ad visendum infantem recens natum accurrentium, & quæ viderant audierantque annuntiantium. Quomodo enim paterentur Bethleemici cives diutius in stabulari antro permanere puerperam, de qua tanta sibi prædicabantur magnalia? Utut sit, novo anno ineunte circumcisus ibi Puer est, & *postquam*, ibidem etiam,
E *impleti sunt dies purgationis* Mariæ, quadraginta videlicet, *secundum Legem, tulerunt illum in Hierusalem ut sisterent eum Domino .... Et ut perfecerunt omnia, reversi sunt in Galilæam, in civitatem Nazareth*. His deinde verbis Vatianus, seculi 2. scriptor insignis, Harmoniæ Evangelicæ Auctor & in omni historia versatissimus, subtexit narrationem de adventu Magorum, ex Matthæo hinc ordiente, prætermissis omnibus iis quæ usque ad annum XII. retulerat Lucas; sicut hic e converso prætermittit quidquid deinde sequitur ex Matthæo, usque ad reditum ex Ægypto. Sed quoniam idem Lucas Cap. IV. narrato Christi baptismo & jejunio, simili fere qua supra phrasi utitur, dicens, *Et consummata omni tentatione ... regressus est Jesus in virtute spiritus in Galilæam, & fama exiit per universam regionem de illo*, cum tamen ex Joannis 1. constet, multa & magna intercessisse, quæ ille omisit; dubium hoc loco nascitur, utrum revera Hierosolymis in Nazareth immediate sit itum, an vero solummodo post reditum ex Ægypto; maxime cum oporteat Bethleem reducere matrem & puerum ante fugam.

exeunte Decembri venerit in Bethleem, ubi peperit Christum.

an. Jul. 45. circumcisio & præsentatio in templo.

Inde parentes cum regressi sint Nazarethum,

6 Equidem eo propendeo, ut tamdiu textus Evangelicos secundum rigorem verborum accipiam, quamdiu alius clarior textus non cogit contrarium facere: & satis causæ invenio, cur Parentes Christi, propositum habentes sedem capere Bethleemi (quemadmo-
F dum inde colligo, quod rediens ex Ægypto Josephus, propter regnantem in Judæa Archelaum *timuit eo ire*; iturus alias, utique ad domicilium ibi jam ante fixum) causæ, inquam, satis invenio, cur convenerit, imo oportuerit eos prius reverti Nazarethum. Nempe ut Josephus, a sua istic domo & possessiuncula verosimiliter aliqua raptim cum sponsa egressus, urgente Edicto ut Bethleemi profiterentur; longius posthac & forte in perpetuum abfuturus, disponeret omnia ad migrationem, distracta quæ transvehi non poterat supellectile, domoque & agellis elocatis. Causam quoque Bethleemum commigrandi non unam concipio: nam persuadeo mihi, non tam pauperem fuisse Mariam ut passim Concionatores meditantur, utpote honesta in fortuna natam; si verum est, quod parentes ejus, annuorum proventuum partem tertiam sibi servare contenti, alias duas partiri fuerint soliti inter templum & egenos; item, quod Anna mater ejus, Joachimi conjux, fuerit filia Sacerdotis, unde & domum Hierosolymis ipsa habuisse, & agros maritus ac pascua dicitur; Josephum ante & Mariam credo versatos satis in Scripturis, Messiam spectantibus & vulgo decantatissimis, ut scirent illum e Bethleem exiturum apud Isaiam promitti. Cum ergo viderent, Deo sic mi-

ut familiam transferrent in Bethleem,

ubi credi possunt non nullas habuisse possessiones.

A mirabiliter ordimante, factum esse ut is ibi nasceretur, quin & agnosci utcumque cœpisset, Pastoribus annuntiantibus; ipsique Bethleemitici vicini, tum amabili hospitum suorum conversatione, tum spe futuræ aliquando amplitudinis suæ capti, multis verisimiliter institissent ut stabile apud se domicilium figerent; eumque in finem forsitan offerentur eæ ipsæ ædes, quæ olim fuerant Joachimi & Heli pluriumque progenitorum, quas & contingere potuit necdum venditas, sed solum elocatas aliis esse; quare non potuissent commoveri, ad Naxarenam commarationem, familiæ suæ peregrinam, commutandam cum Bethleemitica, tanto commadiori adomne tam spirituale quam corporale solatium, prope Hierusolymam & Templum, ubi & Simeonem justum & Anoam Prophetissam habituri essent, mysterii graodis conscios. Et hæc quidem illi cogitare poterant, humano modo res soliti æstimare & gerere, oisi cum diviniore impulsu alio agebantur. Deus autem eo hæc disposuerit, ut ibi haberet eos, ubi adnraretur puer Jesus a Magis, requireretur que ab Herode, & unde foret in Ægyptum B brevior transitus.

ante nihil suadet omnia abdicasse

7 Neque absonum videatur, quod familiæ Christi facultatulas aliquas (licet non magnas, oec tanto generi pares) præsumam fuisse. Nullam indeeentiam, sed congruentiam multam in hoc reperiet, quisquis, sepositis præjudiciis, ad saeram Christi Historiam adverterit animum: & fabrilis professio non excludit omnes omnino facultates; præsertim cum apud Judæos tunc temporis nemo non aliquod opificium disceret, sicut patet io Paulo, artem schenopegiæ tractante, licet alias litterato & non ignobili. Præterea oulla necessitas cogit, Evangelicæ paupertatis exemplum, io Christo aut parentibus ejus, statuere ante illius Baptismum; post quem primum cœpit facere & docere, tum alia multa, Judæis nova, tum vendere omnia & dare pauperibus, ad habendum thesaurum in cœlis. Hoc primam fecisse Deiparam, mortuo Josepho jam viduam, libenter dixerim; nec enim par est ratio pro abdicatione bonorum in prima juventute facienda, quæ pro voto virginitatis, cujus illa vexillum creditur etiam ante pubertatem erexisse; uti facile quivis per se intelliget.

ante Christi prædicationem.

8 Ceterum prima agnoscendi prædicandique Messiæ, velut jam nati, initia, per Pastores in Bethleem, C perque Simeonem & Annam in Templo, dixerim non magnum strepitum fecisse, sicuti non magnum dabant de se fulgorem; propter plebejam conditionem personarum, ad quarum notitiam pertingebant istiusmodi dicta factaque. Quod si eorum quidpiam in aures oculosque venit potentiorum ac superborum Principum D populi, Ministrorum templi, Herodianæ aulæ assectarum, pro somniis ea deliramentisque habuerint dormitantium rusticorum & senum fatuorum, nec digna putaverunt de quibus ad Herodem Regem referret aliquis, aliunde satis ægrum animi, seque rideri crediturum tam insulsis humana æstimatione futilibusque narrationibus, quales in superstitiosa plebula Judæorum, ut spargebantur quotidie, sic facile contemnebantur, & contemptæ evanescebant citius, quamdiu nullum ciebant ootabilem motum. Ast vero cum *Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam, dicentes: Ubi est qui natus est Rex Judæorum? vidimus enim Stellam ejus in Oriente, & venimus adorare eum: audiens* id *Herodes Rex, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo: & congregans omnes Principes Sacerdotum & Scribas Populi, sciscitabatur ab eis, ubi Christus nasceretur.* Quando autem venerunt illi? *Cum natus esset Jesus in Bethlehem Juda in diebus Herodis Regis*, inquit Matthæus. Tantumdem dicere potuisset, si vel decennis jam puer fuisset. Nihil ergo hinc habetur præsidii ad sustinendum, quod vel XIII. die a Christi Nativitate, vel mox a Præsentatione io Templo, E Magi venerint. Dixi ego, & (siquidem liceat) pergam libenter dicere, ipso anniversario Natalis die factam Adorationem Magorum, quia tali die recolit eam universus fere Oriens, nocturna diurnaque officia inter duo ista mysteria sic dispertiens, ut oox nascenti, dies adorato Christo in solidum tribuatur.

Biennio an. 43. advenerint Magi.

& Puerum adorarint die anniversario nativitatis suæ,

9 Proinde rem hoc modo factam concipio. Anno XLV. Juliano exeunte, die autem XXII. vel XXIII. Decembris, advenerint Magi Hierosolymam; tum unus alterve dies transierit ipsis io aula Herodis, dum examinantur studiose ipsi, consuluntur que Sacerdotes & Scribæ; die autem XXV. Bethleemum dimiserit eos Herodes, non sine comitatu aliquo, specie quidem honoris & ducatus, revera autem explorandi causa & explorata mox referendi. Ibi ioventus sit, non jam *infans pannis involutus*, sed *puer* anniculus, io gremio matris ludens, adeoque pro captu illius ætatulæ aptus ad hospites peregrinos blando risu excipiendos, oblataque munera parvularum manuum injectu jucunde palpanda: non in Stabulo, sed in Domo, ut expresse habet sacer Textus. Hanc ætatis differentiam etiam Græcorum libri rituales, præcipuorum mysteriorum figuris F æque ac nostrates insigniti, ipsis exprimunt imaginibus, quales, ex Menæis jam semel productas, iterum repræsentare non fuerit importunum.

conformiter ad mysteria istius picturæ:





10 Quia

A 10 Quin & Occidentalis Ecclesia in tertia Missa legit Evangelium de Magis; de quibus tamen solennius agendum instituit in die Epiphaniæ; sicut & de primo miraculo in Cana; quamvis una cum ecclesia Orientali recolat mysterium Manifestationis præcipuæ, in baptismo factæ & antonomastice Epiphania nominatæ. Non tamen quasi uno die omnia tria facta sint: apparet enim ex S. Maximo, nullam ejusmodi traditionem in Ecclesia fuisse, quantumcumque id nunc vulgo pro traditione habeatur; & certum est, Nuptias in Cana Galilææ factas esse, tertio quartove post baptismum mense. Itaque, sicut ex usu Occidentalis Ecclesiæ, unico cultu tria mysteria confundentis, nihil certi haberi in nostram rem potest; ita rectissimo judicio sequemur in istis Ecclesiarum Orientalium consensum: quem eatenus etiam probare Occidentales videntur, quatenus in recolenda paulo post Natalem memoria puerorum, ab Herode interfectorum, cum iisdem consentit.

B 11 Convenit porro genio Herodis, politice prudentis non minus quam sanguinarii, talis qualem supra dixi solicitudo, custodiæ Magis adjungendæ: nec verisimile mihi est, satis habuisse simulare voluntatem inveniendi Regem etiam per se adorandi. Sed quantumvis cautum fefellit Dei providentia, misso Angelo, qui in somnis & Magos moneret *per aliam viam reverti in regionem suam*, & Josephum *tollere puerum ac matrem ejus, & fugere in Ægyptum*: quod utrumque eadem ipsa nocte factum est, ut advenienti die speluncarum latebris se tutati sint, frustratique exploratores, orto mox mane ad insequendum egressos. Ex his ad se reversis die 26 Decembris illusum se Herodes intelligens, cepit crudele consilium: furori tamen fraudem admiscens more suo, verosimiliter simulaverit, quasi nihil dubius & valde lætus de nato jam Bethlemi Messia, honorem ei haberi vellet, curareque omnes ejusdem fere ætatis ibi natos, pueros simul sumptu regio educandos; & ideo adduci cunctos ad certum locum imperarit, *a bimatu & infra, secundum tempus* apparentis Stellæ *quod exquisierat a Magis*; neque illos tantum sed & ceteros ex omnibus finibus Bethleem. Quos tamen fines non magnos debemus nobis fingere, sicut ipsam Hierosolymam imo & Montana Judææ complectantur, sicut faciunt qui numerum occisorum augere volunt, ipsumque Joannem Baptistam
C vocant in consortium periculi, a quo eum mater Elizabeth in speluncam fugiens liberarit: sed debemus eos ab ortu & septemtrione perquam exiguos concipere, qua scilicet fines Benjaminicæ tribus oppidum respicit, laxiores autem versus meridiem & occasum, atque ad unam circiter leucam extensos. Ea res facile diem XXVII. & VIII. occupavit; ut verosimilius sit collectorum ea fraude unum in locum parvulorum cædem primum patratam fuisse die XXIX. secundum Orientales; licet Occidentales, Natalis Dominici celebritatem augustiorem facturi continuatione festorum, diem XXVIII. prælegerint. Favet huic explicationi, quod Eugesippus quidam, in tractatu de distantiis sacrorum locorum, inter Symmicta Allatiana secundo, sub annum MXL. scripto, ex incolarum traditione dicat, *Innocentium, jussu Herodis occisorum, partem maximam, contra meridiem secundo milliario a Bethlehem, secundo a Thecua, sepultam quiescere.*

Idque biennio apparentis Stellæ jam fere completo,

Herodes jussit occidi pueros a bimatu & infra,

12 Nunc vero quod ad *bimatum* attinet, ejus definiendi causam, ex tempore apparentis Stellæ sumptam, adeo manifeste dicit Evangelista, ut, nisi præjudicio occupatus animus ad tempus contrahendum adstringi se existimet, dubitare nequeat, quin ab initio cœpta conspici in Oriente Stellæ, usque ad cædem infantium, biennium circiter elapsum sit. Et hoc in Palæstina tam certum habebatur, ut S. Hieronymus, Chronicon Eusebii istic vertens & interpolando augens, atque

quæ fuit receptior in Palæstina opinio:

indidem natus ibique educatus Epiphanius, Salaminæ D in Cypro Episcopus, non satis exploratum habentes quam non longo post occisos infantes tempore vixerit Herodes, integro post natum Christum biennio differant adventum Magorum. Qui vero annum, quem eidem Christo nostra addit opinatio, recusaret admittere; magnas inter angustias temporis hæreat necesse est, non solum ex hoc capite, quod fateri debebit, longe majus tempus, quam erat opus, determinatum ab Herode fuisse; sed etiam gravibus illis ipsius morbis, ante mortem extremo circiter Martio obitam, vix quatuor aut sex hebdomadarum tempus inveniet; siquidem non poterit ante Februarium proximum a Christi nativitate cædem prædictam patratam concipere.

sequuti ad historiam Herodis.

13 Josephum de istis audiamus lib. I. de bello Judaico. Hic cum cap. XX. prolixe scripsisset, de accusato, convicto, & vinculis tradito Antipatro, ac mutato testamento. (Quæ omnia ratione quam optima censes, Pater, acta fuisse per autumnum extremi istius anni) caput sequens sic exorditur: *Morbus autem in-* E *gravescebat, quod eum senectus pariter ac mæror urgebat, & annos jam septuaginta natus erat, & filiorum cladibus animum adeo habebat afflictum, ut nec bona quidem valetudine quidquam jucunditatis admitteret. Acriorem autem faciebat ægritudinem, quod Antipater viveret: hunc enim, non obiter aut aliud agens, sed cum convaluisset, cogitabat occidere. Ad has etiam calamitates accidit ei populi quidam tumultus ..... quo Rex commotus, magnitudine* quidem *iracundiæ morbum superavit; atque in concionem procedens*, seditiosos compescuit, ægre exoratus ut solos auctores excarnificare satis haberet ..... *Hinc tamen totum ejus corpus, morbo occupatum, variis doloribus differebatur. Nam febris quidem non mediocris erat: prurigo autem intolerabilis habebat omnem corporis superficiem; assiduis quoque vexabatur coli tormentis, & pedes velut ex intercutis vitio tumuerant. Quin & inflatio ventriculi, putredoque virilis membri vermiculos generans, ac præterea creber anhelitus & interruptus, nec non membrorum omnium contractio eum fatigabant; ut qui hæc ad Divinitatem referrent, ultionem esse dicerent Sophistarum* (quos scilicet, ob seditionem concitatam in Aquilæ aureæ dejectione, vivos incendi fecerat) rectius meo judicio facturi, si tot innocentium Puerorum dixissent eam fuisse vindictam. Denique cum narrasset Josephus, quomodo, tentatis frustra per Calirrhoes F aquas remediis, *corpus ejus iisdem situ dissolutum sit, ut etiam lumina quasi mortuus revoluta torqueret*; & quomodo Hierichunte decumbens, ibidem Salomæ sorori mandatum dederit de mactandis quam primum expirasset omnibus Judææ Primoribus, seque ipsum frustra esset conatus cultello occidere, & legatos recepisset afferentes Roma potestatem pro arbitrio de Antipatro statuendi, (quod & mox facit, novo ejus ad evadendum e vinculis conatu irritatus) ac rursus testamentum mutasset; concludit dicens, quod, *post interitum filii quinque diebus exactis, moritur*; idque ante Pascha, ut ex Josepho colligitur, adeoque mense nostro Martio; nam anno Juliano XLVI. Pascha Judæorum celebratum fuit in Sabbato, concurrente cum 11. Aprilis nostri, quemadmodum ex suæ Traditionis principiis demonstrare se putat is, qui modo Amstelodami habetur gentis suæ in talibus versatissimus, quemque desuper consulendum curavi.

morborum illiusdem passi ante mortem,

quibus dein obiit; eoque fuit extinctus Martio, anno Juliano 46.

14 Hæc ideo placuit referre fusius, ut clarius appareret, quam difficile creditu sit, ea omnia (quæ tamen adventu Magorum oportet dicere posteriora fuisse) concludi posse intra quinque aut sex hebdomadas, quot scilicet supererunt, si solum hi venissent in Februario. At vero in nostra opinione, quæ XXIX. Decembris necatos Infantes suggerit, longe com-

commodius sese habent singula. Nam & ipsa nocte secutus lunæ defectus, solito grandior, mortem ei visus est præsagisse: & dici poterit illa morborum Ilias, quæ supra narrata est, tanta ieruisse in tyrannum, ut agere eum Magis tam composite tamque ordinate, quemadmodum egisse narratur, non potuisset: nisi antea venissent, nec enim ex Evangelio apparentia ulla est, vel eos ad decumbentem sic Regem admissos, vel consultationem cum Sacerdotibus ante lectum institutam. Denique ex eo quod suggero Stellæ apparentiæ initio, non nisi XXVI dies supererant ad complendum biennium, quod requiritur, ne vis Evangelio inferatur alieniori acceptione verborum, præter genuinum & cuilibet obvium eorum sensum.

15 Macrobium fortassis mihi objicies, libro II. Saturnalium Cap. IV. narrantem, quod *cum audisset Augustus, inter pueros, quos in Syria Rex Judæorum intra bimatum jussit interfici, filium quoque ejus occisum, ait; Melius est Herodis porcum esse, quam filium*. Hinc enim aliquis sic posset arguere: *Nullus hic alius quam Antipater signari potest: neque enim filium bimum aut bimo minorem, Bethleemi aut in ejus finibus, natum, Herodes tunc habuit: sed hæ ambæ tragœdiæ, quod in idem tempus inciderint, in unius famæ præconium mixtæ, occasionem talis dicti Augusto dederunt. Si ergo nulla ratione Antipatri cædes potest ultra quinque dies mortem Herodis prævertisse, & Herodes obiit exeunte Martio, nec poterit pariter cædes Infantium nisi mense Martio imperata fuisse*. Si te ita acciderit cogitare, obsecro, animum reflectas ad Sejanum, cui Orosius, ex fama nequaquam tolerabiliter mendaci, causam mortis fuisse scripsit, impeditum Christi cultum, indictamque Christianis persecutionem. Nam Tertullianus, qui primus Orosianæ narrationis fons est, haud diu post annum ducentesimum scribens, minus differt ab ætate Sejani, quam ab ætate Herodis Macrobius, seculo 4. exeunte florens. Nec tam disparata inter se sunt, Sejanus solitus adulari Tiberio, eidemque in una re quapiam contradicens; quam infans bimus, & grandis jam ætatis vir, qualis erat Antipater. Ut nihil dicam de jam probata [ut quidem videtur] temporis differentia; aut etiam de loci diversitate, in qua facile ignosceretur famæ, de longinquo advenienti. Permitte igitur, ut tibi respondeam; fabulatorem quempiam in duas tragœdias supradictas contulisse Augusti dictum; aptius ut ego quidem existimo prolatum ab eo [si prolatum est] quando idem Imperator, qui Herodi postulanti facultatem capitale supplicium statuendi in præstantissimos ipsique Cæsari carissimos adolescentes, filios suos, Alexandrum & Aristobulum, tamquam tentati parricidii reos, eamdem invitissimus concesserat; rursum postulabatur ipsam dare, contra eorum accusatorem Antipatrum, æque filium Herodis, ab ipsoque Augusto similiter declaratum successorem Regni; tunc autem istud Augusti dictum, non solum Antipatri, sed & Infantium cædem præcessisset.

16 Nihil porro ex sacra profanaque historia occurrit mihi, quod ejusmodi opinioni adversetur. Nam quod sancti Patres, nusquam ex professo in curam explicandæ Chronologiæ intenti, solumque ut casus ferebat oblata Evangelii loca hinc inde attingentes, & verosimiliori, ut poterant, sed perfunctorio prorsus ratiocinio conciliantes, in ejusmodi cogitationes, quales protulit, numquam venerint; non magis eis obesse debet, quam id obesse velis tuo isti præstantissimo Commentario, quo Christi Genealogiam nobis explicuisti, plaudentibus omnibus, quibus innotuit, Eruditis. Constat etiam tibi tua de septuaginta Hebdomadibus Dissertatio; tota enim illa Prophetia spectat annum; tum eum quo Prædicationem exorsurus, tum eum quo occidendus esset Christus; non eum quo erat nasciturus. De oraculo vero morientis Iacobi, promittentisque non defecturum Sceptrum de Iuda neque Ducem de femore ejus, donec veniret qui mittendus erat; non diffiteberis, credo, id æque fuisse adimplendum, si vel decem annis citius natus fuisset Christus quam obiit Herodes. Dici etiam potest, imo debet, istam Sceptri Ducisque ablationem, intelligendam esse paulatim factam, initiumque habere anno Juliano XLII. ante Æram vulgarem IV. in morte prædictorum Alexandri atque Aristobuli, legitimorum Heredum tam ipsius Herodis quam Assamonæorum Regum; quemadmodum finem habuit in Archelao, anno ejusdem vulgaris Æræ VI. quando is a fratribus accusatus & regno privatus, Regium quoque titulum secum extulit e Judæa. Denique pulcherrima illa cogitatio Bonamicini (quem virum & ego maximi facio) nihil de suo splendore deperdit. Si enim non est natus Christus Rex Judæorum & cœlestis monarcha futurus, eodem tempore quo Cajus Cæsar ab Augusto avo designatus est Consul Romanorum & terreni successor Imperii; eodem tamen tempore ut talis agnitus est & adoratus a Magis, totisque Hierosolymis proclamatus; quin & annuntiatus regnis Orientis per eosdem Magos in propria reversos; & quacumque patebat Romanorum Imperium diffamatus, per tot Infantium crudelem stragem. Hanc tamen supra modum exaggerari jam superius monui, quasi ad plura millia numerus occisorum excreverit; non considerantibus iis, qui sic loquuntur & sentiunt, quam exiguum oppidum *Bethleem* fuerit, & quam angusti fines ejus: in spatio autem tali non multum, si centeni aliquot reperti sint, infra biennium nati?

17 Exspectabit nunc a me forsitan aliquis, ut, Quando ante Nativitatem Christi integro pene anno apparuisse Stellam dixi; nec nisi vertente se rursum anno, Magos Hierosolymam advenisse; reddam tam longæ moræ rationem congruam. Quid enim? An ex regione adeo remota venerint, vel ex tam dissitis locis sese aggregarint ad invicem, vel tantus erat faciendus apparatus itineris, aut denique tanta tarditas inerat ad obsequendum vocationi divinæ, ut fere biennio opus fuerit? Nihil horum. Ex una Chaldæa [in qua præcipue vigebant astrologiæ studia, & quæ respectu Hierosolymæ Orientalior est, nec nisi ducentis leucis dissita, ut eas hebdomadis quatuor commode emetiri quis pedes, paucioribus etiam possit vectus camelo vel dromedario] omnes reor advenisse: quoniam *in regionem suam* reversos singulariter ait Textus sacer; neque magno comitatu vel apparatu instructos mihi imaginor, quidquid alii dicant, Scripturarum oracula de Gentium plena conversione litteraliter intelligentes de Magis; ideoque hisce illarum primitiis aptari solita in sensu accommodatitio, de iisdem primario dicta præsumentes; nec animadvertentes, id falsi argui ex ipso Magorum tam occulto recessu, ut nec vestigia quidem deprehendere Herodis emissarii potuerint, ipsis totum diem in spelunca, quæ etiamnum monstratur, latentibus. Nihil igitur prædictorum pro causa allegaverim. Satis mihi ad solutionem quæstionis est, quod neque Stellæ isti inscriptum legerint, cujus rei index esset; neque sciatur ipsos id statim, revelante intus Deo, didicisse; sed permissi sint velut Astrologi ejus motum & cursum diutius observare, quo denique superveniens revelatio acrius stimularet ad requirendum eum, cujus tam singularem nuntium tam diu fuerant cum admiratione contemplati. Nam quod dicuntur Balaami Madianitæ fuisse posteri, qui procul a Syria in Chaldæam delati, illuc secum detulerint aliquam notitiam oraculi ab eo editi de Stella ex Iacob oritura; cujus intellectus per tot secula tam certus inter Magos servatus sit, ut ad primum novæ Stellæ aspectum sciverint eam esse de qua iste prophetaverat,

& qui-

A & quidem indicem nati Regis Judæorum, id totum speciose magis quam vere dici existimo, uti & alia multa de ipsis, plenissima fabulis, quas apud Hermannum Crombachium nostrum legat qui volet.

18 Opinor ego, opinionem meam libenter cessurus alteri, æque aut magis verisimilem proferenti, in sublunari aeris regione per modum cometæ incensum phænomenon, quod omni nocte communi motu cum Luna cælo oriens occidensque, proprio quodam motu deferri videbatur, nunc in hanc, nunc in illam partem, & semper imminere verticaliter loco, aut directo in illum procurrente radio ipsum notare, ubi contingebat agere Virginem, aut parituram Christum aut jam enixam: quo in motu proprio, ab omnibus alias observatis phænomenis diverso, cum aliquid præter naturam agi videretur; curiosius in eum cœperint intendere Chaldaici Astrologi, per varia suæ professionis collegia sparsi; & per deputatos eam in rem aliquos, metiri & describere sibi cœli loca, ex quibus Stella illa despiciebat terram, cum esset in puncto elevationis suæ. His autem observationibus ultro citroque conferendis & communicandis cum multum temporis absumeretur, iisdem ut inter nostros solet Astrologos fieri; tota regione illa magna haud dubie

dicentur diu occupati fuisse observando stellæ motu,

pro suo instituto ac more,

B movebatur expectatio videndi finis, ac tandem etiam cognoscendi, quid illa veluti lingua cœli indicatum Deus vellet, quod esset ipso exitu declarandum. Interim Judæi, credo, nihil ista curabant; curvæ in terras animæ, & celestium phasion observandarum tunc eo minus curiosi, quo magis ab idololatria abhorrebant, a qua non esse satis remotum istud Chaldæorum studium eo facilius opinabantur, quod omnis prisca colendæ Cælestis Militiæ superstitio inde ortum haberet. Sic, cum ad petitionem ægrotantis Ezechiæ Isaias *reduxisset umbram, per lineas quibus jam descenderat in horologio Achaz, retrorsum decem lineis*, sole utique retroacto; non legimus ea re magnopere commotos Judæos qui soli causam nosse poterant: legimus autem Paralip. II. cap. XXXII. advenisse mox *legationem Principum Babylonis, ut interrogarent de portento quod acciderat super terram*, ac scilicet vere, sicut fama ferebat, id factum esset ad preces Isaiæ.

19 Sic præparatis ex longa observatione animis & parentibus Christi tandem Bethleemum regressis, cum proposito ibidem commorandi, mense circiter Novembri desierit apparere Stella; Deoque placuerit

revelatione denique

C Archimagorum uni aut tribus, *per somnum* revelare (sicut postea quoque in reditu fecit, forte solitis jam pridem consilia ex somniis capere) vel alia quapiam ratione declarare, quid eo signo voluisset indicatum; simulque significare voluntatis suæ esse, ut novum Regem suis illi muneribus honorarent. Tali autem monitui continuo obtemperantes illi, vel soli tres, vel paucis aliis in societatem assumptis, cum omni diligentia venerint Hierosolymam civitatem Regiam, supra quam putaverint ultimo visam Stellam: nec enim in tanta locorum duorum vicinia, distingui præcise poterat e tam longinquo respectus ad urbeculam modicam exterisque ignotam. Cum vero didicissent ubi invenire deberent id de quo interrogabant, Bethleemumque procederent; *ecce Stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos*; non jam evecta altius, sed infra nubes delapsa; *usque dum veniens staret supra ubi erat puer*. Hoc autem non soli illi viderint, sed etiam omnes circum accolæ, ac nominatim viæ duces & comites Herodiani: qui deinde quod viderant Regi suo renuntiantes, rem minime dubiam fecerunt videri tyranno: cumque nec Puer nec Magi invenirentur amplius, ad ferale decretum contra infantes suaserunt prosilire. Scio vulgariter dici, & multorum Sanctorum Patrum fuisse opinionem, quod usque Hierusalem comitata Magos Stella, ibi primum

divinæ edocti quod indicaret,

venisse Hierosolymam;

præcedere ipsos desierit: sed nihil simile indicant ipsi, D cum ajunt, *vidimus Stellam ejus in Oriente*; qui, si fuisset aliud istud, dicere potius debuissent, *deduxit nos Stella ejus ex Oriente huc*: & rursus digressis ab Herode dicenda fuisset apparuisse *Stella, quæ deduxerat eos ex Oriente*.

indeque in Bethleem.

20 Occasione hujus tam mirabilis Stellæ, placet simile quidpiam referre ex Vita sanctæ Principis Joannæ, filiæ Alfonsi V. Lusitaniæ Regis, in Averiensi Ordinis Prædicatorii Cœnobio mortuæ anno 1490 prout ex publica oculataque totius oppidi fide illud scripsit ipsius coæva & domestica, Soror Margarita Pineria, in hunc modum: Anno Domini 1472. mense Martio, cœpit supra hoc monasterium Averiense apparere cœleste signum, perquam evidens ac manifestum; videlicet quod, postquam sol occubuerat, monstrabat sese ingens Cometa, per modum stellæ, quæ etiam turbato aere, cœloque obscurato ac pleno nubibus, ceteris stellis nusquam apparentibus, semper tamen conspiciebatur, luce integra refulgens usque ad auroram, fixaque continuo supra Conventum, nec umquam inde moveri solita, ubi sub noctis principium videndam se dederat; videlicet supra dormitorium, aut potius supra locum in quo postea D. Infanta

similis forte stella an. 1472. visa in Lusitania,

E ædes fabricandas curavit; specialiter vero supra eam partem, quæ hodie manuum labori destinata, nomen inde retinet, alias autem supra partem, quæ modo servit pro sacristia. A prædicto autem Cometa sive Stella tendebatur grandis & clarus radius, ac bene largus, nisi quod sub finem nonnihil restringebatur: qui radius egrediens ex ipso Stellæ centro, & totius cœli spatium permeans, pertingebat usque ad crates monasterii, absque ulla sui diminutione vel accretione affixus & lucidus. Quandoque vero, cum supra sacristiæ locum apparebat Stella, radius inde progrediens circuibat per cœlum a cratibus usque ad dormitorium; alias autem ipsa quidem Stella manebat supra prædictum dormitorium, radius vero circumducebatur usque ad sacristiam: atque ita semper cernebatur, modo ab una; modo ab altera parte, ne una quidem nocte deficiens a Completorio usque ad Auroram, quando subito disparebat, quemadmodum noctu etiam subito solebat apparere. Magnam admirationem cunctis intuentibus adferebat tam admirabile & insolitum prodigium, erantque variæ variorum de illo opiniones: cum enim tale nihil nostris temporibus umquam esset conspectum, credebatur effectus causæ omnino miraculosæ esse; notabaturque ab omnibus hora,

supra monasterium Averiense,

F qua videri incipiebat ac desinebat; nec non mutatio, quam faciebat de nocte in noctem, modo ad unam, modo ad alteram monasterii partem sese offerens oculis.... Ipsa nocte diem XXX. Julii sequente, quæ adventum Dominæ in oppidum excepit, Stella illa non comparuit, aut tunc aut postea, uti neque radius ab illa procedens; unde cunctis certo datum est intelligere, lucem illam fuisse divinitus destinatam, ad præsignandum mentis puritatem bonique exempli splendorem, quo perfusura locum Domina erat.

21 Hactenus Vita, ex veteri Lusitano Latine reddita, & pro supplemento diei XII. ubi prætermissa fuit, ad aliquem ultimorum Tomorum danda. Hinc concipere aliquis possit formam Stellæ, qualis ultimum apparuit Magis Bethleemum euntibus, suo quem tunc jaciebat radio attingere visa locum, in quo puer erat; caput autem eo versus promovere tantum, quantum illi procedentes appropinquabant oppido. Alias dispar valde ratio fuit Stellæ utriusque sicut etiam dispar erat finis. Averiensis enim, solis incolis data pro signo, ideoque modice elevata, extra oppidum vix aut ne vix quidem videtur conspici potuisse: Christi vero nuntia, vocandis procul positis Magis destinata, sublime prorsus erigi debuit; ut curiosis oculis cognitu

cum nonnulla tamen differentia

facilis

A facilis esset, tamquam nova nec alias apparens, & nubilo cœlo subduci oculis æque ac aliæ. Hæc habui, Pater optime, quæ ternis Tuis eruditissimis reponerem; non tam quid ipso actu fuerit, quam quid potuisse fuisse explicans: neque Chronologiam, recte constitutam a te, mutatam cupiens; sed dumtaxat consultans, teque interrogans, utrum Ἀκολουθία Evangelica non possit commodius obtineri, intelligendo Lucam de anno trigesimo, ante tredecim dies recens completo, quam solum per dies totidem inchoato. Antuerpiæ, Pridie Kalendas Maii 1685.

Totus tuus in Christo

Daniel Papebrochius.

EPISTOLA II.

An dato quod Christus integro anno ante initium vulgaris Æræ natus sit, Magorum adventus in æstatem similiter præcedentem, & Baptismus Christi in æstatem anni XXIX. *referri possit?*

B

Orientalibus olim festis Natali atque ac Adorationem celebrare 6. Januarii,

LEgenti tibi, Pater amantissime & eruditissime, Consultatoriam Epistolam meam, accidit haud dubie hærere in numero ibidem 10. atque mirari, quomodo non cogitaverim, Orientales illos, ad quorum exemplum conor sustinere, eodem quo Christus natus est die, post anni unius circulum, contigisse Adorationem Magorum, ipsam ejus nativitatem primis quatuor seculis celebravisse die 6. Januarii, eodem quo Christi Baptismum die, & eodem quo Occidens hodiedum celebrat eamdem Adorationem. Equidem fateor id mihi tunc in mentem non venisse; solum enim in eo laborabam, ut uno anno citius Christum natum persuaderem, ex iis quæ inter Magorum adventum & Herodis mortem scimus accidisse. Sed neque nunc, ea de re monitus a Claudio Castellano Parisiensi Canonico, scriptorum meorum diligenti, sed neutiquam erroribus indulgenti lectore, quidquam ex dictis aliud mutandum censeo, quam ut præcitato num. 10. deleantur paucula verba, quibus dicitur, quod Occidentalis ecclesia in die Natalis ad tertiam Missam recitet Evangelium de Magis, *primi moris eatenus retinens.*

cessat ratio dicendi hæc accidisse 25 Decembris.

Dum enim jam constat, in Oriente ignotum fuisse verum Christi Natalem; constat etiam, nec morem recitandi istud Evangelium XXV. Decembris, ab Orien-

C talibus ad Occidentales fuisse derivatum. Sed neque ex eo quod isti, post factam festorum divisionem, in eumdem diem contulerint Nativitatem & Adorationem, efficaciter concluditur, etiam existimasse, quod eodem die res utraque acciderit. Sicut enim Latini in eumdam diem tria mysteria contulerunt, propter eorum aliquam convenientiam, sub titulo Epiphaniæ, adnumerantes iis manifestationem Magis factam mediante stella: sic ex parte Hierosolymitanorum, quorum exemplum secuti Orientales ceteri, magna, imo major apparet ratio, ex vicinitate loci petita, cur duo mysteria, Bethleemi peracta, conjunctim celebranda putarint.

potius quã Januario,

2 Ista ergo congruentiæ verisimilitudine sublata, qua nitebantur, Adorationem Magorum affigentes 25. Decembris; agnita etiam imbecillitate conjecturæ, fundatæ in eclipsi, Herodis mortem præsignasse credita, in eam præcise diem incidente, qua Infantum cædem Græci recolunt (dici enim posset concursus ista mere fortuitus esse, quamquam in ejusdem diei cultu fere Græci conveniant cum Latinis) nulla jam magna causa superest, ob quam non potuerint Reges venisse die 6. Januarii, sicut Occidentalium traditio habere videtur. Certe exiguum dierum XIII. discrimen nihil aut parum facit, ad aptius digerenda ea, quæ ex Josepho retulimus, de extremis Herodis morbis & calamitatibus, inter adventum Magorum & mortem D ipsius. Ceterum ut ista non sinunt, adventum illum diu differri post Kalendas Januarii; sic in nostra conjectura, qua suspicamur anno Juliano XLIV. exeunte natum Christum, nec nisi sequenti anno adoratum a Magis, manet nobis libertas notabiliter anticipandi horum adventum, & (quod est consequens) Infantum cædem, si hoc magis congruum visum fuerit. Videtur autem quod sicut æstivum tempus faciendis itineribus longe aptius est quam hibernum, ita idem etiam opportunius sit adducendis in Judæam Magis, & Christi in Ægyptum abducendi.

vel æstate,

3 Fabella quædam circumfertur de Agricolis; qui, seminantes in annum sequentem, viderint fugientem cum infante matrem; frugibusque una nocte ad maturitatem perductis, inventi postridie sint ab emissariis Herodianis easdem metere; & ipsos, de fugitivis interrogantes, a persequendi consilio abduxerint ambiguitate responsi, quo dicebant, tunc illos vidisse cum seminabant id, quod coram illis tunc metebant; itaque solent pictores nostri, dum fugam prædictam tabulis illinunt, æque solicite exprimere circumstantiam E illam, atque lapsum simulacrorum per viam positorum. Sed uti lapsus iste, ad litteram creditus ab Athanasio, Eusebio, atque Origine, verosimiliter fabulosus est; habet tamen aliquod fundamentum in Isaia dicente; *Ecce Dominus ascendet super nubem levem, & ingredietur Ægyptum; & commovebuntur Simulacra Ægypti a facie ejus:* ita etiam fabella ista, potest habere fundamentum in ipso tempore, quo revera fuga illa accidit, aut accidisse tradebatur. Quo casu libenter dixerim, tunc cœpisse Magis apparere stellam, mense Septembris, cum Sacerdoti Zachariæ annuntiatus ab Angelo filius est, Messiæ secuturi Prodromus; vel cum idem post dies aliquot fuit ab Elisabetha conceptus: hic enim incipiunt Christiana mysteria. Sic porro Herodes, auditis mense Julio vel Augusto Magis, cum, juxta tempus quod exquisierat ab illis, occidi Infantes jussit a bimatu & infra; quamproxime accessisset ad subductos ex eorum relatu calculos, nec tamen exortus Stellæ prævenerit Evangelicæ historiæ principium; totamque ultimam Herodianæ tragœdiæ partem, cum accusatione Antipatri filii inchoatam, antecesserit crudelis Bethlehemiticorum Infantum cædes.

tempore Messis,

ut vulgata fabella circumfertur.

4 Hæc habui circa priorem Epistolam meam indicanda Tibi, Pater eruditissime, quo de tota sententia mea, ut ea nunc est, certius judices & responsum F formes, Paralipomenis nostris inserendum. Nam quod ad diem Christi natalem attinet, actum egero, si scienti velim explicare, quæ ea de re habet Joannes Archiepiscopus Nicænus, in Epistola sub annum DCCCL. aut LX. scripta ad Zachariam, Magnæ Armeniæ Catholicum. Transeo igitur ad alterum propositæ Consultationis caput, & expendendam suscipio sententiam S. Epiphanii, Baptismum Christi affigentis Autumno, dum Hæresi LI. num. 24. asserit, illum Jordane tinctum, *die mensis Athyr secundum Ægyptios duodecimo, id est, Novembris* VII. *scilicet ante* VI. *Iduum Novembris, hoc est ante sexaginta dies nativitatis ipsius secundum carnem,* quam ipse tunc putabat VI. Januarii accidisse; unde etiam post istos LX. dierum calculos, a Baptismo ad Nuptias in Cana subductos, ita subjungit: *in ipsa enim die nativitatis suæ secundum carnem, primum signum fecisse comperitur mutata aqua in vinum, cum explevisset triginta annos, velut sæpe dixi, a carnali suo adventu, quemadmodum suggerit nobis, ut iterum legamus ac deprehendamus, ipsa Evangeliorum certitudo.*

Epiphanius baptizatum Christũ 7. Novemb.

& 6. Januarii manifestatum versa aqua in vinum.

5 Lego Joannis Evangelium, in cujus auctoritate non prorsus incongrue fundatur Epiphanii calculus; sed ibidem, narrato aquæ in vinum versæ miraculo, sta-

Sed hoc Joannes videtur dicere circa Pascha factum,

A statim etiam lego, *Post hoc descendit Capharnaum ipse* Jesus, *& fratres ejus & mater ejus, & discipuli ejus, & ibi manserunt non multis diebus: & prope erat Pascha Judæorum, & ascendit Jesus Hierosolymam*. Atqui annus communis æræ xxx. quo Luna xx. Christianis, si qui tunc fuissent, Pascha suum dedisset ix. Aprilis debuit illud dedisse Judæis die circiter IIII. Aprilis. Hinc vero ad VI. Januarii retrocedendo, tres fere menses invenirentur, medii inter diem Nuptiarum & Pascha Judæorum; qui sane bene multos dies efficiunt, contra quam dicere videtur Joannes. Sin autem dixerimus, cum Orientalium omnium communi sententia, Christum VI. Januarii aquis Jordanis tinctum a Joanne; non multum profecto laborabimus, ut per assignatos ab Evangelista dies ad diem Nuptiarum, indeque per dies non multos ad Pascha pertingamus. Dicitur enim jejunium dierum XL. Christo absolutum fuisse die XV. Februarii, hinc (ut Epiphanii calculo & verbis utar) *una hebdomada aut paulo amplius in Nazareth a diebus tentationis; & prima dies apud Ioannem, itemq; secunda: & rursus a Ioanne prima & secunda, quando secutus est ipsum Andreas, deinde Simon Petrus; & postea die, velut Evangelii consecutio habet, Philippi vocatio ac* B *Nathanael: & deinceps tertia die nuptiæ factæ in Cana Galilææ, post prædictos duos*.

adeoque baptizatum Christum in Ianuario:

6 Hujusmodi calculus paulo laxius sumptus (quia nihil cogit istæc omnia cum Epiphanio constringere intra dies XX.) laxius, inquam sumptus istiusmodi calculus, facile supputantem deducet bene profunde in Martium, atque adeo proxime ad Judæorum Pascha; quod sic demonstro. Regressum in Galilæam post jejunium quadragesimale Jesum adduco in Nazareth die XXI. Februarii: nec enim ex loco deserti, in quo jejunavit, paucioribus quam quatuor diebus perveniri potuit, a pedite expedito & octo quotidie leucas cœlestis spatii emetiente, ut de viarum amfractibus nihil statuam, die autem XVIII. quia Sabbatum erat, nec licebat Judæis iter facere, quietem tenere Christum oportuerat. Naxarethi deinde triduum saltem unum, ordinandis ad longiorem absentiam rebus, impensum volo; quo transacto & Sabbati quiete observata, redire cœperit ad Joannem Jesus die XXVI. Februarii; & feria VI. id est III. Martii, junxerit se Judæis, ab Hierusalem ad eumdem Ioannem euntibus; interque eos ipsis ignotus ostenderit se Baptistæ suo, statimque recesserit; ut potuerit ad litteram verificari, quod mox legitur; *Medius autem vestrum stetit quem vos nescitis*. Hic vero bene notandum quod additur: *Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem*, sesqui diei itinere ab Hierusalem, & quinque vel sex a C Nazareth. *Altera autem die vidit Ioannes Iesum venientem ad se*, puta post quietem Sabbatinam die v. Martii: *& ait Ecce Agnus Dei*.

hinc enim facile post 40. dies jejunii, venitur ad mediam Februarium;

& post Ioannis de Iesu testimonium in Bethania,

7 Tum vero rursum *altera die, respiciens Iesum ambulantem* Joannes, idem ei dedisse legitur testimonium: Sed ubi & quando? Magnam enim latitudinem patitur vox illa *die altera*; neque necessario significat immediate sequentem, sed idem est, ac, *Alia quadam die*: & quæ sequuntur in Evangelico textu de vocatione primorum discipulorum, persuadent Joannem, cum hæc fierent, Galileæ finibus quam Bethaniæ, ubi antea a Christo & Judæis inventus fuerat, propiorem fuisse. Detur ergo conjecturæ locus, dicaturque (si placet) Joannes ipse, transito Jordane, venisse itinere bidui *in Ænnon juxta Salim*; de quo loco legitur Joannis III. *quia aquæ multæ erant illic, & veniebant, & baptizabantur*. Ita secundum testimonium fuerit Jesu a Joanne datum VIII. Martii; & duo ex Ioannis discipulis, quorum unus Andreas, secuti sunt illum, usque in hospitium suum, puta in Salim, manseruntque cum eo die ista. Sequenti autem die, puta VIII. Martii & feria IV. Andreas per lacum Genezareth navigaturus Bethzaida; invenerit Petrum, adduxeritque ad Jesum; eo adhuc loco manentem, ubi Andreas cum ipso noctem egerat. *In crastinum autem*, id est, IX. Martii, *voluit exire* Jesus *in Galilæam, & invenit Philippum*: deinde *invenit Philippus Nathanael Et die tertia factæ sunt nuptiæ in Cana Galilea, & erat mater Iesu ibi; vocatus est autem Iesus & discipuli ejus ad nuptias*. D

atque in Ænnon

8 Hic ego non satis capere possum præcipitantiam interpretum; qui *alteram*, & *alteram diem*, ac deinde *tertiam* faciunt sibi immediate succedere, non considerata locorum distantia; cum interim & *Nazareth*, & multo magis *Cana*, bidui itinere abessent a loco ubi discipuli primi a Jesu suscepti fuerant. Cogitare etiam oportuerat, quod Jesus cum discipulis vocari ad nuptias non potuerit, nisi jam aliqua eorum ascitorum fama usque in Cana præcucurrisset. Denique animus erat reflectendus ad ea quæ Matthæus Cap. IV. narrat, de iterata magisque seria duorum illorum, nec non filiorum Zebedæi vocatione, quæ prædictas nuptias procul dubio antecessit Equidem mihi videor longe convenientius cogitare posse, quod Jesus, remissis ad propria Andrea atque Petro VIII. Martii, *voluit* quidem *in crastinum exire in Galilæam*: & Capharnaum advenerit die x. ubi mox in Sabbato die XI. Martii, *cœpit prædicare* ......, & XII. Martii, *ambulans juxta mare Galileæ, vidit duos fratres* .... *& procedens vidit alios duos fratres*: utrique autem *relictis rebus secuti sunt eum*. Cum his prædicabundus Christus ascenderit paulatim versus Cana, & invenerit Philippum XXV. Martii, atque Philippus Nathanaelem tertia autem die, id est XVII. factæ sint nuptiæ: XVIII. Sabbatum fuit: post quod *descendit Capharnaum ipse* Jesus, *& mater ejus & fratres ejus & discipuli ejus* jam nominati sex: *manseruntque ibi diebus non multis*; puta usque post Sabbatum proximum XXV Martii; quia prope erat Pascha Judæorum, die IV. Aprilis celebrandum. Nempe non solus jam Jesus, sed discipulis ipsaque verosimiliter matre sua comitatus, opus habuit moderatioribus itineribus progredi, sic ut Hierosolymam advenerit ultima Martii; ubi prædicans in Sabbato, die I. Aprilis, & alias, forte tertia die, quæ erat Parasceve Paschæ, ementes & vendentes ejecit e templo.

dici possunt Nuptiæ in Cana factæ

E

17 Martii

17. diebus ante Pascha Iudæorum.

9 His ad Evangelium Joannis non incongrue deductis, ut forsan aliis satisfaciam multis, mihi tamen non satisfacio. Et enim a Matthæo dicitur Iesus *habitasse Capharnaum* statim a regressu in Galilæam, ibique & in vicinis oppidis plurima patrasse miracula, & magnam de se famam quaquaversum emisisse, prius quam Nazarethanam Synogogam ingressus, *secundum consuetudinem suam*, ipse sibi quasi ex ore civium suorum objiceret, *quanta audivimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua*. Hinc autem vehementer moveor, ut inter Baptismum Christi, & primam in Naxareth post Pascha concionem, multo longius tempus intercessisse suspicer, quam mensium duorum; ipsumque Salvatorem, tum ante nuptias longiusculam moram traxisse Capharnai, unde etiam ibi habitare dicebatur; tum etiam postea serius aliquanto revertisse illuc: ideoque (si Tibi, Pater, videatur) nihil libentius fecerim, quam cum Epiphanio primum Christi miraculum, *quo manifestavit gloriam suam, & crediderunt in ipsum*, tamquam Dei filium & Messiam *discipuli ejus*, patratum fuisse VI Ianuarii. Ista enim fuit vera & propriissime dicta Christi, *Epiphania*, id est, Manifestatio: de ceteris autem videor mihi dicere posse, quod S. Hieronymus super Ezechielis cap. I. scribens ait de Nativitate, *Tunc absconditus est, non apparuis*; licet annuntiatus pastoribus ab Angelo, agnitus a Simeone & Anna, adoratus a Magis, & revelatus Ioanni a Spiritu sancto. Siquidem istæ quasi privatim factæ manifestationes, non fecerunt eum sic notum, ut post eas non pergeret adhuc latere: con-

Sed ut hæc Ioanni satis sint, non item Matthæo:

F

Ideoq; propendeo ut Nuptias suspicer factas 6. Ianuarii, ab hinc Epiphania dicto,

versio autem aquæ in vinum, tota mox Galilæa celebrem reddidit; & Apostoli, qui præsentes adfuerant, & de aqua in vinum versa biberant, hunc sibi diem memoriæ videntur tenacius imprimere potuisse; dies vero mysteriorum, quorum testes esse oculati non poterant, segnius aonotasse.

licet Hierosolymitani solennius colerent Baptismū & Adorationem,

10 Cum autem Jacobus, Hierosolymorum Episcopus, tria præcipua per annum festa, sicut Judæi consueverant, Christianis præscribere vellet, & *Pascha* ac *Pentecoste* quodam præcipuo jure servari se deposcerent; cetera omnia, ipsamque Christi conceptionem, una statuit solennitate peragenda, sub nomine *Epiphaniorum*, assumpto quem dixi die vi. Januarii famosiori manifestatione insignito. Hujus tamen famosioris manifestationis minor ratio habita paulatim sit ab Ecclesia Hierosolymitana, habente vicinam sibi Bethlem, nec adeo remotum Jordanum; quibus in locis natus baptizatusque Christus fuerat, distante autem plurium dierum itinere a Cana Galileæ. Hinc factum sit in Oriente, ut tandem sola *Nativitatis* & *Baptismi* mysteria die isto recolerentur a fidelibus; cum interim Romana Ecclesia, antiquitus docta Natalem seorsim proprio suo die celebrare, alia tria mysteria eodem semper in gradu habuerit, statueritque per octavas Epiphaniæ æqualiter recolenda, præsertim *Adorationem Magorum*; utpote qui fuerunt primitiæ Gentium, in quibus & se vocatam illuminatamque gratanter commemorabat. Atque ita manet reddita ratio, cur Græci Patres, ex Hierosolymitana institutione habentes ordinata Sacra, in suis de Epiphania Homiliis plurimum loquantur de *Nativitate*, deque *Baptismo*; de *Magis*, deque *Nuptiis in Cana*, nihil: postquam autem *Nativitatem* a *Baptismo* didicerunt separare, cœperint quidem *Magorum* meminisse, ut probant S. Joannis Chrysostomi Homiliæ, sed non nisi conjunctim cum *Nativitatis* mysterio, quia utrumque fuerat gestum eodem loco, qui tunc solennius adibatur.

Ea posita inter Nuptias & Pascha habebitur trimestre,

11 Talia si placet ratiocinatio, primum quidem dicam, ex Cana in Capharnaum cum matre, fratribus, & discipulis descendisse Iesum; sed lento itinere, concionabundum per oppida & synagogas Galileæ, atque miracula plurima facientem ubique, unde ejus fama quaquaversum exierit; itaque expensum Januarium reliquum, atque etiam totum Februarium: deinde, post dies non multos Capharnai transactos, puta dies xv. a iii. Martii usque ad xix. cœperit eum eodem quo venerant comitatu ascendere in Hierusalem; quo primum advenerit ii. Aprilis, præmissa sui fama, quam patratis in via miraculis collegerat. Hierosolyma vero regressus in Galilæam, venerit in civitatem suam Nazareth, ubi nutritus fuerat; ibique primum concionatus sit mense forsitan Majo, eo successu quem narrat Lucas Cap. iv. In eadem hypothesi miraculi, ad nuptias viii. Idus Januarias patrati, æque nullam difficultatem habebit processus a Baptismo ad Nuptias. Sive enim Joannes cœperit prædicare & baptizare integro anno antequam ei se offerret Christus, ut vult Natalis Alexander; sive, ut Tu ei concedis, dimidio; semper inceperit *anno decimo quinto Tiberii Cæsaris*. Hic enim annus incepit xix. Augusti, anni nostri xxviii. & usque ad alterum Augustum extenditur: adeoque in ea sententia, ex qua procedit hæc Consultatio, Ioannes, circa Pascha anni ipsius xxix agebat ætatis suæ annum xxx. post duos circiter menses complendum, circa quod Pascha libenter dicerem eum cœpisse: Christus vero, si ei se baptizandum stitit die circiter xx. Septembris, fuerit *annorum quasi*, seu fere, *triginta*, tribus solum mensibus & quinque diebus ad plenum tricenarium deficientibus; Iejuniique & Tentationis tempus quadraginta dierum finiverit exeunte Octobris. Inde in Nazareth rediisse ad matrem suam Iesum statuerem iv. Novembris; ibique [illegible] quiescentem, viii. iterum egressum Nazaretho; unaque cum missis ab Hierusalem Pharisæis conspiciendum se obtulisse Baptistæ, die xii. Ioannes altera mox die testimonium de illo dederit coram discipulis suis, atque peracto Sabbato ex Bethania progressus in Ænnon, post alterum Sabbatum ibi actum, secundum testimonium dederit Iesu xvi. ejusdem mensis; sequentibus eum duobus ex Ioannis discipulis usque ad mare Galilææ, quo unus eorum Andreas postera die adduxerit fratrem suum Petrum.

Cœpisse exeunte Novembri prædicare Capharnai,

12 His autem Bethsaidam renavigantibus, remanserit ibi Iesus, quoad intellexit Captivitatem Ioannis. Tum vero etiam transiverit in Galilæam; non regressus in Nazareth, sed ea præterita ingressus Capharnaum, facturus in eo initium prædicandi primo ex quo illuc appulerat Sabbato, puta xxvi. Novembris; & prædicationem ibidem atque in vicinia continuans, interimque discipulos nonnullos suscipiens, annum istum ad finem perduxerit: ipso vero anni principio invitatus ad Nuptias, futuras in Cana, adhuc iii. Ianuarii cum Nathanaele egerit, deinde præfatas Nuptias sua præsentia honoraverit, die vi. anno xxx. vulgaris Æræ, ætatis vero suæ xxxi. recens inchoato. Quotquot hebdomades vel etiam menses Capharnaiticæ ante Nuptias commorationi adjunxeris, totidem mensibus anticipes licet & Ioannis initium & Christi baptismum mihi nulla apparet necessitas mutandi quidpiam. Tuum nunc est, Pater Reverende, videre an & quatenus probare hæc possis, meque benignitate consueta dirigere atque instruere. Nunc patere, ut, quod scientem docere non debui, id Lectori minus versato in talibus exponam distinctius: qua scilicet ratione persuasum Orientalibus sit, *Natalem Christi* proprio suo die celebrare.

Dicitur Iulius PP. Consulentē Cyrillo Hierosolymis.

13 Ioannes, quem supra dixi, Nicænus Archiepiscopus, in hunc modum id invenisse narrat: *Scripsit aliquando Cyrillus*, Hierosolymitanus videlicet, *ad Julium Romanum Pontificem*, qui ab anno cccxxxvii. ad ccclii. Ecclesiam rexit, ordinationi Cyrilli qualicumque annis quatuor superstes, annis vero xxxvii. ante illum defunctus: scripsit autem *in hæc verba*: *Magnus est labor ac hominum paucitas in præclaris solennitatibus, eo quod eadem die celebrantur: Lectionesque ac Officia duarum vix media parte absolvuntur, quod nequeamus & Natale Domini celebrare & Baptisma. Nimirum fieri non potest, ut eadem die occurramus ad locum Baptismatis: nam Bethlem tribus millaribus distat ab Hierusalem ad Austrum, Iordanes vero distat quindecim ad Orientem. Iubeat ergo tua Sanctitas perquiri scripta omnia Iudæorum, quæ Titus Cæsar ab Hierusalem prædatus, Romam adduxit: forte inveneris certam diem nativitatis Christi ac Dei nostri. Accepta Iulius Epistola, sedulo ea de re quæsivit. Congregans itaq; Iudæorum scripta omnia, loca spoliorum ablata ac Romā ducta, invenit Iosephi Chronographi scripturam quamdam ab eo exaratam, ut nimirum in mense septimo, in solennitate Tabernaculorum ac die Expiationis apparuerit Dei Angelus, Sacerdosque mutus remanserit, usque dum peperit Elisabeth ejus uxor in senectute*. Ita Ioannes iste Nicænus: qui instituta deinde enumeratione & comparatione mensium Hebraicorum ac Romanorum, demonstrare se putat, die xxiii. Septembris conceptum Ioannem, natum xxv. Iunii; Christum vero annuntiatum Virgini xxv. Martii: concluditque dicens; *in hunc modum Iulius, Romanus Patriarcha, menses Romanorum atque Hebræorum composuit: a quo tempore sæpe Romana Ecclesia lætis gaudiis celebrare natalem Salvatoris diem xxv. Decembris, tradiditque celebrandum universis Ecclesiis*.

probasse ex quodam Iosephi testimonio,

23. Septēb. conceptum Baptistam, atque adeo Christum 25. Martii,

natum 25. Decembris,

14 Utinam Joannes, sicut nobis dedit Cyrilli verba, sic etiam Iulii responsum verbotenus dare potuisset.

A tuisset. Etenim S. Joannes Chrysostomus Serm 31. in Natali Domini, babito ad Populum Antiochenum sub annum CCCLXXXVI. decimo anno postquam ista festivitas, quemadmodum pridem optasse se ait, suscepta fuerat Antiochiæ, diserte affirmat; quod *hic dies, ab exordio iis qui in Occidente habitant, cognitus fuit* & mox subdit, novum festum arguentibus nonnullis, propugnari eum diem ab aliis, ut *admodum antiquam, quodq; jam inde a primordio, ab ipsa Thracia Gades usq; incolentibus cognitus & celebris fuerit.* Deinde, eadem fere qua Nicænus ratione subductis calculis, quidquid prolixius antea dixerat in summam colligens: *Semel*, inquit, *in anno ingrediebatur solus summus Sacerdos in Sancta Sanctorum: tunc nuntium de Ioannis nativitate accepit, tunc illuc abiit, tunc uxor ejus concipere cœpit post mensem Septembrem; cum autem sextum jam mensē ipsa in utero baberet, qui scilicet est Martius, cœpit denique, & Maria concipere. Ab Aprile igitur incipiendo novem menses si numeremus, in hunc præsentem scilicet incidimus, quo Dominus noster Jesus Christus natus est.*

sicut ab exordio tenuit Romana Ecclesia.

Sed eadem fere docenti Chrysostomo

15 Sed negata hypothesi, quod Zacharias fuerit summus Sacerdos, quodque ingredienti in Sancta Sanctorum, illudque expianti, fuerit oblata visio [quæ sane optimo jure negatur ex Luca, indicante unum B aliquem ex communi Sacerdotum inferiorum ordine fuisse, cui tunc forte obtigerit ponere incensum super altari, quod stabat extra Sancta Sanctorum] negata inquam hypothesi, ruit [quod salva reverentia S. Chrysostomo debita dixisse fas sit] tota istæc ratiocinatio, nisi succurrat prætensa apud Nicænum auctoritas Josephi, secundum quam affirmetur, quod die eodem, quo summum Sacerdotem contigerat ex lege ingredi in Sancta, non sine sanguine expiationis, obtigerit etiam Zachariæ sors ponendi incensi. Atqui Chrysostomus non meminit Josephi, mentionem sine dubio facturus, si Antiochenis nota fuisset Epistola Iulii, allegantis Josephum, in cujus alioqui extantibus nunc scriptis tale nil legitur. Præterea, ut in hypothesi aliquid forte valeat ratiocinatio utraque, ad definiendum mensem concepti Joannis; non valet ad definitionem diei. Rursus autem mensis sextus ab ejus conceptione, cum habeat latitudinem dierum triginta, nequit determinare diem Incarnationis, atque ita consequenter. Dato enim quod Baptista conceptus fuerit XXIII. Septembris, ut habeas diem XXV. Martii, probare aliunde debes mensem sextum expletum, & septimum inchoatum fuisse, cum venit Angelus ad Mariam. Istud autem de XXIII. C Septembris æque incertum est, etiam in prædicta Hypothesi. Ut enim concedatur decimum diem mensis Tisri anno illo concurrisse cum XXIII. Septembris Romani, fuisset is dies in communi quidem sententia, statuente Christum conceptum & natum anno communis Æræ epocham immediate prægresso, tertius dies post Sabbatum; in nostra, fuisset dies secundus: ministrabant autem Sacerdotes Aaronici per vices familiarum suarum, de Sabbato in Sabbatum, quando non licebat eis ad uxorem accedere; viris quoque ministrantibus, mulieres verosimiliter manebant in loco habitationis suæ, quam Elisabeth babebat in Montanis Judeæ, quatuor circiter leucis ab Hierusalem. Ut igitur Zacharias domum se contulerit, statim ab expleta hebdomade ministerii sui; non potuit Joannes fuisse conceptus, nisi post XXIX. aut XXX. Septembris.

ignota fuit ista Iulii Epistola & Iosephi auctoritas.

neque ex hac certo habentur dies concepti Baptistæ & Salvatoris.

16 Quapropter, dimissis ejusmodi calculis, tum quoad Joannem, tum etiam magis quoad Christum incertis, si non circa mensem, saltem circa mensis diem; existimo Julium, si vere scripsit, aliud non scripsisse Cyrillo, quam quod Romana Ecclesia totusque Occidens traditione acceperit, celebrandum Natalem Domini XXV. Decembris; eamq; traditionem confirmasse auctoritate Josephi præallegata, si hæc etiam reapse inventa fuit. Istum autem diem Romani habuerint

Dixerit ergo utriusque Natalis, ex Apostolica traditione & Censuum libris haberi potuisse.

vel ab Apostolis aut Luca Evangelista, qui etiam post D scriptum Evangelium potuit ex Deipara, desuper consulta, eumdem distinctius didicisse; vel, quod opinatur Chrysostomus, ex libris Censuum in Judæa habitorum Romæ servatis; ad hos enim libros, velut publice extantes suo tempore, appellat seculo tercio ineunte Tertullianus. Istos tamen libros haud neglexisset, ut existimo, consulere Julius & Cyrillo allegare, si potuisset; unde dubia mihi fit ejus prætensa Epistola ad Cyrillum, vel ipsorum librorum existentia Romæ, cum Julius gereret Pontificatum, integro post Tertullianum seculo & amplius. Ut ut est, ista qualiscumque Julii definitio, quemadmodum non spectabat ad fidem, ita non statim recepta fuit: & Cyrillus qui eam postulasse dicitur, semel, iterum, ac tertio de Sede sua expulsus, non videtur ei in usum adducendæ animum appellere potuisse ante mortem Constantii; post quam a Juliano Apostata permissus ad Ecclesiam suam redire, fecisse idem Hierosolymis potuit circa annum CCCLXX. aut aliquanto serius, quod anno CCCLXXV. Antiochiæ receptum fuisse ex Chrysostomo scimus, veteri usu conjunctorum festorum etiamnum permanente in Cypro & Ægypto. Quomodo deinde Constantinopoli probata mutatio per alias etiam Orientis provincias invaluerit, pergit Joannes Nicænus Archiepiscopus sic narrare. E

Circa annū 370. in Syria capit Natalis Domini ab Epiphania distingui.

17 *Quia magnus Theodosius constituerat Arcadium Byzantii Imperatorem, ac Honorium Romæ; veniens Honorius Byzantium, negotii aliquid confecturus, narravit matri ac fratri, ut Romani sua die Natale Domini celebrarent, cum Lectionibus perfectis multisq; Troparii ac Modulis; neque pariter festum Baptismatis die propria, integre, perfecte, nulla diminutione peragerent, vario festorum apparatu* [puta Adorationis Magorum & primi in Cana miraculi] *nihilque altera ex altera festivitas splendoris amitteret. Porro visa sunt Honorii verba hæc, coram matre & Arcadio fratre, optima. Rei vim sancto Patriarchæ Ioanni Chrysostomo indicant. At ille, multa solertia ac alacritate sermonē suscipiens, qui olim sic cuperet festum celebrari, gavisus est. Accersunt ex Cypro B. Epiphanium: qui ex Hebræorum scriptis ac Iosephi Chronographi historia sermonem confirmant, Domini Natalem definiunt* XXV. *Decembris: ut quippe majoribus Iudæis notus erat.* Ita scilicet habet Vita, Joanni & Polybio tam falso inscripta, quam ipsa tota est fabulosa, uti ostendi ad XII Maji, & [sicut puto] haud obscure ex veris ejus gestis evici. parentibus nec tenuibus, nec Judæis, sed opulentis & perquam Christianis natum, licet disciplinis variis etiam Judæorum imbutus, Hebraicarum rerum F notitiam habueris minime vulgarem, quam opera præferunt. *Alii quoq; congregati Episcopi*, inquit idem Ioannes, *sanxerunt celebrandum Natalem in regia urbe* 25. *Decembris. Scripserunt autem ad Theophilum Patriarcham Alexandrinum, ad Ioannem Patriarcham Hierosolymitanum, ac Flavianum Patriarcham Antiochenum: acquiescentesq; universi Patriarchæ, Romanā Ecclesiam secuti sunt: iis porro temporibus Anastasius Romæ Patriarcha erat*, anno CCCXCVIII. creatus, & exeunte CCCCI. defunctus. Res autem credi potest facta ipso anno seculari: quia Ioannes Hierosolymitanus primum ordinatus videtur fuisse sub exitum seculi ipsius IV.

ac deinde etiam Constantinopoli.

audito desuper Epiphanio aliisque Episcopis,

anno 402.

18 *Scripserunt autem* [iidem cum Ioanne Chrysostomo Episcopi] *etiam Epistolā ad magnum Isaac, majoris Armeniæ Præsidem: qui id temporis absens erat a sua Sede: agebat enim in provincia Artaseh, eo profectus cū Rege ad Persarum Regē. Eam ergo Epistolam retinens iniquus Sormach, invenit qua suæ calumniæ vires adderet; atq; ad iniquum Regem, conspirasse Regem Artases atq; Catholicum cum Cæsare. Cui fidem adhibens Persarum Rex, sanctum Isaac exilio multavit: quamobrem nihil ad Imperatorē aut ad sanctum Joanē Chrysostomum ab eo rescriptum est.* Eadem habet Historica Synopsis de Pa-

Armeni non laminatis usum vetere retinentibus,

triarchis Armenia, ad annum usque MCCCXXXV. perducta, & ex codice præferente notam anni MCCCLXVI. anno demum MDCL. Romanis typis edita, cum copiosis Clementis Galgani Annotationibus, sub titulo Conciliationis Ecclesiæ Armenæ: ubi etiam invenitur, quomodo iidem Armeni, absente Isaaco Catholico suo, ut dictum est, conctati suscipere propriam Natalis Dominici celebrationem, tandem sub annum DLX. in Threvenensi conciliabulo schisma fecerint a Græcis, statuerintq; quod, *sicut Christus erat conjunctim* (scilicet in unius, ut blasphemabant, unitate naturæ) *Deus & homo; ita pariter Nativitem & Baptismum ipsius, conjunctim uno die, & non pluribus fas esset celebrare*. Consequenter etiam ibidem legitur, quod perseveraverint Armeni in eo schismate usque ad tempora Patriarchæ sui Ieseni, & annum circiter DCLXXI. quando adducti ad concordiam, cœperunt quidem etiam ipsi divisim celebrare prædictas festivitates; sed annis dumtaxat XCV, in rectæ fidei tranquillitate permanserunt, iterumque in schisma relapsi sunt sub Joanne Ozniensi, cum anno DCCLXVI. Monaschiertense Conciliabulum ea de causa adunassent.

usque ad an. 671.

19 Cum autem ab isto Joanne decimus tertius numeretur Zacharias; is ad quem scripta fuit præmemorata Joannis Nicæni Epistola, ejusque successor nonus Dominus Chaccich Ecclesiam rexerit anno Armenorum CCCCXX. qui respondet nostro DCCCCLXXI. uti notat Galanus pag. 411. intelligitur quod prædictus Zacharias, pertineat ad seculum IX. ultra medietatem provectum, ac circa an. DCCCLX. floruerit: quæ chronologia editorem Epistolæ præfatæ Combefisium latuit, ut operæ pretium fuerit, eam hic notasse. Conati omnino sunt Innocentius II. & Eugenius III. seculo XII. inchoato electi Pontifices, datis ad Gregorium Patriarcham litteris, eum ad resumendam concordiam perducere; illiusque frater ac successor Niersea, & utriusque nepos Gregorius alter, propensissimos ad eamdem concordiam se ostenderunt; primus anno MCLXX. instituta cum Theoriano Græco Theologo super controversiis collatione; alter, coacta Tarsiensi Synodo sub annum ab inde septimum. Verumtamen moriente ad annum MCLXXX. Manuele Comneno Imperatore, *cum gravissimo cunctorum Patrum mœrore*, divinum hoc opus imperfectum remansit usque ad annum MCCCVII. quo Sisense Armenorum Concilium reuniendas Ecclesias decrevit, scriptis a Gregorio Patriarcha Canonibus, quos ejus successor Constantinus, decimo post anno, in Synodo Adanensi confirmandos curavit; haud modicam tanto in bono partem habentibus Catholicissimis tunc Gentis istius Regibus; Haytone Ordinem Minorum professo, filio ejus Leone, atque Oscino, hujus patruo, illius fratre, & utriusque successore.

Et rursum ab an. 966.

usque ad an. 1307.

20 Sed neque in Ægypto recepta fuit, statim ac probata Constantinopoli, festorum Dominicorum divisio. Nam S. Isidorus Pelusiota, post annos ab ea divisione XX. aut XXX. diserte scripsit, quod, cum Theophania, aut secundum carnem Nativitas, Dominica die occurrit (ubi nota in singulari eum dicere, *occurrit*, tamquam de unico festo, licet duo nomina habente) *duplicem solemnitatem efficis, ac veluti festum in festo*. Et Joannes Cassianus, Isidoro suppar, Collat. 10. *In Provincia*, inquit, *illius Sacerdotes Epiphaniorum diem, vel Dominici Baptismi vel secundum carnem Nativitatis esse definiunt: & ideirco utriusque sacramenti solemnitatem, non bifarie, ut sub Occiduis provinciis, sed sub una die hujus festivitatem concelebrant*. Hinc factum existimo, quod Justinus Imperator seculo denique VI, ut ait Nicephorus lib. 17. cap. 28. *toto orbe terrarum Christi Nativitatem honorandam constituit festo die*, scilicet proprio, & ab Epiphania distincto, quomodo jam pridem fiebat Constantinopoli: sicut Justinianus Imperator paulo post fecit de festo Hypapantes seu Purificationis: quam oportet ut ii, qui VI. Januarii Christum natum credebant, primitus celebraverint XIV. Februarii. Istud autem mysterium, quia Hierosolymis gestum, non miror si festum quoque antiquissimum ibidem sit, licet Romana Ecclesia serius illud susceperit, ac forte primum sub Justiniano, aut quando Orientalibus tradidit Nativitatis festum: quando etiam videtur ordinatum festum Annuntiationis: nam & hoc in Oriente ab initio celebratum fuisse, videtur ex antiquissimorum Patrum Græcorum homiliis constare, & ipsis in VI. Aprilis debuit incidisse.

Ægyptii quoque perseverunt, eadem festa conjunctim agere

Festum Purificationis quando cœptum?

21 Quod autem & hæc & cetera Beatæ Virginis festa serius susceperit eadem Romana Ecclesia, colligo ex vetustissimo Ecclesiæ Carthaginensis, ad normam Romanam ordinatæ, Kalendario, Tomo 3. Analectorum Mabilionis. Ibi enim ea absunt omnia, adest tamen VIII. *Kalendas Ianuaris Domini nostri Iesu Christi filii Dei* festum, scilicet Nativitas; & V. *Kalendas Sanctorum Infantium, quos Herodes occidit*; & VIII. *Idus, sancta Epifania*; & VIII *Kalendas Iulii, S. Ioannis Baptistæ* item Nativitas. In Sacramentario vero Gelasiano, nuper Romæ edito, cum aliis vetustissimis ejusdem argumenti, sub titulo Codicis Sacramentorum, adsunt Deiparæ festa, *Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis, & Assumptionis*; quas vix dubitaverim omnes in Hierosolymitana Ecclesia primum institutas fuisse, Auctore forsitan S. Cyrillo, indeque paulatim propagatas. Noto autem quod ex diebus natalibus, tam Christi quam Baptistæ atq; Deiparæ, quos libri censuales suggessisse potuerunt, facile fuerit Conceptionis diem cuique congruum definire, per retrogressum novem mensium. *Circumcisionis festum* non novit Codex Gelasianus, sed *Octavas Domini*: Kalendarium vero Karthaginense etiam illas præterit. *Relatio Pueri Iesu ex Ægypto*, VII. Januarii; *Transfiguratio*, VI. Augusti, diebus prorsus arbitrarie lectis, serius longe institutæ fuerunt; uti &, quoad Deiparam, festa *Præsentationis in templo*, XXI. Novembris; ac *Visitationis* apud Elisabeth: nam hæc saltem immediatius secuta est Annuntiationis diem, & tamen ponitur post Octavas nati Baptistæ II. Iulii, quando Constantinopoli alia ex causa celeberrimum festum agitur D. Virginis in Blachernis; novissime autem etiam *Desponsationis* & *Expectationis partus* ab Hispanis assumpta sunt Officia, soli Clero festiva: quæ cum ipsa quoque, lecto arbitrarie die, sint instituta; mallem in priori Epistola mea, mentionem Desponsationis omitti.

quando nõ alia festa Deiparæ?

22 His sic deductis, & in epitome Tolosam missis XXII. Januarii anno MDCLXXVI. cum jam aliud nihil quam eruditi senis responsum præstolarer, Burdegala nuntiatur, obiisse illum, prius quam vel exemplar Conatus nostri destinatum sibi, vel ultimo missam Epistolam accipere potuerit; obiisse autem Tolosæ, in festo Purificatæ Virginis, cujus immaculatam Conceptionem propugnaverat ante XXXV. annos, libro cui titulus, *Vincentius victus, sive Confutatio libri Petri de Vincentia, contra Immaculatam Deiparæ Conceptionem editi*; qui quidem liber primum Montalbani in Gallia prodiit anno MDCL. in octavo, deinde anno MDCLX. Panormi in Sicilia recusus fuit. Affectus catarrho ante octiduum, vir annorum LXXVII. aut amplius, de more hora quarta matutina surrexerat, seque ad orationem, consuetam omnibus, componere cœperat; cum deficere sese sentiens, raptim iteravit, quam pridie vesperi fecerat peccatorum Confessionem; extremæque Unctionis sacramento munitus (hoc enim per temporis angustias solum licuit) expiravit placidissime, ante quintam horam.

Speratum ad ista responsum

prævenit Possini ipsius obitus 2. Febr. 1686.

23 Post multas, & in novissima Societatis Bibliotheca

Ejusdem lucubrationes recensentur.

theca enumeratas lucubrationes. Roma Tolosam reversus in Provinciam suam unde venerat, Narbonæ natus, primo vulgavit *Par Dissertationum in Matthæum, de genere Herodis & Hebdomadibus Danielis*; deinde *Thesaurum Asceticum, sive Syntagma opusculorum octodecim a Græcis olim Patribus de re ascetica scriptorum*, ex MSS. Codicibus; cum *Enarrationem Apocalypsis*; justum utrumque opus in quarto. Et jam præ manibus habebat, utinam & perfectum reliquisset! aliud grandius, sub titulo *Occursus Prophetiæ & Historiæ, in Mysteriis Vitæ, mortis ac Resurrectionis Christi*; & huic præponendam *Dissertationem Prooemialem de adventu Christi, non nisi post prævisum Adami lapsum decreto*, amiserat in lucem, cum *Supplici Carmine ad Verbum Æternum Incarnatum, quo ab eo venia petitur scrutandi Scripturas quæ de ipso extant, curiositate intra fines se tenente debitos*.

24 Quam in hoc opus ultro fluxura fuerit resolutio eorum, quæ nunc cum ipso consultabundus tractaveram, nemo non videt; quapropter non potest non acerba accidere mihi mors, alioqui non immatura, tam eruditi Patris, tamque facile soluturi omnia quæ animum hactenus suspensum retinent. Interim jacturam ea morte factam juvat utcumque solari distinctiori designati operis cognitione, qualem a R. P. Rodellio accepi, prius quam is Tolosa migraret ad regendum nostrum Apamiense Collegium. *Titulus*, inquit ille, *generalis* hic erat. *Occursus Prophetiæ & Historiæ, in eventibus jam patratis rerum, Scripturis Canonicis prædictarum, Exercitationibus exegeticis declaratus*. De ejus partitione sic loquitur in Præfatione Auctor. *Vastum opus in quatuor Partes partior. Prima, quam modo unicam edo successuris mox ceteris, a conditu Mundi usque ad Salomonis obitum percurrit annos octo supra ter mille, librorumq; Canonicorum quindecim loca obscurissima pertractat, ex cetera quoque Scriptura non paucis per occasionem libatis. Hanc excipiet Pars altera, rem ab initio regni decem Tribuum, ad Herodis primordia, continuo filo deducens. Tertia dehinc vitam Christi considerabit universam, in ejus morte, descensu ad inferos, ascensu ad cælos desinens. Quartæ initium, ab initio Prædicationis Evangelicæ die Pentecostes ab Apostolis facto, perduco per varios sacris libris prædictos secularium aut ecclesiasticorum eventus rerum, ad ultimam Romani Græcorum Imperii catastrophen, excidio Constantinopolitanæ Urbis a Turcis expugnatæ patratam anno Christi 1453. Hæc si quis attenderit, ita unum constant, ut per se tamen etiam ab aliis abrupta usum ac locum tueantur, in eo dissimilia membrorum, quæ a capite abscissa nec habere prodest nec juvat cernere.* Totius hujus argumenti *nihil repertum est absolutum præter primam Partem: sed & hanc*, inquit Rodellius, *videtur Auctor nitidius describere voluisse, sic enim habentur ab ejus secunda manu quaterni duo: dividitur autem Pars illa prima in libros tres, subdivisos in varias Exercitationes ut appellat. Secundæ partis nihil apparet, præter libri 1. Exercitationes sex, quales etiam quatuor solummodo inveniuntur, inchoaturæ librum 1. Partis tertiæ: pro Quarta nihil reperitur. Est verosimile, solam primam absolutam fuisse, etsi de toto opere ut jam completo loqueretur, eo quod totum forte haberet designatum in schedis, quas non sit facile colligere in ordinem, nedum perficere.* Utinam nihilominus easdem cogitationes resumat post Possinum aliquis, doctrina & felicitate pari excipiens relictam ab illo lampadem, nostris tenebris inferendam. Etenim protestor, in præmissis nihil a me asserendi causa propositum, sed solum animo exquirendi judicia peritiorum.

& capti majoris operis œconomia explicatur.

EPISTOLA III.

Ad Illustriss. D. Emmanuelem a Schelstrate, Vaticanæ Basilicæ Canonicum & Bibliothecæ Præfectum,

Pro majori elucidatione prioris Epistolæ,

Volentibus Henschenianam sententiam tenere de 5. annis, vulgari Epochæ præponendis,

NOn sine ingenti lætitia intellexi, ANTIQUITATI, secundis Tuis curis ILLUSTRATÆ, accessuras aliquot Dissertationes Chronologicas: in quibus Henschenii nostri, imo antiquitatis pene totius sententia, de Christo *Duobus Geminis Coss.* passo, atque adeo totis quinque annis & septem diebus ante Epocham æræ vulgaris nato, multipliciter confirmaturus sis, tamquam unice idoneam solvendis omnibus circa argumentum istud emergentibus difficultatibus; & adversas aliorum rationes, a Possino nostro in epitomen collectas, refutaturus. Idem acturum se mihi scripsit eruditissimus P. Antonius Pagi in sua, quæ nimium diu prodire cunctatur, Anatheoresi Critica ad Ecclesiasticos Annales Baronii. Equidem nihil libentius unquam viderim, quam inventum novo-antiquum carissimi mei Magistri, probatum eruditis passim omnibus: & ideo in Conatu, ita me utique sententiæ attemperavi, ut sive XXIX. anno vulgaris Æræ, seu XXXIII. salutifera contigerit Crucifixio, ducenda exinde primi Pontificatus Chronotaxis tale habeat principium, quod teneri cum utravis Epocha possit.

atque ac uno solum anno prius natum Christum dicentibus,

2 Quod in secunda mea ad Possinum Epistola in communem Æram propensior, solum visus sim annum unum ei præponendum requirere; eo feci, ne, si dicenda de Magis atque Herode, deque Baptismo in Jordane, vellem (sicut facile poteram) etiam Henschenianæ sententiæ aptare; rem facerem minus versatis incommodam, & non necessariam iis qui pag. 6. Apparatus vidissent Christi universam ætatem per annos chronologice ab Henschenio explicatam. Eodem enim recidunt omnia, quoad prædictos articulos, sive uno sive quinq; integris annis communem Æram præcesserit Nativitas Salvatoris; quia semper, plusquam integro anno, secuta eam fuerit mors Herodis; anno scilicet vel quarto vulgari Æræ prævio, vel primo ejusdem: quorum ultimum qui Christi primum fuisse asserunt, & extremum simul Herodis, nimium quantum arctantur tempore; dum constant Servatorem adhuc initio Februarii fuisse Hierosolymis præsentatum in templo, & Regem opinantur mense Martio, duabus ut minimum ante Pascha hebdomadis, expirasse.

convenit quod Herodes anno ejus 2. obierit.

Anno primo id fieri volentis

prodesset tenere, quod ille obierit in Novembri,

3 Has angustias vehementer laxaret Volumen jejuniorum Judaicorum; si verum sit, quod ibi dixit aliquis legi ad VII. diem *mensis Casleu* (qui nostro circiter XXV. *Novembris* respondet) quasi dies is ideo Judæis festivus sit, quia *in eo Herodes, Sapientum persecutor, mortem obiit*. Neque solis communis Æræ contra Henschenium Teque ipsum Patronis, commoda ea dilatio esset; ex hoc capite non amplius cogendis, quidquam præponere vulgari Epochæ: sed etiam mihi Tibique. Mihi autem specialiter, qui sic possem initium apparentis Stellæ, quod Annuntiationi Prodromi adscripsi, ad sex menses differre, usque in ipsum Verbi incarnati momentum; Magosque ad Christum, menses XIV. natum, adducere; XXIII. ab ejus conceptione mense Martio, eodemque mense occisos Infantes dicere, *a bimatu & infra, secundum tempus quod exquisierat a Magis* crudelis Rex; puta ante XIII. Martii, quam prægressa eclipsis Lunæ a Keplero descripta, indicium fuisset malorum, tyranno divinitus imminentium; ita ut is ipsa die illa cœperit ægrotare, & usque in Novembrem protraxerit pœnas, in suum caput coacervatas.

ægrotare autem cœperit post eclipsim 13. Martii.

Sed prohibet Josephus extremum Regis morbum

4 Sed quentumcumque mihi blandiatur congruentia illa, vetat tamen Josephus ei applicare animum. Hic cum lib. 17. Antiq. Judaic. cap. 8. narrasset quomodo Rex, post missos Romam contra Antipatrum filium legatos, morbo correptus testamentum condidit; scribit, quod desperata deinde salute, magis fuerit efferatus; eo quod Judas & Matthias, Judæorum doctissimi, cognito ipsius incurabili morbo, juventutem ab ore suo pendentem induxerant, auream Aquilam ex tecto templi detrahere; cujus facinoris Auctores Sociosque vivos ille exussit, *qua nocte etiam luna defectum passa est*. Exinde refert, aggravato morbo providisse Regem, ne illamentatus moreretur; jubens, mox ut expirasset, Nobilium Judæorum multitudinem Circo clausam occidi. Litteris tamen Roma allatis, quibus ei permittebatur de Antipatro statuere ut vellet, recreatum aliquantisper docet Caput 9. & Caput 10. complectitur mutatum continuo testamentum, cæsum Antipatrum, ac quinto post die mortuum Herodem: cujus funus Archelaus filius, Rex ex paterno testamento acclamatus, superbissima pompa extulit, atque continuos septem dies defunctum luxit, deinde conciliandis sibi per beneficia animis intendere cœpit.

& mortem describens,

quam in Paschate prædictio fecit, ita sit;

5 Et hæc omnia acta esse ante Pascha ipsius illius anni quo obiit Herodes, certissimum fit ex Cap. 11, si quid unquam ex ullo Josephi loco haberi certum potest. Dicit enim quod INTEREA dum supra notata egebantur, conturbatus Archelaus fuerit, importunitate eorum, qui instante Paschate per ipsos Azymorum dies conglobati, ad mortem postulabant Herodis amicos, in ultionem Doctorum suorum Judæ & Matthiæ: in quos cum totum exercitum idem Archelaus immisisset, ac cæsis eorum tribus millibus dissipasset turbam, ad mare descendit una cum amicis, Romamque navigavit, quo paternum regnum sibi confirmari impetraret. Hæc autem navigatio, sicut immediate secuta est Pascha, sic ipsum immediate præcessit seditio jamdicta, & ante illam plus quam duodecim vel octodecim diebus non potest obiisse Herodes. Nec est quod aliquis suspicetur Archelaum, Herode sub finem Novembris mortuo, iter tam sibi necessarium propter instantem hiemem in anni tempestatem commodiorem distulisse, usque ad Pascha vel anni tertii ante Æram vulgarem, vel ejusdem nec Æræ secundi. Nulla maris discrimina formidet cupido regnandi; maxime si periculum in mora sit, ut revera erat. Nam fratres Archelai, Herodes Antipas atque Philippus, non carebant amicis & patronis Romæ, per quos paterni regni partem poscerent; quam & obtinuerunt, dimidia solum parte Archelao relicta: qui nec hanc quidem multis annis tenuit, sed paucos post annos, accusantibus iisdem fratribus, eadem privatus, relegatusque in Galliam est; &, Judæa in provinciam redacta, cessavit penitus regnum Judæ.

& hac expressa, Archelai profectio Romam.

Jejunium 7 die Casleu, mortem non Herodis, sed occisorum ab eo Sapientum respicere dicitur,

6 Verum quid fiet Volumine jejuniorum? Cura, obsecro, examinari, satisne aut vetus liber is sit, aut fideliter Latine reddita verba, quibus Herodis mors dicitur in eo consignari. Jam enim ex ipsius libri Titulo suspicari incipio, diem VII. *Casleu* ibidem notari, non ut festivo agendum gaudio, sed ut mœsto jejunio recolendum; utque non causa Herodis, *qui Sapientes occidit*; sed ipsorummet Sapientum, *qui ab Herode interempti fuerunt*. Et forte levi punctorum mutatione invenietur factum, ut interpreti activum pro passivo obrepserit, & sic contrarius factus sit sensus. Vide etiam ut accuratum aliquem Ephemeridum Judaicarum calculatorem simul & Astronomum ex illa gente invenias: qui definiat, in quem Romanum diem *septimus mensis Casleu* inciderit, duobus illis annis, quorum uter Herodi penultimus fuerit controverti potest. Nam & si alterutro inveniatur luna tali die passa eclipsim, pro indubitato habebimus, Sapientes, quorum istic cædes commemoratur, igni traditos tali anno fuisse; atque exinde ordiemur tempus quo ægrotavit Herodes, idque dicemus quadrimestre; ceteras autem eclipses omnes assignabiles rejiciemus, veluti ad historiam Herodis nil pertinentes, auctoritate prædicti Voluminis confirmata, ex tam felici & hactenus nemini cogitato concursu; simul etiam habebimus definitum annum, post quem ante sequentis anni Pascha mortuus Herodes credi possit, adeoque & annum nati ante menses circiter quindecim Christi. Quod si nec istis nec aliis vicinis annis reperiamus eclipsim aliquam, *die* VII. *mensis Casleu* notatam: potius quam tali die credam aut Herodem morbo correptum, aut Sapientes occisos, totum illud Judæorum Volumen abjiciam e manibus, & ad ceteras Judaicæ gentis quisquilias ablegabo. Tum vero quid supererit, nisi ut alterutro controversorum annorum aliam quæram eclipsim, quæ mortem Sapientum secuta, Herodis morbum prægressa sit? In ea quam propugnandam suscepisti sententia, offertur eclipsis accurate supputata a Keplero: sed, nisi aliquam priorem invenias, non poterimus cum Josepho finem vivendi Herodi facere duabus aut tribus ante Pascha hebdomadis, nisi fateamur, brevissimum fuisse morbum illum, sub quo tam multa acta idem Josephus scribit. Econtrario, qui primo anno vulgaris Æræ mortuum Herodem dicunt, nullis hic laborabunt angustiis: duas enim ex Grandamico nostro eclipses dabunt eam mortem prægressas, unam 29. Decembris, qua die Infantum cædem Orientales colunt, alteram die 8. vel (ut Sethus Calvisius scribit) 10. Januarii, qua die possumus cæsos Infantes suspicari, si 6. Januarii Christum adoraverunt Magi, sed jam anniculum.

si tali die inveniatur sectio lunaris;

sin minus, separato illo die, tenebimus eclipsim aliam.

alterutro controversorum annorum inveniendam.

Tum vero quid obest, quo minus Magi, Fuga, Infantes diu post nativitatem differantur.

7 His ita positis, ut alterutra in sententia Christus natus sit mense XV. ante obitum Herodis; primo mihi facile assensurum te credo, omnia quæ de Magis, de fuga, de Infantibus cap. 2. Matthæus narrat, facta esse ante ultimum morbum Regis, & quæ eumdem præcessit eclipsim. Nunc quæro, num quid difficultatis reperias in eo, de quo posterius institueram consultare cum Possino; quod scilicet tria istæc aliquantis post Christi nativitatem mensibus, idque intra paucos dies continuos, acta sint; sicut continuo uno tenore ab Evangelista narrantur, dum exposito Magorum recessu, *Ecce*, inquit, *Angelus Domini apparuit in somnis Joseph*; eoque & puero ac matre subductis in Ægyptum, *Herodes, videns quoniam illusus esset, iratus est valde, & mittens occidit omnes pueros*. De fuga, quod differri possit, facile mihi concedet, scio; quando nec vehementer reformidare te indicas, ab ea differenda usque ad XXVIII. vel XXIX. Decembris. De Magis fortasse dubitabis, obstente, quam Baronius prætendere videtur, *recepta in Ecclesia consuetudine*, quod natus XXV. Decembris mundi Salvator, decimo tertio post die sit adoratus in Bethleemitica spelunca, & quadragesimo præsentatus in templo; indeque a parentibus adductus in Nazareth, ibi manserit, quousque apparens Josepho Angelus fugam præscripsit in Ægyptum. Nam qui hoc tenent (uti tenent Interpretum recentiorum plerique) etiam ex Nazareth fugam initam dicunt; eoque se cogi putant ab Evangelista Luca, dicente, quod Joseph & Maria, *ut perfecerunt omnia*, Hierosolymis in templo, *secundum legem Domini, reversi sunt in Galilæam, in civitatem suam Nazareth. Puer autem crescebat* &c.

Non sane Ecclesiæ generalis fuit,

8 Verum, quod ad Ecclesiæ consuetudinem attinet; Orientalis quidem Ecclesiæ ea antiquitus fuit, quam Armeni & Ægyptii ultra sex secula tenuerunt, ut, uno die VI. Januarii, simul recoleret Christi concepti, nati, adorati, baptizati, atque in Cana manifestati mysteria: Occidentalis, licet prioribus duobus

A bus mysteriis proprium diem habuerit a principio assignatum, alia tamen tria sic conjunctim recolenda instituit, ut quid eorum tunc contigerit, ignorare se profiteretur, nec in iis videtur adoratio aliter priorem tenere locum, quam quia prior tempore fuit. Testis nobis S. Augustinus, Serm. i. in Epiphaniam sub initium, dum inquit, *Hodie illud colimus Sacramentum, quo se in homine Deus virtutibus declaravit, pro eo quod hac die sive in cælo Stellam, ortus sui nuntiam, præbuit; sive in Cana Galilææ in convivio nuptiali aquam in vinum convertit; sive quod in Jordanis undis aquas ad reparationem humani generis suo baptismo consecravit*. Et Sermone a. in Sequ. Dominicam, vel ipse, vel potius S. Maximus; *Licet de solennitate diei hujus veterum sit diversa traditio, una tamen sanctæ devotionis est fides: & quamquam nonnulli hodie Dominum Stella duce venientibus ab Oriente Magis æstiment adoratum, alii autem asserant eum aquas in vinum vertisse, quidam vero illum baptizatum a Joanne* B *confirment, in omnibus Dei filius creditur*. Festum porro Innocentium Occidentalis Ecclesia videtur non aliter affixisse Decembri, quam eidem affixit festum Joannis Evangelistæ, licet, secundum vetustiores fastos, in Junio mortui vel translati; ut scilicet continuatione festorum plurium Nativitas Domini evaderet solennior: in quo Romanos sunt imitati Orientales, quando Nativitatem eamdem ab Epiphania distinguere didicerunt; pro Joanne Evangelista assumentes commemorationem Josephi, aliud nullum festum proprium apud ipsos habentis.

non antiquiores Patres,

9 Et hæc dicta de die adventus Magorum; ex usu Ecclesiæ tum indefinito nullam definitionem accipere idoneo, multo magis necesse est dicere de tempore. Nam quos ceteris habemus antiquiores Scriptores, Eusebium, Epiphanium, Augustinum, ii tantum abest ut decimo tertio post nativitatem die Christum adoratum fuisse dicant; ut, dum eodem quo ille natus est die primum apparuisse Stellam putant, non nisi ferme post expletum abinde biennium advenisse Magos in Bethleem statuant. Hoc quidem teneri vetat Herodes, citius obiisse certiori demonstratione probatus. Constat tamen ex hoc ipso errore, quod veteribus istis nullus ex Lucæ textu scrupulus motus sit, quo minus Præsentationi in templo ab eo narratæ, & Nazarethanæ commorationi non nisi post mortem C Herodis inchoandæ, totum id interjicerent quod Cap. 2. narrat Matthæus. Sive autem Hierosolymis in Bethleem relatus est infans, sive ad modicum tempus in Nazareth; oportet tamen ut inde ablatus in Ægyptum sit, ubi futurum erat ut quæreret puerum Herodes ad perdendum eum: quæsivit autem, non Nazarethano in oppido, procul in Galilæa posito; sed in proximo Hierosolymis Bethleemo & finibus ejus: & hic oportet ut fixum parentes Jesu habuerint domicilium, alioqui non diceretur, quod ex Ægypto revertens Joseph, timuerit in Judæam ire habitatum. Si enim ibi habitationem ante nullam habebat, nec cogitare quidem de ea debebat.

non enim ulla;

10 De Herode etiam nimis benigne sentire mihi videtur, quisquis sibi potest persuadere, eum, non redeuntibus ad se ex condicto Magis, nihil commotum fuisse, donec scilicet intelligeret dicta in templo a duobus vetulis, facilius contemnendis, quam tam solenne Magorum indicium. Et hos ille licet visus sit incomitatos dimisisse, ne palam monstrata diligentia metum indicaret, atque jam conturbatam civitatem magis conturbaret; non potuit tamen homo suspicacissimus, & amittendi regni metuentissimus, non adjungere illis occultos exploratores: per quos tamen nihil aliud proficiens, quam ut illusum se videret a Magis, alia via clam regressis postquam invenerant quod quæsierant; quomodo conceptam iram continere diu potuit, tam pronus in sanguinem fundendum, D etiam proximorum? Ergo vel ex isto capite, non potest Matthæi textus interpolari Præsentatione pueri in templo; eumque præponi totus nequeat, debet postponi totus. Hoc autem dici nequit de textu Lucæ, cui nemo dubitat quin saltem interponenda sit fuga & infanticidium. Quid? quod Matthæus statim a discessu Magorum dicat, *Ecce Angelus Domini apparuit in somnis Joseph*: nescio autem an in toto Evangelio vel unicus monstrari possit locus, ubi τὸ *Ecce* non significet immediatam consequentiam: nam etiam ubi initio Capitis dicitur *Cum natus esset Jesus*... *ecce Magi*, τὸ *Ecce* non simpliciter referri potest ad *Natus*; sed conjunctim ad verba sequentia *in diebus Herodis Regis*; quasi diceretur, *Paulo prius quam illi finirentur*.

non Evangelicus textus.

11 Quanto autem prius? Hoc pendet ab ultimo Herodis morbo, cum eclipsi cœpto; qualis si alia nulla assignabilis sit in Henscheniana sententia, quam quæ accidit XIII. Martii, non multis ante obitum Regis hebdomadis (siquidem obiit, ut demonstratum est, ante Pascha) videtur posse Magorum adventus E ultra primum Christi nati annum differri, ut revera adoratio acciderit die VI. Januarii, eadem qua postea vinum est ex aqua factum: si autem potest inveniri eclipsis alia, vel VII. die mensis Casleu, vel alio quocumque mense ante expletum annum quintum, vulgari Æræ prævium; quantum illa suaserit anticipare cædem Sapientum, adeoque & morbum Regis prolixiorem facere; tantum de ætate Christi detrahas cum Henschenio oportet, qua adoratus a Magis sit, eaque occasione cæsi Infantes. In communiori vero sententia, si solum anno uno citius natus Christus dicatur (ita ut eum priori eatenus concordes, quatenus ipsum tenet explevisse annum XXXIII. ac III. mensem ætatis suæ cum fuit crucifixus) si nequeas eclipsim habere mense Casleu sive Novembri nostro, illa qua oporteret die ad salvandam fidem Voluminis Jejuniorum, liberum erit eligere unam ex duabus eclipsibus, XXIX Decembris & VIII aut X. Januarii se offerentibus, interimque statuere, malisne in æstatem conferre adventum Magorum & cetera mox secuta (ut crudelissimam Infantium cædem viderit Herodes in sua ipsius domo punitam præstantissimorum duorum filiorum pluriumque familiarium nece, a se pariter imperata, aliquot mensibus prius quam tot in eum morbi incurre- F rent) an vero in hiemem differre scelus, quod immediate morbus exceperit. Posterior conditio id commodi habet, quod diem VI. Januarii adorationi Magorum relinquere poteris: prior, tam adducendis Magis, quam abducendo Christo, tempestatem anni offeret commodiorem, ac faciendis itineribus aptissimam.

tantum habetur nota eclipsium,

12 Tantum erit curandum, ut in ipso delectu ratio aliqua habeatur bimatus, a quo cœperit Stella Magis apparere, quando Herodes occidit Infantes. Diem ergo ortus ejus quæramus oportet, ex Evangelio vel aliunde notabilem, qui nihilo minus ad Christum pertineat, quam Stella ejus nasciturì nuntia, & nati monstratrix. Talis autem dies vix potest alius concipi, quam quo vel Verbi divini incarnatio fuit annunciata Mariæ, vel Domini venturi præmonstratio facta Zachariæ, cum ille promittebatur generandus, qui eius adventum præcessurus erat. Interim stante dubio, inter antiquos ab olim versato, utrum Christus annum XXXIII. ætatis suæ in sua passione transgressus sit tribus mensibus, aut solum inchoaverit: miror eos, qui unius anni discrimen reperiunt inter calculum Dionysii Exigui & Venerabilis Bedæ (a quo, si verum fateri volumus, non autem ab illo usus hodiernus numerandorum annorum Christi exordium sumpsit) miror, inquam, eos rationem discriminis ab hoc

& bimatus incede infantum notas.

Dionysius Exiguus non uno anno communem prævertens

A hoc petere, quod prior ab Incarnatione, alius a Nativitate instituerit annos numerandos; cum potius dicendum id fuisset factum ideo, quod prior annos XXXIII. plenos, alius inchoatos dumtaxat putaret Christo convenisse. Nam ætatem hominis ab ejus conceptu numerare, nulli, quod sciam, natinni hactenus in mentem venit, Cur igitur hoc dicemus in Christo fecisse Dionysium? & non potius ipsum in ea fuisse sententia, quæ nobis hactenus verosimilior visa est, de plenis XXXIII. annis? quorum trigesimum, currentem adhuc, vel solum XIII. diebus expletum, connectens cum anno XXXV. Tiberii Cæsaris, necesse habuerit Epocham suam uno anno prius figere, quam fixit Beda: ideo autem visus sit ab annuntiato Verbi conceptu annum inchoasse, quia intentio ejus erat scribere de circulo Paschali, & docere qua die, unoquoque post Christi in carne adventum anno, celebrandum Pascha deinceps esset. Nam alioqui annus Romanis inchoabatur a Januario; nec nisi post extinctum Longohardorum in Italia regnum cœpti sunt ibidem

non videtur ad conceptionem Christi, sed ad nativitatem respexisse.

B anni, incertum quando, numerari a Paschate, idque differmiter; Pisanis ad novem menses prævenientibus Romani anni initium, Florentinis ad tres sequentibus, & utrisque ceteras Italicas civitates in suum stylum bifariam distrahentibus.

13 Hæc sunt, *ILLUSTRISSIME DOMINE*, quæ Tibi volui consideranda proponere, prius quam Dissertationes Tuas in lucem emittas; non ut ipsas ex illis corrigas, sed ut meæ in utramque partem sententiæ fundamentis omnibus distinctius cognitis, occasionem habeas certiora docendi, præveniendique objectiones, quæ fortassis contra tuas assertiones formarentur. Sciens autem quod hoc anno MDCLXXXVIII. impressa jam pridem Consultatoria mea secunda, cœperint inter nos eo de argumento litteræ commeare, quarum ultimæ datæ sunt VI. Martii; non miraberis, multo minus indignaberis, spero, quod Tuo responso non expectato Epistolam hanc attexuerim hisce jamjam finiendis Paralipomenis, & in lucem dandis initio Aprilis.

APPARATUS PRÆVII

PARS POSTERIOR AC POTIOR

C

Continens antiquiores Pontificum Catalogos, partim antehac impressos cum Actis Aprilis, partim ex MSS. vel aliunde nunc additos.

PRÆFATIO HENSCHENIANA

De ætate, auctoritate, ac stylo istorum Catalogorum.

Mense Aprili occurrunt Natales Pontificum Sanctorum

P*Ræmisimus* Actis Sanctorum mensis Aprilis *tractatum de serie & successione* Summorum Pontificum Romanorum, *qui primis aliquot seculis Ecclesiam rexerunt, eamque martyrio aut vitæ sanctitate gubernarant. Incitarunt nos ad illud studium, tum antiqui Catalogi eorumdem, quos hic damus: tum potissimum dies natales plurium, in eum mensem cadentes; quorum ætates ac res gestæ non satis liquido definiri & tractari poterant, absque decessorum successorumque exacta notitia, quam cum dictis Catalogis dare intendebamus, ut veritas undequaque stabilita clarius ob oculos poneretur. Ex his, quos dixi, ad Aprilem spectantibus, primo Christi seculo floruit* S. Cletus, *a Principe Apostolorum & primo Pontifice* Petro *cum* SS. Lino & Clemente *ordinatus Episcopus, creditusque*

Cleti,

post hos Ecclesiam rexisse: qui a successore suo Anacleto, *contra quam senserunt Eusebius & plures alii, esset cum hisce Catalogis distinguendus; [ego vero ipsos in hoc ita sequor, ut ad eamdem sequelam obligatos nolim successores meos, si exploratis eruditorum judiciis aliter ea de re sentiendum statuerint. Post istos autem vel duos, vel tres] creditur usque ad tempora* S. Evaristi, *superfuisse* S. Clemens; *sed privatus, aut Apostolicus Episcopus, id est nulli Cathedræ adstrictus. Seculo secundo vixerunt, & jam dicto mense coluntur,* SS. Sixtus I. Anicetus & Soter. *Inter memoratum* Evaristum *& hunc* Sixtum, *præfuit Ecclesiæ* S. Alexander: *cujus Acta sincerissima videntur universam decessorum & successorum Pontificum chronotaxim posse firmissime stabilire. Eamdem corroborans* S. Hermes *urbis Romanæ Præfectus, &* Quirinus *Tribunus, aliique ad x. Aprilis relati, ab eodem* Alexandro *conversi & martyrio coronati sub* Aureliano Comite; *qui ab aliis* Judex, Princeps, *&* Imperator *compellatur; &* D

cujus facinora a veris ad Aurelianum Augustum, sesqui seculo serius imperantem, fuerunt perperam translata. Successerunt Sixto I. Telesphorus & Hyginus; *de quibus actum est tomo primo Januarii, sed quomodo tunc agi a nobis potuit, qui sanctæ antiquitatis succum nondum imbiberamus; nunc vero edocti melius, magisque exercitati ad veri falsique discrimen percipiendum, amota ista vellemus omnia, & quæ hic indicabuntur sola eorum loco substitui.* E

2 Hygino *successorem damus* S. Anicetum, *cui* S. Pius *subrogatus, suis annis aliquot verus Pontifex, ante per annos circiter septem* SS. Hygini & Aniceti *Episcopus* Vicarius *quo etiam modo fuerunt Episcopi Vicarii* Linus, S. Petri Apostoli; Sixtus, S. Alexandri, *carceri inclusi;* Stephanus, S. Lucii *in exilium acti; & aliorum alii. Imo qui Liberio, sub Constantio Imperatore in exilium acto, præfuit* S. Felix II. *inter Pontifices Romanos ab Ecclesia numeratur, quamvis non sederit post dicti Liberii mortem. Seculo autem Christi septimo, cum* S. Martinus Papa *esset ab Exarcho Theodoro Calliopa captus & in exilium ablegatus; mandante Constante Imperatore, in ejus locum constitutus est* S. Eugenius, *qui prius fuit S. Martini Vicarius, ac dein verus Pontifex, & inscriptus Martyrologio Romano.* *Aniceti,*

3 Pio *Pontifici [quem non pauci* Aniceto *præponunt, id quod aliis porro examinandum relinquo] successit* S. Soter: *in cujus Actis*, XVII. *Aprilis illustratis, demonstramus eum annos circiter novem præfuisse, atque anno Christi* CLXXI. *vita functum esse. Cardinalis Baronius, quia aliter de annis decessorum senserat, coactus tempus Sedis ad non integros quatuor annos contrahere, ejusque obitum anno* CLXXIX. *assignare; Si* quis, inquit, certiorem de annis Soteris invenerit chronographiam, qua tamen Cletus e numero Romanorum Pontificum non ejiciatur, nec litterarum Martyrum Lugdunensium sincerum testimonium contemnatur, haud inviti assentiemur. *Hæc Baronius: cujus desiderio speramus a nobis factum satis solidissima & commodissima methodo, chronographiam istam petendo ex ipsis* S. Soteris *Actis, nec non ex successione* S. Eleutherii, *cujus anno* VII. *mota est apud Lugdunenses persecutio, cum hujus Pontificis virtus satis ubique innotuisset. Imo successio* Cleti *ab* Anacleto *distincti, contra nuperos Græcizantes videtur posse ex his catalogis manu teneri. Postea, in persecutione Diocletiani, passi sunt mense Aprili* SS. Cajus & Marcellinus Pontifices. *Soteris.* F

4 *Eusebius lib. 7. Historiæ Ecclesiasticæ cap. 32. asserit,* Cajum & Marcellinum sua ætate vixisse. *Sed, quod vehementer obstupescendum est, ita aberrat, ut videatur ultro voluisse a veritatis tramite recedere.* Caii *decessor* Eutychianus *sedit annos octo, cui via decem* *Caji*

mra-

A *menses concedit Eusebius: dein incertissima sequitur*, SS. *Marcellini* Marcellinum & Marcellum *ejus Successorem, in unum eumdemque hominem conflat; aut certe, ob nominis similitudinem*, Marcello *omisso, successores* S. Marcellini *statuit in Chronico* SS. Eusebium, Melchiadem & Silvestrum, *sub quo suum Chronicon finit. Quare Eusebio cum suis sequacibus amandato*, in iis quæ sunt Romanæ Ecclesiæ, majorem esse adhibendam fidem ejus alumnis, quam ceteris, *censemus cum Baronio, in Notis suis ad* XXVI. *Aprilis, quo coluntur* SS. Cletus & Marcellinus, *quos Eusebius a successoribus* Anacleto & Marcello *non distinxerat*.

Pro libro Pontificali 5 *Latinis igitur potius quam Græcis circa Romanos Pontifices inhærere cum haberemus constitutum, diuturna ac magna solicitudine indagavimus quoscumque de Summis Pontificibus tractatus, ab ejusdem Ecclesiæ alumnis antiquioribus conscriptos; & anno* MDCLX. *Romam appulsi, hac de re cum viris magis eruditis egimus. Commendabant aliqui Librum Pontificalem, ex quo Vitæ Pontificum editæ sunt ab Aloysio Lipomano tomo tertio Vitarum Sanctorum Priscorum Patrum, usque ad S. Felicem* II. *& tempora Constantis Imperatoris*, B *quæ & in tomis Conciliorum, saltem usque ad tempora S. Gregorii Magni, allegantur, & postmodum ex Anastasio Bibliothecario aliisque auctoribus continuantur, ac passim in Annalibus Ecclesiasticis laudantur.* Lucas Holstenius, *Bibliotheca Vaticanæ tunc Custos* *& Catalogo Ms. Palatini*, (*quem nobis* Alexander VII. Pontifex Maximus, *ut* virum eruditum & hominem pium, *commendabat*) *obtulit* Catalogum Summorum Pontificum, ex antiquissimis membranis Palatinis Vaticanæ bibliothecæ *descriptum. Hunc Catalogum ipsi transcripsimus deductum usque ad Stephanum* III. *Papam, sive ad tempora Pipini & Caroli Magni Regum Francorum; eumque constitueramus aliquando aliis Catalogis minimo charactere excusum, subjungere. Verum quia ibi non indicantur Consules Romani, non videbatur is tunc ullum usum habere posse, nisi ut ex crebris erroribus disceremus, quam parum fidendum sit computus annorum, cui Consules aut anni Imperatorum desunt.* [*Quia tamen Illustriss. D Emmanuel a Schelstraten eumdem olim a nobis nactus, deprehendit Anastasium Bibliothecarium, ex primo, quem mox laudabimus, Catalogo ita sumpsisse nomina Consulum, & ex secundo Acta Pontificum, ut ex isto, quem dixi, Palatino fere* C *acceperit numeros annorum, mensium, dierum, atque ordinationum; operæ pretium omnino videtur, ipsum post alios duos consequenter dare, insuperque nonnulla ejusdem generis monumenta, quorum in nostro Conatu aliquis usus erit.*] *Alium Catalogum reperimus in illustri bibliotheca* Reginæ Sueciæ, *contentum in codice membraneo valde magno sub numero* 58. *quem, usque ad* Felicem IV. *& tempora Justiniani Imperatoris deductum, descripsimus, & hic damus; sed loco dumtaxat secundo, quia post studiosam longamque meditationem judicavimus, primum locum & majoris characteris prærogativam deferendam alteri, nota longe optimæ Catalogo, qui penes nos pridem fuit, deductus usque ad initium Liberii Pontificis & tempora Constantii Imperatoris, sive annum* CCCLIV. *uti ex adjuncto ibidem Catalogo Consulum* (*qui in* Constantio Augusto VII. *&* Constantio Cæsare *desinit*) *manifestum redditur.*

probatur alius ex Ms. Reginæ

In hoc Consules designantur: 6 *Perplacet opusculum, tum ob summam antiquitatem, tum ob methodum scribendi, qua tempora singulorum Pontificum per Consules, qui tum Reipublicæ Romanæ præfuerunt, accurate designantur: quam* Regiam viam esse *docet ex Patribus Baronius, in Præfatione ad Annales suos Ecclesiasticos; & ad annum* LXIX *num.* XXXVI. *ita concludit:* Tempora annumerata per Consules libentioribus sunt accipienda auribus, cum ceteris illa frequentior, liberalior, & verior noscatur esse chronographia, atque in usum frequentiorem D accepta, quæ a Fastis deducta est Consularibus. Certe quidem cum vetera monumenta in antiquis scriptoribus interdum invenimus esse Consulibus consignata, magno afficimur gaudio, perinde ac si in tenebris oberranti fax aliqua exoptata præfulgeat. *Hæc Baronius: qui tamen facem illam pro primis Pontificibus sibi non curavit accendere: quod nos in Vita S. Soteris aliorumque Sanctorum Pontificum Actis mense Aprilis, ut supra indicatum est, relatis, facere conati; ad eamdem facem alias quoque controversias dirimimus, quemadmodum Baronius seculo tertio & sequentibus facit sæpissime: cujus rei exemplum unicum adduxisse satis erit.*

7 *Sub Julio* I. *Pontifice, cujus Vitam elucidavimus* XII. *Aprilis, fuit Synodus centum & sexaginta Episcoporum Roma collecta*, imperantibus (*ut Acta Synodalia sub initium habent*) Constantio & Constante anno quarto, sub die XIX. Kalendarum Octobrium, Indictione sexta, *& sub finem additur*, Data Kalendis Novembris, Feliciano & Maximiano viris clarissimis Consulibus. *Baronius anno* CCCXXXVII. *num.* LXVII. *primo in locum* Maximiani *substituit* Titianum, *qui isto anno* collega Feliciani *fuit: ac deinde sic loquitur.* Quod autem spectat ad Synodum dictis Consulibus annotatam, cum triplici & inter se diversa chronographia signetur, mendum in notas numeri irrepsisse facile est intelligere. Primum enim anno quarto dictorum Augustorum, rursum Indictione sexta, atque demum nominatis Consulibus ponitur eadem Synodus celebrata. Si igitur moveatur controversia, quænam harum trium chronographia fidelior habenda sit; mea quidem sententia notatis Consulibus potius inhærendum existimaverim, illa potissimum inter alias ratione persuasus, quod facilius sit in notas numeri errores illabi, quam in ipsa nomina, quod omnes puto justissime concessuros. Hinc enim est quod mos inolevit, ut cum vel anni Imperatoris vel Indictionis, in legibus ab Imperatoribus latis, mentio haberetur, Consulum quoque nomina adderentur: eam nimirum ob causam, ut Fastorum soliditate, annorum Imperatorum numerus vel Indictionis semper integer servaretur; vel si librariorum vitio corrumperetur, ex notatis Consulibus restitui perfacile posset. *Hæc Baronius, quæ in dictis Romanorum Pontificum Catalogis necessario sunt observanda: quod subinde ipsa Imperatorum nomina vitio librariorum aut sciolorum, qui perversam habebant chronologiam, fiant immutata, & restituenda ex Fastis Consulum sibi relictorum, quos nescivit imperitia illorum immutare.*

& per hos controversiæ dirimuntur. E

F

8 *His positis progredientes, ad Auctores dicti jam primarii Catalogi perquirendos, pro numero partium illius diversarum, ipsos quoque censemus distinguendos. Prima complectitur eum* S. Urbano Pontifice, *anno* CCXXX *martyrium passo. In hac priore parte nulli Consules bis repetuntur, quamvis sub iisdem, sub quibus sedere cœperunt quidam, fuerint vita functi aut martyrio coronati eorum decessores;* [*sed ejus Pontificatus, qui postremam anni partem vel incipiens vel finiens tenuit, relinquuntur. Exempli causa:* S. Alexander *dicitur fuisse* temporibus Trajani, a Consulatu Palmæ & Tullii usque Æliano & Vetere. *Creatus is est & ordinatus anno* CVIII. cum Coss. Gallo & Bradua: *sed quia hunc annum decessor Evaristus tenuit usque ad* XXVI. *Octobris, hunc illi relinquuntur; & in designando initio* Alexandri *primi nominantur* Palma & Tullius]. *Deinde* Æmilianus & Vetus *fuerunt Consules anno* CXVI. *quos ultimos toto anno habuit* Alexander, *& superfuit usque ad diem* III. *Maji anni* CXVII. *quo Consules erant* Niger & Apronianus: *qui tamen non attribuuntur S.*

Hujus pars prior de tuctis usq. ad S. Pontianum,

Ale-

A *Alexandro, sed soli S. Sixto ejus successori: interim Acta antiqua S. Alexandri habent, post hujus mortem,* nutu Dei, eodem anno, defunctum esse Trajanum, *quod certum est contigisse in Cilicia x. die Augusti,* Nigro & Aproniano Consulibus. *Hujus partis (si non scriptor, scribenda certe auctor) videtur posse statui* S. Anterus Papa, qui gesta Martyrum diligenter a Notariis exquisivit, & in ecclesia recondidit. *Sedit is solum uno mense in suo Pontificatu, videturque gesta (& quidni potissimum Summorum Pontificum?) exquisivisse necdum Pontifex, sub S. Pontiano successore S. Urbani. Imo Acta SS. Urbani & Callisti hujus decessoris videri a S. Antero scripta, diximus xxv. Maii, quo colitur S. Urbanus; & x. Maji, quo coluntur SS. Calepodius Presbyter, Palmatius Consul, Simplicius Senator, aliique Martyres, quorum res gestæ in Actis S. Callisti continentur.*

auctore forsan C. Antero.

9 *Secunda ergo Pars inciperet a dicto* Pontiano, *& in hac passim majora Pontificum elogia conseruntur, iidem Consules repetuntur, dies ordinationis & mortis Pontificum assignantur. Et hæc Pars [quatuor successive auctores videtur habuisse, nonnulla styli diversitate dignoscendos; quorum primus cum S. Felice finiverit, secundus tres hujus successores adjecerit.* Eutychianum, Cajum, & Marcellinum; *tertius juxerunt* Marcellum & Eusebium, *quartus a* Melchiade *usque ad* Liberii *initia scriptionem continuaverit, floruerit autem sub hujus decessore* Julio:] *in cujus Elogio, præter morem in prioribus Elogiis servatum, habetur accurata basilicarum ab eo extructarum narratio: ex qua xii. Aprilis ad hujus S. Julii Vitam confirmamus hujus Catalogi eminentem soliditatem.* Liberii vero tempore hunc veterem Indiculum Romanorum Pontificum contextum fuisse, *etiam asserit Dionysius Petavius lib. 5. Rationarii temporum cap. 5. qui eum penes se habuit. Post obitum* Liberii *constitutus est Pontifex Romanus* S. Damasus, *qui rogatus a S. Hieronymo,* Gesta Pontificum, quæ potuit reperire in suæ Sedis studio, ad eum direxit, [*si qua fides epistolis, quæ sub utriusque nomine præfixæ habeatur in nonnullis Mss. Catalogis Pontificalibus: ex quibus, licet ad multo posteriora tempora continuatis, ea verba intelligentes plerique, quasi centum saltem auctorem haberent Damasum, fecerunt ut* Damasi liber de Romanis Pontificibus *passim allegetur a scriptoribus superioris ætatis, ex quibus Ptolomæus Lucensis,* usque Damasum, *inquit,* Chronica summorum Pontificum vigorem

alterá pars plures auctores habet, finiturque in Liberio.

B

C receperunt Damaso scribente. *Frequens commercio litterarum & librorum inter hunc & Hieronymum faciebat non omnino incredibile videri, hunc ipsum antiquiorem Catalogum petitum* ab Hieronymo, *eique a Damaso missum fuisse: sed quæ ad hoc probandum præferuntur Epistolæ, decurrunt stylo tam hiulco & invenusto, ut jam pridem viri aliqui eruditi, & nuper Clarissimus Schelstratius, in primo suo illustrandæ Antiquitatis conatu utramque censuerit, auctoribus tam cultis quales ambo isti sancti fuerunt, non convenire, & ipsi etiam quod a Damaso Hieronymus requisivisse supponitur argumento minus quadrare. Nec vero ante hujus vetustissimi Catalogi exemplaria eas epistolas reperi, sed ante posteriorem Catalogum, qui usque ad* Felicem IV. *pertingit, & non uno loco deprehenditur interpolatus. Nullam etiam earum rationem habendam putavit Martius Milesius Sarazanius J. C. Romanus, Vitam & opera* S. Damasi Papæ *a se collecta Edens anno 1638. licet præ oculis haberet projeceretque alias, quibus Damasus ab Hieronymo petit Psalterium Græcæ fidei reddendum, & hic eidem quod petierat mittit. Illas igitur satis est in nostro Aprili legi, unde eas jam mallemus expuncta.*]

Nihil quidem tale ab Hieronymo Damasus misisse probatur

(utriusque enim ea de re epistolæ putantur suppositiæ esse)

10 *Redeo ad præfatum antiquiorem Catalogum, atque eadem quod eum habuit Joannes Cuspinianus vir eruditus, & inseruit Commentario suo in Aurelii Cassiodori Consules incipiens a* Consulatu duorum Geminorum, in quo, imperante Tiberio Cæsare, passus est Dominus noster Jesus Christus (*quem locum in Digressione nostra ad idem Proœmium late explicamus*) *& finit cum Pontificatu* S. Julii Pontificis, *ut supra indicavimus. Eumdem habuit in antiquis membranis Nicolaus Fabricius, Peiresci Dominus & Senator Aquensis, uti testatur Antonius Capellus de Cæna & Passione Christi cap. 5. Onuphrius Panvinius in Commentario in librum secundum Fastorum, incipit citare* Damasum *in Vitis Pontificum* a Consulatu Saturnini & Scipionis, *quando* S. Linus *creatus est Episcopus & Vicarius S. Petri, & prosequitur usque ad finem dicti libri & Pontificatum* S. Julii *sive finem præfati Catalogi. Verum quia immiscet Consules, quorum in aliis Catalogis, libro Pontificali & apud Anastasium nulla fit mentio, opinamur illos aut ex Catalogo præscripto, quem habuerit, excerptos esse, aut ex Cuspiniano desumptos. Apographum nostrum communicavit olim Joannes Bollandus noster Ægidio Bucherio, qui illud reddidit in Commentario suo in Canonem Paschalem Victorii: sed is non parum fuliginis ipsi adjecit, dum Catalogum illum (quem confusiorem & vitiosum judicabat) non satis æstimavit: dixit tamen reliquorum Catalogorum fontem videri, & posse studio industriaque aliorum depurari, atque ad rigendam veteris historiæ siccitatem adhiberi: quod nos hoc tractatu conamur præstare, & judicio eruditorum hominum subjicere, ut quod sincerissimum æstimarint, seligant.*

fed inveniturus a Cu-

D

Cuspiniano sparsim editus hic Catalogus.

ab Onuphrio sæpius citatus

& per Bollandum Bucherio communicatus.

E

11 *Alter Catalogus, quem ut dixi, ex Ms. Codice Reginæ acceptum secundo loco damus, ex priore Consules habet desumptos, sed subinde non satis exacte: in hoc tamen est utilis, quod aliquot locis lacunæ prioris Catalogi præclare ex eo suppleantur. Ast hic in iis quæ a temporibus* S. Damasi ad Felicem IV. *& tempora* Justiniani Imperatoris *traducitur, non habet Consules, præterquam in* Joanne I. *& dicto* Felice IV. *quando vixit auctor & voluit imitari auctorem primi Catalogi. Postea apud Anastasium ratio Consulum nulla habetur: ideo in reliquis dirigenda sunt tempora per epistolas Pontificum & Concilia sub iis habita, in quibus Consules indicantur; item per Consules apud Prosperum, Marcellinum Comitem, Victorem Tununensem attributos initio Pontificatus variorum Pontificum: in quibus tamen auctoribus major diligentia requiritur (quippe qui inter se non concordant & sibimetipsis aliquando contradicunt).*

Vitæ Pontificum in altero Catalogo

12 *Porro historia, in dictis Catalogis contenta, latius explicatur non solum in Libro Pontificali, quem ante indicavimus, sed etiam in aliis codicibus Mss. de Vitis Pontificum ad Stephanum III. & Pipinum ac Carolum Magnum Reges Francorum deductis: neque illa in altero codice Marquardi Freheri, & alio pervetusto Bertiniani monasterii, ac tertio Parisiensi a Philippo Labbeo indicato ulterius deducta habeatur. Continuavit eas Anastasius Bibliothecarius usque ad Nicolaum Papam sive annum* DCCCLXVII. *& Gulielmus Bibliothecarius aliique, usque ad obitum Martini V. sive annum* MCCCCXXXI. *& sic continuatas habemus in illustri codice nostro. Has, prout inscriptæ sunt, citamus* MSS. Gesta Pontificum. *Hisce Gestis supra indicatæ epistolæ SS. Hieronymi & Damasi præponebantur, eodem modo quo ante secundum Catalogum. Post dictas epistolas hic inserebatur titulus.* In nomine Domini incipit series Pontificum Romanorum, qui in Sede B. Petri Apostoli ab ipso usque ad hoc tempus sederunt. *Finit autem cum obitu & sepultura Martini V. addita hac clausula;* Cessavitque Episcopatus diebus xis. [*Antea tamen in* Gregorio XII. *agens de Gabriele Condelmerio addit,* qui postea Eugenius Papa modernus dictus est, *utique post mortem* Martini*: qui etiam in*

F

& aliis codicibus, deducta.

quorum unus usque ad Martinum quintum.

In-

A Innocentio VII. *meminit* Nicolai V. *post Eugenium ordinati; atque absque ulla characteris diversitate, ut sub* Eugenio *scriptus primum liber, sub* Nicolao *rescriptus videatur, prout nos eum habemus.*]

Diversus ab eo quem Jac. Zenus scripsit sub Paulo 2.

13 *Vixit eo tempore* Jacobus Zenus, Patricius Venetus, vir in rebus agendis clarissimus, & in omnibus scripturis tam humanis quam divinis disertissimus & doctus, qui his temporibus, ad agitandum ingenium, de Vitis omnium Pontificum Romanorum librum eleganti sermone conscripsit. *Ita Jacobus Philippus Bergomensis lib. 15. Supplementi Chronicorum Brixiæ anno* MCCCCLXXXV. *excusi. Est dictus Zenus creatus Episcopus Bellunensis & Feltrensis in Provincia Marchiæ Tarvisinæ* XXVI. *Aprili anni* MCCCCXLVII. *& postea Episcopus Patavinus anno* MCDLX. *renunciatus.* Obiit autem, *teste eodem Bergomensi*, anno a Natali Christi MCDLXXVI. *id est annis novem antequam in lucem prodiret Supplementum Bergomensis, quod passim circa Vitas Pontificum a Jacobo Zeno scriptas sequuntur Trithemius, Eysengrenius* (*asserens* optima

B fide expositas) *Gesnerus*, Possevinus, *Vossius & plures alii.* [*Hujus ergo opus esse Ms. nostrum diu fuimus suspicati, subinde etiam asseruimus. Sed conjecturæ primum diffidere nos docuit præclatus Martius Milesius Sarazanus*, S. Damasi *elogium ex Zeno transcriptum exhibens, aliquanto quam nos habeamus contractius: deinde eidem prorsus renuntiavimus, doctis genuinum* Zeni *opus extare in Bibliotheca Vaticana; & compositum quidem esse sub* Paulo I. *adeoque post annum* MCDLXIV. *quo is creatus est, sed non perduci ultra Clementem V. anno* MCCCXIV. *vita functum.*]

14 *Hactenus* Henscheniana Præfatio, *ut est a me interpolata; cui extremum addiderim, quod translatis ad primam Apparatus hujus partem Exercitationibus Henschenianis ac meis, duos antiquiores Catalogos dare conjunctim & consequenter proposuerim, absque commentatiunculis illis, quibus eorum contextus ante Acta Aprilis, interstinguitur: quippe quæ, post prolixiorem nostrum circa idem argumentum laborem, oneri potius essent quam adjumento. In ipsis autem Catalogis recudendis, vellem numeros Annorum, Mensium,*

C *atque Dierum, quibus sederunt singuli, nec non Episcoporum, Presbyterorum, atque Diaconorum, ab unoquoque ordinatorum, Latinis numeralibus litteris, quibus originaliter scripti sunt, reddi; facta prius collatione cum ipsis Mss. si id fieri interim possit. Nam quod eos ad longum extenderit Henschenius, minus nunc placet: extendit autem eos, quia nolebat uti Zyphralibus hodierni usus numeris, quos in priorum locum substituerant nostri Romani Amanuenses, tamquam commodiores sibi, in quo quis spondebit nihil peccatum ab iis fuisse? Nunc vero accipe* Proœmium *Catalogi primi, pro quo Secundus habet duas Epistolas, SS. Hieronymo Damasoque suppositas.*

P R O OE M I U M

PRIORIS CATALOGI

De anno & die Crucifixionis.

IMperante Tiberio Cæsare, passus est Dominus noster Jesus Christus, duobus Geminis Consulibus, VIII. Kalendas Aprilis, & post Ascensum ejus Beatissimus Petrus Episcopatum suscepit: ex quo tempore per successionem dispositum, quis Episcopus, & quot annis præfuit, vel quo imperante. D

I. CATALOGI PARS I.

Eique respondens pars Catalogi secundi, usque ad S. Pontianum.

PETRUS annis XXV. mense I. diebus IX. Fuit temporibus Tiberii Cæsaris, & Caji, & Tiberii Claudii, & Neronis, a Consulatu Vinicii & Longini, usque Nervæ & Vestini. Passus autem cum Paulo die III. Kalendas Julias, Consulibus supradictis, imperante Nerone.

Beatissimus PETRUS, Antiochenus, filius Joannis, provinciæ Galatiæ, vico Bethsaida, frater Andreæ, & Princeps Apostolorum. Primum sedit Cathedram Episcopatus in Antiochia annis x. Hic Petrus ingressus in urbem Romam Nerone Cæsare, ibique sedit Cathedram Episcopatus annos XXV. menses II dies III. Fuit Temporibus Tiberii Cæsaris & Caji, & Tiberii Claudii & Neronis. Hic scripsit duas epistolas, quæ Canonicæ nominantur & Evangelium Marci, quia Marcus auditor ejus fuit, & filius ejus de baptismo. Post omnem * quatuor Evangeliorum fontem, quæ ad interrogationem Petri firmata sunt, dum alius Græce, alius Hebraice, alius Latine consonent. Hic martyrio cum Paulo coronatur. Hic fecit ordinationes tres, Presbyteros decem, Episcopos tres, Diaconos septem, per mensem Decembrim: qui & sepultus est via Aurelia in templo Apollinis, juxta palatium Neronianum in Vaticano, inter Zetarium triumphale, tertio Kalendas Julii. E

* legitur

II. LINUS annis XII. mensibus IV. diebus X. Fuit temporibus Neronis, a Consulatu Saturnini & Scipionis usque Capitone & Rufo.

Linus natione Italus, regionis Tusciæ, patre Erculano, sedit annos XI. menses III. dies XII. Fuit autem temporibus Neronis, a Consulatu Saturnini & Scipionis, usque Capitone & Rufo Consulibus. Martyrio coronatus. Hic ex præcepto B. Petri constituit, ut mulier in ecclesiam velato capite introiret. Qui & sepultus est juxta corpus B. Petri in Vaticano, IX. Kalendas Octobris. F

III. CLEMENS annis IX. mensibus XI. diebus XII. Fuit temporibus Galbæ & Vespasiani, a Consulatu Trachali & Italici, usque Vespasiano VII. & Tito.

Clemens natione Romanus, de regione Cœlio monte, ex patre Faustino, sedit annos IX. menses II. dies X. Fuit temporibus Galbæ & Vespasiani, a Consulatu Trachali & Italici, usque Vespasiano VII. & Tito...... Hic fecit septem Regiones dividi Notariis fidelibus Ecclesiæ, qui gesta Martyrum solicite & curiose unusquisque per Regionem suam diligenter perquirerent, & fecit duas Epistolas. Hic fecit Ordinationes III. Presbyteros X. Diaconos II. Episcopos per diversa loca V. per mensem Decembrim. Obiit Martyr III. Trajani, qui sepultus est in Græcia VIII. Kalendas Decembris; (1) *& cessavit Episcopatus dies XXI.*

IV. CLETUS annis VI. mensibus II. diebus VII. Fuit temporibus Vespasiani & Titi & initio Do-

(1) Hanc cessationem ideo charactere distincto appono, quia vehementer dubito, utrum primo Auctori, an potius interpolatori hujus secundi Catalogi (interpolatum enim fateri cogimur) inscribenda sit Interpontificiorum definitio.

A Alexandro, sed soli S. Sixto ejus successori: interim Acta antiqua S. Alexandri habent, post hujus mortem, nutu Dei, eodem anno, defunctum esse Trajanum, quod certum est contigisse in Cilicia x. die Augusti, Nigro & Aproniano Consulibus. Hujus partis (si non scriptor, scribendæ certe auctor) videtur posse statui S. Anterus Papa, qui gesta Martyrum diligenter a Notariis exquisivit, & in ecclesia recondidit. Sedit is solum uno mense in suo Pontificatu, videturque gesta (& quidni potissimum Summorum Pontificum?) exquisivisse necdum Pontifex, sub S. Pontiano successore S. Urbani. Imo Acta SS. Urbani & Callisti hujus decessoris videri a S. Antero scripta, dicemus xxv. Maii, quo colitur S. Urbanus; & xi. Maji, quo coluntur SS. Calepodius Presbyter, Palmatius Consul, Simplicius Senator, aliique Martyres, quorum res gestæ in Actis S. Callisti continentur.

auctor forsan S. Anterus.

9 Secunda ergo Pars inciperet a dicto Pontiano, & in hac passim majora Pontificum elogia referuntur, iidem Consules repetuntur, dies ordinationis & mortis Pontificum assignantur. Et hæc Pars [quatuor successive auctores videtur habuisse, nonnulla styli diversitate dignoscendos; quorum primus cum S. Felice finiverit, secundus tres hujus successores adjecerit, Eutychianum, Cajum, & Marcellinum; tertius juxterunt Marcellum & Eusebium, quartus a Melchiade usque ad Liberii initia scriptionem continuaverit, floruerit autem sub hujus decessore Julio:] in cujus Elogio, præter morem in prioribus Elogiis servatum, habetur accurata basilicarum ab eo exstructarum narratio: ex qua xii. Aprilis ad hujus S. Julii Vitam confirmamus hujus Catalogi eminentem soliditatem. Liberii vero tempore hunc veterem Indiculum Romanorum Pontificum contextum fuisse, etiam asserit Dionysius Petavius lib. 5. Rationarii temporum cap. 5. qui eum penes se habuit. Post obitum Liberii constitutus est Pontifex Romanus S. Damasus, qui rogatus a S. Hieronymo, Gesta Pontificum, quæ potuit reperire in suæ Sedis studio, ad eum direxit, [si qua fides epistolis, quæ sub utriusque nomine præfixæ habentur in nonnullis Mss. Catalogis Pontificalibus: de quibus, licet ad multo posteriora tempora continuatis, ea verba intelligentes plerique, quasi eatenus saltem auctorem haberent Damasum, fecerunt ut Damasi liber de Romanis Pontificibus passim allegetur a scriptoribus superioris ætatis, ex quibus Ptolomæus Lucensis, usque Damasum, inquit, Chronica summorum Pontificum vigorem

altera pars plures auctores habet, finiturque in Liberio.

B

Nihil quidem tale ad Hieronymus Damasus misisse probatur

C recipiunt Damaso scribente. Frequens commercio litterarum & librorum inter hunc & Hieronymum faciebat non omnino incredibile videri, hunc ipsum antiquiorem Catalogum petitum ab Hieronymo, eique a Damaso missum fuisse: sed quæ ad hoc probandum proferuntur Epistolæ, decurrunt stylo tam hiulco & inveniusto, ut jam pridem viri aliqui eruditi, & nuper Clarissimus Schelstratius, in primo suo illustrandæ Antiquitatis conatu utramque censuerit, auctoribus tam cultis quales ambo isti sancti fuerunt, non convenire, & ipsi etiam quod a Damaso Hieronymus requisivisse supponitur argumento minus quadrare. Nec vero ante hujus vetustissimi Catalogi exemplaria eas epistolas reperi, sed ante posteriorem Catalogum, qui usque ad Felicem IV. pertingit, & non uno loco deprehenditur interpolatus. Nullam etiam earum rationem habendam putavit Martius Milesius Sarazanius J.C. Romanus, Vitam & opera S. Damasi Papæ a se collecta Edens anno 1638. licet præ oculis haberet proferretque alias, quibus Damasus ab Hieronymo petit Psalterium Græcæ fidei reddendum, & hic eidem quod petierat mittit. Illas igitur satis est in nostro Aprili egi, unde eas jam mallemus expunctas.]

(utriusque enim ea de re epistola putantur suppositiæ esse)

10 Redeo ad præfatum antiquiorem Catalogum, atque indico quod eum habuit Joannes Cuspinianus vir eruditus, & inseruit Commentario suo in Aurelii Cassiodori Consules incipiens a Consulatu duorum Geminorum, in quo, imperante Tiberio Cæsare, passus est Dominus noster Jesus Christus (quem locum in Digressione nostra ad idem Proœmium late explicamus) & finit cum Pontificatu S. Julii Pontificis, ut supra indicavimus. Eumdem habuit in antiquis membranis Nicolaus Fabricius, Peiresci Dominus & Senator Aquensis, uti testatur Antonius Capellus de Cœna & Passione Christi cap. 5. Onuphrius Panvinius in Commentario in librum secundum Fastorum, incipit citare Damasum in Vitis Pontificum a Consulatu Saturnini & Scipionis, quando S. Linus creatus est Episcopus & Vicarius S. Petri, & prosequitur usque ad finem dicti libri & Pontificatum S. Julii sive finem præfati Catalogi. Verum quia immisces Consules, quorum in aliis Catalogis, libro Pontificali & apud Anastasium nulla fit mentio, opinamur illos aut ex Catalogo præscripto, quem habuerit, excerptos esse, aut ex Cuspiniano desumptos. Apographum nostrum communicavit olim Joannes Bollandus noster Ægidio Bucherio, qui illud edidit in Commentario suo in Canonem Paschalem Victorii: sed is non parum fuliginis ipsi adjecit, dum Catalogum illum (quem confusiorem & vitiosum judicabat) non satis æstimavit: dixit tamen reliquorum Catalogorum fontem videri, & posse studio industriaque aliorum depurari, atque ad rigandam veteris historiæ firmitatem adhiberi: quod nos hoc tractatu conamur præstare, & judicio eruditorum hominum subjicere, ut quod sincerissimum æstimariat, seligant.

D

Cuspiniano sparsim editus hic Catalogus.

ab Onuphrio sæpius citatus

& per Bollandum Bucherio communicatus.

E

11 Alter Catalogus, quem ut dixi, ex Ms. Codice Reginæ acceptum secundo loco damus, ex priore Consules habet desumptos, sed subinde non satis exacte: in hoc tamen est utilis, quod aliquot locis lacunæ prioris Catalogi præclare ex eo suppleantur. Ast hic in iis quæ a temporibus S. Damasi ad Felicem IV. & tempora Justiniani Imperatoris traduntur, non habet Consules, præterquam in Joanne I. & dicto Felice IV. quando vixit auctor & voluit imitari auctorem primi Catalogi. Postea apud Anastasium ratio Consulum nulla habetur: ideo in reliquis dirigenda sunt tempora per epistolas Pontificum & Concilia sub iis habita, in quibus Consules indicantur; item per Consules apud Prosperum, Marcellinum Comitem, Victorem Tunnensem attributos initio Pontificatus variorum Pontificum: in quibus tamen auctoribus major diligentia requiritur (quippe qui inter se non concordant & sibimetipsis aliquando contradicunt).

Vitæ Pontificum in altero Catalogo

12 Porro historia, in dictis Catalogis contenta, latius explicatur non solum in Libro Pontificali, quem ante indicavimus, sed etiam in aliis codicibus Mss. de Vitis Pontificum ad Stephanum III. & Pipinum ac Carolum Magnum Reges Francorum deductis: neque illæ in altero codice Marquardi Freheri, & alio pervetusto Bertiniani monasterii, ac tertio Parisiensi a Philippo Labbæo indicato ulterius deductæ habentur. Continuavit eas Anastasius Bibliothecarius usque ad Nicolaum Papam sive annum DCCCLXVII. & Guilielmus Bibliothecarius aliique, usque ad obitum Martini V. sive annum MCCCCXXXI. & sic continuatas habemus in illustri codice nostro. Has, prout inscriptæ sunt, citamus MSS. Gesta Pontificum. Hisce Gestis supra indicatæ epistolæ SS. Hieronymi & Damasi præponebantur, eodem modo quo ante secundum Catalogum. Post dictas epistolas hic inserebatur titulus. In nomine Domini incipit series Pontificum Romanorum, qui in Sede B. Petri Apostoli ab ipso usque ad hoc tempus sederunt. Finit autem cum obitu & sepultura Martini V. addita hac clausula; Cessavitque Episcopatus diebus xix. [Antea tamen in Gregorio XII. agens de Gabriele Condolmerio addit, qui postea Eugenius Papa modernus dictus est, usque post mortem Martini: quin etiam in In-

F

& aliis codicibus, deductæ.

quorũ unus usque ad Martinum quintum.

Sed inveniuntur alii.

A Innocentio VII. *meminit* Nicolai V. *post* Eugenium *ordinati; idque absque ulla characteris diversitate, ut sub* Eugenio *scriptus primum liber, sub* Nicolao *rescriptus videatur, prout nos eum habemus.*]

Diversus ab eo quem Jac. Zenus scripsit sub Paulo 2.

13 *Vixit eo tempore* Jacobus Zenus, Patricius Venetus, vir in rebus agendis clarissimus, & in omnibus scripturis tam humanis quam divinis disertissimus & doctus, qui his temporibus, ad agitandum ingenium, de Vitia omnium Pontificum Romanorum librum eleganti sermone conscripsit. *Ita Jacobus Philippus Bergomensis lib. 15. Supplementi Chronicarum Brixiæ anno* MCCCCLXXXV. *excusi. Est dictus Zenus creatus Episcopus Bellunensis & Feltrensis in Provincia Marchiæ Tarvisinæ* XXVI. *Aprili anni* MCCCCXLVII. *& postea Episcopus Patavinus anno* MCDLX. *renuntiatus.* Obiit autem, *teste eodem Bergomensi*, anno a Natali Christi MCDLXXVI. *id est annis novem antequam in lucem prodiret Supplementum Bergomensis, quod passim circa Vitas Pontificum a Jacobo Zeno scriptas sequuntur Tritbemius, Eysengreinius (asserens* optima B fide expositas) *Gesnerus, Possevinus, Vossius & plures alii.* [*Hujus ergo opus esse Ms. nostrum diu fuimus suspicati; subindo etiam asseruimus. Sed conjecturæ primum diffidere nos docuit præcitatus Martinus Milesius Sarazanus,* S. Damasi *elogium ex Zeno transcriptum exhibens, aliquanto quam nos habeamus contractius: deinde eidem prorsus communicavimus, docti genuinum Zeni opus extare in Bibliotheca Vaticana; & compositum quidem esse sub Paulo I. adeoque post annum* MCDLXIV. *quo is creatus est, sed non perduci ultra Clementem V. anno* MCCCXIV. *vita functum.*]

14 *Hactenus* Henscheniana Præfatio, *ut est a me interpolata; cui extremum addiderim, quod translatis ad primam Apparatus hujus partem Exercitationibus Henschenianis ac meis, duos antiquiores Catalogos dato conjunctim & consequenter proposuerim, absque commentatiunculis illis, quibus eorum contextus ante Acta Aprilis, interstinguitur: quippe quæ, post prolixiorem nostrum circa idem argumentum laborem, oneri potius essent quam adjumento. In ipsis autem Catalogis recudendis, vellem numeros Annorum, Mensium,* C *atque Dierum, quibus sederunt singuli, nec non Episcoporum, Presbyterorum, atque Diaconorum, ab unoquoque ordinatorum, Latinis numeralibus litteris, quibus originaliter scripti sunt, reddi; facta prius collatione cum ipsis Mss. si id fieri interim possit. Nam quod eos ad longum extenderit Henschenius, minus nunc placet: extendit autem eos, quia nolebat uti Zyphealibus hodierni usus numeris, quos in priorum locum substituerant nostri Romani Amanuenses, tamquam commodiores sibi, an quo quis spondebit nihil peccatum ab iis fuisse? Nunc vero accipe Proœmium Catalogi primi, pro quo Secundus habet duas Epistolas, SS. Hieronymo Damasoque suppositas.*

PROOEMIUM

PRIORIS CATALOGI

De anno & die Crucifixionis.

IMperante Tiberio Cæsare, passus est Dominus noster Jesus Christus, duobus Geminis Consulibus, VIII. Kalendas Aprilis, & post Ascensum ejus Beatissimus Petrus Episcopatum suscepit: ex quo tempore per successionem dis- D positum, quis Episcopus, & quot annis præfuit, vel quo imperante.

I. CATALOGI PARS I.

Eique respondens pars Catalogi secundi, usque ad S. Pontianum.

PETRUS annis XXV. mense I. diebus IX. Fuit temporibus Tiberii Cæsaris, & Caji, & Tiberii Claudii, & Neronis, a Consulatu Vinicii & Longini, usque Nervæ & Vestini. Passus autem cum Paulo die III. Kalendas Julias, Consulibus supradictis, imperante Nerone.

Beatissimus PETRUS, Antiochenus, filius Joannis, provinciæ Galatiæ, vico Bethsaida, frater Andreæ, & Princeps Apostolorum. Primum sedit Cathedram Episcopatus in Antiochia annis X. Hic Pe- E trus ingressus in urbem Romam Nerone Cæsare, ibique sedit Cathedram Episcopatus annos XXV. menses II dies III. Fuit Temporibus Tiberii Cæsaris & Caji, & Tiberii Claudii & Neronis. Hic scripsit duas epistolas, quæ Canonicæ nominantur & Evangelium Marci, quia Marcus auditor ejus fuit, & filius ejus de baptismo. Post omnem * quatuor Evangeliorum fontem, quæ ad interrogationem Petri firmata sunt, dum alius Græce, alius Hebraice, alius Latine consonent. Hic martyrio cum Paulo coronatur. Hic fecit ordinationes tres, Presbyteros decem, Episcopos tres, Diaconos septem, per mensem Decembrim: qui & sepultus est via Aurelia in templo Apollinis, juxta palatium Neronianum in Vaticano, inter Zetarium triumphale, tertio Kalendas Julii.

* *ingrectis*

II. LINUS annis XII. mensibus IV. diebus X. Fuit temporibus Neronis, a Consulatu Saturnini & Scipionis usque Capitone & Ruso.

Linus natione Italus, regionis Tusciæ, patre Herculano, sedit annos XI. menses III. dies XII. Fuit autem temporibus Neronis, a Consulatu Saturnini & Scipionis, usque Capitone & Ruso Consulibus. Martyrio coronatus. Hic ex præcepto B. Petri constituit, ut mulier in ecclesiam velato capite introiret. Qui & F sepultus est juxta corpus B. Petri in Vaticano, IX. Kalendas Octobris.

III. CLEMENS annis IX. mensibus XI. diebus XII. Fuit temporibus Galbæ & Vespasiani, a Consulatu Trachali & Italici, usque Vespasiano VII. & Tito.

Clemens natione Romanus, de regione Cælio monte, ex patre Faustino, sedit annos IX. menses II. dies X. Fuit temporibus Galbæ & Vespasiani, a Consulatu Trachali & Italici, usque Vespasiano VII. & Tito..... Hic fecit septem Regiones dividi Notariis fidelibus Ecclesiæ, qui gesta Martyrum sollicite & curiose unusquisque per Regionem suam diligenter perquirerent, & fecit duas Epistolas. Hic fecit Ordinationes III. Presbyteros X. Diaconos II. Episcopos per diversa loca V. per mensem Decembrim. Obiit Martyr III. Trajani, qui sepultus est in Græcia VIII Kalendas Decembris; (1) *& cessavit Episcopatus dies XXI.*

IV. CLETUS annis VI. mensibus II. diebus VII. Fuit temporibus Vespasiani & Titi & initio Do-

(1) Hanc cessationem ideo charactere distincto appono, quia vehementer dubito, utrum primo Auctori, an potius interpolatori hujus secundi Catalogi (interpolatum enim fateri cogimur) inscribenda sit Interpontificiorum definitio.

A Domitiani, a Consulibus Vespasiano VIII. & Domitiano VI. usque Domitiano IX. & Ruso.

Cletus natione Romanus, de regione Vico Patricii, patre Æmiliano, sedit annos XII. mensem I. dies XI. Fuit autem temporibus Vespasiani & Titi & Domitiani, a Consulatu Vespasiani VIII. & Domitiani VI. usque Domitiano IX. & Rufo Consulibus. Martyrio coronatur. Hic ex præcepto B. Petri XXV. Presbyteros ordinavit in Urbe Roma mense Decembri: qui etiam sepultus est juxta corpus B. Petri in Vaticano, VI. Kalendas Majas.

V. ANACLETUS annis XII. mensibus X. diebus III. Fuit temporibus Domitiani, a Consulibus Domitiano X. & Sabino, usque Domitiano XVII. & Clemente.

Anacletus, natione Græcus de Athenis ex patre Antiocho, sedit annos XII. menses X. dies III. Fuit autem temporibus Domitiani, a Consulatu Domitiani X. & Sabini, usque Dmitiano XVII. & Clemente Consulibus. Hic memoriam B. Petri construxit &
B composuit (dum Presbyter factus fuisset a B. Petro) ubi Episcopi reconderentur: ubi tandem & ipse sepultus est. Hic fecit Ordinationas II. Presbyteros V. Diaconos III. Episcopos per diversa loca VII. *Et cessavit Episcopatus dies* XV.

VI. EVARISTUS annis XIII. mensibus VII. diebus II. Fuit temporibus novissimis Domitiani & Nervæ & Trajani, a Consulatu Valentis & Veri usque Gallo & Bradua.

Evaristus, natione Græcus, Antiochenus, ex patre Juda de civitate Bethleem, sedit annos IX. menses X. dies II. Fuit autem temporibus Domitiani & Nervæ & Trajani, a Consulatu Valentis & Veteris, usque Gallo & Bradua Consulibus. Hic Titulos in urbe Roma divisit Presbyteris, & septem Diaconos ordinavit, qui custodirent Episcopum prædicantem propter stylum veritatis: Hic fecit Ordinationes IV. Presbyteros XVII. Diaconos IX. Episcopos per diversa loca XV. Qui & sepultus est juxta corpus B. Petri in Vaticano VI. Kalendas Novembris, *Et cessavit Episcopatus dies* XIX.

VII. ALEXANDER annis VIII. mensibus II. die I. Fuit temporibus Trajani, a Consulatu Palmæ & Tulli, usque Æliano & Vetere.

C Alexander, natione Romanus, ex patre Alexandro, de regione Caput-Tauri, sedit annos X. menses VII dies II Fuit autem temporibus Trajani ..... usque Æliano & Vetere. Hic passionem Domini miscuit in prædicatione Sacerdotum. Martyrio coronatur cum eo Eventius Presbyter & Theodulus Diaconus. Hic constituit Aquam sparsionis cum sale benedici in habitaculis hominum. Hic fecit Ordinationes III. Presbyteros VI. Diaconos II. Episcopos per diversa loca V. per mensem Decembris: qui & sepultus est via Nomentana, ubi decollatus est, ab urbe Roma milliario septimo, V. Nonas Maji, *Et cessavit Episcopatus dies* XXXVII.

VIII. SIXTUS annis X. mensibus III. diebus XXI. Fuit temporibus Hadriani, a Consulatu Nigri & Aproniani, usque Vero III. & Ambibulo.

Sixtus natione Romanus, ex patre Pastore, de regione Via-lata, sedit annos X menses II diem I. Fuit autem temporibus Adriani .... usque Vero & Angulo, martyrio coronatur. Hic constituit ut ministeria sacrata non tangerentur, nisi a ministris. Hic constituit ut quicumque Episcopus evocatus fuerit ad Sedem Romanam Apostolicam; rediens ad parochiam suam non susciperetur, * nisi confirmata salutationis plebe ad Sedem Apostolicam. Hic constituit, ut infra actionem Sacerdotis, incipiens populus hymnum decantaret Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus D
Sabaoth &c. Hic fecit Ordinationes III. Presbyteros XI. Diaconos II. Episcopos per diversa loca IV. Qui etiam sepultus est juxta corpus B Petri in Vaticano III Nonas Aprilis, *Et cessavit Episcopatus menses* II.

* *Corrige nisi cum Formata salutatione plebi per S. A. direcIa: quid autem sint Formatæ, alibi quære.*

IX. TELESPHORUS annis XI. mensibus III. diebus III. Fuit temporibus Hadriani, a Consulatu Titiani & Gallicani usque Cæsare & Balbino.

Telespor, natione Græcus, ex anachoreta, sedit annos XI. menses VI. dies XXI. Fuit autem temporibus Antonini & Marci. Hic Constituit ut septem hebdomadis jejunium celebraretur Paschæ: martyrio coronatur. Hic fecit ut Natali Domini nostri Jesu Christi noctu Missæ celebrarentur, & in ingressu sacrificii hymnus diceretur Angelicus, Gloria in excelsis Deo &c. tantum noctu Natali Domini. Hic fecit Ordinationes IV. Presbyteros XII. Diaconos VIII. Episcopos per diversa loca XIV. per mensem Decembris: qui e- E
tiam sepultus est juxta corpus B. Petri in Vaticano, IV. Nonas Januarii: *Et cessavit episcopatus dies* VI.

X. HYGINUS annis XII. mensibus III. diebus VI. Fuit temporibus .....

Yginus natione Græcus, ex Philosopho de Athenis, sedit annos IV. dies II menses VI. Fuit autem temporibus Severi & Marci a Consulatu Magni & Camerini, usque Orfito & Prisco. Hic Clerum composuit, & constituit Gradus, & fecit Ordinationes III. per mensem Decemb. Presbyteros XV. Diaconos V. Episcopos per diversa loca VI. qui etiam sepultus est juxta corpus B. Petri in Vaticano, III. Kalend. Januarii, *Et cessavit Episcopatus dies* III.

XI. ANICETUS *annis* ...... a Consulatu Gallicani & Veteris, usque Præsente & Rufino.

Anicius, natione Syrus, ex Patre Joanne, de vico Amisa, sedit annos XI. menses IV. dies III. Fuit autem temporibus Severi & Marci a Consulatu Gallicani & Veteris, usque Præsente & Rufino. Hic constituit, ut Clericus comam non nutriret. Hic fecit Ordinationes V. per mensem Decemb. Presbyteros VIII. Diaconos IV. Episcopos per diversa loca VIII. qui etiam sepultus est juxta corpus B Petri in Vaticano, XII. Kalend. Maii: *Et cessavit Episcopatus dies* VI.

XII. PIUS annis XV. mensibus IV. diebus XX. Fuit temporibus Antonini Pii, a Consulatu Clari & Severi usque duobus Augustis. Sub hujus F
Episcopatu frater ejus Hermes librum scripsit, in quo mandatur continetur que, quod ei præcepit Angelus, cum venit ad eum in habitu Pastoris.

Pius, natione Italus, ex patre Rufino, frater Pastoris, de civitate Aquileja, sedit annos XVII. menses IV. dies III. Fuit autem temporibus Antonini Pii, a Consulatu Clari & Severi .... Sub hujus Episcopatu frater ipsius Hermes librum scripsit, in quo mandatum continetur, quod præcepit Angelus Domini, cum venit ad eum in habitu Pastoris, & præcepit ei, ut sanctum Pascha die Dominica celebraretur. Hic fecit Ordinationes V. per mensem Decembris, Presbyteros XVIII Diaconos XI. Episcopos per diversa loca XII. qui etiam sepultus est juxta corpus B. Petri, V. Idus Julii. *Cessavit Episcopatus dies* XIV.

XIII. SOTER annis IX. mensibus III. diebus II. Fuit temporibus .....

Soter, natione Romanus, ex patre Concordio, de civitate Fundis, sedit annos IX. menses VI. dies XXI. Fuit temporibus Severi, a Consulatu Rustici & Aquilini usque Cethego & Claro. Hic constituit ut nulla Monacha pallam sacratam contingeret, nec in-

ern-

censum poneret intra sanctam Ecclesiam. Hic fecit Ordinationes III. per mensem Decembrem, Presbyteros XVII. Diaconos VIII. Episcopos per diversa loca XI. qui sepultus est juxta corpus B. Petri, X. Kalendas Maii. *Cessavit Episcopatus dies* XI.

XIV. ELEUTHERIUS *annis*...... Fuit temporibus Antonini Commodi, a Consulatu Veri & Erenniani, usque Paterno & Bradua.

Eleuther, natione Græcus, ex patre Abundantio, de oppido Nicopoli, sedit annos XV. menses III. dies II. Fuit temporibus Antonini & Commodi usque Paterno & Bradua. Hic accepit epistolam a Lucio Britanniæ Rege, ut Christianus efficeretur per ejus mandatum; & hoc obtinuit, ut nullus (cibus) repudiaretur a Christianis, maxime fidelibus, quem Deus creavit, qui tamen rationabilis sit. Hic fecit Ordinationes III. per mensem Decembris, Presbyteros XI. Diaconos VII. Episcopos per diversa loca XV. qui sepultus est juxta corpus B. Petri, VII. Kalendas Junii. *Cessavit Episcopatus dies* XVII.

XV. VICTOR annis IX. mensibus II. diebus X......

Victor, natione Afer, ex patre Felice, sedit annos X. menses II. dies X. Fuit temporibus (Commodi, Pertinacis, & Severi) Cæsaris, a Consulatu Commodi V. & Glabrionis, usque Laterano & Rufino. Hic constituit, ut Pascha die Dominica celebraretur, sicut Pius. Hic fecit sequentes Cleros: martyrio coronatur. Constituit ut necessitate faciente, ubi inventus fuisset, sive in flumine, sive in mari, sive in fonte aut stagno (tantum Christiana confessione declarata credulitatis) efficeretur integer Christianus, quicumque hominum ex gentilitio veniens ut baptizaretur. Fecit concilium, & interrogatio facta est de Pascha, vel de die prima cum Theophilo Episcopo* Alexandriæ de luna. Hic fecit Ordinationes II. Presbyteros IV. Diaconos V. Episcopos per loca XII. qui sepultus est juxta corpus B. Petri, V. Kalend. Augusti: *& cessavit Episcopatus dies* XI.

* in Cæsarea in Palæstina.

XVI. ZEPHYRINUS *annis* ...... a Consulatu Saturnini & Galli, usque Præsente & Extricato.

Zephyrinus, natione Romanus, ex patre Abundantio, sedit annos XVII. menses VI. dies X. Fuit temporibus Severi & Antonini, a Consulatu Saturnini & Gallicani usque Præsente & Stricato Consulibus. Hic constituit præsentiam omnibus Clericis & laicis fidelibus, sive Clericus, sive Levita, sive Sacerdos ordinaretur. Et fecit constitutum de Ecclesia, ut patenas vitreas ante Sacerdotes in Ecclesia ministri portarent: dum Episcopus Missam celebraret, ante se haberet Sacerdotes omnes adstantes, sic Missæ celebrarentur; excepto cum jus Episcopi interest, ut tantum Clerus sustineret: omnibus præsentibus, ex ea consecratione, de manu Episcopi, jam coronam consecratam acciperet Presbyter, tradendam populo. Hic fecit ordinationes IV. per mensem Decembris, Presbyteros XIV. Diaconos VII. Episcopos per loca XIII. qui sepultus est in cœmeterio suo, juxta cœmeterium Calixti, via Appia: *& cessavit Episcopatus ejus dies* V.

XVII. CALLISTUS, annos V. menses II. dies X. Fuit temporibus Macrini & Heliogabali, a Consulatu Antonini & Adventi, usque Antonino III. & Alexandro.

Callistus, natione Romanus, ex patre Domitio, de regione Urbe Ravennatium, sedit annos V. menses II. dies XI. Fuit temporibus Macrini & Heliogabali, a Consulatu Antonini .... & Alexandri. Hic martyrio coronatur. Hic constituit jejunium die Sabbati ter in anno fieri, frumenti, vini & olei, secundum Prophetam, quarti mensis, septimi & decimi. Qui sepultus est in cœmeterio Calepodii, via Aurelia, milliario tertio, pridie Idus Octobris. Hic fecit Ordinationes V. per mensem Decembris. Presbyteros XV. Diaconos IV. Episcopos per loca VII. *Quievit Episcopatus dies* V.

XVIII. URBANUS annos III. menses XI. dies XII. Fuit temporibus Alexandri, a Consulatu Maximi & Æliani usque Agricola & Clementino.

Urbanus, natione Romanus, ex patre Pontiano, sedit annos VIII. menses X. dies XII. Hic ministeria sacrata argentea constituit, & patenas argenteas viginti quinque; posuitque etiam Clericos. Hic sua traditione multos convertit ad baptismum, etiam Valerianum sponsum S. Cæciliæ: & multi martyrio coronati sunt per ejus doctrinam. Hic fecit Ordinationes V. per mensem Decembris, Presbyteros XVIII. Diaconos VI. Episcopos per loca VII. Qui sepultus est in cœmeterio Prætextati via Appia, quem sepelivit B. Tiburtius XIV. Kalendas Junii, *& cessavit Episcopatus dies* XXX.

I. CATALOGI PARS II.

De hac divisione egimus in Prolego nostro; & continuo ex stylo ac modo procedendi, apparebit, non solum manifesta partis utriusque diversitas; sed etiam singularum, in quas ipsam dividimus, Sectionum.

SECTIO I.

XIX. PONTIANUS annos V. menses II. dies VII. Fuit temporibus Alexandri, a Consulatu Pompejani & Peligniani. Eo tempore Pontianus Episcopus & Hippolytus Presbyter exules sunt deportati in insulam nocivam Sardiniam, Severo & Quintiano Consulibus. In eadem insula discinctus est IV. Kalend. Octobris, & loco ejus ordinatus est Anteros XI. Kalend. Decemb. Consulibus supra scriptis.

Pontianus, natione Romanus, ex patre Calpurnio, sedit annos VIII. menses V. dies II. martyrio coronatur temporibus Alexandri, (sedit) a Consulatu Pompejani & Peligniani. Eodem tempore Pontianus Episcopus & Hippolytus Presbyter exilio sunt deputati ab Alexandro in Sardiniam insulam Bucinam, Severo & Quintiano Consulibus. In eadem insula maceratos, & afflictus fustibus, defunctus est III. Kalend. Novemb. Hic fecit Ordinationes II. Presbyteros V. Diaconos V. Episcopos per loca VI. quem B. Fabianus adduxit navigio, & sepelivit in cœmeterio Calisti via Appia, die depositionis ejus IX. Kalend. Decemb.

XX. ANTEROS mense I. diebus X. Dormit III. Nonas Januarii, Maximino & Africano Consulibus.

Anterius, natione Græcus, ex patre Romolo sedit annos XI. mensem I dies XII. martyrio coronatur temporibus Maximini & Africani Consulum. Hic gesta Martyrum diligenter a Notariis exquisivit, & in ecclesia recondidit, propter quod a Maximo Præfecto Martyr effectus est. Hic ordinavit unum Episcopum: qui sepultus est in cœmeterio Calisti via Appia IV. Nonas Januarii, *& cessavit Episcopatus dies* II.

XXI. FABIANUS annos XIV. menses XI. dies X. Fuit temporibus Maximini & Gordiani & Philippi, a Consulatu Maximini & Africani, usque De-

A Decio II. & Grato. Passus XIII. Kalend. Februarii. Hic regiones divisit Diaconibus, & multas fabricas per cœmeteria fieri jussit. Post passionem ejus Moyses & Maximus Presbyteri & Nicostratus Diaconus comprehensi sunt, & in carcerem missi. Eo tempore supervenit Novatus ex Africa, & separavit de Ecclesia Novatianum & quosdam Confessores, postquam Moyses in carcere defunctus est: qui fuit ibi menses XI. dies XI.

Fabianus, natione Romanus, ex patre Fabio, sedit annos XIV. mensem I. dies XI. martyrio coronatur. Fuit autem temporibus Maximini & Africani usque Decio II. & * Quadrato, & passus est XIII. Kalend. Februarii. Hic regiones divisit Diaconibus, & fecit sex Subdiaconos, qui septem Notariis imminerent, ut gesta Martyrum fideliter colligerent. Post passionem ejus Moyses & Maximinus Presbyteri & Nicostratus Diaconus comprehensi sunt. Eodem tempore Moyses B in carcere defunctus est, qui fuit ibi menses XI. & sic multi Christiani fugerunt. Hic fecit Ordinationes V. per mensem Decemb. Presbyteros XXII. Diaconos VII Episcopos per loca XIV. qui sepultus est in cœmeterio Calisti via Appia, XIII. Kalendas Febr. *& Cessavit Episcopatus dies* VI.

* al. Grato

XXII CORNELIUS annos II. menses III. dies X. a Consulibus Decio II. & Decio usque Gallo & Volusiano. Sub Episcopatu ejus Novatus extra Ecclesiam ordinavit Novatianum in urbe Roma, & Nicostratum in Africa. Hoc facto, Confessores, qui se separaverunt a Cornelio, cum Maximo Presbytero, qui cum Moyse fuit, ad Ecclesiam sunt reversi. Post hoc Centumcellis expulsus, ibi cum gloria dormitionem accepit.

Cornelius, natione Romanus, sedit annum I. mens. VI. dies III. martyrio coronatur, Hic temporibus suis, rogatus a quadam matrona, corpora Apostolorum Petri & pauli de Catacumbis levavit noctu: primum quidem corpus B. Pauli acceptum, B. Luciana posuit in prædio suo via Ostiensi, juxta locum ubi decollatus est. C B. Petri Apostoli accepit corpus B. Cornelius Episcopus, & posuit juxta locum ubi crucifixus est, inter corpora Sanctorum, in templo Apollinis, in monte aureo, in Vaticano Palatio Neronis, III. Kalendas Julii. Post hoc factum fecit Ordinationes I. Presbyteros VII. (Qui etiam decollatus est ad templum Martis: ejus corpus noctu collegit B. Luciana, & sepelivit in crypta juxta cemeterium Calisti, via Appia, in prædio suo, XVIII, Kal. Oct.) *& Cessavit Episcopatus dies* LXVI

XXIII. LUCIUS annos III. menses VIII. dies X. Fuit temporibus Galli & Volusiani, usque Valeriano II. & Gallieno II. Hic exul fuit & postea nutu Dei ad Ecclesiam reversus. (Decessit) III. Nonas Martii, Consulibus supra scriptis.

Lucius, natione Romanus, ex patre Porfirio, sedit annos III. menses III. dies III. Fuit temporibus Galli & Volusiani usque ad Valerianum III. & Gallicanum. Hic in exilio fuit: postea nutu Dei incolumis ad Ecclesiam reversus est. Hic præcepit, ut duo Presbyteri & tres Diaconi in omni loco Episcopum non desererent, propter testimonium Ecclesiasticum: qui etiam a Valeriano capite truncatus est III. Nonas Martii. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decemb. Presbyteros IV. Diaconos IV. Episcopos per loca VI. qui etiam sepultus est in cemeterio Callisti, via Appia. *Cessavit Episcopatus dies* XXX.

XXIV. STEPHANUS annos IV. menses II. D dies XXI. Fuit temporibus Valeriani & Gallieni, a Consulatu Volusiani & Maximini usque Valeriano III. & Gallieno II.

Stephanus, natione Romanus, ex patre Julio, sedit annos V. mensem V. dies II. martyrio coronatur. Fuit temporibus Valeriani & Gallieni & Maximi, usque ad Valerianum III. & Gallienum II. Hic constituit Sacerdotes & Levitas vestes sacratas in usum quotidianum non uti, nisi in ecclesia. Hic fecit Ordinationes duas per mensem Decemb. Presbyteros V. Diaconos V. Episcopos per loca II. Sepultus in cemeterio Calisti, via Appia, III. Nonas Augusti. *Cessavit Episcopatus dies* XXII.

XXV. SIXTUS annis II. mensibus XI. diebus VI. Cœpit a Consulatu Maximi & Glabrionis, usque Tusco & Basso, & passus est VIII. Idus Augusti. (Et Presbyteri præfuerunt) a Consulatu Tusci & Bassi usque in diem XII. Kalendas E Augusti, Æmiliano & Basso Consulibus.

Xistus, natione Græcus, ex Philosopho, sedit annum I. menses X. dies XXIII. Martyrio coronatur. Fuit temporibus Valeriani & Decii. Truncati sunt capite cum B. Xisto VI. Diaconi, Felicissimus, Agapitus, Januarius, Magnus, Vincentius, Stephanus VIII. Idus Augusti: & (Presbyteri) præfuerunt a Consulatu Maximi & Gravionis, usque ad Consulatum Tusci & Gravionis XIII. Kalend. Augusti. Quo tempore fuit magna persecutio sub Decio (cœpta) & post tres dies passi sunt Laurentius ejus Archidiaconus, & Claudius (Subdiaconus), Severus Præsbyter, & Romanus Ostiarius, & Crescentius Lector. Hic fecit Ordinationes duas, Presbyteros IV. Diaconos VI. Episcopos per loca II Sepultus est in cœmeterio Callisti, via Appia. Nam VI. Diaconi ejus, in cemeterio Prætextati, via Appia, VIII. Idus Augusti. Beatus vero Laurentius, via Tibartina, in crypta, in agro Verano, IV. Idus Augusti: *& cessavit Episcopatus annos* II.

XXVI. DIONYSIUS annis VIII. mensibus II. diebus IV. Fuit temporibus Gallieni ex die XI. Kalendarum Augusti Æmiliano & Basso Consulibus, usque in diem VII. Kalendas Januarii, Consulibus Claudio & Paterno. F

Dionysius, ex monacho, cujus generationem reperire non potuimus, sedit annos V. menses II. dies III. Fuit temporibus Gallieni, ex die undecimo Kalendas Augusti, Æmiliano & Basso Coss. usque in die VI. kalend Januarii, & Consulatu Claudii & Paterni. Hic Presbyteris Ecclesias dedit & cemeteris; & parochias & diœceses constituit. Hic fecit Ordinationes Episcopos VII. per loca. Sepultus est in cemeterio Calisti via Appia, V. kalendas Januarii: *& Cessavit Episcopatus dies* XXI.

FELIX annis V. mensibus XI. diebus XXV. Fuit temporibus Claudii & Aureliani, a Consulatu Claudii & Paterni, usque in Consulatum Aureliani II. & Capitolini.

Felix, natione Romanus, ex patre Constantio, sedit annos IV. menses II. dies XXV. martyrio coronatur. Fuit temporibus Claudii & Aureliani, a Consulatu Claudii & Paterni, usque ad Consulatum Aureliani & Capitolini. Hic constituit super sepulcra Martyrum Missas celebrari. Hic fecit Ordinationes duas per mensem Decemb. Presbyteros VIII. Diaconos III. Episcopos per loca XI. Sepultus est in cemeterio suo, via Aurelia, milliario secundo, III. kalend. Junii: *& Cessavit Episcopatus dies* V.

PAR-

A

PARTIS II, SECTIO II.

XXVIII. EUTYCHIANUS annis VIII. mensibus XI. diebus III. Fuit temporibus Aureliani, a Consulatu Aureliani III. & Marcellini, usque in diem VII. Idus Decembris, Caro II. & Carino Consulibus.

Eutychianus, oatione Tuscus, ex patre Marino, sedit annum I. mensem I. diem I. Fuit temporibus Aureliani, a Consulatu Aureliani III. & Marcellini, usque in diem Idus Decembris, Caro II & Carino Coss. Hic constituit fruges super altario benedici. Hic per loca trecentos sexaginta duos Martyres sepelivit. Hic fecit Ordinationes V. per mensem Decemb. Presbyteros XIV. Diaconos V. Episcopos per loca IX. qui & sepultus est in cœmeterio Callisti, via Appia, VI. Kalendas

B Augusti, *& cessavit Episcopatus dies* VIII.

XXIX. CAJUS annos XII. mensibus IV. diebus VII. Fuit temporibus Cari & Carini, ex die XVI. Kalendas Januarii, Consulibus Caro II. & Carino, usque in X. Kalendas Maii, Diocletiano VI. & Constantio II. Consulibus.

Cajus, natione Dalmata, & ex genere Diocletiani Imperatoris, ex patre Gajo, sedit annos XI. menses IV. dies XII. Fuit temporibus Cari & Carini, ex die XV. Kal. Januarii, a Consulatu Cari II.... Hic fugit persecutionem Diocletiani, in cryptis habitans, & Confessor quievit. Hic fecit Ordinationes IV. per meosem Decemb. Presbyteros XVI. Diaconos VII Episcopos per loca V. sepultus est in cœmeterio Callisti, via Appia, X. Kaleod. Maii. *Cessavit Episcopatus dies xi.*

XXX. MARCELLINUS annis VIII. mensibus III diebus XXV. Fuit temporibus Diocletiani & Maximiani, ex die pridie Kalendas Julias, a Consulibus Diocletiano VI. & Constantio II. usque in Consulatum Diocletiani IX. & Maximiani VIII Quo tempore fuit persecutio, & cessavit Episcopatus annos IV. mensibus VI. diebus XXV.

C Marcellinus, natione Romanus, ex patre Projecto, sedit annos VIII. menses IV. dies XV. Fuit temporibus Diocletiani a Maximiani, ex die Kalend. Junii, a Coosulatu Diocletiani V. & Constantii II. usque Diocletiani VIII. & Maximiani VIII. quo tempore fuit persecutio magna, ita ut, infra triginta dies, quindecim millia hominum promiscui sexus, per diversas provincias, martyrio coronarentur.* (De qua re ipse Marcellinus ad sacrificium deductus est ut thurificaret, quod & fecit: & post paucos dies pœnitentia ductus, ab eodem Diocletiano, propter fidem Christi, cum Claudio & Quirioo & Antonino capita sunt truncati & martyrio coronaotur. Jacuerunt corpora sancta in platea dies viginti quinque, jussu Diocletiani, ubi Marcellus Presbyter noctu collegit corpora Sanctorum, & sepelivit via Salaria in cœmeterio Priscillæ, in cubiculo quod patet usque in hodiernum diem; quod ipse præceperat pœnitens, dum traheretur ad occisionem, in crypta juxta corpus S. Crescentionis, VI. Kaleod. Maii.) Hic fecit Ordinationes duas per mensem Decemb. Presbyteros IV. Diaconos II. Episcopos per loca V. & cessavit Episcopatus annos VI. menses VI, dies XXV. persequeote Diocletiano Christianos.

** Ab Interpolatore perperàm adjecta infra conjiciuntur.*

PARTIS II. SECTIO III.

XXXI. MARCELLUS, annis I. mensibus VII. dies XX. Fuit temporibus Maxentii a Consulatu (Maximiani Herculei) X. & Maximiani (Galerii) VII. usque post Consulatum X. & VII. D

Marcellus, natiooe Romanus, ex patre Marcello, sedit annos IV. Fuit temporibus Maxentii, a Consulatu Maxentii IV. & Maximi usque post Consulatum. Hic fecit Ordinationes per mensem Decemb. Presbyteros XXV. Diaconos II. Episcopos per loca XXI. sepultus est in cœmeterio Priscillæ, via Salaria, XVI. Kalend. Februarii. *Cessavit Episcopatus dies xx.*

PARTIS II. SECTIO IV.

XXXII. EUSEBIUS, menses IV. dies XVI. a XIV. Kalend. Majas usque in diem XVI. Kalendas Septembris.

Eusebius, natione Græcus, ex Medico, sedit annos VI. mensem I. dies III. Fuit temporibus Constantioi*. (Sub hujus tempora inventa est sancta Crux Domini nostri Jesu Christi V. Nonas Maii. Hic baptizatus est Judas Quiriacus.) Hic fecit ordinationes III. Presbyteros XIII. Diaconos III. Episcopos per loca XIV. Hic Sepultus est in cœmeterio Callisti, via Appia, VI. Nooas Octobris. *Cessavit Episcopatus dies* VI. E

** Fabulosa interpolatio refutatur 3. Maii.*

PARTIS II, SECTIO V.

XXXIII. MILTIADES annis III. mensibus VI. diebus* IX. ex die VI. Nonas Julias, a Consulatu Maximiano VIII. solo, quod fuit mense Septembri, Volusiano & Rufino, usque in III. Idus Januarii Volusiano & Aniano Coss.

** al. octo.*

Melciades, natione Afer, sedit annos III. menses VI. dies VII. ex die Non. Julii a Consulatu Maximini VIII. usque ad Maxentium II. qui fuit mense Septembri Volusiano & Rufino Coss. Hic constituit nulla ratione die Dominica aut quinta jejunium quis de fidelibus ageret, quia eos dies Pagani, quasi sacrum jejunium, celebrabant. Et Manichæi inventi sunt in urbe ab eodem die. Hic fecit ut oblatinnes consecratæ per Ecclesias ex consecratu Episcopi dirigereotur, quod declaratur fermentum. Hic fecit Ordinationes unam per mensem Decemb. Presbyteros IV. Diaconos III. Episcopos per loca XI. *& cessavit Episcopatus dies xv.*

XXXIV. SILVESTER annis XXI. mensibus XI. Fuit temporibus Constantini, a Consulatu Volusiani & Anniani, ex die pridie Kalendas Februarii, usque in diem (pridie) Kalendarum Januariarum, Constantino & Albino Coss. F

Silvester, natione Romanus, ex patre Rufino, sedit anoos XXIII menses X. dies XI. temporibus Constantini... & Volusiani; ex die Kalendarum Februarii, usque io diem Kalend. Januarii, Constantio & Volusiano Consulibus. (Hic in exilio fuit, in montem Soractem persecutione Constantini concussus: & postmodum rediens cum gloria baptizavit Constantinum Augustum, quem curavit Dominus pro baptismo a lepra.) Hic fecit constitutum de omni Ecclesia. Hujus temporibus factum Concilium cum ejus coosensu in Nicæa Bithyniæ, & congregati sunt Sacerdotes, treceni septemdecim Episcopi Catholici, & quorum chirographus cucurrit; alii imbecilles ducenti octo: qui exposuerunt fidem integram, sanctam, catholicam & immaculatam; & damnaverunt Arium, Photinum, & Sabellium vel sequaces eorum. Et in urbe Roma congregavit Episcopos ducentos septuaginta septem, & damnavit Calistum & Arium & Photioum: & constituit ut Presbyterum Arianum non susciperet, nisi Episcopus loci designati: & chrisma ab Episcopo confici, & privilegium Episcopis (dedit) ut baptizatum consignent propter hæreticam

Etiam hæc videntur ab Interpolatore adjecta,

A suasionem. Hic constituit, ut nullus laicus crimen Clerico inferret. Hic constituit, ut Diaconi Dalmatica uterentur, palla linostima lævæ eorum tegerentur. Hic constituit, ut nullus Clericus propter causam quamlibet in curiam introiret, nec ante Judicem cinctum causam diceret, nisi in ecclesia. Hic constituit, ut sacrificium altaris non in serico, neque in panno tincto celebraretur, nisi tantum in lineo: sicut corpus Domini nostri Jesu Christi in sindone linea sepultum est, sic Missa celebraretur. Hic constituit, ut si quis desideraret in Ecclesia militare aut proficere, ut esset Lector ad annos triginta, Exorcista dies triginta, Acolythus annos quinque, Subdiaconus annos quinque, Custos Martyrum annos quinque, Diaconus annos quinque, Presbyter tres, probatus ex omni parte, etiam foris qui sunt, testimonium habere bonum, & sic ad Ordinem Episcopatus ascenderet; nullum majoris vel prioris locum invadere, nisi ordinem temporum cum pudore cognosceret, omnium Clericorum votiva gratia, nullo omnino Clerico vel fideli B contradicente. Hic fecit Ordinationes sex per mensem Decembris, Presbyteros XLIV. Diaconos XXXVI. Episcopos per loca LXV. Eodem tempore fecit Constantinus Augustus basilicam in palatio Sessoriano, ubi etiam de ligno sanctæ Crucis Domini nostri Jesu Christi auro & gemmis conclusit. Eodem tempore fecit basilicam S. Laurentii. Eodem tempore fecit basilicam sanctorum Martyrum Marcellini Presbyteri & Petri Exorcistæ. Sepultus est B. Silvester via Salaria, in cœmeterio Priscillæ, milliario tertio ab urbe Roma, pridie Kal. Januarii. *Cessavit Episcopatus dies* VIII.

XXXV. MARCUS menses VIII. dies XX. Fuit temporibus Constantini, Nepotiano & Facundo Consulibus; ex die XV. Kalendas Februarii, usq; in diem Nonarum Octobrium, Consulibus supradictis.

Marcus, natione Romanus, ex patre Prisco, sedit annos II. Fuit temporibus Constantini, Nepotiano & Secundo Consulibus, ex die Kalendarum Februarii, usque in diem Kalendarum Octobris. Hic constituit ut Episcopus Ostiensis, qui consecrat Episcopum Urbis, pallio uteretur, vel ab eodem Episcopo Urbis Romæ consecraretur. Hic fecit Ordinationes duas per Decembrem, Presbyteros XV. Diaconos VI. Episcopos per loca XVII. Sepultus est in cœmeterio Balbinæ, via Ardeatina, pridie Nonas Octobris: *& cessavit* C *Episcopatus dies XX.*

XXXVI. JULIUS, annos XV. menses II. dies VI. Fuit temporibus Constantis, a Consulatu Feliciani & Titiani, ex die VIII. Idus Februarii, in diem pridie Idus Aprilis, Constantio V. & Constantio Cæsare Consulibus. Hic multas fabricas fecit, basilicam in via Portuensi, milliario III. basilicam in via Flaminia milliario II, quæ vocatur Valentini; basilicam Juliam, quæ est regione VII. juxta forum Divi Trajani; basilicam trans Tiberim, regione XIV. juxta Callistum; basilicam in via Aurelia, milliario III. ad Callistum.

Julius, natione Romanus, ex patre Rusticio, sedit annos XV. mensem I. Fuit temporibus Constantini, (a Consulatu) Feliciani & Maximiani. Hic fecit Ordinationes tres per mensem Decembris, Presbyteros XVIII. Diaconos VIII Episcopos per loca VIII. sepultus est in via Aurelia, in cœmeterio Calipodii, milliario III. pridie Idus Aprilis. *Cessavit Episcopatus dies XXV.*

XXXVII. LIBERIUS fuit temporibus Constantii, ex die XI. Kalendas Junias, in diem ...... a Consulibus Constantio V. & Constantio Cæsare.

D

FINIS CATALOGI PRIMI,

PROSECUTIO ALTERIUS.

A Liberio usque ad Felicem III.

Liberius, natione Romanus, ex patre Augusto, sedit annos V. menses III. dies III. Fuit temporibus Constantii usque ad Constantium Augustum VII. Hic exilio detruditur a Constantio, eo quod noluit hæresi Arianæ consentire, & fecit annos tres. Et congregati Sacerdotes, & cum consilio eorum Liberius, ordinaverunt in loco ejus Felicem Presbyterum Episcopum, venerabilem virum. (Et fecit Concilium Felix, & invenit duos Presbyteros consentientes Constantio Augusto Ariano, nomine Ursatium & Valentem, & damnavit eos in Concilio quadraginta octo Episcoporum.) Post paucos dies zelo ducti Ursatius & Valens, rogaverunt Constantium Augustum, ut revocaret Liberium de exilio, (ut unam tantum communionem participaret excepto rebaptizare) Qui Liberius E consensit præcepto Augusti, ut unam participationem conveniret communionis. Tunc revocaverunt Liberium de exilio. Eodem tempore Constantius una cum Ursatio & Valente convocaverunt aliquos, qui ex fæce Ariana erant, & misit & revocavit Liberium de cœmeterio S. Agnæ, ubi sedebat. Et ingressus Romam in ipsa hora Constantius, fecit Concilium cum hæreticis; simul Ursatius & Valens, & ejecit Felicem de Episcopatu, qui erat Catholicus, & revocavit Liberium. Ab eodem die fuit persecutio in Clero, ita ut intra Ecclesiam Presbyteri & Clerici necarentur. Qui Felix depositus de Episcopatu, habitavit in prædiolo suo a die III. Kal. Augusti. Ingressus Liberius in Urbem IV. Nonas Augusti, consensit Constantio hæretico; (non tamen rebaptizatus est, sed consensum præbuit.) Fecit Ordinationes II. Presbyteros XIV. Diaconos V. Episcopos per loca VIII. Sepultus est in cœmeterio Priscillæ via Salaria V. Idus Septembris. *Cessavit Episcopatus dies* V.

XXXVIII. Felix natione Romanus, ex patre Anastasio, sedit annos III. (Hic declaravit Constantium hæreticum, & rebaptizatum secundum. Hic martyrio coronatur.) Hic fecit basilicam in via Aurelia, milliario ab Urbe secundo, ubi & requievit. (Hic fecit Ordinationem per mensem Decemb. Presbyteros XXI. Diaconos V. Episcopos per loca XVIII. Qui etiam capite truncatur, cum multis Clericis & fidelibus, occulte juxta muros Urbis, ad latus formæ Trajani, III. Idus F Novembris: & exinde rapuerunt corpus ejus nocte Christiani cum Damaso Presbytero, & sepelierunt in basilica supradicta XVI. Kalend. Decemb. *Cessavit episcopatus dies XXXVIII.*)

Verba omnia quæ in Elogiis Liberii *&* Felicis *vides* [ ] *reclusa, non esse genuina sed ab Interpolatore adjecta, demonstrabit. Dissertatio nostra XIV. alias X. quæ* Felicis *hujus martyrium merum esse figmentum probabit; ex libello Faustini & Marcellini Presbyterorum schismaticorum: asserunt enim, quod* Felix *totis septem annis post regressum* Liberii *vixerit suo in prædiolo, haud omissuri, ad conflandam invidiam* Catholico *Clero, a quo per schisma sese abjunxerant, exaggerare crudelitatem adversus* Felicem *exercitam, si quid simile revera accidisset.*

XXXIX Damasus, natione Hispanus, ex patre Antonio, sedit annos XVII. menses II dies XI. Fuit temporibus Juliani. Fecit basilicas duas, unam ad viam Ardeatinam, ubi requiescit. Hic accusatus in crimine de adulterio, facta Synodo purificatur a quadraginta quatuor Episcopis, qui damnaverunt Concordium & Callistum Diaconos accusatores, & jactaverunt de Ecclesia. Hic fecit Ordinationes

V. per

A v. per mensem Decemb. Presbyteros xxxi. Diaconos xi. Episcopos per loca li. Sepultus est in Basilica sua iii. Idus Decembris, cum matre sua & germana. *Cessavit Episcopatus dies* xxxvi.

XL. Siricius, natione Romanus, ex patre Tiburtio, sedit annos xv. dies xxxv. Hic constitutum fecit de Ecclesia, & direxit per provincias. Constituit, ut sine consecrato Episcopi loci cuilibet Presbytero non liceret consecrare. Hic constituit hæreticos sub manus impositione reconciliari. Hic fecit Ordinationes quinque, Presbyteros xxxi. Diaconos xv. Episcopos per loca xxxii. Sepultus est in cœmeterio Priscillæ, via Salaria, vii. Kalendas Martii. *Cessavit Episcopatus dies* xx.

XLI. Anastasius, natione Romanus, ex patre Maximo, sedit annos * iii. dies x. Hic constituit, quoties Evangelia recitantur, Sacerdotes non sederent. Hic fecit Ordinationes duas, Presbyteros v. Diaconos v. Episcopos per loca xi. Sepultus est ad Ursum

lege ii.

B Pileatum, v. Kalendas Maii. *Cessavit Episcopatus dies* xxi.

XLII. Innocentius, natione Albanensis, ex patre Innocentio, sedit annos xv. mensem i. dies xxi. Hic constituit Sabbato jejunium celebrari, ideo quia Sabbato Dominus in sepulcro positus est, & discipuli jejunaverunt. Hic fecit Ordinationes quatuor per Decembrem, Presbyteros xxx. Diaconos xii. Episcopos per loca liv. Sepultus est ad Ursum pileatum v. Kalendas Augusti. *Cessavit Episcopatus dies* xxi.

XLIII. Zosimus, natione Græcus, ex patre Apronio, sedit annum i. menses ii. dies xi. Hic constituit ut Diaconi lævam tectam haberent de palliis linostimis, & ut per Parochias ceræ benedicantur. Hic fecit ordinationem unam per mensem Decemb. Presbyteros x. Diaconos iii. Episcopos per loca viii. Sepultus est juxta corpus B. Laurentii, via Tiburtina, vi. Kal. Januarii. *Cessavit Episcopatus dies* xxi

XLIV. Bonifacius, natione Romanus, ex patre Jocundo Presbytero sedit annos * iii. menses viii. dies v. Hic sub contentione cum Eulalio ordinatur: & fuit dissensio in Clero menses vi. dies xv. Et facta Synodo deponitur Eulalius sub aliis Episcopis, quia juste non fuerat ordinatus: & ex consensu omnium sedit Bonifacius Præsul, & constitutus Eulalius in civitate Ne-

* *imo* iv.

C ptina Episcopus. Hic constituit ut nulla mulier vel monacha pallam sacratam contingeret aut lavaret, aut incensum poneret in ecclesia, nisi Minister, nec servum Clericum fieri. Hic fecit Ordinationem unam per mensem Decemb. Presbyteros xiii. Diaconos iv. Episcopos per loca xxxv. Sepultus est in cœmererio S. Felicitatis via Salaria, vii. Kalendas Novembris. *Cessavit Episcopatus dies* viii.

XLV. Cælestinus, patria Campanus, ex patre Prisco, sedit annos viii. menses x. dies xvi. Hic fecit ut Psalmi XL. * d d. ante sacrificium psalli, quod ante non fiebat, nisi tantum Epistola Pauli Apostoli & sanctum Evangelium, & sic Missæ celebrabantur. Hic fecit ordinationes tres per mensem Decemb. Presbyteros xxxii. Diaconos xii. Episcopos per loca xlvi. Sepultus est in cœmeterio Priscillæ via Salaria, viii. Idus Aprilis. *Cessavit Episcopatus dies* xxi.

* *forte.* Hic fecit Psalmum XLII (*scil. Judica me Deus*) ante sacrificium psalli.

XLVI. Xistus, natione Romanus, ex patre Xisto, sedit annos vii. dies xviii. Hic a quodam Basso incriminatus, accusatur. Ex præcepto Valentiniani Augusti, cum magna examinatione facta Synodo, purgatur a liv. Episcopis, & ejecit Bassum a communione. Hic fecit Ordinationes. Presbyteros xxviii. Diaconos xxii. Episcopos per loca lii. Sepultus est via Tiburtina, in crypta ad S. Laurentium. *Cessavit Episcopatus dies* xxi.

XLVII. Leo, natione Tuscus, ex patre Quintiano, sedit annos xxi. mensem i. dies xiii. Hic fecit constitutum de Ecclesia. Hic invenit duas hæreses, Eutychem & Nestorium; & per rogatum Marciani Augusti, orthodoxi Principis, ex hujus præcepto factum est Concilium sanctorum Episcoporum in Chalcedone Orientis, in basilica sanctæ Martyris Euphemiæ; & congregati cclxvi. Sacerdotes; & aliorum chirographus cucurrit ccccv. Episcoporum: qui condemnaverunt Eutychem & Nestorium. Et post dies xlii. iterum in unum congregati cum chirographis, qui præsentes fuerunt, exponentes fidem cc. Episcopi, cum Augusto Marciano pissimo, qui fidem suam una cum Augusta Placidia * publice ante conspectum sanctorum Sacerdotum Episcoporum declaravit, ubi iterum damnatus est Eutyches. Et postmodum rogat Imperator Marcianus, simul cum Episcopis xlv. & misit Sacram, rogans Leonem Papam, ut fidem expositam fidei Catholicæ & Apostolicæ ei dirigeret. Beatus vero Leo direxit tomum, & firmavit Synodum sanctam. Hic fecit epistolas multas, exponentes fidem Catholicam rectam, quæ hodie in archivio Ecclesiæ Romanæ tenentur, & decretalem quam per universum mundum spargens seminavit. Hic fecit ordinationes quatuor per mensem Decembrem, Presbyteros octoginta unum, Diaconos triginta unum, Episcopos per loca centum septuaginta quinque. Hic constituit ut monacha non acciperet velaminis capitis benedictionem, nisi probata fuerit in virginitate sexaginta annorum. Sepultus est in basilica B. Petri tertio Idus Aprilis. *Cessavit Episcopatus dies* vi.

D

* *corrige* Pulcheria.

E

XLVIII. Hilarus, natione Sardus, ex patre Crispiniano, sedit annos v. menses iii dies x. Hic fecit decretalem & per universum Orientem direxit, & Epistolas de fide Catholica. Hic fecit Ordinationem unam per mensem Decembrem, Presbyteros xv. Diaconos v. Episcopos per loca xxii. Sepultus ad S. Laurentium in crypta, juxta corpus B. Xisti. *Cessavit Episcopatus dies* x.

XLIX. Simplicius, natione Tiburtinus, ex patre Castino, sedit annos xv. mensem i. dies vi. Hic constituit ad S. Petrum & ad S. Paulum & ad S Laurentium hebdomadas, ut Presbyteri manerent, propter baptismum & pœnitentiam petentibus: de regione prima, ad S. Paulum; de regione tertia, ad S. Laurentium; de regione septima, ad S. Petrum. Sub hujus Episcopatum venit relatio de Græcia ab Acacio, qui fuit Episcopus Constantinopolitanus, & adfirmabat Petrum Alexandrinum Eutychianum hæreticum, facta petitione ab Acacio. Tunc fuit Ecclesia exequens. Tunc Simplicius Præsul damnavit Petrum Alexandrinum, de quo Acacius innumerabilia crimina adfirmabat. Eodem tempore rescripsit Timotheus Catholicus & Acacius, dicentes, Quia vere in mortem * Presbyteri Catholici Petrus esset mixtus. Tunc Papa Simplicius dissimulans, numquam scripsit Acacio, sed damnavit Petrum. Hic fecit Ordinationes per mensem Decembrem tres, Presbyteros lvii. Diaconos xi. Episcopos per loca lxxxii. Sepultus est ad B. Petrum v Nonas Martii, *& cessavit Episcopatus dies* v.

F

* *Anast.* Proterii, idque verius

L. Felix, natione Romanus, ex patre Felice Presbytero, sedit annos viii. menses xi. dies xv. Sub hujus Episcopatum iterum venit relatio a partibus Græciarum, Petrum Alexandrinum revocatum ad communionem ab Acacio. Tunc venerabilis Papa Felix, mittens Defensores ex constituta Synodo Sedis suæ, damnavit Acacium cum Petro. Post annos tres, iterum venit relatio ab Imperatore Zenone, ut penitus rediret Acacius. Tunc Papa Felix fecit Concilium, ex (cujus) consensu misit duos Episcopos Misenum & Vitalem, ut si invenirent complicem Petri Acacium, iterum damnarent; si non, offerret libellum penitentiæ. Qui dum introissent in civitatem Constantinopolim,

A corrupti pecunia data, supradictis Episcopis non fecerunt secundum præceptum Sedis Apostolicæ. Venientes vero Romam ad Sedem Apostolicam, fecit Papa Felix Concilium, & examinatione facta in Concilio, invenit eos reos, & ejecit Miseoum & Vitalem Episcopos a communione. Tunc Misenus Episcopus non se tacuit corruptum per pecuniam; cui Concilium concessit tempus pœnitentiæ. Hoc vero factum temporibus Odoacri Regis. Hic fecit Ordinationes duas per mensem Decembrem, Presbyteros xxviii. Diaconos v. Episcopos per loca xxxi. Sepultus est apud B. Paulum. *Cessavit Episcopatus dies* v.

LI Gelasius, natione Afer, ex patre Valerio, sedit annos iv. menses vii. dies vi. Fuit temporibus Theoderici Regis & Zenonis Augusti. Hic suggestu Synodi, cum fletu sub satisfactione libelli purgatum, Misenum Episcopum revocavit. Hic fecit Sacramentorum Præfationes cauto sermone, & Epistolas fidei B elimato sermone Hic fecit Ordinationes per mensem Decembrem, Presbyteros xxxii. Diaconos ii. Episcopos per loca lxvii. Sepultus est apud B. Petrum xi. Kalend. Decembris. *Cessavit Episcopatus dies* vi.

LII. Anastasius, natione Romanus, ex patre Petro, sedit annum i. menses xi. dies xxiv. Hic fecit ordinationem unam per mensem Decembrem, Presbyteros xii. Episcopos per loca viii. Sepultus est apud B. Petrum in Vaticano, iii. Kalandas Dacambris, & *cessavit Episcopatus dies* v.

LIII. Symmachus, natione Sardus, ex patre Fortunato, sedit annos xv. menses vi. dies xxv. Hic fuit temporibus Theoderici hæretici & Anastasii Eutychiani Augusti. Hic amavit Clerum & pauperes, bonus, prudens, humanus, gratiosus; & cum eo ordinatur Laurentius, sub [a] intentione Episcopi. Ex qua causa separata est aliqua pars Clericorum vel Senatorum, alii cum Symmacho, alii cum Laurentio: & facta [b] intentione hoc constituerunt pariter, ut ambo Ravennam peterent ad judicium Regis Theodorici. Qui dum pervenissent, hoc judicatum æquitatis invenit, ut qui prior ordinatus fuisset, vel ubi pars maxima consentiret, ipse sederet in Sede Apostolica: quod tunc æquitas in Symmacho invenit & cognitio veritatis: & fuit Præsul beatus. Et eodem tempore Papa Symmachus fecit Synodum, & constituit Laurentium in Noceria civitate Episcopum, intuitu C misericordiæ. Post annos vero quatuor, zelo & dolo ducti aliqui ex Clero & aliqui ex Senatu, incriminant Symmachum, & subornant testes falsos, quos miserunt Ravennam ad Regem Theodoricum hæreticum; accusantes B. Symmachum; & occulte revocant Laurentium Romam, & fecerunt schisma, & separaverunt se ab invicem, & pars aliqua a communione Symmachi, mittentes relationes Regi; & petunt a Rege Theoderico Visitatorem Sedis Apostolicæ Petrum Altinatem. Eodem tempore B. Symmachus congregavit Episcopos centum viginti quinque: & facta Synodo purgatur a crimine falso, & damnatur Petrus Altinas invasor Sedis Apostolicæ, & Laurentius Nocerinus. Tunc ab omnibus Episcopis & Presbyteris & Diaconis & Clero redintegratur Sedi Apostolicæ B. Symmachus, cum gloria, apud B. Petrum sedere Præsul. Fecit Ordinationes in urbe Roma quatuor mense Decembri, Presbyteros xlvii. Diaconos xv. Episcopos per loca cxvii. Sepultus est apud B. Petrum, sub die xiv Kal. Augusti, in pace. *Cessavit Episcopatus dies* iii.

[a] *Anast. contentione forte contentione Episcopi.*
[b] *Iterum Anast. contentione.*

LIV. Hormisda, natione Campanus, ex patre Justo, de civitate [a] Frisiona, sedit annos viii. dies xvi. Hic Episcopatus auctoritate, ex constituto Synodi, misit in Græciam secundum humanitatem Sedis Apostolicæ: & reconciliavit Græcos, qui obligati erant sub anathemate, propter Petrum Alexandrinum & Acacium Constantinopolitanum. Hic Papa perrexit ad

[a] *Anast. Prisilia: videtur legendum Frusinone in Latio.*

D Regem Theodoricum Ravennam; & ex Concilio Regis direxit Ennodium Episcopum Ticinensem, & Fortunatum Episcopum Catanensem, & Evantium Presbyterum Urbis, & Vitalem Diaconum Urbis, euntes ad Anastasium Augustum, ut sub libelli satisfactione (Græci) revocarentur: (sed) nihil egerunt. Item secundo misit Hormisda Ennodium & Peregrinum Episcopos, & Pollionem Subdiaconum Urbis: & portaverunt Epistolas fidei, & contestationes secretas numero xix. & libellum per quem redirent. Quod si noluissent epistolas suscipere, contestationes per civitates spargerent; in quo noluit consentire Anastasius Augustus, eo quod erat in hæresi Eutychi consentiens. Voluit itaque eos per remunerationem corrumpere. Illi autem, contempto Principe, nullatenus consenserunt accipere pecunias. Furore accensus Imperator ejecit eos per locum [*] periculosum, & imposuit eos in navi sub periculo mortis, cum Magistriano & Perfectiano, Heliodoro & Demetrio; & hoc dedit in mandatis Imperator, ut nullam civitatem ingrederentur. Illi vero secretius suprascriptas epistolas fidei xix. per E manus Monachorum Catholicorum, posuerunt per omnes civitates. Quæ tamen epistolæ susceptæ (non sunt) ab Episcopis civitatum; qui consentientes Anastasio Augusto hæretico, timore eas Constantinopolim direxerunt in manus Anastasii. Furia ductus Anastasius, Papæ Hormisdæ inter alia sacra, hæc scripsit, Nos jubere volumus dicens: non nobis juberi. Percussus divino ictu Anastasius interiit. Sumpsit itaque Imperium Justinus orthodoxus, & mittens ad Sedem Apostolicam [*] (petiit ut redintegraretur pax Ecclesiarum). Tunc Hormisdas, cum consilio Regis Theodorici, direxit Germanum Episcopum Capuanum, & Joannem Episcopum, & Blandum Presbyterum, & Felicem Diaconum Sedis Apostolicæ, & Dioscorum Diaconum. Quos is suscepit, munitos ex omni parte fidei, una cum libello, quomodo redirent Græci ad communionem Sedis Apostolicæ. Qui venientes juxta Constantinopolim occurrit illis multitudo Monachorum & Illustrium virorum, in quibus Justinus Imperator & Vitalianus Magister militum, simul a Castello Rotundo quod dicitur, usque in civitatem Constantinopolim, cum gloria & laude, ingressi sunt, una cum Grato illustri. Ingressi itaque in civitatem, suscepti sunt a Justino Augusto orthodoxo cum gloria. Omnis itaque Clerus Constantinopolitanus, una cum Joanne Episcopo sentientes eo quod gratiæ suscepti F sint, incluserunt se intra ecclesiam majorem, quæ vocatur sancta Sophia, & Concilio facto mandaverunt Imperatori, dicentes; Nisi nobis reddita fuerit ratio quare damnatus est Episcopus civitatis nostræ Acacius, nullatenus consentimus sedi Apostolicæ. Et facto Concilio, simul cum Justino Augusto, in conspectu omnium illustrium, tunc Legati sedis Apostolicæ elegerunt ex suis Dioscorum Diaconum ad reddendam rationem. Qui ita exposuit culpas Acacii, ut etiam omnes, simul cum Justino Augusto: acclamarent dicentes: Et hic & in æternum damnetur Acacius. Eodem tempore jussit Justinus Augustus, accepta veritate, ut sine aliqua dilatione facerent libellum ad communionem sedis Apostolicæ: quod etiam factum est, & concordaverunt ab Oriente usque ad Occidentem, & cucurrit pax Ecclesiæ: qui textus libelli hodie archivio reconditus retinetur. Hic invenit Manichæos, quos etiam discussit examine plagarum, quarum codices incendio consumpsit ante fores basilicæ Constantinianæ. Hujus temporibus Episcopatus Africæ reordinatur, post annos septuaginta quatuor quod ab hæreticis fuerat exterminatus tempore persecutionis. Eodem tempore venit Corona aurea, cum gemmis pretiosissimis, donum a Rege Francorum. Hic fecit Ordinationes, Presbyteros . . . . . Episcopos per loca

[*] *Anast. per posterulā al. per periculum.*

[*] *hæc supplentur ex Anastasio.*

A loco...... sepultus est apud B. Petrum vii. Idus Augusti. *Cessavit Episcopatus dies* vi.

LV Joannes natione Tuscus, ex patre Constantio, sedit annos ii. menses viii. dies xv. a Consulatu Maximi usque ad Consulatum Olibrii. Hic vocatus est a Rege Theodorico Ravennam: quem Rex rogans misit in legatione Constantinopolim ad Justinum Augustum, virum religiosum, qui summo amore religionis Christianae haereticos extricavit; nam summo fervore ecclesias Arianorum in Catholicas dedicavit. Exinde voluit [Rex] totam Italiam gladio perdere. Tunc Joannes venerabilis Papa egressus cum fletu & magitu ambulavit, & viri religiosi Exconsules & Patricii, Theodorus, Importanus, Agapitus, & alius Agapitus, hoc accipientes in mandatum legationis, ut redderentur ecclesiae haereticis in parte Graeciarum; quod si non fuerit factum omnem Italiam gladio perderet. Iustinus autem Augustus cum ei, simul & Senatoribus tantis & talibus Exconsulibus & Patriciis Urbis Romae [occurrisset], omnem concessit petitionem, & propter sanguinem Romanorum reddidit haereticis ecclesias, secundum voluntatem Theoderi-
B ci Regis haeretici, ne Christiani, maxime Sacerdotes, ad gladium mitterentur. Tunc vero, beatissimo Ioanne Pontifice, sed & viris illustribus positis Constantinopoli, Rex Theodoricus tenuit duos Senatores, Exconsules & Patricios, gladioque interfecit Boethium & Symmachum, quorum etiam corpora abscondi praecepit. Venientes vero supradicti viri cum Ioanne Episcopo, post omnia per ordinem acta (Agapito Patricio defuncto in Graecia) suscepti sunt a Rege Theodorico cum dolo & grandi odio: quos gladio voluit punire; sed metuens indignationem Iustini Augusti orthodoxi non fecit, tamen omnes in custodia maceravit. Ita ut B. Ioannes Papa, in custodiae afflictione maceratus, deficiens moreretur: qui defunctus est Ravennae cum gloria xv. Kalendas Iunii, in custodia Regis Theodorici. Post hoc nutu Dei omnipotentis, quadragesimo octavo die postquam defunctus est Ioannes Episcopus in custodia, subito Theodoricus Rex interiit, a Divinitate percussus. Hic Ordinationes fecit per loca. *Cessavit Episcopatus dies* x.

LVI. Felix, natione Samnita ex patre Castorio,
C sedit annos iv. dies xiiii. a Consulatu Mavortii usque ad Consulatum Lampadii & Orestis, a die iv. Iduum (Julii, usque ad vii. Kalendas] Octobris. Hic fecit basilicam SS. Cosmae & Damiani in urbe Roma, juxta templum Urbis Romae. Obiit temporibus Athalarici Regis: qui sub die iii. Iduum Octobris sepultus est apud S. Petrum. Hic fecit Ordinationes duas, Presbyteros lii. Diaconos iv. Episcopos per loca xxix. *Cessavit Episcopatus per dies* iii.

Post Felicem *alii* ix. *Pontifices inveniuntur, ab eo, qui secundum Catalogum circa annum* 560. *transcripsit, continuati hoc modo.*

Bonifacius, sedit an. ii. dies xxvi.
Joannes sedit an. ii. men. iii. dies v.
Agapitus sedit menses xi. dies xvii.
Silverius sedit an. i. men. v. dies xi.
Vigilius sedit an. xvi. men. vi. dies xxvi.
Pelagius sedit an. iiii. m. x. dies xviii.
Joannes sedit an. xii. men. xi. dies xvi.
Benedictus sedit an. iiii.
Pelagius sedit an. x. men. ii. dies x.

CATALOGUS TERTIUS

Usque ad Stephanum II. perductus

Ex antiquissimis membranis Palatinis Bibliothecae Vaticanae.

MEmbranae istae inveniuntur ante Psalmos Poenitentiales, in Codice xxxix. *Armarii* i. *indeque transcripta hic conferuntur cum Anastasianis Codicibus omnibus, ad quos exacta est Regia Parisina editio: qui cum pariter universi a numeris hic indicatis recedent, notabitur in Margine Anastasianus numerus, ut certa diversus: si vero tantum aliqua exempla dissentiant, tunc supponemus ea quae huic Ms. consentiunt quoad numeros, esse sinceriora; & discrepantiae alibi occurrentis nulla habebitur ratio.* D

Beatus Petrus Apostolus & Princeps Apostolorum, Antiochenus, filius Joannis, provinciae Gallileae vico Bethsaidae, frater Andreae, primum sedit cathedram Episcopatus in Antiochia annos vi. & in Romam ingressus sub Nerone Caesare, ibique sedit annos xxv. menses ii. dies iv. Hic scripsit duas epistolas, quae Canonicae nominantur, & Evangelium Marci: & ordinavit Episcopos iii. Linum, & Cletum, & Clementem; & Presbyteros x. & Diaconos viii.

Linus, natione Italus, regionis Tuschiae, patre Herculano, sedit annos xi*. menses iii. dies xi*. Hic ordinavit Episcopos xv. Presbyteros xviii. [* Anast. a. xv * d. xii.]

Cletus, natione Romanus, de regione Vico-Patricii, patre Emiliano, sedit an xii. mens. i. dies xi. Hic ex B. Petri praecepto xxv. Presbyteros ordinavit in Roma.

Clemens, natione Romanus de regione Coelio monte, ex patre Faustino, sedit annos viiii menses ii*. dies x Hic ordinavit Episcopos xv. Presbyteros x. Diaconos* ii. E [* m. xi. * D. xx.]

Anacletus, natione Graecus de Athenis ex patre Antiocho, sedit an. xiiii*. men. ii. dies x. Hic ordinavit Episc. vi. Presb. v. Diac. iii. [* xviiii.]

Evaristus, natione Graecus, ex patre Judaeo, nomine Juda, de civitate Bethlehem, sedit an. viiii. mens. x. dies ii. Hic ordinavit Episcopos v. Presbyteros vi. Diaconos ii.

Alexander, natione Romanus, ex Patre Alexandro, de regione Caput-Tauri. sedit an x.* men. vi. dies ii. Hic constituit aquam Sparsionis cum Sale benedici. Hic ordinavit Ep. v. Presb. vi. Diac. ii. [* m vii.]

Xystus, natione Romanus, ex patre Pastore, de regione Via-lata, sedit an. x.* men. ii. diem i. Hic constituit ut ministeria sacrata non tangerentur, nisi a ministris. Hic ordinavit Episcopos iv. Presbyteros xi. Diaconos iiii. [* m xi d. xxi.]

Telesphorus, natione Graecus, ex Anachorita sedit* an. xxi. mens. iii*. Hic constituit ut septem hebdomadas ante Pascha jejunium celebraretur. & in natale Domini in nocte ut Missae celebrarentur, & Gloria in excelsis Deo caneretur. Hic ordinavit Presb. xii. Diac. viii. F [* a xi * d. xxii.]

Yginus, natione Graecus, ex Philosopho de Athenis, cujus genealogiam non inveni, sedit an. iiii. men. iii.* dies iv. Hic Clerum composuit & divisit gradus Ecclesiasticos. Hic ordinavit Episcopos vi. Presbyteros xv. Diaconos v. [* d. viii.]

Pius, natione Italus, ex patre Rufino, frater Pastoris, de civitate Aquilea, sedit * an. xviii. mens. iiii. dies iii. Hic Angelo admonente praecepit Pascha die Dominico celebrari. Hic ordinavit Episc. xii. Presb. xii. Diac. xxi. [* a. xix.]

Anicetus, natione Syrus, ex patre Joanne, de Vico-Umisa, sedit an. *x. men. iiii. dies iii. Hic constituit ut Clericus comam non nutriret. Hic ordinavit Episcopos ix. Presbyteros xvii. Diac. iiii. [* a. xi. * a ix.]

Soter, natione Campanus, ex patre Concordio, de civitate Fundis, sedit an ix.* mens. vi. dies xxi. Hic constituit, ut nulla monacha pallam sacratam tangeret, nec incensum poneret in sanctam Ecclesiam. Hic ordinavit Episc. xi. Presb. viii. Diac. ix. [* m. vii. d. xxi.]

Eleuther, natione Graecus, ex patre Abundio, de oppido Nicopoli, sedit an. xv. men. iii. dies ii. Hic constituit ut nulla esca a Christianis repudiaretur, quae

ratio-

rationabilis humanaque esset. Hic ordinavit Episcopos xv. Presbyteros xii. Diaconos viii.

Victor, natione Afer, ex patre Felice, sedit an. x. mens. ii. dies x. Hic constituit ut Pascha die Dominico celebraretur, sicut & Pius. Hic ordinavit Episcopos xii. Presbyteros iv. Diaconos vii.

* P. xiii. vel xv. Zepherinus, natione Romanus, ex patre Abundio, sedit an. viii. mens. vii. dies x. Hic ordinavit Episcopos xiii*. Presbyteros iv. Diaconos vii.

* D. iv. Callistus, natione Romanus ex patre Domitio, de regione Ravennatium, sedit an. vi. men. ii. dies x. Hic ordinavit Episc. viii. Presb. xvi.* Diac. iii.

* d. xii. * P. ix. Urbanus, natione Romanus, ex patre Pontiano, sedit an. iv. menses x.* dies xi. Hic ordinavit Episcopos viii.*, Presbyteros vi. Diaconos v.

Antherus, natione Græcus, ex patre Romulo, sedit an. xii. mens. i. dies xii Hic gesta Martyrum diligenter exquisivit. Hic ordinavit Episcopum i.

Pontianus, natione Romanus, ex patre Calpurnio, sedit an. ix. mens. v. dies ii. Hic ordinavit Episcopos vi.* Diaconos v. * P. vii

* m. x. * P. xxii. Fabianus, natione Romanus, ex patre Fabio, sedit an. xiv.* mens. xi. dies xi Hic ordinavit Episcopos xi.* Presbyteros xxi. Diaconos vii.

B

* a. iii. * d. x. Cornelius, natione Romanus, ex patre Castino; sedit* an. ii. men. ii.* dies ii. Hic levavit corpora Apostolorum Petri & Pauli de Catacumbis. Hic ordinavit Episcopos vii. Presb. iv. Diac. iv.

Lucius, natione Romanus, ex patre Porphyrio, sedit an. iii. mens. iii. dies iii. Hic præcepit ut duo Presbyteri & tres Diaconi Episcopum in omni loco non desererent. Hic ordinavit Episcopos vii. Presbyteros iv. Diaconos iv.

* a. iv. m. ii. d. x. Stephanus, natione Romanus, ex patre Iobio, sedit* an. iv. mens. v. dies ii. Hic constituit Sacerdotes & Levitas vestes sacratas in usu quotidiano non uti, nisi in ecclesia tantum. Hic ordinavit Episcopos iii. * Presbyteros iv. Diaconos v. * P. vii.

* a. ii. * E. ii. Xystus, natione Græcus, ex Philosopho, sedit * an. i. mens. x dies xxiii. Hic ordinavit * Episcopos iii. Presbyteros iv. Diaconos vii.

Dionysius, ex monacho, cujus generationem non potuimus reperire, sedit an. vi. mens. ii. dies iv. Hic Presbyteris ecclesias dedit, & parochias & diœceses constituit. Hic ordinavit Episcopos viii. Presbyteros xii. Diaconos vi.

C

Felix, natione Romanus, ex patre Constantio, sedit an. iv. mens. iii. dies xxv. Hic constituit supra memoriam Martyrum Missas celebrari. Hic ordinavit Episcopos v.* Presbyteros viii. Diaconos v. * P. ix.

Eutitianus, natione Tuscus, ex patre Marino, de civitate Lunis. Sedit an. i. mens. i. diem i. Hic constituit fruges super altare, & uvæ benedicerentur. Hic ordinavit Episc. iv. Presb. xiv. Diac. v.

* m. iv. * P. xxv. Cajus, natione Dalmata, ex genere Diocletiani, ex patre Gagio, sedit an. xi.* men. iii. dies xii. Hic Ordines Ecclesiasticos disposuit. Hic ordinavit Episcopos v.* Presbyteros xxviii. Diaconos viii.

* m. ii. d. xvi. Marcellinus, natione Romanus, ex patre Projecto, sedit an ix.* men. iv. dies vi. Hic ordinavit Episcopos v. Presbyteros iv. Diaconos ii.

* E. xxi. p. xxvi. Martellus, natione Romanus, ex patre Benedicto, de regione Via-lata, sedit an. v. men. vii. dies xxi. Hic constituit titulos in Urbe Roma propter baptismum & pœnitentiam. Hic ordinavit* Presbyteros xii. Diaconos ii.

* P. xiii. * m. vii. d. viii. Eusebius, natione Græcus, ex Medico, sedit an. ii. men. i. dies iii. Hujus tempore inventa est Crux Domini nostri Jesu Christi, & Judas baptizatus est. Hic ordinavit Episc. xiv.* Presb. xi. Diac. iii.

Melchiades, natione Afer, sedit an. iiii*. Hic constituit ut nulla ratione die Dominico aut v. feria, jejuniis quis de fidelibus ageret. Hic ordinavit Episcopos xii. Presbyteros vii. Diaconos v. D

Silvester, natione Romanus, ex patre Rufino, sedit an. xxiii. men. x.* diem i. Hic congregavit Episcopos cccxviii. & exposuerunt fidem Catholicam, & Chrisma ab Episcopo confici, & baptizatum confirmari. Hic Dalmaticas præcepit indui, hic Sacrificium totum in lineum pannum involvi. Hic ordinavit Episcopos lxv. Presb. xlii. Diaconos xxvi. * d. xi.

Marcus, natione Romanus, ex patre Prisco, sedit an ii. men. viii.* dies xxi. Hic constituit ut Episcopus civitatis Ostiæ, qui consecrat (Episcopum Urbis) Pallio uteretur. Hic ordinavit Episcopos xxvii. Presbyteros xxv. Diaconos vi. * d. xx.

Iulius, natione Romanus, ex patre Rustico, sedit an. xv. men. ii. dies vi. Hic constituit ut nullus Clericus causam in publico ageret, nisi in ecclesia. Hic ordinavit Episc. ix.* Presb. xxvii. Diac. iiii. * P. xviii.

Liberius, natione Romanus, ex patre Augustino, sedit an. vi. men. iii. dies iiii. Hic ordinavit Episcopos xix. Presbyteros xviii. Diaconos v.

Felix, natione Romanus, ex patre Anastasio sedit an. i. men. iii. dies ii. Hic ordinavit Episcopos xix. Presbyteros xviii. Diaconos iiii. E

Damasus, natione Hispanus, ex patre Antonio, sedit an. xviii. men. iii. dies xi. Hic accusatus invidiose de adulterio, purgatus est a xliii. Episcopis. Hic constituit ut Psalmi die noctuque in ecclesia canerentur. Hic ordinavit Episc lxii. Presb. xxxi. Diac. xi.

Syritius, natione Romanus, ex patre Tiburtio, sedit an. xv.* Hic ordinavit Episcopos xxxii. Presb. xxxi. Diac. xvi. Hic præcepit pœnitentibus ultimum Viaticum non negare. * m. xi. d. xxv.

Anastasius, natione Romanus, ex patre Maximo, sedit an. iii.* dies x. Hic constituit, ut quando Evangelium recitatur, Sacerdotes non se erigerent, sed curvi starent. Hic ordinavit Episcopos xi. Presbyteros viii. Diaconos v. * m. iii.

Innocentius, natione Albanensis, ex patre Innocentio, sedit an. xv. men. ii. dies xxi. Hic constituit ut qui natus fuerit de Christiana denuo nasci per baptismum (debeat). Hic constituit Sabbato jejunare, quia Dominus Sabbato in sepulchro jacuit; & discipuli Sabbato jejunaverunt. Hic ordinavit Episcopos liv. Presbyteros xxx. Diaconos* xi. * D. xii. vel xv.

Zosimus, natione Græcus, ex patre Abramio, sedit an. i. men. iii.* dies xi. Hic multa constituit in Ecclesia. Hic ordinavit Episcopos viii. Presbyteros x. Diaconos iii. * d. xii.

F

Bonifatius, natione Romanus, ex patre Jocundio Presbytero, sedit an. iii. men. viii.* dies vii. Hic constituit ut nulla mulier aut monacha pallam sacratam lavaret, aut incensum in ecclesia poneret, nisi minister. Hic ordinavit Episcopos xxxvi. Presbyros xiii. Diaconos iii. * d. xxv.

Cœlestinus, natione Romanus, ex patre Prisco, sedit an viii. men. x. dies xvii. Hic constituit ut Antiphona ante Sacrificium caneretur, quod non ante fiebat, nisi tantum Epistola B. Pauli recitabatur, & sanctum Evangelium. Hic ordinavit Episcopos xlvi. Presbyteros xxii. Diaconos xii.

Xystus, natione Romanus, ex patre Xysto, sedit an. viii. dies xix. Hic incriminatus est post annum & menses viii. a quodam Basso, & cum lvi. Episcopis purgavit se, & Bassus est damnatus. Hic ordinavit Episcopos lii. Presb. xxviii. Diaconos xii.

Leo, natus Tuscus, ex patre Quintiano, sedit an. xxi. men. i. dies iiii. Hic congregavit Episcopos mille ducentos, qui exposuerunt fidem Catholicam, duas naturas in Christo, Deum & hominem. Hic ordinavit Episc. clxxxv. Presbyteros lxxxi. Diaconos xxxi.

Hilarius, natione Sardus, ex patre Crispino, sedit an.

A an. vi. menf. iii. dies x. Hic fparfit Epiftolas de fide Catholica per orbem Orientalem, & confirmavit tres Synodos, Nicænam, Ephefinam & Chalcedonenfem. Hic ordinavit Epifc. xxii Presb. xxv. Diaconos v.

Simplicius, natione Tiburtinus, ex patre Caftino, *d. viii fedit an. xv. men i. *dies viii. Hic conftituit ut ad S. Petrum, & S. Paulum, Sanctumque Laurentium Presbyteri manerent propter, pœnitentes & baptifmum. Hic ordinavit Epifcopos xxxvii. Presbyteros lviii. Diaconos xi.

Felix, natione Romanus, ex patre Felice Presby- *d. xvii. tero de titulo Fafciola, fedit an. viii. men. xi. * dies xix. Hic ordinavit Epifc. xxx. Presb. xviii. Diac. v.

Gelafius, natione Afer, ex patre Valerio, fedit an. iv. men. viii. dies xix. Hic liberavit a periculo famis civitatem Romæ. Hic fecit tractatus & hymnos, ficut B. Ambrofius. Hic ordinavit Epifcopos lxvii. Presbyteros xxxii. Diaconos ii.

Anaftafius, natione Romanus, ex patre Petro, de regione quinta Caput-Tauri. Sedit an. i. menf. xi. dies *P. xii. B xxiv. Hic ordinavit Epifc. xvi. * Presb. xiii.

m. vi vel Symmachus, natione Sardus, ex patre Fortunato, fedit an. xv. menf. vii. dies xxvii. Hic & Laurentius fub contentione uno die ordinati funt, & Symmachus in Laterano & Laurentius in Ecclefia B. Mariæ: & Symmachus confirmatus eft in Sede fecundum judicium Theoderici Regis: & Symmachus poftea incriminatus cum lxv. Epifcopis fe purgavit. Hic conftituit ut omni die natalitiis Sanctorum Gloria in excelfis Deo, caneretur. Hic ordinavit Epifcopos cxvii. Presbyteros xcii. Diaconos xvi.

Hormifda, natione Campanus, ex patre Jufto, de *d xvii. civitate Frifinone, fedit an. ix. * dies xiv. Hic conftituit Clerum & Pfalmis erudivit. Hic ordinavit Epifcopos lv. Presbyteros xxi.

Ioannes, natione Tufcus, ex patre Conftantio, *d. xxii. fedit an. ii. men. viii. * dies xvi. Hic in cuftodia afflictus moritur. Hic ordinavit Epifcopos xv.

Felix, natione Samnis, ex patre Caftorio, fedit an. iv. men. ii. dies xiii. Ipfe ordinatus eft in quietem. *E. xxix. Hic ordinavit* Epifcopos xix. Presbyteros lv. Diaconos iv.

Bonifacius, natione Romanus, ex patre Sigiboldo, fedit an. ii. dies xxvi. Hic & Diofcorus fub contentione ordinati funt, fed Diofcorus eodem tempore defunctus, Bonifacius Sedem tenuit.

Mercurius, qui & Ioannes, natione Romanus, ex C patre Projecto, de Cælio monte, fedit annos ii. men. iv. dies vi Hic ordinavit Epifc. xxi. Presb. xv.

Agapitus, natione Romanus, ex patre Gordiano *d xviii. Presbytero, fedit men. xi. * dies xix. Hic ordinavit Epifcopos xi. Diaconos iv.

Sylverius, natione Campanus, ex patre Hormifda Epifcopo Romæ, fedit an i meo. v. dies xi. Hic or- *E xviii. dinavit * Epifc. lxxxi. Presb. xlvi. Diac. xvi.

P. xiv. D. v. Vigilius ....

Pelagius, natione Romanus, ex patre Joanne Vicariano, fedit an. xi. men. x. dies xviii: Hic eft ordinatus a duobus Epifcopis & uno Presbytero. Hic ordinavit Epifcopos xlix. Presb. xxvi. Diac. ix.

Ioannes, natione Romanus, ex patre Anaftafio, fedit an. xii. men. xi. dies xxvi. Hic ornavit & reftauravit cœmeteria fanctorum Martyrum, & conftituit per fingulas Dominicas oblationes & luminaria ibidem *P. xxix. agere. Hic ordinavit Epifcopos lxi.* Presb. xxvi. Diac. xiii.

Benedictus, natione Romanus, de patre Bonifacio, fedit an. iv. men. i. dies xxviii. Hic ordinavit Epifcopos xxi. Presb. xv. Diaconos iii.

Pelagius, natione Romanus, de patre Ungildo, fedit an. x. men. ii. dies x. Eodem tempore tantæ pluviæ fuerunt, ut omnes dicerent, quia aquæ diluvii fuperinundarent: ac tales clades, quales a fæculo nul- D lus meminit fuiffe. Hic ordinavit Epifcopos xlviii. Presb. xxviii. Diaconos viii

Gregorius, natione Romanus, ex patre Gordiano, fedit annos xiii. men vi. dies x. Hic expofuit homilias xl. & Moralia Job, & fuper Ezechielem, Paftoralemque & Dialogos, & multa alia fecit. Hic augmentavit in Canone, Diefque noftros, ufque in finem Miffæ; Anglofque convertit ad Dominum noftrum. Hic fecit ut miffa fuper corpus B. Petri caneretur. Hic ordinavit, Epifcopos lxii. Presb. xxxix. Diaconos v.

Sabinianus, natione Thufcus, de civit. Blara, de patre Bono, fedit an. i. men. v. dies viii. Hic addidit luminaria in ecclefia B. Petri. Hic ordinavit Ep. xxvi.

Bonifacius, natione Romanus, de patre Joanne, fedit men. viii. dies xxviii. Hic ordinavit Epif. xxi.

Bonifacius, natione Marforum de civitate Valaria, ex patre Joanne Medico, fedit an. vi. menf. viii. dies xiii. Hic ordinavit Epifc. xxxv. Diac. viii.

Deusdedit, natione Romanus, ex patre Stephano F Subdiacono, fedit an. iii. dies xxiii Hic dilexit Clerum multum. Hic ordinavit Epifcopos xxix.* Presb. *P. xvi xix. Diaconos v.

Bonifacius, natione campanus, de civitate Neapoli, ex patre Joanne, fedit an. v. *. Hic conftituit *d. xiii. ut nullus traheretur de ecclefia. Hic ordinavit * Epi- *E. xxix. P. xxvi. fcopos xviii. Presb. xxv. Diaconos iv.

Honorius, natione Romanus, ex patre Petronio Confule, fedit an. xii. men. xi * dies xvii. bujus tem- *d. xvii. poribus levata eft trabes in ecclefia B. Petri. Hic ordinavit. Epifc. lxxxviii. * Presb. Diac. xi. *E. lxxxi D. xii.

Severinus, natione Romanus, ex patre Avieno, fedit men. ii. dies iv. Hic ordinavit Epifc. iv.

Ioannes, natione Dalmata, ex patre Venantio, fedit an. i. men ix. dies xviii. Hic per omnem Dalmatiam & Iftriam multam pecuniam mifit ad redemptionem captivorum qui prædati erant. Hic ordinavit * Epifcopos iv.

Martinus, de civitate Tudertina provinciæ Tuf- *E. xviii. P. xviii D. v. ciæ. fedit an. vi. menf. i. dies xxiii. Hic congregavit Synodum Epifcoporum cv. & condemnavit Cyrum Alexandrinum & Sergium Pyrrhum & Paulum Patriarcham C. P. qui contra immaculatam fidem novitates innectere præfumpferunt, & fextam Synodum, confcribens confirmavit. Hic ordinavit Epifcopos * xxviii. Presb. xi*. *E. xxiii. *D. v.

Theodorus, natione Græcus, ex patre Theodoro Epifcopo, de civitate Ierufalem, fedit an. vi. men. v. dies xviii. Hic ordinavit Epifc. xlvi. Presb. xxi. F Diac. iv.

Eugenius, natione Romanus, ex Patre Rufiano, fedit an. ii. men. ix. dies xxiv. Hic ordinavit Ep. xvi.

Vitalianus, natione Signenfis provinciæ Campaniæ, ex patre Anaftafio, fedit annos xiv: menf. vi. Hic regulam ecclefiafticam atque vigorem ut mos erat omnino confervavit Hic ordinavit Epifcopos * xxvii. Presb. xxii. Diaconos i. *E. xcvii.

Adeodatus, natione Romanus, ex Monachis, de patre Iobiano, fedit an. iv. men. ii. dies v. Hic ordinavit * Epifc. xlvii. Presb xxiv. Diac. v. *E. xlvi.

Donus, natione Romanus, ex patre Mauricino, P. xiv. D. v. fedit ann. i. menf. v. dies x. Hic ordinavit Epifcopos vi. Presb. x. Diaconos v.

Agato, natione Sicula, fedit ann. ii. menfes vi. dies iv. Hic ordinavit Epifc. xviii. * Presb. ix. Diaconos iii.

Leo Junior, natione Sicula, de patre Paulo, fedit *P. x. menfes x. dies xvii. Hic conftitutum fecit ut qui ordinatus fuerit Archiepifcopus nulla confuetudine, pro ufu Pallii aut diverfi officii, Ecclefiæ perfolvere debeat. Hic ordinavit * Epifc. xxi. Presb. xi. Diac. iii. *E. xxiii.

Benedi-

A Benedictus Junior, natione Romanus, sedit mens. x. dies xii. Hic ordinavit Episc. xii.

Joannes, natione Syrus, de provincia Antiochia, ex patre Cyriano, sedit an. i. dies ix. Hic ordinavit Episcopos xiii.

Conon *deest*.

Sergius, natione Syrus, Antiochiæ regionis, ortus ex patre Tiberio in Panormo Siciliæ. Hic statuit ut tempore confractionis Dominici Corporis, Agnus Dei a clero & populo decantaretur. Hic constituit ut diebus Annuntiationis Domini, & S. Mariæ, & S. Simeonis, quod Hypapante græce dicitur, Litaniæ, exeant. Hic ordinavit Episcopos xcvii. Presb. xviii.
* m. viii. Diac. iv. Sedit annos xiii. mens. vii*. dies xxiii.

Joannes, natione Græcus, sedit an. iii. mens. ii. dies xii. Hic ordinavit Episcopos xv. Presbyteros ix. Diaconos ii.

Joannes, natione Græcus, de patre Platone, sedit
* E. xvii. an. ii. mens. vi. dies xvii. Hic ordinavit Episc. xix*.

Sisynnius, natione Syrus, de patre Joanne, sedit
* solu. d. xx * an vii. dies xv. Hic ordinavit * Episcopos lxiv. Pres-
* Episc. i. byteros x. Diaconos ii.

B Constantinus, natione Syrus, de patre Joanne,
* E. lxiv. sedit annis vii. dies xv. Hic ordinavit Episcopos lxiii* Presbyteros x. Diaconos ii.

Gregorius, natione Romanus, ex patre Marcello, sedit an vi. menses ix. dies xi. Hic constituit ut in quadragesimali tempore quinta feria jejunium atque missarum celebrationes fierent, quod ante non agebatur. Hic ordinavit Episcopos cl. Presbyteros
* P. xxxv. xxv. * Diaconos iv.

Gregorius, natione Syrus, ex patre Joanne sedit an. x mens. viii. dies xxv. Hic Græca Latinaque linguæ eruditus fuit; Psalmos omnes per ordinem memoriter retinens, & in eorum sensibus subtilissima excitatione limatus. Hic ordinavit Episcopos lxxx. Pres-
* P. xxiv. byteros xxiii*. Diaconos iii.

Zacharias, natione Græcus, ex patre Polierono, sedit an. x. mens iii. dies xiv. Hic ordinavit Episcopos lxxxv. Presbyteros xxx. Diaconos v.

Stephanus, natione Romanus, ex patre Constan-
* d. xxviii. tino, sedit an. v. dies xxiv*. Ordinavit Episcopos xv. Presbyteros ii, Diaconos ii.

Paulus.
Stephanus *deest*.
Adrianus.
Leo.
Stephanus.
Paschalis.

NE *quid porro subtraham suppellectilis nostræ antiquariæ, unde illustrari Pontificum hi-*
C *storia possit; addo membranam, ante annos (ut apparet) sexcentos descriptam ex alia vetustiori, finem cum* Vigilio *Papa accipiente, id est in anno* DLV, *ubi etiam finem accipiunt* Nomina Apostolicorum, *inter Analecta Mabillonii tom.* 3. *pag.* 426. *descripta, & inventa post collectionem quamdam Decretalium Canonumque, ultra annum* DLXXI. *non extensam. Sed ut multa nomina vitiose istic scripta, sic & numeri valde diversi habentur a nostræ membranæ numeris. Nec minor diversitas occurrit in altera Corbejensi membrana, quæ in eodem Analectorum tomo pag.* 429. incipit de Episcopis Romanæ Ecclesiæ, *& protrahitur usque ad* Joannem VI. *in eo sic finiens, ut ejus decessorisque* Sergii I. *annos diesque omiserit annotare. Diversitatem utrobique repertam, sub indicio litterarum* BC, *quibus prior posteriorque membrana Corbejensis significetur; subtus apponemus; si forte alicui usui sit aliis, noster enim labor jam longius progressus erat, cum adferebantur, quam ut ex istis juvari nunc quidem possit.* D

NOMINA APOSTOLICORUM

Usque ad Vigilium, ac porro usque ad Joannem VI. continuata,

Ex Veteri membrana nostra, collata cum gemina Ms. Corbejensi.

BEatus Petrus præsuit R. an. xxv. m. ii. d. vii.
B *sedit annos* xx. *mens.* ii. *dies* iii.
C *deest Petrus*.
Linus ao. xi. m. iii. d. xii. vi. Kal. Dec.
C *sedit annos* xii. *menses* v. *dies* xii.
Cletus an. vii. m. i. d. x. vi. Kal. Maii. E
B *an.* xii. *m.* i. *d.* ii. C *an.* viii. *m.* ii. *d.* v.
Clemens ao. ix. m. ii. d. x. ix. kal. Dec.
B *an.* ix. *m.* x. *d.* i. C *an.* vi. *m.* i. *d.* xiv.
Anacletus an. xii. m. i. d. vii. xvi. kal. Maii.
Deest B *&* C.
Evaristus ao. xiii. m. vii. d. ii.
B *an.* viii. *m.* v. *d.* ii. C *an.* xiv. *m.* iii. *d.* xii
Alexander an. x. m. vii. d. ii. v. Non. Maii.
B *an.* xii. *m.* vii. *d.* ii. C *an.* vii. *m.* vi. *d.* vi.
Sixtus ao. x. m. iiii. d. xxii. viii. Id. Apr.
B *an.* x. *m.* ii. *d* i. C *an.* xxv. *m.* ii. *d.* i.
Telesphorus ao. xi. m iii. d. xxii. Non. Jan.
B *an.* xi. *m.* i. *d.* xxi. C *an.* xi. *m.* iii. *d.* xxvi.
Ygious an. iv. m. iii. d. vii. iv. Id. Jan. *
B *an.* iv. *m.* iii. *d.* i. C *an.* vi. *m.* iii. *d.* iv.
Anicetus an. viii. m. iii. d. iii:
B *an.* xi. *m.* iv. *d.* ii, C *an.* xi. *m.* iv. *d.* iii.
Utrobique autem præponitur Aniceto Pius.
Pius an. xi. m. iv. d xxi. iv. Id. Julii,
B *an.* xviii. *m.* *d.* i. C *an.* xviii. *m.* iv. *d.* iii.
Soter ao. ix. m. iii. d. xx. xi. kal. Maii.
B *an.* ix. *m.* ii. *d.* xxi. C *an.* xiv. *m.* v. *d.* ii.
Eleuther an. xv. m. iv. d. v. viii. kal. Jun
B *an.* xv. *m.* iii. *d.* ii. C *an.* v. *m.* x. *d.* xxii.
Victor an. x. m. i. d. x. xii. kal. Maii.
B *&* C *an.* xv. *m.* iii. *d.* x. F
Zepherious an. xvi. m. ii. d. x. vii. kal. Sept.
B *an.* xviii. *m.* vii. *d.* x. C *an.* xviii. *m.* vi. *d.* v.
Calistus ao. v. m. ii. d. x. ii. Id. Octob.
B *an.* v. *m.* x. C *an.* v. *m.* ii. *d.* x.
Urbanus an. viii. m. xi. d. xii. viii. kal. Jun.
B *&* C *an.* ix. *m.* i. *d.* ii.
Antherus ao. xii. m. i. d. xx. iii. Non. Jan.
B *an.* . . . *m.* i. *d.* xi. C *an.* xi. *m.* i. *d.* x.
Pontianous an. v. m. ii. d. ii. xii. kal Dec. xx.
B *an.* vii. *m.* x. *d.* xxii. C *an.* ix. *m.* v. *d.* ii.
& utrobique præponitur Pontianus Anthero.
Fabianus an. xiv. m. ii. d. x. xiii. kal. Febr.
B *concordat.* C *an.* xiv. *m.* i. *d.* x.
Cornelius ao. iii. m. ii. d. x. xviii. kal. Oct.
B *an.* ii. *m.* iii. *d.* . . . C *an.* ii. *m.* ii. *d.* iii.
Lucius ao. iii. m. iii. d. iii. iv. Non. Mart.
C *concordat.* B *an.* iv. *m.* viii. *d.* . . .
Stephanous an. iv. m. ii. d. xv. iv. Non. Aug.
B *an.* vi. *m.* i. *d.* . . . C *an.* . . .
Sixtus an. ii. m. xi. d. vi. viii. Id. Aug.
B *an.* i. *m.* i. *d.* . . . C *an.* i. *m.* x. *d.* xxvi.
Dionysius an. ii. m. iii. d. vii. vii. kal. Jan.
B *an.* viii. *m.* v. *d.* . . . C *an.* vi. *m.* v. *d.* i.
Felix an. ii. m. x. d. xxv. iii. Kal. Jun.
B *an.* iv. *m.* i. *d.* x. C *an.* iii. *m.* i. *d.* xxv.

Euthi-

A Euthicianus an. IX. m. I. d. IV. Id. Dec.
B. & C. *an.* I. *m.* I. *d.*....
Gajos an. XI. m. IV. d. IX. X. Kal. Maji.
B. *desunt dies*. C. *d.* XII.
XXX. Marcellinus an. IX. m. II. d. XXV. VI. Kal. Maji.
Hic persecutione Diocletiani ductus est ut thurificaret, quod & fecit: & post paucos dies pœnitens, ab eodem Diocletiano pro fide Christi Martyrio coronatus est, VI. Kal. Maji, & cessavit Episcopatus an. VII. V. d. XXV.
Melius hæc absunt ab utroque Corbejensi.
Marcellus an. V. m. VI. d. XXI. XVI. Kal. Febr.
B. *an.* I. *m.* IV. *d.*... C. *an.* IV. *m.* IV. *d.* XVI.
Eusebius annis II. m. II. d. XXV.
B... *m.*... C. *an.* VI. *m.* I. *d.* III.
Meleiades an. III. m. VII. d. XXI. IV. Id. Jan.
B. & C. *an.* IV. *m.*....
Silvester annis XXIII. m. X. d. XI.
B & C. *concordant, nisi quod in* B. *desint dies & addatur* Positio ejus Kalendas Januarias, *pro* Pridie Kalendas.
Marcus an. II. m. IX. d. XX. Non Octobr.
B. *an.* II. *m.* I. *d.* XX. C. *an.* II.... *d.* X.
B Julius annis XI. m. II. d. VI.
B. *an.* XV. *m.* II. *d.* VIII. C. *an* XV. *m.* II. *d.* X.
Felix an. I. m. III. d. II. *alibi postponitur Liberio.*
B... *d.* I. C. *Felix sedit*....
Liberius annis X. m. III. d. IV.
B. *an.* VI. *m.* IV. *d.* VIII. C. *an.* VI. *m.* VI. d. IV.
Damasus annis XVIII. m. II. d. X. III. Id. Decembr.
B. *an.* XVIII. *m.* III. *d.* XI. C. *an.* XVIII. *m.* III. *d.* XII.
Siricius annis XV. m. XI. d. XXV.
XL. B. & C. *omittunt menses ac dies.*
Anastasius annis II........ d. XXV.
B. *an.* III. *d.* XXI. C. *an.* III. *d.* X.
Innocentius annis XV. m. II. d. XXI.
Concordant B. & C. nisi quod C. habeat, m. I.
Zosimus anno I. m. III. d. XXV.
B. *an.* VII. *m.* IX. *d.* IX. C. *an.* I. *m.* III. *d.* XI.
Bonifacius annis III. m. VIII. d. XIII.
Concordant B. & C. *nisi quoad d.* VI.
Cœlestinus annis VIII. m. I. d. IX.
B. *an.* IX. *m.* X. *d.* XVII. C. *an.* VIII. *m.* X. *d.* XVI.
Sixtus annis VIII. diebus XIX.
Convenit B. *sed* C. *habet d.* XVII.
Leo annis XXI. m. I. d. XXVIII.
B. *an.* XX. *m.* I. *d.* XXIII. C. *m.* I. *d.* XIII.
Hilarus annis VI. m. III. d. X.
C *Convenit* B. *ast* C. *an.* VI. *m.* II. *d.* XII.
Simplicius an. XV. m. I. d. VII. Kal. Mart.
Mensis deest in B. *in* C. *solum sunt d.* VI.
Felix annis IX. m. XI. d. XVII.
L. B. *an.* VIII. *m.* V. *d.* XVII. C. *an.* VIII. *m.* X. *d.* XVIII.
Gelasius annis IV. m. VIII. d. VII.
B. & C. *conveniunt, sed habent d.* XVIII.
Anastasius an. II. m. XI. d. XXIV.
B. & C. *an.* I. *m.* XI. & C. *solum d.* XXIII.
Symmachus annis XV. m. VII. d. XVIII.
B. & C. *an.* XV. *m.* VII. *d.* XVII.
Hormisda annis VIIII...... d. XVIII.
B. *d.* XVII. C. *d.* XVI.
Joannes annis II. m. VIII. d. XVIII.
B. *an.* II. *tantum.* C. *an.* II. *m.* IX. *d.* XVI.
Felix annis III. m. II. d. XVI.
B. *an.* III. *tantum.* C. *an.* IV. *m.* II. *d.* XII.
Bonifacius annis II. diebus XXVII.
B. *tantum annos* II. C. *d.* XXVI.
Joannes annis II. m. IV. d. VI.
Convenit C. *sed* B. *solum habet an.* II.
Agapitus anno I. m. XI. d. XVIII.
B. *solum habet an.* I. C. *an.* IV. *m.* XI. *d.* XVIII.
Silverius anno I. m. IX. d. XI.
B. *solum habet an.* I. C. *an.* II. *m.* V. *d.* XXVI. D
Vigilius annis XVIII. m. VI. d. XXVI.
B. *an.* XIV. *tantum.* C. *an.* XVII. *m.* VII.
Hactenus membrana nostra cum utroque Corbejensi Ms. quorum primum hic desinens hæc subjungit: Ab Apostolica Sede Petri Apostoli usq; Ordinationem Sancti Silvestri anni CCLVII. *ubi videtur auctor scripsisse, vel scribere voluisse annos* CCXLVII. *idque ex sententia quæ mortem Apostoli refert anno Neronis penultimo Christi* LXVII. *cum ordinatus Silvester sit anno* CCCXIV. *Membrana porro Corbejensis posterior, sic ulterius continuatur.*

CONTINUATIO MS. C.

Pelagius an...... m. X. d. XIX.
Johannes an. XII. m. XI. d. XXVI.
Benedictus an. IV. m. I. d. XXVII.
Pelagius an. X. m. II. d. X.
Gregorius an. XIII. m. II. d. X.
Fiunt usque hic LXIII.
scilicet non numerato Petro, omissisque Cleto & Marcellino.
Savinianus sed. an. I. m. V. d. IX. E
Bonifatius sed. an...... m. VIII. d. XXII.
Item Bonifatius an..... m. VIII. d.....
Deus-dedit an. III. d. XX.
Bonifatius an. V. m. X.
Honorius an. XII. m. XI. d. XVII.
Severinus an..... m. II. d. IV.
Johannes an. I. m. VIII. d. VI.
Theodorus an. VI. m. V. d. XVIII.
Martinus an. III. m. I. d. XXVI.
Eugenius an. II. m. IX. d. XIX.
Vitalianus an. XIV. m. VI.
Adeodatus an. IV. m. II. d. V.
Donus an. I. m. V. d. X.
Agatho an. II. m. VI. d. XIV.
Leo sed. an...... m. X. d. XVIII.
Benedictus sed. mens. X. d. XIII.
Johannes sed. an..... d. X.
Conon sed. mens. XI.
Sergius sed. an.........
Johannes sed.......

Porro ex tribus jam indicatis membranis sola prima, scilicet nostra, ob causam prænotatam, una cum præcedenti tertio Catalogo usui nobis erit, ad dijudicandos numeros, per quam diversi in diversis Anastasii Codicibus signatos. Utemur autem Anastasio editionis Regiæ Parisinæ, ex fide Codicis Velseriani, cum variis in margine lectionibus, ex Mss. Cassinensi & Barberino, notatis per litteras C. B. *Ad calcem addentur similes lectionum varietates, 1. ex duobus Codicibus Freherianis, notatis* A. B. *2. ex Codicibus Mazarino, Thuano, Regio, notatis* M. D. R. *3. denique ex alio Codice Thuano: quibus omnibus additum velim nostrum Ms. ectypum de Vitis Pontificum, usque ad Pontificatum Martini V. Intelligi etiam cupio, quod, cum assignatis cuique Pontificatui vel interpontificio terminis, nullos in subsequenti commentariolo Auctor apponitur, extra controversiam sint numeri annorum, mensium, ac dierum, quia in omnibus vel plerisque exemplaribus concorditer inveniendi, nec aliunde suppetit confirmatio ponderis certioris.* Anastasiani Codices varii. F

Odericus Vitalis Monachus Uticensis circa annum MCXXX. *Historiam Ecclesiasticam scribens, librum ejus secundum finivit cum brevi recensione Romanorum Pontificum, quibus usque ad* Leonem IV. *perductis, ita scribit:* Ecce mentionem centum Pontificum, qui post Beatum Petrum Apostolicæ Sedi præfuerunt, in hoc opusculo denotavi, prout in scriptis sancti Papæ Damasi ad Hieronymum vel in gestis Pontificalibus investi-

A investigavi. Porrn de aliis quadragiota, qui post Leonem IV. usque ad nostram ætatem præfuerunt Apostolicæ Sedi, huc usque integra gesta non ioveni, ideoque vix panca de illis audeo profari. Nomina solummodo oitor enrum per ordinem proferre: sed de progenie vel actibus eorum compellor omoino silere, donec possim donante Deo pleniora de illis, ut enpio, scribere. *Non babuit ergo Odoricus opus Anastasii Bibliothecarii, multa minus Continuationem Guilielmi: quæ autem scivit, juvat bic attexere.*

CONTINUATIO

Ex Libr. 2. Hist. Eccles. Oderici Vitalis.

BEnedictus Papa, sedit anno I. mensibus VI. diebus X.

Nicolaus Papa, annis IX. mensibus X.

Adrianus Papa, annis V.

Jnannes Papa, aonis X.

Marinns Papa, anno I. mensibus IV.

Adrianus Papa, anno I. mensibus IV.

Agapitus Papa, aono I. *Ignotus aliis.*

Basilius Stephanus anno I. *Sedit omnino* Stephanus
B *annis VI. quem an pnius* Basilium *dictum intelligat Vitalis, & unde id acceperit, nescio.*

Deinde *Formasus*, *Ioannes* & *Stephanus* tempore Ludovici Transmarini floruerunt. *Atqui inter* Formosum & Stephaoum VIII. *contemporaneum* Ludovici Transmarini, *Pontifices omnino* XXVI. *intercesserunt; in quibus* Joannes, *non sub illo, sed sub patre ejus Carolo Simplici floruit.*

Ipsos quoque secuti sunt *Marinus*, *Agapitus*, *Octavianus*, *alias* Ioaones XII. *Leo Benedictus*, *Joannes*, *Benedictus*, *Joannes* qui Otthonem Juniorem Benedixit. *Ubi Ioanus* XIII. *adscribitur, quod ad successorem pertinet. Benedictus, & omisso Dono, Benedictus; cursumque, omissis successoribus tribus,* Gerbertus, *in Pontificatu Silvester, Agapitus, nullis notus* (*nisi boc nomen antea fuerit* Joanni XIX.) & *Benedictus IX.* Sie per aooos fere eentum & decem [*incipiendo scilicet a Stephano VIII. Ludovici Transmarini æquali*] Patres, XI. præfuerunt Apostolicæ Sedi; *cum interim in boc contextu numerentur* XIII. *quod vitio librarii adscribi potest: ipsi autem Auctori quod reliquos ignoravit qui revera* XXI. *fuerunt, nisi contrarium malimus opinari, & Pontificum numero drnarium unum ac nomina nonnulla textui*
C *excidisse, per librarii negligentiam. Cetera etiam, in definiendo tempore parum accurata, sic notantur.*

Clemens Suidgerus, qui fuit Bavembergensis Episcopus, sedit annis IX. & Heoricum Imperatorem benedixit & Agnetem.

Poppo *Damasus* qui fuit Aquilejensis Præsul, sedit anno I. *debuit scribere* mense uoo, & Brixinensem Episcopum *dicere: nam* Poppo Aquilegiensis *obiit anno* MXLVIII. *quadrienuio citius quam* Damasus *Pontifex crearetur.*

Leo Lotharingus, sedit annis V. Hic Bruno Tullensis Pontifex fuit: in Galliam veoit: Remis ingens Concilium tenuit. Prisca sanctorum Patrum decreta, quæ exciderant, revocavit, & multa in utroque ordioe salubriter & utiliter correxit.

Gebehardus *Victor* sedit annis II.

Fridericus *Stephanus*, filius Gothelonis Ducis, sedit anno I.

Gerardus, *Nicolaus*, qui de Francis primus assumptus est, sedit annis II.

Alexander Lucensis, sedit annis XI.

Gregorius Hildebrannus, a pueritia Monachus, sedit annis XIV. [*potius* XII.] cujus tempore Henricus Imperator Guibertum Ravennensem intrusit, & expulso Papa Romaoam Ecclesiam valde turbavit.

Desiderius *Victor*, qui Casinensis Abbas fuit, sedit D
mensibus II. imo IV.

Urbanus Odo, qui Cluniacensis Monachus fuit, & Ostieosis Episcopus, sedit annis XII. exercitum Christianum in Hierusalem contra Paganos direxit.

Pascalis Rainerius, qui de Valle Brutiorum fuit Monachus, sedit aonis XIII. *imo* XVIII.

Gelasius, Joannes Gaditanus: [*lege Gajetanus*) sedit aonis II. *utrimq; incompletis, simul vix menses* XII.

Callixtus Guido, filius Guilielmi Burgundionum Ducis, qui Viennensis fuit Archiepiscopus, sedit aonis VI.

Honorius Lambertus, qui fuit Ostiensis Episcopus, sedit annis V.

Inoocentius, Gregorius Papiensis, sedit annis XII. *imo* XIV. *incompletos*, qui nono Papatus sui anno ingens Concilium Romæ aggregavit; & multa [quamvis pauca serventur) constituit. *Agit Vitalis plenius de eodem Concilio, ut ad annum* MCXXXIX. *Indict.* II. *in medio Quadragesimæ celebrato, lib.* IX.

NICOLAI MANIACUTII

Canonici Regularis Lateranensis, Ordinis S. Augustini Enumeratio Metrica Summorum Pontificum usque ad Alexandrum III. E

ex vetri Ms. Archivii Lateranensis eruti ab Onuphrio Panvinio.

SI vis Pontifices Romanæ noscere Sedis,
Carminibus nostris perlectis scire valebis.
Primo Papatus Petrus est in Sede locatus.
Qui consederunt, Linus, Cletusque fuerunt.
His Clemens junctus, simili fuit ordioe functus:
Hinc ouvat mundus, sit quartus, sine secundus.
Hine Anacletus præsedit, hinc Evaristus:
Hine Alexandro succedit in ordine Xystus.
Hos juxta positus Telesphorus est & Hyginus. †
Additur Anicetus, seu Præsul ordine Pius.
Soter & Eleuter, quibus est Victor quoque junctus,
Quos Zepherinus habet comites Martyrque Calistus.
Urbanus, turbæ Christi prælatus in Urbe,
Post hos succedit, Papatus *a* in arce locatus. a
Hinc Pontianus, hine Anterus †, binc Fabianus,
Cornelius, Lucius, Stephanus, Xystusque secundus.
Hos rutilas juxta Dionysi, Sede vetusta;
Felix Romanus, cui jungitur Eutychianus. F
His Comites Cajus seu Marcellinus † habentur.
Marcellus oec oon Eusebius enumerentur:
Milthiades etiam: post quem, Silvester, baberis
Te Domious Papam decrevit in ordine Cleri.
Marcus, eui Julius succedit, Liberiusque,
Felix & Damasus. Cleri speculumque decusque.
Exule Liberio Felix in Sede locatur,
Martyriumque subit cum Liberius revocatur:
Quare Liberii Damasus successor babetur,
Sicut Hieronymi Chroniea narrante docetur.
Postea Siricium † numeramus Anastasiumque,
Hinc, Innocenti, te, qui comitaris utrumque.
Post Zosimum vero Bonifacius eoumeretur:
Hine Cælestinus cum Xysto coosocietur.
Hos autem juxta Leo vir doctissimus extat,
Eloquium eujus quantus fuerit manifestat.
Hilarus buuc, & Simplicius, Felixque † sequuntur,
Post quos Gelasius, *b* Anastasiusque leguntur. b
Symmachus, Hormisdas rutilant, Præsulque Joannes,
[Et Felix quartus, Bonifacius atque Ioannes.] *c* c
Agapitum cum Silverio †, tecumque Vigili,
Pelagium legimus Papali Sede potiri:
Hos meriti magni Papæ præmisso Joanni.
Papam post istum [Christi] numero Benedictum.

Pela-

A Pelagium Romæ Prælatum postea prome.
Hinc tu, Gregori, conforsans cuncta, decori
Ecclesiæ Christi, sal atque lucerna fuisti.
d Post te Bleranum civem lego Sabinianum *d*
Hinc Boonifacius & Bonifacius annumerentur;
Deusdedit † & quintus Bonifacius his socientur.
Honorium cum Severino, teque Joannes
e Inter prædictos Cœlestes *e* scribimus omnes.
f Post hos Theodoro *f* Martinum consociemus,
De quo quod fuerit per Græcos passus, habemus.
Additur Eugenius, Præsul quoque Vitalianus,
Adeo *g* que datum cum Domno † suscipiamus.
g h Scribitur *h* hinc Agatho, Siculæ regionis alumnus;
Et copulatus ei, prudens Leo Papa secundus.
His adjungantur Benedictus atque Joannes:
Et Conon tecum, Sergi, sextusque Joannes.
Hinc alio Papa gavisa est Roma Joanne,
Et te, Sisinni, genite genitore Joanne.
Post † Constantinum Gregorius alter habetur:
Tertius hic etiam Gregorius associetur:
B Cui Zacharias, Stephanus, Paulusque decenter
i His Constantinus *i* Stephanus quoq; connumerentur.
Post Hadrianum Leo tertius esse videtur.
Post Stephanum quartum † Paschalis Præsul habetur.
Eugenius vero Papa subscribitur isti,
Cujus successor tu, Valentine, fuisti.
Gregorius quartus, & Sergius, & Leo quartus:
Pontificem dictum post quos legimus Benedictum.
Hinc, Nicolae, tuo tua gaudet Roma decore,
Cujus Hadrianus post mortem fulsit honore.
Octavi viguit post hoc doctrina Joannis,
A quo Marinus † perpaucis præfuit annis.
k Post k tantos Præsul subnectitur hic Hadrianus,
Et Stephanus quintus: genuit pater hunc Hadrianus.
Postea Formosum Cathedram legimus tenuisse,
Inde Bonifacium Papatum promeruisse.
Post Stephanum sextum, Romanum perlege tandem:
Et post Theodorum, nonum subnecte Joannem:
Cui, Benedicte Pater, Leo † tecum connumeretur:
De titulo Damasi Christophorus associetur.
Sergius hinc rutilans Anastasio copulatur.
Et Lando vivens modice *l* super astra lavatur.
l Omnibus his tandem decimum conjungo Joannem.
Te Leo cum Stephano præcedit, Papa Joannes
Cui Leo, post *m* Stephanus † succedunt dogmate grãdes,
m Nec non Marinus, Agapitus atque Joannes.
C Præsulibus quintus conjungitor his Benedictus:
o Cui Leo jungatur, Joannes *n*, & Benedictus:
Et Domnus, nec non Bonifacius, & Benedictus, †
Et decimum quartum post istos scribe Joannem
p Et decimum quintum post istos scribe Joannem, *p*
Et decimum sextum post istos scribe Joannem.
Gregorium quintum prius, & post scribe Joannem.
Post quem Silvestrum prius, & post scribe Joannem.
Huic etiam nonum decimum subscribe Joannem.
Sergius hinc quartus subnectitur & Benedictus:
Restat vicesimus Joannes & Benedictus:
Hunc nonum decimum depromunt scripta Joannem;
Quod cur evenerit, dabit hoc cognoscere carmen.
Quemdam Joannem si Mercurium vocitamus,
q Istum *q* vicesimum, nonum decimum numeramus.
Silvester † *r* cum Gregorio, Clemensque secundus,
r s Cum Damaso rutilant: Leo *s* post, Victorq; secundus;
Stephanus hinc nonus, nec non decimus Benedictus;
Et succedit eis Nicolaus in ordine mixtus.
t Alter Alexander, & Gregorius copulantur *t*,
Victor †, & Urbanus cum Paschali comitantur.
Gelasium mundo concessit postea Christus,
Cui decedenti successit Papa Calistus.
Honorius Cathedram post omnes hos decoravit:
Hinc, Innocenti (te) Papam Roma vocavit.
Post Cœlestinus, cœlesti dogmate unctus,
Chrismate lætitiæ fit præ consortibus unctus. D
Lucius hinc, mundi cupiens resistere morbis;
Ast raptus statim, quia dignus non erat urbis.
Tertius Eugenius, qui nunc præclarus habetur,
Donec vult vivat; demum super astra feretur. *u* u
Sunt centum quinque nec non & septuaginta. *x* x
Quartus Anastasius † mox Ecclesiam viduavit:
Quam sibi mox copulans Hadrianus clarificavit.
Hinc licet invictum Papali Sede potitum
Scimus Alexandrum, per secula commemorandum.
Sunt omnes centum, sunt octo & septuaginta.

ANNOTATA.

Hunc Pontificium Catalogum, Eugenii *Papæ III. tempore exaratum, moxque continuatum usque ad* Alexandrum III. *publicandum sibi Onuphrius credidit; tumquam* ad incorrupta nomina Pontificum rectamque seriem conservandam maxime facientem; & ad plura, de quibus supra, confirmanda aptissimum. *Eget tamen correctione nonnulla, saltem, ut recusus Coloniæ est anno* 1626. *quod subsequentia Annotata monstrabunt, & simul illustrabunt siquid in eo obscurum posset Lectorem offendere:*

a *Onuphrius* Marce, *ac si Pontificis nomen foret.* E

b *Idem* Pelagius.

c *Hic versus exciderat, ideoque alium ex propria conjectura supplevi.*

d *Et hic abundabat, quem expunximus:*
Hinc Bonifacium civem numero Sabinianum,
supponens errore librarii inductum ex geminatione prioris.

e *Hactenus neminem reperi qui* Honorium *adnumeravit Sanctis; imo ex Pontificibus viginti quatuor, qui inter Sanctos* Gelasium & Martinum *sederunt, solum inveniuntur octo, qui ut* Sancti *colantur.*

f *Onuphrio.* Post hos Theodorum Romæ Martinum; *ubi apparet, geminata perperam ultima ac prima duorum nominum syllaba, natum esse versum superfluum* Romæ.

g *Conjunctio hæc, interjecta ad sensum versumque supplendum, deest eidem Onuphrio.*

h *Idem,* Describitur, *ubi redundat prima syllaba.*

i Constantinum *nemo alius fortasse Pontificem inseruit, etsi violenter occupatam Sedem aliquamdiu tenuerit: metri autem ratio exigit, ut pro* Enumerentur (*quod habet Onuphrius*) *legatur* Connumerentur; *uti in paulo post sequentium duorum versuum fine atque initio pro*, illis, cui, *legendum est*, illi cujus.

k *Idem Onuphrius* Præstantibus P. s. his: *quæ versum non faciunt.* l *Idem* sub. m *Idem* post Stephanum.

n *Confundit hic Auctor duos* Joannes XII. & XIII.

o Ego Bonifacium *præponendum* Domno *censeo.*

p *Annumerat hic Auctor* Joannem filium Roberti, *quem a Pontificum numero excludimus; & ideo sequentem vocat* XVI., *& sic consequenter usque ad* XIX. *quem ipse appellat* Vigesimum: *& hanc numeri discrepantiam ortam putat, quia* Joannem II. *aliqui vocant* Mercurium: *sed sic fateri debet jam inde ab initio varietatem fuisse in numerandis istius nominis Pontificibus: nos vero discriminis causam in eo collocamus, quod dictus* Joannes *Roberti ab aliis fuerit, ab aliis non fuerit Pontificibus adnumeratus.* q *Onuphrius* Justum.

r *Nos pro* Silvestro, *quem Antipapam fuisse credimus, ponimus* Benedictum IX. *in hisce versibus prateritum.*

s *Onuphrius* Rutilat Leo Victorque.

t *Idem* Copulatur, Comitatur. u *Idem* tenetur.

x *Non potest inveniri talis numerus per nomina hic notata, nec tamen dubitari quin scriptus ex mente Auctoris sit, post tres denuo adjunctos Pontifices rursus calculos subducentis, & numerantis* centum septuaginta octo: *Fortassis sicut* Constantinum *Pontificibus adnumeravit, sic etiam adnumeras iisdem, sub contentione simul cum aliis ordinatos,* Eulalium *contra Bonifacium I;* Laurentium *contra Symmachum;* Dioscorum *contra Bonifacium II.* Theodorum *vel* Theodoretum *contra Cononem;* Theophylactum *contra* Paulum: *quorum nomina hisce quoque versibus eligata una cum suis versibus expunxerit is qui Codicem describendum curavit. Verum si ita actum est, cur omissi fuerunt anteriores duo, videlicet* Novitianus *contra* Cornelium, & Ursicinus *contra Damasum, a Schismaticis æque ordinati?*

A D

CONATUS CHRONICOHISTORICI
PARS PRIMA,

A S. Petro usque ad Zachariam.

PRÆFATIO

De vulgatis Pontificum Romanorum Iconibus.

Divisionis per Titulum indicatæ rationem reddituri, ante secundam ac tertiam Partem hujus mei Conatus, elegi initio Partis primæ præfari aliquid de Imaginibus; quas, Onuphrii Panvinii exemplo, ad historiæ ornatum passim adhiberi, nunc videmus; quasque nostro quoque operi insereret Typographus, indulgendum etiam ipse putavi. Primum ergo accipe verba Joannis Baptistæ de Cavalleriis, qui eas docuit æri incidere; nam Onuphrius Figuris ligneis usus erat. Ad confirmandam Catholicæ & Apostolicæ fidei veritatem, quantum momenti adferat legitima Romanorum Pontificum successio, ab ipso Divo Petro Apostolo, cui gregis sui pascendi curam Christus Dominus concredidit, ad hæc usque tempora nostra continuata, vel inde, Christiane Lector, animadvertere potes, quod hostis generis humani diabolus, per membra sua schismaticos & hæreticos, in hoc unum, omne studium suum confert, ut fundamentum hoc, in quo Christus Ecclesiam suam ædificavit, subruere & ex animis fidelium penitus extirpare possit. Scit enim serpens ille callidus, se tum demum circa Ecclesiæ naufragia atrocius grassaturum, si quando gubernatorem sublatum, & pulcherrimum ordinem Ecclesiæ conturbatum animadvertit. Ceterum divina illa bonitas & sapientia, quæ præsidio suo nunquam Ecclesiam destituere solet, inter tot labentium temporum varietates & difficultates, id sanctorum Patrum vigili cura studioque perfecit, ut veluti per manus traditam, integram eorum seriem haberemus, qui post Divum Petrum Apostolorum Principem, Ecclesiæ Dei, ductore Spiritu sancto, ita præfuerunt, ut & sanam a Christo Apostolisque traditam doctrinam illibatam conservarent; & fratres suos in fide confirmantes, hæreticorum errores, quibus plurimorum mentes fascinare diabolus nunquam intermittit, everterent ac condemnarent. Qua quidem in re singularem Salvatoris nostri providentiam, & in promissione Petro Apostolo facta veritatem manifeste exhibitam admirari licet; quod cum in plerisque Ecclesiis, quæ ab Apostolis erant fundatæ, Episcoporum continua series sæpius interrupta defecerit, sola Romana Ecclesia tam excellenti divinæ gratiæ privilegio donata videatur, ut in tantis tyrannorum persecutionibus portæ inferi adversus eam prævalere non potuerint; & fides Petri, pro qua Christus ut ne deficeret oravit, in successoribus Petri, perpetuo salva & nullius erroris labe contaminata, viguerit. Hinc videre licet priscos illos sanctos Patres, cum pro veritate contra falsas hæreticorum opiniones decertarent, ab ipsis Apostolis deductam Romanorum Episcoporum successionem, tamquam validissimum arietem, destruendis illorum erroribus admovisse; & hanc demum certissimam fidei regulam eos judicasse, quæ cum visibili Pastore & Christi in terris Vicario per omnia consentiret.

Romanorũ Pontificum continua series; B

validum adversus hæreticos telum; C

2 Quoniam autem quod sunt hominibus in litteris versatis Scripturæ, hoc sunt idiotis picturæ; non modo per illas, sed & per istas, pii majores nostri rudioribus insinuare voluerunt, quos veræ fidei duces & magistros sequi, quorumque vestigiis insistere potissimum deberent. Atque hac maxime de causa, in templis Deo dicatis, quæ in hac alma Urbe venerandæ antiquitatis memoriam retinent, sanctorum Pontificum seriem, multis in locis, coloribus expressam reliquerunt; ut vel hac etiam ratione populos in fide confirmarent, & quam doctrinam illis traderent, nimirum eam quæ ab Apostolis eorumque successoribus ubique diffunderetur, omnibus palam facerent. Hæc ego mecum expendens, & quorsum impietatis devenerint perditi quidam homines, qui a patre suo diabolo edocti, omnes machinas, ad obnubilandam hanc præclaram in Ecclesia Dei lucem, adhibent, diligentius considerans; ut & ipse pro modulo meo aliquid adferrem, ac in Ecclesiæ gazophylacium, tot clarorum virorum, qui perpetuam hanc Pontificum Romanorum successionem scriptis suis egregie defenderunt, thesauris refertum, cum illa paupere vidua, duo minuta immitterem; Pontificum imagines conquirere, & conquisitas in lucem proferre constitui: rem sane arduam & cum primis difficilem aggressus: quæ tamen, per Dei gratiam, adeo non infeliciter cessit, ut licet magnum laborem suscepissem, non tamen nisi re plane perfecta conquiescere potuerim.

ad instructionem rudiorum eorum coloribus expressa, E

3 Multas enim Pontificum effigies, post eas quæ pridem opera F. Onuphrii Panvinii in publicum prodierunt, studiose conquisitas, partim ex sepulcris, picturis, & musivis antiquis, partim ex numismatibus excerptas, in unum collegi; reliquas autem ex Basilicis sanctorum Petri & Pauli, diversisque in Urbe Ecclesiis depromendas curavi, ea potissimum ratione ductus, ut cum tibi, Christiane Lector, vivas imagines repræsentare non possem; saltem eas exhiberem, quas a multis retro seculis, in antiquioribus urbis Romæ Ecclesiis depictas cernere licet, ut sic antiquitatis nihilominus speciem aliquam, vel in ipsa habitus ratione videre, & ea te oblectare posses. Probabile enim est, quamvis seculum illud politioris picturæ fuerit expers, in effingendis tamen ejus generis imaginibus, Romæ præsertim, traditionem quamdam secutum fuisse. Nam absurdum videri non debet, in ipso crescentis Ecclesiæ initio, non defuisse multos, qui quod studium in colendis dæmonum idolis antea nefarie ponebant, hi postmodum sacro Baptismatis fonte abluti, illud ad propagandum verum veri Dei cultum, qui in Sanctis suis pie colitur & honoratur, laudabiliter converterint; & ad devotionem excitandam, eorum imagines, qui pro Christo gloriosam mortem oppetere non dubitarunt, apud se taliginse asservaverint: illorum autem maxime, quos vel dignitate Ecclesiastica, vel vitæ sanctimonia, vel miraculorum magnitudine, ceteros superare videbant. Imaginum certe in Ecclesia Dei usum antiquissimum, & ab ipsis Apostolorum temporibus deductum fuisse constat: quo tempore, cum artes istæ passim in urbe floruerint; haud obscure conjectari possumus, eos qui Sanctorum Martyrum aut Pontificum imaginibus asservandis studebant, naturalibus potius lineamentis expressa, quam fictitia aliqua eorum effigie, fuisse delectatos. Hæc & id genus alia, ubi diligentius tecum, benigne Lector, consideraveris, bona

collectæ a J. B. de Cavalleriis, F

non gratis conficta hic proponitur;

spe

Tab. Prima.


I. S. PETRVS


II. S. LINVS


III. S. CLEMENS.


IV. S. CLETVS


V. S. ANACLETVS


VI. S. EVARISTVS



spe sum, quod diligentiam hanc nostram non improbabis, qui venerandæ antiquitatis memoriam, quantum licuit, edito hoc libello conservare, omnibusque palam facere studuimus, Romanorum Pontificum successionem, quam nostri temporis hæretici impudenter oppugnant, ita apud nos integram vigere, ut non modo nomina, genus, & patriam singulorum, sed etiam effigies ipsorum, ad vivum expressas ostendere possumus. Bene vale, & labore hoc nostro felix fruere.

4 *Hactenus Auctor, qui utinam etiam curavisset docere posteros, quibus in locis ac monumentis singulæ effigies spectari potuerint, addita de cujusque vetustate judicia. De Onuphrio viro religioso, Ordinisque Augustiniani professore ac sacræ antiquitatis reverentissimo; deque Joanne Baptista (cujus etiam antiquarum Urbis Romæ statuarum libri duo habentur excusi Venetiis anno* 1579. *qui Serenissimo Principi D. Andreæ S.R.E. Card. de Austria Pontifices suos dedicans, commemorat Joannem & Antonium Cavallerios, suos consanguineos, quorum alter ipsi Cardinali, alter ejus Serenissimo Parenti Ferdinando Archiduci, Maximiliani Cæsaris Nepoti, a Confessionibus sacris fuit; de Onuphrio, inquam & Joanne Baptista præsumamus, fide optima edidisse quas invenerunt imagines. Interim pro vetustate eorum, quæ sequi se profitentur, prototyporum nolim spondere, admodum multa esse quæ seculum* XII. *aut* XIII. *antecesserint. Quanto enim eas magis*

pronatura ostentas Pallii.

magisque considero, & confero cum antea dictis in Appendice ad primam Partem, nunc autem translatis ad Dissertationem XXXVII. de forma Pallii aliorumque Pontificalium ornamentorum medio ævo mutata; *tanto certior reddor de plerisque, fuisse gratis excogitatas. Primas certe* XXXIII. *imagines, usque ad* S. Silvestrum, *excepta effigie* S. Petri *(cujus vera lineamenta semper fuisse a Romanis conservata, nullus dubito) esse adinventas ab eo, qui primus præsumpsit hujusmodi seriem in aliqua Romanarum ecclesiarum pingere, facile omnes mihi concesserint.* Pallium, *jam inde a Lino, super simplicem Planetam ductum, una eademque forma, qua usque ad S. Gregorium & ultra, Romanos Pontifices usos fuimus, non equidem culpo; non etiam barbam tonsuramque, Gregorianæ similem.* Pallium *tamen diu ante* Silvestrum *cœpisse adhiberi, vellem certiori argumento probatum videre: seculi* IV. *inventum istud esse, cum aliquanta subinde pace fruens Ecclesia nonnihil assumeret majestatis, haud ægre crediderim.*

tiaras,

5 *Sed quod idem pictor, mutata in* Silvestro *universa habitus Pontificalis forma, ipsum ejusque successores Papas Romanos instituerit ut plurimum pingere cum Tiara coronata* (Regnum *posteri appellarunt) & plerisque dare formam Pallii, qualem non reperio ante* Honorii III. *tempora & æra Christianæ seculum* XIII. *hoc mihi suspicionem ingerit, primum talis seriei pictorem post* Honorium *istum ea ætate vixisse, qua Clerus omnis, ad imitationem sui Pontificis, barbis modice prolixis utebatur, ut sunt primæ quas dixi* XXXIII. *Icones. In his autem effingendis, potuit is omnes aut plerosque ipsius cui pingebat Basilicæ Presbyteros sibi proposuisse exprimendos; quemadmodum hac nostra ætate P. Henschenius factum meminerat, in insigni S. Michaelis Antverpiensis Præmonstratensis ordinis Abbatia: cujus aulam priorem cum placuisset circum ornare picturis, expressuris totam seriem Abbatum, jam inde a B. Waltmanno S. Norberti discipulo; depicti ex ordine ætatis fuerunt quotquot tunc ibi erant Canonici, quorum plerosque nominibus fuit idem Henschenius mihi indigitavit sæpius. Nihilo feventier conjectura formari potest de* Silvestro *ejusque successoribus usque ad*

barbas rasas,

S. Gregorium *inclusive, qui plerique omnes raso ad cutem mento exprimuntur, contra quam in genuinis ipsius* S. Gregorii *picturis videre est.*

6 *Sic rasis barbis accedunt Cappæ Chorales, quarum in* SS. Felice II. & Innocentio, *seculi* IV. *Pontificibus, initium apud Cavallerium video; cum ego laborem ut ante* Honorium IV. *inveniam aliquem, expressum in tali habitu, licet diu antea eo usos sciam, cum ab subdiales functiones populo benedicturi procederent, aut Lateranensis Palatii possessionem, mox atque electi fuerant, inituri essent. Magis tamen hæreo ad formam Casularum seu Planetarum, incipientium apud eumdem Cavallerium apparere cum initio sexti seculi, in imaginibus* SS. Hormisdæ *atque* Joannis. *Eas enim scio,*

Cappas Chorales,

Casulas ad latera incisas &c.

ultra VIII. *ad* IX. *seculum, plane, ut etiamnum Græcis sunt, omnino rotundas & undique clausas fuisse; ibi video instar largi scapularis accisas, & in lateribus apertas usque ad humeros, superimposito, vel potius assuto, varii operis artificiique, nescio an dicere possim, Pallio; adeo multum differre ille quiscumque ornatus a communi Pontificibus antiquis amictu. Equidem vehementer dubito, an talium aliquando usus fuerit; magisque vereor, ne ista ex ingenio suo finxerit pictor, æstimationem tanto majoris antiquitatis in iis captans, quanto remotiorem ab omni usu formam excogitasset. Licet enim in quadam* Joannis XII. *pictura & in Transtiberina* Innocentii II. *abside, suo loco exhibendis, appareant Planetæ usque ad cubitos fissæ, pro majori utentium commodo; nusquam tamen usque ad humeros, nusquam etiam ante pectus quam a tergo strictiores, quod utrumque nunc fit. Neque ea fissura videtur diu probata fuisse, cum usque annum* MCCCC. & *ultra, in sepulturis tam Pontificum quam Canonicorum, appareant eorum sculptæ imagines in Casula undique clausa, & super brachia replicando reducta, ut ostendimus in Dissertatione præfata. Denique usque ad* Joannem X. *qui anno* DCCCCXV. *electus in ordine est centesimus vigesimus, nemo apud Cavalerium est, de quo possim præsumere, acceptum esse ex pictura vetustatis idoneæ ad persuadendum, quod ex prototypo ad vivum formato immediate aut mediate fluxerit. Posset hoc pro* Joanne XIII. & Eugenio III. *aliquatenus præsumi. Verum alii plerique, usque ad* Clementem V. *æque incertam de se conjecturam relinquunt, ac alii progressi; & post istum, qui videtur certius exprimi, sub finem seculi* XIII. *creatus, non pauci occurrunt iterum, quos suspiceris ex ingenio solo pictoris suppletos, donec ad proximiora nobis tempora veniat.*

7 *Istis tamen omnibus considerationibus non obstantibus, Typographo, Cavallerianas imagines, magno suo sumptu curatas, offerenti, eatenus permisi ipsas inserere operi, ut eas invito obtruderet nemini, sed absque iis emere volentibus venales exhiberet libros æque ac aliis: quod etiam volui constare omnibus, per impressas lateque sparsas Synopses Tomorum, una cum hoc*

Effigies tamen postea jussum adhiberi,

Conatu prodeuntium. Causa autem cur permiserim ejusmodi imagines una cum libris meis offerri, hæc potissimum fuit, quod animadverterim easdem, cum Romæ, tum alibi identidem sculptas atque resculptas, a

quales in Cavallerii prototypo sunt,

primi illius Cavalleriani prototypi lineamentis magis magisque deflectere; confundique ab ignaris hominibus insignia quædam Pontificalia, & ad hodierni temporis formas aptari, præter historiarum fidem; ac nominatim circa tiaras. Cum enim has constet simplici coronamento omnes instructas fuisse usq; ad Bonifacium VIII. *qui ipsum duplicavit; primum vero* Urbanum V. *addidisse tertium circulum, sicuti erudite notavit Nicolaus Alemannus, in Dissertatione Historica de Parietinis Lateranensibus a Francisco Card. Barberino restitutis pag.* 129; *cumque Cavallerius, id satis accurate observaverit: in iis tamen quas nuper accepimus Pontificum figuris, Romæ editis anno* MDCXXV. *nulla duplicis coronamenti tiaras spectamus; triplici vero jam inde a tempore* Alexandri III. *annis fere ducentis citius quam conveniat: & periculum est, ut progressu tem-*

poris longius serpat depravatio, cui fideliori hac imitatione prototypi consultum volui. Abstineri autem ipsi a tesseris gentilitiis, quas satis liberaliter & audacter addunt aliqui, etiam multis seculis prius, quam eæ essent excogitatæ, sumptas ab hodierno usu antiquiorum in Italia familiarum, inter quas Pontifices pene singulos dividunt. Explodit hanc vanitatem merito scriptor Italus R. D. Aloysius de Tattis in suis Annalibus Novocomensibus, cujus verba legi possunt ad XXII. nostri Maji, ubi de Eusebio Episcopo Comensi pag. 166. Primus ejusmodi tesseris usus fuisse scitur prædictus Bonifacius VIII. *gente Cajetanus: secuti subinde, sed inconstanter, alii, qui quidem nobilius nati erant: ceteri denique omnes easdem sibi delegerunt: quæ licet expressi potuissent pro ultimis hisce seculis, nolui tamen subire aleam invidiosi delectus.*

Scuta gentilitia cur nulli addita?

8 *Viderit quiscumque hunc* Conatum *recusurus, utrum ex re sua sit, denuo easdem icones adhibere; alioqui satis imaginum reperturus per decursum operis, etiam absque illis. Etenim animadvertens nostrum P. Augustinum Oldoinum monumenta sepulcralia quorumdam Pontificum, quæ quidem etiamnum Romæ supersunt integra, vel ob renovandam Basilicam Vaticanam cryptarum exhibentur depicta, satis accurate studioseque collegisse, novissime Ciacconium edendo; eorum vero quæ in reliqua Italia, Gallia, atque Germania, istic ubi Pontifices quidam mortui sepultique sunt locis, inveniuntur, exiguam habuisse rationem; dedi operam per interpositos amicos, ut ea vel omnia vel pleraque nanciscerer, & æri similiter incidenda curavi, prætermissis quæ jam Oldoinus ediderat. Denique præter alia quædam illustrandæ antiquitatis adjumenta, ex Romanarum basilicarum Musivis, & reliquiis veterum parietinarum collecta, accipiam etiam ex Alfonso Ciacconio, aut Continuatoribus ejus Bullarum plumbearum ac nummorum æneorum figuras; non plures tamen quam satis sit ad primas earumdem formas formarumque mutationes successive factas cognoscendum; atque ad certius judicandum de sinceritate eorum, quæ forte efferentur.*

Sed monumenta sepulcralia adhuc inedita,

PRIMUS PONTIFEX ROMANUS

S. PETRUS APOSTOLUS.

PETRUS, ante vocationem Simon, ex patre Jona seu Joanne, de Bethsaida Galilæus, a Christi Ascensione in cœlum die V. Maii, anno XXIX. vel die XIII. Maii, anno XXXIII. Universalis Ecclesiæ primus Pontifex, eamdem rexit usque ad annum LXV; crucifixus Romæ sub Nerone, XXVIIII. Junii, expletis in supremo illo gradu annis XXXVI, mense I, diebus XXV; vel annis XXXII, mense I. diebus XVI. Romæ vero sedit saltem ab anno I. annos XV, mense V, dies XII.

1 PRimo indicatos Pontificii universalis terminos Henschenius definiunt Consules anni XXX. Vinicius & Longinus, atque anni LXV. Nerva & Vestinus. *Postremi ex Cæsarea historia tam certi redduntur, ut nihil haberi certius possit: multos tamen decepit Eusebius, sedisse* Petrum *affirmans* usque ad annum ultimum Neronis, *quia sic fortassis legerat apud aliquem, qui annum, eum intelligebat, quem Romæ ultimum* Nero *egit, postea digressus in Græciam, nec amplius reversus in Urbem; sed in Campania manu propria interemptus die IX. Junii anno vulgaris æræ* LXVIII. *Imperii sui* XIV. *inchoati a* XIII. *die Octobris; Quod autem non potuerit* Nero, *aut iste, aut sequenti anno, Apostolum crucifigendum mandasse, patet, quia hic antea ipso inspectante Simonem Magum ex aere in terram præcipitavit; & Paulus, abstractis ab hominis impuri contuberniis mulieribus aliquot illustribus, iram ejus in Christianos vehementius incendit; quæ omnia Neronis in urbe præsentiam requirunt.*

Anni extremi definitio certa;

2 *Quod Pontificatus universalis initium attinet, nemo est qui dubitare possit, quin illud a Christi in cœlos Ascensu peti debeat; ejus autem durationem, uti ex notatis Consulatibus satis notam, non curavit Auctor primi Catalogi definire. Hoc deinde facientes posteriorum Catalogorum auctores ex Eusebii sententia, sed cum respectu ad solam Romanam Cathedram, omissisque Consulibus, addiderunt assignatis ab illo ejusdem Sedis annis* XXV. menses II. dies III *sane per quam infulse: cum a die* XVIII. *Januarii, quo festum* Romanæ Cathedræ *Ecclesia recolit, usque ad* XXIX. *Junii, fluxerint menses* V. *dies* X. *Anni autem* XXV. *progressi nequeunt vere reperiri, nisi anno* XL. *Romam adducas* Petrum; *quod non convenit cum sententia ipsius Eusebii, dicentis anno* II. Claudii (*qui est vulgaris* XLII.) *Romam primum abiisse, dum sic loquitur:* Petrus secundo Claudii anno, ad expugnandum Simonem Magum Romam pergit, ibique viginti quinque annis Cathedram Sacerdotalem tenuit, usque ad ultimum annum Neronis.

primus pendet ex anno mortis Christi.

Spatium Romanæ Sedis imperite expressum.

3 *Jam vero, prius quam propriis meas Dissertationes tradu, placet exhibere Exercitationem IV. Henschenianam, antehac ex Aprili positam in Apparatu pag. 41. servatis iisdem quibus olim usus ille est numeris (quod alibi similiter in talibus observabitur) & paucis ex Auctoris cognito mihi mente mutatis.*

DISSERTATIO I.

Chronologia Hencheniana actorum S. Petri, ab Ascensione Christi, usque ad ipsius Apostoli passionem.

IN *Proœmio primi vetustissimique Catalogi, jam supra positi, relatum est,* passum fuisse Dominum nostrum Jesum Christum duobus Geminis Coss. VIII. Kalendas Aprilis, *idque verosimilius esse conati fuimus tribus Exercitationis specialis Paragraphis suadere, contra communem sensum volentium Æram nunc vulgatam rubarere. Diximus enim, ex principiis ibi positis, videri Christum pro redemptione generis humani incarnatum, & in utero virgineo sacratissimæ Mariæ Conceptum esse* XXV. *Martii; die autem Decembris pariter* XXV. *natum,* D. Lælio Balbo & C. Antistio Vetere Consulibus; *& consequenter quinque integris annis Æram vulgarem prævenimus. Deinde quia Christus annos triginta tres ac menses tres in hac vita mansit, statuimus cum antiquis Patribus, eumdem (ut jam diximus)* duobus Geminis Consulibus, XXV. *Martii, Feria sexta in Parasceve, in cruce mortuum fuisse; & die* XXVII. *ejusdem Martii, Feria prima, jam Dominica dicta, resurrexisse. Annus is est Æræ vulgaris vigesimus nonus. Tunc, ut dicitur in citato Proœmio,* post ascensum Christi Beatissimus Petrus Episcopatum suscepit, *sed nulli certo loco adstrictum: qualem quatuor annis adscribit illi*

Post Christi passionem & Ascensionem anno Æræ vulgaris 29

S. Petrus Episcopatum suscepit 29 annis in Oriente.

A *illis in Oriente codex Ms. Anastasii Bibliothecarii, inter libros Cardinalis Mazarini olim adservatus: & significatur ejus supra alios Apostolos praeminentia, potestas a Christo collata, pascendi ejus oves & agnos. Princeps ergo Apostolorum constitutus, apud alios peroravit de aliquo in locum Iudae proditoris sufficiendo, & in duodecimum Apostolum eligendo: ubi praemissis precibus forte electus est Matthias. At post effusum in die Pentecostes supra discipulos Spiritum sanctum, habita publica concione convertit circiter tria millia; deinde claudum in porta templi speciosa sanavit, atque Ananiam & Saphiram morte punivit. Quo adhus anno post septem Diaconos electus, S. Stephanus pro fide Christi Protomartyr, die* XXVI. *Decembris est lapidatus.*

...ur Consules anni 30. tribuuntur

27 *Accessit annus Æra vulgaris tricesimus, quo Consulatum gesserunt* C. Cassius Longinus, & M. Vinicius Quartinus, *cui Consulatui in citato Catalogo adscribitur initium Episcopatus* S. Petri; *ob duplicem causam; scilicet, ut, ob majorem erga Christum reverentiam, totus duorum Geminorum Consulatus illi etiam post ascensionem relinqueretur, licet adderetur* Petrum *tunc Episcopatum suscepisse. Altera causa, necessario notanda, est, ut juxta modum procedendi, in priore parte hujus Catalogi semper observatum, sicut supra monuimus, iidem Consules numquam repetantur. Anno ergo Æra*

B *vulgaris trigesimo, cum post magnam exortam persecutionem dispersi fuissent fideles; Saulus, deinde Paulus vocatus, qui devastabat Ecclesiam, Domini Christi in via Damascena apparentis increpatione conversus est. Qui post tres annos a sua conversione, adeoque anno Æra vulgaris trigesimo tertio,* venit Hierosolymam videre Petrum, *ut ipse Paulus in sua ad Galatas Epistola cap.* I. V. 18. *testatur. Quo etiam anno, ex Anastasio Bibliothecario de Vitis Pontificum, colligimus collocavisse Cathedram sui Episcopatus in Antiochia, atque ibidem septem annos sedisse. In cujus rei memoriam solemnitas Cathedrae Antiochenae quotannis celebratur* XXII. *Februarii. Hos autem septem Cathedrae hujus Antiochenae annos, non ita quis accipiat, ut in ea urbe ejusve dioecesi permansisse* Petrum *velit; sed permittat ipsum eodem tempore varias regiones, Syriae potissimum, peragrasse, & plurimos variis locis constituisse Episcopos, uti ad diem ejus natalem* XXIX. *Iunii latius erit ostendendum.*

an. 33. cum Paulo agit Hierosolymis,

& Cathedram Antiochiae collocat,

28 *Elapso septennio Cathedrae Antiochenae, substituta ibidem S. Evodio, primam Ecclesiae Christianae Cathedram in Urbe Romana, Sede Imperatorum & orbis capite, collocavit, anno Æra vulgaris quadragesimo: a quo anno incipiendi in Catalogo citato sunt anni viginti quinque Sedis hujus. Et hi viginti quinque anni habentur in altero Catalogo, uti & in Ms. Palatino, itemque in Pontificali Romano, & apud Anastasium Bibliothecarium in manu exaratis & praela passis codicibus, nec non apud Luitprandum, Abbonem & alios rerum Pontificiarum scriptores, ac tandem in Mss. gestis Pontificum ad Martinum V. deductis. Hi autem anni viginti quinque deducuntur a dicto anno vulgaris Æra quadragesimo, usque ad sexagesimum quintum, & Consula*tum Nervae & Vestini, *quo etiam obiisse hunc primum Pontificem cum hoc Catalogo ostendemus. Memoria Cathedrae Romanae solenni quotannis cultu renovatur ad diem* XVIII. *Ianuarii: quam cum tenuit, non mansit assiduus Romae aut in ejus districtu, sed totam sibi ut supremo Pontifici subjectam Ecclesiam, per totum Romanum Imperium dispersam, assumpsit curandam; ejusque praecipuas regiones, atque inter eas etiam Palaestinam, & potissimum Hierosolymam subinde visitavit. Interim Cajo Caligula Imperatore, qui anno* XXXVII. *Tiberio successerat, a Charea & aliis conjuratis,* IX. *Kalendas Februarii anni* XLI. *interempto; subrogatus est patruus ejus, Tiberius Claudius: qui Herodi Aggrippae, filio Aristobuli, regnum ampliavit, addita Samaria & Iudaea.*

...dein Romam anno 40.

C *& sedit 25. annis.*

Sub Herode Agrippa

Hic cum tertio anno Iudaeam obtineret, ab Angelo percussus interiit, anno XLIII. *aut initio sequentis.* D

29 *Hujus Herodis & Claudii Imperatoris tempore, ingens fames, ab Agabo Propheta praedicta, invaluit, anno vulgaris Æra* XLII. *quando SS. Paulus & Barnabas stipem collectam portarunt Hierosolymam. Quae cum in Actibus Apostolorum Cap.* XI. *relata, additur Capite sequenti, quomodo Herodes Agrippa, ut affligeret quosdam de Ecclesia, occiderit Iacobum fratrem Ioannis gladio. Videns autem quia placeret Iudaeis, apprehendit & Petrum, volens post Pascha producere eum populo: sed is Angelico eductus est auxilio. Quod arbitramur factum anno* XLIII. *At, prout Cap.* XV. *in iisdem Apostolorum Actibus narratur, orta Antiochia seditione, propter Iudaeos ad Christum conversos, qui volebant Gentes itidem conversas circumcidi; Paulus & Barnabas Hierosolymam profecti sunt; ubi facta conquisitione, post audita SS. Petri & Iacobi suffragia, communi decreto statuerunt, Gentes conversas non obligare lege Moysis.*

vinctus Hierosolymis ab Angelo liberatur;

iterum vero ...est Synodo Hierosolymitanae

30 *Tempus hujus Synodi optime potest colligi ex Epistola S. Pauli ad Galatas, ubi primo, ut supra diximus, scripsit se* post annos tres, *scilicet a sua conversione, venisse* Hierosolymam videre Petrum, *anno scilicet Æra vulgaris* XXXIII. Deinde post annos quatuordecim iterum ascendisse Hierosolymam cum Barnaba, *ut cum* E
Petro & aliis Apostolis de suborta dissensione ageret. Quod proinde contigit anno XLVI. *& sic, teste S. Hieronymo in Caput 2. Pauli ad Galatas, a prima hujus conversione, quae contigit anno Æra vulgaris* XXX. *numerantur anni septemdecim. Sentiunt quidem cum Baronio plures, illud Concilium habitum, cum Iudaei essent Roma pulsi: sed ex ipsis Apostolorum Actibus & peregrinationibus Pauli interpositis, quae adhuc Capite* XV. *& tribus sequentibus narrantur, contrarium colligitur. Fuerunt autem teste Orosio lib. 7. c. 6. anno Claudii* IX. *Christi* XLIX. *expulsi per Claudium Roma Iudaei. Sed num simul expulsi fuerint Christiani, dubitat Orosius. Fueritne tunc* Romae S. Petrus; *& si fuit, manseritne in Urbe; aut si discessit, quonam versus iter instituerit, plane latet. Paulus sesquianno Corinthi substitit.*

anno 47.

biennio ante, quam Roma pellerentur Iudaei.

31 *Postmodum cum* S. Petrus *videret Romae Ecclesiam recte constitutam, velletque majori cum libertate alias quoque regiones lumine fidei illustrare; S. Linum, quem a morte habuit successorem, ordinavit Episcopum & constituit sibi Vicarium. Tempus indicat idem antiquus Catalogus, infra in Lino proferendus, dum assignat* Consulatum Q. Volusii Saturnini & P. Cornelii Scipionis, *qui illam dignitatem gesserunt anno* LVI. *Hujus Ordinationis meminerunt etiam Acta SS. Petri & Pauli ex Graecis translata, & a Lipomano & Surio ad* F
XXIX. *Iunii edita his verbis.* Cum Petrus non diu apud Romanos mansisset, & sancto baptismate multos regenerasset, & Ecclesiam constituisset, & Linum Episcopum ordinasset, venit Tarracinam, in qua Epaphroditum Episcopum ordinavit. *Haec in dictis Actis, ex quibus solis S. Epaphroditus Terracinensibus vindicatur, Martyrologio Romano ad diem* XII. *Martii inscriptus. Indicantur deinde in iisdem Actis variae S. Petri peregrinationes per Ægyptum, Africam, Hispaniam, Britanniam. Advertit autem Eusebius, lib. 2. Historia Ecclesiasticae cap. 22.* Neronem, circa initia Imperii, clementius se gessisse, & defensionem pro fide nostra benigne suscepisse: *adeo ut tunc per totum Imperium videatur Christiana religio ac vera fides fuisse late diffusa & propagata: S. Dionysius Episcopus Corinthiorum, cujus Acta illustramus ad diem* VIII. *Aprilis, quique cum discipulis Apostolorum potuit vixisse, in sua ad Romanos & S. Soterem Papam Epistola asserit,* SS. Petrum & Paulum in urbem suam Corinthum ingressos, sparso Evangelicae doctrinae semine eos instituisse; & in Italiam simul profectos, cum Romanos simi-

S. Linum Vicarium statuit anno 56.

peregrinatus per varias regiones,

Neronis sub initium benigni,

A similiter instituissent, eodem tempore martyrium pertulisse.

pastea saviente in Christianos,

32 *Eusebius deinde loco paulo ante citato subjungit;* Cum Nero postea ad teterrima quæque facinora prorupisset, Apostolos quoque cum ceteris sævitiam ejus expertos. *Variæ hujus persecutionis causæ proferuntur, quarum primaria fuit* Urbs Romana, *anno* LXIV. Consulibus C. Lecanio & M. Licinio incensa; ac videbatur, *teste Tacito lib. 15. Annalium*, Nero condendæ urbis novæ, & cognomento suo appellandæ, gloriam quærere, & sic jussum incendium credebatur. Ergo abolendo rumori subdidit reos, & quæsitissimis pœnis affecit, quos, per flagitia, invisos, vulgus Christianos appellabat. Pereuntibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi in usum nocturni luminis urerentur. *Hæc aliaque Tacitus. Suetonio cap. 16 dicuntur* afflicti suppliciis Christiani, genus hominum superstitionis novæ ac maleficæ. *En tempus cœptæ persecutionis anno sexagesimo quarto, ejusque motæ primam causam. Accessit in Apostolis altera, ob Simonem Magum devictus, atque e volatu a S. Petro in terram dejectum & extinctum. Additur & tertia causa in Actis Græcis ante indicatis. Imbuerat S. Petrus fide Christiana duas feminas, Imperatoris Neronis pellices, quæ deinceps pudice vivere statuerant (Similia ibidem ex S. Chrysostomo, de aliqua ejus pellice ad fidem a S. Paulo conversa, narrantur) quapropter impudicissimus Nero furebat adversus omnem Ecclesiam, & maxime hos Apostolos, utpote auctores pudicitiæ propositi, quod hæ feminæ, in Christum credentes, conceperant ac tenebant.*

Post incensam Romam anno 64. cœpta persecutione

ob Simonem Magum extinctum,

B

& feminas baptizatas

33 *Habemus igitur annum persecutionis, in Christianos cœptæ, fuisse Imperii Neronis* x. *Æræ vulgaris* LXIV. *quo plurimi Christiani martyrio coronati meruerunt memoriam, Martyrologio Romano inscriptam, ad diem* XXIV. *Junii. S. Leo Papa sermone primo in Natali S. Petri & Pauli, videtur dictis Martyribus Apostolorum Principes propemodum saltem adjungere, dum ita scribit:* Duo ista præclara divini germina seminis in quantam sobolem germinarint, beatorum millia Martyrum protestantur, qui Apostolicorum æmuli triumphorum, urbem nostram purpuratis & longe lateque rutilantibus populis ambierunt, & quasi ex multarum honore gemmarum conserto uno diademate coronarunt. *Hæc ibi. Verum anno persecutionis secundo Apostolos coronatos, expresse docet Catalogus supra relatus his verbis:* Passus est Petrus cum Paulo die tertia Kalendas Julias, Consulibus supra dictis, *Nerva & Vestino*, imperante Nerone. *Is est annus Æræ vulgaris sexagesimus quintus, & a Passione Christi trigesimus septimus; quo, ob detectam in ipsum Neronem conspirationem, plurimi occisi fuerunt; inter quos C. Piso conjurationis caput, Lucanus poeta, Seneca philosophus, & Vestinus Consul, pro quo substitutus fuit Cerealis Anicius.*

passus cum S. Paulo 29. Junii an. 65.

C

34 *Omnia hæc late prosequitur, dicto lib. 15. Annalium Cornelius Tacitus, qui postea lib. 16. hoc epiphonemate totam istam tragœdiam concludit:* Tot facinoribus fœdum annum etiam Dii tempestatibus & morbis insignivere: *dein post indicatos anni sequentis* LXVI. Consules C. Suetonium & L. Telesinum, *atque post paucula res narratas, finit Annales: ut cogamur ex Dione & Ioanne Xiphilino reliquas Neronis actiones cognoscere. Ex ipsis autem liquido constat, illum a dicto anno usque ad ultimos menses vitæ suæ, Roma abfuisse, neque potuisse martyrio SS. Petri & Pauli adesse, si, quod alii volunt, occisi fuerint anno* XIII. *aut* XIV. *Imperii, & die* XXIX. *Iunii. Xiphilinus ergo in epitome Dionis, post nominatos dictos* Consules Suetonium & Telesinum, *describit adventum Tiridatis, qui ex Oriente advenerat, petiturus regnum Armeniæ. Subjungit deinde iter Neronis in Græciam, qui flagrans cupiditate ludorum eo profectus est cum citharœdis & militibus, citharas & theatralia instrumenta ferentibus. Annum vero sequentem insumpsit Nero in magna insania, & quascumque personas etiam muliebri ornatu assumpsit, in Olympico certamine currum agitavit, & in omnibus urbibus, in quibus ludi agerentur, certavit. Voluit etiam Isthmum Peloponnesi perfodere, & evocavit eo ex omnibus provinciis multa hominum millia. Vespasianus, qui cœpto tunc Iudaico bello præerat, post partam contra Taricheas victoriam die* VIII. *Octobris, anno Neronis* XIII. *ad Isthmum sex millia lectissimorum juvenum submisit, ut Iosephus, qui contra Vespasianum pugnarat, scribit lib. 3. Belli Iudaici cap. 19. Consulto etiam Delphis oraculo Apollinis, ut Suetonius scribit, senectam Nero sibi & miram felicitatem speravit. Interim cum multæ Romæ conspirationes contra eum exurgerent, Helius Præfectus Urbis, frustra per litteras monitum ultro adiit, & ut hieme sequente rediret procuravit. Neapoli, cum esset Romam venturus, audivit defectionem Galliarum* XXI. *Martii, ac dein submotis* Consulibus Silio Italico & Galerio Turpiliano, *seipso Consulem creavit, quasi hac ratione Gallias debellaturus; imo omnem Senatum veneno tollere proposuit; sed desperans de successu, & ab omnibus desertum se videns, fugit, atque seipsum* IX. *Iunii interfecit.*

a qua postea, absente Nerone in Græcia,

D

& Isthmo perfodere tentante,

qui tandem anno 68. 9. Iunii interfecit.

E

35 *Passi ergo recte indicantur SS. Petrus & Paulus, Nerone Romæ præsente,* Nerva & Vestino Consulibus, *anno Æræ Christianæ* LXV. *Neronis, si spectetur tempus Imperii cœptum, anno* XI. *qui* XII. *solet haberi, licet solum proxima Octobri esset inchoatus. (Præterea habetur annus post passionem Christi trigesimus septimus, quem requirit S. Hieronymus de Scriptoribus Ecclesiasticis in elogio S. Pauli, nec non, Honorius, Isidorus, Nicephorus & alii: sed ut supra ex S. Augustino monuimus,* ob ignorantiam Consulatus, quo Christus passus est, coacti fuere aberrare *aliqui. Dum enim serius Christum dixissent passum, & vellent S. Petrum in vivis retinere usque ad dictum annum* XXXVIII. *etiam hujus mortem serius ponere debuerunt. Nos autem, quia cum S. Augustino & aliis dicimus, passum Christum* duobus Geminis Consulibus, *id est anno Æræ vulgaris vigesimo nono, annum ab hinc trigesimum septimum inchoatum invenimus, dum S. Petrum passum dicimus* Nerva & Vestino Consulibus, *sive anno* LXV. *Æræ vulgaris.) Atque hoc modo, potuit* Petrus tenuisse Cathedram in Oriente annis quatuor, Antiochiæ septem, ac Romæ viginti quinque, *ut supra ex Ms. Mazarinico diximus. Hunc martyrii annum confirmant successores in Pontificatu,* Linus, Clemens, Cletus, Anacletus, Evaristus, Alexander, *aliique de quibus deinceps acturi sumus; & ex quibus omnibus (ut supra in primo Prologo diximus) constat Eusebium de tempore, quo quisque Pontifex sedit, fidem non mereri: qui duos, scilicet* Cletum *&* Marcellum, *magna cum socordia omisit, & aliis ex mera conjectura ordinavit tempus Sedis: ut merito ab eo dissentiat Baronius in morte S. Petri, & deinceps per trecentos annos.*

F

DISSERTATIO II.

De Sede S. Petri Antiochena, deque initio positæ in Urbe Roma Cathedræ.

Verba Catalogi, & Anastasii de utraque,

1 Quam certum est, utramque Sedem constituisse ac tenuisse *Petrum; tam difficile est certo definire, quo anno utramq; occupare cœperit, & quot annis tenuerit. Neutram, ut jam dixi, indicat antiquus Catalogus: solumq; dicit, quod* Petrus fuit temporibus Tiberii Cæsaris, & Caji, & Tiberii, Claudii & Neronis. *Secundus, defectum illum suppleturus,* Primum, *inquit*, sedit Cathedram Episcopatus in Antiochia annis decem. Hic Petrus ingressus in urbem Romam,

Nerone

A Nerone Cæsare; ibique sedit Cathedram Episcopatus annos viginti quinque. Fuit temporibus Tiberii &c. *eademque transcribit sic verbotenus Anastasius, nisi quod pro* decem *annis* Antiochenæ Sedis, *habeat constanter in omnibus exemplaribus annos* septem. *In uno autem ejus exemplari, quod fuit Cardinalis Mazarini, hæc in margine scripserat aliquis, quasi Anastasii defectum supplere vellet:* Dominus noster Jesus Christus, s. summus Pontifex, nascitur XIII. anno Imperii Augusti. Annis XXXIII. mensibus III. in hoc* numero vixit. Trigesimo anno baptizatus, reliquum tempus prædicavit. Post ejus Passionem anno sequenti; tenuit Petrus Apostolus in partibus Orientis Cathedram annis IIII. deinde anno Domini XXXVIII. venit Antiochiam; ubi sedit annos VII. dies VIII. deinde venit Romam, ubi sedit annis XXV. menses VII. dies VIII. *Hæc describere volui, non quia magnæ auctoritatis sint (manifestum enim est vitium in anno Augusti, qui ex mente Auctoris notari debuerat* XLIIII. *& vita* Petri *protrahitur usque ad annum Domini* LXXI) *sed quia occasionem dederunt Henschenio* quatuor annos *vagi per Palæstinam Episcopatus adducendi in suam chronologiam. Nec sane paucioribus annis videtur in Palæstina relinqui posse* Petrus, *quando* Paulus *dicit se* post tres annos *a sua conversione venisse Hierosolymam illum videre, tamquam ibi commorantem.* B *Non tamen aut hos quatuor, aut illos septem plenos sumpsit Henschenius: quia* Petrum *Romam adduxit anno* XL. *utique ineunte (nam* Cathedræ Romanæ *institutio recolitur* XVIII. *Januarii) & a Majo anni* XXIX. *usque ad Januarium anni* XL. *solum habentur anni* X. *menses* VIII.

Ex Ms. Mazarini de quadriennio ambiguo,

**an. mundo?*

quod probatur.

2 *Mirum est autem quomodo putaverit, in eodem spatio temporis inveniri posse annos illos* XII. *saltem inchoatos, ante quos exactos, ex Apollonii Martyris testimonio,* tamquam veterum traditioni *innixo, scribit Eusebius l.* 5. *cap.* 18. Dominum Apostolis præcepisse, ne Hierosolymis excederent. *Ut enim ad salvandam traditionem istam frustra se torsit Henschenius, pro* Hierosolymis *totam Palæstinam substituens; ita frustra sunt, qui eodem nituntur, ad negandam S. Jacobi prædicationem in Hispania, quia is occisus fuerit Hierosolymis, anno* XLIII. *quando a Christi morte, obita anno* XXXIII. *vel* XXXIIII. *solum effluxerant anni* X. *vel* IX. *Si enim auctoritas illa subsisteret, everterent etiam anni* XXV. *qui ex eodem Eusebio adscribuntur Romani Petri Pontificatui. Est ergo vel Apollonii vel ipsius Eusebii error hic evidens, annos duodecim pro duobus scribentium; quia non multo pluribus videntur Apostoli substitisse Hierosolymis, quando* Paulus *Apostolus*, post tres annos *a sua conversione, id est post annos quatuor a morte Christi,* venisse C *se* Hierosolymam *ait* videre Petrum, & mansisse apud eum diebus quindecim, aliorum autem Apostolorum vidisse neminem, præter Jacobum Fratrem Domini. *Est ergo hic aliquid quod in Diatriba sua correctum Henschenius vellet, si viveret.*

non item quod divisio Apostolorum facta sit an. 12. a Passione,

sed bene quam post biennium.

3 *Ipsum autem* XXV. *annorum spatium* Romani Pontificatus, *pro quo stabiliendo istic impegit Henschenius, quamvis passim & ubique legatur in Catalogis, primo & vetustiori posterioribus, ac veluti pro traditione habeatur in vulgo; nullum tamen aliud videtur habere fundamentum, quam hallucinationem Eusebii circa annum morientis Christi; & nescio unde sumptam notitiam de anno* II. Claudii, *quo Romam profectus sit* Petrus: *inter hunc enim & ultimum annum Neronis videbantur* XXV. *anni posse interjici. Porro subverso semel fundamento auctoritatis Eusebianæ circa hoc punctum, ecquid superest omnino ex Scriptura vel Patribus, quo prohibeamur isti exorbitanti numero etiam integrum decennium subtrahere? An forte obstare putabitur prima S. Petri Epistola, quam constat Romæ scriptam esse præsente Marco? quia hunc Eusebius dicit* III. Claudii anno *directum esse Alexandriam; & quia hujus discipulos asserit Hieronymus, in libro de Scriptoribus, ideo laudatos a Philone fuisse,* D *quod hic sub Imperatore Claudio legatione altera pro Judæis fungens sicut ante sub Cajo,* Romæ (ut dicitur) est locutus cum Apostolo Petro, ejusque ibi amicitias habuit? *Ut hæc omnia demus ad secundum* Claudii *annum pertinere, solum tamen conficient, quod revera* Petrus *isto anno (ut scribit Hieronymus)* Romam *excurrerit, & inde Epistolam istam scripserit; non autem quod ibi jam tunc habuerit Cathedram constitutam. Imo eam ibi tunc nondum habuisse, verisimile mihi facit ejus præsentia Hierosolymis sequenti mox anno, ubi circa Pascha captus ab Herode, & in vincula est conjectus: item quod Paulus,* post annos *a sua conversione* quatuordecim *(ita enim intelligere malim, quam a primo ejus post triennium Hierosolymam adventu) cum Petro, Joanne, Barnaba, & Jacobo in concilium veniens, adhuc in Syria* Petrum *reperit, cum eoque venerit Antiochiam.*

Non probatur XXV. annorum Sedis Romanæ,

ab Eusebio male definitis.

PETRUS

sumpto initio ab an. 2. Claudii:

4 *Dicam igitur,* Petrum *quidem Romam venisse* II. anno Claudii *(quæ res Eusebium deceperit) sed prævalente apud Imperatorem gratia Simonis Magi, qui ejus jussu jam etiam ut Deus Romæ colebatur, erecta inter duos pontes ara* SIMONI DEO SANCTO; *mox rediisse in Syriam; ibique mansisse, quoad divino admonitu (si Metaphrasti credimus) vel sua propria sponte, iterum Romam reverterit. Causa autem illuc revertendi eadem esse poterat, quæ Judæis ceteris exeundi; Edictum scilicet* Claudii, *contra eos anno* XLIX. *promulgatum.* E *Licet enim dubitet Orosius, an cum Judæis expulsi quoque ab Urbe fuerint conversi ad Christum ex Romanis Gentiles; nulla tamen ratio id suadet credere. Justum autem fuit, ut ii qui palam noti erant Christiani indigenæ, advenarum magistrorum jam destituti præsidio, alicujus Apostolici viri, sed Gentilibus minus noti quique latere posset, præsentia confirmarentur. Hoc vero periculum ceteris animosior ac principalior* Petrus *in se susceperit eo libentius, quod congruum videbatur, ut mundi caput Roma etiam primam Cathedram Episcopalem haberet; satis autem tutum se credere poterat divino munimine, adversus* Claudium, *quantumcumque Judæis infensum. Itaque opinari volo, sub initium anni quinquagesimi Romam advolasse Apostolum, & mense Januario ibidem Cathedram sibi & successoribus suis constituisse.*

quando si Romam venit Petrus,

anno tamen videtur ibi Cathedram posuisse ...

5 *Placet vero hic annus vel ideo magis, quod litteram Dominicalem habens* D. *habuerit* XVIII. *Januarii in Dominica. Quia enim mox infra apparebit, ex consuetudine plurium consequenter seculorum, Ordinationes Episcoporum, præsertim Romanorum, semper in Dominica aut saltem in festo solenniori celebrari;* F *hujusmodi observantia, cujus initium nullum ostenditur, credi potest ab Apostolica institutione fluxisse, ipsumque* Petrum *ejus in semetipso fecisse exemplum. Et sane cum Ordinationes illæ primis seculis, etiam inter persecutiones factæ, ex Cleri electione & Populi acceptatione penderent; rectissime ad easdem designabatur dies, quo populus ab opere feriatus consueverat ad sacra, vel in cryptis peragenda, convenire. Hæc porro res, nemini hactenus (quod sciam) animadversa, mirum quam utilis in hoc Tractatu futura sit, ad oberrantes identidem numeros revocandos in viam, & ex pluribus, quos varia Mss. varios efferunt, eligendos unos præ aliis. Nec grave erit, etiam pro* Cathedræ Antiochenæ *initio, annum simili nota commodum invenire. Sicenim per litterarum Dominicalium seriem retrogradiaris, habebis annum* XXXIX. *quo eadem littera* D *fecit ut* XXII. *Februarii, Cathedra istius festo insignis, etiam Dominica fuerit. Hinc vero progrediens per septem annos, a Catalogis & S. Gregorio Magno assertos; pervenies ad annum* XXXXVI. *habentem litteram Dominicalem* B, *quo fuerit ordinatus successor Evodius; fortassis die* XXIX. *Maii; ut Apostolus supra septem* annos,

quando dies 18. Jan. incidit in Dominicam;

in Ordinatione successorum a populo observatam,

sicut & 22. Febr. an. 39. pro initio Cathedræ Antiochenæ

A annos, *etiam* tres menses & dies octo *ibidem sederit. Provinciæ autem, quas dicitur obiisse Apostolus, Ecclesias ordinando iisque Episcopos consecrando (sicut habet Commentarius de peregrinationibus Apostolorum apud Surium) facile triennium istud requirunt; nemo autem nos cogit illum intra sex septemve menses Antiochia Romam adducere.*

& 19. Decemb. quo ordinatus Jacobus pro an. 13.

6 *Hæc vero Chronologiæ istud quoque habebit commodi, quod sic non solum invenientur anni duo, quibus Hierosolymis manserint Apostoli alii priusquam in diversas regiones dispergerentur (etiam in ea sententia quæ Christum passum dicit anno* XXXIII.) *sed insuper anni sint nescio unde accepti, & adscripti vogo* S. Petri *per Orientem Episcopatui. Nec enim necesse erat manere ipsum constanter Hierosolymis, licet illic frequens esset; quandoquidem ibi, jam inde a* XXVII. *Decembris, ejusdem quo Christus crucifixus est anni, proprius Episcopus habebatur Jacobus. Dies autem prædictus, in eadem pro anno* XXXIII. *sententia, similiter Dominicus fuit; non item in sententia Henschenii, Consulatus duorum Geminorum Ordinationem Jacobi adscribentis. Sed* B *levia hæc sunt, præ eo commodo quod præbet talis Chronologia de initio utriusque Cathedræ, ad librum de Actibus Apostolorum aliasque affines historias apte ordinandum, quocumque demum anno mortuus Christus dicatur. Si enim cum Ordinatione Jacobi omnia retrotraxeris quæ* Antiochenam Cathedram *spectant, sic ut hæc constituta fuerit anno* XXXVI. *solum amittet Dominicam, quæ fuerit ejus initium (quod pro hac Sede minus curandum, quam pro Romana) & inter utramque habebis longius intervallum temporis, prædicationi Evangelicæ ordinandisque Ecclesiis per eas omnes regiones impensum, quæ deinde Romano Patriarchatui & hinc sumpto Constantinopolitano fuerunt succensitæ.*

nisi hoc retrahere malis ad an. 29

7 *Quod ad confirmationem vulgaris opinionis de annis* XXV. *dicitur Romano Pontifici accini in die Coronationis suæ,* Non visurum annos Petri, *non docet quidem Ordo Romanus in ritibus ea occasione servari solitis, qualem habemus impressum Venetiis anno* MDLXII. *sed neque hodierna praxis, aut aliquis quem legerim auctor: verum tamen esse hactenus probavit experientia, siquidem de supremo Ecclesiæ universalis Pontificatu est quæstio. Tantum enim abest, ut annos* XXXII. *vel* XXXVI. *in eo excesserit aliquis, ut in toto numero quem hactenus numeramus ducentorum quadraginta quatuor Romanorum Antistitum, nonnisi septemdecim* C *inveniantur excessisse annos* XV. Romanæ Petri Cathedræ *assignatos a nobis: ex iisque soli fere annum* XX. *superarunt, scilicet* Silvester Leo & Hadrianus *sui nominis primi,* Leo, *atque* Alexander *uterque* III. & Urbanus VIII. *qui autem annum* XXV. *superaverit, unicus hactenus repertus est* Benedictus XIII. *a verorum Pontificum Catalogo expunctus a plerisque: contra quem hoc etiam nonnulli observant, quod ab assumpto Papali titulo vixerit ultra annos* XXVIII. *præter eorum consuetudinem in quibus ea dignitas citra controversiam fuit. Pridem vero Auctor antiquus Vitæ S. Monæ Episcopi Mediolanensis, mortuus anno circiter* CCXLIX. *& tamen crediti quatuor dumtaxat ante se habuisse decessores, quando Ecclesiam Romanam regebat* S. Fabianus, *qui post Apostolos vigesimus numerabatur; pridem, inquam, antiquus iste Auctor monet, pensandum* occultum & investigabile Dei judicium, qui.... illis proliviora vitæ curricula contulerit, summos vero primates & duces spiritualis certaminis, quanto fortius in procinctu Christianæ fidei dimicantes, tanto ad cæli palatium ocius properantes, victrici laurea redimitos, secum perenniter regnare concesserit. Neque enim aliter, *inquit*, decuit, quam ut in tam præcellenti Pontificalis gratiæ throno, vicissim continuatimque sibi succedentes Ecclesiæ totius Rectores, universum suis orbem monumentis replerent; e quibus & certandi audaciam, & prædicandi constantiam, D triumphi quoque reportandi fiduciam ceteri sumerent Ecclesiarum Principes & Magistri.

Rom. Pontificum sedes, plerumque brevis.

paucorum ultra annos 25. producta.

8 *Porro quod in secundo tertioque Catalogo* Petrus *dicatur* Antiochenus, *intelligendum est sicuti Matthæi* IX. v. I. *dicitur, quod Jesus* transfretavit *lacum Genezareth seu Mare Tiberiadis*, & venit civitatem suam, *id est Capharnaum; non quod ibi natus, sed quod ibi tunc habitaret, sicut* Antiochiæ *commoratus erat* Petrus, *priusquam Romam migraret.*

Petrus cur dictus Antiochenus?

DISSERTATIO III.

De singulari Primatu S. Petri pro universali Ecclesia, supra Apostolos alios, ipsumque Paulum, etiam in urbe Romana Coapostolum & Coepiscopum suum.

Q*Uamquam propositum in titulo argumentum prima hujus Tractatus editione compendio tradiderim, sub finem Dissertationis præcedentis; ipsum tamen deinde visum est huic loco tam proprium, ut mereatur plenius explicatum legi. Volo igitur repræsenta-* E *re, ex postumis* CL. V. Petri de Marca *opusculis, Exercitationem illam ipsam, unde Epitomen prædictam sumpseram; & huic illam substituendam mandare secundam editionem facturus. Composuit illam eruditissimus scriptor eo tempore, quo Regis in Catalonia Intendentis munere adhuc secularis fungebatur; deinde sub annum Christi* MDCXLII. *in Clerum transgressus, denominatusque Episcopus Conseranensis, atque post sexennium consecratus; sed ab eadem ecclesia cito translatus ad Archiepiscopatum Tolosanum, ac denique (priusquam anno* MDCLXII. *annis octo major sexagenario,* III. *Kalendas Julii moreretur) dictus etiam Archiepiscopus Parisiensis. Istam autem tanti viri, pro honore & præeminentia Sedis Apostolicæ, lucubrationem pulcherrimam, ideo etiam libentius huic Tractatui inserendam propono, quod e celeberrimo illius opere, de* Concordia Sacerdotii & Imperii, *excerpta quædam loca, præter Auctoris mentem conentur aliquando nonnulli adversus prædictam Sedem vertere, cujus ipse semper fuit reverentissimus; uti in ejus Vita, a Stephano Baluzio edita intueri est. Ipsum audiamus.*

Hanc quæstionem tractaturus

V. Cl. Petrus de Marca.

1 Contingit plerumque studiosis antiquitatis investigatoribus, ut novarum observationum publicandarum libidine correpti, ad inficetas & absurdas opiniones amplectendas descendant: quas si a novitatis F cupidine vacuo & libero animo expenderent, ipsi eas respuerent primi, & suæ auctoritatis pondere compressas perpetuo silentio damnarent. Ejus generis est sententia recentioris cujusdam, qui non infimum inter eruditorum subsellia locum occupat. Exciderat illi in commentatione quadam, ut Petri & Pauli Apostolorum, tamquam duorum Romanæ Ecclesiæ Capitum, societatem, in unum Caput coalescentem, adnotaret. Non tulit impune hallucinationem illam: quæ statim ab eruditissimo viro Isaaco Haberto, tunc Parisiensis Ecclesiæ Theologo, dein Vabrensi Episcopo, libello ea de re publicato castigata est. Illi contumeliæ, ut ipse interpretabatur, amovendæ, novam & specialem lucubrationem Scriptor anonymus insumpsit, qua Petri & Pauli in Romano Pontificatu consortium, binosque illos Apostolos, duo ejus Ecclesiæ Capita ex æquo, asserere conatus est. Versutis cavillationibus & detortis Patrum testimoniis, incautis lectoribus imponere tentantem, robusta disputatione nuper infregit R. Pater Diana: cujus multiplici variæque lectioni elimatoque judicio quantum debeat Ecclesia Christiana, nec ipsos latet qui litteras non noverunt: quorum pavidas mentes, consulti de rebus gravissimis Theologiæ moralis magistri, interposi-

contra quemdam Recentiorem.

ex æquo duplex Ecclesiæ caput asserere ausum,

non sine justa reprehensione,

A posito Dianæ nomine, sæpissime recrearont.

propositio brevius ac explicare

2 Ut mihi neque sententiæ ferendæ in disceptationibus ecclesiasticis jus aliquod adhuc competit; neque vacat per otium, arduis reipublicæ negotiis ex Regis Christianissimi mandatis in Cataloniæ Principatu districto, de proposita quæstione, velut uni ex cœtu inquirentium veritatem, tractare; ita viro eruditissimo, qui a me, quid ea de re videbatur, humanissimis litteris percunctatus est, non respondere nefas omnino esse duxi. Quare sententiam meam iis verbis temperabo, ut absit & a subtilitate & tricis versutæ disputationis, & a tædio majoris longiorisque exercitationis. Attamen, quemadmodum, in veritate vindicanda, mihi cum recentiorum & veterum dogmatibus conveniet; ita, in re ipsa explicanda, antiquiorum Patrum locutiones, cum hodiernis loquendi formulis comparatas, usurpabo: quod institutum momenti majoris esse facile quisque perspiciet, qui motas a Sectariis in hujusmodi quæstione controversias, non aliunde fere originem sumpsisse sciet, quam ex suspicione, quam sibi volentes ingesserunt, ex mutatis B locutionum formulis, immutatas esse quæstionum Theologicarum definitiones. Ad propositæ autem opinionis dispunctionem, tria capita explicanda sunt. Primum est, Petri Apostoli comparatio cum ceteris Apostolis, adeoque & ipso Paulo Apostolo. Secundum est, in quo Paulus reliquis Apostolis antecelluerit. Tertium, quid ex Petri & Pauli auctoritate in Ecclesiam Romanam derivatum fuerit.

ex concordi Veterum recentiorumque sententia,

capitibus tribus.

Statuit Christum tradentem Petro claves

3 Quod attinet ad primi capitis inspectionem, res est ore Christi, summi omnium magistri & judicis, apud Matthæum & Joannem decisa. Collegii Apostolici Princeps constitutus est Apostolus, in Petrem Ecclesiæ ædificandæ designatus, tradendarum clavium pollicitatione, reliquis Apostolis præsentibus specialiter illi facta; & demum pascendarum ovium cura & solicitudine illi demandata, verbis utrobique ad Petrum solum directis. Variis hinc inde explicationibus hujus argumenti vis dissipari vel augeri solet: sed præstat veterum auctoritati, qui ex professo in hos locos incubuerunt, obsequentes cedere. Cyprianus, Optatus, Pacianus, Hieronymus, & Augustinus, inter ceteros, duo quædam certissima ponunt; pari quidem consortio honoris & potestatis præditos fuisse Apostolos, Petrum scilicet & reliquos; sed originem C unitatis a Christo in Petro fuisse constitutam; ut unitas Ecclesiæ, a Petro incipiens, manifestaretur, & Christi auctoritate disponeretur, ut loquitur Cyprianus. Ex æquo super omnes Apostolos Ecclesiæ soliditatem fundatam, sed Caput in Petro inter duodecim electo constitutum, ut schismatis tolleretur occasio, ait Hieronymus. Nempe ut una esset Ecclesia seu Cathedra Petri, nec Apostolorum singuli suam sibi Ecclesiam & Cathedram assererent, a Petri communione alienam, ut observat Optatus. Quia, licet claves omnibus Apostolis datæ eorumque successoribus; eas tamen Christus soli Petro spopondit, qui Ecclesiæ personam figurata generalitate referebat: ideoque tempus Primatus Collegii Apostolici in Petro fulgentiori gratia emicuit, ex Augustino; ut ex uno unitas fundaretur, ut notat Pacianus.

Ipsum constituisse Caput Ecclesiæ suæ,

& plus aliquid contulisse.

4 Qui legit Veteres, satis agnoscit, me ab eorum verbis non discessisse. Quare, si nos illis accommodare velimus, non inficiabimur, inter Apostolos fuisse consortium honoris & potestatis. Dignitas Apostolatus in eo versabatur, ut designati a Christo Apostoli per universum orbem Evangelii veritatem spargerent, testes mysteriorum a se inspectorum: populos, qua Judæos, qua Gentiles, in fide Christi erudirent, Sacramentis pascerent, Episcoporum ministerio munirent. Itaque nulla potest reperiri in Petro prærogativa, quod attinet ad Prædicationis vel Sacerdotii

quam quod inter Apostolos ipsi erat cum eis commune,

munus; nec etiam quoad potestatem Ecclesiarum in- D stituendarum, nempe præficiendo illis Presbyteros & Episcopos, vel etiam in reos animadvertendo monitionibus & censura divina, ut loquitur Tertullianus.

5 Quod erit ergo jus eximium Petri? Anne, ut de persona ipsa Apostolorum judicium ferat? Sed eorum statue, qui summa erant præditi potestate, & a fide deficere divinitus eruditi non poterant, a supremæ in Petro jurisdictionis usu eos eximebat. Attamen majestatem ejus, ut Capitis a Christo constituti, duobus præcipue modis colere debebant.

titulo potestatis Apostolicæ:

6 Primus modus colendi in Petro Primatus, versabatur in communione cum capite retinenda. Hæc autem communionis necessitas dupliciter spectari poterat; vel habita ratione Apostolorum, qui ex officio ad communionem cum Petro ut Capite conservandam tenebantur; vel etiam ratione habita Ecclesiarum, quas per provincias ipsi instituebant ea lege, ut Petrum tamquem Ecclesiæ Caput respicerent, ejusque regimini subjicerentur. Istæc est necessitas, quam observari verbis Christi præceptum est. Etenim ut E Ecclesiæ unitatem solidaret, uni Claves tradidit, ut docent Veteres supra laudati, & super Petrum, ædificandæ Ecclesiæ Petram dictum, totius ædificii compagem imposuit. Quare nullus cœtus poterat esse legitimus, nullus Ecclesiæ Pastor admitti, qui a Petro, id est, ab ejus communione, discederet. Constantiam fidei, Ecclesiæ quidem suæ Christus solenni formula pollicetur, adeo ut inferorum vires eam expugnare non possint; sed illi Ecclesiæ hoc privilegium spopondit, quæ ædificata esset supra Petram, quæ fundamento illi inniteretur. Quare, si quis immobilem pietatem & integram fidei professionem etiam hodie deprehendere velit, accedendum illi est ad illius Ecclesiæ corpus, quod communionem Petri amplectatur, quod a Petræ soliditate non desciscat. Ceteri cœtus per orbem sparsi, qui se a Capite fœdo dissidio removerunt, hæresibus patent, ut in Oriente & Occidente dolentes cernimus.

Primatum scilicet, ut in ejus communione ipsi omnes tenebantur subjecti.

7 Secundus modus colendi in Petro Primatus Apostolis erat, ut causas communes, ad universalis Ecclesiæ disciplinam pertinentes, ad eum, tamquam ad Collegii & Ecclesiæ Principem, discutiendas referrent (quod factum a Paulo, in quæstione de rituum Judaicorum usu, a Gentilibus ad fidem conversis reti- F nendo vel repudiando) & hæc quæstio decisa fuit a Petro, exercente in Apostolorum concilio jus relationis cum prærogativa suffragii, more Principum Romanorum. Quare rectissime a Leone primo explicata est Primatus in Petri persona auctoritas; nempe ut eadem potestas, quæ reliquis quodammodo Apostolis concessa fuit a Christo, in Petro sit *principaliter* collocata: unde proficiscitur, ut in eo consortio fuerit *quædam discretio potestatis*, ut ait Leo: ea scilicet quæ in Primatus prærogativa versatur, quæque ad gravium causarum relationem, & ad communionis cum Capite necessitatem ceteros adigit.

majoresque causas ad ipsum referre,

8 Cum autem Caput in Ecclesia constitutum fuerit a Christo, ad schismatum & dissidiorum occasionem tollendam, ut ait Hieronymus; hinc fit verum esse & certissimam definitionem istam, Ecclesiam Christianam acephalam esse non posse, illiusque statum jure divino esse monarchicum, ut loquebatur Gerson; ne alioqui quotidianis divisionibus proscindatur. Quare Petri privilegium reale fuit, in Ecclesiæ perpetuum commodum; non autem personale, cujus generis erat reliquorum Apostolorum dignitas. Hi namque cum instituerent Ecclesias, per varias Provincias orbis, singulas suis finibus circumscriptas Episcopis propriis regendas committebant; sicque munere a Christo sibi delato fungebantur. Hoc est, quod Recentiores volunt, cum in Petro, potestatem ordinariam

privilegio reali & ad posteros transituro.

aliis personali duntaxat suboi omnibus.

agno-

A agnoscunt; in reliquis vero Apostolis, delegatam seu extraordinariam, quæ morte extinguitur. Quod illi, locutione a Jure petita, docens; nos alia phrasi, Juridica quoque, sed faciliori, expressimus: nempe, privilegium Primatus Petri fuisse perpetuum: cum forma Ecclesiæ, quæ perpetua esse debet, & ab hominibus mutari non potest, instituta fuerit in Collegio Apostolico una cum suo Capite.

Hinc ceteris Ecclesiis proposita dicitur forma S. Petri.

9 Primitivæ illius institutionis rationem secuti sont Apostoli, qui conditis a se Ecclesiis per Provincias, *formam Petri* præposuerunt, ut loquitur Leo Papa I; id est, distributione Episcopatuum per Provincias Romanas facta, singulis Episcoporum Provincialium conventibus unum Episcopum præfecerunt, qui Caput & Primas esset totius cœtus, ut alibi * scripsisse memini; per quos ad unam Petri Sedem universalis Ecclesiæ cura conflueret, quemadmodum idem Leo adnotavit.

** l. 1. de Concord. cap. 4.*

S. Paulo post alios assumpto,

10 Post Collegii Apostolici institutionem, accessit Paulus, a Christo ipso ordinatus Apostolus; nempe, ut paris cum ceteris frueretur privilegio honoris B & potestatis, non autem ut superior esset Petro, aut cum a jure Primatus dejiceret.

iisque in Apostolica potestate æquato,

11 Quæ professi fumus de comparatione Petri cum ceteris Apostolis, juxta verba & mentem Veterum, sic explicant Recentiores; Apostolos pares fuisse inter se cum Petro in gradu Apostolatus, sed non in Regimine, quod soli Petro competebat. Id autem intelligendum est, ut supra memini, principaliter, communionis atque relationis necessitate; ne alioqui reliquorum Apostolorum jus, ad instituendas & regendas Ecclesias a Christo iis indultum, infringatur.

concessa prærogativa inter Gentiles,

12 Secunda inspectio, de privilegio Pauli, in pauca, sed illustria verba contrahi potest. Erudiendarum Gentium munus, quod omnibus Apostolis injunctum erat a Domino, illi specialiter concreditum est, quemadmodum Judæorum institutio Petro imposita, ut ipsemet Paulus observavit: quod ita accipiendum est, ut liberum quoque Paulo fuerit cum Judæis colloqui, & Petro Gentiles erudire, ut factum ab utroque Apostolo & Acta & Epistolæ testantur.

& excellentioris doctrina.

13 Altera quoque prærogativa doctrinæ viguit Paulus, qui singularis eruditionis ornamentis instructus, & profanam litteraturam cive Romano dignam, C & Judaicæ disciplinæ apparatum ad pedes Gamalielis congestum, scriptis sermonibusque suis expressit; & expansis sibi a Christo mysteriorum arcanis, ceteros revelationum magnitudine supergressus est: unde ab Augustino Clavis scientiæ huic Apostolorum Principi eleganter tribuitur, quemadmodum Apostolorum omnium summo Clavis potentiæ.

cum qua Romam venit,

14 Peragratis Judææ, Syriæ, Asiæ, Macedoniæ, Achajæ, & Illyrici spatiis, & quam plurimis in Ecclesiarum fundatione exhaustis laboribus; *ut adimpleret ea quæ deerant passionibus Christi*, ad urbem Romam, verbo informaturus Romanos, quos scriptis antea litteris confirmaverat, intrepidus præco Religionis accessit: quoniam, ut notavit Chrysostomus homil. 11. ad Romanos, omnium Ecclesiarum sollicitudine sibi injuncta, necessarium erat ut ad Dominæ Urbis regimen & gubernationem sese ingereret.

ubi Petrus Primatum Cathedra Apostolica obstinuerat.

15 Hic sese materia aperit de tertio capite agendi, inquirendique, quid auctoritatis Ecclesiæ Romanæ contulerint Petrus & Paulus. Sane de Petro nullus est ambigendi locus, quin Apostolicæ Cathedræ Principatus, qui semper in Romana Ecclesia viguit, teste Augustino, ex Petri Primatu profluxerit. Hoc docent Concilium Ephesinum & Chalcedonense, Optatus, Augustinus, Valentiniani constitutio, & omnes Antiqui. Ratio vero est in promptu. Quoniam Petrus Romanam Ecclesiam præsens rexit, & in ea regenda mortem oppetendo eam sibi propriam & particularem fecit. Quemadmodum Joannes Apostolus Ephesinæ D Ecclesiæ Episcopus dicitur, non autem Paulus: quia, licet iste Ephesios verbo & scriptis erudierit in fide, ab ea tamen urbe discessit, aliis doctrinæ pabulum erogaturus: Joannes autem, in regenda & administranda Ephesina Ecclesia, ad necem usque perseveravit: imo vero solidæ diœceseos, sive regionis Asianæ curam, septem Episcopis in eo tractu per totidem civitates constitutis, quos in Apocalypsi recenset, studiosissime gessit: quo respexit antiquus Auctor apud Photium in Bibliotheca. Quare a Cypriano *locus Petri* dicitur illius Ecclesiæ Pontificium; & Romana Ecclesia *Principalis*, unde unitas Sacerdotalis exorta est. Illo exemplo, Cathedram Petri dixerunt Ecclesiæ Romanæ Sedem, Optatus, Augustinus, Hieronymus; & Orientalium plerique, Basilius, Nazianzenus, Antiocheni Concilii Patres apud Eusebium; Synodi, Ephesina, Chalcedonensis, Quinta, Sexta, Septima, Octava; & generaliter Tractatores omnes, qui Romanæ Ecclesiæ dignitatem attigerunt, illam ad Petri Primatum referunt.

propriam illam Sedem suam moriendo faciens,

16 Hinc est quod a Sede Romana *veneranda communionis jura manare*, observat Ambrosius, in Epistola Synodica Concilii Aquilejensis: & communionis cum ea Sede & Petri Cathedra necessitatem urgent Irenæus & Hieronymus: quod jus inter cetera Primatus Petri privilegia observavimus. Dubiarum sane causarum relationem Romanæ Sedi faciendam, ex divina auctoritate, & veteri traditione, & secundum Canones profitentur, non solum Siricius & Innocentius I. una cum Conciliis Milevitano & Africano, sed etiam Cyrillus Alexandrinus. Primatus iste, Petri privilegio innixus, in aliis causarum figuris, prout Ecclesiæ utilitas exigebat, sese tandem patefecit; consentientibus Episcopis, & memoriam Petri venerantibus, ut loquitur Concilium Sardicense. E

a qua communionis jura manarent ad alias.

& supremi judicis infallibilitas peteretur,

17 Paulum vero, in Romana Ecclesia instituenda, quas partes egisse dicemus? Sane, ut opinor, Apostoli plenum officium in ea formanda implevit, atque adeo Episcopi, quod munus cum Apostolatu conjunctum erat. Ac proinde, si ex regula, quam supra proposui, metienda est antiqua illa Episcoporum institutio, vere & proprie Paulus Romanæ Ecclesiæ Episcopus fuit: in ea enim regenda diu laboravit, eamque decoravit sanguine, pro veritate quam docuerat profuso. Quare Epiphanius diserte Petrum & Paulum Episcopos Romanos vocat. Præiverat Irenæus, qui F successionem Pontificum Romanæ Ecclesiæ describens Petrum & Paulum primos enumerat, a quibus ceteros deinceps ad suam ætatem recenset: quem sequitur Eusebius, Clementi tertium a Petro & Paulo, in Romano Episcopatu, locum assignans.

quamquam & Paulus vere dicatur Romanus Episcopus fuisse,

18 Et ne quis offendatur, ac si duorum Episcoporum societate Ecclesiæ unitas & vetus disciplina læderetur, quæ suum cuique Ecclesiæ Episcopum eumque singularem præficit; observandum est, hanc politiam Synodo Nicænæ deberi: quæ Canone lato, ne plures uni Ecclesiæ præponerentur Episcopi, prudenter, ad tollendas dissidiorum occasiones, prohibuit. Alius mos Apostolorum temporibus vigebat, qui majoribus & insignioribus civitatibus plures Presbyteros sive Episcopos præficiebant, ut mutuis auxiliis suffulti, ad propagandam in suburbanas regiones fidem sufficerent. Unde Pauli exhortatio ad Presbyterium Ecclesiæ Ephesinæ his verbis concipitur: *Attendite vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.* Antiquum etenim illud Presbyterium ex pluribus Episcopis conflatum erat, sic exigente temporum ratione, ita tamen ut unus ceteris præemineret: quod ab Apostolis ipsis introductum, qui tandem quoque solos Presbyteros secundi gradus, ad conflandum Presbyterium, seu ma-

ex disciplina primitivæ ecclesiæ,

plures uno in urbe Episcopos admittentis

vis

Avis Ecclesiæ Senatum, adhibuerunt: qua de re copiosius alibi a nobis disputatum.

Sed ita ut Petrus assereretur Caput ecclesiæ Universalis.

19 Interim ad præsentem quæstionem id observasse sufficit, non alienam esse a praxi Apostolorum, plurium unius Ecclesiæ Episcoporum communionem. In Romana vero non erat quod aliqua offensio, ex illa Petri & Pauli societate, timenda esset. Præterquam enim quod duo illi Apostoli, gratia divina afflati, nihil spirare poterant præter concordiam Apostolicam, illud quoque intercedebat mutuæ pacis vinculum, nempe officium communionis cum Petro retinendæ, ut unitas Ecclesiæ, in Petri Primatu fundata, servaretur. Duo ergo in solidum Romanæ Ecclesiæ Episcopi, Petrus & Paulus: sed ita, ut Petrus, Collegii Apostolici Caput & Princeps, suam quoque dignitatem tueretur.

Hinc factum ut Pontifices ex auctoritate Petri, & Pauli procedant,

20 Ex hoc Episcopatu Pauli manavit, ut Hieronymus, Damasum Apostolos honore sequi dixerit; Romani quoque Pontifices, inter cetera Sedis suæ decora, hoc quoque posuerint, se Vicarios esse Petri & Pauli; eorumque Throni Successores, ut loquitur Hadrianus I. in Epistola ad Constantinum & Ireneo Imperatores. Quem imitatus est Gregorius VII. qui se in Petri & Pauli Throno sedere jactat, in formula excommunicationis contra Henricum Imperatorem. Scio non inepte dici a plerisque, Pontifices Romanos
B succedere Petro, in plenitudine *potestatis*; Paulo vero, in plenitudine *legalitatis seu scientiæ*, ut loquebatur Joannes de Capistrano. Quæ ratio Pontifices quoque movere potuit, ut Pauli mentionem non omitterent, cui ab antiquis Patribus doctrinæ principatum tributum non ignorabant. Unde insignis reverentia conciliabatur Romanæ Sedi: quæ cum ceterarum Ecclesiarum, non solum mater esset, sed magistra quoque; in eo magisterio auctorem suum laudare posset gentium præcipuum doctorem. Qua ratione octava Synodus Romanam Ecclesiam commendat, quod eam Petrus & Paulus, summi Apostolorum apices, præ ceteris Ecclesiis excoluerint. Sed nihil vetat, ut

tamquam utriusq; in Episcopatu successores:

monui supra, quin etiam Episcopalem auctoritatem, qua fungebatur Paulus, in Romanos Pontifices transmiserit; Apostolicam quippe communicare non potuit, quæ morte extinguebatur. Petrus quoque Episcopalem auctoritatem ad Romanos Episcopos transtulit, & præterea Capitis prærogativam, id est, jus universalis regiminis, confusum cum Episcopali gradu. Alioqui, nisi successio istæc auctoritatis a Paulo derivatæ admittatur, ægre ac ne vix quidem explicari
C potest formula illa, quam a temporibus Nicolai I. id est, octingentis fere abhinc annis, summi Pontifices usurpant, cum aut excommunicatione reos defigunt, aut a peccatis clementer absolvunt: utrumque enim se auctoritate Petri & Pauli decernere testantur: quod nisi ex successione Pauli in Episcopatu interpretationem recipiat, frigidius dictum videbitur. Labores enim, ad erudiendam fundandamque Ecclesiam Romanam a Paulo suscepti, & fusus in urbe Roma cruor, ut ad Sedis dignitatem augendam ornandamque maxime conferunt, ita ad auctoritatem impertiendam nihil aut parum pertinere videntur.

Quod in Bullis videatur Pauli imago a dextris locata,

21 Hanc auctoritatis a Petro & Paulo deductæ communionem, impressæ octingentis ab hinc annis in Bullis plumbeis utriusque Apostoli imagines testantur, Paulo ad dexteram Petri collocato, unde præcipui quoque honoris Paulo impensi argumenta quidam trahunt. Absurde. Quod enim latus dextrum videtur, si Pauli imago cum Petri imagine comparetur; est latus sinistrum, si referatur ad inspicientes: ex qua relatione sæpe metiendus est honoris gradus in conventibus publicis. Hinc profectum, ut Episcopus in parte chori sedeat, quæ dextra est ingredientibus, & tamen respondet cornu sinistro altaris; in quo sinistrum & dextrum latus nuncupamus, respectu habito ad divini Numinis præsentiam, ac si Dei majestas ibi sederet (veluti super Cherubim, ut in veteri testamento) D
vel Christi corpus vultu ad populum obverso ibi consisteret. Olim eadem ratio habita est, cum loca assignarentur in ecclesia viris & mulieribus: pars enim dextra viris data, sinistra mulieribus, inspecta ingressus ad templum positione, ut patet ex antiquis inscriptionibus. Idem observatur quotidie in Gallia, in solenni Magistratuum cœtu cum ad ecclesias conveniunt. Qui enim apud eos eminentiores, locum chori dexterum, qui respondet cornu sinistro altaris, ut dixi, occupant; reliqui vero sinistrum latus, quod respondet cornu altaris dextro. Ex hac quoque ratione ingressus tractum, ut in auditorio publico Senatuum sive Parlamentorum Galliæ, Præsides id latus occupent quod sinistrum est, si consessus ordo a personis sedentium ducatur, quod tamen respondet lateri dextro adstantis cœtus. Quod splendidius eminet Rege in Senatu Parisiensi sedente pro tribunali: ad ejus namque sinistram consident Pares Franciæ ecclesiastici, quibus præcipuus honor defertur; Duces vero dextram occupant: quæ latera vices mutant habita adstantium ratione, ita ut eorum dexteræ respondeat ordo Parium ecclesiasticorum. Aliud obtinebat in antiquis Synodis generalibus, ubi proposita in medio consessu sacrosancta Evangelia vices Christi præsentis gerebant: E
ad cujus dexteram Legati summi Pontificis considebant, quæ tamen ingredientibus erat sinistra. Posset istæc observatio variis testimoniis ex antiquitate petitis in utramque partem illustrari, nisi satius esset ex præsenti usu confirmasse locum, imagini Pauli in Bullis plumbeis destinatum, secundum esse censendum; priorem obtinente Petro, ratione Primatus, ut docebat.

fit diverso respectu,

quo latus sinistrum honoratius est dextro.

Conclusio, damnans æqualitatem duorum Capitum.

22 Ex iis quæ huc usque proposuimus, aperte consequitur, assertum a Recentiore dogma in eo peccare, quod duo Capita Petrum & Paulum in Ecclesia Romana *Ex æquo* constituere videatur. Duo Capita, sive duo Episcopi, ferri possunt, ex mente veterum & mediæ ætatis auctorum, & ea eo qui hodie viget formularum usu: sed additamentum illud, *Ex æquo*, spongia deleri debet vel potius cauterio inuri: quia Primatum, quem in regimine universalis Ecclesiæ solus Petrus obtinuit ex ore ipso Christi, per indebitam comparationem cum Primatu Pauli, qui versatur in solo ecclesiasticæ institutionis magisterio, ut loquitur Maximus Taurinensis, penitus labefactat. Quare, non solum a traditione antiquorum Patrum a- F
lienam, sed etiam juri divino contrariam propositionem illam censeo.

DISSERTATIO IV.

De tribus Episcopis a S. Petro pro urbe Roma ordinatis, & Vicariis Pontificalibus tam ipsius quam aliorum Successorum.

Rem aliis desperatam,

Illustrissimus atque eximius Dominus Emmanuel a Schelstraten, primo litterariarum suarum lucubrationum parti, cui Antiquitas illustrata titulum fecit, præfixurus seriem Chronologicam Romanorum Pontificum usque ad S. Silvestrum, etsi maximi faceret P. Henschenium, non potuit tamen inducere in animum, ut Chronologiam propositam ab ipso, seriem Consulum in Catalogis expressam secuto, sufficere sibi crederet; sed desperato per hanc viam exitu, & alia nulla meliori reperto, maluit in illa serie singulos singulorum Pontificum annos expandere sextuplociter, secundum Catalogos & auctores varios, ut quæ dicturus deinceps erat possent singuli, ad eam quam mallent, quamque meliorem judicarent, Chronologiam applicare. Agnoscit il-

le

PETRUS.

nec beneficio fastorum Consularium satis explicabilem visum,

A *lo primum Catalogum, quo præcipue Henschenius nititur,* omnium Catalogorum antiquissimum esse, & fontem videri ex quo alii omnes originem ducunt . . . atque ut magnum antiquitatis monimentum merito ab Henschenio publicatum, utpote ex quo secundus Catalogus (*ac deinceps alii cum Anastasio Bibliothecario ac sequentibus*) Consules suos mutuarit; *qui si ubique indubitabiles essent, nihil posset haberi in tota ecclesiastica historia certius. Sed Consules ipsos plerisque locis confusos vitiatosque esse credidit Bucherius; tum quia additus cuique Pontifici annorum, mensium, ac dierum numerus aliquando major est, quam inter assignata cujusque initio ac fini Consulum paria possit interjici; tum quia sæpius Consules unius Pontificatus miscentur cum Consulibus alterius Pontificatus assignatis; unde provenit, quod* Henschenio *frequenter recurrendum sit ad Vicariatus, ut quo tempore prædecessor adhuc sedebat verus Pontifex, ibi & successori assignaretur Vicariatus. Hunc vero modum explicandi prædictam difficultatem, licet fateatur* Schelstratus *esse valde aptum ad justificandos Catalogorum defectus, seu veros seu apparentes; putat tamen in* S. Stephano, *quem S. Lucii Vicarium aliquamdiu fuisse* Henschenius *statuit, nullo modo valiturum; manifestam autem perversitatem*
B *esse in eo, quod* Clemens Cleto, Anicetus Pio *in ipso ordine præponantur.*

una cum Vicariatibus ab Henschenio observatis,

2 *Equidem fateor, etiam in hac, quam primus Henschenius calcare docuit, via, nonnulla occurrere offendicula, sed ea tam insuperabilia esse non credo, ut rem omnino faciant desperatam: confidoque futurum, ut cum hunc meum Conatum viderit vir illustrissimus idemque modestissimus, non parum promotum esse cognoscat; ipsique aut alteri, eamdem post me viam remetiri volenti multo faciliorem redditam, & omnino spem esse, ut viri eruditi paulatim amoliantur ac lævigent quidquid ego reliquero difficultatis asperitatisve. Fateor præterea, assertorum ab Henschenio Vicariatuum nullum esse indicium apud antiquos, nisi quoad* Sanctos Linum, Clementem & Cletum; *nec deesse qui hos a Petro ordinatos, aut saltem Vicarios fuisse negent. Sed si utrumque probare potuero, saltem ut perquam simile vero; vix dubito quin verosimilia futura sint cetera inde deducta. Cumque tali verosimilitudini accesserit, distinctius cognita Consulatuum congruentia singulorum, & quam non incommode ii plerumque applicentur annorum, mensium ac dierum numeris in primo Catalogo notatis, multo magis crescet verosimilitudo quæsita, eoque pertinget spero, ut moderata ingenia, nec*
C *summam certitudinem requirentia ubi sciunt haberi talem non posse (præsertim in argumento ab aliis desperato) velint & valeant acquiescere.*

probat tres Episcopi a S. Petro ordinatos,

3 S. Petri *Elogium in secundo Catalogo Henscheniano sic habet.* Hic fecit ordinationes tres, Presbyteros decem, Episcopos tres, Diaconos septem, per mensem Decembrim. *Omnes hi pro urbe Roma intelliguntur consecrati: nam quod ad vocem* Episcopos *auctor libri Pontificalis addit,* per diversa loca, *merito contemnitur: quis enim ignoret, ab Apostolo Petro longe* plurimos per diversa loca, *id est,* pro diversis locis, *ordinatos Episcopos. Sciolus igitur aliquis phrasim, Auctori Catalogi 2. in sequentibus passim usurpatam, hic quoque crediderit applicandam. Sciendum est interim, in neutra Catalogi 1. parte ullam fieri mentionem Ordinationum: unde autem eas acceperit Auctor fere sesquiseculo prioribus posterior, quem deinde alii describere, incertum est. Verosimile tamen puto, earumdem antiquiorem aliquam notitiam extitisse, & forte ante finem seculi 2. scribi captam. Ut ut sit, de tribus Episcopis* a Petro *ordinatis, pervulgatus extitit antiquitus sermo, teste Epiphanio hæresi 27 cap. 6. & quamvis id ille* opinando potius quam asseverando *dicere maluerit, Auctor libri Pontificalis, nihil hæsitans, ita scripsit:* Hic, *scilicet Petrus,* ordinavit duos Episcopos
D Linum & Cletum, qui præsentialiter omne ministerium Sacerdotale in urbe Roma populo vel ad se venientibus exhiberent; Beatus autem Petrus orationi populum erudiens vacabat.... Hic B. Clementem Episcopum consecravit, cui & Cathedram vel Ecclesiam omnem disponendam commisit, dicens: Sicut mihi tradita est a Domino meo Jesu Christo potestas ligandi solvendique, ita & ego tibi committo....Post hanc dispositionem martyrio cum Paulo coronatur.

ex pervetusta opinione

Linus, Cletus, Clemens:

4 *Miratur Schelstratus, hanc quæstionem ventilans, quomodo præstantissimi viri hoc de* Clemente *credere potuerint, haustum ex epistola ipsius nomine velut ad S. Jacobum Fratrem-Domini scripta, quam nemo dubitare possit supposititiam esse, tum aliis ex capitibus, tum evidenter ex eo, quod S. Jacobus anno* Neronis VII. *juxta Eusebium (cui hic saltem credendum) mortem obierit ante Petrum, & tamen epistola post mortem hujus scripta fingatur.* De Lino *autem &* Cleto *asserit idem Schelstratus, vel a* Petro *omnino ordinatos non esse, vel ordinatos esse pro aliis civitatibus. Verum uni Sedi ordinatum Episcopum, ad alteram, etiam supremam traduci, adeo primis octo seculis insolens Romanis fuit, ut cum sub finem seculi IX. gravissima ex causa Ostiensis Episco-*
E *pus* Formosus *ad Pontificatum fuisset evectus, maligni homines satis causæ se habere crediderint, non tantum ut persequerentur vivum, sed etiam ut defunctum, veluti Apostolicæ Sedis invasorem, indignissime tractarent. Non præsumamus igitur tale exemplum datum fuisse in ipsis Matris Ecclesiæ incunabulis. Alterum non modo gratis negatur factum, sed multimodis ostendi potest fuisse conveniens, ut tantæ urbi non sufficiens solus per se* Petrus, *& quidem longiori tempore in prædicando nationibus Evangelio absuturus subinde (uti persuadebunt quæ de illius excursionibus vulgo tradita ex antiquis scriptoribus ad XXIX. Junii colligemus) institueret relinqueretque pro se Vicarios, Episcopali charactere insignes. Tandem nec sequitur, fictitiam esse Ordinationem* Clementis *a* Petro *factam, quia fictitia est quæ illius Ordinationis meminit epistola; cum vera & aliunde certa Ordinatio potuerit occasionem præbere ejusmodi Epistolæ confingendæ, sicut alias sæpe factum docent tot suppositiæ Decretales, quibus veri Canones inseruntur.*

quod etiam convenienter valde fuit e

& multas habebat utilitates,

5 *Quare, non dixerim quidem cum* Henschenio, Linum & Cletum *ideo ordinatos a* S. Petro, *ut sibi successive succederent in Pontificatu; sed primo quidem, ut vicaria opera intra extraque civitatem sublevarent ipsum, ordinandis per varia loca Episcopis, & per ipsam Romanam diœcesim omnis gradus Clericis; deinde ut*
F *sua, cum res exigeret, absentis vice exhiberent populo ministerium omne Sacerdotale, id est Episcopale; tertio, ut se mortuo non haberet opus Romana Ecclesia, ei quem Pontificem sibi elegisset, Ordinatores peregrinos quærere; quod quanti esset periculi post* Marcellini Papæ *excessum præcipue apparuit; quando, propter persecutionis immanitatem, non potuit successor ordinari nisi post annos quatuor Sedis vacantis. Adeo ut non solum utiliter, sed pene etiam necessario provisa fuerit, & exemplo* S. Petri, *tempore persecutionis præsertim, usurpata Ordinatio Episcoporum Vicariorum, qui quatenus nulli Sedi adhuc adscripti erant, sed aliis ad Evangelii prædicandi usum subordinati, vocantur ab Henschenio* Episcopi Apostolici: *sed, quia* Apostolici *titulus, summo Pontifici Romano magis est proprius, rectius fortassis vocarentur* Episcopi Evangelici.

Erant illi primum Episcopi Evangelici,

6 *Tales ergo* per mensem Decembrem (*quo mense Ordinationes faciendas videntur ex Apostolica traditione Romani Pontifices accepisse*) *per stationum istius mensis jejunium, convenient ad communem comprecationem populo, tres ordinaverit* Petrus; *non simul, sed successive, prout crescent paulatim fidelium in urbe ac*

subur-

A suburbiis numerus suadebat augeri eorum aeque ac Presbyterorum & Diaconorum numerum. Postea vero idem Petrus digressurus ab urbe, & forte numquam reversurus ad eam amplius, proposuerit populo, ut eligeret futurum non solum Vicarium, sed (quo modo nunc appellamus) Coadjutorem cum jure successionis; adeo ut sic electus Linus jam tunc inceperit censeri & vere esse Romanus Episcopus non tamen supremus nisi per inthronizationem, mortuo Petro faciendam: unde factum sit ut Vicariatus solius Lini sub Petro cum Pontificatu confusus noteetur in Catalogo, non item aliorum duorum; quia scilicet ad hoc non fuerunt vivente Petro a Clero populoque recepti. Cum autem postea Petrus, spectata praesentiori Ecclesiae necessitate, Clementem praeferens Lino, ei tradidisset successionem, uti fertur, meritaid recusavit, & juri cuicumque hinc sibi nato renuntiavit Clemens, ob eam quam infra dicemus causam; sitque Clero ac populo libertas reddita ejus, quem antea ad hoc elegerat, collocandi in Apostolicam Sedem. Itaque in Lino (quod & de aliis proportionato intelligo) tres quasi Ordinationes concipio; primam Episcopi Evangelici, pro urbe Roma, quae illum faciebat ex principalioribus membris primi in illa ecclesia Presbyterii, quod etiam fuerunt, post similem Ordinationem, Cletus & Clemens; secundam, in Vicarium cum jure successionis, quae ipsum B faciebat totius Presbyterii caput post Petrum, etiam supra Cletum atque Clementem, anno LVI. die 12. Maji (& hujus solius ratio a Catalogis habetur, nec fiebat nisi urgente aliqua necessitate, puta ob Pontificis absentiam longiorem, captivitatem, morbum vel exilium) tertiam Pontificalem, praehabito novo Cleri populique consensu, quam a secunda non distinxerunt Catalogi veteres. Tali porro distinctione bene intellecta, facile intelligi videtur, cur plerique ex consequentibus Pontificibus, solum inveniantur extremis vitae annis aut mensibus accepisse Vicarios, tales scilicet qui eo ipso censerentur Romani Episcopi & futuri Pontifices, licet iidem antea diu forsitan fuerint ordinati Episcopi ad opus Evangelii, aut etiam Vicarii, sed mutabiles ad nutum ejus qui ipsos assumpserat Pontificis.

ex quibus electus a Clero & populo Vicarius Linus,

& huic a Petro postea praelatus Clemens, Lino cessit.

7 Parte bona omnium hactenus dictorum lucis & confirmationis non parum accipiunt ex praeclaro Epiphanii loco Haeresi 27. c. 6. quem vel ideo totum juvat hic transcribere: Romae primum omnium Petrus & Paulus Apostoli pariter & Episcopi fuerunt: inde Linus, tum Cletus, post hunc Clemens Petri & Pauli synchronus. Neque vero miretur aliquis, quod ante ipsum qui Petri & C Pauli aequalis erat, aliquis in Pontificiam dignitatem successerit: iisdem enim & ille temporibus vixit. Utrum autem adhuc superstitibus Apostolis a Petro Ordinationem Episcopalem susceperit, & sese abdicans ab administratione cessaverit [ita enim in quadam Epistola scripsit; Recedo, ex eo, instet populus Dei: nonnullis hoc videlicet suadens, quibusdam Commentariis id scriptum habentibus] an potius secundum Apostolos ab Episcopo Cleto sit constitutus, liquido non constat. Quamquam vel hac quidem ratione poterant, viventibus adhuc Apostolis, Petro scilicet ac Paulo, Episcopi alii surrogari; quod iidem illi praedicandi Evangelii gratia in alias urbes regionesq; profectionem susciperent, carere autem Episcopo Roma non posset: siquidem Paulus in Hispaniam pervenit, Petrus vero Pontum & Bithyniam saepe numero peragravit. Ac fieri sane potuit, ut primum Clemente constituto, cum is defugeret (si ita tamen contigit, quod ego opinando potius quam asseverando dixerim) postea Lino Cletoq; mortuis (qui duodecim annorum spatio sigillatim Episcopatum obtinuerunt, post Apostolorum Petri Paulique necem, quae in duodecimum annum Neronis incurrit) tum demum Episcopatum capessere sit coactus.

Locus Epiphanii hic factus,

8 Ad hunc porro locum annotanda sunt quaedam. I. Utrumque Apostolum pariter Romanum Episcopum nominari. II. Clementem ab Epiphanio ordinatum dici ante Linum & Cletum, sed hoc opinando potius D quam asseverando. Neque nos de eo statuere quidquam, solum dicere, si prius Episcopus fuit a Petro ordinatus Clemens, non tamen nisi circa finem vitae ab eo fuit designatus Pontifex futurus. III. Ut verosimilius & quasi necessarium ab eo statui, quod discedentes alio Apostoli Episcopum Vicarium unum aut plures Romae relinquerent. IV. Non liquido ipsi constare, an eorum unus fuerit Clemens: de quo forte non dubitasset, si primum antiquissimumque Catalogum potius quam Eusebii Chronicon prae oculis positum habuisset. V. Ex hoc capite ignoscendum ei esse, quod Clementi praeponat Cletum; sicuti ex eodem capite factum ignoscimus, quod Cletum ab Anacleto, non distinxerit. VI. Neronis annum XII. ipso quidem quo Apostoli caesi sunt ante initium sumero mense Octobri, sed rectius scribendum fuisse XI. interim tamen censuisse Epiphanium, eam caedem non posse ad annum XIIII. differri. VII. Ignotam Epiphanio fuisse suppositam Clementi epistolam ad Jacobum, alioqui ex ea potius argumentum sumpsisset quam ex alia ad Corinthios, obiter ut dicitur collo hic prostractum. VIII. Eumdem Epiphanium, allegando praecitata illius ad tumultuantes Corinthios verba, solum indicatum voluisse, quam verosimiliter credi possit, Clementem pro majori Ecclesiae bono id fecisse, quod suasit postea E aliis; non autem similem utrimque statuisse causam, sicuti statuit Vendelinus, magnam inter fideles super Pontificatu dissensionem.

PETRUS expensus & correctus,

Cur Clemens cesserit Lino?

9 Observo denique Epiphanium agere de sola illa cessione, quam post Petri mortem Clemens fecerit, de qua sic egregie Natalis Alexander Hist. eccles. Dissert. 13. Licet Clementem a B. Petro ordinatum tradant quam plurimi, non sequitur quod Romanam Sedem immediate post illum conscenderit. Designatum quidem fuerat a S. Petro Romanae & universalis Ecclesiae Episcopus, sed ad exempli perniciem devitandam, Cleto (ut credere par est) consentiente, singulari Spiritus sancti afflatu jure suo cessit ... Enimvero pessimum exemplum praeberi animadvertebat, si ex vi ordinationis & designationis de se factae a S. Petro (quantumvis justa esset) exerceret Pontificium; quia futurum praevidebat, ut si Pontifici liceret sibi designare successorem, plures in Cathedram Petri subvecti, sed Petri vestigia non secuti, revelationem carnis & sanguinis, non sancti Spiritus afflatum attenderent ... sicq; summum Ecclesiae Sacerdotium ab ordine Melchisedech in ordinem Aaronis descenderet; nec dignatio coelestis gratiae faceret Antistitem: sed carnalis successio generaret Sacerdotem. Suspicor autem causam ob quam Petrus, praeterito Lino, suo jam pridem Vicario in spem successionis lecto, ipse auctoritate propria successorem designarit Clementem, non solum fuisse praecipua ejus merita; sed etiam, quod Romani generis nobilitate sublimis, plus gratiae & auctoritatis collaturus videretur, ad compescendos Gentilium contra Christianos furorem nuper excitatum; Clementem contra vel ideo magis ab eo gradu abstinendum tunc sibi credidisse, quod cum Nero neo intimis amicis neq; summis capitibus parceret, ipse eo facilius esset in tyranni ac ministrorum ejus oculos odiumque incursurus, quo majori esset inter Christianos nomine conspicuus.

cur pro hoc cum Petrus successorem optarit?

10 Adversus jam assertos Vicariatus conditissimum quemdam Amicum nostrum allegare memini Concilii Nicaeni decreta, tamquam rem absurdam caveri volentis Ἵνα μὴ ἐν τῇ πόλει δύο Ἐπίσκοποι ὦσιν, ne in civitate duo sint Episcopi, vel (sicut vertit Dionysius Exiguus) ne in una civitate duo esse Episcopi probentur. Hoc, inquiebat ille, quomodo tam absonum videri potuit, si ejus rei adeo frequentia erant ipsamet prima in sede exempla? Verum si canonem istum paulo altius resumpseris, invenies de iis solum Episcopis agi,

Vicariatibus hic assertis.

A *qui forent ordine & potestate æquales. Loquitur enim de Catharis, ad Ecclesiam recipi petentibus: ac primum quidem statuit, ut præmissa communis fidei professione, & promisso decretorum circa lapsos & digamos observantia, iste ubi soli ipsi inveniuntur; maneant in suo quique Ordine, post acceptam in Ecclesia Catholica manuum impositionem:* Si autem Catholicæ Ecclesiæ Episcopo, vel Presbytero *alicubi* existente, accedant eorum aliqui, clarum est, *inquit Concilium*, quod Ecclesiæ quidem Episcopus Episcopi dignitatem habebit, qui autem apud eos, qui Cathari dicuntur, nominatur Episcopus, Presbyteri honorem habebit, nisi forte placuerit Episcopo ipsum nominis honore censeri: si vero hoc ei minime placuerit, providebit ei aut Chorepiscopatus aut Presbyterii locum, ut in clero prorsus esse videatur, ne in civitate duo sint Episcopi. *Ubi clarum est solum caveri, ne duo sint potestate æquales; cum nominis Episcopalis usum, si Episcopo probaretur, etiam Catharis relinqui posse Concilium definiat. Erant autem Cathari, qui ita se, idest* Puros, *dicebant, nunquam in persecutione lapsi, & a secundis nuptiis abstinentes; unde elati in superbiam, se ipsos a lapsorum & digamorum communione sequestraverant, sibique seorsim conventus & Episcopos instituerant: sed jam incipiebat eos facti schismatis pœnitere, optabantque recipi in Catholicam communionem, salvo cujusque gradu, licet aliqui eum a Catholico Episcopo non recepissent.* D

Aliera non derogat Canon Nicænus.

11 *Notaturus porro in Margine numeros annorum, mensium atque dierum, quibus unusquisque Pontifex sedit; non eos notabo quales in contextu summarii historici noto, & unandos Catalogi proponunt, sic ut tempus Pontificatuum confundatur cum tempore Vicariatuum; sed illud seorsim supputabo a tempore summæ potestatis susceptæ, seu die Institutionis Pontificalis, quem nunc Coronationis nominaremus; usque ad diem mortis seu abdicationis, si quando ea ante mortem facta est, uti factam putamus a SS. Clemente, Fabiano, & paucis aliis.*

Tempus Pontificatuum qualiter hic notandum in margine.

B

II. S. LINUS. E

Ab an. 65. ad 67. annis 2. m. 2. diebus 17.

LINUS, natione Tuscus, Patre Herculano, ordinatus a Petro Episcopus anno LVI. in Dominica IX. Maii, ejusdem per annos novem Vicarius, summus vero Pontifex post illius Martyrium anno LXV. peractum, a die forsan VII. Julii eademque Dominica, fuit temporibus Neronis, & post annos II. mens. II. dies XVII. obiit anno LXVII. XXIII. Septembris, cum Ecclesiam qua Vicarius qua Pontifex rexisset annis XI. menses IV. dies XV. & vacavit Episcopatus dies XVII.

Bar. 069. ad 80. an. 11. m. 2. dies 23.

ANnum Ordinationis suæ Institutionis prioris, & annum mortis, *signant* Consules Saturninus & Scipio, Capito & Rufus: *inter quos primus Catalogus vetustiorque recte partitur tempus gesti quomodocumque Romani Episcopatus, modo juxta secundum Catalogum anni undecim sumantur non recte in primo scripti duo. Interim apparet occasio erroris, quo Eusebius Epiphaniusque & alii abducti annos XI vel XII. Lino, post mortem Apostolorum, adscripserunt. Romana Breviaria, usque ad annum* MDXXXV. *quo novum unum permissu Pauli III. concinnavit Cardinalis Quignonius, postea abrogatum, nihil de S. Lino habebant, nisi quæ in nostris Catalogis leguntur. Quignonius autem, prolixior in Lectionibus, alibi strictior, hujus quoque Pontificis encomium dilatans, addidit, quod a Saturnino* C Consule, cujus filiam a dæmonibus liberaverat, capitali supplicio affectus est: *idque hodiedum, diversa licet phrasi, recitatur; non animadvertentibus iis, quibus successive recognoscendum Breviarium commissum est, quod Saturnini Consulatus unicus annis omnino decem præcesserit mortem S. Petri. Baronius in Annalibus, pro* Consule, *scripsit* Consularem: *sed tales non nisi sub Adriano jurisdicundo cœperunt adhiberi, coetenus exercitibus soliti præfici. Nobis ad* XXIII *Decembris licebit examinare, unde acceptum sit istud de filia Saturnini liberata, & alia plura a Quignonio addita; qui interim superfluum censuit cum veteribus Breviariis Consulum notare nomina, quibus quisque Pontifex Episcopus esse cœpit ac desiit; & eum in hoc secuti sunt ceteri, exitum nullum commodum videntes.*

Non fuit a Cos. Saturnino damnatus.

2 *Cessantis Episcopatus spatia nusquam primus Catalogus notavit: inveniuntur illa in secundo & deinceps aliis, incipiendo ab* Anacleto, *Anastasius Bibliothecarius incipit ea signare in ipsius* Lini *successoribus. Credibile est hoc cœptum fieri seculo saltem quarto: & Catalogorum illa notantium auctores cum ipsa non invenirent expressa monumentis litterarum, præsertim pro primo & secundo seculo, eadem ex sua calculatione definivisse: sed his corrupti plures numeri, cique in variis exemplaribus varii, non possunt certum præbere ductum. Aliunde igitur ii melius definientur; videlicet eo verosimiliter constituto mortis & ordinationis die, uti jam cœpimus. Ergo hic notavi dies* XVII. *quibus opus fuerit ad inducendam successorem* Clementem *ut Pontificatum susciperet, quod fecerit secunda Dominica Octobris post* Lini mortem Feria IV. *obitam. Plus temporis interjicere si vis, licet: longior post* Clementis *Abdicationem Vacatio facile se patietur, non tantum hebdomade una alterave, sed etiam mense integro & amplius decurtari. Ego e contrario, tantum abest ut longius tempus requiram in Anamnesi, procedente secundum sententiam, quæ* Lino *immediate* Cletum *subjungit, & hujus personam non distinguit a persona* Anacleti; *ut possim triduano Interpontificio esse contentus, & successorem ordinatum credere* XXVII. *Septembris.* F

Interpontificia quomodo notata.

3 *Fatendum est enimvero Catalogi, tantopere ab Henschenio laudati, circa primos* XII. *Pontifices, non esse eam firmitatem ac certitudinem, quæ videtur esse in subsequentibus; & usque ad annum vulgaris Æræ* CLX, *incerta satis haberi omnia; ex ejus namque sumpta calculo, qui sub annum* CCXXXVI. *regente ecclesiam S. Antero, initium videtur dedisse Catalogo, seriatim atque cum definita Pontificiorum determinatione scribendo: in qua ipsa determinatione, ut ex satis certis documentis processerit Auctor, quis polliceri ausit, nihil etiam mutatum a prosequentibus eamdem seriem, pro suo cujusque captu ac judicio. Sunt autem præcipuæ difficultates duæ in primis* XII. *Pontificibus; videlicet, utrum* Clemens *preponi debeat* Cleto, *&* Anicetus *anteferri* Pio. *Faciunt hoc Catalogi, & cum iis Henschenius: contrarium magis nunc placet Eruditis, iidemque a* Cleto *censent* Anacletum *dividere. Nolo definitive in alterutram partem pronuntiare; ne vel contra ideam, quod verosimilius ipse censeo; vel hoc affirmans, ipse in principio discessisse videar ab Henschenii contraria opinione, Catalogis inhærente. Neutrum ne faciam, placet utramque sententiam proponere, ac primo quidem loco Henschenianam.*

Patere interim in primis 12. Pontificibus nil esse certissimam fidem Catalogi.

III. S.

A D

III. S. CLEMENS.

CLEMENS, natione Romanus ex patre Faustino, ordinatus a S. Petro Episcopus, & ante mortem designatus successor, tum quidem prudenter recusavit onus, deinde vero suffectus est Lino anno LXVII. in Dominica XI. Octobris. Fuit temporibus Galbæ & Vespasiani annos IX. menses II. dies XII. post quos abdicavit Pontificatum anno LXXVI. XXII. Decembris: & cessavit Episcopatus mensem I. dies XXIV. ipse vero supervixit Episcopus evangelicus, prædicationi soli intentus, usque ad finem primi seculi, factus sub Trajano Martyr in Chersoneso XXII. Novembris, indeque post plura secula Romam relatus ad ecclesiam sui nominis.

Ab an. 67. ad 76. abdic. an. 9. m. 2. d. 10.

Ab. a 93. ad 101. an. 9. m. 6. d. 6.

Consules hunc Pontificatum notantes.

CAtalogi veteres relinquunt Lino, Consules anni LXVII. utpote majorem ejus anni partem occupanti; & primos postea novos Consules anni LXVIII. assignant Clementi, quamvis jam inde a præcedenti Octobri Pontificatum exorso: qui porro progrediens, per annos IX. menses II. ac dies XII. perveniens usque ad Decembrem anni LXXVI. quo Consules fuerunt, ibidem pro ultimo Clementis anno notati, Vespasianus VIII. & Titus. Verum pro XI. mensibus, quos habet primus Catalogus; accepi ex secundo menses II. & retinui dies XII a priori assignatos.

B

Quomodo postea Clemens Cleto postpositus in Canone Missæ?

2 Successionis ordo idem tenetur a S. Augustino & Optato Milevitano: Hieronymus autem, qui junior Eusebium in Chronico erat secutus, tertiumque a S. Petro Clementem fecerat; senior deinde, agens de eodem in libro de Scriptoribus, fatetur quod plerique Latinorum secundum post Petrum putent fuisse Clementem. Hinc suspicari quis possit, quod tunc nondum in Canone Missæ ad Commemorantes nominabatur Clemens post Cletum; adeoque nullum sit hinc sumptum argumentum: sed commemorationis istius auctorem vel amplificatorem Damasum vel Gregorium, fuisse Hieronymi vivi aut mortui auctoritate inductum, ut sequeretur Eusebium cum Orientalibus; hæc fortassis sola causa movit, ut Clementem postponerent Cleto; quia non videbant, quomodo hic alias potuisset ad Trajani tempora pervenisse, sub quo Martyrium pertulisse omnis antiquitas testabatur.

Cur iterum Clemens abdicarit?

3 Abdicandi causam Vendelinus conjectat aliquam in Ecclesia dissensionem, similem Corinthiacæ, cujus causa illuc scribens Clemens, suadebat, ut si quis esset inter eos strenuus, misericors, & caritate plenus; diceret, Si propter me seditio, contentio & schisma orta sunt, emigrabo; abibo, quocumque volueritis; & quæ a plebe mandantur faciam; solum Christi ovile, cum constitutis supra se Presbyteris, in pace degat. Quæ verba videtur Epiphanius accepisse tamquam prolata in persona propria hæresi 27. cap. 6. cum recte intellecta, non hanc, sed priorem a morte Petri cessionem confirment; ut qui idem fecerit ipse, quod aliis, videlicet Corinthiis, postea suasit. Quod ad ultimam Cessionem attinet, licet ejus nullum clarum ac distinctum extet in antiquitate testimonium, satis certa tamen nobis videtur, ex communi auctorum omnium veterum consensu, de morte sub Trajano obita, quæ absque ejusmodi cessione nequit cum Catalogis conciliari. Ipsa autem secunda Cessio facile persuadebitur ei, qui satis fuerit persuasus de prima; indicat enim animum alienum a summo gradu, & unice cupientem Evangelio prædicando vacare.

C

Afficta ei epistola,

4 Qui circa annum Christi DCCC. sub nomine Isidori Mercatoris (alii legunt Peccatoris) sanctum Hispalensem Antistitem intelligi volentes, more plurium Episcoporum usitato in Conciliis humili istoc titulo usum, consarcinavit Decretales Epistolas, veteribus ante Siricium Pontificibus nonnullisque post eum supponendas, quales Riculfus Episcopus Moguntinus ex Hispania attulit, Galliisque communicavit, tandem auctore Binio inferendas Collectionibus Conciliorum Generalium, sed ultimæ Labbeanæ non sine censuris quas merentur; qui, inquam, Decretales istas consarcinavit, veritus ne forte Linus obiisset ante S. Petrum, nullus ei affingere ausus est, sicut nec postea Cleto, eumdem ab Anacleto non distinguens; initium vero in Clemente fecit, & ex quinque quas eidem jam Romanæ Ecclesiæ Præsuli affinxit, duas primas inscripsit Jacobo Fratri Domini, & Episcopo Episcoporum, regenti Hebræorum sanctam Ecclesiam Hierosolymis, qui tamen ante Petrum obierat, ut supra dictum est.

etiam ad S. Jacobum pridem mortuum,

E

an primum a Wicleffo censuratæ?

5 Sunt qui existimant, quod Hincmaro Remensi Episcopo, iisdem Epistolis tandem acquiescere coacto, primus, qui de illis dubium postea movit, fuerit Wicleffus, hæresiarcha turpissimus; inter cujus Propositiones a Concilio Constantiensi damnatas hæc XXXVIII. fuit; Decretales Epistolæ sunt apocryphæ, & seducunt a Christi fide: & Clerici sunt stulti, qui student iis. Ast verosimile est, eum de omnibus omnino Decretalibus ita locutum; merito autem in eo damnatum, etiam quoad supposititias illas, quatenus eas a fide seducere dixit; cum circa fidem moresque nil doceant, quod ab optimis auctoribus acceptum non sit; sicuti licebit videre in margine Labbeanæ editionis, post incredibilem diligentiam in conquirendis fontibus adhibita a Davide Blondello; heterodoxo ille quidem & Centuriatorum Magdeburgensium partes tenente, contra nostrum Turrianum, frustra eas defendere conatum, cui tamen hoc nomine libenter se debitores agnoscant Scriptores Catholici, pro eo quo tenentur veritatis studio, etiam a Wicleffo grataner suscepturi correctionem inveterati erroris, si primus et imposturam detexisset. Nam illæ Epistolæ, ut ait Labbeus, adeo deformes videntur perspicacibus viris, saltem hodie, ut nulla arte, nulla cerussa aut purpurisso fucari possint. Rejecit eas fidenter Baronius, & ad annum 530. num. 5. stomachabundus: Eant, inquit, procul a fidelium cœtu, qui in Ecclesiam, non habentem maculam neque rugam, ejusmodi conantur inferre quisquilias; longeque longius a Catholico orbe, qui, quæ corruere videntur, mendaciis suffulcire nituntur: nam super solidum fundamentum firmamque petram structa est, semper mansura, numquam casura sincera fides.

laudatus Blondelli circa eas labor:

F

censura Baronii.

DISSERTATIO V.

Sententia Henschenii de Ordinatione, Pontificatus Abdicatione & obitu S. Clementis.

39 CArdinalis Baronius, cum in suis Annalibus ad annum LXIX. late de S. Clementis Pontificatu disseruisset, ista num. XLIII. sub finem habet: Si in ordine & tempore primorum Romanorum Pontificum quempiam errare contigerit, in multos alios errores ferri omnino cogetur. Prudenter ergo hæc exer-

S. Clemens laboravit cum S. Paulo,

citationis causa proposita volumus, atque, ut cum discretione a benevolo lectore excipiantur, rogamus. S. Paulus in sua ad Philippenses Epistola, e vinculis Romanis scripta, capite IV. commendat Clementem cum ceteris adjutoribus, qui secum laboraverunt in Evangelio. *Eumetiam nonnulla Acta S. Petri, quæ sub Lini nomine feruntur*, comitem hujus Apostoli fidelem fuisse, ac veritatem totius prædicationis agnovisse, *tradunt, propterque ab eo* Episcopum ordinatum. *Confirmant ista ex Actis Græcis SS. Petri & Pauli supra indicatis, in quibus hæc de S. Petro habentur.* Romam reversus ordinavit Clementem ἀνανεύμενον, καὶ τὴν προστασίαν παραιτούμενον, recusantem & illam præeminentiam non admittentem: quem idoneis rationibus persuasum ac confidere admonitum, in Cathedram divinorum eloquiorum sublimavit. *Quo id formula S. Petrus fecerit, tradunt Mss. codices Anastasii Bibliothecarii, Regius, Mozarinicus & alter Froberi cum Mss. Gestis Pontificum in elogio S. Petri his verbis:* Petrus vero sentians diem mortis sibi imminere, Clementem Episcopum consecravit; eique Cathedram & Ecclesiam omnem disponendam commisit, dicens: Sicut mihi ligandi & solvendi tradita est a Domino meo Jesu Christo potestas, ita & ego tibi committo. *Addunt dicta Acta Græca:* Cum fureret adversus Christianos Nero Imperator, & varii comprehenderentur, parcitum fuisse Clementi, ut qui esset de cognatione Cæsaris.

quin & ab S. Petro;

ab hoc Episcopus ordinatus,

40 *S. Hieronymus, lib. 14 Commentariorum in Isaiam Prophetam*, ætatis & corporis imbecillitate confectus, *uti testatur in Proæmio ad lib. 10. ad caput LII. sub finem, ista de Christo & Clemente scribit:* Qui cum dives esset, pro nobis pauper factus est, & credentibus dixit: Discite a me quia mitis sum & humilis corde. De quo & Clemens, vir Apostolicus, qui post Petrum Romanam rexit Ecclesiam, scribit ad Corinthios; Sceptrum Dei Dominus Jesus Christus non venit in jactantia superbiæ, cum possit omnia, sed in humilitate, *&c. Hunc ergo Petri successorem* Clementem, *non solum* virum Apostolicum, *sed etiam* Apostolum *appellat Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromatum, ejusdem verba ex citata ad Corinthios Epistola allegans. Idem Hieronymus, cum olim junior, in Chronico & libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, ex sententia Eusebii, & S.* Cletum *inter Pontifices non recensuisset, & secundum indicasset Linum, tertium Anacletum, & post hunc quartum* Clementem; *seipsum corrigit, dicens*, plerosque Latinorum secundum post Petrum putare fuisse Clementem. *Ubi per Latinos videtur potuisse intelligere ipsum vetustiorem Catalogum Pontificum quem hic damus. Quia autem S. Linus XIII anno Neronis Martyr erat, & hunc annum perperam alii martyrio SS. Petri & Pauli adscribebant, non æstimarant iis qui hæc credebant, rationem habendam exigui temporis, quo S. Petro superfuisset Linus: imo in Actis Græcis, S. Linus ante mortuus scribitur fuisse, quam* S. Clemens *a S. Petro ordinaretur Episcopus. Verum inter Pontifices, cum universa Ecclesia, retinemus S. Linum; juxta cujus certissimam traditionem, Optatus Milevitanus lib. 2. retexens Romanorum Pontificum Catalogum, sic exorditur:* Cathedra unica, quæ est prima de dotibus, sedit prior Petrus, cui successit Linus, Lino successit Clemens *&c. Eodem modo enumerat Pontifices Romanos S. Augustinus epistola 165.*

non post hunc rexit Ecclesiam,

sed successit Lino,

41 *Mortuo ergo S. Lino XXIII. Septembris anni LXVII* S. Clemens, *jam ante a S. Petro ordinatus Episcopus, suscepit administrationem Ecclesiæ, & proximum annum integrum habuit in suo Pontificatu, Consulibus supra designatis*, C. Silio Italico & M. Galerio Trachalo Turpiliano, *& gubernavit Ecclesiam annos IX. menses XI. dies XII. usque ad annum LXXVII. cujus tamen anni Consules tribuuntur successori Cleto, qui tunc fuit in Pontificem assumptus; & Consules supra notantur*, Imperator Vespasianus VII. & Titus Cæsar V. *qui anno LXXVI. Rempublicam administrarunt. Imperatores in Catalogis assignantur* Galba & Vespasianus, *ubi sub nomine Galbæ consentur etiam Otho & Vitellius; quod hi tres solum sesqui anno regnarint. Quo etiam modo Eusebius lib. 3. Histor. Eccl. cap.* Cum Galba atque Otho, *inquit*, anno dumtaxat & sex mensibus regnassent, Vespasianus Imperator renuntiatur. *omisso Vitellio, qui Vespasianum præcessit. Memorati in utroque Catalogo Consules, cum Galba & Vespasiano Imperatoribus, nominantur etiam apud Anastasium Bibliothecarium, in omnibus editis & ineditis codicibus; item in libro Pontificali & Mss. Gestis Pontificum; apud Luitprandum etiam, & in antiquis Ecclesiæ Romanæ Breviariis supra allegatis.*

anno 67. sedit

& præfuit usque ad annum 77

42 *Collocavimus in secundo elogio aliquot puncta, quia videntur hæc verba* [martyrio coronatus] *ibi loco non suo perperam intrusa, & temere ab aliis descripta, & melius absunt a Mss. Gestis Summorum Pontificum ad Martinum V. deductis: quandoquidem sub finem elogii iterum dicatur*, tertio anno Trajani Martyr obiisse VIII. Kalendas Decembris. *Annus is est Christi centesimus. Quid ergo de viginti & tribus annis interpositis dicendum? Asserunt varii* S. Clementem, *a S. Petro Episcopum ordinatum, recusato Pontificatu Romano, ipsum non suscepisse nisi post obitum SS. Lini & Cleti. Quidni potius dicamus;* S. Clementem *anno LXXVII. abdicasse Pontificatum, & Episcopum Apostolicum, nulli Sedi affixum reliquo vitæ tempore vixisse? Godefridus Vendelinus, in suo Commentario ad S. Clementis Epistolas, hanc controversiam ita dirimit:* Anno LXXVII. cum Romæ inter fideles orta esset (qualis postea Corinthi) magna dissensio super honore Pontificatus; Clemens, ne quasi ex testamento Petri successisse videretur, ac ne posteris hæc Principatus ambitio perniciosi exempli haberetur, ultro se Pontificatu abdicavit. *Porro videtur illud ipse Clemens innuere in epistola ad Corinthios, supra a Clemente Alexandrino & S. Hieronymo laudata, ubi in posteriore parte epistolæ ista habet:* Si propter me seditio, contentio, & schismata orta sunt, emigrabo, abibo quocumque volueritis. *Certe S. Epiphanius Hæresi 27. quæ est Carpocratianorum, asserit a nonnullis tradi*, S. Clementem ab omni administratione vacasse, & eum in quadam epistola scripsisse, Recedo, exeo, bene stabiliatur populus Dei, nonnullis hoc modo consulens; nam in quibusdam Commentariis ita scriptum repperimus. *Hæc Epiphanius. Hoc ergo modo* S. Clemens, *relicta Ecclesiæ universalis administratione, reliquam vitam peregisset, dum successive Pontifices Romani præerant SS. Cletus, Anacletus, & Evaristus: cujus tempore, jam plenus dierum & meritorum, Clemens obiisset Martyr, anno (ut diximus) Trajani tertio, Æræ vulgaris centesimo. Interim* epistolam *(ut asserit Eusebius lib. 3. cap. 16.)* ab omnibus uno consensu receptam, eximiam prorsus & mirabilem, nomine Ecclesiæ Romanæ ad Corinthiorum Ecclesiam scripsit, cum apud eos gravis exorta esset dissensio.

abdicato Pontificatu vixit Episcopus Apostolicus usque ad annum 100.

epistolam nomine Ecclesiæ scribit ad Corinthios;

43 *Videntur etiam affecta opinioni favere Acta antiqua SS. Nerei, Achilles & Domitilla, in quibus isti duo Clementem invocant, ut S. Domitilla, sua consanguinea, velum virginitatis imponat.* Licet, *inquiunt*, gloria tua tota in Domino nostro Jesu sita sit, & non de humana, sed de divina dignitate glorieris, *quasi tunc ob annis administratione abstractus sibi viveret. Ablegata est non diu post in exilium S. Domitilla, cum dictis Eunuchis, ad insulam Pontiam jussu Domitiani, hujus anno XV. Christi XCV. quo S. Anacletum Martyrem obiisse, constabit ex infra dicendis in ejus elogio. An tunc etiam S. Clemens in exilium actus sit a Domitiano*

Missus in exilium ab illis dicitur a Domitiano, alii a Trajano,

A *tiano, dubitari posset, quia id Græci in Menologio Basilii Imperatoris & magnis Menæis adstruunt, idemque Trajano adscribitur in Ms. Synaxario Græco Collegii Ludoviciani Societatis Jesu Parisiis; cui consentiunt Acta Latina, ex quibus Beda in Martyrologium suum ista transtulit,* IX. Kalendas Decembris, Romæ natale S. Clementis Episcopi, qui jubente Trajano, missus est in exilium trans Pontum maris. Ubi multis ad fidem vocatis per miracula & doctrinam ejus, præcipitatus est in mare, alligata ad collum ejus anchora. Sed recessit mare orantibus discipulis per tria millia, & invenerunt corpus ejus in arca saxea in templo marmoreo, & anchoram juxta. *Hæc ibi. At locus trans Pontum maris est Taurica Chersonesus, de qua egimus* VII. *Martii, ad Acta SS. Ephræm, Basilei & Sociorum Episcoporum, ibidem martyrio coronatorum.* Corpus S. Clementis *inde Romam transtulit S. Cyrillus Slavorum Apostolus, uti ad hujus & S. Methodii fratris Acta a nobis memoratur* IX. *Martii. Demum hæc laus* S. Clementis *est, quod is primus gesta Martyrum, per Notarios, ad id a se constitutos, solicite & curiose perquiri jusserit, sicuti post eum SS. Anterus & Fabianus Papa etiam præstiterunt.* D

Sub hoc mersus in mari

ad Tauricam Chersonesum.

IV. S. CLETUS.

Cletus, natione Romanus, Patre Æmiliano, dudum a S. Petro Episcopus Evangelicus ordinatus, vacantem Clementis cessione Cathedram ascendit anno LXXVII. die XVI. Februarii, in Dominica: eamque tenuit temporibus Vespasiani & Titi, nec non initio Domi-
B tiani, per annos VII. menses II. dies XI. usque ad XXVI. Aprilis, anni LXXXIV. quo Martyr obiit: & cessavit Episcopatus diebus XII.

Ab an. 77. ad 84. annis 7. m. 2. d. 11.

** Baron. a 80. ad 91. an. 12. m. 7. d. 2.*

E

Cur ordinatio ejus tamdiu dilata post cessionem Clementis.

Post mortem *Clementis vacasse Sedem mensibus* IV. *diebus* X. *ponit Baronius, nulla verosimili tantæ moræ allata causa: cum nuntius mortis ex Chersoneso Romam perferri potuerit duplo breviore tempore. Quin igitur liceat nobis, inter ejusdem quam tenemus abdicationem & institutionem* Cleti, *menses fere duos interjicere quibus disceptatum sit, validane & acceptanda esset renuntiatio* Clementis, *nihilo forsan solicitius eidem se opponente* Cleto, *quam ille humilius petebat in simplicem Episcopi Evangelici, quem antea tenuerat, gradum reponi. Spatium autem istud tanto fiet brevius, quanto serius post* Linum *facies* Clementem *succedere, habito semper respectu ad Dominicas, quibus & institutionem & renuntiationem congruit coram populo factas fuisse.*

2 *Hactenus autem non solum primus sed etiam secundus Catalogus abstinet Interpontificii tempus notare; notavit tamen Anastasius, non quale apud antiquos reperit, sed quale videtur ex suo sibi calculo formavisse: ut scrupulo nobis nulli ducamus abire recedere, & procedere ex nostro. Itaque inter* Cletum *&* Anacletum
C *ponimus dies* XII. *quia hi commode nos adducunt ad Dominicam. Non tamen prohibemus vacationem restringi ad dies* V. *ut proxima a* Cleti *obitu Dominica assumptus sit* Anacletus, *jam antea, ut mox dicetur, ordinatus Vicarius. Porro pro annis* VI. *vel* XII. *quos habent Catalogi, posui* VII. *Consulibus id exigentibus: & ad menses* II. *primi Catalogi, addidi dies* XI. *ex Catalogo secundo. Isti autem anni* XII. *quos habet secundus* Catalogus, *videntur accepti ab iis, qui* Cletum *ab* Anacleto *non distinxerunt, & alterutri attribuerunt annos* XII. *uti eos tribuit* Cleto *Epiphanius.* Anacleto *Eusebius, Usuardus* Anencleto. *Porro primus Catalogus* Cleti *Pontificatum circumscribit Consulibus* Vespasiano VIII. & Domitiano VI. *qui notant annum* LXXVII. *eumdem autem finit cum Consulatu* Domitiani & Rufi: *quia, quamvis ultra illum* Cletus *vixit, longe minor pars fuit sequentis anni; & ideo istius anni Consules potius adscribendi erant successori, quandoquidem propositum erat non iterare nomina Consulum. Dicitur autem in Catalogo 2. quod* Cletus ex præcepto Petri viginti quinque Presbyteros ordinavit *in* urbe Roma, *id est, urbem in totidem parochias distinxit, cum scilicet adhuc esset, Petri Vicarius, eo quo supra diximus modo, absque jure successionis.*

Unde aliquando Cleto anni 12?

3 *Fertur* S. Cletus, *in Epistolis suis, primus omnium usus illis verbis*, Salutem & Apostolicam benedictionem: *quod absque ullius veteris auctoris testimonio scriptum a Martino Polono in Chronico, & a Joanne Stella in Vitis Pontificum; indeque transcriptum a Polydoro Virgilio ac Genebrando & Bernardino Ferrario, habetur in Breviario Romano, sicut illud Pius V. edi jussit, legitur patienter, sed non ideo probatur. Non probantibus autem handquaquam indignatur Romana Curia, sed audit eos gratiose; & laudat studium bene merendi de re Christiana, detegendis, si qui videntur obrepsisse, erroribus, licet non statim (nec enim convenit) admoveat correctioni ab iis optatam manum. Quam moderationem utinam particulares etiam Ecclesiæ & Religiosorum cœtus tenerent; neque mox atque in suis Breviariis, ab Ecclesia similiter approbatis ut prætendunt, seu verius toleratis aliquid notatur correctione dignum, quiritarentur, tum sibi tum Romanis Pontificibus sacræque Congregationi Rituum intolerabilem fieri injuriam: quod sane faciunt, tanto majori cum indignitate, quanto minori cum rigore expenduntur Romæ sic oblata Officia, atque ad unius dumtaxat Cardinalis relationem permittuntur seu approbantur, quam quæ pro totius orbis Catholici usu cudi jubentur, nec tamen eruditorum censuræ subtrahuntur, velut ambiguitati nulli obnoxia.*

Non instituit ut litteris adderetur Salus et Apost. Benedictio,

4 *Existimant eruditi hoc tempore viri,* Gregorium VII. *induxisse in morem,* qui postea obtinuit, ut salutem & Apostolicam benedictionem impertiretur, quibus litteras daret. *Ego in Propylæo ante 2. Tomum Aprilis num. 105. dixi,* Leonem IX. *annis* XX. *priorem fuisse, in eo more stabiliter assumendo. Sed &* Joannem XIII. *reperi, qui modo* salutem in Christo & visitationem, *modo* Christianam salutem & Apostolicam benedictionem, *modo* Apostolicam benedictionem & salutem *impertiens, mihi tunc videbatur initium aliquod tali formulæ dedisse seculo Christi decimo, quo ultra medietatem producto sedit. Ast nunc me docet Mabillonius, in suo illo de re Diplomatica præclaro opere, quo tenuem conatum meum longe superavit, multoque certiora veri falsique in ea dignoscendi principia dedit, etiam* Joannem V. & Sergium I. *quorum originarias minimeque suspectabiles Bullas profert, seculo* VII. salutem & Apostolicam benedictionem, *quandoque præmisisse. Antiquiora exempla si quis invenerit, haud difficulter recipiam; modo maneat, quod ante* Leonem IX. *vel saltem* Gregorium VII. *formula ista non fuerit stabili usu recepta.* Cleto *autem tale quid potuisse affingi eo est mirabile magis, quod litterarum ab eo scriptarum nuspiam ullum vestigium extet, nedum ejusmodi formulæ ab eo institutæ; quam mox ab hominum memoria exolevisse, & multis demum seculis post resuscitatam, credat qui potest de rebus ante annos* MDC. *ge-*

F

sed hoc primo cœptum est sub Leone 9. aut Joanne 13.

A *stis aliquid credere absque idonea vetustatis teste.*

Nihilominus idem Cletus fingitur instituisse Crucigeros

5 *Tale habentur, quod Marco Antonio Sabellico, sub finem seculi* XV. *scribenti librum 6. Ennendis sua 9. & Crucigerorum, nunc in Italia extinctorum, Primordia requirenti; ejus Instituti homines, longiori, ut ait ipse*, sermone scripserunt; *quod scilicet* Cletus, qui Petri primi Pontificia fuit discipulus, a cœlesti nuntio Crucem habente dicitur monitus, ut hospitalem domum fundaret iis, qui Romam peregre venirent Religionis causa; essentque ibi præsto, ut itineribus fessos comiter exciperent pieque reficerent. Gestarent hi perpetuo Crucem, monumentum Dominicæ passionis: *quodque* rem his principiis ortam Cyriacus Jerosolymorum Antistes, quem Julianus Apostata occidit, primus illustravit. *Hac ille: quæ secutus Marcus Antonius Buldus, istius sua Religionis historiographus, Silvestro Maurolyco Oceanum Religionum colligenti suggessit*, Clementem IV. Alexandrum VI. Paulum III. & IV. nec non Pium V. Romanos Pontifices, *ab an.* MCCLXV. *ad* MDLXXII. *qui suis in Bullis ac Privilegiis Ordini datis eadem asseruerint; alii, istis non contenti*, Alexandrum III. & Innocentium III. *prioribus antiquiores, nominant, qui confirmarint renascentem Ordinem; extinctum enim fuisse malunt dicere, quam frustra*

Qui id asseruisse dicuntur Pontifices seculi 13.

nisi ad probandam successionis continuationem, aliorum D *similia prætendentium exemplo. Sed ut antiquiorum trium* Alexandri, Innocentii, & Clementis *non proferantur Bullæ, ita gratis præsumuntur talia de dicto Ordine, tot seculis ignoto, asseruisse*. Alexandro VI. & *successoribus seculi* XV. *Pontificibus si quid tale suggestum revera fuit, eodem id illi modo receperint, quo postea* Gregorius XIV. *anno* MDXCI. *Privilegia Ordinis confirmaturus, auctorusque per communicationem Privilegiorum Ordinibus Mendicantibus concessorum, quando præfatur, quod* Magister Generalis & Fratres Congregationis Cruciferorum exponi sibi fecerunt, quod ....prædicta Congregatio per B. Cletum instituta & per Alexandrum III. Romanos Pontifices ...... reformata fuit. *Hæc verba qui acciperet velut* Gregorii *ipsius assertum, cum tantum referuntur ut assertum supplicantium, ne is vehementer aberraret; seq; ostenderet ignarum Styli in similibus teneri soliti, cum ejusmodi sic relatis, nec minimum quidem punctum majoris quam antea habuerint probabilitatis, inde accedat; aliud omnino agentibus & intendentibus Bullarum scriptoribus ac largitoribus, quam definire quæstiones historicas, numquam examini suo oblatas, nec si offerrentur recipiendas ab ipsis, nedum decidendas.* E

B

V. S. ANACLETUS.

ANACLETUS, natione Græcus de Athenis, ex patre Antiocho, fuit temporibus Domitiani, jam inde ab anno LXXXIII. die XI. Maji, in Dominica ordinatus, Cleti, fortassis jam tum captivi, Vicarius; eique suffectus Pontifex, anno LXXXIV. in Dominica, die IX. mensis similiter Maji; rexit Ecclesiam universam, qua Vicarius qua Pontifex, * annos XII. menses II. dies III. usque ad XIII. Julii Feria II. anni LXXXXV. Et cessavit Episcopatus dies XII.

Ab an. 84. ad 95. annis 11. m. 2. d. 3.

** Baron. a 103. ad 112. an 9. m. 3. d. 10.*

Probatur ejus Vicariatus sub Cleto.

1 ANacleti *Vicariatum exigit annorum* XII. *numerus inter Consulatus* Domitiani X. & Sabini, *atque* Domitiani XVII. & Clementis *comprehensus ipsique, ab utroque Catalogo, imo etiam aliis omnibus assignatus; cui ex Anastasio aliisque, menses* II. *pro* X. *ibidem expressis, substitui Henschenius maluit: quod idcirco libentius tenuit, quia ad alios* VIII. *menses retrotrahendo* Anacleti *Ordinationem, veniretur ad* XI. *Septembris anni* LXXXII. *qua Feria* IV. *hebdomadæ fuit, non Dominica. Tali die ut etiam posset Successor dici ordinatus, notatos in 2. Catalogo dies Vacationis* XV. *mutavi in* XII. *quoniam facillime a socordibus librariis commutantur* V. & II. *Posui tamen prædictum Vicariatum* C *sub dubio, eo quod primi qui Anacleto tribuuntur Consules*, Domitianus X. & Sabinus, *solum denotent annum, quo ille successit Cleto; sicuti annum quo abiit, signant* Consules Domitianus XVII. & F. Flavius Clemens, *Clementis, olim Papæ & adhuc viventis, frater fortassis aut aliter consanguineus, quod spectabilem nobilitatem ejus, superius a nobis assertam, confirmat.*

2 *Ceterum* Anacleti *Vicariatum vel ideo teneremus libentius, quod eo posito minus mirum sit, ipsum non fuisse, distinctum a* Cleto, *non solum apud Græcos, sed etiam apud SS. Irenæum, Augustinum, Optatum Milevitanum. Ceterum distinctionē tam hi Catalogi quam alibi a nobis producta antiquissima Martyrologia tam certam videntur facere, ut dubio locus superesse ægre possit. Dubitat tamen, imo absolute negat distinguendos* Natalis Alexander, peritiorum, *ut ait*, judicio *subnixus. In his Hadrianus Valesius est, Eusebii illustrator, eoque in ejus omnes sententias juste proclivior: qui* F *etiam ad cap. 13. lib. 3. observat, Græcis omnibus* Ἀνέγκλητον, *Irenæo* Anenclētum *dici, qui passim Latinis aliis* Anacletus *est. Plura in eamdem sententiam habet noster Hallen, ubi de S. Irenæo, quem consulat cui id operæ pretium erit.*

Indeq; nata confusio nominis cum altero.

Alii Anencletum scribunt.

VI. S. EVARISTUS.

EVARISTUS, natione Græcus Antiochenus, ex patre Juda de civitate Bethleem, fuit temporibus novissimis Dominitiani, & Nervæ, & Trajani, anno LXXXXV, primum Anacleti creatus Vicarius XXV. Martii, in festo Annuntiationis Dominicæ, tunc Feria IV. ante Dominicam Passionis; deinde eidem subrogatus successor die XXVI. Julii in Dominica, præfuit, qua Vicarius qua Pontifex, * annos XIII. menses VII. dies II. usque ad XXVI. Octobris anni CVIII. & cessavit Episcopatus IX. diebus.

Ab an. 95. ad 108. annis 13. m. 3. d. 2.

** Baron. a 112. ad 121. an. 9. m. 3.*

Consules assignati.

1 R*Elictis* Anacleto *Consulibus anni* LXXXXV. *quia majorem ejus partem vixit, assignantur* Evaristo *primi* Consules *anni sequentis* Valens & Vetus, *ulterius autem* Gallus & Bradua. *Interpontificium dierum* XIX. *ex secundo Catalogo ab Anastasio aliisq; transcriptum, restrinxi ad* IX. *ut Successoris ordinatio eodem in Dominicam; neque enim fuisse circa jam pridem ordinatum Vicarium debeat plerumque longa esse deliberatio.*

dies Vacationis.

2 *Quod attinet* Decretales Evaristo *suppositas; Prima quidem* ad omnes Episcopos Africæ, data II. Kalendas

A Calendas Aprilis, Valente & Vetere Viris Clariss. Coss. *falsitatis convincitur ex loco bene longo Ithacii seu Idacii Clari ad Varimadum Arianum, huic epistolæ intexto; cum Idacius iste anno* CCCLXXXVI. *floruerit: secunda vero*, omnibus per Ægyptum Dominis conglutinatis Fratribus, data Kalend Novembris, Gallo & Bradue Viris Clariss. Coss. *in simili deprehenditur plagio; dum tacito auctoris nomine proponit prolixum alium locum ex* 1. *Epist. Clementis Papæ, juxta Latinam ejus interpretationem a Rufino editam, annis circiter trecentis post mortem* Evaristi, *cujus nomine inscribitur.*

Decretales suppositæ.

3 *His, ex Henschenii nostri mente, juxta tenorem Catalogorum sic deductis, subjicio meam, antea in fine primæ partis positam*, Anamnesim, *tanto libentius, quanto pronioribus animis acceptam a viris eruditis intelligo, Amicorum Parisiensium litteris id referentibus, gratulantibusque inventum modum, quo & Antiqui plures excusari possint qui* Cletum *ab* Anacleto *diviserunt, & tamen teneri paucorum sed illis antiquiorum sententia, qui sub duobus nominibus* nonnisi unicam personam agnoverunt.

ANAMNESIS

B

DE CLETO ET ANACLETO

In multorum opinione uno atque eodem, & tertio post S. Petrum loco dando S. Clementi.

INter cetera antiquaria Monumenta, quæ in suos Analectorum libros contulit eruditissimus ac diligentissimus Joannes Mabilio, duæ sunt antiquæ Romanorum Pontificum Nomenclaturæ, *seculo* VI. *conscriptæ, cum quibus similem nostram Nomenclaturam contulimus post* S. Felicis IV. *Pontificatum, nunc vero eamdem Collationem assignavimus priori parti Apparatus, collocandam post veteres tres Catalogos. In his cum tertius ab Apostolis numeretur* Clemens (*sicut eumdem etiam numerant, S. Irenæus, uno post eosdem seculo elapso scribens*) *Eusebius & Epiphanius, & mox subjungatur* Evaristus; *vehementer confirmata Parisiis fuit opinio asserentium, non esse a* Cleto *distinguendum* Anacletum, *sed duobus nominibus unum eumdemque Pontificem designari; quem Irenæus* Anencletum, *Vetus Missale Gallicanum* Ancletum, *Eusebius & Optatus Milevitanus* Anacletum, *Epiphanius & Canon Missæ* Cletum *nominant. Adeo autem jam invaluit ea inter hodiernos istos Eruditos sententia, ut ex sola duplici unius nominis scriptione finxisse putetur distinctam personarum, supposita ab Hieronymo, dum in libro de Scriptor.* Quartum a Petro Clementem *numerat, licet eamdem distinctionem teneant vetustiores duo Pontificum Romanorum Catalogi, indeque sumpta Martyrologia sed recentia; nam vetera omnia solum* Cletum *vel* Anacletum *habent, ad diem scilicet* XXVI. *Aprilis. Equidem libens fateor, etiam primum antiquissimumque Catalogum, in hisce principiis, non ita certum esse, ut possit fidem facere indubitatam, post animadversam in* Aniceto *&* Pio *difficultatem; sive id ex ignorantia Auctoris contigerit* (*quod vix credibile mihi in istis est*) *sive ex temeritate transcribentis. In* Cleto *autem &* Anacleto *distinguendis, nescio an non hæsitaverit Auctor, unusne an duo fuerint, ideoque nominibus istis adscriptos Pontificatus continuarit, proximum a* Lino *locum relinquens* Clementi, *quod etiam Optatus Milevitanus facit, quo modo &* plerique Latinorum secundum post Petrum putabant, fuisse Clementem, *teste S. Hieronymo, ubi supra, licet ipse* (*ut dixi*) *contrarium teneat; socium aut forte Ducem habens, Auctorem Carminum adversus Marcionem, qui si ipse Tertullianus non est, est saltem eidem ætate suppar,* Cletumque *&* Anacletum *ut diversos præponit* Clementi. *Hæc vero secunda sententia, elisa prima*, D *tamdiu tenuit, quoadusque prævalentibus rursum auctoritatibus eorum, qui* Lino Cletum, Cleto Clementem *substituebant; placuit Auctoribus Catalogorum secundi, tertiique, & quarti, quos secutus est Anastasius ceterique, viam inire mediam, &* Cletum *quidem* Clementi *præponere, postponere autem* Anacletum. *Inter has tam diversas sententias si liceat interponere conjecturam quamdam, numerando inter* S. Petrum *&* S. Evaristum *tres dumtaxat Pontifices cum majori ac potiori auctoritate; ita autem ponere unicum* Cletum *vel* Anacletum, *ut ejus unius geminus statuatur Episcopatus, quem suo novennio interpolaverit* Clemens; *numquid non dedero rationem, cur hujus rei notitia, citius obscurata inter duriora istæ Ecclesiæ principia, fecerit ut mox posteritas dubitaret,* secundusne, *an* quartus, *an vero* tertius *a* Petro *numerandus esset* Clemens? *Tunc scilicet, quando plerisque jam convenerat* Cletum *&* Anacletum *dividere in personas duas; cum forte satis fuisset personam unam in duos distinguere Pontificatus, quorum alter* Clementis *Sedem præcesserit, alter sit secutus. Rem, non firmiter a me asserendam, sed Eruditorum judiciis porro ventilandam, lubet distinctius explicare; atque, supposita tantisper, non affirmata,* Cleti *&* Anacleti *identitate, ex sacra profanaque ejus temporis historia veresimilem reddere. Pono ergo* E

Recepta hodie in Gallia opinio,

unam personam duobus istis nominibus intelligens,

Clementem facit tertiũ a Petro;

quod ita videtur posse cum veteri historia conciliari,

1 *Quod* S. Lino *per martyrium coronato, die* XXIII. *Septembris, anno* LXVII. *eodemque Neronis tunc Roma absentis penultimo, suffectus revera* Cletus *sit: qui sub pacifico prorsus Imperio Vespasiani ac Titi, cessante penitus persecutione priori, egregie multiplicans commissum sibi gregem, eumdem rexerit* (*sicut in primo Catalogo dicitur*) annis sex, mensibus duobus, diebus septem, *id est, a die Septembris* XXVII. (*lubet namque accipere primam a* Lini *morte Dominicam, nulla jam apparente causa ulterioris dilationis*) *usque ad* III. *Decembris anni* LXXIII. e Consulatu Saturnini & Scipionis usque Domitiano II & Messalino: *neque enim hoc loco me puto obligari ad eos Consules tenendos, quos* Cleto Clementique, *assignant Pontificales Catalogi, quorum primum auctorem seculo* III. *ineunte, credibile est Consules pro primo seculo non invenisse antiquitus cuiusque ætati adscriptos; sed ex annorum cuique attributorum calculo, & eo quem tenendum proposuerat ordine Pontificum, ipsis adaptasse.*

In Lini sedem Cletus,

II *Lego apud Dionem Xiphilini, quod*, cum multi excitati ex Stoica disciplina, multa ignominiose publice differerent, prætextu Philosophiæ, atque ita F multos occulte in varias sententias traherent; Mucianus Vespasiano persuasit, ut omnes qui essent ejus sectæ ex urbe expelleret; multa contra eos, per iram magis quam Philosophiam, effutiens. Itaque Vespasianus statim Philosophos, præter Musonium, ex urbe expulit. *Factum id ipso anno* LXXIII. *censet in Epitome Chronologica Labbæus noster, estque ex Dione veresimile, & commode venit in rem nostram, ut eo anno* Cletum *ponamus, non quidem occisum* (*hoc enim a Vespasiani mansuetudine longissime aberat*) *sed Urbe pulsum, ut qui caput erat totius Christianismi. Hunc enim ceteris Philosophorum sectis ea ætate adnumerabant Gentiles; ob morum gravitatem observatam in Fidelibus, contemptumque voluptatum ac virtutis cultum, non distinguentes eumdem a Stoicorum disciplina. Neque refert, quod dici nequeant Christiani omnes isto edicto expulsi: nam neque omnes Philosophos si expulsos dixerim, ut ea sententia ipsorum etiam discipulos auditoresque Romanos complecteretur. Solos sectarum Magistros significari a Dione intelligo, & sic ad unum* Cletum *& paucos forsassis alios Christianorum doctores exteros pertinuerit tempestas, contra Philosophos excitata.*

& anno 73. cum Philosophis relegatus urbe,

III Pro-

se abdicavit Pontificatu

A iii. *Promulgato de Philosophis pellendis edicto, non audens in Urbe subsistere* Cletus *ex suggestione per Christianorum adversarios Principi facta verosimiliter nominatim jussus egredi; neque committendum sibi putans, ut Ecclesia tanta, quanta Roma jam erat, maneret supremi Capitis providentia destituta; maluerit se abdicare Pontificatu, & jusserit alium pro se eligi. Quis autem potius eligeretur, quam* Clemens, *jam pridem in talem necessitatem ordinatus a* S. Petro?

quem Clemens susceptum gesserit usque ad annum 83.

iv. *Facta fuerit Assumptio* Clementis *ipso anno* LXXIII. *proxima post dictam cessionem Dominica, die* v. *Decembris; factaque fuerit eo fidentius, quod ille, prima inter Romanos nobilitate insignis, & Imperatoribus affinitate conjunctus, sperari merito poterat futurus extra invidiam suspicionemque turbarum concitandorum, & sua auctoritate facile effecturus, ut Christianorum Religio, ab illis Philosophorum sectis crederetur quam diversissima esse, itaque pax Ecclesia imperturbata maneret; prout revera mansit, quamdiu in vivis Vespasianus ac deinde filius ejus Titus fuerunt. Vix etiam dubitaverim, quia mortuo Vespasiano, Titoque, Principe optimo, jam solo Imperium moderante,* B *ausus sit* Cletus *saltem clam regredi in Urbem; & obtenta deinde manendi licentia, id* Clementi *fuerit, quod ipse* Clemens *antea* Cleto. *Ita* Clemens *Ecclesiam rexerit (sicut habet primus Catalogus)* annis novem, mensibus undecim, diebus duodecim, *a* v. *Decembris anni* LXXIII. *usque ad* XVI. *Novembris anni* LXXXIII. *id est* a Consulatu Vespasiani vi. & Titi iii. usque Domitiano ix & Rufo.

quando caso Fl. Sabino it Cos. designato.

v. *Domitianus Imperator, post Titi fratris mortem, adeptus est dominatum anno* LXXXI. XIII. *Septembris moribus & ingenio dissimillimus, nisi quod etiam ipse, offensus* Junii Rustici *libertate*, quod Pæti Thraseæ & Helvidii Prisci laudes edidisset, appellassetque eos sanctissimos viros, Philosophos omnes urbe Italiaque submovit. *Idem vero, dedignatus in vilia sævire capita*, Complures Senatores, & in his aliquot Consulares interemit, *ac nominatim* Flavium Sabinum, alterum e Patruelibus, quod eum Comitiorum Consularium die destinatum, perperam præco, non Consulem, sed Imperatorem pronuntiasset. *Gesserat is Consulatum anno* LXXXII. *una cum ipsomet Domitiano, qui eum sequenti rursum anno secum Consulem designari fecerit pro anno* LXXIV *sed eo successu, ut ipso Nundiæ Consularis die, id est Kalendis Novembribus, quibus* C *eo more nominabantur anni futuri Consules, occidi jusserit.*

patruo SS. Clementis & Domitillæ,

vi. *In Actis Sanctorum Nerei Achillei & Domitillæ, die* XVI. *Maii illustratis, Sancti isti duo Eunuchi* Clementi Episcopo *dicunt*, Scimus Clementem Consulem (*fuit hic alter Domitiani patruelis, frater Sabini, Consul anno* LXXXV.) patris tui fuisse Germanum. *Frater ergo* Sabini *&* Clementis *fuit etiam* Faustinus, pater Clementis Episcopi, *utroque etiam multo senior, sed forsan sub Nerone mortuus ante imperium Vespasiani affinis sui, ideoque nulla gesta Magistratu in historia notus. Quis ergo licebit opinari, occiso* Sabino, *datam Christianorum hostibus occasionem, Imperatori, ex quacumque levissima suspicione prorumpenti ad cædes, suggerendi aliquid contra* Sabini *nepotem*, Clementem *Episcopum; qui propterea vel in exsilium actus sit, vel ultronea fuga prævertendam mortem, alio quam fidei titulo inferendam, putaverit; ideoque necessarium duxerit Pontificatum* Cleto, *a quo acceperat, resignare; & hunc mutato ex eventu nomine, Christiani cœperint appellare* Aoencletum *vel* Anacletum, *id est*, Revocatum in Sedem: *pro eo quod antea dicturi fuissent*, Iterum Cletus. *Hoc tamen si cui videatur ex post facto fictius, quam verius cogitari a me, malitque credere jam inde a principio, & Anacletum, seu* Anencletum, *& brevitatis causa* Cletum,

Ipso Clemente etiam se abdicante,

dictum fuisse successorem Lini, *nolim equidem pro ejusmodi conjectura mea pertinacius contendere. Libenter tamen ab ita sentiente discerem, qui factum putet, ut in Canone Missæ receptum sit abbreviatum* Cleti *nomen, potius quam integrum* Anacleti; *& eadem ratione posset aliquis cogitare* Lini *nomen Græcum non esse genuinum, sed ex integro scripto Latino* Marcellini *nomine, vulgari usu acceptum.* D

& Sedem resumpserit Cletus jam Anacletus,

vii. *Sic restitutus ille, ipso, in quo* Clementis *Pontificatum finiendum diximus, die* XVI. *Novembris, anno* LXXXIII. *in Dominica; rexerit iterum Ecclesiam annos* XII. menses II. dies III. *usque ad* XVIII. *Januarii anno* XCVI. *id est (ut phrasi Catalogorum utar)* a Consulibus Domitiano x. & Sabino, usque Domitiano XVII. & Clemente, *Consulibus exactis anno* XCV. *atque substitutus sit* Evaristus. *Cœperat eodem anno Christianos persequi Domitianus, ad exemplum Neronis; apud Suetonium autem Cap.* XV *sic legitur de illo:* Flavium Clementem, patruelem suum, contemptissimæ inertiæ.... repente, ex tenuissima suspicione, tantum non ipso ejus Consulatu interemit. *Dion*, Fabium Clementem Consulem, etsi patruelis ejus erat, & E Flaviam Domitillam (*aliam utique a Sancta virgine, æque tamen Domitiani consanguineam*) uxorem habebat, morte affecit, illato ambobus crimine impietatis: cujus rei causa multi, qui in mores Judæorum transierant, damnati sunt, quorum pars occisa est, pars spoliata facultatibus: Domitilla solum in Pandateriam relegata. *Habes tempus, habes causam, quibus mortuus Martyr* Anacletus *sit, utpote Caput eorum, qui* in mores Judæorum transisse *dicebantur, id est Christianismum professi; pro quibus etiam Tertullianus cap.* 42. *Apologetici queritur, eos* alio quoque injuriarum titulo postulari, & infructuosos in negotiis dici, *sive (ut Suetonius loquitur)* contemptissimæ inertiæ *accusari. Prudenter autem* Anacletus, *de futuro Pontifice prospecturus Ecclesiæ, in ipsa turbinis hujus novi principio*, XXV. *Martii anni præcedentis* XCV. *Vicarium sibi ordinaverat* Evaristum. *Quid interim* Clemens Episcopus.

Martyr primum factus initio persecutionis excitata a Domitiano anno 95.

Ordinatoque Evaristo,

viii *Hic quamdiu ex causis variis, nihil ad fidem spectantibus, in primarios quosque viros, etiam conjunctos sanguine, crudelitatem exercebat Domitianus, patienter tulerat abstinere ab Urbe. Ast ubi de Religione agi vidit, spemque afferri pro ea moriendi; secutus magistri sui Petri exemplum, redem reverti festinaverit,* Evaristo *laturus auxilium; & si quid huic quoque simile contingeret, viduatæ Pastore Ecclesiæ sua consulturus præsentia, aut fidem sanguine consignaturus. Fuerit fortassis ad resumendum Pontificatum, ab ipsomet* Evaristo *invitatus; sed nequaquam consenserit; ita ut huc etiam trahi possint illa SS. Nerei & Achillei ad ipsum verba (de dignitate nobilitatis secularis alias primorie intelligenda) eum dicunt;* Licet gloria tua tota in Domino nostro Jesu Christo sit posita, & non de humana, sed divina dignitate glorieris. *Provide autem cavit* Clemens, *ne Pontificatum resumeret: mox enim a reditu suo invitatus a Sanctis prædictis fuit, nomine* Domitillæ *Neptis* Consulum Clementis *ac* Sabini *ex sorore Plautilla*, cupientis votum virginitatis suæ ejus manibus velamento sacrari; *unde periculum suum præsciens, iisdem respondit:* Tempus est, ut video, in quo & mea & vestra & ipsius vocatio hac occasione ad martyrii palmam attingat. F

Clemens & velatam Domitillam consecutus fuit,

tandem Martyr occisus sub Trajano an. 107.

ix *Et in ipsis quidem atque* Domitilla *completo mox præsagio fuit, eodque anno Christi* LXXXXV. *vel proxime sequenti: scribit enim Eusebius lib.* 3. *cap.* 18. *allegans ipsius illius temporis auctores, & quidem a religione nostra alienissimos,* anno Principatus Domitiani quintodecimo, *ab Idibus Septembribus inchoato,* Flaviam Domitillam, Flavii Clementis, ejus qui tunc temporis Consul fuerat, ex sorore neptem, una cum aliis

A aliis plurimis ob Confessionem Christi in insulam Pontiam fuisse deportatam. Ipse Clemens non solum exilio vel carcere mulctatus, in vivis mansit, usque ad tempora Trajani; anno LXXXXVIII. primum ad Imperium promoti, annoque CVI. persequi Christianos exorsi; quando ipse Clemens inter primos delatus (ut qui latere nequaquam posset) relegatusque in Chersonem est, ubi & martyrium postea consummavit, necdum forte octogenarius. Quod ad Domitillam attinet, hæc (uti ex dictis superius liquet) fuit consobrina Clementis, una cum matre & Eunuchis suis baptizata a S. Petro adhuc parvula; deinde ab Eunuchis eisdem persuasa, repudiato sponso Aureliano, virginitatem servare Deo; ac denique, cum propositi sui constantiam per decem aut plures annos probasset, essetque annum trigesimum supergressa, a reduce in Urbem Clemente anno LXXXXV. postulaverit, votum virginitatis suæ ejus manibus velamento sacrari. Neque obest huic Chronologiæ, quod ex ea sequatur, Aurelianum, Titi Aurelii Fulvii, post annos tres designati Consulis, fortasse filium aut ex fratre nepotem, etiam post tot annos & grandæva jam Virgine, tam importune institisse, ad concludendas appromissas sibi nuptias, interposita Imperatoris aucto-B ritate. Neque enim a Romanis ea ætate moribus discrepat, vagis amoribus indulsisse istiusmodi juvenem, etiam per decennium & amplius, fovendo interim spem conjugii, non exsatianda libidinis, sed status amplificandi causa concupiti; ac pertinaci contentione sollicitasse ad nuptias, superadultam quidem, sed prænobilem Virginem, cui Cæsarea affinitas & opulenta hereditas lenocinabantur. Atque hoc obiter dictum sit, velut ad ipsius Domitillæ Acta jam excusa prætermissum; ne cum Eryceo Puteano, ejus Virginitatem revocante in dubium, ipsamque faciente uxorem Clementis Consulis, Actorum illorum fidem subverti patiamur.

2 Istis ita positis, haud est difficile conceptu, quomodo Cletum alii posteriorem Clemente, alii priorem eo numeraverint. Sed contra est:

1 Quod S. Ignatius, in Epistola ad Mariam Cassobolitem dicat, de ea se audivisse, cum ipsa Romæ apud beatum Anacletum Papam esset, cui nunc (cum scribebat scilicet Ignatius, paulo ante Passionem, id est anno CVII.) successit beatissimus Clemens Petri & Pauli auditor. Ad Trallianos autem, cum Sacerdotes laudasset, Diaconosque dixisset esse, qui purum & inculpatum ministerium illis exhibent; addit, ut Sanctus Stephanus B. Jacobo, Timotheus & Linus Paulo, A-

Solvuntur objectiones pro distinctione Cleti & Anacleti ex epistolis S. Ignatii,

C nacletus & Clemens Petro. Nolim hic de Ignatianarum Epistolarum fide auctoritateq; disputare. Henschenius noster, qui eas trifariam divisit, & quasdam earum certo veras, alias certo supposititias esse statuit; istam quidem ad Trallenses primæ classi accensuit, alteram vero ad Mariam Cassobolitem reliquit in medio ad 1. Februarii, nihil certi inveniens quo eam vel affirmaret vel infirmaret. Ad diem autem XXVI. Aprilis, agens de S. Cleto, ut Clementem prægresso, sed ab Anacleti persona distinguendo, idem Henschenius; cum num. 7. istæc Ignatii loca sibi objecisset, respondeat, ea verba a posteria inserta dictis Epistolis, & deesse in genuinis MSS. Græcis, quæ nos reperimus Florentiæ in Bibliotheca Medicæa, quasque Epistolas indidem transcriptas edidit Isaacus Vossius, collatas cum antiqua versione, quam in tribus Codicibus Mss. repertam vulgaverat Oxoniæ Jacobus Usserius. Idem fortassis S. Irenæi contextui accidit; nisi opinari malimus, tam hunc quam Ignatianarum Epistolarum Interpolatorem, scientes Anacletum vel Anencletum vocari a multis eum ipsum qui Lino successerat, nec intelligentes qua occasione nomen istud sic crevisset; existimasse, solitne brevitatis causa fieri, quod Lini successor vocabatur etiam simpliciter Cletus. Hoc interim solum nomen (ut supra dixi) mansit in Canone: quia jam semel positum non debebat mutari; non conveniebat autem eamdem personam D bis ibi nominari, sicuti in Pontificiis quos prosequimur Catalogis; nec Joannes XII. nec Leo VIII. nec Benedictus V. aut IX. bis nominantur; licet gestos ab iis Pontificatus interpolaverint alii, ipsis ad tempus vi aliter exauctoratis aut sponte cedentibus, æque veri Pontifices.

2 Quod secundo loco objici posset auctor Carminum adversus Marcionem, si non Tertullianus ipse, certe coævus Marcionistis, adeoque seculi tertii scriptor; ut fidem magnam mereatur, ad Anicetum Pio postponendum, utpote Pontifices ætatis suæ tam vicinos; non tamen probabit a Cleto distinguendum Anacletum, & utrique postponendum Clementem, nisi hunc faciat quartum a Petro, quod alius seculi II. aut III. nemo. Deceperit ergo eum, quod, cum antiquitus scriptum invenireetur, Cletus seu Anacletus, postea dici cœperit Cletus & Anacletus, factis jam ex uno duobus nominibus per eos, qui amplius capere non poterant, quomodo non essent diversi numero, quorum tempora fuissent Clementis Pontificatu interpolata; interim dum alii, in medio relinquentes quæstionem illam, malebant secundum a Petro locum Clementi dare; ut scopulum illum declinarent, eo quod viderentur sibi non posse dubitare, quin saltem Anacle- E tus post Clementem sedisset; nec auderent ab hoc secernere Cletum. Nos vero, non personas distinguendo sed tempora, videmur illa utrique nomini haud incongrue aptavisse; & ex primorum Sanctorum Patrum mente, successores Petri, usque ad Evaristum intra numerum tertiarium recte conclusisse.

ex auctore Carminum contra Marcionem,

3 Ad ipsam nihilominus personarum distinctionem tenendam, etiam hoc argumento movebatur Henschenius, quod in Catalogo posteriori, circa medietatem seculi VI. exarato, & ceteris post illum, Cletus quidem dicatur Natione Romanus, de Regione Vico-patricii, patre Æmiliano; postea vero Anacletus, natione Græcus, de Athenis, ex patre Antiocho. Non tamen ignoravit Henschenius idem, istum secundum Catalogum longe inferioris fidei esse, nec purum a figmentis etiam patentissimis; proindeque merito ei fuit timendum, ne qua isti quoque loco fraus subesset; nisi maluisset eodem præjudicio, quod apud ipsum fecerant Martyrologia & Breviaria, licet recentiora omnia. Ego autem, seposito præjudicio, noto tam Cleti quam Anacleti nomen Græcum esse, insuetumque Romanis proprie dictis: sed uti Paulus Tharsi in Cilicia natus, civem Romanum se dicebat propter commune suæ patriæ privilegium; ita quisquis natus Athenis erat, eodem Romanæ civilitatis privilegio gaudentibus, Romanus dici poterat. Nec etiam repugnat eique patrio nomine dicebatur Antiochus, additum fuisse Ro- F mano more secundum nomen Æmiliani; maxime si is, S. Paulum Apostolum Romam secutus cum filio, domum habuit in Vico-Patricii. Nunc quod ad diem Sepulturæ attinet, qui, in decem ex tredecim primis Pontificibus, eatenus solum accipitur quasi esset dies ipsius mortis, quatenus contrarium nequit probari, neque alius verosimilior suggeri) de Cleto quidem, in eodem secundo Catalogo dicitur; sepultus est juxta S. Petrum in Vaticano VI. Kal. Majas; in Anacleto autem, Hic memoriam B. Petri construxit & composuit, ... ubi Episcopi reconderentur, ubi tandem & ipse sepultus est. Diem hic prætermissum (forte quia ejus ut a Cleto diversi corpus nusquam inveniebatur, adeoque nec notari dies poterat) Diem, inquam, ibi fortassis studiose, non casu, prætermissum; supplent quidem exemplaria Anastasiana, notantq; III. Idus Julii; sed incertum manet, qua fide id factum I sit; & relinquitur locus suspicandi, id appositum ab iis, qui volebant eum a Cleto distingui, nec solum illum absque die certo relinqui. Quod autem corpus secundi post Petrum Episcopi inventum fuerit sub nomine Cleti, potius quam Anacleti, eo retulerim, quod prius istud fuerit genuinum nomen, ideoque in sepultura notatum, potius quam posterius, sola vulgi usurpatione

ex diverso nominatis in 2. Catalogo patre ac patria,

atque etiam diverso die, sepulturæ apud Anastasium.

Reformatis iuxta prædicta Elogiis, fuisse

A *tione assumptum. Hactenus deducta si probaveris, Lector, jam sæpe dictorum Pontificum Elegia mutabit ut sequitur, & huic mutationi confirmandæ subjectos Commentariolos intelliges.*

III. S. CLETUS seu ANACLETUS.

Cletus ab 67. ad 73. an. 6. m. 2. dies 7.

CLetus, natione Græcus, de Athenis, postea etiam dictus *Anacletus*, ex patre Antiocho Æmiliano, Romæ in Vico Patricii commorante dudum a S. Petro ordinatus Episcopus, suffectus est sublato per martyrium Lino anno LXVII. proxima Dominica a morte illius, id est XXVII. Septembris; Fuit temporibus Galbæ & Vespasiani annos VI. menses II. dies VII. usque ad III. Decembris anni LXXIII. quando ex decreto Vespasiani contra Philosophos exiturus ab Urbe, renuntiavit Papatui.

IV. S. CLEMENS.

CLemens, natione Romanus de Regione Cæliomonte, ex Patre Faustino, ordinatus a Petro
B Episcopus, paulo ante Passionem, anno circiter LXV; renuntiante Cleto, factus Pontifex V. Decembris in Dominica anni LXXIII. fuerit temporibus Vespasiani ac Titi, atque initio Domitiani, annos VIIII. menses II. dies XII. usque ad annum LXXXIII. & diem XVI. Novembris; quando elegit etiam ipse Pontificatui renuntiare, in carcerem vel exilium actus a consanguineo Domitiano, qui patruelem suum, & Clementis patruum, Sabinum Consulem occidi recens jusserat. Rediit quidem, cæso altero patruo Clemente Consule, in Urbem Clemens anno XCV. sed Pontificatum non resumpsit; occasione autem Consobrinæ Domitillæ a se velatæ, rursus in exilium vel carcerem actus, supervixit Episcopus Apostolicus, usque ad tempora Trajani; atque in persecutione, ab hoc mota annos CVI. relegatus est in Chersonem; ubi religata ad collum anchora præcipitatus in pelagus, Martyr obiit XXIII. Novembris, corpus autem ejus, inde post plura secula relatum Romam est, ad ecclesiam sui nominis.

Clemens a 73. ad 83. an. 9. m. 1. dies 12.

IT. S. CLETUS seu ANACLETUS.

C CLetus, vel *Anencletus*; jam *Anacletus*, id est, *Revocatus*, cedente Clemente, anno LXXXIII. XVI. Novembris; *in* Dominica, Pontificatum resumpsit, tenuitque tempore Domitiani adhuc annos XII. menses II. vel X. dies III. usque ad XVIII. Januarii vel Septembris anni XCVI. Domitiano Christianos persequente factus Martyr: & translato postmodum corpore ad S. Petrum, colitur XXVI. Aprilis sub nomine *Anacleti* adscripserunt diem XIII. Julii, forte ob novam Translationem. Cessavit Episcopatus post ejus mortem dies saltem quinque, vel duos, usque ad pro- D ximam Dominicam.

It. Cletus a 83. ad 96.

V. alias VI. S. EVARISTUS.

EVaristus, natione Græcus Antiochenus, ex patre Juda de civitate Bethleem, fuit novissimis temporibus Domitiani & Nervæ & Trajani, primum anno XCV. creatus Anacleti Vicarius, XXV. Martii in festo Annuntiationis, tunc Feria IV. ante Dominicam Passionis; deinde sequenti anno XIV. Januarii, vel XIX. Septembris, in Dominica, subrogatus Successor; sedit universim, qua Vicarius qua Pontifex, annos XIII. menses VII. dies II. usque ad XXVI. Octobris, quo colitur: & obiit, verosimiliter Martyr factus, anno CVIII. persequente Ecclesiam Trajano; quando & S. Ignatius Antiochenus Martyrium tulit, laceratus a bestiis XVII. Decembris. Cessavit Episcopatus diebus IX.

Evaristus a 96. ad 108

Ex hinc intelliges, Pontificales numeros, si hanc sententiam tenere velis, detracta unitate hinc usque ad finem reformandos, aut ita sumendos, ac si singularum nominibus uterque numerus sub dubio adderetur, uti E *hic factum in S. Evaristo; quod ne semper fieri expresse debeat, satis est hic semel monuisse.*

2 *Porro ad ista sic mutanda in nostra Chronologia, & quatenus verosimiliora videbuntur, etiam probanda magis poterit moveri Lector, si consideret vetustissima optimaque S. Alexandri Acta, in quibus passus sub Trajano dicitur; adeoque ante Augustum anni* CXVII. *quo is obiit. Videbit enim, per assignata ei & Evaristo decessori tempora, ascendi usque ad annos novissimos Domitiani; proinde efficaci nullatenus posse, ut Clemens, quandocumque demum sederit; in suprema Pontificatu perseveraverit usque ad tempora Trajani, sub quo tamen passum esse constat, persecutione ab eo mota ad annum* CVI. *Non est igitur (sicut nonnullis videtur) Abdicatio Clementis ab Henschenio excogitata ideo dumtaxat, ut præsumpta Cleti & Anacleti distinctio stabiliatur fiatque verosimilior. Nam nisi Cletum seu Anacletum, post* XI. *annos Lini, totis* XX. *annis (quod nemo hactenus cogitavit) in Pontificatu relinquas, numquam adduces Clementem ad initium tertiæ persecutionis: tunc autem Evaristum & Alexandrum, contra certam fidem Actorum, suo loco movebis; tandemque cogeris cum Baronio, satis prolixum Soteris Pontificatum, brevissimum facere. Multo minus cum Clemente ad Trajanum pervenies in calculo Eusebii, Cleto solum annos duodecim adnumerantis, & inde, usque ad Evaristum, Clementis dumtaxat novem. Sic enim solum pervenitur ad annum primi seculi* XCVII. *& novennium integrum deficiet ut initium persecutionis attingas. Neque proderit, cum eodem Eusebio, Apostolorum Passionem usque ad ultimum annum Neronis distulisse, quamvis exeunte Junio ipsum Roma tunc non fuisse demonstretur.*

Abdicatio Clementis non ponitur gratis ad salvandam Cleti & Anacleti distinctionem.

Sedes alio unde omnimodis necessaria.

F

VII. S. ALEXANDER.

Ab an. 108. a 117. annos 8. m. 7. d. 19.

ALEXANDER, natione Romanus, ex patre Alexandro, fuit temporibus Trajani, primum Evaristi Vicarius ordinatus anno CVIII. die I. Octobris in Dominica; deinde ejusdem successor die V. Novembris, quæ similiter Dominica erat; & ita qua Vicarius, qua summus Pontifex sedit annos VIII. menses VII. dies II. non computando diem mortis * martyrio obitæ III. Maii, III. mensibus & VII. diebus ante mortem Trajani Imperatoris anno CXVII. & cessavit Episcopatus XXVII. diebus.

** Baron. a 121. ad 132. an. 10. m. 5. d. 20.*

a *RElictis, ut antea, decessori* Evaristo *Consulibus anni* CVIII. Alexandri *initio assignantur Consules anni sequentis* Palma & Tullus; *accipimus autem ex secundo Catalogo* menses III. dies II. *ponus quam ex prima* menses II. diem I. *ne cogamur Sedem vacantem relinquere inter* Evaristum & Alexandrum *plus quam quatuor integris mensibus. Facillime autem potuit librarius numerus nunc excidere, quem in aliis accura-*

Tempus Sedis,

Tab. Secunda


VII. S. ALEXANDER


VIII. S. SIXTVS


IX. S. TELESPHORVS


X. S. HYGINVS


XI. S. ANICETVS


XII. S. PIVS





A *exactiori exemplo magis integre scriptam invenerit Auctor secundi Catalogi, in eo solum exorbitans, quod (ut suum nescio quem calculum impleret) ea VIII. annis*

Plenianus; *fecerit X. Verum quidem est quod, pro mensibus II. numerando menses VII. oporteat* Alexandrum *fuisse Vicarium institutum ante obitum* Evaristi: *sed perscautionis tempore quale tunc erat, adeo non potest id mirum videri, quin contra debeat convenientissimum judicari: ideoque idem nos iterum faciemus, sic optime numeros Catalogorum cum die Obitus & Consulum nominibus conciliantes. Consules autem functi magistratu anni* CXVI. *fuerunt* Ælianus & Vetus: *post quos in alterum annum, cujus Consules Successori relinquuntur, vixit*

& vacatio. Alexander *adhuc quatuor mensibus, id est minori parte anni. Interpontificium quod Catalogus ex eoque Anastasius ad dies XXXVII extendunt, denario uno decurtavi, ut Successor possit in Dominica ordinatus fuisse.*

Acta sincera. 2 *Quia hujus Pontificis extabant antiquitus descripta Acta, in quibus dicitur, quod ejus ac sociorum* Natalitia celebrantur quinto Nonas Maii; *ideo absque*

B *ulla diversitate idem dies notatur, tam in Hieronymiano Martyrologio, quam in Pontificali Catalogo 2. & aliis hunc secutis; quod iterum in* S. Sixto, *de cujus Natali constabat ex Actis S. Laurentii, ob eamdem causam notare poteris. Acta quidem illa Baronio ad an.* 132. *videntur* sua antiquitate mendosa, *mirumque est tanto antiquitatis æstimatori hoc potuisse excidere, cum menda, non libraria, sed historica indicium esse soleant ætatis longius remotæ a tempore quo actum est aliquid. Sed causam tam iniquæ censuræ imo necessitatem ei fecerunt illa ipsa Actorum verba, quibus nostra Chronologia nititur, diciturque,* sub Trajano Imperatore & Aureliano Comite utriusque militiæ Alexander punctim per tota membra transfixus, *& eodem anno mor*tuus Trajanus *esse. Nempe anno decimo* Hadriani, *qui*

Interpontificium. Trajano *successit, mortuum credebat* Alexandrum: *non potuit igitur ea ut sincera recipere, quæ tam enormi intervallo distabant a calculo suorum Annalium. Omnem adversam suspicionem satis amolitus est Henschenius suo ad illa Acta Commentario, unde hic damus Dissertationem VI. quæ prius Apparatui inserta fuerat, sub titulo Exercitationis VI; sed corrigi debet, quod ille ex meo tunc sensu, numeris primi Catalogi inhærente, sumpsit Interpontificium quadraginta; pro eoque substituendus, juxta numeros secundi Catalogi, Vicariatus* Alexandri, *probabilior mihi nunc visus.*

C 3 *Ex Decretalibus eidem* Alexandro *suppositis, priores duas redarguunt Consules* Trajanus *&* Ælianus, *nusquam totis Consularibus Fastis conjuncti, ut impudentis plagiarii fucus dissimulem: tertia vero,* omnibus divino Sacerdotio fungentibus data Kaland. Maii, Æliano & Vetere Coss. *etsi contra fastos & Chronologiam non peccet, seipsam tamen prodit in loco Michea, ex Hieronymi versione accepto: quod vitium omnibus illis figmentis commune est, æque ac stylus ubique idem, & valde alienus a pura adhuc primorum sæculorum eorumque proximorum Latinitate.*

Decretales efficta.

DISSERTATIO VI.

Chronologia in vetustis Catalogis fundata, ex Actis hujus Pontificis confirmatur ab Henschenio.

AD *illustrandum SS. Lini, Cleti, Anacleti & Evaristi memoriam, in subjunctis cujusque Elogio Annotatis, progressi sumus ex Vitis Pontificum, per Anastasium, Luitprandum, aliosque collectis, & ad antiqua Breviaria collatis, quod propria eorum Pontificum Acta non reperiantur seorsim conscripta: qualia habemus de* S. Alexandro, *illustria & ob suam antiquitatem veneranda. Edidit ea Surius, sed stylo, ut*

Acta illustria martyrii S. Alexandri.

præfert, modice mutato. Extant eo primævo stylo in bibliotheca Vaticana in membranis, optima manu, litteris grandiusculis, ante annos, quantum apparet, facile sexcentos exarata; & codex numero 1191. *signatur. Nos eadem habemus, ex variis & admodum præclaris codicibus Mss. desumpta, edituri ad diem tertium Maii, scilicet ex Trevirensi Imperialis monasterii S. Maximini, Rebdorfiensi Canonicorum Regularium in diœcesi Eystettensi, Audomarensi Ecclesiæ Cathedralis, duobus codicibus nostris, ac tribus Serenissimæ Christinæ Reginæ Sueciæ: eademque passim extant in aliis Mss. quæ omnia non lubuit annotare. Extant etiam a Jonino Mombritio, ante annos circiter ducentos, ex Mss. Italicis edita; & ex aliis Mss. Germanicis, inseruntur Historiis Sanctorum, anno* 1485. *Coloniæ, & anno* 1487. *Lovanii excusis, sed hinc inde contracta. Hæc placuit præmonere, quod in Annalibus Ecclesiasticis ad annum* CXXVII. *dicantur* sua antiquitate mendosa: *quia in dictis Annalibus erat Pontificatus* S. Alexandri *a tempore per Acta signato valde remotus, quasi anno secundo Hadriani Imperatoris esset creatus, & anno ejus decimotertio martyrium passus. Verum sub Trajano & creatus & passus est.* E

48 Consules, *teste Baronio in Præfatione nostra citato, optime controversias diriment. Et hi in creatione* Alexandri *erant* A. Cornelius Palma & C. Calvisius Tullus, *anno Christi* CIX. *Trajani Imperatoris* XII. *At ultimo integro anno ejusdem S. Alexandri, erant* Consules Æmilius Ælianus (*aliquibus* Velianus, *seu* Helianus) *&* L. Antistius Vetus, *anno Christi* CXVI. *Trajani* XIX. *post quem annum vixit* S. Alexander, *& fera carceri inclusus, usque ad diem* III. *Maii anni sequentis; & sic ab anno* CIX. *& die* II. *Martii, præfuit Ecclesiæ* annos octo, menses duos, diem unum, *in priore Catalogo indicatos. Jam, quia cardo totius controversiæ vertitur in ultimo pari Consulum; observandum est, illud in utroque hic dato Catalogo reperiri, item apud Luitprandum & Anastasium, in omnibus codicibus editis & ineditis, in libro Pontificali, in Mss Gestis Pontificum. Hinc ergo ad prædicta Acta S. Alexandri transimus: in quibus dicitur* eodem anno, post mortem S. Alexandri, nutu Dei defunctus Trajanus Imperator, *scilicet elapsis tribus mensibus & septem diebus, cum ex Oriente rediturus in Italiam, vivere desiit in Cilicia.*

Tempus Sedis, in Catalogis et Vitis Pontificum & Actis propriis.

49 *Verum ulterius ipsa Acta consideremus: in quibus, relata plurimorum ad Christum conversione, additur:* Unde cum hæc ejus opera ad Trajanum Principem venissent, misit, *ex Asia quo profectus erat,* Aurelianum Comitem utriusque militiæ, de Seleucia Isauriæ, ad interfectionem omnium Christianorum. *Et sub finem,* Aurelianus jussit Eventium & Theodolum decollari, Alexandrum punctim per tota membra transfigi. *Hæc ibi in omnibus supra citatis codicibus Actorum, quibus adstipulantur antiqua Breviaria Romana Mss. & excusa anno* 1479. 1490. 1522. *&* 1524. *quæ penes nos habemus. Consentit genuinum Martyrologium* Bedæ (*quod tenuit in Ecclesia Romana olim recitatum, prout auctum reperitur in codice Vaticano ecclesiæ S. Petri*) *ubi legitur:* Alexander punctis creberrimis per tota membra peremptus, sub Aureliano Judice, tempore Trajani Principis. *Eadem suo Martyrologio inscripsit Rabanus, & latius deducunt ex citatis Actis, tum Ado, qui asserit* passum sub Trajano Principe, Judice Aureliano; *tum Notkerus,* qui jubente Trajano Principe ab Aureliano Comite utriusque militiæ. *Usuardi exempla variant. Aliqua enim illustria Mss. habent* sub Aureliano Principe, *& eadem verba leguntur apud Bellinum, anno* 1498. *excusum secundum morem Romanæ curiæ; itemque apud Molanum in secunda & tertia editione Usuardi. Maurolycus tradit,* passum Trajani tempora sub Aureliano Comite. *In Breviario Romano jussu Pii V. edito, dicitur*

occisus jussu Aureliani missi a Trajano.

A sur Trajano Imperatore rexisse Ecclesiam.

50 *Eisdem S. Alexandri Actis, unis & solis, debens notitiam sui Martyrii, S. Quirinus, Urbis Romanæ Tribunus; S. Hermes, Præfectus; & hujus soror, S. Theodora; tunc passi* sub Trajano Cæsare Augusto, & Aureliano, Comite utriusque militiæ in Isauria, ad interfectionem omnium Christianorum misso, *cui* omnis Senatus ita famulatus est, ut ipsum Principem crederent esse Trajanum. *Erat utriusque militiæ Comitatus, summus honoris & dignitatis titulus, qui ad tempora Arcadii & Honorii duravit: & sic in Notitia Imperii tunc facta recensentur* duo viri spectabiles, Comites rei militaris per Ægyptum & Isauriam, *sub quorum dispositione erant variæ legiones & ministri Imperatorum. Hanc ob causam videtur dictus* Comes Aurelianus *variis titulis honoratus, & appellatus* Judex, Præfectus, Præses, Princeps, Imperator. *In Lexico Hesychii,* Κόμης *est,* ἄρχων, ἡγεμών, Comes idem, qui Princeps & Dux: *& apud Suidam,* Κόμης ὁ λαοῦ ἄρχων, Comes est Princeps populi. *Erant olim Imperatores dicti, qui aliis, Præfecti copiarum & Duces exercituum habebantur: & Appianus (qui eodem quo hic Aurelianus Comes tempore vixit), testatur lib. 2.*

Aurelianus Comitis dignitas & titulis:

B *Bellorum civilium,* Imperatoris nomen suo tempore dari solitum Ducibus exercituum, post victoriam cæsis hostibus reportatam. *Hinc commoda jam explicandi ratio datur, quomodo supra apud Usuardum legatur.* S. Alexander cum sociis sub Aureliano Principe passus; *& xxx Martii,* S. Quirinus sub Aureliano Imperatore martyrii coronam consummasse. *Quæ verba aliquibus interpositis sic explicat Molanus in 2 & 3. editione:* Sub Aureliano (Comite utriusque militiæ & Trajano) Imperatore. *At simpliciter* Quirinum passum sub Trajano Imperatore *scribunt Ado & Notkerus; Petrus vero de Natalibus,* in persecutione Trajani, sub Aureliano Comite utriusque militiæ. *Maurolycus, Felicius, Canisius,* Trajano imperante, sub Aureliano Præfecto. *Eodem modo sunt explicandi Ado & Notkerus, dum asserunt* S. Hermetem a S. Alexandro Papa conversum, & sub Aureliano Imperatore passum, *verum melius* Comes *scribitur, in Martyrologio anno 1490. Coloniæ & Lubecæ excuso, & a Canisio,* sub Trajano Imperatore passus. *Simili modo ad Kalendas Aprilis intelligendi Usuardus, Ado, Notkerus, Bellinus & alii, asserentes,* S. Theodoram, sororem S. Hermetis, martyrizatam sub Aureliano Principe *aut* Imperatore. *Verum iterum melius, in Martyrologio Coloniæ & Lubecæ dicto anno 1490. excuso,* Aurelianus Comes *appellatur.*

sub eo tunc passi S. Quirinus,

Hermes,

& Theodora hujus soror.

D

51 *Est, qui dubitet, satisne certo credi debeat* S. Alexandrum Papam *in Canone Missæ post Commemorationem defunctorum nominari, ubi dicitur,* Cum Sanctis Apostolis & Martyribus, Joanne, Stephano, Mathia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, *qua enim causa, inquit, Pontificem Romanum postponendi Episcopo Antiocheno, scilicet* Ignatio? *Utique eadem, qua fuit, ut* Stephanus *Diaconus præponeretur Apostolis, scilicet prioritas temporis, qui martyrium tulerunt. Excluso autem hinc* Alexandro Papa *quem Obsecro, invenire alium* Alexandrum, *tam celebris in Romana Ecclesia nominis, ut SS. Marcellino & Petro præponi meruerit?* E

VIII. S. SIXTUS

Ab an. 119. et 117. annis 9. m. 10. d. 4.

SIXTUS, natione Romanus, ex patre Pastore, fuit temporibus Hadriani, ordinatus primum Vicarius Alexandri, XIIII. Decembris in Dominica, anni CXVI. eo deinde sublato successor die XXXI. Maji, quæ anno CXVII. similiter Dominica fuit, prima post Pentecosten. Rexit autem Ecclesiam, [a] qua Vicarius qua Pontifex, annos X. menses III. dies XXI. * usque ad III. Aprilis anni CXXVII. postea a Paschali I. aut II. translatus in Vaticanum, & hinc anno MCXXXII. Aletrium, & cessavit Episcopatus, mensem I. dies XXIX.

a Baron. n. 910. ad 942. an. 9. m. 10. d. 8.

Vicariatus,

1 SPatium regiminis, *a primo Catalogo signati, non nisi per Vicariatum servari poterat, & servatur commode, si cum secundo Catalogo Anastasioque & aliis eum secutis, nec non cum Martyrologio Flori, dicatur mortuus &* sepultus Sixtus III. Nonas Aprilis. *Unde autem libri Pontificalis cum Usuardo, Adone, aliisque posterioribus Martyrologis, acceperint* VIII. Idus Aprilis, *fateor me ignorare: quia tamen tali die eum habet etiam Romanum Martyrologium, ideo de ipso ibi egimus, nihil in alterutram partem præjudicando, sed utrimque testimonia proferendo.*

C

dies obitus, non 6. sed 3. Apr.

2 *Cum autem Pontifex factus est* Sixtus, *Consules erant assignati in Catalogis* Niger & Apronianus: *& quoniam non nisi minorem partem anni* CXXVII. *percurrit; ultimi Consules ejus nominantur, qui præcedentem annum notabant,* Verus III. atque Ambibulus.

3 *Decretales duæ Sixto suppositæ notantur* Hadriano & Vero Coss. *per summam eas fabricantis temeritatem, qui nec Fastos quidem inspicere curavit, ut saltem par aliquod Consulum inde acciperet, quod inveniri posset, & colorem aliquem daret infelici figmento.*

Decretales fictæ.

4 *Romanus Canonicus, enumerans Pontifices, in Vaticana Basilica quiescere creditos, usque* Xistum *accensent; Hic, inquit,* fuit sepultus (*scilicet post aliquam de prima sepultura loca elevationem*) juxta ferratam prope corpus B. Petri, ubi est adhuc arcus de marmore, quem fieri fecit Paschalis Papa [a]. *Sed vel alia ejusdem Translatio postmodum facta est a* Paschale Papa II. *ante annum quo hic obiit* MCXVIII. *vel ab hoc sub eamdem aram condita etiam fuerunt corpora* S. Fabiani, Sergiique II. *ut plenius dicetur ad hujus postremi Pontificatum; vel denique in numero nominis Pontificalis erravit Canonicus, erraruntque ii quos in nominando* Paschale I. *antecessores habuit atque sequaces.* Quid *autem si* Paschalis II. *conditis sub altari duobus prænominatis, ipsius Sixti corpus inde exemerit, transferendum in aliquam Romanarum Ecclesiarum ab ipso reparatam, puta S. Xisti; de qua dubium forte erat, Secundæne ejus nominis an Primo dicata esset, quod tamen executioni mandatum non fuerit, certius cognita Secundi illam ecclesiam esse. Tale quidpiam si liceat opinari, facile concipere, qui fieri potuerit anno* MCXXXII. *ut Alifanis sanctum aliquod corpus petentibus, pronum fuerit illud concedere; quis enim dixerit ea causa destructum fuisse altare, sub quo Xisti corpus jacebat conditum? Ea siquidem ætate necdum mos inoleverat Romæ, Sanctorum corpora palam habendi.*

Corpus sub altari in Vaticano

a Paschali I. vel II. locatum,

F

5 *Ut ut est, creditur ipsum ista anno concessum Alifanis, dumque illuc vehitur apud Aletrinos substitisse: apud quos quomodo fuerit anno* MCLVII. *sub propriis altari reconditum, & anno* MDLXXXIV. *inventum translatumque solenniter, deduximus ad diem VI. Aprilis num. 11. & seq. Anno post ultimam translationem centesimo, Roma Casinum excurrens Ianningus noster & Aletrio transiens, reperit in vetusti ecclesiæ Cathedralis membrana,* Ad laudem divini nominis & ad commendationem B. Xisti primi Papæ & Martyris, *hujusmodi*

deinde petentibus Alifanis concessum.

A *modi Relationem, scriptam ante annos ut minimum ducentos trecentosve.*

sicut majorum traditione habetur,

6 Ingratitudinis & degeneres filii non immerito notarentur, fierentque prorsus a perceptione paternæ substantiæ jure hereditario alieni, si progenitorum suorum ignaviam, quibus in infra dicendis negligentiæ somnus obrepsit, filialia reverentia præter naturæ debitum præteriret. Antiquorum igitur segnitiem, licet, per succedentium narrationem, infrascriptæ rei memoriam nondum intereeperit oblivio; quia tamen in scriptis redacta non existit, prout divina infuderit gratia, secundum quod a fide dignis & prioribus nobis accepimus, supplere pro viribus satagentes, qua ordine, quibusque miraculis gloriosissimi Martyris Sixti Romani Antistitis, quem sub Hadriano Romanorum Imperatore pro Christi nomine passum sacra scriptura testatur, de Urbe ad civitatem Aletrinam, currentibus annis Dominicæ Incarnationis MCXXXII. Pontificatus Domni Innocentii II. anno II. Indictione VII. die XI. mensis Januarii, succinctus sermo percurrit. *Corrigendus est annus Indictionis, quæ tunc non* VII *sed* X *numerabatur; annus vero Pontificatus hic rectius dicitur secundus, quam in recentius sculpto lapide tertius: hic enim Innocentio isti solum inchoabatur*

An. 1132.

B *die* XXIII. *Februarii sequentis. Animadversione tali interjecta, prosequor tenorem Aletriensis membranæ, promissam relationem sic exhibentis.*

in favore. Innocentii PP. II. contra morbos ibi grassantes:

7 Dudum nutu Dei (absque cujus imperio nec folium arboris decidit, nec unus passerum ad terram cadit) in civitate Alifii, quæ intra metas regni Apuliæ sita est, aeris intemperie humana corpora variis & desperatis ægritudinibus stimulante; cum ipsius civitatis incolæ, medicorum consilio ac omni humano suffragio frustratos ac destitutos se fore aspicerent; divinum expetierunt auxilium, quod (prout ipsa Veritas innuit) nemini denegatur. Inito igitur saniori consilio, præfati cives ad prædictum Romanum Pontificem Dominum Innocentium, tunc in Urbe morantem, idoneos Ambasciatores sine mora transmittunt; importune ac instanter, prout facto opus erat, supplicantes, ut alicujus Corporis sacri reliquias ad civitatem Alifii mittere dignaretur, cujus virtute fugeret ab obsessis corporibus valetudo. Quo audito vehementer pius Pater indoluit, habitoque cum Fratribus super hujusmodi postulatis consilio, præfatis Ambasciatoribus corpus Sancti Martyris Xisti pie ac benigne concessit.

C 8 Si quis jam satageret Ambasciatorum hujusmodi gaudiorum immensitatem linguæ aut calami officio designare, vix sufficeret ad enarrandum. Accepto itaque Ambasciatores sacri corporis pretioso thesauro, cum reverentia & honore decentibus, illud in scrinio super mulam imponunt; & accepto itinere gratulabundi e vestigio repedare festinant. Dum autem ad quoddam trivium pervenissent, dictum animal, præfatum thesaurum deferens, amplam stratam non absque Dei voluntate devitans, cœpit arripere semitam, per quam sub compendio per abrupta montium pervenitur Alatrium; contradicentibus tamen & renitentibus dicto animali ducatum præstantibus, ne per semitam diverteret supradictam. Verum cum nec verberibus neque adulationibus possent dictum animal a cœpta semita declinare; Ambasciatores præfati, super novitate hujusmodi turbationis & admirationis non parvam materiam assumentes, divino tandem relinquunt arbitrio, ut jam dictum animal incedat quo maluerit, absque contradictione cujusquam.

Sed mula quæ ipsum ferebat Alatrium obstinatius flectente,

9 Quo quidem absque humano ductu ad locum, qui dicitur Volubrum, ubi aquæ pro usu animalium colliguntur, non eminus ab Aletrina civitate, pervento; idem animal afigens gressum, velut columna immobilis permanebat; nec minis aut flagellationibus seu etiam applausibus exinde recessit; donec Episcopus, Clerus & Populus Alatrinus, eidem sacro Corpori venientes obviam, processionaliter & honorifice ad dictam civitatem Alatrinam (cujus cives, uti & prædicti cives Alifienses, morbo vexabantur) hujusmodi thesaurum & animal conduxerunt. Introducto itaque in civitatem Alatrinam præfato thesauro, inter cives Alatrinos venerabilis & quodammodo pia contentio, per quam ad arma pervenitur, exoritur; dum alii volunt dicti Corporis sacras reliquias in civitate veteri collocari, aliis vero renitentibus ac flagranti desiderio æstuantibus Corpus ipsum gloriosum reponi debere in Cathedrali ecclesia, in supremo videlicet civitatis. Cumque aliquamdiu super hæc tam pie inter eosdem cives extiterit decertatum; tandem consilium fuit, ut suprafato animali libera concessa facultate, quo illud spiritus Dei duceret, populus universus acquiescere deberet omnino.

D *excipitur ipsis ab Episcopo ac civibus:*

& post aliquam de loco contentionem,

10 O mira Dei sapientia! o tremenda potentia! o ineffabilis gratia! Dum bruta animalia, sensuales relinquentia, ritus & animos rationales assumunt, & divinam innuunt atque testantur voluntatem. Nec mora: jam dictum animal, divinitus inspiratum, nullo prorsus humano conducta præambulo, venerandum corpus ad Cathedralem devenit ecclesiam; & tamdiu flexis genibus, ubi dictus Martyr sibi locum elegerat, moram traxit, quoad usque Episcopus & Clerus, adstante Alatrinorum populo, dictas Reliquias, tamquam eis oblatas a Domino, honorifice susceperunt, easque in altari, quod in ipsius honorem post paucorum dierum curricula extructum est, honorificentia debita collocarunt. *Sed extemporaneum fuerit altare istud: constat enim ex reperta postmodum sub ipso scheda, solidum ac stabile primum fuisse dedicatum anno* MCLVII. *annis utique* XXV. *post allatum Roma corpus. Et hic distinctioris notitiæ defectus satis indicat, non nisi seculo* XIV. *scripta fuisse quæ retulimus. Sequitur autem in prænotata membrana.* Post cujus sacri Corporis adventum mirabilem, aeris protinus corruptione fugata, ægra civium Alatrinorum corpora recipiunt plenissimam sanitatem.

deponitur in Cathedrali, E

11 Ha! Deus, quam acutus doloris aculeus Ambasciatorum eorumdem animos pertransivit; dum tanto talique thesauro, post tot labores & innumeras solicitudines, frustratos & expoliatos se & dictam civitatem Alifii fore conspicerent, quo sperabant ab ægritudinibus, quibus gravabantur, eximi ac totaliter liberari. Post multarum denique precum importunas instantias, iidem Ambasciatores ab Alatrinis civibus digitum unicum dicti sancti Corporis obtinent, quem ad ipsorum civitatem deferunt, cum omni honore & reverentia: ob cujus Martyris merita, aeris epidimia omnino cessante, obsessa Alifiensium corpora a languoribus quibuslibet protinus liberantur. Lætetur igitur & exultet in Domino civitas Alatrina, & condignas gratias exsolvat Altissimo, qui dignatus est ipsos tali tantoque ditare thesauro, talemque ipsis exhibere Patronum, cujus meritis & intercessione dicta civitas & a noxiis præservatur anfractibus, & in bonis operibus prosperatur, ipsius annuente gratia, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat Deus, per omnia secula sæculorum. Amen.

F *Alifanis autem digitus conceditur.*

A D

IX S. TELESPHORUS.

Ab an. 127. ad 138. an. 10. m. 7. d. 4.

TELESPHORUS, natione Græcus, ex Anachoreta, fuit temporibus Hadriani, primum ordinatus Sixti Vicarius III. Octobris, Feria IV. anno CXXVI. deinde illius successor II. Junii die Pentecostes anno CXXVII. rexit autem Ecclesiam, qua Vicarius qua Pontifex, * annos XI. menses III. dies III; defunctus anno CXXXVIII. V. Januarius: & cessavit Episcopatus dies VII.

** Baron. a 142. ad 154. an. 11. m. 0. d. 20.*

Unde nomen Antonini pro Hadriano?

ANnum CXXVII. *indicant nobis* Consules Titianus & Gallicanus: *annum vero* CXXXVII. (*post quem solum* V. *dies* Telesphorus *vixit*) Cæsar & Balbinus. *Quomodo autem in primum Catalogum loco* Hadriani *irrepserit nomen* Antonini Macrini, *pro quo in secundo Catalogo legitur* Antonini & Marci (*quod secutus Anastasius aliique*) *ignorare me fateor. Nam* Hadrianus *vixit post* Telesphorum *usque ad* XII. *Julii*; Antoninus *vero, adoptatus ab* Hadriano XXV. *Februarii ejusdem anni, neque* Macrini *cognomen habuit, neque Collegam Imperii* Marcum Aurelium Antoninum; *sed hunc & fratrem ejus* Lucium Aurelium Verum *adoptavit cum titulo Cæsarum, atque ita imperio successores reliquit.*

B

Ordinatio in carcere extra Dominicam.

2 *Quod autem ex præscripto annorum, mensium ac dierum numero sequatur,* Telesphorum *ordinatum esse Episcopum Vicarium Feria* IV. *argumento nobis est, Ordinationem illam factam esse in carcere a* Sixto *jam captivo, & supponere possumus ad hoc electum a populo propositumque fuisse Dominica præcedenti: quod idem valere potest in aliis Vicariis, a Pontifice captivo similiter in carcere ordinatis, iis potissimum quorum Ordinatio non diu præcessit Ordinatoris martyrium, sicut accidit in mox sequentibus* Hygino, Callisto, Alexandro.

ficta Decretales.

3 *Affictu* Telesphoro *epistola eadem peccat, quæ duæ illæ superius sub decessoris Sixti nomine notata: subscribitur autem* Antonino & Marco Coss. *qui non fuerunt ante annum* CXL. *& ex Epistola Damasi ad Illyricos non pauca mutuatur, sicut videre licet in novissima earumdem editione Labbeana ad marginem notatum.*

4 *Vitam ejus a Zegero Paulo conscriptam ab Actis Sanctorum Januarii abesse cur operaverit* Bollandus, *facile apparet eamdem legenti: in Elogio autem Henschenii explicabo, quomodo & quatenus mensis ille imprimi cœperit, prius quam hic socius accederet operi; cum nempe Bollandus aliud non haberet propositum, quam collectas undecumque Vitas dare; nihil minus tunc cogitans quam illam accuratioris studii diligentiam & operosum singula examinandi laborem, qualem deinde post socii prædicti accessum, eo suadente & viam præeunte, statuit adhibere, faciendis Notis Commentariisque, a quibus eidem auctoritas omnis apud Eruditos venit, haud ægre ignoscentes tantæ rei principia rudiori, veraque a falsis, verosimilia a magis dubiis non satis discernenti. Hoc vero non debui (sicut optant aliqui) dissimulasse; quia totius operis interest id sciri; ne (quemadmodum vulgo solet) præjudicium ei creet imperfectio illa priorum dierum, quæ in progressu fuit tam egregie compensata. Neque mireris si in Appendice Additionum, Retractationum & Annotationum suum istum de Vita illa sensum dissimulavit* Bollandus: *quando hoc aliud non fuisset quam tenera adhuc novellaque operi concitare tempestatem, initiis illis nequaquam tolerabilem futuram. Satis habuit de ea, quod corrigi absque strepitu jam amplius non poterat, tenere silentium, cautiusque in talibus postea agere, sicut fecit & ipse &* Henschenius, *& facere etiam volui ego; fecissemque, si licuisset per eos, quorum maxime intererat non moveri hunc lapidem offensionis, neque publice neque privatim utilis.*

Vita quomodo edita in Januario

E

X. S. HYGINUS.

F

Ab an. 138. ad 150. annis 11. m. 11. d. 30.

HYGINUS, natione Græcus, ex Philosopho de Athenis, fuit temporibus Antonini Pii, primum ordinatus Telesphori Vicarius, anno CXXXVI. VI. Octobris, Feria VI. deinde successor anno CXXXVIII. XIII. Januarii in Dominica; rexit Ecclesiam, qua Vicarius qua Pontifex * annos XIII. menses III. dies V.. quorum annorum forte ultimos octo vel quatuor in carcere captivus egit, & vixit usque ad XI. Januarii anni CL. cessavitque Episcopatus dies VII.

C

** Baron a 154. ad 158. an. 3. m. 11. d. 29.*

Vicariatus ejus.

COnsules, *anni* CXXXVIII. *qui primi Hygino adscribuntur, sunt* Magnus & Camerinus; *ultimi, quorum Consulatui solum* XI. *diebus supervixit,* Orfitus & Priscus. *Et hi satis certos nos faciunt de* XIII. *annis ipsi attribuendis, licet Catalogus secundus & alii deinceps, atque etiam Græci post Eusebium, solum quatuor annos ei relinquant. Quod autem tam pauci ipsius anni ab istis numerentur, existimamus propter captivitatem occasionem factum; cujus calamitatis initio Vicarium jam ante ordinatum forsan habuerit; & hoc circa annum* CXLVI. *sublato, substituerit alium. Sed de priori illo Vicariatu cum plus quam conjectura haberi nequeat, nolim aliquid asseverare; de* Pio, *vel (si mavis)* Aniceto, *ad Vicariatum Pontificalem assumpto, mox agemus.*

2 *Vacantis Episcopatus dies* III *passim notatos in Catalogis, produxi ad* VII. *ut institutioni Pontificali Successoris Dominicam invenirem. Suppono enim coram populo, saltem in cryptis collecto, factam: de quo solicitus non fui in Ordinatione* Hygini *ipsius, quem suppono, in Dominica quidem postulatum a populo in ecclesia collecto, sed consecratum privatim in carcere a* Telesphoro, *ut primum potuit accessus impetrari sic quos interesse oportebat, & libertas ab interpellatione Gentilium pretio custodibus præbito obtineri.*

Vacatio Sedis.

3 *Porro suppositæ* Hygino *Epistolæ, ut aliis vitiis multis laborent, non peccant tamen in Chronologiam, subscriptum exhibentes Consulatum* Magni & Camerini: *hi enim (ut videmus) primum illius annum signant. Ridiculum tamen se præbet Auctor, quod volens fictas a se Epistolas Consulum nominibus adnotatis quasi authenticare; eos ut plurimum acceperit ex Catalogis, in quibus tamen notantur solum primi & ultimi, quasi Pontifices nescirint scribere nisi primis ultimisque suæ Sedis annis.*

Epistolæ fictæ.

NO-

A

NODUS HISTORICUS

Circa duos proximos Hygini Successores.

Implexa quæstio an Aniceto prior Pius vel contra.

PRimus in Cleto & Clemente *salebras, non infeliciter, ut existimo, eluctatus, videbar inoffenso deinceps processurus pede, sequendo ductum Consulum in Catalogis Pontificiis concorditer ubique notatorum; cum iterum prorsus nodus prorsus difficilis ac pene inexplicabilis occurrit. Si enim Catalogos sequimur, iisque inhærentes Hieronymum, Augustinum, Optatum Milevitanum; dimittendum erit nobis auctorum coævorum, atque adeo hac in parte irrefragabilium, SS. scilicet Irenæi & Hegesippi testimonium, ut Pium postponamus* Aniceto: *si illos cum Eusebio duces recipimus, amittimus filum Consulare. In tanta perplexitate ambiguus hæsi, fateor, diu multumque, & me in omnem partem torsi. Tandem tamen incidit ancipitis consilii Divinatio, quæ nodum non solvere, sed scindere videatur; his gemino Consulum pari inter duos Pontifices aliter digesto, sic tamen ut eorumdem nomina serventur intacta, &* Pius *præponatur* Aniceto, *levi facta mutatione in antiquissimo omnium Catalogo, unde confusio in ceteros omnes velut ex fonte profluxisse potuit. Prius tamen quam illum proponam, placet Magistri mei Henschenii, nihil temere ausi, sententiam explicare enucleatius.* D

XI. S. ANICETUS.

Juxta Catalogos & Anastasium.

E

B ANICETUS, natione Syrus, ex patre Joanne, de vico Amisa; fuit temporibus Antonini Pii; ordinatus die XIX. Januarii, in Dominica anno CL. usque ad XVII. Aprilis anni CLIV. adeoque sedit annis IV. mensibus III. & cessavit Episcopatus dies XVIII. *Ab an. 150. ad 154. an. 4. m. 3.*

Hujus ordinationis auctores

PRimus antiquissimusque Catalogus, *jam loco non nunc corrosus, ab* Hygino *Pontifice* X. *usque ad* XII Callistum, *sicut in* Hygino, Sotere, Victore *amisit nomen Imperatoris, sub quo quisque eorum sedit, quod tamen facile est supplere; sic in* Aniceto, Eleutherio, *ac* Zephyrino *amisit spatium temporis quo sederant, haud paulo majori cum incommodo, nec æque facile ex aliis reparando. Ergo* Aniceto *juxta Henschenium definirem eum numerum annorum ac mensium, qui ab altera Dominica post Obitum* Hygini, *in sabbato mortui, exurgere potuit usque ad diem Mortis propriæ. Hunc vero licet secundus Catalogus notet* XII Kalendas Maii, *scribendum tamen esse uti scribunt Anastasius aliique* XV. Kalendas, *persuademur ex die Cultus.*

Et secundi hoc tempus Sedis.

2 *Sed quid esse dicemus, quod secundus Catalogus* annos XI. menses III. *vel* IIII. dies III. *eidem assignat? An fortassis ita olim scriptum, etiam in antiquiori Catalogo erat? Si non erat, dicam cum Henschenio, quod iidem qui* Hygino *octo annos detraxerant, ipsos in suo calculo invenientes deficere, addiderint successori. Sin antiquior iste numerus est, a die* XVII. *Aprilis anni* CLIV *retrocedam per annos* XI *menses* III. *dies* III. *ad* XII.

Unde huic anni 11. assignati,

C *Januarii, anno* CXLIII. *cadentem in Dominicam, qua fuerit* Anicetus *creatus* Hygini *Vicarius, triennio citius quam id etiam crearetur* Pius: *atque hunc dicam fuisse causam, cur mortuo* Hygino, *cum ad Pontificis Electionem procederetur, fuerit prælatus* Pio, *id ipsum forsitan eo ejus rogante.*

3 *Quod autem post ordinatum* Anicetum, *etiam* Pium *ordinaverit idem Papa* Hyginus; *causam suspicabor fuisse illius etiam captivitatem exilium vel fugam, æque tamen ante mortem* Hygini *redierit: vix enim poterit assignare aliam causam præferendi;* Pio *jam ordinato alterum necdum ordinatum. De* Pii *Ordinatione, anno* CXLVI. *facta mox dabimus testes Consules cum antiquo Catalogo: cur similis probatio non habeatur pro* Aniceto *requirenti, nihil forte commodius occurret quod opineris, quam id minus necessarium visum esse in immediato, quam mediato* Hygini *successore.*

& cur prælatus Pio ante ipsum ordinato Vicario?

4 *Interpontificii dies* XVII. *post mortem* Aniceti *ex Ms. nostro nonnullisque exemplaribus Anastasianis excepi; cum alibi solum* III. VII. *vel* XV. *legerentur. Consules, qui primum ejus in Pontificatu annum signant, fuerunt* Verus & Gallicanus; *qui ultimum,* Præsens & Rufinus: *& his magistratu defunctis supervixisset ille usque ad Aprilem. Epistolam autem Decretalem fingere quidam volens sub ejusdem nomine, quasi directam* universis Ecclesiis per Galliæ provincias constitutis, *in subsignandis Consulibus* Gallicanum & Ruffinum *conjunxit, errore satis ridiculo.*

Consules Aniceto attributi,

F

& Decretalis.

XII. S. PIUS.

PIUS, natione Italus, ex patre Rufino, frater Pastoris, de civitate Aquileja, fuit temporibus Antonini Pii, anno CXLVI. XXI. Februarii in Dominica Sexagesimæ, Hygini Vicarius ordinatus: eodemque in munere etiam sub Aniceto ministrans, hoc defuncto, summus Pontifex factus est, anno CLIV. die VI. Maii, in Dominica: & sedit, qua Vicarius qua Pontifex, annos XV. menses IV. dies XXI. usque ad XI. Julii quo colitur, mortuus, anno CLXI. & cessavit Episcopatus, menses IX. & dies XIV. *Ab an. 154. ad 161. an. 7. m. 2. d. 6.*

Consules Pio attributi.

NOn dubito quin magnum Lectori scrupulum injiciat hæc tam diuturna vacatio Sedis, quam referre tamen possis in persecutionis fervorem & defectum ordinati mature Vicarii. Hac autem responsione sautisper admissa, circa Consules, quibus hæc nititur chronologia, observo, quod primæ Ordinationis annum in Catalogis signent* Clarus & Severus; *ultimum vero duo* Augusti, *per quos sic conjunctos nullo modo liceret* Pium *præponere* Aniceto. *Sub prioribus autem fingitur Decretales aliquas edidisse* Pius, *tamquam* Apostolicæ Sedis Archiepiscopus, *vel hinc arguendas falsi, si id non satis facerent loca transcripta ex Codice Theodosiano.*

DIVINATIO

Ad Pium sic præponendum Aniceto, ut notati a Catalogis Consules quadamtenus serventur.

Id faciendo fiendi conveniet duo Hegesippus & Irenæus.

HEgesippus, *hujus omnino temporis scriptor, quem Hieronymus in libro de Scriptoribus cap. 22. ait,*

A omnes a Passione Domini usque ad suam ætatem ecclesiasticorum actuum historias composuisse, *ab Eusebio allegatus lib. 4. cap. 21. sic loquitur:* Cum essem Romæ, mansi ibi usque ad Pontificis Aniceti tempora, cujus tum quidem Eleutherus Diaconus erat: huic successit Soter, quo morte extincto, Eleutherus munus Episcopale capescit: *ubi, quo modo inter* Anicetum *interseri* Pius *possit, vix apparet; nisi fatearis, Hegesippum, vivente adhuc* Aniceto *regressum in Orientem, illius Successores obscuro solum relatu cognovisse; quod ægre quisquam obtinebit ab homine, qualem me profiteor, reverentissimo auctoritatis coævæ; in tali præsertim argumento, cujus notitia vix ullo terrarum intervallo videtur posse obscurari, quamdiu adhuc recens est factum. Clarius tamen adhuc loquitur* S. Irenæus, *Episcopus Lugdunensis in Gallia, Italiæ tam vicina, ibidem anno CCI martyrio coronatus, cujus in lib. 3. cap. 3. hæc sunt verba:* Hyginus, post Pius, post quem Anicetus.

& transpositione priori simplici, B 2 *Probis auctoribus tentandum est aliquid, quod an divinando mihi successerit, eruditi Lectoris judicio relinquitur. Peto igitur ut mihi liceat veteris ac primi Catalogi verba, quæ nunc ita leguntur,*

Anicetus..... a Consulatu Gallicani & Veteris, usque Præsente & Rufino.

duplicatam esse transpositionem Consulum: Pius...... a Consulatu Clari & Severi usque Duobus Augustis.

Peto, inquam ut hæc verba liceat hoc modo invertere.

Pius..... a Consulatu Clari & Severi, usque Præsente & Rufino.

Anicetus...... a Consulatu Gallicani & Veteris, usque Duobus Augustis.

Hac mutatione permissa, videor mihi posse sic ordinare omnia, ut continuata successione Pontificum Vicariorumque, etiam in his duobus & consequenti Sotere, *eo* D *loco ubi alias requireretur Interpontificium plus quam semestre, pauci dies sufficiant, quibus Sedes vacaverit.*

3 *Quod si interreges, qui fieri potuerit ut in Catalogis Pontificiis omnibus sic inverteretur ordo, non solum Pontificatuum, sed etiam Consulatuum hoc in loco; & tantos, quos supra nominavi, Doctores duceret in errorem; licet difficile sit singulorum in similibus sphalmatum causam indicare, & plerumque sufficere debeat veritatem eis oppositam nosse: quia tamen (ut supra dictum est) librariorum socordia facilius numeros turbat quam verba, præsertim nominum propriorum, excogitanda est ratio quæ difficultatem hanc minuat.* *qua, quomodo potuerit induci in Catalogum.*

4 *Concipiamus ergo Catalogum, qui bipartitus est, sic fuisse confectum, ut, qui parti priori usque ad* XVIIII. *Pontificem* Pontianum, *partis alterius primam sectionem subjunxit usque ad* Eutychianum XXVIII. *invenerit per librarii negligentiam* Pii *&* Aniceti *Pontificatus simpliciter commutatos; adscriptis tamen utrique Consulibus iis, quos Divinatio nostra nobis suggerit. Inde nihil dubitaverit, quin vere post* Anicetum *sedisset* Pius; *cumque videret sic non posse consistere, quod* E Anicetus, Duobus Augustis; Pius, Præsente & Rufino Coss. *vivere desierint; putaverit Consulibus ultimis utrimque mutatis (nam de prioribus non debuit laborare, conscius styli veteris, quo Vicariatuum tempus adjungitur tempori Pontificatus) putaverit, inquam, salva futura omnia, ultimis utrimque Consulibus mutatis. Meliorem explicationem conciliationemque partium, usque adeo discrepantium, si quis suggerat; prompte eam sequar: nunc ex jam præsumpta, & quadamtenus probata correctione, duos in controversiam adductos Pontificatus, sic digero.* *ab auctore partis 2. divinando proponitur.*

XI. S. PIUS.

Juxta Hegesippum, Irenæum, & alios.

Bar. a 150 ad 157. an. 7. m. 5. d. 21 PIUS, natione Italus, ex patre Rufino, frater Pastoris, de civitate Aquileja, fuit temporibus Antonini Pii, ordinatus S. Hygini Vicarius anno CXLVI., XXI. Februarii in Dominica; successor vero anno CL. proximo vel octavo post mortem illius die, puta XII. vel **Baron. a 158. ad 167. an. 9. m. 5. d. 28.* XIX. Januarii, similiter in Dominica, sedit temporibus Antonini Pii, qua Vicarius qua Pontifex, * annos VII. menses IV. dies XX. usque ad XI. Julii anno CLIII., & cessavit Episcopatus diebus IIII. F

C *Unde anni 15.* QUi mortem Pii jam retulerat ad Consulatum duorum Augustorum, *non poterat non numerare annos* XV. (*nam* XX. *scriptos errore amanuensium fuisse, monstrat utriusque Consulatus intervallum*) *menses autem diesque invariatos reliquit, sicut invenerat. Cur autem secundi Catalogi Auctor dederit* Pio *annos* XVIII *menses* IIII. *dies* III. *& Vacanti Sedi dies* XIV. *non est opus disquirere: quando licet priori Catalogo, ut majoris antiquitatis sic & fidei, inhærere, non computato extremo die.*

XII. S. ANICETUS.

A. an. 153. ad 161. an. 8. m. 9. dies 2. ANICETUS, natione Syrus, ex patre Joanne, de Vico Amisa, fuit temporibus Antonini Pii, anno CXLIX. XV. Decembris in Dominica, capto aut aliter impedito Vicario Pio, factus & ipse pro eodem Vicarius Hygini; quo in munere ministrans, etiam sub **Bar. a 167 ad 175. an. 8. m. 8. dies 24.* Hygini successore Pio, factus est successor anno CLIII. XVI. Julii etiam in Dominica: atque ita qua Vicarius qua Pontifex, rexit annos XII. menses IIII. dies III. usque XVII. Aprilis anni CLXII. & cessavit Episcopatus diebus VIII.

Chronologia turbata Consulibus turbatis. 1 QUot annos attribuerit Aniceto *primi Catalogi Auctor, ne legere possimus, crasi numeri fecerunt; sed apparet, quod positis semel aliis quam oportuerit Consulibus ultimis, relictisque ut erant mensibus* IIII. *diebus* III. *non plures quam* III. *anni numerati potuerint; qui alias fuerant numerandi* XI. *fiuendi post Consulatum* Duorum Augustorum: *cui quia solum superfuit* Anicetus *usque ad* XVII. *Aprilis, mortis scilicet anni* CLXII. *parte, hujus anni Consules, non* Aniceto, *sed Successori* Soteri *adscribuntur.*

2 *Secundus Catalogus, cujus jam sæpe meminimus, tempore Justiniani Imperatoris seculo* VI. *confectus, non solum*

ANICET.

A solum notat, quo die quisq; obiit, sed etiam quo loco sepultus fuerit. Dicit autem de S. Anacleto, quod cum Presbyter factus fuisset a Petro, volens utique gratam beneficio vicem jam Pontifex reddere, memoriam B. Petri construxit & composuit, ubi Episcopi sepelirentur (sub terra videlicet, in Vaticano, ubi jam antea sepulti fuerant Linus & Cletus) ac postea dicuntur Anacleti Successores decem proximi, præter Alexandrum, sepulti juxta corpus S. Petri in Vaticano. Sed vereor ut hoc satis certum sit; nam corpus unius eorum, scilicet hujus Aniceti, in cœmeterio Callisti depositum fuisse, non solum tradunt Florus, Rabanus, Anastasius; sed etiam ibidem repertum fuit anno MDCIII. sub Clemente VIII. donatumque Duci Altaempsiæ, in cujus domestico sacello Romæ nunc honeratur. Videri igitur possit auctor Catalogi istius, ex sua conjectura, eos omnes juxta S. Petrum conditos credidisse, quorum sepulturam non reperiebat alteri loco adscriptam, quæ conjectura eum aliquando fefellerit.

DISSERTATIO VIII. al. IV.

B De die Natalis seu Depositionis veterum Pontificum, notata in Hieronymiano Martyrologio, distinguenda a die Elevationis, seu Cultus, seu Translationis, sub nomine Sepulturæ notata in secundo Catalogo, & apud Anastasium.

Petierat a Magno Gregorio Eulogius Alexandrinus Cunctorum Martyrum gesta, quæ piæ memoriæ Constantini temporibus ab Eusebio Cæsariensi collecta erant. Hæc sanctus Pontifex, dum in Romanis Bibliothecis diligenter perquisita ignorare fatetur, Nos inquit, pene ex omnium Martyrum per dies singulos passionibus collecta in uno Codice nomina habemus, atque quotidianis diebus in eorum veneratione Missarum solennia agimus: non tamen in eodem volumine, quis, qualiter sit passus indicatur; sed tantummodo nomen, locus, & dies passionis ponitur; unde fit, ut multi, ex diversis terris atque provinciis, per dies, ut prædixi, singulos cognoscantur martyrio coronati. Est hoc Hieronymianum Martyrologium, cujus antiquissimo exemplari Epternacensi plurimum usi decessores mei in Ianuario ac Februario, in reliquis deinde mensibus fidentius eo nixi sunt, postquam illud cum aliis quatuor exemplaribus Mss. collatum, Annotationibus & Dissertationibus eruditis illustratum prodiit Lucæ, opera amicissimi hospitis nostri Francisci Mariæ Florentinii. Auctorem hic requirens, neminem invenit cui tale opus cum majori verisimilitudine tribueret, quam ipsum, cujus nomini adscribitur, Hieronymum, Eusebii copiosissimis collectaneis ad ejusmodi lucubrationes usum. Idem etiam verosimile ex eo redditur, quod ultimus Romanorum Pontificum in eodem commemoratus sit S. Bonifacius, plane coævus Hieronymo, cujus non solum Depositio, sed etiam Ordinatio hic exprimitur.

Ex Martyrologio Romano cujus S. Gregorius meminit,

& auctor nominatur S. Hieronymus,

C

2 Interim plerique eorum, quorum non fuit celebre martyrium festivumque in populo, aliis prorsus diebus in isto Martyrologio notantur depositi, aliis dicuntur sepulti in secundo nostro Catalogo: qui supra nomina Consulum atque Principum (quæ primus expressit) & annorum, mensium ac dierum numerum (quem suo arbitratu non raro refinxit Auctor secundi) post quadam etiam singulorum acta, Ordinationumque a singulis celebratarum calculum, designat locum ac diem Sepulturæ, in quo etiam haud raro contingit ipsum differre a Martyrologio, alium locum indicante, qui prima Sepultura procul dubio fuerit. Cum igitur viderent haud difficulter posse Chronologiam cujusque Pontificatus ordinari, habito anno ac die mortis singulorum; & annum certum redderent Consules, ex primo Catalogo in omnes

alii dies Depositionis notati quam nunc serventur,

videntur verosimiliter ipse proprii,

post scriptos fideliter translati; solum restabat dispiciendum de die, standumne esset vetustiori Martyrologio, an recentiori usui, fundato in auctoritate secundi Catalogi, tanto post S. Hieronymum scripti. Fecerunt hoc ultimum, non solum Cardinalis Baronius, cui Hieronymianum istud opus ignotum fuit, sed etiam Henschenius; multum profectum esse existimans, quod primos ultimosque annos opera sua haberet lector definitos, neque magnopere solicitus de minoribus circumstantiis, ad dirigenda recte tempora plurimum nihilominus facientibus: quare ejus cœpta, tametsi imperfecta, porro usus extendere, coactus nonnunquam fui ab ejus quæ tunc erat sententia leviter discedere, ipso non solum id non ægre ferente, sed etiam applaudente hortanteque ut pergerem.

3 Quamvis autem vetustatis gratia Hieronymianum Martyrologium præ Catalogo secundo commendaret; non illa tamen sola causa me movit, cur huic illud præferrem: sed etiam convictio multiplex ex aliorum coævorum auctoritate. Ita S. Innocentium diu ante mensem Julium obiisse constabat ex Paschasini Lilybætani epistola ad S. Leonem; Liberium, exeunte, non ineunte Septembri defunctum, monstrabant coævi Marcellinus atq; Faustinus. Qui autem dubitare possem quin eorum saltem, quibuscum vixit, Pontificum Obitus certius notasset Hieronymus, quam alius quispiam? Cogitanti autem, quid factum esset, ut istius secundi Catalogi auctor, ipse ubi certum diem non determinaverat festivitas major, vel eum notaverat prior Catalogus (sicuti factum videbimus parte 3.) semper fere, & magno quidem plerumq; temporis intervallo, discrepet a Martyrologio; cur item Sepulturæ (ut appellat) diem notare maluerit, quam diem mortis investigare; utriusque rei hæc causa verosimilior occurrit. Prima quidem, quod ipsius Auctoris ætate moris esset Pontificum nomina in Vaticano Necrologio describere ad illum diem, quo solennes exequiæ fuerant in Vaticana Basilica celebratæ; etsi eæ ex causis variis diu aliquando dilatæ fuissent, corpore defuncti remanente in ecclesia vel sacrario Lateranensis Patriarchii, usq; dum in tumulum alibi operosius paratum illud solenni pompa deduceretur. Nã ante Leonem V. nemo legitur in Laterano sepultus: & antiquorum Romanorum usus, saltem ad quatuor aut quinque prima secula servatus, tenuit, ut defunctorum corpora efferrentur extra urbem, ibique juxta Viam aliquam publicam conderentur.

quia ex coævis melius confirmantur:

E

& Catalogus notavit diem translationis potius quam mortis:

4 Porro cum cessantibus persecutionibus, & hortante exemploque præeunte Constantino, Basilicæ per Urbem plures construerentur, & sepulcra Martyrum splendide ornarentur; dies quo corpora Romanorum sub Gentilibus Pontificum vel elevata honestius, vel alio translata sunt, specialiori memoria digni visi fuerint, & sacris ecclesiarum fastis adscripti. Hos vero, ut notatos reperit, sic transcripserit prædicti secundi Catalogi auctor; unde eos accepit libri Pontificalis, Baronio passim laudati, collector; ex hoc vero collectores innovatoresque Martyrologiorum post Bedam; ac denique Romani Breviarii ante secula non multa ordinatores; itaque in hodiernum tempus, exceptis (ut dixi) paucis, veteres fere omnes Romani Episcopi alio coluntur die, quam dicendi sunt obiisse, si præcipuam Hieronymo fidem qualem meretur concedimus. Atque utinam priorum tredecim Pontificum nomina in ejus Martyrologio reperirentur; vix enim ambigo, quia eadem ratione qua ceteri, illorum quoque dies mutati habeantur, præterquam SS. Petri, Clementis & Alexandri, quorum extabant Acta, nequaquam permittentia verum eorum Natalem venire in oblivionem, aut in prædicta Martyrialium nominum farragine delitescere inobservata, etsi Martyrologium istud vetus quotidie recitaretur. Quia tamen aliud nunc non possum, eorum Chronologiam illis quos Catalogus secundus expressit diebus alligatam relinqui; ea nunc vero aliam viam ingredior, Hieronymum sequens.

hic vero translati sunt in paroeciæ,

F

ad sic translatorum cultum.

A D

XIII. S. SOTER.

Ab an. 162. ad 171. an. 8. m. 11. d. 28.

SOTER, natione Campanus, ex patre Concordio, de civitate Fundis, anno CLXII. XVIII. Januarii in Dominica, ordinatus Vicarius Aniceti, Successor vero XXVI. Aprilis, similiter in Dominica; fuit temporibus Antonini & Veri, regens Ecclesiam qua Vicarius qua Pontifex annos IX. menses III. dies V. usque ad XXII. Aprilis anni CLXXI. * quando in cœmeterio Callisti via Appia sepultus est; postea vero a Sergio II. ad ecclesiam SS. Silvestri & Martini in montibus translatus: & cessavit Episcopatus, mensem I. dies XI.

** Baron. a 175. ad 179. an. 9. m. 1. d. 19.*

CONsules Soteri *assignantur (non quidem in antiquiori Catalogo, unde abrasi, sed in secundo, qui translati ex primo) priores*, Rusticus & Aquilinus; *posteriores vero, quorum magistratus usque ad Aprilem ille supervixit*, Cethegus & Clarus, *exacteque habentur* anni IX. menses III *sed* dies V. *non* II. *pono, ut potuerit prima ejus Ordinatio in Dominicam cadere. Interpontificii otiom* diebus XI. *notatis a secundo Catalogo*, mensem I. *prapono; quia sic commodius pervenitur ad initium sequentis Pontificatus in Dominica collocandum. Antiquorum Catalogorum partem habuisse pra oculis debuit, qui hujus & sequentium aliquot Pon-* B *tificum Decretales commentus, tam apte legit Consules, quos ipsis subscriberet: at eos non habuerunt, qui ipsas ideo accusarunt falsi, quia notabantur Consulibus in annum* CLXII. *&* CLXX. *congruentibus. Non desunt tamen alia, propter qua iis salvandis parum juvare possit in Consulatu signando non delirasse, puta SS. Leonis & Martini Pontificum verba istic usurpata.*

Mortuo Sotere;

2 *Eusebius, libr. 5. Historia Ecclesiastica, persecutionem sub Antonino vero in Gallia motam descripturus, indicat tempus primo per Pontifices Romanos, & sic incipit Proœmium dicti libri:* Igitur Sotore, Romanæ urbis Episcopo, post octavum Episcopatus annum, vita functo; duodecimus (*imo*, decimus tertius) ab Apostolis Eleutherus in ejus locum successit. *Deinde idem tempus certiori vulgo nota describit his verbis:* Quo tempore agebatur annus decimus septimus Imperii Antonini Veri, tunc violentior mota est persecutio, *& potissimum, ut Cap. 1. sequitur*, in Gallia, in qua duæ præ ceteris insignes præstantesque urbium matres celebrantur, Lugdunum & Vienna. *Annus* XVII. *Imperii Antonini Veri incidit in annum Christi* CLXXVII. *quando passi sunt Lugduni secunda Iunii*, SS. Photinus Episcopus, Sanctus Diaconus, *Sancti alii quamplurimi, cum illustri heroina Blandina, quo-* C *rum mox Acta martyrii ad Ecclesias Asia ac Phrygia fuerunt transmissa inde communicata Eusebio, & ab hac sua historia inserta, latius ad dictum diem secundum Iunii illustranda. Nota erant his Martyribus virtutes.* S. Eleutherii Papæ, *& ideo illorum aliqui S. Irenæum, tunc temporis adhuc Presbyterum Ecclesia Lugdunensis, commendarunt memorato Pontifici per epistolam, & catalogum priorum Martyrum expresserunt: de qua epistola agit Eusebius cap. 4.*

excitatur anno 177. persecutio Lugduni

qua coegit Baronium abbreviare tempus Soteris;

3 *Hic harebat aqua Cardinalis Baronio, ut initio insinuavimus. Videbat Photino mortuo Episcopum suffectum esse* Irenæum, *& ut multum differret eam successionem, non tamen ultra annum* CLXXIX. *audebat procedere:* Soteris *autem initium non poterat in suo calculo invenire ante annum* CLXXV. *Si ergo ei annos* VIII. *cum Eusebio tribueret, videbat fieri non posse ut ad* Eleutherium *Irenaus fuerit destinatus: quippe qui, eo calculo posito, solum cœpisset Ecclesiam regere anno* CLXXXIII. *Ergo coactum se videns ad annos solum quatuor*, minus diebus duodecim, Soteri *relinquendos, ut hic putasset obiisse saltem anno* CLXXIX. *&* Eleutherii *substituti famam in Gallias penetrasse; Si quis, inquit*, certiorem de annis Soteris invenerit Chronographiam, qua tamen Cletus e numero Romanorum Pontificum non ejiciatur, nec litterarum Martyrum Lugdunensium sincerum testimonium contemnatur; haud inviti assentiemur. *Retinemus nos* Cletum *in numero Romanorum Pontificum, & ab* Anacleto *alium dicimus (vel geminum unius ejusdemque persona Pontificatum distinguimus;) idque facimus secuti eosdem auctores, ex quibus tempus Sedis S.* Soteris *jam stabiliemus. Praterea litterarum Martyrum Lugdunensium testimonium summo omni veneratione admittimus. Imo hoc testimonio nisi, arbitramur necessario* S. Eleutherium, *a morte S.* Soteris, *ante motam in Gallis persecutionem, aliquamdiu prafuisse Ecclesia, ut potuerint ejus virtutes innotuisse Christianis Lugdunensibus; qui deinde ob fidem in carcerem conjecti, ad eum epistolam miserunt*, rogantes ut pax & concordia Ecclesiarum conservaretur, Τῆς τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνης ἕνεκα πρεσβεύοντες, *uti legitur apud Eusebium lib. 5. Historia Ecclesiastica cap 3. sub finem; & cap. 4. indicatur, litteras hasce Romam fuisse delatas a S. Irenæo.*

ut locum faceret Eleutherio

E

4 *Nihilominus relinquimus* Soteri, *non solum octo, sed ipsos integros* novem annos, menses tres, duos dies; *quia cum Catalogo nostro tenemus, decessorem ejus obiisse anno* CLXI. Duobus Augustis Consulibus; *quibus successerunt anno* CLXII. *illi, quos primus* Soteri *idem Catalogus tribuit*, Q. Junius Rusticus & Vettius Aquilinus. *Sedisse autem* Soter *dicitur* usque ad Cethegum & Clarum, *qui fuerunt anno Christi* CLXX: *& sic suffectus* Soteri Eleutherius, *jam septimum ea Pontificatus annum agebat, quando mota est supradicta in Gallis persecutio. Porro illis duobus paribus Consulum memoratis in Elogio* S. Soteris; *attestatur Onuphrius in Commentario suo in librum 2. Fastorum, ad annum Urbis condita 915. & 923. Videtur autem* S. Soter, *ultra hos Consules, vixisse ad diem* XXII. *Aprilis anni sequentis* CLXXI. *quando Consules fuerunt* Septimius Verus, *sive* Severus, & Herennianus, *quibus Consulibus adscribitur initium Pontificatus* S. Eleutherii *successoris. Sedit ergo in suo Pontificatu* S. Soter *annis novem, ab anno Christi* CLXII. *usque ad* XXI. *aut* XXII. *Aprilis, anni* CLXXI.

in quo non laboramus,

quia ab anno 161. ad 170. plenos 9. annos invenimus,

F

5 *Iidem novem anni referuntur in altero Catalogo, qui seculo Christi sexto confectus est, nec non in tertio, qui est seculo octavo concinnatus, atque ad Stephanum III. Papam deductus: atque ulterius Vita Romanorum Pontificum in altero Ms. Freheri, & Ms. pervetusto Bertiniani monasterii continnantur. Postea Anastasius Bibliothecarius ad Nicolaum Papam sive annum* DCCCLXVII. *prosecutus est Vitas Pontificum, easdemque Guilielmus Bibliothecarius & alii auxerunt usque ad Martinum V. Papam sive annum* MCCCCXXXI. *ab omnibus autem anni* novem *Pontifici* Soteri *assignantur, ut etiam magno consensu fit apud Luitprandum de Vitis Pontificum Romanorum, item in libro Pontificali, & antiquis Breviariis Romanis manu scriptis & excusis anno 1479. 1490. 1522. & 1524. qua penes nos habemus: ac demum in Breviario jussu Pii V. edito, in quo omissa paria Consulum, sub quibus* Soter *Pontificatum inchoavit & absolvit; qua in aliis Breviariis & reliquis traditur;*

passim & usque recepti.

Tab. III.


XIII. S. SOTER


XIV S. ELEVTHERIVS


XV. S. VICTOR


XVI S. ZEPHYRINVS


XVII. S. CALLISTVS


XVIII S. VRBANVS



A *tibus, maxima iterum consensu, memorantur hisce verbis:* Fuit a Consulatu Rustici & Aquilini, usque ad Cethegum & Clarum. *Hactenus in Aprili Henschenius, ad* XXII. *diem istius mensis, verbis partim iisdem, partim ex eadem sententia scriptis; immutandus enim nonnihil eorum ordo fuit, supplenda quædam, resecanda plura, ut ex duobus ibidem Commentariis, de* S. Sotere deque SS. Epipodio & Alexandro, *Martyribus etiam Lugdunensibus, anno* CLXXVIII. *passis, commodus unus in rem præsentem contextus haberetur.* D

XIV. S. ELEUTHERUS.

ELEUTHERUS, natione Græcus, ex patre Abundantio, de oppido Nicopoli, anno CLXXI. ordinatus Episcopus III. Junii in Dominica; fuit temporibus Antonini & Commodi; & sedit annos XIV. menses III. dies IV. usque ad annum CLXXXV.* mortuus VI. Septembris, depositus Via Salaria, & postea translatus juxta S. Petrum in Vaticano, die XXVI. Maii, quando colitur: & cessavit Episcopatus annum I. dies IV.

Ab an. 171. ad 185. an. 14. m. 3. d. 4.

* *Baron. a 179. ad 194. an. 15. d. 19.*

EXtritis in primo catalogo numeris annorum, per Consules primos (Saverum & Erennianum) ultimosque (Paternum & Braduam) non invenimus nisi B annos XIV. *licet passim Catalogi alii habeant annos* XV. *& servatis quos Catalogi secundi apographum habet mensibus* III. *addimus dies, non* II. *vel* V. *ut Anastasius vel Catalogus; sed dies* IV. *ut ordinatus* Eleutherus *hic fuerit etiam in Dominica. Interpontificii autem spatium metimur ex die qua* Romæ via Salaria, natalem S. Eleutheri, Episcopi *notat Hieronymianum Martyrologium, usque in diem, qua indidem & ex notatis Consulibus colligimus* Victorem *successorem ordinatam* E

XV. S. VICTOR.

VICTOR, natione Afer, ex patre Felice, fuit temporibus Commodi, Pertinacis & Severi; ordinatus XI. Septembris, in Dominica anno CLXXXVI. sedit annos X. menses VII. dies X; depositus XX. Aprilis, anni CXCVII. *, translatus ad corpus S. Petri in Vaticanum XXVIII. Julii, quando colitur: & cessavit Episcopatus menses XIII. dies XXI.

Ab an. 186. ad 197. an. 10. m. 7. d. 10.

* *Baron. a 194. ad 203. an. 9. m. 1. d. 22.*

1 A*Nnorum præscriptum numerum, & in Catalogo secundo atque ab Anastasio notatum (licet apographum primi Catalogi solum habeat annos* IX.) *exigunt* Consules *primi*, Commodus V. & Glabrio, *secundi* Lateranus & Rufinus: *menses autem* II. *muto in* VII. *ut minus later pontificium præcesserit, & in Dominicam Ordinatio ceciderit. Depositionis diem Hieronymus sic notat:* Romæ Depositio Victoris Episcopi.

2 *Causa tam diuturnæ ante & post Vacationis, non potest alia concipi, quam quod nullus datus fuerit E*leuthero & Victori *viventibus Vicarius, cum Ecclesia tunc alta pace frueretur, adeoque illius creandi causa nulla urgeret. Interim (ut fit) cessante persecutione refrixerat verosimiliter fervor caritatis inter Romanos fideles, succreverantque nonnulla zizania ambitionis æmulationisque Christiana plebe jam minus patienter externos Pontifices ferente & Romanum poscente; Clero econtra liberam sibi electionem permitti volente, aut etiam ipse Clerus inter se discors super hoc puncto erat.*

Causa diuturnæ vacationis.

C

XVI. S. ZEPHYRINUS.

F

ZEPHYRINUS, natione Romanus, ex patre Abundantio, fuit temporibus Severi & Antonini; ordinatus anno CXCVIII. XI. Junii in Dominica, sedit annos XIX. menses VI., dies X. usque ad XX. Decembris anni CCXVII*, sepultus postea vel elevatus in cœmeterio Calixti via Appia XXVI. Augusti quando colitur: & cessavit Episcopatus dies V.

Ab an. 198. ad a 7. an. 19. m. 6. d. 10.

* *Baron. a 203. ad 221. an. 18. d. 18.*

Ratio temporis.

1 COnsules *qui ante ordinatum* Zephyrinum *magistratum inierant*, Saturninus & Gallus; *quique eumdem tenebant cum obiit*, Præsens & Extricatus; *certos nos reddunt de annis Pontificatus* XIX. *licet secundus Catalogus (nam primus hic corrosus est) scribat solum* annos XVII. *Hieronymianum Martyrologium ad* XIII. Kal. Januarii *sic habet*, Romæ Zephyrini Episcopi: *quem supponens proprium esse Mortis diem, Augustum mensem factæ postea Translationi adscribo.*

Constitutum Zephyrini.

2 *In secundo Catalogo legitur, & ab Anastasio aliisque transcribitur, quod* Zephyrinus *fecit* Constitutum de ecclesia, ut patenas vitreas ante Sacerdotes in ecclesia ministri portarent: dum Episcopus Missam celebraret, ante se haberet Sacerdotes omnes adstantes, sic Missæ celebrarentur; excepto eum jus Episcopi interest, ut tantum Clerus sustineret, omnibus præsentibus: ex ea consecratione de manu Episcopi jam consecratam coronam acciperet Presbyter, tradendam populo. *Omnia hæc obscura satis sunt: videntur tamen explicari quadamtenus sic posse.*

3 *Ut* patenæ vitreæ, *quæ jubentur in ecclesia præferri Sacerdoti, quasque* ab S. Urbano Papa *factas argenteas, ab aliis etiam aureas fabricatas legimus, fuerint ingentes pelves, recipiendis Offertorii tempore fidelium sexus utriusque oblationibus, seu panibus, ad uniuscujusque eorum Communionem, ana cum eo qui Sacerdoti super Patena sua paratus erat, consecrandis: quas cum Acolythi ecclesiam circumeuntes collegissent,* ducebatur, finito Credo & dicto Dominus vobiscum, Pontifex, *sicut habet vetus Ordo Romanus*, ubi oblationes a fidelibus laicis sive viris sive feminis offeruntur, easdem accepturus. *Ne autem dubitare possimus, quin oblationes istæ essent iidem panes, quos postea consecratos accepturi erant communicantes, faciunt verba, quibus jubetur, ut* Pontifex, qui cœlestem panem accepturus est, a terreno pane, quem jam a laicis accepit, manus lavando expurget: lotis autem manibus surgat...... apportante sibi Diacono oblatas, *quas nunc vocamus* Hostias *seu* Particulas. *Et sic etiam simpli-*

celebratum quod Patenas vitreas,

A *plices Presbyteri, atque in Missis privatis æque ac in solennibus hodiedum manus lavant, post Oblationem Panis ac Vini, mox in Corpus & Sanguinem Christi convertendorum.*

Positura altaris versus Occidentem.

11 *Sic componatur altare, ut sacrificans Episcopus Clerum ante se habeat circum altare, populum a tergo, nisi ubi & quaa de ex speciali jure contrarium fieri debet. Ad quem duplicem usum sic composita videmus plurium Basilicarum Romanorum altaria, inter chorum & navim templi, ut contrario aliis more versa, sacrificantem habrant post se stantem, facie conversa ad Occidentem, & ad populum in navi collectum. Unde fit ut idem Sacrificans necesse non habeat, ad* Dominus vobiscum, *se convertere. Post talia autem altaria ipsumque Sacrificantem consistebant Presbyteri & Diaconi, inter altare vero & populum Clerus reliquus cum Cantoribus. Hoc locorum discrimen, olim commune plerisque, nunc in sola S. Clementis ecclesia Romæ notari, observavit Claudius Castellanus; idque Prædicatoribus S. Dominici laudi vertit; præ aliis, qui antiquam istam dispositionem mutarunt, uti fecerunt* B *Benedictini in Basilica S. Pauli & alibi. Simili etiam formæ Altare idem mihi scribit reperiri Bononiæ in æde S. Petronii; sequr in talibus, ac nominatim in crypta S. Martini sæpe sacrificasse. Tale etiam illud est, quod Narniæ supra corpus S. Juvenalis constitutum ipsi vidimus, & ad* III. *Maii dedimus æri incisum.* D

III. *Ut de manu consecrantis Episcopi, non* Diaconus *aliquis, sed* Presbyter *acciperet tradendam populo* consecratam coronam: *quo loco agi de ipsa Eucharistia populo exhibenda persuasum mihi est. Panis enim, qui ante consecrationem nominabatur* Corona oblationis, *post eamdem vocatur hic* Corona consecrata. *Prioris Appellationis testimonium habemus apud S. Gregorium lib. 4. Dialog. cap. 55. ubi Presbyter obsequenti sibi in balneo animæ istic purgandæ, vivum qualis esse videbatur hominem ratus,* duas oblationum coronas *quas secum attulerat, obtulisse dicitur gratitudinis ergo: illa vero negans sibi licitum vesci eo pane qui Sanctus erat, petiisse ut ipsum* panem pro se omnipotenti Deo offerret, *cum scilicet in Missa consecrando, ita se a peccatis solvendam piaculari illo sacrificio: cur autem vocetur* Corona, *divinet alius; si ab orbiculari ejusmodi panis figura non fluxit, uti fluxisse potuit, appellatio talis.* *Et Corona consecrata.*

3 *Mirum est porro, quomodo Tertullianus, in Montanistarum prolapsus hæresim, præsumpserit laudare Zephyrinum, ut eorum approbatorem. Sed consuetam hæreticorum fraudem, Romanorum Pontificum approbationes mentientium, etiam in hoc retigit confutatque Natalis Alexander sec. 3. Dissert. 1.* *Ejusdem defensa fides.* E

XVII. S. CALLISTUS.

Baron. 217. ad 222. an. 4. m. 9. d. 3.

CALLISTUS, natione Romanus, ex patre Dometrio, ex Regione urbis Ravennatium, fuit temporibus Macrini & Heliogabali, & initio Alexandri, ordinatus a S. Zephyrino in carcere XIX. Julii, in Sabbato, anno CCXVII. successor autem ejusdem institutus XXVI. Decembris in festo S. Stephani, feria VI. sedit qua Vicarius, qua Pontifex, annos V. menses II. dies X. usque in XXVIII. Septembris anno CCXXII: * sepultus in cœmeterio Calepodii via Aurelia XIX. Octobris, quando colitur: & cessavit Episcopatus dies XXI.

Baron. a 221. ad 226. an. 5. m. 1. d. 12.

1 *DIes mortis assumitur ex Actis, quæ habentur, & dicunt, quod corpore Sancti in puteum præcipitato, & superinjectis ruderibus cumulato,* post dies decem & septem veniens Asterius cum Clericis noctu ad puteum, levavit corpus B. Calisti Episcopi, & sepelivit in cœmeterio Calepodii via Aurelia pridie C Idus Octobris: *quæ causa est ipsum tali die colendi, & inscribendi Hieronymiano Martyrologio his verbis:* Romæ via Aurelia in cœmeterio Calepodii Calesti Episcopi: *Propter hoc tamen non debemus formidare, ne aliorum etiam, quorum Acta non extant, dies notati in ita dicto Martyrologio, non sint vere eorum mortuales, sicut hic supponimus. Tempus porro supra indicatum notant Consules novi primo ipsius anno, Christi vero anno CCXVIII.* Antoninus & Adventus; *nec non; ultimi, sub quibus martyrium pertulit,* Antoninus, *non* III. *sed* IIII. Consul, & Alexander. *Corpus ad Crisoniense in Belgio monasterium a B. Everardo Comite, & fundatore translatum creditur; qua de translatione ad dictum cultus diem agimus.* F

XVIII. S. URBANUS.

Baron. 222. ad 231. an. 8. m. 7. d. 5.

URBANUS, natione Romanus, ex patre Pontiano anno CCXXII. XIII. Junii, Feria V. ordinatus in carcere a Callisto Vicarius, eidemque suffectus Pontifex in Dominica XX. Octobris, temporibus Alexandri; rexit qua Vicarius, qua Pontifex, annos VIII. menses XI. dies XII. martyrio coronatus * XXIV. Maii, sepelitur in cœmeterio prætextati Via Appia XXV. ejusdem mensis, anno CCXXXI. & cessavit Episcopatus dies XXXII.

Baron. a 226. ad 233. an. 6. m. 7. d. 4.

NOvi quos Urbanus *post* Callisti *mortem habuit* Consules *anni* CCXXIII. *assignantur a Catalogis* Maximus & Ælianus: *& cum Consulibus anni* CCXXX, *quibus usque in Majum supervixit, confirmant tempus tam Vicariatus, quam Pontificatus supra definitum. Acta diem Martyrii indicant, tertium post* XII. Kalendas, *id est* IX. Kalendas Junii, *ac sepulturam* VIII. Kalendas, *idque in* Cœmeterio Prætextati via Appia. *Verum antea, in opposita prorsus urbis parte corpus tumulatum fuisse videtur, cum in Hieronymiano Martyrologio ad* VIII. Kalen. Junii *sic legatur* Via Nomentana milliario octavo Natalis Urbani Episcopi. *Est autem ibi locus,* ubi Petrus baptizabat, ad Nymphas *dictus, ubi etiam SS. Papiam & Maurum sepultos in eorum Actis legimus, agitque de eo Cœmeterio Aringus Romæ subterraneæ lib. 4. cap. 20.* *Sepultura.*


Hic finitur antiquioris Catalogi Pars I.

HActenus sumus secuti ductum primi antiquissimique Catalogi, sic consenti ut numquam iidem Consules bis nominentur; Pontificumque annos ea eo sic digessimus, ut si prior in suo ultimo anno transcendisset mensem Junium, intelligeremus successori ejus solum *Muratus stylus in notandis Consulibus.*

ad-

Tab. IV


XIX S. PONTIANVS


XX S. ANTERVS


XXI S. FABIANVS


XXII S. CORNELIVS


XXIII S. LVCIVS


XXIV S. STEPHANVS



A adscribi primos Consules, proximo anno Magistratum ingressos; sin autem infra Julium esset mortuus, tunc anni præcedentis Consules claudere conferemus Pontificatum istum, ut sequentis initium notari posset Consulumillorum nominibus, sub quorum magistratu major anni prima pars erat decursa. Post hæc in eodem Catalogo manifeste mutatur stylus, tum aliis in rebus (quas facile promptum est observare) tum maxime in forma notandorum Consulum: sub quibus dum prior Pontificatus finitur & inchoatur subsequens, tam in fine unius quam in principio alterius, eadem nomina repetuntur. Prior Pars, finita in Pontiano, merito creditur sub eodem fuisse conscripta, adeoque haud temere maximam ei auctoritatem concessimus, quisquis demum ejus fuerit Auctor: qui si non fuit S. Anterus, postea Papa, (sicut Henschenio visum est posse per verosimilem conjecturam dici) fuit saltem illius æqualis. Quod sequitur a Pontiano usque ad Liberium, uno secundæ Partis nomine comprehendit Henschenius: sed ego ejusdem vestigia relegens, ut facile est alicui inventis addere aliquid accurationis majoris, sic haud magno superaddito studio deprehendi varios successive Auctores etiam reliquorum; & hanc, quam secundæ Partis Sectionem I. voco, solum usque ad Eutychianum per annos XLV. pertexi; ut ejus major etiam quam prioris auctoritas esse videatur, tamquam a teste prorsus coævo atque per omnia oculato descripta. Patebit hoc, quando in Eutychiano videbimus novam novi Auctoris diligentiam, notantis primum ultimumque diem cujusq; Pontificatus. Interim beneficio hujus secundæ Partis, quisquis eam composuerit, ex hinc progredimur tanto certius, quanto distinctius invenimus Consules nominatos.

Distinctioni argumentum hujus & sequentis partis:

D

quæ etiam varios habet Auctores.

PARTIS II. SECTIO I.

B

XIX. S. PONTIANUS.

PONTIANUS, natione Romanus, ex patre Calpurnio, fuit temporibus Alexandri ordinatus Urbani Vicarius XXV. Julii, in Dominica, anno CCXXX; eidemque suffectus Pontifex, anno sequenti XXVI. Junii, similiter in Dominica, & exul in Sardinia insula se abdicavit, XXVIII. Septembris, anno CCXXXV. * cum rexisset Ecclesiam qua Vicarius, qua Pontifex, annos V. menses II. dies IV. & cessavit Episcopatus mensem I. dies XIV. ipsius vero corpus, martyrio coronati XXX. Octobris, fuit Romam relatum a S. Fabiano, ibique colitur die depositionis suæ posterioris in cœmeterio Callisti via Appia, XIX. Novembris.

E

Ab an. 230 ad 235. eum. 4. m. 2. d. 8.

* Baron. a 231. ad 237. an. 4. m. 4. d. 27.

Tempus sedis per Consules.

1 TEmpora hæc ultro fluunt ex designatis in Catalogo Consulibus, primis quidem Pompejano & Pelignano, Magistratum auspicatis initio anni CCXXXI. (quos adhuc scripsisse potuit more suo Auctor primæ Partis) secundis vero, cum reliqua historia post additis a Continuatore, Severo & Quintiano. Solum pro diebus VII. quos notat Catalogus, ponimus IV. numeris pro similitudine characterum facillime inter scribendum alterabilibus, ut fuerit in Dominica Pontianus ordinatus.

Renuntiatio ex Catalogo I. probata.

2 Renuntiationem Pontificatus nobis indicant hæc verba: In eadem insula discinctus est IV. Kalendas Octobris, & loco ejus ordinatus est Anteros: nec enim nunc amplius placet conjectura, pro discinctus suggerens legendum defunctus; cum secundus Catalogus expresse Pontianum dicat defunctum III. Kalendas Novembris. An autem eodem anno? Nihil est quod contrarium cogat dicere, sed nec quod magnopere suadeat id affirmare. Ut ut sit, ordinatus fuerit Anteros, non XI. sed X. Kalendas, si id in Dominica factum est: & Depositio Pontiani Romæ debuit celebrata fuisse, non IX. sed XIII. Kalendas Decembris. Corrigendi sunt igitur errores numerorum istorum in Catalogis. Anastasius non assuetus diem Mortis Sepulturæque distinguere (quod tamen post hæc sæpius faciendum erit) Obitus quidem diem eumdem non tacuit, sed tacuit diem Depositionis: quod autem in illius exemplaribus editis eidem proponatur, Anteros, manifestum est vitium Librariorum: cum hic, ibi æque ac alibi, legatur loco Pontiani ordinatus.

C

3 Hieronymianum Martyrologium nusquam distincte meminit hujus Pontificis, utpote peregre mortui, solum ad XIII Augusti ibi legitur, Romæ natale SS. Ypolyti Martyris, Pontiani Episcopi, Luciani, Cornelii, Cassiani, Calesti, cum sociis eorum, quod nullo modo videtur huc spectare.

DISSERTATIO VII. al. V.

An inter SS. Pontianum & Anterum locus esse possit Cyriaco Ursulano? deque argumenti negativi in ejusmodi quæstionibus efficacia, & de ipsius Ursulani martyrii tempore, modo, atque auctoribus conjectura.

NOn solu Hierosolymitanorum Episcoporum Series perturbata reperitur intruso fabuloso quodam Cyriaco, Crucis Dominicæ monstratore, tempore Eusebii Papæ, ac denique sub Juliano martyrium passo, qui hac ratione totis quinquaginta annis Sedem illam tenuisset, suppressis tot aliis quos interim istic scimus præfuisse: sed etiam Romanorum Pontificum Chronologiæ, ejusdem nominis alius inter Pontianum & Anterum immiscetur, qui fere biennio sederit. Inter utrumque hoc solum discrimen est, quod Hierosolymitanus ille vetus seculi quarti figmentum sit, annis fortasse vix centum post Juliani mortem natum; Romanus primum nominari cœperit nongentis & pluribus annis post ætatem SS. Pontiani & Anteri, quando S. Elisabetha Schonaugiensis anno Incarnati Verbi MCLVI. divinitus (sicut prætenditur) moniti edocetur, non solum quo tempore passæ sint undecim mille Virgines, verum etiam qui pater S. Ursulæ, quæ cognatio ejus, quantis religiosis tam laicis quam ecclesiasticis personis Collegium Virginum fretum fuerit; & qui & quomodo etiam ipsi cum sacris Virginibus Martyrium pertulerunt. Dicit enim quod quidam Papa Urbis Romæ, Cyriacus nomine, decimus nonus post Petrum, passus sit. Fuit siquidem iste Pontiani Papæ successor, & rexit Ecclesiam anno I. mensibus X. & sic in loco suo virum Sanctum, qui Anteros dictus est, ordinavit: & cum undecim millibus Virginum discedens Sedem suam reliquit. Nam & ipse de Britannia natus plures consanguineas in sanctarum Virginum numero asseritur habuisse; & quia Sedem Apostolicam invito Clero

F

Ex revelationibus B. Elisabethæ Schonaugiensi attributis.

Sub annum 236. inventur hic Cyriacus ut Pontiani successor.

PONTIANUS,

A ro reliquit, nomen ipsius de Catalogo Romanorum Pontificum idem Clerus erasit. Ipse tamen secure hoc fecit: quia divinitus sibi fuerat revelatum, cum eisdem Virginibus martyrii palmam se percepturum. Passum est autem sanctum Virginum collegium, juxta præfatam Narrationem, circa annum incarnati Verbi CCXXXVII.

passim receptus a scriptoribus 12. & 13. seculi,

2 *Hactenus Robertus Autissiodorensis in Chronico, usque ad annum* MCC. *perducto: & his conformia ex eadem Narratione consequenter lego apud scriptores seculi* XIII. *videlicet Albericum Abbatem trium Fontium in simili chronico ad annum* CCXXXVII. *&* VIII. *(nisi quod pro* X. mensibus, *ponat* hebdomadas XI) *Vincentium Bellovacensem, lib. 10. Speculi historialis cap. 40. Thomam Cantipratanum, lib. 2. de Apibus cap. 53. parte 6. Martinum Polonum in Chronico, & Jacobum de Voragine in Legenda; quibus & aliis passim, citra scrupulum talia tunc recipientibus, nec dubitantibus quin ea sic forent ut prætendebantur isti sanctæ Virgini divinitus revelata, summa denique auctoritatis pondus & cujusdam veluti canonizationis prærogativam addidisse visus est Auctor Glossæ ordinariæ, in 6. Decretalium lib.* 1. *Tit. 7.* de renuntiatione, *quem Baldus appellans* Carocium veritatis; *eique* adhærendum esse *docens, promittit quod* secundum eum *procedendo*, in æternum non

ac tandem a Glossa Ordinaria in 6. Decr.

B errabitur. *Glossator iste [Ioannem Andream fuisse dicunt) Addit. 2. ad Titulum prædictum, volens irrefragabile, ut opinabatur, exemplo demonstrare, licite ac valide fieri posse renuntiationem Papatus.* Datur autem, *inquit*, certum exemplum de Cyriaco Papa, de quo legitur, quod cum Ursula & undecim millibus Virginum martyrizatus est. Scribitur enim de ipso, quod sibi quondam revelatum est, quod esset cum illis Virginibus palmam martyrii recepturus. Tunc congregatis Clero & Cardinalibus, coram ipsis renuntiavit dignitati & officio. Sed iste Cyriacus in Catalogo Romanorum Pontificum non denominatur, quia creditum fuit per Cardinales, quod non propter devotionem, sed propter oblectamenta Virginum Papatum dimisisset. *Ita meis ipse oculis legi in editione Parisiensi anni* MDXLIX. *eademque allegantur ab alio in editione Lugdunensi anni* MDLIII.

Scholisque omnibus,

3 *Talia cum jam inde ab anno* MCCCXXX. *in omnibus studiorum Universitatibus prælegerent Magistri, audirent discipuli, inter certissima Iuris Canonici decreta; quid attinet nominare celebres omnis professionis conditionisque scriptores, etiam Archiepiscopali & Cardina-*

C *litia dignitate præcellentes, qui seculis immediate sequentibus, cum colligendis undecumque Sanctorum historiis multa opera cœpit impendi, secernendis vere perquam exigua, certum istud (ut Glossator appellabat)* exemplum *incunctanter protulerunt laudaveruntque? Et quoniam partitis quaquaversum Ursulanarum Virginum reliquiis, longo lateque propagatus etiam fuerat earum cultus, simul cum earumdem Legenda, ecclesiasticis Legendariis inserta; postquam his, propter prolixitatem sepositis, successerunt quæ appellantur Breviaria; antiquiora hujus generis pleraque nihil quidem habent de* Cyriaco, *quia veteris Legendæ priorem dumtaxat particulam exhibent, quantum uni tribusve Lectionibus satis erat; ubi vero solennior cultus vel plures vel prolixiores lectiones adhibendas suasit, etiam de illo referunt præcitata. Sic Romanum apud nos Breviarium, anno* MDXXII. *excusum Venetiis, cum totis novem de ipsa Passione Lectionibus ac reliquo Officio proprio, in earumdem Lectionum sexta, narrato Virginum Romam appulsu, dicit, quod ad earum adventum* Papa Cyriacus valde lætatus, cum ipse esset de Britannia oriundus, eas summo cum honore suscepit, cum omni Clero & Populo. Angelus autem Domini apparuit Papæ in ipsa nocte, monens eum ut cum eis iret & palmam perciperet Martyrii. Quod apud le-

nec non in Breviariis, etiam Romanis.

lans, coram omnibus Cardinalibus, ipsis licet reclamantibus, & dicentibus non decere Papam post quasdam mulierculas abire, Papatui resignavit,.. *& Lectione* VII. Secutus est autem ipsum Vincentius Cardinalis, & Jacobus de Britannia Patriarcha Antiochenus &c. *Allegatur etiam aliud anni* MDL. *Breviarium, paulo aliter ordinatum, ubi similibus fere verbis res eadem dicitur; quodque* renuntiavit, cum anno uno rexisset Ecclesiam & mensibus circiter tribus, nonus decimus post Petrum Apostolum. D

4 *Verumtamen videtur Romanis ea narratio per quam dubia atque suspecta semper fuisse: nam* Bonifacius Papa VIII. *auctor sexti Decretalium; cujus (utpote Cælestino V. renuntiante promoti) maximi intererat, rem adeo insolitam, multumque an licita esset disputatam, exemplis pluribus confirmare; neminem invenit quem nominare vellet, præter* S. Clementem, *licet alioqui (sicut vidimus) nominatissimæ tunc essent quæ prætenduntur revelationes. Cum autem Venetum illud, quod dixi, Breviarium Romæ comparuit; licet in eo nihil haberetur de expuncto* Cyriaci *nomine (res profecto incredibilis & exemplo carens, si non etiam impossibilis) adeo narratio universa displicuit, ut mox expungi jussum sit totum* S. Ursulæ *Officium, pro eoque vetus* S. Hilarianis *restitui ad* XXI. *Octobris; uti apparet in eo quod habemus*, summa cum diligentia emendatum & castigatum, *&* in alma Venetiarum urbe expensis D. Lucæ Antonii Juncta Florentini (*ejusdem qui excuderat primum illud anni* MDXXII.) impressum anno MDXXIV. *Hic tamen in Kalendario adhuc inveniebatur primo loco notatum nomen* Undecim millium Virginum: *ast in eo quod* Joannes Soter excudebat Coloniæ, anno MDXXVI. omnibus Clericis atque Presbyteris, juxta exquisitam atque laudabilem sacrosanctæ Sedis Apostolicæ ordinationem, per totam Christianitatem indifferenter commune, *ubi* Lectiones tam de tempore quam de Sanctis, vel e sacris dumtaxat litteris vel ex probatissimis sunt desumptæ auctoribus, *nec mentionem quidem Virginum invenias. Quomodo autem in Breviario præcitato anni* MDL. *(quod non vidi) rursus compareat etiam* Cyriacus, *equidem nescio: hoc scio non diu sic comparuisse, solamque* S. Ursulæ ac Sociarum Virginum *Commemorationem, absque ulla propria Lectione deinceps fuisse retentam. Glossam quoque veterem, quæ usque ad annum* MDLIII. Cyriaci *renuntiationem servaverat, Gregorii* XIII. *jussu correctam evanuisse.*

sed ab his non comprobatus,

relicta sola commemoratione S. Ursulæ & Sociarum.

E

expunctus denique etiam ex Glossa,

5 *Quid autem mirum, si sagacioribus Romanis, adeo peregrina & primis decem seculis ignota historia, suspecta plurimum fuerit? quando inter ipsosmet Colonienses, sepositis præjudiciis paternisque traditionibus verum animi sensum proferre ausos, non defuerunt, qui saltem* Cyriacum Papam *expungendum judicarent? Unus pro omnibus sit, Coloniæ Agrippinæ notus, Wernerus Rolleviuck, ibidemque mortuus anno* MDII. *Hic in Fasciculo temporum, quem usque ad annum* MCCCCXC. *perduxit, postquam egisset de S. Pontiano:* Nota, *inquit*, quod in quibusdam Historiis habetur, quod Cyriacus immediate successit Pontiano, & Papatum dimisit ut cum Virginibus martyrio coronaretur: sed temporis ratio hoc non permittit. *Ita ille, ex solis quæ tunc habere poterat Catalogorum Pontificiorum monumentis. Quid vero dicturum fuisse putamus, si antiquum hunc nostrum Catalogum habuisset, & recte digestos Consulares Fastos, & in illo ab hujus ipsius temporis auctore scriptum legisset, quod* Pontianus Episcopus in Sardiniam deportatus est Severo & Quintiano Consulibus, ibique discinctus IV. Kal. Octobris, & loco ejus ordinatus Anteros XI. Kal. Decembris, *utrique intra unum eumdemque annum* CCXXXV. *quibus illi Consulatum gesserunt? Prudenter profecto fecerunt Breviariorum Coloniensium tam veterum quam recentium collectores, quod Ursulanæ historiæ epitomen, satis ægre*

nec ipsis fuit Coloniensibus omnibus creditus.

F

A *qui fidem obtinere natam, non putaverint injecta Cyriaci mentione gravandam apud Ecclesiasticae Historiae vel leviter peritos.*

Baronii de eodem sententia,

6 *Baronius, licet in sua chronotaxi, citra Consularem filum ducta, Pontiani mortem differat usque in annum* CCXXXVII. Cyriacum *tamen velut monstrum eliminat ab Historia Ecclesiastica, hisce verbis*: Non audiendi penitus recentiores quidam qui post Pontianum introducunt Cyriacum quemdam Pontificem, cujus nulla prorsus extat memoria in serie Romanorum Pontificum, vel apud Optatum Milevitanum, vel Augustinum, vel Cresconium, aliosve Indices Vaticanos; nec apud Graecos, ut Eusebium, Nicephorum, vel alios; adeo ut ne digna quidem sit, quae pluribus confutetur, sententia; quippe quae nulla penitus nitatur ratione vel testimonio antiquorum. *Hoc modo cum alibi infinitis locis argumentetur eruditissimus Annalium parens, velim scire quibus oculis ista legerint, qui quoties eo ratiocinationis genere cominus urgeri se sentiunt, difficultatem omnem se devorasse putant, si per contemptum dixerint*, Argumenta *istaec* negativa *esse quibus concludatur nihil*, straminea, infantilia, sagittas parvulorum, *idque sine delectu, sine discrimine, quocumque casu; praetereundo eruditis hominibus certissimum quod haberi potest ratiocinium, ad veritatem secernendam a falsitate in rebus antiquis, ubi de facto vel traditione quaeritur.*

in argumento negativo fundata;

B

7 *Stramineus ergo secundum istos argumenta ter Baronius, infantes Patres*, Concilia, Doctores, *quotquot, etiam in causis fidei, nedum in historicis quaestionibus, sic fuerunt ratiocinati. Specimen ex infinitis unum detur alterumve. Gregorius Nyssenus Orat.* 1. *contra Eunomium: Unde hanc* affirmandi audaciam quis habet *ut dicat, ipsum* Dominum, qui est omnis creaturae opifex & conditor, non esse increatum? Ex qua divinitus inspirata voce? Quis Apostolus, quis Evangelista talem emisit vocem? Quis Propheta, quis Legislator, vel Patriarcha, vel quis alius eorum qui a Spiritu sancto afflati & instructi fuerunt? *Catholici Praesules, in Collatione cum Severianis & Acephalis, Constantinopoli habita anno* DXXXII. *oppositos sibi ab illis Dionysii Areopagitae nomine codices hoc repudiant argumento*: Illa testimonia, quae vos Dionysii Areopagitae dicitis, unde potestis ostendere vera esse, sicut suspicamini? Si enim ejus erant, non potuissent latere B. Cyrillum. Quid autem de B. Cyrillo dicimus? quando & B. Athanasius, si pro certo scivisset ejus fuisse, ante omnia in Nicaeno Concilio de consubstantiali Trinitate, eadem testimonia protulisset adversus Arii diversae substantiae blasphemiam? Si autem nullus ex antiquis recordatus est ea, unde nunc potestis ostendere, quia illius sint, nescimus.

quali etiam Patres ratiocinati,

quando Areopagiticae censuerunt,

C

8 *Plura exempla qui volet collecta videre, adeat Ioannis Launoys Parisiensis Theologi Dissertationem de* vi negantis argumenti; *si tamen Dissertatio dici debet, in qua nihil disputatur, concluditur nihil, nisi quod ex sola congerie scriptorum omnis generis, in quaestionibus fidei vel historiae ecclesiasticae sic ratiocinantium, ultro fluat id, quod in Dedicatoria praefatus erat*, eos qui sine ullo discrimine rejiciunt abnutivum omne argumentum, tamquam si nihil difficultatis in eo posset esse; non intelligere quomodo intelligendus sit canon ille, quo ex negativis nihil concludi statuitur. *Id quod adeo certum atque evidens est sensato cuivis, ut is, qui istam Launoyi scriptiunculam excutiendam suscepit magister, ipse statim initio & ante omnia observet, rejiciendas non esse* quaslibet argumentationes negativas, *neque* temere cum aliqua opponitur exclamandum, *ex negativis* nihil concludi: quia Scriptores sacros, *ipsa Concilia*, & Ecclesiae Doctores bene multos, *qua antiquioris*, qua medii, qua recentioris aetatis, *inficialibus* argumentis usos fuisse,

in ea usi sunt veteres;

ut extrema insensibilitatis sit eo numquam moveri,

D

satis superque compertum habemus, cum ea praesertim res agitantur, quae in facto, usu, & traditione consistunt. *Itaque* Cyriaci *Pontificatum etiam ipse inter fabulas reputat, juxta regulam quam statuit sibi hisce verbis*: Tunc in rebus historicis alicujus erit momenti negativa ratio, cum ex generali gravium, literatorum, diligentiumque scriptorum, qui ingenii severitati quamdam prudentiam adjunxerint & ad eligendum & ad judicandum, quique sese invicem per multa secula (si de rebus valde antiquis agatur) subsecuti sunt, reticentia formatur: *& alibi*. Tunc in materia fidei firmissimum est inficiale argumentum quando ex generali Scripturae sacrae, Divinae aut Apostolicae traditionis, sacrorum Conciliorum & Ecclesiae Doctorum silentio depromitur. *Non existimo hominem, haud satis aliequi constantem sibi nec sibi contrarium, adeo excidisse sibi, ut voluerit negativo argumento plus roboris in quaestione fidei quam historia inesse. Nihil ergo in hoc discrepat a Launoyo, mentem suam brevius ille, nec minus clare sic explicantem in Dedicatoria*: Ut res ex seipsa spectetur, nec admittenda nec rejicienda est quaevis abnutiva ratiocinatio; in iis autem quae ex conditione facti, ex usu & traditione pendent, si quadret in omnem penitus subjectam materiam, firmissima judicari debet; si non quadret (quia potest magis & minus quadrare) aliquando probabilitatis habet aliquid, aliquando nihil, idque saepius: a quo in discrimine regula nulla possit certa constitui, sed quidquid est totum viri sapientis & aequanimi judicio relinquatur, ex quo recte & apposite ratiocinandi leges omnes manarunt.

quod cum generale est aliis videtur firmissimum,

E

9 *Quamvis enim in rigore Dialectico non sequatur* Non est scriptum vel dictum, ergo non est factum (*nec enim minus fuisset a Christo suscitatus Lazarus licet hoc Ioannes aeque ac alii tres Evangelistae tacuissent, tacuissent etiam Apostolorum discipuli, & his aetate proximi omnes*) *recte tamen sequitur*: Hoc vel illud caret congruae antiquitatis & auctoritatis testimonio, ergo factum esse non est prudenter credibile; *sicut non esset credibilis resuscitatio Lazari in universali omnium eorum silentio, qui rei gestae vel interfuissent ipsi vel ex praesentibus accepissent, post centum, ducentos, nedum post septingentos aut mille annos simpliciter asserta; tunc enim locum habet illud Baronii*: Quod a recentiori auctore de rebus antiquis sine alicujus vetustioris auctoritate profertur, contemnitur. *Tanto autem fit certior & evidentior ex argumento negativo demonstratio, quanto notitia facti, de cujus credibilitate controvertitur, ad plures pertingere & a pluribus scripto consignari debuisset, propter insignem sui claritatem: qualis est Romani Pontificatus assumptio, resignatio, vel mutatio; ut est in casu nostro, ubi & scriptor habetur, ipso quo Pontianus discessit est Anterusque ordinatus anno, Catalogum ab alio collectum prosequi incipiens pro proximis quadraginta annis; tamque secuti tot alii; quos non est credibile non rescituros aliquid de* Cyriaco *fuisse, etiam illo tacente, si umquam in rerum natura extitisset.*

& solum valet ad fidem suspendendam in quaestione facti,

absque congrua antiquitatis testificatione propositi,

F

9 *Accedit, quod qui eum primi extulerunt in lucem, eas junxerint circumstantias, quae faciendae fidei adeo nihil prosunt, ut potius obsint vehementer. Tale est, quod Romana Urbs ac Europa pene totius Curiaque Pontificia ei proponatur sub Pontificatu* Cyriaci *fluere, qualis fere est hodie, plena Regibus, Principibus, Ducibus Christianis; & quidem cum titulis Angliae, Burgundiae, Brabantiae, Constantinopolis; liberrimoque per loca sacra discursu, Cardinalibus quoque & Patriarchis; quorum unus* Jacobus, *natione* Britannus *septem annis ecclesiam Antiochenam rexerit; visendique gentilis sui* Cyriaci *causa Romam advectus, factus sit itineris Coloniensis socius; & tumulandis caesorum per* Hunnos *corporibus sit operam dederit, eo quo post*

quod: nec est sepulcralis titulus S. Cyriaci;

ceteros

ceteros vixit triduo, ut præcipua quoque nomina saxo insculpserit, prout a Gerlaco Abbate Tuitiensi ad B. Elisabeth perscripta fuisse prætenduntur; de Cyriaco *autem nominatim sic.* S. Cyriacus Papa Romanus, qui cum gaudio susceperat sacras Virgines, & cum eisdem reversus martyrium suscepit. *Ecquæ obsecro hic umbra antiquioris styli, & ad seculum Christi tertium referibilis? Quis autem* Jacobus *iste, ignotus Antiochenorum Episcoporum Catalogis, æque ac* Cyriacus *Romanorum? Idem, inquit, qui Eusebio aliisque* Zebennus, *vel* Zebinus, *cui Nicephorus sex annos tribuit. Audio: sed idem Nicephorus, successori ejus Babylæ Martyri sub Decio solum assignat annos tredecim, proinde successisset is* Zebenno *primum anno Christi* CCXL. Zebennus *vero ordinatus* Modesto & Probo Coss. *id est anno Christi* CCXXVIII. *sedisset annos duodecim integros. Incerta igitur ea ratiocinatio est, & incertior longe conjectura, qua in unam personam conflantur gemina tam diversa nomina: & quidem ut in Antiochenam Cathedram inducatur homo Britannus, ex alieno Patriarchatu advena, absque ullo vetusti exempli suffragio.*

quem Jacobus Patriarcha Antioch. sculpsisset statim ab ejus martyrio.

Nihilo certius idem ordinatur esse Zebennus.

11 *Neque levior difficultas est circa eum, quem sibi* Cyriacus *renuntians suffecisse successorem dicitur. Nam B. Verena, quæ prætenditur Elisabethæ revelasse renuntiationem ab illo factam, quodque is* non prius ab urbe regressus sit quam ipsius consilio alter ei nomine Anterus substitutus est, *contradicit Anonymus, similem sibi factam revelationem prætendens, & asserens, quod* B. Cyriaco subrogatur in Summum Pontificem Hilarius. *An etiam hic dicetur binominis, nullo teste, auctore nemine?* Expedita responsio, *inquit, Hermannus Crombachius, in Vindiciis Ursulanis pag.* 553. idem qui Latina voce *Hilarius*, Græco & genuino nomine *Anteros* nominatur: nam Græca vox Ἀνθηρὸς Latine idem quod Floridus, seu Hilarus vel Hilarius significat. *Miror responsi promptitudinem, sed mallem laudare soliditatem. Græce enim* Ἀντέρως *apud Eusebium & alios scribitur, quod est* Amor reciprocus, *& penultima brevi hactenus semper dictus est* Anterus *vel* Anteros, *non* Antherus: *unde Nicolaus Maniacutius in metrico Pontificum Catalogo, ad Alexandri III. Pontificatum, in quo desinit, proferendo, relatis* XVIII. *decessoribus* Pontiani, *sic porro canit:*

quem pro eodem sumitur Anterus & Hilarus.

Post hos succedit, Papatus in arce locatus,
Hinc Pontianus, hinc Anterus, hinc Fabianus.

12 *Porro tam multis istiusmodi responsis scatet opus Crombachii, ut verear ne quam tuendam suscepit causam, difficiliorem longe reddiderit; de qua licet nihil dum valeam velimve definire, rem integram successoribus servans in Octobrim; de ipsis tamen qui prætenduntur revelationum libris, non possum non judicare, mera esse figmenta; a quibus quidem conatus sum* B. Hermannum Steinfeldensem *liberare, ad diem* VII. *Aprilis; nunc autem observo* Anonymum *præfatum, pravi sui consuetudine, nomen proprium exprimere, per initialem litteram* N. *non* H. *adeoque ab* Hermanno *esse diversissimum, fortassis* Nicolaum. *An autem etiam* B. Elisabeth, *quam* Frater N. *secutum se profitetur, possit credi falso alienæ fictionis invidia gravari, videbimus ad* XVIII. *Junii. Certe cum recordor Actorum S. Suiberti, in Cæsaris insula non procul Colonia per tantam fingendi licentiam consarcinatorum, quantam horror sit vel leviter designatam a Bollando nostro illa refutante videre ad I diem Martii; cogor vereri, ne Suibertinis ac Tuitiensibus monachis certamen fuerit, utri plura fingerent, hi sub nomine* B. Elisabethæ *divinitus inspiratæ, isti sub titulo* S. Marcellini *coævi ac discipuli: quidlibet profecto toleraverim potius, quam pro cælestibus revelationibus talia suscipiam.*

Non ausim eas falso B. Elisabethæ adscribere.

Sed pergam quærere verum, cum S. Augustino.

13 *Interim placet illud Augustini lib. I. de mendacio ad Consentium cap. I.* Quæstionem *istam* cum solicite tractabimus, ut quæramus cum quærentibus; utrum autem aliquid inveniamus, nihil nobis temere affirmantibus, lectori bene attendenti satis indicabit ipsa tractatio .... in qua si ullus error est, cum ab omni errore veritas liberet, atque in omni errore falsitas implicet, numquam errari tutius existimo, quam cum in amore nimio veritatis & rejectione nimia falsitatis erratur: qui enim severe reprehendunt, hoc nimium dicunt esse: ipsa autem veritas fortasse adhuc dicat, Non est satis. *Sanctus quoque Martinus, ad altare a* superioribus Episcopis constitutum *cuidam (ut credebatur) Martyri,* de quo tamen nihil certi constans sibi majorum memoria tradidisset, grandi se scrupulo permoveri *ostendit; & aliquamdiu a loco illo se abstinuit;* nec derogans religioni, quia incertus erat; nec auctoritatem suam vulgo accommodans, ne superstitio convalesceret, *sicut in ejus Vita cap.* 8 *narrat Severus Sulpitius. Ipse Crombachius, modestior, quam ut evidentiam argumenti negativi contra Papatum* Cyriaci *ausit velitque contemnere; licet fateatur eosdem omnes qui pro illo stant, sic loqui ac si is verum supremumque Pontificatum gessisset; solum petit ut saltem* Pontiani *in exilium relegati* Vicarium *fuisse patiamur. Sed neque hoc possumus, constricti auctoritate* Catalogi, *ipso tempore cæpti continuati, affirmantisque, quod* Severo & Quintiano Coss. *id est anno* CCXXV. Pontianus & deportatus in insulam, *&* in eadem III. Kal. Octobris discinctus est; *&* loco ejus ordinatus Anteros Consulibus suprascriptis, XI. Kal. Decembris. *Idem de* Antero *postea dicit, quod* sedit mense uno diebus X. *&* dormit III. Nonas, Maximino & Africano Coss. *id est* CCXXVI. *successitque iisdem Consulibus* Fabianus.

& S. Martino.

Quin neque credere possum Pontiani Vicarium Cyriacum fuisse.

14 *Satis autem videtur ridiculum, quod* Maximinus (*aliis* Maximus) *&* Africanus, *Consules anni præfati, trahantur ad annum aliquem posteriorem, si non ut Ordinarii (nam alii nominantur in Fastis) saltem ut Suffecti: quodque non solum primus (qui utique etiam Imperator erat) sed etiam secundus donetur titulo* Principis, *velut Collega in Imperio. De utrisque autem simul dicatur, quod* cum explorassent iter *Sanctarum,* quo perrecturæ erant, miserunt cum festinatione legatos ad quemdam cognatum suum nomine Julium, qui erat Princeps gentis Hunnorum, hortantes eum ut educto exercitu suo persecutionem *Sanctis* inferret, ac deleret *eas.* *Quasi* Maximinus, *qui mox a sua evectione ipsoque anno* CCXXXVI. persecutionem fecit adversus Ecclesiarum Sacerdotes, *tam Romæ per se quam alibi per edicta sua, ut scribit Eusebius; timuisset Romæ & sine milite copioso aggredi imbellem ejusmodi turbam: & opus habuisset barbarico exercitu, nescio unde evocando Coloniam, quo iter instituisse intellexerat. Barbarus quidem* Maximinus *erat, Gotho patre, matre Alana, rusticanis hominibus natus in Thracia; ex pastore ovium miles Romanus, ex milite autem citra Senatus suffragium ab exercitu acclamatus Imperator: sed hujus cognato Julio (si quis fuit unquam ei cognatus hoc nomine) quis nisi temere parem felicitatem dederit inter* Hunnos, *apud Mæotidem paludem longe a Thracia commorantes, & integro post hæc seculo ac primum duce Attila in Romanum Imperium progressos. Ferrei capitis ac stomachi sit oportet, qui hæc omnia sustinere atque concoquere sic posse se credat, ut ea pro divinis revelationibus suscipiant alii, & nefas putent vel dubitare.*

aut Maximini Imp. ejus ac Virginum necem.

Hunnis Coloniæ perdendam commendasse.

15 *Non est tamen culpandus Hermanni Crombachii, viri omnino optimi & mihi quoad vixit amicissimi, zelus; quo etiam illa, quæ de Breviario Glossaque expuncta circa* Cyriacum *diximus, defendere ut vera conatus est. Recte enim ac vere sentiebat, ex istiusmodi Ecclesiæ dispositione nequaquam sequi, erroneam esse opinionem quæ Coloniæ retinebatur; & qua subversa, videbat vacillare fidem sepulcralium, de quibus egimus titulorum, & revelationum earum quas desuper putaba-*

A *botur babuisse B. Elisabetha. Netamen vel in boc arguis possis, consulendum sibi credidit Petrum Mariomum, Jurisprudentiæ titulo inter Romanæ Urbis Advocatos sub Urbani VIII Papatu celeberrimum; unde etiam responsum accepit, a nostro scopo non alienum, & pag. 121. integre ab eo productum in hæc verba:* Non crederem Glossam Joannis Andreæ idcirco minime allegari posse, quod e corpore Juris Canonici erasa fuerit, cum minime appareat summi Pontificis auctoritate fuisse improbatam. Nam Gregorius XIII. in priori constitutione, quæ in ipso Decreti a Gratiano compilati vestibulo occurrit, verbis utitur .... ex quibus apparet, non fuisse intentionem summi Pontificis, ut Glossæ Catholicorum virorum, quamvis erroneum aliquid continentes, de medio tollerentur; cum satis esset, brevi aliqua nota apposita, lectorem de recta sententia admonere; id quod videmus in pluribus locis Decreti, tam respectu Glossæ quam ipsius Gratiani, factum fuisse. Verum ut concedamus ab illa sententia appellari posse, & Joannem Andream in locum, unde fortassis nimis rigide rejectus fuerat, esse reponendum; non babebit tamen ejus Glossa (*de*

non reprehendo tamen quod ex punctam Glossæ vertit valde aliquis;

nec enim hoc Ecclesia prohibet;

B *Cyriaco scilicet*) eamdem vim & efficaciam, quam reliqua ejus scripta obtinent, quæ de Juris Pontificii quæstione tractant, maximam scilicet apud omnes ... sed eam quam habent Jurisconsulti, de aliena professione tractantes, qualis est historiarum cognitio, quæ, pro temporum conditione, non potuit ad Joannem Andreæ, nec ad ceteros ejus ætatis, exacta pervenire.

16 *Non poteras ipsa mei Jurisprudentiæ optime respondere in Historicorum favorem, qui non existimant Pontificia auctoritate se constringi, ad habendam pro cassato quidquid quomodocumque probatum improbatumve Romæ fuerit. Nec fane quia ex lectionibus de S. Brunone, ad instantiam Academiæ Parisiensis, expuncta est occasio conversionis vulgo jactata, desinit religiosissimus Patrum Carthusianorum Ordo eamdem adhuc et veterari tueri; & Joannes Columbi noster in sexto suorum Opusculorum ponere non dubitavit Dissertationem de eo argumento; doctam fane, sed in qua non satis æquus Adversario suo, nec considerans quo de argumento disputaretur, accusat eum irreverentiæ in Apostolicam Sedem, quod illam damnari Canonici anastasim, nunc quidem expunctam, olim tamen in Romano*

sicut nec reprehendi potest qui possit expungere Breviario;

C *Breviario lectam probatamque, subinde ausit appellare Fabulam. Quasi vero Breviariorum collectoribus & recognitoribus historiarum illis contentarum quidquam detrabat, quod ut homines humanis opinionibus ducti, potuerint aliquid ut verum recipere, quod posterior atque eruditior ætas plane ut fabulosum explodit.*

17 *Neque adeo peregrinum videri cuiquam debet, si magnis rationibus adductus aliquis (uti adducti fuerunt illi qui prædictam anastasin primi vocarunt in controversiam) contra totius nostri Ordinis sensum veniat circa ejus originem. Numquid enim (ut alios præteream) Sanctus ille Cyriacus Hierosolymitanus, initio hujus Dissertationis nominatus desinit esse modis omnibus fabulosissimus, quia Crucigeri per seculorum priorum ignorantiam cœperunt dicere, eum fuisse Fundatorem sui Ordinis; licet certum aliis videatur, eos primum venisse in censum religiosorum Ordinum, sub imperio Latinorum in Syria; & vere Sanctus Hierosolymorum Episcopus Cyriacus, longe antiquior Crucis inventione demonstretur? Satius igitur fecisses, Columbus si animo & calamo temperans rem suam egisses; ostendissetque prædictam anastasin non primum audiri & credi captam (uti Adversarius dixerat) tribus fere seculis post mortem S. Brunonis, quando ipsam scripto consignavit Joannes Gerson anno MCCCCXX. sed testes habere, quos in prima appellat pagina, ex Ordine Carthusiano ab anno MCCCXCI. LXXXIII. & XLII. imo MCCXCVIII. & MCL. sic ut ultimus solum XLIX. annis*

aut contra quæ aliquando ita fuerint, haberi pro fabulis.

distet a morte Sancti Fundatoris obita anno MCI. Ita D *agendum aliis quibuscumque, cupientibus in historica quæstione movere veritatis amatorem ad prudentem assensum: non advocandus Deus e machina; nec si quid forte erravit Pontifex aliquis fastuose jactandum, maxime in ea re quæ notitiam ejus enormi excedit temporis intervallo; multo minus exigendum ut Papalia omnia verba in summo quem aliquis forte pretendere potest intelligantur rigore; sed gratia habenda iis qui tolerabili aliquo sensu eorum conantur solvere veritatem, quando rigor ille teneri nequit; hæc enim summa est quæ illis tali casu debetur reverentia.*

18 *Hic finieram, cum mibi aurem vellere Crembachius visus est, & quasi Henschenium nostrum legisset, ad XIII. Maji in Comm. de S. Servatio num. 13. disserentem de tempore Hunnicæ irruptionis, amice quærere, quid tandem de Ursulano Martyrio sentiam. Etenim Magister ille meus illud sic transfert a tempore imperantis Romæ Maximiani, id est, ab anno CCXXXV. ad ætatem Maximi, tractis in suos partes Britanniis Galliisque tyrannidem exercentis extincto Gratiano, circa annum CCCLXXXIV. ut tamen non contemnat Ursulanarum peregrinationem & navigationem per Rhenum, cum dicit; Hunnos,* dum Gallias occupat Maximus, populabundos excurrisse per eas omnes, quæ illi se primæ adjunxerant Germaniæ superioris inferiorisque regiones, ipso fortassis anno CCCLXXXIV. quando XXI Octobris, in eosdem, Coloniam Agrippinam obsidentes, videntur incidisse Ursulanæ Virgines, cum illi scilicet jam essent in reditu, Remis Tungrisque & aliis pluribus urbibus destructis; cumque eorum vestigia insequeretur Maximus, ut adversus similes incursiones deinceps muniret regiones, sedemque Imperii sibi Treviris constitueret.

Quæstionibus de Ursulano Martyrio quid censeam.

respondeo, satis placere, an. 384. Hunnicæ irruptionis annum,

E

19 *Placet, fateor, ista Henschenii quoad tempus ratiocinatio; nec mirarer si fabulosæ Legendæ Auctores, uti Maximinum supposuisse videntur pro* Maximo; *ita fingendi* Cyriaci Papæ *occasionem sumpserint a* Siricio, *quem circa Hunnicæ incursionis annum Romæ præfuisse Pontificem, bona vena acceperant traditione, siquidem is anno CCCLXXXV. Januarii mense, ordinatus fuit. Satis etiam tunc libera ac frequens fuit ad Urbem peregrinatio fidelium, ex quibuscumque Christiani Orbis partibus. Non tamen potest mibi facilis credendo apparere narratio, quæ simul ex Britannia solvere facit plus quam ducentarum navigiorum classem (nec enim paucioribus opus erat ad transvehenda XI. millia Virginum, cum congruo numero clericalis, familiaris, ac nauticæ comitatus) eamque adversis ventis actam, totam impellit in aliquod Rheni ostium, per quod Basileam usque subvecta incredibilis tali tempore peregrinarum multitudo, reliquum iter per Vindelicos Rhætosque terra confecerit, in tanta tunc scribentium copia nemini noto memoratave; eo tamen in primis memorabilis, quod pro majori parte Virginibus constaret, omnia odore sanctitatis suæ & futuri martyrii fama sic replentibus, ut complures Italicorum civitatum Episcopi, Reges item ac Principes, ipsas fuerint usque Coloniam comitati. Adde, quod Rheni ac Mosæ commune ostium (nam de veteris Rheni medio alveo, etsi tunc adhuc patente, sed tamen propter deductas in Leckam & Vahalim aquas exili, cogitare non licet) ostium inquam illud, duorum tantorum fluviorum in Oceanum effundendorum capax, & multo nunc etiam quam tunc amplius; nullas a mari naves longe ultra Roterodamum transmittit; quæ autem ex Hollandia Coloniam usque subeunt navigia planioris carinæ necessario sunt, quam quorum in mari usus est: ista autem vix ultra Confluentiam Rheni atque Mosellæ aut saltem Muni pervadere possint, quin minoribus opus sit, ut Argentinam usque perveniatur: hinc vero Basileam, propter summam fluminis rapiditatem, non datur ascensus, nisi forte exiguis lintribus, multipli-*

sub Maximo tyranno & Siricio Papa,

non tamen diversis Virgines, aut Romam profectas per Rhenum,

F

K cate

A *cato remigum nisu impulsis, ut mihi Argentina scribit noster nunc ibi Collegii Rector P. Carolus Darsonval. Ruit igitur etiam ex hac parte navigatio ex Britannia; etiam eo casu quo tuto identidem navigiorum qualitate & quantitate sulcatum Rhenum volueris dicere; quanto enim hæc minora feceris Basileam pervenire, tanto magis oportebit augere numerum, eumque facere tam enormem, ut incredibile omnino sit, tot simul inveniri potuisse cymbas potuisse, quot opus fuisset XV. aut XVI. millibus animarum deportandis.*

aut matrimonii causa collectas,

20 *Quid ergo?* inquies. *An obliterata peregrinatione Ursulanarum Romana, in Baronii sententiam ibimus, sequentis Galfredum Asaphensem, apud ipsosmet Britannos maxime de fabulositate suspectum, quamquam ille profiteatur interpretem se dumtaxat fuisse historiæ, patria lingua ante duodecimum quo vivebat ipse seculum conscriptæ? Dicit is, Conano Britanno ejusque militibus, in Aremorica Galliæ regione stabilitis a Maximo, petitas a Dionotho Cornubiæ Rege uxores fuisse; in quem finem Rex ille filiam Ursulam cum XI* B *millibus Virginum ex nobilitate lectis, aliis autem ex plebe ad LX. millia, imposuisse navibus undecumque accersitis; quarum majori parte disjecta aut submersa, cetera cum Ursula, inciderint in exercitum Guanii Hunnorum & Melgæ Pictorum Regis, Gratiani jussu maritimam inferioris Germaniæ oram populantium, ad infringendas vires Maximi, sibi Imperium arrogantis: horum autem lasciviæ cum nollent parere puellæ, omnes fuisse trucidatas. Refecuit illam LX. millium appendicem Baronius, ad an. 383. satisque habet, si* duabus Britannicis Legionibus (*constabantur autem legiones singulæ, cum plenæ erant, sex mille capitibus*) pro numero militum qui tunc in iis reperti fuerunt, totidem delectæ virgines *sint*, omnes numero undecim mille. *Credat qui potest, aut in Aremorica tantam fuisse mulierum inopiam, ut exemplo, nullis in historiis legendo, eæ debuerint trans mare accersi; aut tam facilem futurum Britannorum Principum aliquem, ut totum fere feminei sexus florem ex ditione sua in peregrinam mitteret regionem, maritos istic inventuram. Magis tamen mirer, deprehensas a piratis maritimam oram infestantibus dici; &, quia ad primum ipsarum conspectum exarsescentibus in libidinem barbaris consentire noluerint, statim fuisse cæsas,* quod properarent C alio (*verba Baronii sunt*) nec esset otium eas demulcere blanditiis. *Cogitandum utique erat, ad Coloniam Agrippinam mactatas omnes; urbem neutiquam maritimam, sed quo adverso flumine ægre subire navis mediocris quamvis expedita possit, remulco vel remigio acta, intra octo vel decem dies. Hunnorum præterea natio, ex ea regione, quæ nunc Tartaria Crimensis ac Precopensis dicitur, ad Mæotim paludem deducta, tam parum videtur experta fuisse expeditionum maritimarum, quam assueta percurrendis summa celeritate provinciis. Valeat ergo etiam istud commentum, neque vel ex Britannia venisse Virgines, vel adverso Rheno subvectæ enatæ credantur, aut omnino navigasse; quando jam peregrinationem Romanam rejecimus, a qua redeuntes Basilea navigiis descendisse secundo flumine dicebantur.*

aut a maritimis piratis intercepta,

aut vel sic asta Coloniæ.

21 *Ceterum facilius mihi est explicare, quid non esse credendum putem de hoc argumento, quam per conjecturam utcumque receptibilem decidere quid verosimilius dici possit. Cædem multitudinis copiosæ ad mœnia urbis Coloniensis patratam, testatur ager Ursulanus, nunc urbe inclusus, unde primum seculo VI. tum aliis successive temporibus, eruta sunt Sanctarum corpora, partim singula, partim humo infossa manipulatim, eo verosimiliter modo quo narravit nobis Crombachius haud diu ante annum* MDCLX. *inspectante se, inventa ad ordinem quinquaginta corpora integra, in ipso agri Ursulani quasi centro, octona scilicet aut dena, pro fossæ latitudine una in linea lateraliter juncta, tum modica* D *interjecta humo totidem alia, atque ita plures una in fossa ordines: vidimus autem ipsi eadem deinde ossa, unum comportata in locum, cum evidentibus cædis indiciis fragminibusque telorum hinc inde admixtis, sicut illa corporibus ipsis, & quædam ossibus fixa fuerunt, quorum iis atramnum inhærebant cuspides. Sanctæ Ursulæ, & aliquot præcipuarum Sociarum Translationi, ante annum* DC. *factæ. Testimonium præbet Vita S. Cuniberti, paulo post ordinati Episcopi; cujus capiti,* in Basilica Sanctarum Virginum *sacra facientis, visa fuit insidere columba, ac deinde* juxta tumulum cujusdam Virginis *elabi ex oculis. Ex ea namque templi Ursulani tam veteri nomenclatura, apparet, jam tum certo creditum Coloniæ fuisse, magnam Sanctarum Virginum ac Martyrum catervam ea in regione cæsam atque humatam haberi, quarum numerus vulgo undecim millium censebatur; etsi tum adhuc paucarum vel nullarum cognita haberentur nomina, paucarum etiam sepulcra expressiori notitia signarentur; annis* E *non multo pluribus quam ducentis ab ea decursis tempora, quo Hunnos Coloniam obsedisse credimus.*

Inventio de cæde constat

deque antiquo cultu,

22 *Ferreus sit, qui tam antiquis fundamentis nixæ Coloniensium traditioni fidem omnem negare sustineat, velitque tenere, non aliud eo loci fuisse quam civium cœmeterium, quorum deinde, vel naturali morte functorum, vel in aliqua barbarorum incursione cæsarum, fuerint corpora seculis tanto posterioribus reperta. Feminei generis esse pleraque, & quidem talia quæ Martyrum Sanctarum haberi mereantur, traditioni prædictæ credo: solum laboro, ut inveniam, qua ratione (nam de tempore puto satis nunc inter eruditos constare) adducta Coloniam ea turba sit. Ad hujus autem dubii elucidationem aliquam juvat notare, quod supra monui, Hunnos ex ea processisse regione, quam hodie ad Mæotim paludem Tartari tenent. Horum porro qualis est hodiedum bellandi ratio, talem tunc fuisse Hunnorum qui dixerit, numquid non verosimilia dicere videbitur? Scimus autem, & nimium scimus omnes, gentem istam, solis fere arcubus sagittisque & velocissimis equis instructam, fecalis instar procellæ pervadere regiones, vastando, urendo, cædendo, nec aliis fere parcendo, quam quos sexus & ætas servituti barbaricæ venales exponere suaserit: quales tanto sæpe numero, ex provinciis Regi Polono Cæsarique subjectis, abduxerunt; ut qui copiam mancipiorum quotannis per eos advectorum, considerant; mirentur adhuc homines inveniri, in regionibus eorum incursioni obnoxiis.* F *Et hi quidem nunc fere promiscui sexus captivos abducunt ex iis quas incursarunt terris, barbaris & inclementia magna; mulieribus tamen sic abductis, quantum hactenus inaudimus, non magnopere sunt graves; cum & ipsi durante expeditione parvo parcoque assueti victui, & facti ad ærumnarum pene incredibilium tolerantiam equitationemque quotidianam, tunc temporis minus proni in venerem sint; & captivorum corpora cupiant salva & integra adducere ad mangonium, eoque vel maxime virginibus parcant.*

Hunni autem Tartaris similes omnino fuerunt,

feminas & virgines capere non stuprare soliti:

23 *Nec quemquam in nostro casu moretur numerus undecim millium. Legat libri Numerorum Cap. 31. & inveniet quod Israelitæ, ulcisci Madianitarum sacrilegium jussi, falsisque virginibus parcere; ex uno illo populo non maximo, in partem prædæ numeraverint* animas hominum sexus feminei, quæ non cognoverant viros, triginta duo millia. *Quod si regiuncula una, horarias leucas 150. ambitu sua vix complexa, conferatur cum Alemannia (in quam teste apud Maximum legata Ambrosia) aversi a Gallia Hunni fuerunt, prompti alioqui irrumpere in eam per Rhætiam, quo ferebant contra Juthungos a Bauthone Valentiniani duce directo) & cum reliquis Adrhenanis usque in Brabantiam provinciis, quarum sola longitudo plusquam centum leu-*

qui eorum XI. millia facile collegerint, Alemanniam

Belgicamque populantes.

ca-

A *eorum est, & per quas Hunni dextrorsum ac sinistrorsum excurrerunt, usque in Campaniam Gallicam Flandriamque; non multum videbitur, quod exercitus aliquot centenorum fortasse millium (septingenta adduxisse Rex Attila seculo sequenti dicitur) cum præda per tot regiones acta iter relegens, in ea numeraverit undecim millia illibatarum Virginum. Illis autem ad Coloniensia mœnia tandem residentibus, & rerum undique raptarum affluentia diuturna satiis, insolitus alias in femineum ardor inciderit; Ducibus præsertim, in formosiores ac nobiliores, qualem omnium Principem* Ursulam *concipere licet; concaptivas ceteras verbo exemploque animare solitam, ad tenendæ fidei castitatisque constantiam. Hac vero constantia exasperati illi, omnes demum in orbem cinctas sagittis confecerint; eo verosimiliter magis, quod ad solvendam obsidionem appropinquare diceretur Maximus; & ducentas adhuc leucas emetiendas habentibus antequam in suas sedes reverti possent, non valde commodum esset, tanta imbellis ac delicatioris sexus multitudine gravem exercitum trahere, alia opulentiori præda satis impeditum. Quamquam nec alienum a barbaris sit, captivos Christianos simul omnes mactare, cum instans ab hoste potentiori metus prædam cogit dimittere, ad accelerandum recessum. Hoc vero cum ex odio Religionis agere merito censeatur;*

Et instante a vergo Maximo, prope Coloniam trucidaverint;

Idque, ut solent barbari, ex odio fidei.

B *possent, absque alio pro castitate certamine, cæsæ sic Virgines, censeri Martyres; maxime cum usus istius ævi Titulum eum extendere soleat ad quoscumque Sanctos, etiam a latronibus & grassatoribus cæsos; accedentibus præsertim divinis revelationibus atque miraculis, testantibus eorum mortem in Dei conspectu pretiosam fuisse. Talia autem, puta nocturnorum luminarium &c. etiam in hoc casu possumus concipere, ut ipsarum meritis solutam eam obsidionem crediderint Colonienses, & occisarum corpora singulari cum accuratione putaverint esse humanda; quarumdam etiam, quas principaliores fuisse paucula adhuc semiviva docebant, concedere voluerint singularibus in arcis, addito ipsarum nomine.*

24 Erit fortassis qui prædicta sic approbet, ut tamen ad vulgatam Ursulanarum Legendam accedere cupiat propius, malitque tragicis circumstantiis narrationem vestire, concipiendo v. g. Regio Alemannorum sanguine Virginem, initio expeditionis captam, Ducique Hunnorum adductam, quæ eam relictæ domi filio sponsam destinaverit, atque honorifica ea causa habuerit, oblatæ conditioni prudenter acquiescentem; solumque postulantem, ut ceteras quæ ita capi contingeret sibi ducendas, & barbarorum ingenio aptandas ille permitteret,

Possunt eadem legi salvo per vitiosa consimilis,

C *quousque in Hunniam adducerentur. Hoc autem impetrato, cœperit eas solari prudens Virgo, atque ad patientiæ animare exercitium, facturas ex necessitate virtutem, & (si constantes forent) aut Martyrii palmam obtenturas, aut barbaram illam gentem conversuras ad fidem Christi, quemadmodum Iberes legitur una Christiana ancilla convertisse. Tum vero etiam curaverit, ad spirituale suum ipsarumque solatium, captivos Presbyteros vel etiam Episcopos servari in vivis; non invito Duce barbaro, cui commodius erat volentes & læto animo sequentes ducere, quas invitas mœrentesque traxisset longe difficilius. Addat quis, si volet, eidem Duci, erga Virgines humaniori, sed in oppugnatione Coloniensis urbis defuncto, successisse alium, qui in concupiscentiam Ursulæ accensus, quem blanditiis non poterat, voluerit minis extorquere consensum; non ipsam tantum, sed totum virgineum gregem suo immolaturus furori, si Ursula pergeret refragari. Ipsa vero, nihil iis mota, prælegerit mori; idque ceteræ etiam inductis, ut illatam tali causa mortem generose exciperent: cæde autem patrata, & una quæ latuerat Cordula reliquis postridie addita, immissum divinitus terrorem panicum, qui diffugere compulerit barbaros, & corpora*

ac deinde dispersi panico terrore barbari.

Colonienfibus sepelienda dimittere.

D 25 *Quod si omnino velit quis,* S. Ursulam *Regis alicujus Britanni filiam fuisse, atque ex Britannia Romam ivisse, indeque redeuntem secundo Rheno defluxisse Coloniam, eodem tempore quo ipsa ab Hunnis improvise adductis obsidebatur; neque hoc desperabo posse verosimili aliqua ratione tenere, rescissis iis quæ fidem humanam superant circumstantiis. Sane cum Tertullianum gloriantem legimus Lib. Adv. Iudæos cap. 7. quod* Britannorum inaccessa Romanis loca Christo sunt subdita; *non possum intelligere Scotos aut Pictos, trans celebrem illum murum ad partes insulæ Boreales tunc positos, indeque Romanis æque ac Britannis infestos; sed eos qui ad Occidentem siti, linguam semper suam, adeoque & libertatem, & Reges proprios quadamtenus tenuerunt; Religione quidem Christiani plerique, sed adeo barbari, quales lacrymabundus Gildas describit; apud quos (ut cetera taceam)* ungebantur Reges, non per Deum, sed qui ceteris crudeliores extarent; & paulo post ab unctoribus, non pro veri examinatione, trucidabantur, aliis electis trucioribus ...... *& sic* agebantur cuncta saluti contraria, acsi nihil mundo medicinæ a vero omnium medico largiretur. Non solum autem seculares viri, sed & ipse Grex Domini ejusque Pastores, qui exemplo esse omni plebi debuerant, ebrietate quamplurima, quasi vino madidi, torpebant resoluti; & animositatum tumore, jurgiorum contentione, indiscreto boni malique judicio carpebantur. E

Potest deinde que Ursula Britanni Regis filia fuisse,

26 *Tali rerum Britannicarum statu,* Ursula, *velut lilium inter spinas, nata sit: cumque forte Rex pater, in speciem Christianus, Romanorum destitutus præsidio, a vicino trans murum Rege Gentili, Scoto vel Picto, pacem redimere cogeretur, eamque affinitate juncta firmare; celebrandarum nuptiarum inducias petierit filia, prætexto voto peregrinationis Romanæ: ad quam eum delecta utrimque virginum comitatu recta per Oceanum ac mediterraneum more navigarent. Sacris autem locis visitatis, cum de reditu ad naves, in portu Romano stantes, cogitaretur; divertentibus rumorem de piratis a Maximo tyranno conductis, & Liguriæ Etruriæque littora ac maria infestantibus: quorum metus persuaserit, terrestri itinere, per pacatas catenus Romanorum regiones descendere versus Rheni ostia, ubi non defutura esset aliarum copia navium, quibuscum in patriam eveherentur Virgines. Sed Deo aliter disponente in Hunnos inciderint, ingens agmen captivorum feminei potissimum sexus secum trahentes; cui ad Martyrium animanda divinitus se destinatam intelligens sancta Regina, eidem se cum sociabus animose adjunxerit. Sic vero pariter omnes mactatæ sint; atque post fugam barbarorum a Coloniensibus sepultæ, cum hoc discrimine, quod* Ursulæ *ac sociabus Britannicis, fortassis centum, tamquam sanctioribus ac dignioribus & certiori Titulo martyrii potitis, factæ fuerint lapideæ illæ arcæ in quibus postea sunt repertæ (nam totidem fere Crombachius numerat suis inscriptas nominibus) reliquis data fuerit, qualem supra descripsi, sepultura.*

Romamque peregrinata, in reditu occurrisse Hunnis,

F

Ingens agmen captivorum trahentibus,

27 *Ego res eas, quarum formam non possum nisi per conjecturam concipere, libenter imaginor, modo quam concipi potest simplicissimo actas; illis autem duobus quos proposui modis, haud ægre capio, quomodo in Hunnorum manus venire potuerit cum Sociabus* Ursula; *& personarum ad undecim usque millia, non quidem ipsam ex Britannia secutarum, sed cum ipsa ex odio religionis Christianæ mactatarum, Princeps censeri: quomodo item inter nomina, vel sepulcris inscripta, vel revelatione cognita, Latina pleraque, Britannica pauca, nec nulla etiam Teutonica Alemannicaque notentur: quomodo ipsius* Ursulæ *ac Sociarum præcipuarum corpora secreta a sepelientibus, ut*

Similque cum iis quas animarat fuisse mactata.

A *suis nominibus notari potuerint; judicio aliquorum adhuc spirantium, aut nec subductorum, qualis memoratur fuisse S. Cunera: quomodo ista in turba reperiri potuerint, non solum minuscula puellæ, sed etiam Episcopi Clericique, &, si vis, promiscui sexus ac generis multitudo; servata tamen sit in ore ac fama hominum nuncupatio* Virginum, *tamquam a potiori ac digniori parte, quamvis harum numerum caterorum multum excederent.*

Tituli vero sepulcrales corrupti & falsæ revelationes rem totam obscuraverint

28 *Sepulcrales porro Tituli, qui soli quidem nominibus constant, sinceri possent æstimari; ceteri vero verbis quibusdam additis aucti esse, ad fidem faciendam fabulosa, quam nescio quis fuerat commentus, Legendæ. Sed tantum abest, ut additamenta ista, vel prætensarum Revelationum libri, credibilitatis aliquid Legendæ conciliarint; ut, propter evidentia quibus featent fictionis indicia, detrahant potius, & magis constare nobis faciant, fuisse Coloniæ post corpora inventa, qui (uti ante Vitam S. Mauri Cæsenatis xx. Januarii queritur S. Petrus Damiani)* Deo se deferre existimabant, si ad deferenda laudia ejus insignia, falsitatis argumenta componerent .... falsi testes Dei, secundum Apostolica verba (1. Cor. 15. 14.) Falsus *enim testis* Dei merito dicitur, qui, indiscrete eum cupiens laudare, mentitur; & adversus Deum procul dubio perhibet testimonium: quisquis in ejus laude perversa molitur arte commentum. *Eadem ante Vitam S. Romualdi VII. Februarii iterans Petrus*; Hi, *inquit*, qui in extollendis Sanctorum virtutibus mendacium fingunt ...., relicta veritate, quæ ipsa est, falsitatis ei putant posse se placere commento .. .. & quo se pro Deo stare quasi adjutores autumant, eo ut revera falsi testes contra Deum pertinaciter pugnant. *Nonnullos autem revera tales inveniri, inventosque ante ipsum fuisse; ut asserit ille seculo XI. scribens; sic & nos frequenti discimus experimento, atque conclamare id fateri; ideoque studium omne intendimus, ut vera a falsis, certa ab incertis secernamus, ad Dei Sanctorumque ejus majorem gloriam, & fidelium instructionem.* D

XX. S. ANTEROS.

B

*Ab an. 235. 22. Novembris, ad 3. Jan. 236. * Baron. a 5. Dec. ad 3. Januar. 238.*

ANTEROS, natione Græcus, ex Patre Romulo, fuit tempore Maximini, ordinatus anno CCXXXV. XXII. Novembris in Dominica: sedit mensem I. dies XIII. usque III. Januarii, anni CCXXXVI. *, sepultus in cœmeterio Callisti via Appia: & cessavit Episcopatus menses XI. dies VII. E

Confalonerii Vacationis.

1 T*Am diuturnam Vacationem fecerit persecutio, quæ sævissima fuerat excitata*, Alexandro Imperatore *a militibus occiso, circa medium mensis Martii anno* CCXXXV *tum enim quasi sublato obice (nam ipse post mortem Urbani faverat Christianis) crudelitas Gentilium sese exeruit, præsertim Romæ sub* Præfecto Maximo, *novi Imperatoris* Maximini *edictis stimulato; cui etiam Præfecto potius quam absenti* Alexandro, *adscripserim* Pontiani *exilium, si hic illo vivente fuerit in Sardiniam deportatus, uti verisimile facit Catalogus, dum* Alexandro *tribuit relegationem istam. Sed & hic, quantumvis alias benignus in nostros, motus tamen fuisse potuit calumniosis Præfecti delationibus, suggerentis quod plebs Romana Christianorum incrementis ac libertate pene publica vehementius irritata, in seditionem esset convertenda, nisi ablegato saltem illorum capite placaretur.*

Pontificatus brevitas

2 *Dedimus ad* XIIII *Maji, Acta S. Pontii Senatoris Romani, circa annum* CCLVII. *Cimellæ in Alpibus maritimis martyrizati, descripta ab ejus alumno & comite Valerio, omnium oculato teste, prout ea ab* C *exceptoribus pecunia redemisse se ait; ast ætatem mentiri persuadet accurata Pontificum Imperatorumque notitia, qualis in non earum passim solet deficere. Ibi num. 6. dicitur, quod in ipsis diebus, quibus in Senatum cooptatus fuit Pontius*, sanctus Papa Pontianus gloriosa morte migravit ad Dominum: post quem Anteros præfuit Ecclesiæ mense non amplius uno, *Catalogus quoque notans initium* Anteri *sub iisdem Consulibus, sub quibus in Sardiniam deportatus est* Pontianus; *martyrium vero, sub Consulatu* Maximini & Africani; *Chronologiam stabilit, certosque nos reddit, annos* XI. *vel* XII. *qui ei a secundo Catalogo & Anastasio tribuuntur, esse expungendos, ut temere adjectos. Nisi opinari quis velit*, Anterum *jam olim fuisse ordinatum Episcopum Vicarium* Urbani *Papæ, sed potius quam hic caperetur captum etiam aut relegatum fuisse, unde factum sit, ut ejus loco ordinaretur* Pontianus, *primum Vicarius, deinde Pontifex.* Anteri *autem nusquam meminit Hieronymianum Martyrologium, nomine fortassis per librariorum socordiam corrupto aut omisso: quapropter cogimur diem sepulturæ notatum a* 2. *Catalogo pro die mortis accipere, quæ fortassis eodem die contigit, si Martyr, ut passim creditur, ille obiit.*

3 *Inter pseudepigraphas* Isidori Mercatoris *consarcinationes, sub nomine* Anteri, *habetur Decretalis Epistola*, ad Episcopus Provinciarum Baticæ & Tolatanæ, de mutatione Episcoporum, data XII. Kal. Aprilis, Maximiano & Africano viris clarissimis Consulibus, *id est sesquimense post mortem ipsius* Anteri, *sicut ex dictis constat. Neque ad illam a convictione imposturæ eximendam juvare potest* Auxilius, *qui Formosi Papæ ordinationem defensurus seculo IX. exeunte, in capite libri* 1. *ponit auctoritatem inde acceptam, qua dicitur*, non transire de civitate in civitatem, neque de minori civitate ad majorem; qui hoc non suo libitu, non ambitu, non propria voluntate facit; sed aut vi a propria Sede pulsus, aut necessitate coactus, aut electione aut exhortatione Sacerdotum aut populorum ad aliam civitatem transfertur & inthronizatur. *Etenim a viris eruditis ostensum est, compilationem illam, quamvis falsum nomen Isidori præferat, fætum scilicet S. Eulogii, qui Moguntiæ aliquamdiu peregrinus sive exul vixit, esse tamen verum seculi ejusdem fœtum, circa annum* DCCC. *sub Riculfo Episcopo Moguntinensi ex* Hispaniis *allatum, & per Germanos Romanorum captantes gratiam studiose vulgatum; eis diffidere nesciens* Auxilius *isto ante omnia usus est tam opportune in rem suam loco, exemplisque ibi productis* Eusebii & Felicis; *quorum primus*, de quadam parva civitate, Apostolica auctoritate, Alexandriam; *secundus*, de civitate ad quam ordinatus erat, communi Episcoporum & reliquorum Sacerdotum ac populorum consilio, translatus sit Ephesum, *ambo ignoti antiquitatibus.* F

Decretalis conficta.

XXI.

A D

XXI. S. FABIANUS.

FABIANUS, natione Romanus, patre Fabio, fuit temporibus Maximini & Cordiani & Philippi, ordinatus anno CCXXXVI. XI. Decembris in Dominica; seditque annos XIII. mensem I. dies X; martyrio coronatus XX. Januarii anno CCL., translatus in Vaticanam a Paschali II. & cessavit Episcopatus annum I. menses III. dies VI. *Ab an. 236. ad 250. an. 13. m. 1. d. 10 a Baron. a 238. ad 253 an. 15. d. 4.*

Cultus cum S. Sebastiano. SEpultus est, *inquit secundus Catalogus*, in Cœmeterio Callisti via Appia XIII. Kal. Februarii, *nec ab hoc die alia mortis dies requirenda videtur: quandoquidem ad eumdem Hieronymianum martyrologium ipsum sic habens, & quidem primo loco* Romæ in cœmeterio, Fabiani Episcopi & Sebastiani: *cujus posterioris, eodem die annis XXXV. post Fabianum sub Diocletiano martyrizati, tanta fuit celebritas, ut licet fortis hujus Pontificis nulla extarent Acta, conjuncta tamen utriusque commemoratio & forte etiam aliquando* B *corpora, utriusque parem venerationem reddiderit. Postea tamen a Sergio Papa II. translatum corpus, sive pars ejus est ad ecclesiam SS. Silvestri & Martini in montibus.*

Tempus Sedis. 2 *Antiquior* Catalogus *annos Sedis XIV. menses XI. dies X. numerat: sed annum unum detrahendum docent* Consules; *iidemque jubent ut pro XI.* mensibus *sumamus* unum, *qui solus habetur in 2.* Catalogo. *Fuerunt autem priores, & eodem quo* Fabianum *ordinatum diximus Decembri magistratum finiverunt,* Maximinus & Africanus; *posteriores,* Decius II. & Gratus, *eumdem inierunt ipso Januario quo ille ad palmam venit. Neque suspecti hi esse possunt aque ac numeri, cum sicut jam sæpe notavimus in numeris facile sit errores obrepere scribentibus, in nominibus non item. Ad hunc Pontificatum spectat factum memorabile, quo S. Pontius a* Pontiano *Pontifice baptizatus, in Vita sua dicitur, per* Philippos *Imperatores ad futuri anni Millesimi Urbis conditæ sacrificia invitatus, eosdem convertisse, & ad ipsum S.* Fabianum *Papam adduxisse: unde egregio* firmantur, *quæ ad ipsius sancti Pontificis diem XX. Januarii dederunt antecessores nostri Bollandus atque* Henschenius. *Corpus* S. Fabiani *sepultum fuisse in cœmeterio Calixti* Via Appia *scribit Anastasius: inde translatum fuisse ad Basilicam Vaticanam, & sub eo-* C *dem sub quo Paschalis Papa I.* S. Xisti I. *corpus condiderat, altari conditum a Paschali Papa II. docent ad* Pontificatum *Sergii II. eisdem consepulti.*

Vacatio plus quam anni 1. probatur. 3 Henschenius, *quo mensium numerum utcumque salvaret, censuit successorem* Cornelium *ordinatum circa* IV. Junii, anni CCL. cum post martyrium S. Fabiani Sedes vacasset mensibus IV. diebus XV. *Sed IV. Junii in feriam III. non in Dominicam eo anno convenit: & sicut recte observat Schelstratius,* in gravi illa sub Decio persecutione, *cujus initio passum Fabianum tenemus*, Sedem ultra quatuor menses vacasse indicant litteræ Cypriani ad Clerum Romanum & hujus ad illum responsa, *utique nuntiis ultro citroque ter quaterque missis, in quibus aliisque e Clero Romano nobis annus facile totus elapsus esse potuit, sicut etiam Card. Baronius censuit ad an. 253. num. 87. Nihil tamen istam diuturnitatem cessantis Episcopatus efficacius probat, quam ipse primus Catalogus, quando dicit, quod post* passionem *Fabiani* Moyses & Maximus Presbyteri & Nicostratus Diaconus comprehensi sunt, & in carce- E rem missi: quo tempore supervenit Novatus ex Africa, & separavit de Ecclesia Novatianum & quosdam Confessores, postquam Moyses in carcere defunctus est, qui fuit ibi menses undecim, dies undecim. *Atqui Epistola Cypriani 16. ad eosdem needum schismate divisos scripta est ante creationem* Cornelii, *& quidem, cum eorum patientia* revertentis anni volubilem circulum victricis gloriæ dignitate transgressa esset; *unde idem Baronius num. 28. etiam notat, eosdem* pace & unitate concordes, in creatione Cornelii primum schismate fuisse divisos *causa Novatiani. Est porro loco Annalium jam citato operæ pretium legere, quam multa eo tempore egerit, scripserit, decreverit* Clerus, *pro incumbente tunc sibi Ecclesiæ universalis cura: miraberis enim tam multa uno anno fieri potuisse, adeoque non longum videbitur tempus huic vacationi constitutum.*

4 *Quod Epistolas Fabiano suppositas attinet, una* Kal. Julii, Maximino & Africano Consulibus data, *Decretales fictæ.* *ordinationem ipsius quinque mensibus prævenit; altera,* Africanum & Decium Consules *nominat, nusquam simul inveniendos in veris* Consularibus *Fastis.*

5 *Dedimus XIV Maii Acta probatissima S. Pontii Nobilis Romani, anno* CCLVII. *apud Cimellam, urbem* F *pernantiquam juxta Nicæam in Alpibus Maritimis, martyrio coronati, descripta ab ejus familiari, & plerumque teste oculato Valerio. Hic a S. Pontiano baptizatus, & a Philippis Imperatoribus ad anni millesimi Urbis conditæ sacrificia futura invitatus, eosdem convertisse, & S. Fabianum ad ipsos adduxisse narratur toto cap. 2. unde egregie confirmantur, quæ ad ipsum S. Fabiani diem XX. Januarii deduxerunt Antecessores nostri Bollandus atque Henschenius.*

XXII. S. CORNELIUS.

CORNELIUS, natione Romanus, fuit temporibus Decii & Volusiani cum Gallo regnantis, ordinatus XXVII. Aprilis, in Dominica anno CCLI; atque cum vixisset in Pontificatu annum I. menses III. dies X. Centum-cellis gloriosam dormitionem accepit V. Augusti, anno CCLII.*; indeque relatus, sepultus est juxta cœmeterium Callisti XVI. Septembris quando colitur; & cessavit Episcopatus dies LXV. *Ab an. 251. ad 252. an. 1. m. 3. d. 10 a Baron. a 254. ad 255*

Dies cultus 1 PRimi *Consules* Decius II. & Decius, *cum secundis* Gallo & Volusiano *satis probant, recte etiam hic ex fide Catalogi 2. sumptum annum 1. pro II. quem notabat Catalogus prior: quod diem, locum, & modum Mortis attinet mox plenius declarabitur. Quin autem peregre mortuus* Cornelius *erat, ideo Romana Ecclesia Depositionis apud se factæ diem pro Natali semper habuit; & sic inscriptus reperitur* Cornelius *Hieronymiano Martyrologio, & quidem primo loco post Exaltationem S. Crucis, postea fortassis adjunctam,* Romæ in Cœmiterio via Appia Natalis Cornelii Episcopi.

2 *Interpontificii tempus ex secundo Catalogo acceptum die uno imminuimus, quia ejus auctor videtur ex-* *Interpontificii spatium*

A tremum Cornelii voluisse comprehendere; nec volumus ipsum strictius intelligendo amittere Dominicam pro institutione successorie. Observo etiam ab eodem auctore, in definiendis vacationibus, eisdem plerumque adnumeratum videri ipsum mortis diem; & hoc etiam ab plurimum fecisse Baronium, quoties institutionem successoris ordinat secundum dies Vacationis notatos in libro Pontificali, quem sibi præ oculis præcipue ponit post Anastasium.

Decretales fictæ.

3 Restat ut notes, neutros ex prædictis Consulibus, nec ullum quod in fastis reperiatur par Consulum subnotari Epistolis Cornelio mendaciter attributis, quando finguntur datæ Decio & Maximo Consulibus, quorum ultimus nonnisi secundo post Decii mortem anno Magistratum iniit.

DISSERTATIO IX. al. VI.

De loco, modo, ac tempore, quo obiit S. Cornelius.

B

Pingitur Romæ cæsus sub Decio,

PAssim quidem creditur sanctus Pontifex, Romæ ante templum Martis, una cum Cereali ejusque familia fustibus occisus: & quia constat Centum-cellas relegatum fuisse, putatur inde ob communicationem litterarum cum S. Cypriano extractus ad Imperatorem Romam esse, & Cereali ad custodiam traditus. Sed quantumvis antiqua ea persuasio fuerit, ex auctoritate 2. Catalogi, quem Beda, Ado, Anastasius sunt secuti; videtur tamen prævalere iis omnibus debere auctoritas antiquioris Catalogi.

qui eum superstite dicit Cyprianus.

2 Nec obstant S. Cornelii qualiacumque Acta; hæc enim tum aliis multis laborant vitiis, tum eo imprimis, quod & exilii imperati & mortis Cornelio irrogatæ auctorem faciant Decium: a quo nihil omnino passum Sanctum, Deo ipsum tuente potentia adscribit S. Cyprianus in Epist. 52 occisis Deciis & superstite adhuc Cornelio scripta ad Antonianum: ubi illum laudans, Quanta, inquit, in suscepto Episcopatu virtus? quantum robur animi? quanta firmitas fidei? Sedisse intrepidum Romæ in Sacerdotali cathedra eo tempore, cum tyrannus infestus, Sacerdotibus Dei fanda & infanda comminaretur; cum multo patientius & tolerabilius audiret levari adversus se æmulum Principem, quam constitui Romæ æmulum Sacerdotem ...... Etiamsi

Qui tamen sub eo ad quidvis ferendum paratus,

C majestas Domini protegentis & bonitas Sacerdotem, quem fieri voluit, factum quoque protexit: tamen Cornelius, quantum ad ejus devotionem pertinet, passus est quidquid pati potuit: & tyrannum, armis & bello postmodum victum, prior Sacerdotio suo vicit.

ac tandem relegatus Centum-cellas.

3 Adde quod postquam ab urbe discessit Decius, contra Gothos pugnaturus, quo bello sub finem anni CCLI. periit; & postquam in carcere Moyses obiisset, die XXV. Novembris, quando colitur; Cornelius, quasi respirante per mortem tyranni Ecclesia, factus audacior, Synodum plusquam sexaginta Episcoporum Romæ celebrare non timuit. Hæc porro ejus fiducia, atque ac litterarum ex Africa venientium frequentia, ad Gallum Imperatorem deferri potuit; eique, ut suspicax est omnis nova potentia, seditionem minari visa, censuit deinde dare comprehendendi Cornelii; & cæsis quos baptizarat militibus, relegandi Centum-cellas; ubi consolatorias Cypriani acceperit ante mortem, ærumnis in D carcere Romano toleratis verosimiliter acceleratam. Ob quam etiam idem S. Cyprianus Ep. 58. & 67. Cornelium appellat Beatum martyrem; & Ep. 68. ait, martyrio quoque dignatione Domini honoratum; ac denique ep. 76. dicit, quod eum Dominus præter Sacerdotii honorem martyrio quoque glorificavit. Nec enim minus martyres censentur ab Ecclesia qui in carcere vel exilio ærumnose mortem obierunt, quam qui gladio secti martyrium suum citissime absolverunt, ut patet in SS. Pontiano, Marcello, Joanne, Silverio, atque Martino.

4 Quia autem corpus Romam relatum, eodem loco conditum fuit, ubi Cerealem & socios antea tumulaverat B. Lucina; factum videtur ut quorum fuit conjuncta confessio ac deinde sepultura, eorum unus fuisse crederetur exitus, per martyrium uno die ac loco toleratum. Videtur autem & illorum passio & Cornelii expulsio ad initium Martii pertinere: hoc enim suadet dies III. Nonas Martii, apud Anastasium, quo dicitur Cornelius omnia bona ecclesiæ tradidisse Stephano Archidiacono, quasi jam ad mortem damnatus, quæ tamen ipsi sit in exilium commutata. Ex hic autem liquet E correctione aliqua egere S. Hieronymum, primo in Vita Pauli Eremitæ, ubi ait, quod sub Decio & Valeriano persecutoribus Cornelius Romæ & Cyprianus Carthagine felici cruore damnati sunt: & rursum in libro de Scriptoribus, ubi dicit de Cypriano, quod Passus est sub Valeriano & Gallieno Principibus, eodem die quo Romæ Cornelius, sed non eodem anno.

5 Initium hujus Pontificatus ad mensem Aprilem pertinere, Baronius censet: quia Paschali tempore posteriorem fuisse electionem, Majo autem priorem, suadent ante & post acta. Fuit anni CCLI. Pascha celebratum XXIII. Martii; ab hoc die quantum removenda sit Cornelii electio, non potest nisi per conjecturam definiri: quam in debilis Catalogi 2. auctoritate debilem plane, donec alia melior ratio occurrat, possumus quomodocumque collocare. Dicitur ibi inter Fabianum & Cornelium cessavisse Episcopatus dies VI. Hunc numerum si retineas, & defectum suppleas additione unius anni ac trium mensium, uti faciendum ostendimus; a die XX. Januarii, quo passus est anno CCL. Fabianus, pervenies ad XXVII. Aprilis, quo creatus sit anno sequente Cornelius. Hinc porro per ann. I. menses III. dies X. quibus is sedit progrediens, pervenies ad diem V. Augusti, quo Centum-cellis idem obierit. F

Pontificatû initiat mense Aprilis,

mortuus 5. Augusti.

6 At XIV. Septembris colendum Cornelium antiquiora omnia Martyrologia præscribunt. Fateor: Sed dies hic acceptus est ex Actis, unde & secundus Catalogus accepit, ubi dicitur sepultus S. Cornelius in Crypta juxta Cœmeterium Callisti, Via Appia, XVIII. Kalendas Octobris. Hoc autem omnino verum existimo. Cum enim extra Urbem obierit Cornelius, consequens fuit (sicut supra dixi) ut Corporis juxta urbem depositi dies magis solemnis ad posteros haberetur, & fastis adscriberetur. Fuerit igitur facta sancti Corporis Translatio, Centum-cellis Romam, quadragesimo post Sancti mortem die; & nihil obstabit, quominus censeri possit S. Cornelius ordinatus die XXVII. Aprilis. Atque ita probata nostraque chronographia aptata manet Baronii sententia, quoad mensem initii Pontificatus.

depositus Romæ 14. Septemb.

XXIII. S. LUCIUS.

Ab an. 252 ad 253. an. 1. m. 4. d. 13. Baron. a 255 ad 257. an. 2. m. 4. d. 10.

LUCIUS, natione Romanus, ex patre Porphyrio, fuit temporibus Galli & Volusiani, ordinatus Cornelii relegati Vicarius, forsasse Centumcellis anno CCLII. XXIII. Junii, feria quidem tunc IV. sed in carcere vel exilio, ubi Dominicæ ratio habenda non erat: eidem vero successor suffectus X. Octobris in Dominica, rexit Ecclesiam, qua Pontifex qua Vicarius,

A rius, annos II. menses VIII. dies X. usque ad IIII. Martii, quando obiit anno CCLV. & D sepultus est in cœmeterio Callisti Via Appia: cessavit Episcopatus diebus XLI.

Tempus sedis:

TRes quidem annos, præter jam dictos dies ac menses, habent omnes Catalogi: sed evident, quamvis Antiquum & ideo universale mendum, redarguunt pari ubique consensu notati nec tertium annum Lucio dari permittentes, Consules, primi, Volusianus & Gallus; secundi, Valerianus III. & Gallienus II. Interim suppositionis convincitur quæ extat sub nomine ejus Decretalis, data Kal. Aprilis Gallo & Volusiano Coss. quia tunc needum erat ipse ordinatus, ne quidem ad Vicariatum. MSS. quædam Anastasiana apud Florentinum, Natione Tuscum de civitate Luca ex patre Lucino scribunt; unde is factum putat, ut postea Umbaldus Allucingus Lucensis anno MCLXXXI. creatus Pontifex, Lucii III. nomen optaverit.

Decretalis ficta:

2 Diem Mortis, a primo Catalogo tam distincte notatum, secutus in suo Martyrologio Hieronymus ad IIII. Nonas Martii, post Natalem Martyrum DCCC. vel DCCCC Romæ, inquit, depositio Julii Episcopi. Verum librariorum esse errorem, & legendum Lucii, ex Usuardo & ceteris probari potest, nec non ex antiquissimo ad Bedam genuinum supplemento Divionensi.

dies mortis,

3 Interpontificium autem dierum XXX. quod habet B secundus Catalogus; undecim diebus augendum docet tempus sequentis Pontificatus, sic & non alias recte ordinabile.

Martyrium fuit alieno,

4 Baronius miratur, quomodo sub Valeriano ac Gallieno martyrio affectus S. Lucius dicatur: De tempore enim indubitatam fidem facit Dionysius, inquit, Episcopus Alexandrinus: qui cum his ipsis temporibus vixerit, ad rerum gestarum veritatem probandam, instar omnium esse debet, imo unum eum ceteris prætermissis auscultare debemus. Hic autem absque aliqua ambiguitate testatur, Valerianum permultis ab exordio Imperii sui annis de Christianis optime meritum. Quamobrem nihil est quod ad Valeriani Imperium Lucii Martyrium, quod furente persecutione Cypriano auctore factum esse constat, referre jure possimus: præsertim si Eusebio assentiamur dicenti, ipsum vix octo mensibus sedisse. Hæc Baronius ad annum 257. more suo & annos Imperatorum & nomina Consulum biennio ultra ordans, usque dum ad Probi tempora veniens, illam decrescentem annorum excrescentiam corrigat duorum Consulatuum extinctione. Sed uti ipse non C credit Eusebio de octo mensibus, ita nec nos eidem Eusebio credimus de tempore occisi Lucii.

5 Quod autem Baronius irrefragabile putat testimonium Dionysii, & revera tale esset, si inveniretur; id ego apud Eusebium lib. 7 cap. 9. ubi Dionysii verba referuntur, non invenio; sed solum quod Valerianus, quamdiu erga Sanctos Dei mansueto erat animo, nemo fuerit ipso benevolentior: postquam autem se in cujusdam magorum Principis tradidit potestatem, nemo etiam crudelior extiterit. Quamdiu autem mansuetudo Valeriani duraverit cum nec ominus quidem indicet Dionysius, non recte Baronius de permultis Imperii annis id intellexit, quod nec de primis quidem Imperii diebus necessario debet intelligi: potest enim ille in illius Magi potestatem se tradidisse sub Imperio Decii aut etiam citius, eique ad persequendos Christianos operam haud vulgarem navasse, ut ideo, teste ipsomet Baronio ad finem anni 253. utriusque nomine dicta sæpius sit Decii & Valeriani persecutio. Cumque Decius in procinctu adversus Gothos Senatui arbitrium detulisset eligendi Censoris, omnium suffragiis electus Valerianus sit, tamquam amicus bonorum, inimicus tyrannorum, hostis criminum, hostis vitiorum (inter quæ vel præcipuum censebatur fidei Christianæ professio) dici potest Valerianus regressus Romam ad munus illud quam severissime exercendum. Quinimo ad X. Maji & Acta SS. Alphii, Philadelphi & Cyrini dicimus, eum jam inde ab initio Decianæ persecutionis, id est ab anno CCL. fuisse E illius incentorem & ministrum præcipuum. Non itaque nos premit iste Dionysii locus, qui Valerianum, una cum ipsomet Illustrissimo Baronio, agnoscimus hostem Christianorum ante mortem Deciorum, id est ab anno saltem CCLI. sub cujus finem hos interfectos dicimus; biennio autem post Valerianum exorsum imperare, id est in fine anni CCLIII. qui & Consulatui ejus primo adscribitur, adeo ut Lucius tertio demum ejus Consulatu, Christi anno CCLV. fuerit Martyr factus, & satis sit temporis quo Valeriani mens mutari potuerit, etiamsi concederetur (quod nec a Baronio quidem concedi potest) initio Imperii sui benignus erga Christianos fuisse.

jam inde ab an. 250. Christianorum hoste,

vivente adhuc Decio.

6 Quæ vero objici possent ex Baronio, ad ferius inchoandum Valeriani Imperium, de anno tertio & quarto Galli ac Volusiani, quibus biennium dumtaxat tribui solet, nituntur inscriptionibus manifeste corruptis. Nam si secundus Tribunitiæ eorum Potestatis annus in aliquibus earum recte componitur cum secundo Consulatu; ne- F cessario fallere dicendæ sunt inscriptiones aliæ, quæ cum eodem secundo Consulatu componunt III. & IV. annum dictæ Potestatis, uti recte observavit Labbæus noster in Epitome chronologica.

Solvitur objectio ex Tribunitiis Decii.

XXIV. S. STEPHANUS.

Ab an. 253. ad 257. an. 4. m. 3. d. 19.

STEPHANUS, natione Romanus, ex patre Julio, S. Lucio in exilium ejecto, Vicarius ordinatus XIII. Februarii in Dominica anno CCLIII. successor vero ejusdem institutus anno CCLV. die XV. Aprilis similiter in Dominica, temporibus Valeriani & Gallieni, rexit Ecclesiam qua Vicarius qua Pontifex, annos IV. menses V. dies XXI. usque ad II. Augusti, quando Martyrio coronatus est anno CCLVII *. sepultus in cœmeterio Callisti via Appia, postea autem a Paulo I. translatus ad ecclesiam SS. Stephani & Sylvestri nunc dictam S. Silvestri de Capite, inde anno MCLX. Tranum in Apuliam, & anno MDCLXXXI. Pisas ad Ecclesiam equestris Ordinis S. Stephani. Cessavit Episcopatus dies XX.

** Baron. a 257. ad 260. an. 3. m. 5. d. 23.*

Ratio alterius circa Stephanum sententiæ:

1 PRimi Consules Volusianus & Maximus recte signant annum, quo Vicarium Lucii ordinatum statuimus Stephanum; sed quia secundi notabantur Valerianus III. & Gallienus II. atque adeo idem annus quo mortuus fuit Lucius, censuit Henschenius, vix quinque integros menses Pontificem fuisse Stephanum; & prorequod in primo Catalogo ei tribuebantur anni IV. menses II. dies XXI. credidit invertendos numeros dicendosque annos II. menses IV. Verum (ut recte observat Schelstratius) S. Stephanum ultra quinq; menses

A ses contra rebaptizantes egisse ut verum Pontificem, clamat Cypriani auctoritas, dum hac in re eum egisse insinuat tamquam Episcoporum Episcopum; uti & Firmiliani testimonium, de Petra Ecclesiæ fundamentali, io qua eum gloriari solitum manifeste declarat. *Addo, ejusdem Firmiliani Epistolam datam esse,* cum fere vigesimus secundus annus esset a morte Alexandri Imperatoris, *ut notat Baronius ad an. 258 num. 46. ea autem accidit anno* CCXXXV. *& post istam Epistolam cœpit inter* Stephanum *& Cyprianum Carthaginensem, Dionysium Alexandrinum, aliosque vehementius agitari controversia de valore Baptismi ab hæreticis collati, non potuit itaque anno* CCLV. *extinctus fuisse* Stephanus.

& mutati in Catalogis numeri Consularis. 2 *Quid ergo? An desperabimus, cum eruditissimo Schelstratio hujus Pontificatus chronologiam obtinere per Consules? Neutiquam profecto; sed servatis eorum nominibus, mutabo numeros facillime aberrantes, & ubi Acta* S. Stephani *ex iisque Catalogi notant* Valerianum III. & Gallienum II., *scribam* Valerianum IV. & Gallienum III. *& habebo annum, quo martyr coronatus sit* Stephanus CCLVII. *habebo etiam præter* B *annos* IV. *primi Catalogi, pro mensibus* II. menses V. *in secundo Catalogo, rectius notatos, quam in primo; & additis ex primo diebus* XXI. *constitutam habebo Chronologiam, tempusque sufficiens iis omnibus rebus, quæ a* Stephano *ut summo Pontifice acta esse Historia ecclesiastica docet. Hac porro ratione conveniremus cum Baronio, annum quo occisus est* Stephanus *assignante Consulatui prædicto, si recte is Consules ordinatos habuisset, & per suam aberrantem Chronotaxim non distulisset* Valerianum IV & Gallienum III. *usque ad annum* CCLX. *De die Mortis controversia nulla est, quin idem sit qui Sepulturæ* Stephano *datæ* in Cœmeterio Callisti via Appia: *unde etiam Hieronymus in Martyrologio ad* IV. Nonas Augusti *primo loco,* Romæ S. Stephani Martyris: *ubi credo ex Auctoris mente legi debere,* Episcopi & Martyris.

Decretales suppositæ. 3 *Ejusdem* Stephani, *primum Vicarii, deinde Pontificis summi gradum in ejus epistolis, nisi suppositititiæ essent, liceret observare: dicitur enim quod earum unam* ad Hilarium *scripserit,* V. Kalend Maii, Valeriano C & Gallieno Consulibus, *solum ut simplex* Episcopus (*utique anno* CCLIV.) Nonis *autem* Aprilis, *iisdem* Valeriano & Galieno, *sed* Consulibus *illo* II. *hoc* III. *tamquam jam* sanctæ Apostolicæ & universalis Romanæ Ecclesiæ Episcopus, omnibus per diversas provincias constitutis Episcopis. *Verum chronologia nostra non debet istiusmodi figmentis probari, quorum exordia, e* S. Leonis *Papæ epistolis sumpta, satis sunt detegendæ imposturæ. Interpontificium porro invariatum servamus, sicut illud in Catalogo 2. notatur.* D

Translationes corporis. 4 *De Translatione corporis supra notata agit in libello, quem de ipsa ecclesia edidit, Joannes Giacchetti Serranus; ipsiusque* Pauli I. *Bullam allegat datam* Indictione XV. *quæ fuit anno ejus* VI. *Christi* DCCLXII. *ubi dicit se dictam ecclesiam in utriusque Sancti honorem* noviter construxisse, in domo quæ sibi parentali successione obvenit; *& corpora ex neglectis per Longobardorum impugnationes cœmeteriis transtulisse;* S. Silvestri *quidem* XVIII. *Junii, &* S. Stephani XVII *Augusti: eorumque postea partem* Sergius II. *transtulisse ponit in ecclesiam* SS. Silvestri *&* Martini *de montibus. Interim ex iis quæ publice imprimuntur novellis (gazettas vocant) anno* MDCLXXXII. *cum admiratione didicimus, triremes Magni Ducis mense Julio ad nundinas Messanenses solvisse cum multa nobilitate, eo consilio ut in reditu Tranum Apuliæ urbem appellentes, secum adveherent prædicti* S. Stephani *Pontificis corpus; quod & factum esse, postea intelleximus, atque ex vo-* E *luntate ejusdem Magni Ducis Pisas delatum, ad ecclesiam ejus. Hanc ibi jam inde ab anno* MDLXI *instituto a se Ordini Equestri ejusdem* S. Stephani *extrui fecit Dux Cosmus, peculiariter Sancto isti devotus, postquam anno* MDXXXVII. *die ejus festa* II. *Augusti, in ipso sui regiminis principio, ad Montem-murlum rebelles subjugaverat.*

primum in Urbem, 5 *Diu equidem hæsi dubius, auderemne credere, ablatum unquam Roma fuisse corpus prædictum: sed dubium tandem discusserunt relationes Trani impressæ anno* MDCXXII. *&* LXXXII. *ex quibus constitit, perpetua incolarum traditione haberi, quod anno* MCLX. *Monachus quidam ejus monasterii (quod ordo Benedictinus habebat in peninsula prope Tranum sita, quæ dicitur Colonna) Romam appulsus, ejusque ecclesiæ ubi corpus servabatur custodi factus familiarior, modum invenerit ipsum furtim auferendi, avehendique ad monasterium suum; ubi ipsum claruerit perpetuo litterum eo in littore* II. *Augusti crescentium miraculo; diuque occultatum, tandem, cum jam locus ad Franciscanos transiisset, repertum sit anno* MDCXI. *in festo* S. Stephani *Protomartyris* XXVI. *Decembris, eoque repositum loco, unde nuper extractum fuit, cum hac in plumbo certificatione:* Hic jacet corpus S. Stephani Papæ & Martyris, conditum A. D. MCLX. postea inventum & reconditum A. D. MDCXII. *Atque ita evanuit omnis suspicio de* Stephano Papa IX. *illuc forte delato; cum hujus corpus anno* MCCCLXII. *Florentiæ fuerit repertum integrum, ut suo loco dicetur, utique duobus seculis post* Stephani I. *corpus Columnensibus Benedictinis allatum.* *tum anno 1160. Tranum,* F *& 1682. Pisas.*

XXV. S. SIXTUS II.

Ab an. 257. ad 258. m. 11. dies 13. SIXTUS, natione Græcus, ex Philosopho, temporibus Valeriani & Gallieni primum ordinatus Vicarius S. Stephani, anno CCLVI. in Dominica, XXX. Augusti; eidemque suffectus Pontifex anno CCLVII. die XXIII. Augusti, similiter in Dominica; sedit qua Vicarius, qua Pontifex, annum I. menses XI. dies VII. martyrio coronatus anno CCLVIII. VI. Augusti; sepultusque in cœmeterio Callisti via Appia: & cessavit Episcopatus menses XI. dies XVII. *Baron. a 260 ad 261. m. 11. d. 13.*

Ratio temporis: 1 *Acta & dies habentur ex Actis S. Laurentii, post triduum* X. *Augusti, sicut Sixtus prædixerat, martyrio celeberrimo coronati: ex quibus eumdem ante omnes sumpsit Hieronymus, scribens in suo Martyrologio, & quidem primo loco,* Romæ in cœmeterio Calisti via Appia natalis Xisti Episcopi. *Annum vero vulgaris æræ, pro hujus Pontificatus initio ac fine supra expressum, accuratissime notant* Consules *primi,* Maximus & Glabrio; *secundi,* Tuscus & Bassus; *& ideo pro anno* II. *quos habebat primus Catalogus, ex secundo sumpsi* annum I. *ne contra hujus secundæ partis stylum cogar assignatum ejus regiminis tempus inchoare ante Consules nominatos, sicuti faciendum fuisset ex stylo primæ partis, numquam bis nominantis eosdem Consules.*

Successor electus. 2 *Singulariter autem hoc loco notanda primi Catalogi verba sequentia;* Et Presbyteri præfuerunt a Consulatu Tusci & Bassi usque in diem XII. Kal. Augusti, Æmiliano & Basso Consulibus *anni* CCLIX. *quando scilicet* XXII. *Julii electus Episcopus est* S. Dionysius, *& vel statim vel proxima Dominica, tunc in* XXIV. *Julii cadente, consecratus.*

3 *Qua-*

Tab. V.


XXV S. SIXTVS


XXVI S. DIONISIVS


XXVII S. FELIX


XXVIII S. EVTYCHIANVS


XXIX S. CAIVS


XXX S. MARCELLINVS



A fes contra rebaptizantes egisse ut verum Pontificem, clamat Cypriani auctoritas, dum hac in re eum egisse insinuat tamquam Episcoporum Episcopum; uti & Firmiliani testimonium, de Petra Ecclesiæ fundamentali, in qua eum gloriari solitum manifeste declarat. Addo, ejusdem Firmiliani Epistolam datam esse, cum fere vigesimus secundus annus esset a morte Alexandri Imperatoris, ut notat Baronius ad an. 258 num. 46. ea autem accidit anno CCXXXV. & post istam Epistolam cæpit inter Stephanum & Cyprianum Carthaginensem, Dionysium Alexandrinum, aliosque vehementius agitari controversia de valore Baptismi ab hæreticis collati, non potuit itaque anno CCLV. extinctus fuisse Stephanus.

& mutati in Catalogis numeri Consularis.

2 Quid ergo? An desperabimus, cum eruditissimo Schelstratio hujus Pontificatus chronologiam obtinere per Consules? Neutiquam profecto; sed servatis eorum nominibus, mutabo numeros facillime exerrantes, & ubi Acta S. Stephani ex iisque Catalogi notant Valerianum III. & Gallienum II., scribam Valerianum IV. & Gallienum III. & habebo annum, quo martyr coronatus sit Stephanus CCLVII. habebo etiam præter B annos IV primi Catalogi, pro mensibus II. menses V. in secundo Catalogo, rectius notatos, quam in primo; & additis ex primo diebus XXI. constitutam habebo Chronologiam, tempusque sufficiens iis omnibus rebus, quæ a Stephano ut summo Pontifice acta esse Historia ecclesiastica docet. Hac porro ratione conveniremus cum Baronio, annum quo occisus est Stephanus assignante Consulatu prædicto, si recte is Consules ordinatos habuisses, & per suam exerrantem Chronotaxim non distulisses Valerianum IV & Gallienum III. usque ad annum CCLX. De die Mortis controversia nulla est, quin idem sit qui Sepulturæ Stephano datæ in Cœmeterio Callisti via Appia: unde etiam Hieronymus in Martyrologio ad IV. Nonas Augusti primo loco, Romæ S. Stephani Martyris: ubi credo ex Auctoris mente legi debere, Episcopi & Martyris.

Decretales suppositæ.

3 Ejusdem Stephani, primum Vicarii, deinde Pontificis summi gradum in ejus epistolis, nisi suppositiæ essent, liceret observare: dicitur enim quod earum unam ad Hilarium scripserit, V. Kalend Maii, Valeriano C & Gallieno Consulibus, solum ut simplex Episcopus (utique anno CCLIV.) Nonis autem Aprilis, iisdem Valeriano & Galieno, sed Consulibus illis II. hoc iis tamquam jam sanctæ Apostolicæ & universalis Romanæ Ecclesiæ Episcopus, omnibus per diversas provincias constitutis Episcopis. Verum chronologia nostra non debet istiusmodi figmentis probari, quorum exordia, e S. Leonis Papæ epistolis sumpta, satis sunt D detegendæ imposturæ. Inter pontificium porro invariatum servamus, sicut illud in Catalogo 2. notatur.

Translationes corporis.

4 De Translatione corporis supra notata agit in libello, quem de ipsa ecclesia edidit, Joannes Giacchetti Serranus; ipsiusque Pauli I. Bullam allegas datam Indictione XV. quæ fuit anno ejus VI. Christi DCCLXII. ubi dicit se dictam ecclesiam in utriusque Sancti honorem noviter construxisse, in domo quæ sibi parentali successione obvenit; & corpora ex neglectis per Longobardorum impugnationes cœmeteriis translatisse; S. Silvestri quidem XVIII. Junii, & S. Stephani XVII Augusti: eorumque postea partem Sergius II. transtulisse potuit in ecclesiam SS. Silvestri & Martini de montibus. Interim ex iis quæ publice imprimuntur novellis (gazzettas vocant) anno MDCLXXXII. cum admiratione didicimus, triremes Magni Ducis mense Julio ad nundinas Messanenses fuisse cum multa nobilitate, eo consilio ut in reditu Tranum Apuliæ urbem appellerent, sed cum advehant prædicti S. Stephani Pontificis corpus; E quod & factum esse, postea intelleximus, atque ex voluntate ejusdem Magni Ducis Pisas delatum, ad ecclesiam ejus. Hanc ibi jam inde ab anno MDLXI instituto a se Ordini Equestri ejusdem S. Stephani extrui fecit Dux Cosmus, peculiariter Sancto isti devotus, postquam anno MDXXXVII. die ejus festo II. Augusti, in ipso sui regiminis principio, ad Montem-murlum rebelles subjugaverat.

primum ex Urbe,

5 Dia equidem hæsi dubius, auderemne credere, ablatum unquam Roma fuisse corpus prædictum: sed dubium tandem discusserunt relationes Trani impressæ anno MDCXXII. & LXXXII. ex quibus constitit, perpetua incolarum traditione haberi, quod anno MCLX. Monachus quidam ejus monasterii (quod ordo Benedictinus habebat in peninsula prope Tranum sita, quæ dicitur Colamna) Romam appulsus, ejusque ecclesiæ ubi corpus servabatur custodi factus familiarior, modum invenerit ipsum furtim auferendi, avehendique ad monasterium suum; ubi ipsum clarueris perpetuo liliorum eo in litore II. Augusti crescentium miraculo; diuque occultatam, tandem, cum jam locus ad Franciscanos transiisset, repertum sit anno MDCXI. in festo S. Stephani Protomartyris XXVI. Decembris, eoque repositum loco, unde nuper extractum fuit, cum hac in plumbo certificatione: Hic jacet corpus S. Stephani Papæ & Martyris, conditum A. D. MCLX. postea inventum & F reconditum A. D. MDCXII. Atque ita evanuit omnis suspicio de Stephano Papa IX. illuc forte delato; cum hujus corpus anno MCCCLXII. Florentiæ fuerit repertum integrum, ut suo loco dicetur, utique duobus seculis post Stephani I. corpus Columnensibus Benedictinis allatum.

anno 1160. Tranum,

& inde Pisas.

XXV. S. SIXTUS II.

An. 257. ad 258. m. 11. dies 15.

SIXTUS, natione Græcus, ex Philosopho, temporibus Valeriani & Gallieni primum ordinatus Vicarius S. Stephani, anno CCLVI. in Dominica, XXX. Augusti; eidemque suffectus Pontifex anno CCLVII. die XXII. Augusti, similiter in Dominica; sedit qua Vicarius, qua Pontifex, annum I. menses XI. dies VII. martyrio coronatus anno CCLVIII. VI. Augusti; sepultusque in cœmeterio Callisti via Appia: & cessavit Episcopatus menses XI. dies XVII.

Baron. a 260. ad 261. m. 11. d. 13.

Ratio temporis:

1 Acta & dies habentur ex Actis S. Laurentii, post triduum X. Augusti, sicut Sixtus prædixerat, martyrio celeberrimo coronati: ex quibus eumdem auto omnes sumpsit Hieronymus, scribens in suo Martyrologio, & quidem primo loco, Romæ in cœmeterio Calisti via Appia natalis Xisti Episcopi. Annum vero vulgaris æræ, pro hujus Pontificatus initio ac fine supra expressum, accuratissime notant Consules primi, Maximus & Glabrio; secundi, Tuscus & Bassus; & ideo pro annis II. quos habebat primus Catalogus, ex secundo sumpsi annum I. ne contra hujus secundæ partis stylum cogar assignatum ejus regimini tempus inchoare ante Consules nominatos, sicuti faciendum fuisset ex stylo primæ partis, numquam bis nominantis eosdem Consules.

Successio legenda?

2 Singulariter autem hoc loco notanda primi Catalogi verba sequentia; Et Presbyteri præfuerunt a Consulatu Tusci & Bassi usque in diem XII. Kal. Augusti, Æmiliano & Basso Consulibus anni CCLIX. quando scilicet XXII. Julii electus Episcopus est S. Dionysius, & vel statim vel proxima Dominica, tunc in XXIV. Julii cadente, consecratus.

3 Quæ-

Tab. V.


XXV. S. SIXTVS


XXVI. S. DIONISIVS


XXVII. S. FELIX


XXVIII. S. EVTYCHIANVS


XXIX. S. CAIVS


XXX. S. MARCELLINVS

3 *Quæres autem non vacetur, accidisse post martyrium* SS. Anteri, Fabiani, Felicis & Marcellini; *cum etiam tune totis* VII. XI. *&* IV. *ac denique* XLII. *mensibus Sedes vacaverit. Responsio aptior non occurrit, quam, semper quidem moris fuisse, ut, si nullus esset electus consecratusque Vicarius, Presbyteri regerent, usque dum celebraretur novi Pontificis electio, qui postea cum esset opportunum consecraretur: sed hoc vice singulariter contigisse, ut propter rabiem persecutionis istius, quæ sub Decio cœpta continuabatur a Valeriano, totis undecim mensibus nequiverit Clerus in Cœmeteriis vel alibi ad electionem convenire post Sixti mortem, sicut haud diu post mortem* Anteri, Fabiani, Felicis *&* Marcellini *convenisse præsumitur.*

Et dilationis tanta causa.

4 *En tunc autem non dicebantur soli Presbyteri regere, sed* Electus *cum Presbyteris, sicut in* S. Gregorio Magno *aliisque deinde pluribus certa auctoritate comprobabitur, quorum etiam habemus Epistolas cum titulo* Electi Romanæ Ecclesiæ Episcopi, *usque ad diem Consecrationis; quæ sicut* Gregorio *propter alias causas totis* VII. *fere mensibus post Electionem est dilata, sic causa persecutionis, ideoque deficientium qui Electum consecrarent Episcoporum, factum hic credi debet, ut* Anteri, Fabiani, Felicis *&* Marcellini *successores, licet pridem Electi fuerint, tam sero tamen sint consecrati.*

Electi potestas ante Consecrationem.

5 *Ridiculus porro hic esset fabricator Sixtinæ inter Decretales Epistolæ, dum eam datam scribit* Valeriano & Decio Coss. *nisi appareret deceptum fuisse ob auctore secundi Cathalogi, sicut ab eodem deceptus est Anastasius, ut scriberet* Sixtum *rexisse Ecclesiam* temporibus Valeriani & Decii, quo tempore fuit magna persecutio. *Ipsum vero Catalogi Auctorem decepit, præposterus quidem, sed usitatus loquendi modus, quo vocabatur* persecutio Valeriani & Decii, *quæ sub* Valeriano *cœpta fuerat a* Decio *continuata. Porro duo illi numquam simul fuerunt Consules, nisi fortassis* Decius *anno* CCLI. *Consul cum filio* Decio *jam inde movens in Gothos, in gratiam* Valeriani, *rogatu Senatus instituti Censoris ad persequendos Christianos, Magistratum cesseris eumque in* Valerianum *transtulerit, jusseritque scribi* Valeriano & Decio Coss.

Decretales suppositæ.

6 *Hoc autem vel inde credibile fit, quod in Fastis accuratioribus annus notetur* Coss. Valeriano II. & Gallieno, *atque ita deinceps, nusquam tamen inveniatur Consulatus* Valeriani *primus; utique quærendus inter* Suffectos *per anni decursum, quales frequentissimi fuerunt, altero vel utroque Consulum (qui Kalendis Januarii magistratum inibant notabanturque solis in fastis) moriente vel abdicare jusso. Notat autem vir eruditissimus Antonius Pagi in sua Dissert. Hypathica pars.* 1. *cap.* 1. *nu.* 2. tria Nundina suffectorum Consulum *fuisse usitata, imo jam inde a* Claudio Augusto *sex* Nundinis *creatos bimestres Consules. Verum a solo primo Consulum Nundino seu Collegio qui & Consules* Ordinarii *appellantur, annus accipiebat titulum in Fastis aliisque scripturis publicis, solitem ordinarie. Cæterum errorem commissum ab Auctore Catalogi, in* Decii *tempore adnotando Pontificatui* Sixti, *agnoscunt Baronius & cæteri omnes, ut non sit opus eum pluribus refutare.*

unde in eis Valeriano junctus Decius?

7 *Corpus hujus* S. Xisti *verosimiliter ex primæ sepulturæ loco in eam delatum Ecclesiam postea fuit, quæ ejus nomen hodiedum retinet. Hanc cum restaurasset Philippus Cardinalis Bon-compagnus, solicite requisivit corpus, uti diximus de* S. Xisto I. *agentes* VI. *Aprilis num.* 15. *An invenerit, nescio. Panvinius sub altari majore haberi affirmat; utrum ex certa scientia, libenter discam per ipsa inventionis acta.*

XXVI. S. DIONYSIUS.

DIONYSIUS, ex Monacho, cujus generatio non reperitur, fuit temporibus Gallieni filius & Claudii, anno CCLIX. a die XXIV. Julii in Dominica, usque in XXVI. Decembris anni CCLIX. *, sepultus biduo post in cœmeterio Callisti via Appia, cum sedisset annos X. menses V. dies III. & cessavit Episcopatus dies V. Corpus S. Paulus Papa videtur transtulisse ad ecclesiam, a SS. Stephano ac Silvestro primum deinde & Dionysio nuncupatam, vulgo S. Silvestri de capite.

Ab an. 259. ad 269. an. 10. m. 5. d. 3

** Bar. a 261 ad 272. an. 11. m. 5. dies 14.*

1 P*Rimus Catalogus initium ac finem hujus Pontificatus tam accurate determinat, sicut & alios præcedentes, ex die* XI. Kalendarum Augusti usque in diem VII. Kalendas Januarii, *ut dubitari nequeat quin mense Decembri sanctus Pontifex obierit, licet in Hieronymiano Martyrologio* XIV. *Septembris, post relatos* Romæ S. Cornelium Episcopum & Saturum, *addatur,* Et depositio S. Dionysii Episcopi & Confessoris. *Puto autem, quia mors inciderat in festa Natalitia, institutum fuisse, quando corpus elevatum fuit, ut Elevationis seu novæ Depositionis tali die factæ annua memoria potius, quam obitæ Mortis dies proprius inscriberetur Romani istius antiquissimi Martyrologii tabulis. Diem tamen Ordinationis rescribo, non* XI. *sed* II. Kal. Augusti, *ut habeatur Dominica qua facta sit: & ex diebus* IV. *solum retineo dies* III. *nisi quis malit pro* VII. Kalendas Januarii *legere* VI. *ut Sanctus obierit* XXVII. *Decembris.*

Dies mortis.

2 *Pro tempore Pontificatus* annos *quidem* octo *solum habet Catalogus prior, posterior* V. *duntaxat; Ms nostrum* VI. *Anastasiana pleraque exemplaria* II *sed numerorum errorem certo corrigunt* Consules, *per quos non alii quam indicati anni notantur; primi,* Æmilianus & Bassus; *secundi,* Claudius & Paternus; *tunc vere jam numerabatur* Claudii *hujus annus* I. *cœptus a* XXI. *Martii: & hujus successor* Aurelianus *solum sumpsit Imperium Martio sequenti. Similiter ubi scribebantur* menses II. *reposui* V. *quia hoc requirunt Kalendæ* Augusti *&* Januarii, *inter quas Pontificatus hic clauditur.*

Tempus dies.

3 *Putat tamen Baronius,* Aureliani *Imperio adscribendam mortem* Dionysii, *propter* Epistolam Antiochenæ Ecclesiæ, tempore Aureliani datam *ad illum, ut censet Eusebius. Sed ipsa Epistola* Aureliani *non meminit; poterit ergo etiam hæc conjectura de tempore* Aureliani, *cæteris Eusebii circa res Romanas hallucinationibus absque scrupulo adnumerari.*

mors male dilata.

4 *Multo minus Baronianæ opinioni suffragari potest, quæ sub* Dionysii *nomine conficta est Decretalis Epistola, tum quia ipsa nullius est fidei, tum quia notatur data* Aureliano & Basso Coss. IV. Nonas Februarii, *qualis Consulatus nusquam invenitur. Licet vero auctor pro* Valeriano *scripsisset* Æmilianum; *mensis tamen* Aprilis *qui adscribitur, ordinationem ipsius* Dionysii *diu præcessit, ut vidimus. Huic autem Epistolæ similis est alia, nisi quod felicior fuerit fictio, in notanda data* IV. Idus Septembris Claudio & Paterno Coss. *Verum eosdem Consules initio sequentis* Felicis *adscriptos*

Decretales affictæ Dionysio.

& successori Felicis.

A *pter inveniens idem Compilator, nihil referre censuit, quo anni mense dandas sub ejusdem Felicis nomine Epistolas commiscerentur, sed, ut fors tulit, primam* Nonis Junii, *tertiam* Nonis Februarii *ejusdem Consulatus adscripsit, cum ille toto Claudii, & Paterni* Consulatu *solum Vicarius fuerit, nec nisi principio sequentis anni, eodem quo novi Consules Magistratum die, supremum Pontificatum inierit.* D

XXVII. S. FELIX.

Ab an. 170 ad 274. an. 5. m. 11. d. 12.

FELIX, natione Romanus, ex patre Constantio, temporibus Claudii & Aureliani primum ordinatus Vicarius exeunte anno CCLXVIII. die XXVIII. Decembris; deinde ipsis Kalendis Januarii anno CCLXX. successor Dionysii, sedit qua Vicarius, qua Pontifex annos V. menses XI. dies XXV. usque ad XXII. Decembris anni CCLXXIV.*: sepultus in cœmeterio suo via Aurelia, ac postea a Felice Papa II. elevatus in ecclesia, ipsius nomini ibidem erecta XXX. Maii, quando colitur: & cessavit Episcopatus dies XIV.

** Baron. a 271. ad 275. an. 2. m. 4. d. 30.*

Tempus Vicariatus & Sedis.

1 *Tempora hic notata sic explico. Primo* XXX. diem Maii *appello diem elevati corporis, vel si mavis dedicatæ Basilicæ: qui deinde præ die Mortis seu Depositionis primas ceperit populo festivus haberi,* B *sub Imperatoribus Christianis.* Dies *Episcopatus* XXV. *sic sumo ex primo præcipuoque Catalogo, ut cum iis componam annos quos ille habet* quinque, menses undecim: *qui cum haberi nequeant post obitum Dionysii, propter ultimo notatos* Consules *anni* CCLXXIV. Aurelianum II. & Capitolinum; *restat ut* Felix *illius fuerit integro uno anno Vicarius, eumque annum habuerit cum decessore communem, atque insuper dies quatuor ultimos anni* CCLXVIII. *Hac autem ratione recte post obitum* Dionysii, *adscriptum* XXVI. *Decembris, & dies* V. *Sedis vacantis, repertos in secundo Catalogo ipsis Kalendis Januarii anni* CCLXX. *suffectus Pontifex* Felix, *rexerit Ecclesiam adhuc* annos III. menses XI. dies XXII. *Successio autem ista tam accelerata credibilem magis facit prædictum Vicariatum.*

Obiit anno 274.

2 *Henschenius noster, simile quid de Vicariatu suspicatus, putavit* annos V. menses XI. dies XXV *sic inveniendos, si Vicarius ordinatus* Felix VI. Junii, *vixisset usque ad* XXX. *Maji anni* CCLXXV. *post ultimo illi assignatos Consules. Sed neque hoc patitur stylus Catalogi in hac secunda sui parte, non reformidans eosdem nominare* Consulas *in fine unius Pontificatus, quos habebit primos initio sequentis, ut apparet in ultimis* Dionysii *iisdemque primis* Felicis *Consulibus: & magis etiam* C *tali conjecturæ obstat mors Imperatoris* Valeriani, *obita post ipsius* Felicis *mortem mense Martio, anni jam dicti* CCLXXV. *Quod autem annum hunc non reflexerimus, nec ipse, nec ego illius lucubrationem recognoscens, fecit cura servandi diem* XXX. *Maji pro vero Natali. Sed utque placebat anno* CCLXXIV. *ita mortuum* Felicem *dicere, ut post ejus obitum vacasset Sedes totis* VII. *mensibus. Verum neutrum erat necessarium, si tunc scivissemus, vetet antiquorum Pontificum Natales non esse ex Catalogo secundo vel die annui cultus sumendos, sed ex Hieronymiano id est veteri Romano Martyrologio, ubi ad* XXII. *Decembris ita legitur:* Romæ via Portuensi depositio S. Felicis Episcopi.

die 22. Decembris.

3 *Baronius, videns quod sequentis Pontificatus initium ultra jam dictum annum* CCLXXV. *differre non posset; necesse habuit* Felicis *Episcopatum restringere ad* annos II. menses V., uno minus die, *& hoc nullo cujusquam veteris auctoris exemplo, nulla alterius generis probatione allata faciens, nisi quam habuit ad* Dionysium *in tempus* Aureliani *protrahendum; tacere scilicet nobis omnem, quod palam fecerat in* Sotere, *ut si salva auctoritate epistolæ Antiochenæ ad illum scriptæ, possimus plus temporis* Felici *relinquere, id fidenter faciamus, ut facimus, adnumerato etiam tempore Vicariatus juxta stylum Catalogorum.*

Baronii chronologia circa hunc Pontificem.

DISSERTATIO X.

De S. Felicis Ecclesia via Portuensi, cujus sit; cujus item Corpus sub Gregorio XIII. inventum, Primine, an Secundi?

E

Ecclesia S. Felicis via Portuensi aegre concipi potest una esse, de qua hic agimus.

1 *Sepultum* in cœmeterio via Aurelia milliario II. III. Kal. Junii, *habet Catalogus secundus, eodem modo quo idem in* Felice II. *postea scribit, quod fecit* basilicam via Aurelia, milliario ab Urbe secundo, *in qua & sepultus sit; cum constet hanc Ecclesiam ab aliis poni* via Portuensi; *ad quam etiam ducens porta habet nomen* S. Felicis. *Non aliter autem potest hæc contradictio explicari, quam quod via* Aurelia *concurrerit cum* via Portuensi, *istic ubi stabat* S. Felicis *Ecclesia, ut ea nunc huic, nunc illi adscribatur. Nec enim concipi possunt errasse Romani Scriptores, quales fuerunt Auctores Catalogorum, & Anastasius ex una, ex altera parte S. Hieronymus, & mox infra allegandus Æthicus, virorum Romanarum peritissimi. Sed ex diversis portis ductæ viæ, sicut una, scilicet* Aurelia *Centumcellas, altera* Portuensis *eo tendat, unde nomen accepit, quomodo concurrere uspiam potuerint, explicatu impossibile foret consideranti tabulam, quam sub Latio illustrato Kircherus noster præfixit; nisi succurreret Raphael Fabrettus in nuper editis Dissertationibus de Aquis & Aquæductibus veteris Romæ. Hic enim, Dissertatione 3. præmittit chartam topographicam, qua Urbs & pagi circumpositi continentur, in eaque distinguit* viam Aureliam *duplicem,* Novam *unam, quæ in Portuensem nusquam potuit incurrisse; alteram simpliciter dictam* Aureliam, *quæ ab alio longe principio ad eumdem tamen Centumcellarum terminum ducta ab Ortu in Occasum* viam Portuensem, *quæ a Borea in Meridiem procurrit, intersecare debuit, si hujus principium duxeris ab ea porta, quæ olim* S. Felicis, *nunc* S. Pancratii *dicitur, sicut & ipsamet Ecclesia, juxta quam Fabrettus facit vias istas decussari. Quod autem suburbana* S. Pancratii *Ecclesia, supra cœmeterium S. Calepodii sita, eadem fuerit, quæ olim* S. Felicis *dicebatur, censet Octavius Pancirolus in ejus descriptione; nusquam illam quidem appellans nomine* S. Felicis, *sed ex Anastasio eam laudans, ut a* Felice I. *conditam, a* II. *amplificatam; quod de alia, quam de qua agimus, nequit intelligi.* F

2 *Sed hæc,* quæ vix ducentis passibus distat a muro, quomodo, *inquit Claudius Castellanus, in sua ad me Epistola,* censebitur esse milliario ad Urbe secundo? An forte, sicut antiquitus, metiebantur distantias a Columna Milliaria, quæ stabat statque etiamnum in area Montis Capitolini? Ista autem Ecclesia, qui potuit Portuensi Portæ nomen dedisse, ut *S. Felicis* nuncuparetur? Vereor profecto, *inquit idem,* ne hujus jam dicta Ecclesia, longius ab ea quæ S. Pancratii est, sit requirenda, sed requirenda frustra: sicut & plurimæ

Videturque potius annumeranda tot aliis, quorum sola nunc nomina supersunt.

A mæ aliæ, quarum fola nunc apud Anastasium supersunt nomina, situs hactenus quæritur, nec invenitur. Etenim vix dimidia pars earum nunc superest, quæ extabant tempore Schruderi. Ubi nunc S. Abba Cyrus in Orphea, versus montem Carinarum, atqua adeo diversa ab altera ejusdem nominis extra Portam Portuensem? Ubi S. Agatha, in Lardario? Vin plures ordine alphabetico subjungam? Inveni mihi, si potes, S. Andream, in Aquarenariis; S. Angelus in Poro; S. Asterium; S. Auream, versus Trophea Marii; S. Basilidem, S. Benedictum, in Sconca & in Panarella; S. Blasium, in Ripa; S. Cassianum; S. Cæciliam, in Lupe-pacho; S. Cosmam, in Tracio; S. Crescentianum; S. Crescentium; S. Donatum, in Aventino; S. Eadmundum, trans Tiberim; S. Felicem, in valle Murcia; S. Felicem, in Pineis (non in Pineis) prope S. Paulum, ubi & S. Adauctus colebatur; S. Georgium, Specium sive de Specibus [non Specierum aut Speciebus] *Speces* enim a *Speciendo*, id est *videndo*, dicebantur quidam Officiales, quales etiam hodie in ecclesia Senonensi plures Gallice nominantur *des Spees*, pueris choralibus præpositi, a Latino singulari *Spec* unde *Auspex Haruspex &c.* Quære etiam S. Hermetis, ab Hadriano I. amplificatam ecclesiam; S. Hippolyti, Abbatialem ædem; S. Januarium; S. Laurentium, ad Taurellum, aliumque in Turribus, ac tertium in Mondozar; S. Leonis Basilicam, dedicatam a Leone II. S. Mamilianum; S. Mariam, in Cacabariis, in Canella, in Cyro, in Candelari, in Caminia, in Fonticana, in Mediana, in Sardis, in Vincis, & de Virginibus; S. Marciani ecclesiam, instauratam a Leone IV. S. Marcum, extra Portam Appiam; S. Mennam; S. Nicomedem, prope S. Agnetis; S. Nicandrum, extra Portam-majorem; S. Pamphilum; S. Osannam; plures S. Salvatoris, scilicet in Ærario, in Julia, trans Tiberim, in Curtibus, in Cacabariis, ad Ursum-pileatum ubi olim Guilielmitæ, de Litteratis, in Maximis, in Statera, in Militiis, de Præfecto, in Pede pontis, ad tres-Imagines, in Pietate &c. S. Sennem; S. Sindonem; S. Symmetrium; S. Stephanum, in Bagauda, in Caragalla; in Dulcitio, in Pinea &c. S. Solium; S. Silviam, prope S. Sabbam; S. Thomam, in Fraternitate; S. Ursum, in Bancis; S. Clystum, ad Corsos; S. Zenonem. Hæ porro omnes ecclesiæ, præter tot alias quarum nomina memoriæ non occurrunt, nonne sufficiunt ad comprobandum quod intendebam, de multis frustra quæri ubi fuerint? *Hactenus ille, Romanarum antiquitatum scrutatoribus copiosam præbens indaginis propemodum desperata materiam.* C

situs autem verus ignoratur,

B

Prior illa cur ab aliquibus attributa Felici II?

3 *Via autem Portuensi etiam aliquam fuisse Ecclesiam* S. Felicis *testatur Æthicus pervetustus Auctor, in sua Cosmographia Tiberis cursum describens, apud Aringum lib. 2 cap. 18. & sic de eo loquens:* Ingressus per Divi Apostoli Petri Portam, juxta Ostiensem quæ est Divi Pauli; & viam Portuensem quæ est Felicis Martyris, urbem egreditur. *Celebrem profecto oportet fuisse Ecclesiam, quæ etiam nomen dedit uni Portarum Romanarum: ideoque merito dolent Bosius & Aringus nullum ejus vestigium reperiri. Ast mihi neutiquam videtur credibile, quod illi sentiunt, hæc intelligi posse de* Felice II. *cujus & fictitium Martyrium esse infra docebo, & satis debebo laborare ut faacta probem obiisse, ab Arianis electum & consecratum contra* Liberium; *mortem vero ejus in diem* XXIX. *Iulii incidisse, auctores plane coævi Faustinus & Marcellinus testentur.*

Ecclesia prædicta cur ab aliquibus attributa Felici I.

4 *Imo dubitari potest an corpus illud, quod ab ecclesia illa desolata videtur in urbem fuisse translatum ad ædem SS. Cosmæ & Damiani, quodque sub Gregorio* XIII. *circa annum* MDLXXX. *ibidem in area marmorea est repertum, cum titulo dicente, id esse* Corpus S. Felicis Papæ & Martyris qui damnavit Constantium; *potest, inquam, dubitari, an tale corpus non sit potius hujus primi, atque indubitabiliter* Sancti Felici Papæ & Martyris. *Crescit autem causa dubitandi ex eo, quod ex tempore Gregorii Papæ VII quando Benedictus Cardinalis restauravit ecclesiam S. Pudentianæ, ibidem cum aliis Reliquiis positum esse legatur corpus:* D

cujus ne germani nunc Romæ corpus?

Martyris & Papæ Felicis, honore secundi.

sicut habet marmorea vetus tabula, apud Onuphrium Panvinium in libello de 7. Ecclesiis pag. 268.

5 *Alterutrum certe primi* Felicis *esse debet, ejus cujus Portuensi Via depositum corpus, erecta desuper ecclesia honoratum, verosimiliter a* Felice II. *prius quam in Romanum Episcopatum ab Arianis intruderetur, cum adhuc Diaconus esset: in quam ecclesiam postea etiam hujus Secundi, in vicino suo prædiolo mortui, corpus collocatum a Damaso, ambiguam fecit appellationem, cum & Patroni & Conditoris idem nomen esset. Quia autem Primi atque indubitabiliter* Sancti, & Pontificis, *&* E *Martyris* Felicis *nulla extabant Acta, extabat autem Passio Secundi (fabulosa illa quidem, sed tamen seculo VI. verissima credita) hinc factum dixerim (quod in pluralitate corporum uni Sancto attributorum dici solum potest) ut quisquis ex eadem ecclesia corpus alicujus Felicis accipiebat, potius Secundi, utpote per sua Acta famosioris, quam Primi habere se crederet: ex ipsis enim sepulcralibus titulis satis apparet, illorum auctores Actis inhærentes ita scripsisse. Quid tamen voluit Deus, ut eo præcise tempore, quo maxime agebatur de* Felice II. *e numero Pontificum, imo & Sanctorum expungendo, reperiretur corpus, quod illius, non Primi, notam qualemcumque habebat; pie præsumi potest hoc esse revera Secundi corpus, Primi autem id quod translatum est ad S. Pudentianam. Utrius porro sit, quod Tranenses in Apulia prætendunt ad se translatum fuisse, & apud se haberi (dicunt enim esse* S Felicis Papæ & Martyris) *aut an omnino alterutrius non facile dixero, nisi visis istius prætensionis fundamentis.*

quorum alterum fuit primi,

conditi in ecclesia quã struxit secundus,

etiam ipse ibi tumulatus,

PARTIS II. SECTIO II.

N*Ovum posthac deprehendo Auctorem, qui Catalogum Pontificium inveniens pertextum usque ad* Eutychiani *initium, istud uti ceperat ita relinquit, nihil addens: sed eumdem conclusurus, non fuit contentus solos exprimere* Consules, *sub quibus is obiit, verum mortis quoque signavit diem. Nam post nomina Consulum* Aureliani & Marcellini, *hac quidem vice tantum subjungit,* usque in diem VII. Idus Decembris, Caro II. & Carino Coss. *deinde sic progreditur, primum ultimumque diem nominans hac formula,* ex die ... usque in .... *donec veniatur ad gravem illam persecutionem, in qua vel captus Auctor, vel in exilium relegatus, aut fuga dilapsus usque ad tempora* Melchiadis *Papæ, aliis quibuscumque, volentibus Catalogum Pontificium pertexere, libertatem reliquit, id quo vellent modo faciendi; & sic alius, in* Marcello, *alius in* Eusebio *stylus invenitur: post quem iterum, vel idem qui tertiam partem cœperat, vel alius sed stylum eumdem tenens, perrexit scribere usque ad* Liberium: *& sic rursum habemus annos* LXXVIII. *ab auctoribus plane coævis pertextos.* F

Sectionum velquarum Auctores tres vel quatuor coævi.

E U-

A D

XXVIII. S. EUTYCHIANUS.

Ab an. 275. ad 283. an. 8. m. 11. d. 3

EUTYCHIANUS, natione Tuscus, de civitate Lunæ, ex patre Martino, die VI. Januarii feria IV. in festo Epiphaniæ ordinatus, anno CCLXXV. fuit temporibus Aureliani, & Probi & Cari: sedit annos VIII. menses XI. dies III. martyrio coronatus VIII. Decembris anni CCLXXXIII*. & sepultus in cœmeterio Callisti via Appia, unde postmodum ossa Lunam, ac denique Sarzanam sunt translata: & cessavit Episcopatus diebus VII.

* Baron. a 275. ad 283

Tempus Sedis.

ANnos hic signatos pulcherrime firmant, qui tunc Magistratum gessere, Consules primi, Aurelianus III. & Marcellinus; secundi, Carus II. & Carinus: pro die autem VII. Idus Decembris (quem habet primus Catalogus, ut Eutychiani martyrio illustratum) notavi VI. Idus; correctionem sumens ab usu Ecclesiæ, commemorationem ejus anniversariam celebrantis; idque eo libentius, quod sic retrogradiendo ad Ordinationem ipsius, veniatur ad festum Epiphaniæ, solitum devotione maxima fidelium etiam sub cryptis degentium B celebrari. Correctionem probat Hieronymianum Martyrologium, ubi similiter ad VI. Idus Decembris primo loco scribitur Romæ Euticiani, & incuriosis librariis excidisse videtur titulus Episcopi, alias addi solitus.

Translatio Corporis.

2 Catalogus 2. & hunc secutus Anastasius aliquo, notant VI. vel VIII. Kalend. Augusti, quasi tunc primum sepultus in cœmeterio Calixti fuisset Eutychianus. Occasionem dederit Elevatio vel Translatio aliqua ibidem facta tali die, seculo V. sub Innocentio I cum is eo loci ædificavit insignem S. Sebastiani Basilicam ad Catacumbas, super platoniam sub qua SS. Petri & Pauli corpora diu jacuerant: interim tali exemplo confirmatur, quod dixi, de die Natali aliunde quærendo. Ipsum corpus olim in patriam Lunam relatum, nunc invenitur atque a nobis honoratum & anno MDCLXII. inspectum fuit Sarzanæ, urbe vicina, quæ Lunæ penitus desolatæ destructæque in honore Cathedrali successit.

Patria utrũ Lunæ, an Lucæ?

3 Quia tamen Tuscus dicitur Eutychianus, Strabo autem lib. 4. & Pomponius Mela lib. 2. hic Claudii, iste Augusti ætate scribentes, Lunam non attribuunt Tusciæ sed Liguriæ; ideo Franciottus, in suo de Sanctis Lucensibus opere, agens de martyrio S. Romani, cujus corpus S. Eutychianus creditur Lucensibus donasse, suggerit, in nominanda urbe patria antiquum subesse mendum, cujus beneficio Lunenses hujus Sancti Pontificis corpus obtinuerint, quod potius Lucensibus, unica solum litterula diversis, debebatur. Quin etiam ait extare in Lucensi Archivio antiquum instrumentum (quod sane probatum oportuerat, ut de antiquitate judicium fieret) quo Pontifex hic dicitur natus in Castello Montis magni prope Sclavam, quod intra territorium, non Lunense, sed Lucense est, solis X. P. M. distans ab urbe. Ego nostri urbi præjudicatum volo: maxime E tamen apud me momenti est, ut esse debet, divisio Provinciarum, a Strabone & Pomponio indicata, qui licet vixerint, unus sub Tiberio, alter sub Claudio, duobus ab Eutychiano & semis seculis, non puto tamen etiam pro hoc tempore recipiendam ulquam limitum Provincialium mutationem absque idoneo testimonio: nec puto absque testimonio recipiendam mutationem limitum, quæ facta sit ante hoc tempus.

4 Hic porro in viam nobis redit Illustrissimus Annalium Parens Baronius; neque redire possit, annos Probi Imperatoris VII. ad V. restringit, eo securius, quod videbat circa eosdem annos variari ab auctoribus; simul etiam erasit ex fastis anni CCLXXVII. & VIII. Consules, Probum & Paulinum, atque Probum II. & Rufum; pro quibus retinendis certat Bucherius in Canonem Paschalem Victorini, cap 31. finiente. Sed de Fastorum (ut nunc habentur) sinceritate, nemo Eruditorum hodie dubitat. Si quid autem perplexitatis supererat ratione suffectorum Consulum, aut alio quovis ex capite, id totum exhausisse videtur laudatus in hujus Conatus Præfatione Antonius Pagi Dissertationis Hypaticæ, Auctor, & contra objectiones Norisianas vindex.

Baronii regressus ad veram chronologiam.

C

XXXIX. S. CAJUS.

F

Ab an. 283. ad 296 an. 12. m. 4. d. 7.

CAJUS, natione Dalmata, ex genere Diocletiani Imperatoris, ex patre Cajo, fuit temporibus Cari & Carini, Diocletiani & Maximiani, ordinatus Pontifex in Dominica XVI. Decembris anno CCLXXXIII. seditque annos XII. menses IV. dies VII. usque ad XXII. Aprilis; quando obiit in cryptis latitans, anno CCXCVII. * & sepultus est in cœmeterio Callisti via Appia, cessavitque Episcopatus menses II. dies VII.

* Baron. a 283. ad 296 an. 12. m. 4. d. 5.

Dies mortis

DEcima Kalendas Maii, quo Caji Pontificium finit primus Catalogus, etiam in Hieronymiano Martyrologio, post Natalem S. Philippi in Hierapoli, sic legitur: Romæ in cœmeterio Calisti S. Gai, vel Gagi Papæ. Quod autem secundus Catalogus alium aulium diem notet, indicio mihi est Elevationem corporis vel Dedicationem Ecclesiæ propriæ (quales dies in isto Catalogo fere observantur) anniversario Passionis die factam fuisse; istius vero Ecclesiæ restaurandæ nostro hoc seculo occasionem præbuit corpus inventum anno MDCXXII.

2 Initium Pontificatus in eodem primo Catalogo notabatur a XVI. Kalendas Januarii. Sed vel hic erratum a librario est, detractione unitatis, vel ejusdem additione, in numero dierum VII. præter annos XII. & menses IV. Sedi Caji attributorum, Hi enim a X. Kalendas Maii, retrotracti perveniunt usque ad XVII. Kal Januaris: qui dies cum anno CCLXXXIII. Dominicus fuerit, patet ratio cur priori numero potius quam posteriori correctionem adhibendam esse statuerimus. Interim ex die mortis indubitato, videmur satis certo progredi posse ad sequentes Pontificatus.

Et ordinationis. Baronius ad Thebæi.

3 Ad Acta ab Henschenio in Aprilis collecta addi velim, quod S. Cajus Thebæos, ex Oriente accersitos, cum Duce suo S. Mauritio Romæ baptizarit, quamvis eorum martyrio, per Eucherium Lugdunensem Episcopum descripto sub medium sequentis seculi, Marcellini Papæ nomen insarserit aliquis; quod multam perplexitatem historicis attulit, scientibus, Maximianum Diocletiani Collegam anno CCLXXXVI. triumphasse de Bagaudibus, contra quos evocati Thebæi fuerant Forsassis autem in dicto Martyrio, ad XXII. Septembris illu-

A lustranda, aliud nihil peccatum sit, quam quod Pontificis titulus per anticipationem addatur Marcellino, qui illos revera baptizarit, sed jussu Caii, & adhuc Romanæ Ecclesiæ Presbyter in aliqua Urbis Titulo.

4 Quæ Cajo & decessori ejus Eutychiano adscribuntur Decretales, Consulibus quidem hinc sumptis satis apte subscribuntur: sed communi eo laborant inter se vitio, quod ex Leonis Papæ Epistolis loca integra, in iisque etiam unum habeant ex libris Hilarii de Trinitate, ab ipso Leone nominatim allegati, ubi vero consueto silentio dissimulati. Sic etiam suppositas Marcellino epistolas meridiana luce clarius evarguit epistola 65. Hormisdæ, pro exordio assumpta. D

Epistolæ hujus & successoris affictæ.

XXX. S. MARCELLINUS.

MARCELLINUS, natione Romanus ex patre Projecto, fuit temporibus Diocletiani & Maximiani ordinatus Pontifex, anno CCXCVII. die XXX. Junii, Feria III. propter persecutionem; sedit annos VIII. menses III. dies XXV. usque ad XXIV. Octobris * anni CCCIV. colitur XXVI. Aprilis, quando forte elevatum est corpus ejus in cœmeterio Priscillæ, ubi fuerat sepultum; & cessavit Episcopatus annos III. menses VI. dies XXIII.

Ab an. 296. ad 304. an. 8. m. 3. d. 25

**Baron. a 296. ad 304. m. 7. d. 25.*

B HUjus sancti Pontificis Natalis nusquam invenitur in antiquissimo omnium, cujus jam sæpe meminimus, Martyrologio; atque ex hoc defectu magis confirmatur sententia Florentinii, asserentis ipsum esse genuinum S. Hieronymi fœtum, Eusebiana collectanea secuti. Si enim illud Romæ scriptum ab initio fuisset, aut ex alia fonte quam Eusebiano non deesset iste: sed cum Eusebius nescivisset distinguere Marcellinum, a successore Marcello, hujus solius etiam meminit; & Hieronymo, in Palæstina scribenti, occasionem dedit eumdem similiter prætereundi.

Confusio Eusebii circa Marcellinum & Marcellum.

2 Porro in Catalogo primo claro descriptum hujus Pontificatus initium ex die pridie Kalendas Julias. Diocletiano VI. & Constantio II. Coss. per numeros annorum, mensium atque dierum ibidem appositos, adeo certa ducit ad diem mortis a nobis indicatum, Diocletiano IX. & Maximiano VIII. Coss. & ab hoc rursum die, per Vacationis præscriptæ tempus, tam commode pervenitur ad initium Successoris Marcelli, ut securo omnino progressuri videamur, licet S. Marcellinus, tamquam sepultus XXVI. Aprilis, adeoque ut vel tunc vel paulo ante mortuus, colatur ab Ecclesia, utpote tali die inscriptus Martyrologiis Bedæ ipsumque sequentium, alium (uti credimus) fontem non habentibus, nam illum textum, de quo ipse Baronius, ipsum alios propugnatis quoad lapsum pœnitentiamque Marcellini, fatetur num. 23. non esse in eo ubi quis tuto pede consistat, quod in multis vehementer depravatus esse videatur. C

Tempus Sedis & diei mortis.

3 Ex die autem quo obiit Marcellinus usque eum quo Marcellus cœpit, inhærendo annis per Consules notatis, conficimus, Episcopatum cessavisse, annos non IV. ut scribitur in ecgrapho Catalogi I. non etiam VI. ut habet Catalogus 2. vel VII. ut Liber Pontificalis; sed III. annis: & facile fuit transcribentibus inter se variare numeros, III. in VI. vel forsan rotunde scriptos annos IV. in VII. At sicuti jam sæpe monui, non facile fuit, nisi dedita opera, nomina Consulum alterari. Interim insolita, & nusquam alibi usurpata Auctoribus primi Catalogi diligentia, in notanda annos menses, ac dies cessantis Episcopatus; arguit hic plane insolitum quid accidisse, quo tempore fuit persecutio, ab eodem Catalogo indicata. Soli autem menses VI. dies XXV. quos cum punctis annis retinuit Baronius, quid obsecro habent in Ecclesiastica historia, ab ipso hactenus deducta, tam insolens ut ita studiose notari meruerint?

Vacatio Sedis perquam longa:

4 Varia ille congerit ex suo computu argumenta, quæ nihil attinet hic attingere, cum satis sit nostram stabilire chronologiam, ut illa ultro evanescant. Quærit porro ad an. 304. num. 26. quæ tam diuturnæ cessationis causa esse potuit, cum Maximiano persecutore se abdicante. Constantius Christianis favens liberas mox acceperit Imperii habenas. Sed ecce, hujus suæ objectionis oblitus, & sequentem annum 305. inchoans a Martyrio SS. Januarii & Sociorum, contra se pro nobis respondet; quod, Quantumlibet Constantius Imperator Occidentalis orbis regimen administraret; in extrema tamen mundi partibus ipso agente, in Britannia scilicet aliisque oris Occiduis, res Italiæ ex Galerii Maximiani sententia regi potius videbantur: quamobrem ejusdem Constantii filius Constantinus, quod ab eodem Galerio Maximiano appeteretur insidiis, coactus est veloci fuga sibi consulere. Romæ deinde anno CCCVII. Imperium sumpsit Maxentius, Maximiani Herculis filius, nihilo minus quam pater in Christianos sævus: atque ita, quæ sub Diocletiano & Maximiano exarserat persecutio, Romæ continuata est usque in annum CCCX. Mirum proinde non fuit, quod extinctis omnibus aut fere omnibus Latii, Hetruriæ Umbriæ, ac Piceni Episcopis, tamdiu expectandi fuerint, qui defuncto, nec ordinatum Vicarium relinquenti Marcellino, Successorem consecrarent. De hujus autem Vacationis diuturnitate tanto dubitamus minus, quanto clarius agnoscimus Auctorem qui Appendiculam istam attexuit creato jam Marcello, ipsius tamen Marcelli Pontificatum non descripsit (existimans forte id commodius ab alio quocumque post mortem illius faciendum) fuisse illi synchronum. Vetus Glossa in 6. Decret. tit. de Renuntiatione, ut eam Romano Pontifici licere probet, assumit quod Marcellinus renunciavit Papatui, cui substitutus fuit Marcellus. Sed hæc Glossa, nescio unde sumpta, expungi æque merito potuisset, ac illa de fabulosa Cyriaco, ad secundam S. Ursulam renuntiante, expuncta est. E F

quia licet Constantius in Britannia faveret Christianis,

Romæ tyrannidem exercebant Galerius & Maxentius.

5 Quin tamen non dubitamus, quin haud adeo diu post Marcellini mortem electus Marcellus fuerit: & Baronius Pontificatus quosque auspicatur a die Electionis, non autem a die Ordinationis Episcopalis (a quo tamen annos suos usque in hodiernum diem plerique Pontifices in signandis litteris bullisque auspicantur) videri possumus hac in parte non nisi quoad modum loquendi discrepare. Libenter enim ei concessera, etiam posita illa quam dixi sævissima persecutionis diuturnitate, convenire alicubi Clerum saltem semel sub terra potuisse ad celebrandam electionem, neque multis mensibus ad id opus fuisse: ideoque puto nihil hic notari de diuturno Presbyterorum regimine, sicuti, tamquam de re insolita, notatur post mortem Sixti II. cum totis undecim mensibus fuisset Ecclesia etiam absque Electo. Restat ergo solum reddere rationem, cur Interpontificii dies XXV qui præter annos & menses jam dictos notantur in Catalogis, contraxerimus ad XXIII. Ratio autem est, quod ab initio Marcellini usque initium Marcelli, numeratis annis, mensibus, ac diebus, inveniebantur duo dies abundare; quos malui detrahere ex Interpontificii spatio, circa numerum annorum manifeste vitiato, quodque similiter in numero dierum posset vitiatum fuisse; quam ex tempore, Pontificatus

Sola tamen Ordinatio Marcelli non Electio dilata videtur.

A *tui* Marcellini *attributo, nec aliunde vitii suspecto. Denique observandum est, in Successore* Marcello *mutari stylum antiquioris* Catalogi, *eumque resumi qui fuerat ante* Euthychianum: *ut merito hoc censeri debeat nova Partis secundæ Sectio.*

6 *Porro quæ de* Marcellini *lapsu apud antiquos inveneramus, dedimus* XXVI. *Aprilis: & quoniam ea valde suspecta esse eruditis multis viris sciebamus, gavisus sum in appendice ad Tomum 3. invenisse probabilem aliquam eadem defendendi rationem, quam istic proposui, abreptus præjudicio quod afferebat tot seculorum præscriptio, quibus tradita illa & contra sentiente nemine credita fuerunt. Postea vero ad ejusdem opinionis prima initia ac fundamenta examinanda progressus, talia esse deprehendi, & contradictionibus tam manifestis implicita, ut vehementer debeat vacillare fides ejus qua illis attitur opinionis, quantumvis antiquæ & inolitæ. Sit igitur, ad ante dictorum correctionem, sequens Dissertatio, viris eruditis ad examen proposita.*

Retractatio de lapsu Marcellini,

DISSERTATIO XI. al. VII.

De S. Marcellini Papæ lapsu & pœnitentia, unde orta & an vera opinio?

B

IPso quo Marcellinus *Pontifex creatus est anno, reverso ex Africa* Maximiano, *& in honorem* Diocletiani *Thermas ab eo nominandas extruere aggresso, recruduit contra Christianos persecutio, militibus præsertim ad opus mancipatis. Pro quibus aliisque cum fidenter & publice Imperatorem interpellasset* Marcellinus, *postquam SS. Papias & Maurus ab eo baptizati, ideoque plumbatis cæsi, spiritum emisissent* XXIX. *Januarii; & S. Apronianus, Præfectus carceris, decollatus esset* II. *Februarii anni* CCXCVII. iratus Maximianus præcepit, ut fustibus cæderetur & expelleretur Marcellinus Episcopus. *Bella deinde alia atque alia in diversis orbis partibus emersere: quibus dum occupati Imperatores Roma absunt frequentius, relanguit subinde persecutio, numquam plane intermissa; potueruntque liberius aliquanto Christiani Romæ agere, & Marcellinus officium suum, saltem in latebris & cryptis fungi: adeo ut etiam Ordinationes duas ibidem eum celebrasse dicat* 2. *Catalogus.*

Marcellinus an. 297. fustibus cæsus,

2 *Hoc in statu Romæ res manserunt usque ad annum* CCCIII. *quando* Diocletianus & Maximianus, *felicem rerum suarum progressum & bellorum successum adscri-* C *bentes Deorum suorum favori, Christianum nomen penitus abolendum decrevere, persecutionique instandum per seipsos; Orientem* Diocletiano *sibi purgandum assumente,* Maximiano *Occidentem. Publicata ergo sunt adversus Christianos edicta, die* XXVI. *Februarii, sicuti (contra quam alias statueram in S. Georgio) clare docuit Stephanus Baluzius, in chronologia Diocletianæa, edita post tom. 2. Miscellan. occasione librorum Lactantii Firmiani de Mortibus persecutorum. Paulo post promulgatum est edictum aliud,* ut omnes ubique Ecclesiarum Antistites vincti in carceres truderentur. *Cumque in jam capienda multitudine, sacrorum præsertim Ministrorum, Presbyterorum, & Episcoporum, nimiam esset angusti; subsecutum rursum est edictum aliud, quo præcipiebatur,* ut carceribus inclusi, siquidem sacrificassent, libere abire sinerentur; si vero id renuerent, tormentis gravissimis cruciarentur. *Hinc jam vix iniri numerus eorum potuit, qui in diversis Provinciis Martyrium subierunt. Secundus Catalogus asserit,* infra triginta dies quindecim millia hominum promiscui sexus coronata *fuisse.*

renovata acrius an. 303. persecutione,

præsertim contra Ecclesiarum Antistites & ministros,

3 *Rei gestæ indignitatem & acerbitatem, prout Eusebius eam lib. 8. cap. 3. describit, ad clariorem post dicendorum intellectum, lubet hic transcribere; sic ergo loquitur:* Tum vero quam plurimi Ecclesiarum Rectores, gravissima supplicia alacri animo perpessi, illustrium certaminum spectacula exhibuerunt: alii non pauci, fracti animis ac debilitati, primo statim impetu præ timore conciderunt: ex reliquis varia quisque tormentorum genera expertus est. Hic flagellis concisus, ille tormentis intolerabilibus & ungulis excruciatus, quibus in suppliciis nonnulli etiam miserrimo mortis genere interierunt: alii item alio modo certamen suum peregerunt. Hic, contrudentibus eum quibusdam, & ad impura ac nefaria sacrificia admoventibus, quasi sacrificasset, dimittebatur, tametsi revera minime id fecisset. Alius vero, cum neque prorsus ad aram accessisset, neque profanum quidquam attigisset, nonnullis tamen ipsum sacrificasse dicentibus, hanc calumniam silentio dissimulans, abscedebat. Hi semivivi correpti atque humeris gestantium sublati, projiciebantur ut mortui: illi humi jacentes per longissimum spatium pedibus trahebantur, & inter eos qui sacrificaverant computabantur. Alius vero clamabat, & contenta voce testabatur, se sacrificia repudiare, alius Christianum se esse vociferabatur, salutaris hujus nominis confessionem præferens; alius item, se nec sacrificasse, nec sacrificaturum unquam, affirmabat. Sed & hi a numerosa militum manu, pugnis in os cæsi ac silere coacti, genis omnique facie verberibus contusa, violenter expellebantur. Adeo pietatis hostes permagno utique æstimabant, si id quod voluerant, perfecisse saltem viderentur.

D

quando infiniti sunt Martyres facti,

multi humanum aliquid passi,

multi desertionis falso insimulati.

E

4 *Inter hæc* Marcellinum, *qui caput erat omnium, semper latere potuisse, vix est credibile: superfuisse tamen debuit (si huic parti Catalogi credimus, statim post* Marcellini *mortem scripta: quis autem discredere ei sine scrupulo possit?) debuit, inquam superfuisse saltem usque ad* XXIII. Octobris *anni* CCCIV. (*quando jam pridem ex Italia discesserat* Diocletianus, *numquam rediturus*) *esse solum colatur* S. Marcellinus XXVI. Aprilis, *quando forsitan anno sequenti translatum est, ad eum quem vivens elegerat suæ sepulturæ locum in crypta juxta corpus S. Crescentionis: interim passim legitur Martyr obiisse jubente* Diocletiano, *Romæ præsente. Solum hoc per se potest sufficere, ut suspectum reddatur prætensum* Marcellini *martyrium. Ast pro* Diocletiano *substituendum* Maximianum *ait Cardinalis Baronius. Fateor equidem, in Passionibus plurium Martyrum sæpe legi* Diocletiani *nomen scriptum, ubi* Maximianus *scribi debuisset: sed addo vel hoc ipso indubitabiliter constare, ejusmodi Passiones diu post rem gestam esse descriptas, ex traditione non satis fida potius quam certis monumentis: & talem dico fuisse istam* S. Marcellini passionem, *cui occasionem dedisse potuit aliqua ejus aut vere aut falso jactata imbecillitas, qualem aliis obrepsisse Eusebius scribit, aliis calumniose affictam fuisse. Nam si accepta fuisset ab oculatis testibus vel ex publicis judiciorum Actis, in quibus* Maximiani *nomen legi infallibiliter debuisset, nemo tam socors librarius est, qui illud in nomen* Diocletiani *commutasset, & hunc prostibulum fecisset.*

dicitur a Diocletiano ad lapsum protractus,

F

5 *Ex eadem tam male fidei Passione accepta est alia ejusdem lapsus & pœnitentiæ circumstantia, quam in 2. Catalogo brevius descriptam invenio, sed plenius in Mss. nostris Vitis Pontificum, his verbis:* Et ipse Marcellinus ad sacrificium ductus est, ut thurificaret: quod & fecit. Et post paucos dies Synodo facta in provincia Campaniæ, in civitate quæ vocatur Sinuessa, se ore suo pœnituit coram CLXXX. Episcopis, cum cinere in capite suo & cilicio vestitus, pœnitentiam agens, & dicens se peccasse. Tunc iratus Diocletianus tenuit eum, compellens ad sacrificium: ille autem clamabat dicens; Pœniteo cum lacrymis de priore ignorantia, quia graviter deliqui. Et cœpit blasphemare Diocletianum & idola dæmoniorum manufacta. Tunc ab eodem

& post publicam in Synodo pœnitentiam,

A dem Diocletiano pro fide Christi eum Claudio, Cyrino, & Antonio capite sunt truncati & martyrio sunt coronati. Conjuraverat autem Marcellinus Marcellum Presbyterum, dum pergeret ad passionem suam, ut præcepta Diocletiani non impleret. Post hoc factum jacuerunt corpora sancta in platea, ad exemplum Christianorum, diebus XXXVI. ex jussu Diocletiani. Exinde Marcellus Presbyter collegit noctu corpora, cum Presbyteris & Diaconis, cum hymnis; & sepelivit via Salaria, in cœmeterio Priscillæ, in cubiculo claro, quod patet usque in hodiernum diem, quod ipse præceperat dum traheretur ad occisionem, in crypta juxta corpus S. Crescentionis, VI. Kalendarum Majarum.

capite plexi sunt, atq; 26. Aprilis sepultus.

6 *Hactenus verba, ut ea amplieri aliquo Vitarum Pontificiarum, quem Anastasius habuit, contextu transcripta, hoc solum dempto, quod pro* Sinuessa, *ex Platina Actisque Conciliorum restituta, legatur* Fesanua, *inauditum hactenus nomen: qua omissa, Luitprandus fatis habuit Synodum* in civitate Campaniæ *actam dicere. Sed scriptum perperam nomen facile imputari librariis potest: nescio an & numerus Episcoporum ibidem collectorum, pro tali tempore prorsus incredibilis. Si enim in plena Ecclesiæ pace, Constantino Imperato-*
B *re commeatum & sumptus necessarios prabente, multum fuit, ad Nicænum Concilium colligi potuisse Episcopos CCCXVIII. quis credet in tam sæva persecutione, tam prope urbem Romam, convenisse Episcopos CLXXX. ubi si sex vel octo adfuissent, cum aliquo Presbyterorum numero, multum sane debuisses censere. Si autem propter Marcellini vulgatum, ut supponitur, lapsum convenerat Synodus; quantum quæso intercedere debebat temporis, ut res ubique innotescere, conspirare ad Synodum contra Pontificem lapsum cogendam Clerus Romanus, Episcopi ipsi possent undequaque convenire? Et credes aliquis fragilitatis istius lapsum, si quis fuit, non prius quam ista fierent reparatum a Marcellino? Ego sane existimo hunc, si, ut homo, peccavit aliquid; coram proprio Clero & uno alterove ex viciniis aut forte tunc Romæ præsentibus Episcopis, confessam culpam ejusque pœnitentiam esse professum, ad unum vel amplius annum (quod sane consequens foret, pro tanto congregatorum & majori convocatorum numero) non facile credam.*

Synodus autem dicitur. acta Synuessa,

ab Episcopis 180. numero pro tunc incredibili,

7 *Atque hinc æstimabit Lector, quid judicii ferendum sit de Actis, sub nomine Concilii Sinuessani vulgatis, ubi ad* trecentos *augetur numerus Episcoporum, adeo ut nequiverint simul congregari in locum unum, sed* quinquageni ac quinquageni *successive conventum haberent, & quasi ore unum trecentarum sua quique vice sententiam ferrent. In his autem Actis narratur, quomodo*
C Marcellinus Christianorum Episcopus, & Urbanus *quidam* Capitolii Pontifex, *de thurificando altercati inter se, convenerint, una nocte simul se sistere* Diocletiano & Masimiano *(quasi vero hi simul Romæ fuerint) tum ab* Urbano *deceptus* Marcellinus *inductusque in templum, visus fuerit ab octodecim testibus thus mittere in ignem; ad quorum relationem convocata Synodo, comparuerit coram ea* Marcellinus; *factumque excusare volens nec valens, cum nemo damnationem ejus auderet pronuntiare, dicentibus cunctis,* quoniam prima Sedes non judicabitur a quoquam, *scripsit ipse & subscripsit damnationem suam primus omnium; subscribentibus contra ipsum* & trea ejus Presbyteros ac Diaconos duos, *trecentis Episcopis, triginta Presbyteris, Diaconibus tribus,* x. Kalendas Septembris, Diocletiano VIII. & Maximiano VII *id est anno* CCCIII. *Quo audito Diocletianus,* cum esset in bello Persarum, *miserit Romam iratus, & multos Episcopos ad martyrii coronam traxerit. Hæc autem narrantur cum circumstantiis & formulis tam peregrinis, ne dicam fatuis, ut nequeam animo comprehendere, qua ratione potuerint*

qui ad 300 augentur in Actis Synodi plane fabulosis,

ista Acta in compilationibus Conciliorum absque debita censura tolerari. D

8 *Ego Romanæ Ecclesiæ prærogativis additum potius aliquid, si possit, quam detractum velim; illam tamen, qua hic prætenditur* prima Sedes non judicari a quoquam, *eo acceptam sensu, quasi persona Pontificis, qua homo singularis est, nullius judicio subjaceret, non modo falsa est, sed ab ipsamet Ecclesia positive rejecta in Canone,* Si Papa, *dist. 40. sumpto ex verbis S. Bonifacii Moguntini Archiepiscopi & Martyris, ubi statuitur, ut* Papa judicetur a nemine, nisi fuerit a fide devius; *quis autem magis ab ea devius quam idololatra, qualem nobis faciunt* Marcellinum, *qui ejus lapsum tueatur, haud sane prudenter allegantes lapsum* S. Petri? *Nec enim hic cum Christum negavit Pontifex erat, sed primum id factus est post Christi Ascensionem, licet antea designatus, quando Magistrum suum confessus est Christum filium Dei vivi. Pendeant porro atque erudito Lectori relinquo sigillatim expendendas ponderandasque particulas omnes insulsæ relationis illius. An autem & quantum* Marcellinus *peccaverit, non definio: solum dico, tota illa Acta commentitia esse, &, si peccaverit aliquid* Marcellinus, *id abunde diluisse ea ærumnarum tolerantia, quam illo loco ac tempore ab eo exercitam necesse est credere, ut vel idcirco merito reputetur inter Martyres.*

MARCELLINU.

falso asserentibus nullo casu Papam a quoquam judicandum.

9 *Porro si etiam martyrium per capitis recisionem jussu absentis* Diocletiani *aut præsentis* Maximiani *consummavit* Marcellinus, *qua ratione id potuit ignorasse Augustinus de tali persona, cujus lapsus (& is forsitan per calumniam confictus) si totam, ut debuit, conturbavit Ecclesiam; æquum fuit diligentia quam potuit maxima vulgari quaquaversum pœnitentiam ejus, insigni martyrio coronatam; ut communi omnibus scandalo communiter opponeretur majoris ædificationis exemplum. Tale autem nihil factum supponit* Augustinus, *cum in libro de unico Baptismate cap. 16. sic respondet Petiliano:* Quid jam opus est ut Episcoporum Romanæ Ecclesiæ, quos incredibilibus calumniis insectatus est, objecta ab eo crimina diluamus; Marcellinus, & Presbyteri ejus Melchiades & Marcellus & Silvester, traditionis codicum divinorum & thurificationis ab eo crimine arguuntur. Sed numquid ideo convincuntur aut convicti aliqua documentorum firmitate monstrantur? Ipse, sceleratos & sacrilegos fuisse dicit; ego, innocentes fuisse respondeo. Quid laborem probare defensionem meam, cum ille nec tenuiter probare conatus sit accusationem suam.

E

Quomodo autem, si post lapsum martyr factus esset Marcellinus,

utrumque ignorasset Augustinus?

10 *Verum quidem est quod Augustinus, peculiariter descendens ad defensionem* Melchiadis, *qui potissimum impetebatur, ostendat id ei numquam antea, cum maxime opus fuisset, a Donatistis exprobratum, de ceteris autem taceat: manet tamen, quod ut minimum de iis ignoraverit; & manet difficultas quomodo ignorare potuerit lapsum summi Pastoris, tam memorabili pœnitentia reparatum. manet etiam quod Augustini tempore, post Carthaginensem tamen Collationem, in qua altum silentium de lapsu illo; rumor aliquis primus a Petiliano temere jactatus fuerit, non tam* Marcellini, *quam* Melchiadis *accusandi ergo, deinde ampliatus ab ejus partiariis Donatistis, omni modo satagentibus, ut hujus contra solatam sententiam elevarent, & nullius ponderis esse suaderent. Quem rumorem ut falsus, in* Melchiade & *Compresbyteris ejus fuerit, asserente id Augustino; verum fuisse in* Marcellino, *eodem Augustino id non expresse negante, credere non debeo, nisi fortiori aliqua auctoritate convincar quam sit eorum, quos, Acta procul dubio commentitia secutos, secuta deinceps est posteritas reliqua, nulla discussione eorumdem Auctorum præmissa. In his fuisse Auctorem Catalogi adcrederem, nisi aliis quoque manifestissimis fabulis interpolatum eum invenirem, quibus omnibus fidem adhibitam ægre mihi persuadeo: cum videam exemptis interpolamentis istis contextum totum* F

MARCELLINUS.

A *optime sibi cohærere, itaque auctorem excusari posse.*

Natalis Alexander insuper expendit,

II *Hactenus fueram de hoc argumento commentatus jam inde ab anno* MDCLXXVIII. *cum suspensa Tractatus hujus tunc edendi consilio, tempus mihi dedi secundis tertiisque curis eumdem elimandi, qui jam ultra seculum XII. processeras; & ex Romanis archivis expectandi subsidia quædam, infra suo loco proferenda. Interim prodierunt Parisiis Fratris Natalis Alexandri in selecta Historiæ ecclesiasticæ Capita Dissertationes, quarum viginti sunt pro seculo III. ubi Conclusionem I. qua* Marcellini lapsus commentitius *esse definitur, concludit, quærens* Cur Donatistæ, qui omnem verterunt lapidem in tot Conciliis & Collationibus, uti unum Cæcilianum traditionis arguerent; Marcellini Pontificis lapsum ac thurificationem sæpius non prodiderunt ac probaverunt? *& subjungit:* Certe in celeberrima illa mandato Pontificis facta Collatione Carthagine, Catholicos inter & Donatistas, cum sese paratos jactitarent hæretici ad convincendum traditionis Melchiadem Romanum Pontificem, & prolixa admodum acta legi petivissent; nihil in eis quo reus probaretur penitus inventum est, ut refert Augustinus in Breviculo Collationis diei tertiæ cap. 18. & libro post

Donatistarum Carthaginense de re silentium;

B Collationem edito cap. 12. & 13. At, si vere lapsus esset Marcellinus, ibi lapsum ejus objicere non omisissent, ad facessendum negotium Melchiadi, qui ejus Presbyter fuerat; sicut ex persona Felicis Aptungitani Cæciliano moverunt quæstionem, quod ab eo fuisset ordinatus, qui fuerat sacrorum librorum traditor.

12 *Hinc ad secundam conclusionem suam transiens Alexander, ut probet* Consilium Sinuessanum suppositium ac plane fictitium esse, *varias illius expendit circumstantias, a nobis dissimulatas, quarum* III. *est, quod* in Actis istius Concilii Marcellinus dicitur introductus a Diocletiano in templum Jovis, Vestæ & Isidis, sacrificasse Herculi, Jovi, & Saturno. Istud porro verosimile non est, cum cuique Numini proprio in templo nuncupata fuisse vota & oblata sacrificia, omnia Antiquitatis monumenta habeant.

& in Actis prætensi Concilii Sinuessani,

IV. Ferunt istiusmodi Acta, Marcellini condemnationem ad Diocletianum esse perlatam; cum esset in bello Persarum; quod apertæ convincitur falsitatis, cum biennio antequam se Imperio abdicaret Diocletianus (*abdicavit autem uti demonstrat Baluzius, Kalendis Maji anni* CCCV.) de Persis profligatis cum Maximiano Collega suo Romæ triumphum egerit.

Inter alias erum ineptias,

C V. In Actis illis habetur, multitudinem Christianorum ad templum Idolorum pertexisse, ut de rumore qui sparsus erat contra Marcellinum certiores fierent, & testimonium contra ipsum ferre possent, si eum viderent idolis sacrificantem. At in ista narratione multa sunt quæ veri speciem nullam habent. I. quod tempore persecutionis, quo fidei Christianæ professores delitescebant, tot Christiani catervatim prodierint in publicum. II. quod ad templum idolorum accesserint, sacrificii aut thurificationis sacrilegæ futuri testes, quibus sacrificia & quosvis impiæ superstitionis ritus spectare nullatenus licebat, ut constat ex Tertulliano passim in libro de spectaculis, sed maxime cap. 13 ubi postquam præmisit Christianos abstinere ab idolothytis ex horrore idolatriæ, hæc addit: *Si ergo gulam & ventrem ab inquinamentis devitamus, quanto magis augustiora nostra, oculos & aures, ab idolothytis voluptatibus abstinemus, quæ non intestinis transiguntur, sed in ipso spiritu & anima digeruntur, quorum munditia magis ad Deum pertinet quam intestinorum.* Quod si spectacula adire Christianis non licebat, *quia ea idololatria constabat universa eorum paratura*, ut ait Tertullianus, quanto magis ipsis erat illicitum sacrificia ipsa, falsis exhibita numinibus, spectare?

arguit quod non haud dicantur turmatim accurre ad templum Marcellini spectandi,

VI. Acta illa referunt LXXII. testes adductos fuisse in mediam Synodum, qui Marcellinum sacrilegæ thurificationis convincerent, & nihilominus dixisse ipsi universam Synodum. *Tu eris judex: ex te enim damnaberis & ex te justificaberis, tamen in nostra præsentia.* Et post depositionem dicitur, *Ore suo condemnatus: Nemo enim*, inquit aliquis ex fictitiis istis Patribus, *umquam judicavit Pontificem, nec Præsul Sacerdotem suum; quoniam prima Sedes non judicatur a quoquam.* Quæ si vera essent, quam ob causam tot prolata essent adversus Marcellinum testimonia? quorsum necessarii testes ad convictionem rei, qui judicari a nemine mortalium potest, & cujus standum judicio sit etiam in propria causa? D

VII. Ad quid mysticus ille LXXII. testium numerus?

VIII. Quam bella libræ occiduæ, LXXII. solidis constantis, ad LXXII. testium numerum allusio! quam nitida elocutio. *Quoniam in septuaginta duarum libra occidua in reparationem resurgit annus!* Ænigma certe quod nullus Oedipus solveret.

quod non publice afferuntur argumenta in Concilio recto;

IX. Quam congruum primævæ Ecclesiæ moribus; ut ad testimonium ferendum contra Pontificem admittatur publicus adulter! quod tamen factum in Actis prædictis legitur.

X. Verosimile non est, quod Marcellinus, qui palam in templo tanta spectante multitudine thus adolevisse fingitur Herculi, Jovi, Saturno, admissum a se in totius Romanæ civitatis luce facinus inficiari ausus esset: quod tamen Acta præfata testantur. E

XI. Pontificem Romanum illo ævo purpura fuisse indutum, nemo sibi facile persuadebit. Porro id supponunt Acta Sinuessana; in quibus unus testium quærenti Marcellino, quo die ipsum thurificantem vidisset, respondisse fertur; *Qua die cinxisti purpuram & induisti coccum, & gaudebat super te Diocletianus; & quos paulo ante negabas, eis ante ejus tribunal thurificabat.*

13 *Addit deinde adhuc alia Alexander, ac denique sibi objicit auctoritatem* Nicolai Papa I. *ad Michaelem Imperatorem scribentis, &* Breviarii Romani *eadem referentis quæ ille de lapsu* Marcellini *ac responso Synodi. Et de* Breviario *quidē respondet*, non censeri debere exploratæ & inconcussæ auctoritatis quæcumque ei sunt inserta: *quod illius tot locis antehac factæ correctiones sic probant, ut spem faciant non displiciturum sacræ Rituum Congregationis Præsidibus, quisquis bona ductus ratione alias subinde adhuc suggeret. Ad* Nicolaum *quod attinet, cum bona fide allegantem quæ suo tempore referebantur ut certo vera, nunc tamen repudiantur ab Eruditis ut certo falsa, non putat commisisse aliquid quod Pontificia dignitati probro verti magnopere possit: alioquin enim tanto justius eidem objiceretur* Marcellini thurificatio, *quanto gravius foret Pontificem aliquem thus obtulisse, cum idololatris; quam in alicujus rei narratione erravisse, cum vulgo hominum veterorum, etiam optimorum. Quid autem cunctabimur fateri, in recipiendis Sinuessani Concilii supposititiis Actis, errare potuisse* Nicolaum! *cum in eadem epistola ad Michaelem paulo ante, inveniamus similiter allegata Acta cujusdā pseudo-Concilii Romani, sub* Sixto III. *in causa* Polychronii Hierosolymitani Episcopi; *quem nullum umquam in rerum natura fuisse ad annum* 433 *agnoscit demonstratque Baronius, & ex nostro de illius Sedis Episcopis Tractatu liquet. Is tamen post suam restitutionem sedisse dicitur adhuc* annos septem & menses sex; *auditus autem in judicio fuisse.* Valentiniano septimum & Avieno Consulibus, *id est anno* X. *post mortem Sixti. Hæc aliaque cum expendisset Cardinalis Baronius, & quasi objecisset sibi*, Acta ea ut legitima citata a Nicolao Romano Pontifice, & a Petro Damiani, atque ab aliis postea recentioribus, de illis minime dubitantibus; *tandem concludens*, Libenter equidem audirem, *inquit*, si quis esset (*quod idem de Sinuessanis Actis a me dici existima*) qui eadem Acta veritati in F

& respondetur objectioni ex auctoritate Nicolai, & Breviarii Rom.

omnibus

Tab. VI



XXXI S.MARCELLVS



XXXII S. EVSEBIVS



XXXIII S. MELCHIADES



XXXIV S.SILVESTER



XXXV S.MARCVS



XXXVI S.IVLIVS



A omnibus redderet consentanea, aut saltem aliqua ex parte verisimilia. Licet enim in his plurimum laboris insumpserim, nihil præterea sum consecutus, nisi ut impossibile esse repererim, ad veritatis lineam eadem revocari aliquo modo posse. *Ast, inquies, idem Baronius, qui & ipse Sinuessana Acta in priori sua editione Romana habuerat de supposititione suspecta, in secunda Antverpiensi conatus est suspicionem detergere, eaque verosimilia facere: non autem id fecit in causa Polychronii. Fateor, sed eatenus tantum id conatus est* (*ut apparet ex Appendice ad annum* 302. *post* x. *Tomum*) *quatenus utcumque satisfaciat vehementissimis virorum doctissimorum querelis*, de Martyrologio atque Breviario Romano, quod ista in Ecclesia recitanda contineant, *suadeatque* Ecclesiam Romanam, quæ ante octingentos annos ita publice lecta reperit, quamvis sibi valde molesta, haud adeo vane leviterque ista hactenus legenda reliquisse. *Atqui in hoc libenter Baronia subscribimus: quæ tamen hactenus abolita non sunt,* D *aliquando abolenda non diffidimus, cum scilicet inter omnes convenerit de eorum falsitate. Dicimus autem Baronium, non nisi paucas ex multis objectionibus solvendas suscepisse, idque languide satis & parem efficaciter per dissimillima valde exempla. Quod autem ait de tempore octingentorum annorum, quibus* ita lecta *in Ecclesia fuerint, id neque certo aliquo documento probat; nec ut probaret, sufficere posset fidei indubitatæ Actis Sinuessanis asserendæ: cum similiter aut etiam diutius tolerata in Actis S. Silvestri, aliorumque nonnullorum, nunc sine scrupulo examinentur, & fide indigna judicentur. Utrum autem Romana Ecclesia morem assumpserit legendi Sanctorum Acta sub Matutinum Officium, ante annos plures quam quadringentos aut quingentos, equidem dubito vehementer; adeoque privati solum usus, non publici, erant si qua antea extabant in Romanis Basilicis Passionalia vel Legendaria.*

B

PARTIS II. SECTIO III.

E

XXXI. S. MARCELLUS.

MARCELLUS, natione Romanus, ex patre Marcello, fuit temporibus Maxentii, ordinatus Pontifex anno CCCVIII. die XVIII. Maii, Feria III. Pentecostali, sedit annum I. menses VII. dies XXX. usque ad XVI. Januarii anni CCCX *: & cessavit Episcopatus menses III. ipse vero sepultus fuit in cœmeterio Priscillæ via Salaria.

Alias an. 308. ad 310. m. I. v. 7. d. 30.
*Bar. a 304 ad 309. an. 5. m. 8. dies 25.

PRimo Catalogo inhærens S. Hieronymus in suo Martyrologio, vel ante ipsum Eusebius in Collectaneis, diem XVI. *Januarii sic exorditur:* Romæ via Salaria in cœmeterio Priscillæ, depositio Marcelli Episcopi & Confessoris. *Adeoque celebris mansit Romæ hujus diei memoria, ut cum erecta postmodum esset sub ejus nomine nova ecclesia, in ipsa Lucinæ quam dedicaverat domo, eoque illatum ejus corpus, illius anniversario id factum esse videatur; quo fiat ut idem dies etiam in secundo Catalogo notatus inveniatur.* *(Dies mortis)*

2 *Uterque annus, primus scilicet & ultimus* Marcelli, *in primo Catalogo, suppletis defectibus, habentur notati* a Consulatu (Maximiani Herculei) X. & Maximiani (Galerii) VII. usque (iterum) post Consulatum X. & VII. *ubi τὸ* iterum *necessarie addendum, ut habeatur annus CCCX. Est autem, ut supra dixi, alius hic stylus, dum dies primus ultimusque tacetur.* *(Ratio temporis.)*

C

3 *Secundus Catalogus eidem* annos IV. *assignat; Anastasius & Auctor Ms. nostri annos* V. menses VI. dies XXI. *& credi possent voluisse* Marcelli *Pontificatum ordiri a die, quo cum Clerus Romanus elegit in locum defuncti absque Vicario* Marcellini, *nisi simili exorbitantia* Eusebio *Marcelli Successori iidem tribuerent* annos VI. mensem I, dies III. *cujus tamen Pontificatum constat fuisse brevissimum. Nihilo levius iidem Auctores in signandis Consulibus exerrarunt, dum scripserunt* a Consulatu Maxentii IV. & Maximi, usque ad *vel* usque post Consulatum. Maxentius *enim se IV. Consulem solum sine Collega dixit an.* CCCXII. *quo alii nominabant* Coss. Constantinum II. & Licinium II. *primum autem Consulatum cum Romulo usurpavit eodem anno, qui fuerat* utriusque Maximiani *Consulatu* X. & VII. *cœptus notari, id est eodem quo nos* Marcelli *Ordinationem posuimus* CCCVIII. *(Errores annai.)*

4 *Interim* Consulatus Maxentii & Maximi (*usurpatur autem nomen* Maximi *pro nomine* Maximiani, *uti in Consulibus Victorii sæpe est videre*) *subscribitur Decretalibus sub nomine* Marcellini *fabricatis: sed frequentia earum plagia, in margine a nostro Labbæo notata, manifestius detegunt imposturam, cui alioquin satis essent Consulares Fasti, tali Consulatu nusquam notati.* *(Decretales suppositæ.)*

5 *Epitaphium Marcello scriptum a S. Damaso Papa, atque ex Andrea du Chesne relatum, sed non satis intellectum a Bollando in Januario, videtur hic regustandum.* *(Epitaphium)*

Veridicus Rector; * lapsus quia crimina flere *(*lapsos)*
Prædixit miseris, fuit omnibus hostis amarus.
Hinc furor, hinc odium sequitur, discordia, lites,
Seditio, cædes: solvuntur fœdera pacis
Crimen ob alterius, Christum qui in pace negavit
Finibus expulsus patriæ, * feritate tyrannus. *(* tyranni.)*
Hæc breviter Damasus voluit comperta referre, F
Marcelli ut populus meritum cognoscere posset.

Hic notat Bollandus: Nulla alibi (quod sciam) mentio exilii Marcelli. *Sed nec hic etiam ulla; quia* Marcellus *hic non dicitur,* Finibus expulsus patriæ. *Quis ergo? Idem* qui Christum in pace negavit, ob cujus crimen soluta pacis fœdera, *qui denique* feritate tyrannus *fuit; quod non intelligens imperitus librarius, commodiorem sensum facturum se credidit, si scriberet,* Tyranni. *Voluit ergo* Damasus *significare, quod quia* Marcelli *ad pœnitentiam hortantis, & mala reipublicæ alioqui incubitura prænuntiantis prædicatio odium commune ipsi attulit, secuti sint ii quos narrat effectus, ac denique bellum civile inter* Constantinum & Licinium: *quem* Licinium *primo quidem cum* Constantino *Christianum videri voluisse, demonstrat ex Eusebio Baronius ad an. 314. num. 12. & sapius victum a* Constantino *tandem in Gallias relegatum, ex Joanne Nicomediensi Presbytero coævo, discimus in Vita S. Basilei Episcopi Amaseni, a nobis data ad* XXVI. *Aprilis.* *(implicatum.)*

A D

PARTIS II. SECTIO IV.

XXXII. S. EUSEBIUS.

An. 310. m. 5. d. 11.

EUSEBIUS, natione Græcus, ex patre Medico, fuit tempore Maxentii, ordinatus anno CCCX. XVI. Aprilis in Dominica: sedit menses v. dies XI. defunctus XXVI. Decembris*: sepultus vel elevatus in cœmeterio Callisti via Appia II. Octobris: & cessavit Episcopatus dies XI.

* Bar. a 309. ad 310 an. 1. m. 7. d. 16.

Errores correcti.

HAbet quidem antiquus Catalogus, prout est transcriptus a nobis, menses quatuor, dies sedecim, a XIV. Kalend. Majas usque in diem XVI. Kal. Septembris. Sed cum manifestum hic appareat vitium numerorum, legendum credidi menses quinque, dies undecim a XVI. Kalend. Majas usque in diem VI. Kal. Octobris. Hunc enim verum esse Depositionis diem, persuadet Hieronymianum Martyrologium his verbis ipsum exordiens: Romæ via Appia in cœmeterio Callisti, B depositio S. Eusebii Episcopi. Quod igitur in secundo Catalogo legitur sepultus VI. Nonas Octobris, de die Sepulturæ aut Translationis intellige, præ qua tamen festivus manserit dies Mortis. Et hic etiam invenitur in tribus pervetustis Romanis Martyrologiis, Bedæ contextum supplentibus (Vaticano scilicet, Barberino, & S. Cyriacæ) ubi ad VI. Kal. Octobris dicitur Romæ depositio S. Eusebii Episcopi & Confessoris, & idem etiam Ado habet. Panvinius Reg. 9. Eccl. 19. agens de Ecclesia S. Sebastiani, quæ supra ipsum Callisti cœmeterium via Appia habetur, asserit ex 101 Pontificum corporibus ibi olim sepultis, sola duo, SS. Eutychiani, & Eusebii, istic adhuc servari: sed si Eutychiani corpus Lunam ac deinde Sarzanam translatum esse creditur, cur non dubitetur de corpore S. Eusebii, ne ipsum quidem elatum alio sit? Fabulam de inventa hujus Pontificis tempore Cruce, elogio secundi Catalogi insertam, refutatam invenies in Actis nostris die III. Maii.

Mutatus Auctor.

2 Quia autem, uti supra, loco expuncti Maxentii non additur Post Consulatum, ideo opinor nec Maxentium quidem hic a primo Auctore scriptum fuisse, adeoque diversum hunc esse ab eo qui de Marcello scripserat: itemque ab eo, qui resumens accuratam secundæ Sectionis diligentiam, eamdem continuavit usque ad Liberium, primum ultimumque diem definiendo. Denique vacantis Sedis dies VI. notatos in secundo Catalogo, converti in XI. ut haberem Dominicam, qua institutus fuerit Successor Melchiades.

Eusebii historiographi negligentia.

3 Baronius fatetur Eusebium historiographum, cui qua potest inhæret, solum VII. menses huic Pontificatui dare; ipse tamen mavult Anastasium sequi, & scribere annos II. menses VII. dies XVI. usque ad XVI. Septembris, quia id magis conveniebat rationibus suis: cum nos putemus potius inhærendum Consulatuum notis, tamquam characteri temporum omnium certissimo & receptissimo. Quod ad Eusebium Cæsariensem attinet, esset ei, utpote hoc tempore viventi, deferendum præ ceteris, saltem quoad hosce Pontifices; nisi etiam in his tam negligenter versatum constaret, ut Marcellinum a Marcello non distinguens, in unam duas personas conflaverit: quod omnino stupendum, & vix credibile foret ab eo fieri potuisse, nisi oculis ipsis teneretur, simulque everteret omnem ejus in historia Pontificia auctoritatem. E

Epistolæ spuriæ.

4 Porro quod Eusebii Pontificatui Consulatum nullum adscribant Catalogi, eo fit, quia præter tyrannum Maxentium, qui sibi soli III. Consulatum arrogat, anno CCCX nullus Consul fuit, sed scribebatur, iterum post Consulatum X. & VII ne tamen spuriæ agnoscerentur epistolæ, quas sub Eusebii nomine habemus, placuit eas subscribere Constantino Consule. Sed hic primum Consulatum gessit anno CCCVII., secundum vero dumtaxat iniit CCCXII. quorum neuter annus Eusebio congruit. Nihilo melius exempla alia pro Constantino habent ejus patrem Constantium, quia hic sextum & ultimum Consulatum suum gessit anno CCCVI.

C

PARTIS II. SECTIO V.

XXXIII. S. MELCHIADES. F

Ab an. 310. ad 314. an. 3. m. 3. d. 3.

MELCHIADES, natione Afer, fuit temporibus Maxentii & Constantini, primum Eusebii Vicarius, a die II. Julii anni prædicti CCCX. quæ fuit Dominica; eique mortuo suffectus est post dies XI. VIII. Octobris, similiter in Dominica; sedit qua Vicarius qua Pontifex annos III. menses VI. dies IX. usque ad X. Januarii anni CCCXIV*, elevatus in cœmeterio Callisti via Appia, die X. Decembris, quando colitur: & cessavit Episcopatus dies XX.

* Baron. a 311. ad 313 an. 2. m. 6. d. 7.

Dies mortis

HIeronymianum Martyrologium die II. Julii, post velatos alios Romæ, subjungit; & depositio Miltiades Papæ: sed librariorum vitio factum credimus, ut pro voce Ordinatio, legatur Depositio: nam antea die X. Januarii in eodem Martyrologio scriptum fuerat, Et depositio Miltiadis Episcopi. Atque hinc coercui ecgraphum nostri Catalogi, in quo legebatur Miltiades, supra annos III. menses VI sedisse dies IX. usque in diem III. Idus Januarias, & pro III Idus substitui IV. Secundus Catalogus nec locum nec diem sepulturæ, notari ab eo aliis solitæ, habet; quod non Auctori sed transcribenti imputandum credo, cum Anastasius clare dicat, quod Melchiades (sic enim scribunt recentiores) sepultus est in cœmeterio Calixti via Appia, in crypta III. Idus Decembris, quo die hodieque colitur; neque dubitandum quin ea sit dies Elevationis vel Translationis, forte ad ecclesiam S. Silvestri in Campo-Martio, ubi hodie esse corpus asseritur.

Ratio temporis.

2 Annum Obitus clare notant Volusianus & Anianus Coss non æque clare etiam initium signat Maximianus VIII. solus, qui Magistratum istum iniit anno CCCXI. Causa tamen hunc nominandi fuit, quod erasis jubente Constantino tribus Consulatibus Maxentii, tamquam tyranni; annus, quo primum ordinatus Melchia-

A chiades est, *vacare videretur; ob quam etiam causam ad nomen decessoris* Eusebii *nullus notatur Consulatus: necdum enim usu cœperat frequentari, quod exolescente Consulum majestate postea frequentissimum fuit, ut nominato ultimo Consulatu, vacantes post eum anni scriberentur*, iterum, tertio, quarto &c. post Consulatum N. N. *Apparet autem quod* Eusebius *Pontifex, in seipso expertus longioris cessationis periculum, & gravius antea incommodum ex vacatione tot annorum ac mensium post obitum* Marcellini; *optimum censuerit in usum revocare Antecessorum morem, jam fere exoletum ab annis quinquaginta, ordinandi sibi adhuc viventi, ex Cleri ac populi voto, Vicarium successorem, propter persecutionem* Maxentii. *Apparet etiam idem vel similis qui in* Eutychiano *coeperat stylus, cum resumuntur nomina Consulum, & additur*, ex die vi. Nonas Julias usque in iii. Idus Januarii.

Decretales afficta. 2 *Cessavit Episcopatus* xx. *dies post* Melchiadis *mortem, quæ* x. *Januarii adscribitur. Interim Decretalibus Pontificum, a Pseudo-Isidoro consarcinatis, miscetur una sub illius nomine* ad omnes Hispaniæ Episcopos, data Kalendis Martii; Volusiano & Rufino B Viris Clarissimis Consulibus, *quando scilicet a diebus fere quinquaginta* Melchiades *obierat: ut vel hinc impostura pateat, non minus quam ex Scripturis juxta Hieronymi versionem allegatis, & prolixo fragmento sumpto ex Eucherii homilia de Pentecoste, Eusebio Emisseno passim, sed falso tributa; cujus auctor a quibusdam perhibetur Faustus, orator certe antiquus & Gallica eloquentia pollens, sed* Melchiade *multo junior: qui tamen locus Labbeum movit in nova Conciliorum editione, ut lectorem doceret*, aurum latere plurimum in sarcinis Mercatoris, *insignia scilicet veterum Patrum testimonia, tatis auctorum nomine transscripta.*

Non omnes Pontifices usque ad Hyginum, 3 *Priusquam transeo ad* S. Silvestrum, *finem imponens primæ ætati Christianæ Ecclesiæ, quam sub Ethnicis Imperatoribus egit; placet hic, ex Onuphrii Panvinii Additionibus ad Platinam, Annotationem haud idoneam nostro argumento subjungere; & simul causam reddere cur Martyrii titulum non dederim variis, quibus posteriores quidam Catalogi eum dare videntur, nonnullis etiam Breviaria ipsa & Martyrologia recentiora. Sic ille habet ad Pontificatum Hygini*: A S. Petro Apostolo usque ad Telesphorum, omnes Pontifices, ob Christi confessionem capitis pœnas dedisse Damasus D auctor est [*hunc nempe cum vulgo adscribebat Onuphrius librum Pontificalem*] Vulgo etiam traditur, omnes quotquot deinde fuerunt Episcopos Romanos, usque ad S. Silvestrum, martyrio vitam finisse: quod (salva semper veritate) a veteribus historicis traditum non reperio: quin etiam non semper quæstiones capitis in Christianos exercebantur. Trajanus rescripto suo inquisitionem in hos fieri prohibuit. Hadrianus, Pius, & Marcus neminem, quod Christianus esset, in jus vocari voluerunt; ut ex ipsorum rescriptis, quæ adhuc extant, constat. Et quamquam populorum vel Præsidum rabie ejusmodi Decreta, quæ Christianis favere videbantur, sæpe infringerentur, & ipsi in Christianos atrocissime desævirent; non tamen perpetua erat persecutio, nec semper crimen capitale censebatur Christiani nomen. Hyginus & Pius in optimi Principis Antonini Pii tempora inciderunt: E quem & persecutiones in nos cohibuisse, & Christianis æquum fuisse refert, in Epitome Dionis, Xyphilinus. Martyrii insuper eorum nulla in Damasi libro mentio est. Insuper extat in Bibliotheca Pontificis Vaticana vetustissimus liber, ante sexcentos annos in membrana scriptus: in quo omnes Romani Pontifices usque ad Silvestrum II. exarati sunt, ab accuratissimo quodam scriptore collecti. In his ante Silvestrum Papam Anacletus, Eleutherus, Zephyrinus, Anterus, Dionysius, & Miltiades aperte & clare Confessores, reliquorum vero pars Martyres appellantur: sunt etiam aliqui, qui neque Martyris neque Confessoris adjectionem habent. Porro autem omnes hi Pontifices forte vocantur Martyres, quod, etsi violenta morte non decesserint, multa tamen pro Christi confessione a furente plebe & iniquis magistratibus, qui perpetuum in Christianos odium retinebant, passi sint.

M. LCHIADES. *multo minus usque ad Silvestrum, fuere Martyres.*

XXXIV. S. SILVESTER.

SILVESTER, natione Romanus, ex patre Rufino, ordinatus Pontifex xxxi. Januarii, quæ fuit Dominica, anno CCCXIV. sedit annos xxi. menses xi. diem i. usque, ad xxxi. Decembris, anno CCCXXXV.*: sepultus in cœmeterio Priscillæ via Salaria, indeque a Paulo Pa- C pa I. translatus ad ecclesiam S. Silvestri de Capite nunc dictam: Cessavit Episcopatus dies xvii.

Ab an. 314. ad 335. an. 21. m. 11. d. 1. ** Baron. ab an. 314. ad 336. an. 21. m. 10. d. 1.*

Ratio temporis. TEmpora definiunt utrimque nominati Consules, Volusianus & Annianus, atque Constantinus & Albinus, ex die pridie Kalendas Februarii usque in diem pridie Kalendarum Januariarum, *sicut expresse notat primus Catalogus, non satis feliciter transcriptus ab aliis. Nullum autem alium Sepulturæ diem præter diem Mortis assignat auctor secundi Catalogi: semper enim prævaluit iste, qui & in Martyrologio Hieronymiano post Martyres Carthaginenses atque Romanos, sic legitur*, Et depositio S. Silvestri Episcopi.

Acta apocrypha. 2 *Quod in eodem secundo Catalogo dicitur*, in exilio in montem Sorractem in persecutione Constantini percussus, & postea rediens cum gloria baptizasse Constantinum Augustum, quem curavit Dominus pro baptismo a lepra, *examinavimus & reprehavimus ad diem* xxi. *Maji quo colitur Constantinus, unde sequentem mox dissertationem accipiemus in gratiam eorum, qui Acta ipsa non habent, altera hujus Conatus editione recudendam. Sed & ipse Baronius, qui ista propugnat*, Acta S. Silvestri depravata *esse agnoscit. Natalis Alexander seculo* 4. *pag.* 18. Apocrypha, *ut revera sunt, sine scrupulo appellat, & totam illam fabulam strictim refutat: cui si quis hic iterum objiceret Nicolai I. Epistolam & Breviarii Romani Lectiones, responderet* E *Alexander eadem, quæ supra ad fabulam de lapsu & pœnitentia Marcellini.*

Interpontificium. 3 *Interpontificii dies nec est, nec erit difficile definire, (quisenmque demum numerus in Catalogo aliisque, vel apud Anastasium notetur) quamdiu definitum tam certo habebimus, ut nunc habemus, diem quo quisque ordinatus atque defunctus est.*

Translatio. *Translatio prædicta certa nobis est ex bulla ipsius Papæ Pauli superius in S. Stephano allegata: neque credibile est* Sergium Papam II. *restaurata ecclesia SS. Silvestri & Martini in montibus, plusquam partem eo detulisse.*

Bulla plumbea Aretii forsan Silvestri II. *Aretini, teste Dominico Reinaldo Bibliotheca Vaticanæ Custode, apud Allatium lib.* 2. *de consensu utriusque Ecclesiæ cap.* 6. *num.* 3. *putant se habere genuinam* Silvestri *Papæ scripturam, & quidem plumbea Bulla signatam: quod licet fidem pene omnem superet, dedi tamen operam ut illius qualiscumque Bullæ ectypon, & characterum specimen obtinerem, lectorum oculis judicioque subjiciendum, suspicent interim* Silvestri II. *esse, quod* Silvestri I. *creditur, enormi annorum* DCLXX. *& amplius intervallo.*

lo.

nullis nunc reperitur.

A *lo. Non defuerunt desiderio meo Canonici Aretini, & ce per D. Joannem Bapt. Capalli Decanum suum intellecta, concordibus suffragiis decreverunt coferandum Archivum, quamquam nullus vel in Capitulo vel in urbe tota reperiebatur, qui de ejusmodi Bulla quidquam aliquando audivisset. Verum omnis deputatorum ad id Dominorum diligentia frustra fuit: qui tamen non contenti proprii tabularii angulos omnes excutere, etiam vicinas SS. Flora atque Lucilla & S. Bernardi Abbatias sunt scrutati, nihil amplius inde referentes, quam desperationem quidquam ulterius reperiendi.*

Corpus an Nonantula ab an. 755.

4 *Ludovicus Vedriani, tractatu de Sanctis & Beatis civitatis ac diœcesis Mutinensis, ex auctoritate Gasparis Silingardi Episcopi, scribit, quod an.* MCCCCLXXV. *Nonantulæ, die* XXIV. *Septembris, in Dominica, apertum fuerit Sepulcrum, ubi S.* Silvestri *corpus contineri credebatur, per manus Episcopi Tripolitani Benedicti, coram Gurone Estensi, Abbate loci Commendatario, pluribusque Prælatis, Presbyteris, atque Notariis Mutinensibus; quodque inventa sint ossa Corporis pleraque; cum lamina plumbea his verbis insculpta:* Hic requi-
B escit corpus B. Silvestri Pontificis, cujus precibus Deo credidit Constantinus Magnus, delatum ab Anselmo Abbate, & Aistulpho Rege Italorum, & a Stephano Pontifice concessum, anno Nativitatis D. N. Jesu Christi DCCLIII. die XX. mensis Decembris. *Hanc inscriptionem, seculi* XI *aut* XII. *esse, haud difficulter crediderim: antiquior Auctor, Regem, non* Italorum, *sed* Langobardorum *nominasset. Qua porro verosimilitudine ista Nonantulanorum credulitas nitatur, licebit ad diem ultimum Decembris expendere; quærere item, quo Titulo Mantuani ejusdem Sancti Pontificis corpus, vel saltem notabilem aliquam Reliquiam, se habere asserant.*

cum tiara Silvester pingitur.

5 *Quod imaginem* Silvestri *hic notaverim, ab antiquo illam pingi cum tiara in capite, quod decessores ejus omnes nudum præferunt. Causam ex opinione vulgi refert Jacobus S. Georgii ad velum aureum Cardinalis,* XIX *Maii lib. 2. de Coronat. Bonifacii VIII. v. 150 sic canens:*

Hoc Romana tenens quondam fastigia Cæsar,
Imperitans mundo, magnus pietate monarcha,
Constantinus Apex statuit, dum primus in orbe
Fonte sacro purgatus Herus, proprium sibi regnum,
Seu phrygium, manibus Silvestri in vertice pressit,
C Officiumque humilis gessit stratoris, ab ipso
Mundatus lepra, monitus per somnia Princeps,

Constantini donationem

Sunt hæc (uti apparet) sumpta ex famoso, quod extat sub nomine Constantini *edicto, cujus textum supposititium esse nec ipse quidem negat Baronius, qui donationum eo contentarum substantiam nititur veram probare. Veram certe credidit* Paulus II. *cum anno* MCCCCLXIX. *Guilielmo Toparchæ Monasteriolensi, Ludovici* XI. *Francorum Regis Legato, honorificentissime loquens de beneficiis Regum Franciæ in Romanam Ecclesiam, hanc habere ab ipsis agnoscit eas terras, quas Titulo* Patrimonii *possidet.* Quamquam enim (*verba sunt Pontificis, ex Gallico Guilielmi fideliter Latine reddita*) Constantinus Magnus fecisset donum atque translationem Patrimonii, quod Ecclesia sanctæ Sedi applicavit, in persona S. Silvestri; eo tamen ipsa Ecclesia numquam frvita est, nec ejus pacificam habuit possessionem, donec operam suam eo contulerunt Franciæ Reges.

saltem in substantia veram credidit Paulus II.

Sed hæc utcumque a Paulo dicta, & plenius apud Mabillonium sua originali Actorum ipsorum lingua legenda, lib. 6. de re Diplom. num. 20 numquam efficere poterunt, ut viri eruditi desinant de rei veritate dubitare; optentque videre certiora Constantinianæ *donationis, etiam quoad solam substantiam, documenta. In illo autem hyperbolimæo Instrumento, quod ab omnibus unanimiter nunc rejicitur, apparet ubique barbaries styli, ævo Constantiniano indigni; nusquam tamen clarius, quam*

Instrumentum certe fictum fuit sec. 8.

hac in parte, ubi de Phrygio *Papali agitur. Natali Alexandro nihilo propius vero videtur, quam* suppositum esse ab Isidoro Mercatore cum aliis Epistolis pseudepigraphis veterum Pontificum. Convenit siquidem rationi temporis quo primum venumdari cœperunt Isidori merces. Laudat illud eodem tempore Hincmarus; stylum denique & characterem plane squallidum scribendi, quo Isidorus iste usus est, ad amussim refert. *Cantelii nostri, Joannem Diaconum auctorem existimantis, verosimiliorem conjecturam, videsis ad Pontificatum Stephani III. quem nonnulli præsumpserunt propterea accusare. Interim sicut Leo IX. Ivo, Gratianus, quia auctoritatibus inde sumptis in rem suam usi sunt, fictionis ignari, impostores judicantur a nemine; ita calumnia mera est, viris eruditis impingere, quod Romanos Pontifices faciant Impostores, quoties quid arguunt impostura, quod illorum aliquis quomodocumque videtur in suis Bullis Brevibusve laudasse.* D

Romanum pilei habet Tiara,

5 *Omissis fabulis dici posse videtur, quod constituta per* Constantinum *ecclesiastica pace,* Silvester *vel propria electione, vel ipsius mandato,* Pileum *sumpserit Romano more, symbolum libertatis; eumque aureo phrygio seu diademate ornatum inferne, qua caput tangit; ad significandum Regale Sacerdotium, Sacerdotum omnium* Principi *collatum a* Christo: *cui prædictus* Bonifacius VIII. *alteram coronam imposuit, exprimi eo volens utriusque regni corporalis ac spiritualis prærogativam, Pontifici competentem. Triplicis denique coronamenti tiaram, ante annos circiter trecentos, assumpsisse legitur* Urbanus V. *numeri mystici forsitan causa. Ceterum quod de Tiara, pilei formam habente, hic dixi, acsi a* S. Silvestro *usurpari ea cœperit, per meram conjecturam dixi; dum enim* SS. Gregorium Magnum *&* Leonem III. *reperio, nudis capitibus constanter expressos, vereor ut ea conjectura satis certa sit; quamvis* S. Silvester *sic pileatus pingatur cum* S. Anastasio Papa *absque Tiara, ab adstante, in Lateranensis oratorii inferiori exhibenda pictura,* Anastasio IV. *sec.* XII. *curata. Ut ut est: debuit fuisse Tiara illa consuetum Pontificum Romanorum gestamen, saltem* VIII. *seculo, quando fabricata fuit Constantiniana Donatio.* E

forte in signum assertæ in libertatem Ecclesiæ.

DISSERTATIO XII.

Expenditur & refutatur vulgata narratio de Constantini Imperatoris lepra, per baptismum ei a Silvestro collatum curata.

A*Cta S.* Constantini Imperatoris, *ad* XXI. *Maji, quo colitur, a me eatenus explicata, quatenus id requirebant dubia quædam circa conversionem atque cultum ejus, Capite* II. *hunc Titulum præferunt,* Controversia de Baptismo Constantini discussa. *Satis autem fuit Lectorem, rei istius penitus sciendæ cupidum, & Acta prædicta habentem, ablegare illuc. Ut autem iis quoque fiat satis, qui nova ac propria editione Conatum hunc nostrum seorsim aliquando edendum emptuci sunt (magni enim ad historiam Pontificiam momenti res est) placet tali casu prædictum Caput hoc loco recudi, sicut habetur Tom 5. Maji pag. 14. & seqq. addita etiam parte Capitis* III. *ubi Baroniana quædam pro vulgato errore argumenta refutantur. Recudi autem utrumque Caput jubeo, sub eadem, quæ ibi servatur numerorum partitione, incipiendo Dissertationem prætitulatam hoc modo.* F

8 *Postquam* Eusebius *Cæsariensis cap. 60. libri 4. de Vita Constantini exposuisset, quo fine Apostolorum ædem construi fecerit Imperator,* pro certo sibi persuadens horum memoriam, eo in loco, ubi corpus suum post mortem deponendum esset, non parum utilitatis animæ suæ esse allaturam; Nec vero, *inquit,* Deus eum

Celebrato Paschate morbo correptus Constantinus,

vo.o

A voto atque expectatione sua frustratus est. Nam cum primas Paschalis festi exercitationes obiisset, ipsumque Servatoris nostri diem, tum sibi tum aliis omnibus lætum atque hilarem reddidisset; his illum rebus intentum, & in hujusmodi operibus perstantem usque ad exitum vitæ, Deus, cujus auxilio cuncta hæc gerebat, opportune tandem eum ad meliorem sortem transferre dignatus est. Principia quidem inæqualis corporis intemperies, post hæc morbus eum invasit. Itaque ad aquas calidas civitatis suæ progressus, inde Helenopolim delatus est, urbem matris suæ nomine appellatam: ibique in templo Martyrum diu commoratus, supplicationes & preces obtulit Deo. Cumque extremum vitæ diem sibi jam imminere sentiret, tempus tandem adesse existimavit, quo totius vitæ delicta expiaret, firmissime credens, quæcumque humanitus peccavisset arcanorum verborum efficacia & salutari lavacro penitus esse delenda.

Helenopoli initiatur impositione manuum,

9 Hæc cum apud se reputasset, genu flexo humi procumbens, veniam a Deo supplex poposcit, peccata sua confitens in ipso Martyrio. Quo in loco manuum impositionem, cum solenni precatione primum

B meruit accipere. Hinc ad suburbana Nicomediæ digressus, convocatis Episcopis sic ad eos verba fecit: Hoc erat tempus, quod jam dudum sperabam, cum incredibili cupiditate arderem, votisque omnibus desiderarem, salutem in Deo consequi. Jam tempus est, ut signum illud quod immortalitatem confert nos quoque percipiamus. Tempus est ut salutaris signaculi participes fiamus. Equidem olim statueram id agere in flumine Jordane, in quo Servator ipse ad exemplum nostrum lavacrum suscepisse memoratur: sed Deus, qui optime novit ea quæ nobis utilia sunt, hoc in loco nobis idipsum exhibere dignatur. Proinde omnis removeatur dubitatio: nam siquidem Deus, vitæ mortisque arbiter, hic me diutius vitam agere voluerit, idque semel decretum est, ut imposterum una cum populo Dei permiscear, & in Ecclesiam adscitus cum reliquis omnibus orationum particeps fiam; eas vivendi leges mihi præscripturum me esse spondeo, quæ sint Deo dignæ. Hæc cum dixisset, illi solenni ritu divinas ceremonias peregerunt; injunctisque ei quæcumque necessaria erant, sacrorum Mysteriorum participem eum fecerunt. Solus igitur, ex

& in Nicomediensi suburbano morti proximus,

baptismum petit impetratque;

C omnibus qui umquam fuerunt Imperatoribus, Constantinus in Christi martyriis renatus & consummatus est; & divino donatus signaculo exultavit spiritu, renovatusque est, ac divina luce repletus. Et animo quidem maximam capiebat voluptatem ob fidei excellentiam; evidentissimam autem divinæ potentiæ magnitudinem attonitus mirabatur.

10 Postquam omnia rite impleta sunt, candidis ac regiis vestibus lucis instar radiantibus est amictus, & candidissimo in lecto recubuit, nec purpuram contingere amplius voluit. Post hæc sublata altius voce, precabundus gratias egit Deo, & finita precatione hæc subjecit: Nunc me revera beatum esse, nunc immortali vita dignum, nunc divinæ compotem lucis factum esse cognosco. Miseros quoque & infelices esse ajebat, qui tantis bonis privarentur. Cumque Tribuni ac Duces militarium copiarum introgressi vicem suam dolerent, quod orbos ipsos relinqueret & longiorem ipsi vitam comprecarentur; his etiam respondens, nunc demum veram se vitam adeptum esse dixit: seque unum optime nosse, quantorum bonorum particeps factus esset: proinde properare se, & profectionem ad Deum suum nulla tergiversatione differre. Singula deinde pro arbitrio suo disposuit: ac Romanis quidem Regiam urbem incolentibus annua quædam munera legavit; suis autem liberis Imperium, velut paternam hereditatem reliquit, cuncta prout ipsi videbatur constituens. Porro hæc omnia gerebantur in

in vestitu albo plenus

in Pentecoste moritur,

maxima illa solennitate venerandæ & sacratissimæ D Pentecostes, quæ septenario hebdomadum numero decorata, unitate obsignatur: in qua & communis Servatoris ascensum in cœlos, & sancti Spiritus in terras descensum contigisse sacræ litteræ testantur.

11 *Hæc Eusebius, ipsimet S. Hieronymo, licet alioqui propter defensionem Originis infensissimo,* in historia ecclesiastica *tanti habitus, ut nullam ejus partem vel minimo verbo sugillandam censuerit, imo opuscula varia eo spectantia Latine reddiderit, & in Epistola 65. ad Pammachium quærat,* quis inveniri possit eo prudentior, doctior, eloquentior? *Non solum autem Hieronymus, sed totus Oriens Occidensque maximi semper Eusebium fecit, passim eum ut historiæ ecclesiasticæ parentem veneratus: unde Gelasius II. Romanus Pontifex Ep 3. ad Episcopos Istriæ etiam quærit:* quid in Historiographis inveniri Eusebio Honorabilius possit: *& Gelasius Cyzicenus lib. 2. c. 1. appellat eumdem* Ecclesiastici fundi præstantissimum aratorem, veri studiosissimum & inter veteres Ecclesiasticæ historiæ scriptores

narratio Eusebii:

E fide dignissimum. *Scio equidem Eusebium, non solum ante Nicænum Synodum, sed etiam postquam huic subscribendo consensit aut consensisse simulavit, ita favisse Arianis, ut inter eorum Duces haud immerito numeretur, quidquid eumdem excuset Valesius: scio multam magnamque laudem* Constantino *addere potuisse, integro sincereque narrando quæ contra Arianorum perfidiam proque Nicæna professione egit, adeoque nec panegyristæ quidem officio plene perfunctum. Sed si cavit, ne operi de Vita* Constantini *ea insereret, quæ Constantio Imperatori Ariano Eusebioque Nicomediensi & sequacibus ejus displicitura noverat; ex adverso tamen nihilo minori studio videtur cavisse, ne ad eorum gratiam quidquam scriberet quod falsitatis posset redargui. Hoc enim nisi voluisset cavere, obsecro te quam multa alia ex eorum mente scribere potuisset de causa S. Athanasii, quæ affirmari ac vulgo credi infinities pluris intererat Imperatoris totiusque factionis Arianæ, quam quæ scripsit de baptismo Constantini, ad summam rei quæ ab illis studiis ardentissimis agebatur parum aut nihil facientia? Ut autem fingere voluisset, qui potuit jure gesta eorum tanta Curialium multitudine, non unius horæ momento, sed plurium dierum vel etiam hebdomadarum decursu? An nullus in toto numero Episcoporum Constantium in Persas moventis castra sequentium; fuit sincere orthodoxus, qui technam Eusebianorum (nec enim illi tum se adhuc gerebant pro Arianis, sed Nicænam fidem tenere simulantes solum suadebant* Ὁμοουσίου *appellatione abstinere) an nullus, inquam, in tanto numero fuisset inventus, qui turpissimum mendacium palam faceret; & historicum, et postea subscribere ausum, omni fide pronuntiaret indignum?*

qui in istis præsens vix potuisset voluisse mentiri,

F

aut impune potuisse.

12 *Quod ad præsentem quæstionem attinet, Eusebio fidem habuerunt ex præcipuis Latinis Doctoribus duo, Hieronymus & Ambrosius. Et Hieronymus quidem plus etiam quam oportebat, cum scripsit in Chronico quod* Constantinus, extremo vitæ suæ tempore ab Eusebio Nicomediensi Episcopo baptizatus, in Arianum dogma declinavit: *neque enim ille dicit, vel ab Eusebio baptizatum, vel Arianum dogma amplexum; sed id consequens esse Hieronymus credidit. Melius Ambrosius in funere Theodosii ait:* Nunc sibi Rex est Augustæ memoriæ Theodosius, quando in regno Domini Jesu Christi est, quando recipit filium Gratianum .... quando ei Placilla sua adhæret, quando adhæret Constantino, cui licet baptismatis gratia in ultimis constituto omnia peccata dimiserit, tamen quod primus Imperatorum credidit, & post se hereditatem fidei Principibus dereliquit, magni meriti locum reperit. *Hieronymum porro & Ambrosium habuisse Eusebio fidem, nihil ultra indagantes in re tali, etsi difficile creditu sit (cum ambo diu Romæ habitaverint, & contrarium, si verum erat, centies*

Assentiuntur Hieronymus & Ambrosius.

an-

A *audiſſe debuerint) credamus tamen. Credamus etiam S. Athanaſium, adeo ſagacem exploratorem omnium quæ mala fide agebantur a ſuis & Eccleſiæ hoſtibus, in hoc puncto, velut ad ſe minus ſpectante, incurioſum plane fuiſſe. Quis credat integram Synodum Occidentalium Epiſcoporum, Arimini congregatorum, idem dicturam fuiſſe de* Conſtantini *baptiſmo, ſi is non primum Nicomediæ ſed diu antea Roma fuiſſet peractus? Non ego verba Synodi proferam, ut apud Theodoretum, Socratem & Sozomenum leguntur (excipit enim contra eos Baronius) ſed ex Athanaſio in libro de Synodis, apud quem ea putat integre ac ſincere legi: ſic autem leguntur, abſque ullo diſcrimine in octo Codicibus Mss. en quibus concinnata eſt Græco-Latina editio anni* MDC. Ἄτοπον καὶ ἀθέμιτον ἐφαίνετο τῶν ὀρθῶς καὶ δικαίως ὡρισμένων μεταβάλλειν, καὶ τῶν ἐν Νικαίᾳ κοινῇ μετὰ τοῦ ἐνδοξοτάτου Κωνσταντίνου τοῦ πατρός σου καὶ βασιλέως ἐσκεμμένων . . . . . . ἐγνωκότες καὶ τὸ μετὰ τελευτὴν ἄξιον μνήμης Κωνσταντῖνον μετὰ πάσης ἀκριβείας καὶ ἐξετάσεως τὴν συγγραφεῖσαν πίστιν ἐκπεποιηκότα, ἐπειδὴ καὶ εἰς ἐξ ἀνθρώπων ἐγένετο βαπτισθεὶς καὶ πρὸς τὴν ὀφειλομένην εἰρήνην ἀνεχώρησεν, ἄτοπον εἶναι μετ' ἐκεῖνον τι καινοτομεῖν. Indecens & injuſtum videtur immutare aliquid eorum, quæ recte ac juſte definita ſunt, atque Niceæ communiter conſti- B tuta, coram glorioſiſſimo Conſtantino, patre tuo (*Conſtantium alloquuntur*) & Imperatore . . . . . . *Deinde iterum*: Cum ſciamus etiam Conſtantinum, poſt mortem quoque memoria dignum, conſcriptam cum omni diligentia deliberationeque fidem expoſuiſſe; atque adeo abſurdum fore, poſt quam ille migraturus baptizatos eſt & ad debitam ſibi requiem tranſiit, innovare quidpiam.

Synodus Ariminenſis (margin note)

13 *Haccine, inquies ſic apud Athanaſium? Quis ergo vel ipſo judice Baronio,* non intelligat cauſam Euſebio adjudicandam, nec ullum reliquum eſſe defenſioni locum? *Hæc, tamen, ut dixi, Athanaſius in octo Græcis Manuſcriptis, quorum tria nec alia habuit interpres Nannius in ſua Latina editione anni* MDC-LXIV. *Sedis, neſcio qua ſocordia prolapſus, ſecundo loco* Conſtantem *nominavit pro* Cooſtantino; *fortaſſe ſuſpicatus efficaciùs fore, ſi poſt Patris exemplum Conſtantini proponeretur etiam exemplum, Fratris, licet junioris; neque conſiderans huic, parum congruere verba Synodi, qui violenta morte ſublatus fuit, & fortaſſis diu ante baptizatus. Nec eſt quod dicas ſupervacaneam fore iteratam mentionem Conſtantini. Primo enim ejus auctoritas prætenditur reſolutioni Arimini formatæ; deinde ratio redditur antea Actorum in Concilio Mediolanenſi contra Urſatium & Valentem, ex eodem reſpe-* C *ctu Conſtantius, Nicænæ fidei mox atque baptizatus erat immortuus. Interim Baronio ignoſcendum, quod objectæ ex Ariminenſi illa epiſtola auctoritatis, alias ut fatetur peremptoria, congruam e Athanaſio reſponſionem nactum ſe eſſe crediderit Nannio, Græcæ ipſemet imperitus linguæ, fortaſſis etiam nec exemplaria Græca ad manum habens quæ alteri legere ſcienti exhiberet.*

apud Athanaſium, Græcolectum, (margin note)

14 *Vide nunc autem, an quibus prætenditur diu antea Romæ baptizatus a S. Silveſtro* Conſtantinus, *vel auctoritate vel antiquitate poſſint conferri cum Euſebio, cuique adſtipulantibus ejuſdem ac ſequentis ſeculi teſtibus Latinis & Græcis. Primum in contrarium afferuntur Acta S. Silveſtri Papæ, ut quidem nunc habentur ipſomet ſæpius fatente Baronio* depravata in nonnullis, *imo abſurdiſſimis farta figmentis, antiqua tamen, & quæ Gelaſius Papa, annis poſt Conſtantini obitum dumtaxat* CLVIII, a multis in urbe Romana Catholicis legi teſtatur, *quod* pro antiquo uſu multæ imitentur eccleſiæ. *Non tamen ex hinc recte conficeres, ea Acta Gelaſii ætate non laboraſſe iiſdem quibus nunc vitiis: nam etiam* ſcripta de inventione ſanctæ Crucis, *immediate poſt Actus Silveſtri nominata a Gelaſio, ut quæ* nonnulli Catholici tunc legebant, *non minus tunc, quam nunc habentur, fabuloſa erant, uti patet ex Catalogo* D *Pontificum a nobis edito ante Aprilem, utpote poſt Gelaſii Pontificatum collecto. Qui Actis S. Silveſtri credidiſſe videtur S. Gregorius Turonenſis aliique poſt illum, ſimiliter ſcriptis de Inventione Crucis crediderunt: nec quidquam poteſt excogitari veriſimilis rationis pro unis, quod non etiam poſſit aptari aliis jure eodem, ſic ut eatenus nihilo plus credi unis quam alteris poſſit, contra evidentem auctorum antiquiorum & in ipſis rebus propius verſatorum conſenſum. Nec refert quod recentiores Græci ſeculo nono ac decimo ſiverint ſe in ſententiam Occidentalium adduci, tunc paſſim credentium baptiſmi Conſtantiniani Romæ facti monumentum eſſe baptiſterium, Conſtantinianæ Baſilicæ Sancti Salvatoris Palatioque nominis ejuſdem conjunctum. Facile enim fuit occaſione nominis vulgo uſurpati invaleſcere opinionem, quaſi fuerit baptizatus* Conſtantious *in porphyretico quod ibi eſt labro, quod tamen nec ipſe quidem Baronius credit.*

Acta S. Silveſtri illis contraria (margin note)

æſtimanda ſunt ſicut ſcripta de Inventione Crucis: (margin note)

nec prodeſt recentiorum aſſenſus. (margin note)

15 *Multum hic idem Baronius vehementerque laborat, ut probet Silveſtro Papæ anno* XI. *Conſtantini* XIX. *vehementiorem aliquam, licet non diuturnam procellam perſecutionis incumbere Chriſtianis potuiſſe, etſi* E *tot legum faventiſſimarum promulgatione, poſt ſtabilitum victo Maxentio Imperium, ornatis a Conſtantino munitiſque. Sed quando nec unus quidem Martyr nominatur tunc Romæ paſſus, nec alterius Romani Pontificis invenitur exemplum, qui ſævientibus quantumcumque tyrannis urbem dimiſerit, poſt Petrum ne id faceret divinitus monitum; neſcio qui poſſit videri credibile, periculum illud tantum, quod compulerit Silveſtrum ad quærendas latebras in monte Soracte* XVIII. *P. M. ab urbe Roma. Lepra etiam quæ Conſtantinum coegerit Pontificem revocare in urbem, ſanitatis per baptiſmum ab eo accipiendæ cauſa, antiquioribus illis ſcriptoribus ignota, eo fit incredibilis magis, quo Julianus Apoſtata fidentius objicit Chriſtianis, quod eorum* baptiſma lepram leproſi non aufert. *Si enim adeo recenti memoria leproſus Conſtantinus lepræ ſordes baptiſmo deterſiſſet, Cyrillo Alexandrino id refutaturo libro 7 contra Julianum, illius ſucceſſorem ac generum, ecquid poterat afferri ſpecioſius atque ad illius convictionem potentius? Nihil tamen ejuſmodi Cyrillus: ſed cum Chriſtum etiam leproſos mundaſſe dixiſſet, excuſat baptiſmum ejus ad emundandas ſordes, non corporis, ſed animi inſtitutum eſſe. Quod in Collectione Canonum Creſconiana, circa annum* DCC. *ſcripta, ex neſcio quibus Liberii Actis dicitur, hic veniſſe in odium Conſtantii, quia dixerat patrem ejus fuiſſe a lepra mundatum dum baptizaretur a Silveſtro; id tanto minus credimus,* F *quanto ex melioribus auctoribus certius ſcimus cauſam perſecutionis Liberio motæ: & ſuſpectus merito eſt* liber Silveſtri, *cui talia Liberii Acta dicuntur intexi. Sed de his ad ipſum S. Silveſtri diem Natalem, eumdemque anni ſacri ultimum, diſputare poſteris noſtris licebit.*

In illis improbatur latebra Silveſtri, (margin note)

& lepra Conſtantini. (margin note)

16 *Reſtat ut ſatisfiat Theophani, in ſententiam Occidentalium ea potiſſimum ratione moto, quod ſi non e*rat io Nicæna Synodo baptizatus Conſtantinus, ergo oec divioorum participator myſteriorum, nec orabat cum Sanctis Patribus: hoc autem ei videtur nequiſſimum & dicere & ſentire; *addunt Baronius aliique, ipſius etiam Euſebii teſtimonio non uno utrumque refelli. Expendi accurate capita quæ allegantur omnia, & ex omnibus aliud nihil potui conficere, quam quod pius Imperator, qui militibus nondum initiatis formam comprecationis communis præſcripſerat, ad quam diebus Dominicis convenire deberent in patentes ſuburbiorum campos; idem in ſuo Palatio (ut legitur lib. 4. cap. 17.) conſtruxerit ἐκκλησίας Θεοῦ τρόπον,* formam aliquam eccleſiæ Dei, *ubi* omnibus ſecum congregatis, diligentia & alacritate præibat, ἐξάρχων αὐτὸς τῶν ἔνδον ἐκκλησιαζομένων, & ſumptis in manu libris, ſacrorum ver-

utrum hic probetur ... (margin note)

Chriſtianorum ... (margin note)

A verborum considerationi applicabat animum, deinde solennes persolvebat preces, cum iis qui Regiam domum implebant, μετὰ χεῖρας γοῦν λαμβάνων εἰς βίβλους τῇ τῶν θεοπνεύστων λογίων θεωρίᾳ προσανεῖχε τὸν νοῦν, εἶτ' εὐχὰς ἐνθέσμους σὺν τοῖς τὸν βασίλειον οἶκον πληροῦσιν ἀπεδίδου. *Ibi (ut dicitur cap. 22.) statis quotidie temporibus solo Deo agebat* ἔνδον τις μέτοχος ἱερῶν ὀργίων velut aliquis qui divinorum mysteriorum revera particeps foret, *ut mentem auctoris paraphrastice reddam. Ibi ergo celebritatem Paschæ agebat, eo quo sequenti capite narratur modo: nusquam autem invenire est verbum, quo ad sacros ecclesiasticum conventus (quamvis etiam hi, excepto sacrificii tempore, non initiatos admittebant) ingessisse se intelligatur.*

asto cum Patribus Nicænis fidelis.

17 *Quod autem ad Nicæni concilii conventus pertinet, ad quos etiam gentiles Philosophos admisisse novimus, cur a suadendi se una ibi precibus cum exclusissent Patres, qui ei & hanc conveniendi facultatem, & ferendæ sententiæ libertatem faciebant, suoque etiam* B *zelo ad fidem stabiliendam præibat? Testabitur hoc apud Gelasium Cyzicenum illius Oratio ad conventum habita, quæ tamen immerito objicitur, quasi in re plus dicat, quam se Christianam tenere & prædicare fidem, cui omnem suam felicitatem acceptam referat, & cujus stabiliendæ causa istuc pariter cum iis convenerit: propter quod etiam* Christianus *passim & credebatur & dicebatur: sicuti revera erat, firmum propositum habens suscipiendi tempore opportuno baptismi. Et hoc omnino credo multo citius facturum fuisse, nisi meditato ad loca sacra per matrem exornata profectioni nova ac nova identidem impedimenta intervenissent, Eusebio forsitan Nicomediensi nonnihil eo conferente, ne de iis quæ contra Athanasium perperam acta erant in Syria certius aliquid præsens cognosceret. Cum autem suscepta in Persidem expeditio eo quasi per se duceret; non mihi est dubium, quin tali consilio Episcopos voluerit habere in bello præter morem comites, ut eorum præsentia baptismus suus honestaretur. Sed valentem robustumque adhuc virum prævenit mors, veneno (ut creditur) accita a patruis, certe a Deo permissa, quo citius tot suorum bonorum operum fructum caperet, & de revocando ad Sedem suam Athanasio cogitaret, prout fecit,* idque præsente Eusebio, *inquit Theodoretus, Nicomediensem intelligens,* & ne hoc fieret magnopere dissuaden- C te, *nepote illius ablegandi auctore primario.*

fidei professione Christianus

& proposito baptismi suscipiendi.

18 *In ea ablegatione quamvis Constantinum vehementer culpent recentiores aliqui, facile tamen ab omni graviori culpa excusatur, qui sicut idem Theodoretus ait,* Episcopis credidit, malitiam suam tegentibus, & alioqui claris atque illustribus. *Quid autem credidit? Non satis orthodoxum esse Athanasium, aut reum criminum de quibus delatus per calumniam fuerat? Minime vero. Neque Eusebius ac complices sui, fidei causam contra Athanasium prætendebant, & sciebant de ejus innocentia persuasissimum esse Imperatorem; sed duntaxat suggerebant, quod immodico prædicandi* 'Ο*μουσία zelo tantum omnium incurrisset odium, ut nisi ablegato illo pax Ecclesiis restitui non posset, imo nec vitæ ipsiusmet Athanasii aliter consuli. Hoc tamen facto, nec alia ulla graviori causa motus fuisse videtur Hieronymus, ut suo illo asperiori stylo utens, in Chronica scriberet,* quod Constantinus extremo vitæ suæ tempore, ab Eusebio Nicomediensi Episcopo baptizatus, in Arianum dogma declinavit, *id est, inclinare visus est in eorum sententiam, qui* 'Ομουσία *vocabulo abstinendum censebant, non ut heretico, sed ut novo, ideoque scandalum generante apud eos qui Nicænæ fidei omnino se adhærere profitebantur, persuadebanque Imperatori ut crederet, eos qui vocabantur Arianos, voce illa suppressa, ad concordiam reducere. Talium, non vere ipsorum Arianorum, tunc princeps erat Eusebius iste, post obitum* Constantini *duntaxat ad Aria-* D *norum partes apertius transgressus in conciliabulo Antiocheno anni* CCCXLI. *Simili modo alibi Hieronymus scripsit, propter receptam Valentis & Ursacii confessionem in specie Catholicam,* quod ingemiscens orbis terrarum miratus est se esse Arianum. *Cæsariensis quidem Eusebius nominatim non exprimit Constantiniani Baptismi ministrum; sed ob hoc illius silentium, tantum abest ut eum fuisse Nicomediensem Eusebium suspicer, ad cujus laudem id cessisset, adeoque ab ejus amico minime tacendum fuisset; ut econtra idoneum videatur præbere argumentum asserendi (quod velut ex Gelasii Cyziceni historia refert Photius in Bibliotheca Cod. 88)* Constantinum *moriturum* baptismate tinctum ab orthodoxo Sacerdote sacroque ritu, non, ut quidam prodiderunt, ab hæreticorum aliquo. *Et hunc Sacerdotem fuisse Hosium ex Hispania, ut pote maximæ apud Principem auctoritatis & in ejus comitatu frequentem posset aliquis opinari, quando apud Zosimum infra redarguendum legis, id adscriptum persuasioni cujusdam ex Iberia Ægyptii, sic enim potuit calumniosus idololatra Hosium appellasse, Ægyptii nomine intelligendo* E *Magum. Sed demum Nicomediensem Episcopum, in cujus diœcesi quia res agebatur ad ipsius jus ea spectasse videbatur, fuisse Sacramenti ministrum: non tamen id contaminavisset baptizatum, quandoquidem tunc communicare cum Eusebio, non erat adhuc communicare cum hæretico.*

& communicatione cum Eusebio necdum publice hæretico.

19 *Hinc porro intelligitur inanem esse conatum quorumdam paucorum, qui utramque de* Constantini *baptismo sententiam conciliaturi, Romæ quidem a Silvestro baptizatum esse dicunt; sed Nicomediæ rebaptizatum ab Eusebio. Rebaptizationem veluti rem necessariam ad salutem iis, qui veteri solum more baptizati erant, fuisse ab Arianis tentatam ante obitum Constantini, nemo cum fundamento dixerit, nec debet in tantæ antiquitatis silentio recipi. Quis enim eo vivente ausus fuisset Nicænæ fidei professores, quam ille semper & ubique spectabat & omnino salvam sectam volebat, affirmare hæreticos, quorum proinde baptismus invalidus crederetur? Ut autem Ariani, jam tunc tale quidpiam clam ausi concederentur, necdum posset dici quod Eusebius, Arianismi notam conatu omni a seso tunc adhuc amoliri studens, partem habuerit in ea impietate. Conturbaverat quidem superiori seculo haud leviter Ecclesiam ea de hæreticorum baptismo quæstio, valere eum negante Cypriano cum plerisque Africanis Episcopis:* F *sed affirmante Stephano Romano Pontifice veritatemque invictissimo traditionis clypeo defendente, per hujus decretum constituta est fides, neque Cypriano mortuo, amplius in dubium revocata seculo illo* III. *Sed neque mortuo Constantino id adeo cito fecisse Arianos, quamvis clanculo, verosimile est: contrarium enim persuadet silentium SS. Athanasii, Luciferi, Hilarii, imo & Hieronymi & Ambrosii, nihil tale illis objicientium usquam, etsi in isto haud leviter arguere ipsos potuissent. Frustra igitur Catalogum antiquorum Pontificum, quem supra dixi & ostendi fabulosis interpolationibus inquinatum, pro stabilienda secundi baptismi apud Arianos vetustate aliquis allegabit, dum ibi dicitur* Liberius consensisse Constantio hæretico, non tamen rebaptizatus. *Nam ibidem etiam dicitur quod Felix* declaravit, Constantium hæreticum & rebaptizatum secundum. *Atqui certissime constat ex S. Athanasio & aliis, Constantium in ordine Catechumenorum hæsisse usque ad annum* CCCLXI. *qui post expulsionem Felicis secundus est; quomodo ergo hic eum potuit ut rebaptizatum condemnasse? Unde autem ista sumpserit Auctor Catalogi 2. infra in Felice II. apparebit.*

multo minus rebaptizatus.

excusabilis etiam in causa S. Athanasii.

quando nec Ariani rebaptizabant.

20 *Hactenus deductis additum velim judicium Emin. Cardinalis Bona de toto hoc argumento, sicut ipsum accepi ab eruditissimo viro Claudio Castellano Canonico Parisiensi anno* MDCLXXXIV. *sic mihi scribente.* Si

D. Car-

A D. Cardinalis Bona vixisset, jam forte haberemus Breviarium Romanum in multis reformatum: hoc enim maxime cordi habebat; & aliquando mecum deambulans per hortum monasterii S. Bernardi ad Thermas dixit, insupportabiles sibi esse lectiones pro festo S. Silvestri: cumque reponerem, si Constantinus Romæ baptizatus non est, cur appellatur communiter Baptisterium Constantini? respondit: quia ipsum construi fecit; quemadmodum ob eamdem causam Basilica Lateranensis Constantiniana dicitur. *Neque hoc nostro primum seculo in dubium revocatur fides Actorum* S. Silvestri: *inveni enim etiam inter Latinos ab olim fuit, quibus saltem lepra Constantini suspecta fuerit de fabulositate. Certe Goffridus Viterbiensis, sæpius nobis in hoc* Conatu *allegandus, qui seculo* XII. *floruit, in Chronico parte 16. ita loquitur*. Quod autem de lepra legitur, videtur apocryphum; quia in nullis libris authenticis neque in Chronicis legitur. *Melchior etiam Canus lib. 2. ca. 5.* Lepra Constantinum laborasse apud

B idoneos scriptores nusquam legi, *inquit: & paucis interjectis de suo Cajetano, qui hoc ipsum negat:* Habet hic, *inquit*, scriptores omnes veteres ejus ætatis, qui tacuerunt, non omissuri, si scivissent; scituri omnino rem, si fuisset. *Adeo nihili uterque fecit S.* Silvestri *Legendam, indeque sumptas Breviariorum lectiones, quas utique non ignorabant usurpari in Ecclesia, & Legendam quidem etiam esse vetustam, ac Gelasio Papa notam. Verum sic etiam nota ei fuerunt* scripta de inventione Crucis Dominicæ, *& ideo solum, sicut &* Actus B. Silvestri, *non omnino repudiata a Gelasio, quia* nonnulli ea Catholici legebant. *Inde tamen nemo recte intulerit, sinceriora ea tunc, quam nunc inveniantur, fuisse; sicut* Actus Silvestri *voluit fuisse Baronius, eo solum argumento, quia, teste Gelasio, a* multis in urbe Romana Catholicis *eos legi constabat. Neque plus efficit argumentum petitum a brevitate temporis, quod inter Silvestrum & Gelasium intercessit, non amplius utique quam sesqui seculum: si enim valeret, deberet etiam pro scriptis de Crucis Inventione valere, quod Baronius non admiserit. Fatemur ergo cum Possino nostro Ep. 3 in Apparatu supra num. 14. quod* erant primis Ecclesiæ seculis Christiani, qui fingere ac mentiri pro religione pium crederent ut magna hodieque nec injusta querela multorum est: *& a talibus putamus tam* Actus, *quam* Scripta *prædicta emanasse; sed quia non officiebant pietati, indulgentiorem censuram tulisse a Gelasio.*

C 21 *Restat nunc solum, ut ea quoque expendamus, quibus Cardinalis Baronius credit vulgatam de lepra & Baptismo Constantiniana narrationem quadantenus stabiliri. Pendent ea potissimum ex relatu Gentilis Historici Zosimi. Hic enim dissimulata ab Eusebio, unice in laudes Imperatoris intento, Constantini tristia, circa Crispum filium & uxorem Faustam, sic exaggerat libro suo 2. ut Baronio visus sit efficacissime probare infestatam revera Christianis a Constantino persecutionem eam, quam fabulosa S. Silvestri Acta supponunt, & cujus vindicta fuerit lepra ista. Ipsa ergo Zosimi verba, licet maledicentia & calumnia plena, ad Græci textus fidem exacta, proferantur in medium, sicuti ea dedimus in prædicto de S. Constantini Actis commentario Cap. 3. num. 30. numerorum ordinem hic prosequendo.*

Zosimi de Constantini conversione mendacia,

30 Postquam, *devicto Licinio*, universum Imperium ad unius Constantini rediit potestatem; non hic amplius insitam a natura malitiam tegere, sed pro imperio agere omnia: nam qui patriis sacris eatenus usus fuerat, non honoris, sed utilitatis causa; & vatibus crediderat, expertus eos veraces in omnibus, quæ sibi feliciter futura prædixerant; ubi Romam venit, omnis arrogantiæ plenus, ab ipso domestica lare sumendum sibi impietatis exordium putavit. Itaque Crispum filium, Cæsaris (ut ante dixi) ornatum titulo, in suspicionem adductum quasi cum noverca Fausta consuesset, nulla ratione juris naturalis habita, de medio sustulit: cumque mater Constantini Helena tantam calamitatem ægro ferret animo, & intolerabilem ex cæde juvenis dolorem perciperet, consolaturus eam Constantinus, malum malo majori sanavit: nam cum balneum accendi supra modum jussisset, eique Faustam inclusisset, mortuam inde extraxit. Horum ipse sibi conscius, & contemptorum insuper sacramentorum, accessit ad Sacerdotes, postulans piacula criminum. Sed his respondentibus, quod nullus traditus inveniatur expiationis modus, quo tanta crimina possint expurgari; Ægyptius quidam ex Iberia delatus Romam, palatinisque mulieribus factus familiaris, in Constantinum incidit; eique affirmavit, Christianorum fidem expurgativam esse peccati cujuslibet; quippe cui promissum esset, quod etiam impii eam suscipientes continuo extra omnis culpæ reatum ponerentur. Hunc sermonem cum facile suscepisset Constantinus, & patria quidem sacra dimisisset, iis vero se tradidisset quæ docebat Ægyptius, principium impietatis fecit, habere divinationem suspectam. Nam quia multæ res prosperæ per eam sibi fuissent prædictæ, eventumque reipsa sortitæ; verebatur ne aliis quoque, ipsam contra se consulturis, quod futurum erat prædiceretur: ideoque convertit sese ad abolenda ejusmodi omnia. Appetente autem patrio quodam festo, quo oportebat ire exercitum in Capitolium, ejusmodi ascensum impudenter explodens, & sacram religionem conculcans, incurrit odium Senatus populique. Non ferens autem omnium in se propemodum jacta convitia, quærebat urbem Romæ æquandam, in qua palatium sibi constitueret, ... Byzantiumque concessit.

quibus fingitur expiationem a Gentilibus negatam petiisse a Christianis, D

31 *His similia ac fere eadem cum sæpe audivisset eodem quo Zosimus tempore, centum annis post rem gestam, scribens Zosomenus lib. 1. cap. 5. sic respondit.* Scio quidem Gentiles vulgo narrare solitos, Constantinum, cum quosdam genere proximos interfecisset, & in necem filii consensisset, pœnitentia ductum de expiatione scelerum consuluisse Sopatrum Philosophum, qui tunc temporis Plotinianæ scholæ successionem tenebat; illum autem respondisse, nullam esse ejusmodi scelerum expiationem; qua repulsa conturbatum Imperatorem, incidisse in Episcopos, qui pœnitentia & lavacro baptismi ipsum ab omni scelere purgaturos se esse pollicerentur. His igitur, quoniam ex animi sui sententia respondissent, illum delectatum, religionem eorum suspexisse, & cum ipsum Christianum factum esse, tum subditos ut idem facerent impulisse. Verum hæc mihi videntur esse conficta ab illis, qui Christianam religionem vituperare student. Etenim Crispus, cujus causa Constantinum lustratione opus habuisse dicunt, anno Imperii patris sui vicesimo mortem obiit; qui dum adhuc superstes esset, utpote secundum Imperii obtinens locum, & Cæsaris dignitate decoratus, multas una cum patre leges pro Christianis tulerat; sicut temporum notæ singulis legibus subjectæ & legislatorum nomina etiamnum testantur. Sopatrum vero primo quidem haud quaquam verosimile est in colloquium venisse cum Constantino, qui tunc temporis in illis dumtaxat partibus, quæ circa Oceanum ac Rhenum positæ sunt, imperio potiebatur..... Haud quaquam etiam credibile est eum ignorasse, Herculem Alcmenæ filium, post cædem liberorum & post necem Iphiti, quem licet amicum atque hospitem inique interfecerat, Cereris sacris Athenis expiatum fuisse. Gentiles igitur hujusmodi scelerum expiationem pollicitos esse, ea quæ dixi satis evincunt; simulque mendacii eos coarguunt, qui Sopatrum affirmant contraria pronuntiasse; neq; enim ausim dicere ista nescivisse Philosophum, qui eruditionis causa apud Gentiles ea ætate nobilissimus habebatur.

E

cum non Gentilibus auditus

F

refutatur Zosimus,

Hæc

A 32 Hac tam rationabilis responsio Zosomeni nemini non satisfecisset, credo, nisi Baronius, suis de Romano Constantini baptismo præjudiciis velificans, invenisset quo tueretur commodum, ex Zosimi calumnia in suas partes tracta proveniens, dum illum ex Iberia Ægyptium advenam, credit fuisse advectum ex Hispania Hosium Cordubensem Episcopum, Ægyptium, id est, Magum, Gentilibus creditum, qui suaserit baptismum a Silvestro petere. Ergo Zosomenum primo incredibilis stupiditatis arguit, qui Crispum occisum a patre neget, eo uno argumento, quod Crispus vivens ad vigesimum usque patris Imperii annum pervenerit, multas interea cum eo leges statuens. Ast ego de Crispi cæde nec dubitasse quidem Sozomenum video; sed ex legibus, quas illo tempore pro Christianis cum patre condidit, vel lissime argumentatum contra Gentiles, mutandæ religionis eam causam Constantino non fuisse, qui diu antea Christianus probabatur. Contra Gentiles, inquam, non contra eos qui ab initio quidem Christianum fuisse Constantinum dicerent, diu autem post susceptam fidem denuo ad Gentilium ritus imo & ad Christianos persequendos reversum, illius infelicis facinoris

Baronio dura severum Zosomeni censura insurgente,

stupiditatis

B horrore adductum, ad expetendum baptismum eatenus dilatum: tales enim futuros aliquando non potuit divinare Zosomenus, qui de Romano illo Baptismo nihil audiverat, aut saltem nihil credebat.

33 Miseratur deinde Zosomenum Baronius, Zosimo opponentem, quod non potuerit cum Constantino, tam procul agente, initio Imperii, colloqui Sopater; quasi Zosimus dixerit, tunc Crispum occisum, qui expresse id refert post victum Licinium: & En, inquit, in quos errorum anfractus ipsum ignoratio rerum conjecit & temporum. Sed verbis & pace Baronii eadem quam ipse petit a Zosomeno, dixerim, quid hoc insulsius aut ineptius quam Zosomenum Zosimo respondentem fingere, qui eodem quo ille tempore, diversa in regione vivens ac scribens, Zosimi fortasse nec nomen audivit unquam; & Sopatrum nominans ignotum Zosimo ea refutat, quæ Gentiles vulgo narrare solitos palam erat, non quæ legerat apud aliquem: nam præter Zosimum, prudentius meritum tempora, nemo scitur scripsisse talia de Conversione Constantini, non magis in hoc fide dignus, quam in eo quod mentitur eum ad id usq; tempus divinationibus usum. Quomodo autem sic ineptire potuerit Gentilium vulgus, ut Crispi necem confuderit cum initiis Constantini, in quibus factum esse Christianum constare illis poterat; non quærat is qui viderit, quomodo etiam Christiani, eodem

miseria,

C quo Zosomenus scribebat seculo, ineptire potuerint circa historiam inventæ Crucis & Acta Silvestri.

34 Denique inadvertentiæ vel oblivionis accusat Zosomenum Baronius, in eo quod Plotiniana schola magistrum appellans Sopatrum, non cogitaverit, eam scholam ex Platonis disciplina tenuisse, quod divina justitia in homines invigilans, qui cædem perpetrassent, non aliter a diis veniam consecuturi essent, nisi ipsi eamdem quam aliis intulissent paterentur; quamobrem si absque tali expiatione animæ a corpore solverentur, eas apud inferos supplicia perpeti, atque iterum detrudi in nova corpora, ut necessario idem subirent quod antea in alios patrarant. Sed hæc Zosomeno improperans Baronius, obliviscitur vel non animadvertit ipse, paucis lineis ante ex Eunapio se scripsisse de Sopatro, quod natura sublimium appetens, animoque magnus & ferox, aspernatus reliqua in turba ætatem agere, magna celeritate ad aulam Imperatoris accurrit, quasi Constantini propositum & impetum domiturus ac ratione superaturus: certa eo æstimationis potentiæque pervenit, ut Imperator delinitus captusque ab homine, assessorem eum ad dexteram publice habuerit: res auditu visuque incredibilis. Hunc talem credere potuit Baronius adeo fuisse scrupulosum, ut illud suæ unius scholæ peculiare dogma non fuerit dissi-

& inadvertentia perperam accusatur,

D mulaturus, oblata occasione tam cupita tamque certa revocandi ad patrias superstitiones Imperatoris? adeo etiam parum politicum ut non viderit, quam facile posset ex sublimi illo favoris gradu deturbari, si duriori responso Principem contristaret, cum proceres aulici, invidia disrupti, quod Regia Philosophiam disceret, nihil omitterent; quod ei per insidias tollendo commodum foret? Idem de idolorum Sacerdotibus, quorum meminit Zosimus, multoque majori jure dictum crede; qui absque controversia expiationem desideratam & sui ritibus familiarem continuo promisissent, si eam fuissent requisiti. Interim valde incongruum videtur, quod is qui tam insignis Crucis in cælo Christique per visum apparentis miraculo adductus fuit ad fidem Christianam; in eadem colenda factus languidior, vel potius ab eadem apostatans, auctoribus talibus fuerit quasi compellendus ad eamdem redire. Et hoc fuerat considerandum eruditissimo Baronio, prius quam pro Zosimo, in aliis manifeste mendaci, tantopere contenderet contra Zosomenum. Sed hoc pro ejus erga sententiam, Romanæ (ut putabat) Ecclesiæ utiliorem, affectui libenter ignoscimus; tantum vicissim ignoscatur mihi, quod Cardinalis Perronii & omnium fere per Galliam eruditorum virorum receptissimam nunc sententiam, prætolerim ejus auctoritati, alias mihi veneranda.

cum nonnulla injuria Constantini,

E 35 Jam quod exaggeratam adeo Constantini, ab optimis principiis nimium quam deficientis, crudelitatem attinet, quam etiam in Christianos cadere potuisse ac debuisse idem Baronius contendit; quæque occasionem alicui dedit, vulgandi mordacissimum hoc Epigramma.

Augusti aurea secla quis requirat?
Sunt hæc gemmea, sed Neroniana.

Fuerit hæc Gentilium petulantia, domesticos luctus Constantino improperantium, quia dolebant sacra sua sub eo aboleri. Christiani vero excusent Imperatorem Christianum, cum Eusebio l. 4. c. 14. & dicant, quod insita ei humanitas ac bonitas, & fidei morumque sinceritas, eo ipsum adduxit, ut crederet fictæ in speciem pietati hominum illorum, qui vel pro Christianis habebantur, vel sinceram erga ipsum benevolentiam callida mente simulabant. Quibus ille cum temere ipsa credidisset, interdum fortassis in ea quæ parum decora erant impegit, maligni dæmonis invidia hanc velut maculam reliquis ejus laudibus aspergente. Et hæc quidem ille universim de cunctis in quibus Constantinus utcumque culpabilis videbatur aliquibus: de cædibus autem si rationem reddere voluisset in particulari, dixisset forsitan cum ipsomet Baronio, Licinium Juniorem, ex sorore Constantia natum, etsi causa vulgo ignoraretur, verosimiliter tamen complicem patris sui fuisse Constantinum vero in Crispo filio, infelicem magis quam reum; in Fausta conjuge, etiam justum Judicem appellandum. Numerosos amicos, quos successive interfectos scribit Eutropius l. 10. juxta antiquissimam editionem anni 1545. quosque Baronius (exerrante, ut credimus, per imprudentiam calamo) innumeros appellat, plerosque id commeritos crediderim, quod nimia Principis facilitate tandem deprehenderentur fuisse abusi, ob suam exuberantem malitiam, ut loquitur Eusebius, & insatiabilem cupiditatem; qualis procul dubio fuit Sopater ille Philosophus, tandem Ablavio agente interfectus; idque justa Dei dispensatione, quia Constantinum conatus a vera religione abalienare. Sed ex illis paucissimi forsan, aut etiam nemo, illo anno mortem subiit, quo fuisse magis Constantinus prætenditur; verum ne diu successive sublati de medio sunt, etiam diu post mortem Crispi atque Faustæ, & eum qui prætenditur Romanum baptismum: neq; enim tempus Eutropius signat. Et ut plures quam alias tunc fuissent ea ratione occisi, quid hoc ad fidem Christianam spectat, impingendumque Constantino nomen persecutoris, quandiu nec unus quidem nominatur, cui ea causa vel pilus capitis tactus fuerit?

cujus severiores quidem Acta

possunt & debebant excusari,

certe nullam habebant connexionem cum fide.

A quam S. Silvester Papa, in ecclesiis ipsorum Apostolorum est clargitus: eamdemque successores ejus in festis Duplicibus & in Quadragesima duplicarunt. *Romanus Basilicæ Vaticanæ Canonicus, sub Eugenio III. & circa medietatem seculi* XII. *ipsam describens, exordiens ab ejusdem & Basilicæ Paulinæ ædificatione, jussu* Silvestri *Papæ facta a Constantino Augusto. & Caput illud primum sic concludit:* Quam itaque Basilicam B. Silvester Papa una die, ad honorem Jesu Christi filii Dei & ejus Genitricis & beatorum Principum Apostolorum Petri & Pauli, quia una die coronati sunt, solenniter consecravit, convocatis Episcopis & Sacerdotibus & turbis fidelium per universum orbem. *Nihil simile apud Anastasium aut antiquiorem aliquem legimus, ideoque non credimus istam convocationem* per universum orbem *vere factam esse; prodest tamen hæc ab eo præmitti, ut intelligamus minime parcum futurum Auctorem in exaggerandis Basilicæ suæ magnalibus, quæcumque excogitare poterit. Cum autem de Indulgentiis ab eodem* Silvestro *istic concessis nihil dicat, numquid non merito concludere possumus, nihil de*
B *iis adhuc cuiquam tunc in mentem venisse?*

Supponens Indulgentias in Vaticana concessas a Silvestro,

6 *Agit tamen ille Cap.* 2. de Remissione dedicationis hujus Basilicæ, *sed ita ut indicet primam, eo loco pro tali die concessam Indulgentiam, datam esse, cum jam Italiæ partem* Lombardi *tenerent; quorum scilicet nomen nonnisi aliquam multis post S.* Silvestrum *seculis Romæ innotuit, ac ne Anastasii quidem tempore sic usurpabatur, tunc enim adhuc dicebantur* Langobardi *vel* Longobardi, *anno primum* DLXVIII. *in Italiam Duce Alboino transgressi. Sed Canonicum ipsum-met audiamus.* Quia solennitas (*Dedicationis scilicet*) maxima est, maximā remissionem Apostolica providentia omnibus ad eam devote venientibus condonavit. Quæ videlicet remissio Apostolica providentia sic tripartito distinguitur, ut Romanis & circumadjacentibus, unius anni; Tuscis, Lombardis, & Apulis, & ceteris mare non transeuntibus, duorum annorum; sed & his qui maria transmeare noscuntur, trium annorum maneat remissio peccatorum. Similis eademque remissio facta probatur in hac B. Petri Basilica in Cœna Domini, quando consecratur ibi Sanctum Chrisma; in Ascensione Domini similiter. *Auctorem talis Indulgentiæ Pontificem utinam nominare potuisset! interim nihil est quod suadeat* XI. *seculo anteriorem fuisse. Capta autem semel tali principio gratia, magnis paulatim accessibus aucta fuit: nam (si verum est quod apud Baronium ait*
C *seculi* XVI. *scriptor Maffeus Vegius, in antiquis monumentis Basilicæ S. Petri)* beatæ recordationis Calistus Papa II: (*ordinatus hic fuit anno* MCXIX) altare B. Petri, quod nimia vetustate & lapidum percussionibus quodammodo violatum videbatur, optimis marmoribus vestivit & decoravit: & in festo Annuntiationis B. Mariæ cum toto Concilio lapidem altaris satis honorifice & devote consecravit: in qua videlicet consecratione (ut invenimus in libris nostris scriptum) fecit remissionem trium annorum annualiter ad eam venientibus.

Quæ quæ hic antiquissima sunt meminerit Lombardorum.

Has nonnihil auxisse dicitur Calistus II.

7 *Et hactenus quidem pauci habebantur dies, ejusmodi Pontificia largitate commendati; procedentibus annis & crescente facilitate concedendæ Indulgentiæ, tantum crevit dierum numerus, ut nullus omnino dies relinqueretur, quo non aliquam Remissionem obtinere possent Basilicam Vaticanam visitantes: quarum summam circa annum* MCCXC *colligens* Nicolaus IV. *apud Onuphrium Panvinium in libello de VII ecclesiis pag. 55 suam de iis Bullam sic orditur:* Sicut ad nos, tam ex scriptis antiquis in Basilica ipsa repertis, quam ex Seniorum Canonicorum ejusdem Basilicæ relatione pervenit, Prædecessores nostri omnibus vere pœnitentibus & confessis, ad præfatam ecclesiam venientibus reverenter, videlicet in nativitate Domini ...... septem annorum & septem quadragenarum: & ab Octavis Pentecostes hinc ad festum ipsius B. Petri ...... die
D quolibet trium annorum & trium quadragenarum ...... a principio Quadragesimæ usque ad festum Paschæ, quolibet die, nec non & in festivitatibus Nativitatis B. M. .... unius anni & quadraginta dierum; & reliquis singulis anni diebus, quadraginta dierum remissiones suorum peccaminum concesserunt: *quas Remissiones, sic per partes, perque dies sigillatim enumeratas,* Nicolaus *ipse ratas & gratas habens, easdem auctoritate Apostolica approbat; &,* ut Christi fideles, ad ipsam basilicam venientes, reddantur de acquirendis talibus remissionibus certiores ...... de novo, *inquit,* remissiones hujusmodi misericorditer elargimur. *Has autem, teste præcitato Panvinio,* Bonifacius VIII. Clemens VI. Urbanus VI. Nicolaus V. & alii Papæ confirmarunt & auxerunt. *Ad Panvinium refert sese, qui postea idem argumentum tractavit Paulus de Angelis, in notis ad Romanum Canonicum: atque hæc omnia eo colligere placuit, ut appareat neminem antiquorum fuisse, qui Indulgentias Vaticanæ Basilicæ enumerans,*
E Silvestri *meminerit.*

magis deinde auxit Nicolaus 4.

sed nemo eorum Silvestri meminit.

8 *Ut autem ad ecclesiam S. Sebastiani revertar, tractat de eadem prælaudatus Panvinius, & pag. 99. sic expresse loquitur:* Sunt in hac Basilica maximæ Indulgentiæ & remissiones peccatorum, ut ex scriptis tabellis apparet: *harum deinde duas profert, unam ad* altare S. Sebastiani, *alteram supra* ostium cœmeterii Callisti, *absque ulla utrobique mentione* S. Silvestri: *aliam vero istic tabellam nullam novit, ex qua præsumi possit sculptus esse lapis, qui nunc ibi spectatur. Cum autem Onuphrius ista scripserit circa annum* MDLXVIII. *plura scripturus de Indulgentiis loci si plura scivisset, præsumere possumus, novitium illud esse figmentum, aut certe non multo antiquius ipso in quo nunc versamur seculo.*

De Basilica S. Sebastiani nihil tale scribit Onuphrius, circa an. 1566. scribens,

9 *Idem porro argumentum formari potest etiam contra præsumptam Codicis ac Tabulæ Lateranensis vetustatem: siquidem nec hujus meminit Panvinius, alias eam non prætermissurus, qui non omisit* tabulam ligneam, aræ maximæ appensam recensque conscriptam, in qua descripta sunt nomina Sanctarum Reliquiarum; *neque rigidus censor futurus, qui pag.* 108. *non dubitavit sic scribere,* In Basilicæ Lateranensis anniversario dedicationis die, ex Romanorum Pontificum concessione, magnæ Indulgentiæ concessæ sunt, Romanis quidem & finitimis annorum M. Tuscis & Transpadanis MM. Transalpinis MMM. quæ indulgentia eadem ibidem est Fer. v. in Cœna Domini. Eas omnes Indulgentias Basilicæ Lateranensi confirmarunt & auxe-
F runt Alexander IV. anno MCCLX. & Bonifacius VIII. Papa anno MCCC. *Confer hæc cum verbis Romani Canonici; cumque ad instar Vaticanæ Indulgentiæ istam Lateranensem distingui videris, judica utrum verisimile sit, ea ætate, qua summa in Vaticano Indulgentia erat annorum* VII. (*sicut patet ex bulla Nicolai IV annis* XXVII. *post Alexandrum IV. creati*) *pro Laterano fuisse auctam illam millecuplum; & utrum hoc sibi persuaderi sivisset Panvinius, si rigidius singula examinasset; vir sane eruditus, sed defunctus ætatis suæ anno* XLI; *adeoque, si vixisset diutius, adhuc multum adjecturus ad veri falsique discernendi facultatem, quæ longo dubitandi usu acquiritur.*

nec item tabulæ Lateranensis.

10 *His ita positis, ut dubitari merito possit an lapis & tabula, de quibus hic agimus, multo sint antiquiores annis centum; frustraneum videtur monere Lectorem, quod appellatio* duplicium festorum *primum videatur seculo* XIII. *incepisse. Quotquot enim de Officiis ecclesiasticis scripserunt, & ante annos trecentos simul impressi habentur Coloniæ, videlicet Ordo Romanus, Isidorus Hispalensis, Albinus Flaccus, Amalarius, Rabanus Maurus, Walafridus Strabo, Berno Augiensis, Yvo*

Idem lapis utrumque meminit festorum Duplicium,

A *Carnotensis, atque Micrologus (ultimi autem duo florebant anno* MLXXX.) *ejusmodi appellationem ignorant, solumque sciunt* Solennitates, Dominicaliaque & Ferialia festa *distinguere; festa autem Sanctorum, quæ quidem sunt* IX. *Lectionum, ad modum Officii Dominicalis; quæ vero trium, ad modum Ferialis jubent ordinari. Claudius etiam Castellanus, curiose scrutatus talia, antiquius nihil mihi potuit allegare, quam suæ Parisiensis Ecclesiæ parvum Pastorale, ab annis circiter quadringentis exaratum: ubi in præfine Kalendarii sæpe occurrit* Duplum*: non sic dictum, quia in ea duplicentur Antiphonæ (ut ritui Romano assuetis forsan videri posset) id enim neque Parisiis, neque aliis multis in locis Galliarum obtinet; sed quia duabus campanis pulsatur ad singula Officii tempora; & duo Cantores in medium Chorum prodeunt ad singula Responsoria: ad quæ campana una & Cantor unus sufficiunt in* Simplici; *in* Semiduplis *autem, alternis duo & unus, id faciunt. Primus inter Pontifices, qui hactenus inveniatur* Duplex *appellasse, fuit Bonifacius VIII. in 6.*

B *Decret. lib.3. tit. 22.* nonnullos Prædecessorum *suorum*, qui aliquorum festa Sanctorum sub duplici ordinaverunt Officio celebranda, imitari intendens. *Unde hoc saltem habetur, a Silvestri ætate longissime, remotos intelligi debere, qui affictat ei Indulgentias prætenderentur pro* Duplicibus *duplicavisse: quod nec* Nicolao *quidem IV. in mentem venit facere, Vaticanas Indulgentias confirmanti.*

appellationem antiquioribus ignotam.

DISSERTATIO XIV.

Icones Constantini Magni & Helenæ Augustæ, ex eorum nummis ab Alexandro Wilthemio nostro illustratæ.

Quamquam ægre possim apud me ipsum statuere, utrum expedierit ac porro expediat operi huic inseruisse & inserere Pontificum Icones, a Joanne Baptista de Cavaleriis collectas editasque; existimo tamen operæ pretium fuisse, de earum exigua antiquitate ac sinceritate nonnihil disseruisse. Idem dixerim de Imperatorum Regumque effigiebus, ad ecclesiasticam historiam catenus adhibendis, quatenus cum eorum gestis connexa illa est. Quorumnam autem gesta magis ad

C *ipsam pertinere censeat, quam Constantini Magni ac Matris ejus Helenæ, sub quibus & a quibus Gentilium servituti exempta Ecclesia, non solum libere explicare sese, sed externo etiam ornatu ac potentia cœpit esse spectabilis ac venerabilis? Itaque non importune, ut equidem reor, adducam hic Dissertationem Wilthemii nostri, acceptam ex quodam illius Tractatu, cui sub annum* MDCLXXI. *Antuerpiæ imprimendæ occasionem dederat* Constantinus, *ante Annales Treverensis Browerí, nova forma supplementoque donatos a Masenio, in frontali eorumdem imagine expressus, alia omnino specie quam par erat. Dabo autem Dissertationem hanc sicut ipsam contraxi infertuique post ipsius* S. Constantini *Acta Parerga* I.

2 *Animorum imagines non sunt*, inquit C. Plinius Secundus; quæ si essent, præstabilius sane foret eas pingere quam corporum, malletque sæpe numero vir bonus nosci, quam conspici. Nunc vice animi, quod de homine potuit, faciem vultumque ars transtulit in tabulas, propagatis sic in ævum quam maxime similibus figuris. Sed injuriam nobilissimo invento confestim intulit inscitia mentitis imaginibus, tantum sibi indulgente licentia, ut in monstra etiam converteret pulcherrimum & ad similitudinem Dei factum animal. Addit injuriæ crimen aliud, vestitu cultuque circumposito, in quo neque personæ, neque loci, neque temporis discrimen.

Queritur auctor depravatas imagines.

3 Constantini Maximi veram imaginem, nummi ejus innumeri conservaverant. Poterat vel hinc ducere exemplum imperitus sculptor, qui pro Constantino Maximo Getam nobis aliquem, aut Scytham, aut ludorum, quos *torneamenta* vocant, Equitem, schemate prorsus ridiculo proposuit. Vide enim monstrum imaginis. Vultus barbatus, & (ni fallit obtutus) labra mistacis horrentia. Tobalea in capite Scythica: circum eam, corona radiata, infixis ardeæ pinnulis. In manu dextra, lancea ludorum, quos dixi, equestrium: in læva, scutum cum vultu Gorgonis: ad latus, acinaces Persicus. Lorica braccæ, ocreæ quales in *torneamentis*, ex lamina perpetua ferrea. Paludamentum plane ingens, auræ & ventis permissum, ceu in hoc vestitu Romano exultante inscitia. Hiccine est Constantinus Maximus, semi-Geta, semique *torneamentarius* Eques? O fictorem (pictorem enim quis te dicat) o fictorem, inquam, egregium! Quid si Gothum aliquem ex historia veteri efformandum suscepisses? Quid si Athalaricum, aut Vitigem, aut aliquem barbaræ illius gentis principem? Quæ tu hic prodigia consarcinares! Athalaricum saltem, si barbarica veste indueres, toto cœlo aberrares. Habeo nummum ejus, visendum in paucis, quem præjudicii specie in tabulam contuli. Quod in aversa parte est muliebre caput cum cristata galea, profitetur se titulo, nisi quod trunca vox TA, explenda est, legendumque INVICTA ROMA: quomodo etiam inscribitur in pecunia Attali & Theodorici. Sed converso nummo Athalaricum intuere. En ut cultu habituque totus Romanus adstitit! Mater enim Amalesuentha, moribus & disciplina Romanorum eum a pueritia imbuendum curaverat, ut Auctor est Procopius. At tu, Sarmatam, censeo aut Helvetum, aut nescio quem efficeres. Sed habe tua tibi figmenta. Constantini Maximi iconicam, id est, veram imaginem accipite, quicumque verum amatis; veram, inquam, quia ex nummis ejus. Nummis enim Romani Principum vultus ex vero imponebant. Unde illa peritorum monetæ Romanæ lex, vel inspecta leviter pecunia, ex vultu Cæsaris continuo pronuntiare, cujus sit. Nummos autem Constantini non alios proponam, quam qui cusi Treviris; non quod alibi signatis sit forma dispar, sed quod illi magis ad rem sint.

D

etiam Constantini 2000 affictum barbaricum schema,

quale nec Athalarico Gotho convenerit.

E

Sumendum illud ex nummis ejus.

4 Horum porro Constantini nummorum observatio duplex, in facie, in habitu. Illa semper eadem, hic varius. Facies luculenta, maxime jam senioris; nasus aquilinus, barba rasa. Nec aliter fere descripserunt Cedrenus & Nicephorus; *cervice crassa, capillo non denso, barba rara, naso paululum incurvo, oculis leoninis*. Habitus, triplex; ordinarius, militaris, & consularis. In primo nummo Constantinus ordinario & quotidiano cultu induitur, caput ambiente lauro. Hac enim est usus prioribus Imperii annis, in posterum (ut tradit Aurelius Victor) *habitum regium gemmis, & caput exornans perpetua diademate*; & nummus est inter nostros P. CONST. hoc est, percussus Constantinopoli, in quo Constantinus cum diademate. Causam autem *diadematis perpetui* adfert Polmeus Silvius in laterculo, quem conscripsit Postumiano & Zenone Coss. anno epochæ vulgaris CCCCLVIII. edidique anno sequenti, Consule Protogene. Ita enim de Constantino, *Diadema capiti suo, propter refluentes de fronte capillos (pro qua re sapone ejusdem cognomine odorata confectio est) quo constringerentur invenit, cujus mos hodie custoditur*. Aversa hujus nummi facies, intra lauri sertum has continet litteras PLUR. NATAL. FEL, quas ego quidem ita legendas censeo: *Plures natales felices*, vel *feliciter*; formula, ante hunc diem (quantum quidem lectu comperi) numquam audita, eoque digna acuti.

F

I nummus Constantini exhibet ordinario cultu

cum voto plurium Natalium.

5 So-



Nummus II. & III. habitum militarem.

5 Secundi nummi & tertii, militaris est ornatus; non genere, sed forma varius. Nam scuto subinde munitur sinistra manus, spiculo dextre: pectus semper loricatum, & galeatum caput: crista galeæ imposita, nunc erigitur & spargitur flabelli specie, nunc sinuata secundum galeæ supremæ flexum vergit in occiput. Memorabile, quod in galea primi nummi & in aversa facie secundi, spectantur nominis Christi monogrammata. Quartus nummus Constantinum habet Consulem in Trabea; sceptrum aquiliferum de more præferentem manu, lauro etiamnum ambiente caput, & capillis velut in cincinnos crispatis summam frontem velantibus, arta, ut arbitror, tonsoria, ob crinium raritatem atque defluvium, de quo supra. Conspicitur etiam Princeps maximus toto corpore. Signa militaria ei in utraque manu: paludamentum restrictum, non veli modo turgidum: lorica, genuum tenus promissa. Brachia, modice ultra cubitum; crure, surarum tenus, nuda, cum caligis gemmatis. Principes juventutis in Romana republica fuere, qui in equestri decursione (Trojam appellabant) ducebant agmen. Postea id ambivere munus subinde Cæsares, & pro magno habuere, titulis Imperatoriis inseri *Principatum juventutis*, sicut hic Constantinus jam Augustus, sed adolescens, probante id juvenili ejus in nummo vultu.

IV. Consulem repræsentat.

V. Principem juventutis.

Helenæ matris nummus distinguendus ab Helena conjuge Ux.

6 Ita restituto sibi in imagine Constantino, matris quoque imagini scribamus vindicias: nam & pro hac supposuere aliam homines non indocti. Et quamquam jam huic malo providerat Jacobus Chiffletius, vir eruditione clarissimus, propositis trium Helenarum nummis, matris Constantini Maximi, uxorum Crispi & Juliani Cæsarum; non satis tamen in animadversum a secutis scriptoribus, in quibus Alfordus, Divæ Helenæ Constantini matri suffecta Helena Juliani conjuge. Sed hasce turbas discutiunt vel soli nummi, probe inspecti. En ergo Theodoræ Augustæ, Constantii Chlori secundæ uxoris, pecuniam. Hanc compone parumper cum nummo D. Helenæ, conjugis ejus primæ, quæ Constantinum Maximum edidit. Animadvertis opinor eodem prorsus cultu comptum structumque utriusque caput, modico aurium tenus demisso crinium sinu & cirris in frontem dependentibus; hoc solo discrimine, quod Theodoræ capillum cingit laurus, Helenæ caput ambiente fascia seu diademata; forte quod religiosa mulier laurum dicatam Apollini repudiaverit. Dignissima porro observatione est Crux, quam duo nummi manifeste in aversa parte repræsentant.

7 Contemplare nunc & Helenæ Julianí conjugis monetam. Vides longe aliter compositum capillum; strictum nempe & terse pexum, nullo aurium tenus demisso crinali sinu. Fascia quidem comam transversim coronat, sed præter hanc alia a media fronte subit verticem, unde inclinata in occiput eum cultum efficit, quem cernere est in pecunia Æliæ Flaccillæ & Gallæ Placidiæ, conjugum Theodosii Magni. Cultu itaque & ornatu capitis lis omnis dirimitur, haud dubia fide, eam esse oportere Helenam Constantini matrem, cui cum Theodora par capitis ornatus: at cui similis cum Flaccilla & Placidia, Helenæ esse Juliani conjugis, quæ posterioribus illis Augustabus tempore vicina est. Discernite ergo, viri docti, & Helenas alteram ab altera separate, nec imagines earum suppositas invicem permutate.

et capitis ornatu.

A D

XXXV. S. MARCUS.

An. 336. m. 9. d. 20. MArcus, natione Romanus, ex Patre Prisco, fuit temporibus Constantini, ordinatus XVIII. Januarii anno CCCXXXVI. in Dominica & festo Cathedræ S. Petri Romæ, sedit menses IX. dies XX. usque in diem VII. Octobris, * quo etiam colitur, elevatus die VI. Octobris, in cœmeterio S. Balbinæ via Ardeatina; inde vero translatus Florentiam ad ecclesiam S. Laurentii. Cessavit Episcopatus menses III. dies XXIX.

* Bar. m. 9. d. 21.

Causa Vacationis diuturnæ post obitum Marci.

PRimus Catalogus tempus notat his verbis, quæ nostra probant: Fuit Nepotiano & Facundo Coss. ex die XV. Kalendas Februarii usque in diem Nonarum Octobrium iisdem Coss. *Causam diuturnioris Vacationis haud facile aliam excogitaverit, quam quod* Constantino *Imperatori, tam bene de universa Ecclesia merito, & tunc Constantinopoli in ædificanda Apostolorum Basilica occupato, deferendam Romanus Clerus censuerit factam a se Electionem, ejusque super ea* B *expectandum consensum, priusquam ad Electi Ordinationem procederetur: & hoc forte exemplum etiam valuisset in favorem posterum, nisi hi in hæresim Arianam prolapsi, eo se præbuissent ipso statim principio indignos. Postea certe, cum usu invaluit ut Constantinopoli peteretur Electorum confirmatio, pluribus mensibus vacasse Sedem Apostolicam inveniemus.*

Dies mortis. 2 *Hieronymianum Martyrologium, diem* VII. *Octobris sic ordiutur:* Romæ via Appia depositio S. Marcelli & Marci Episcopi, *ubi, si non frustra geminata sunt nomina (quod vehementer suspicor) videri potest indicari aliqua* S. Marcelli *Translatio, necdum alinude nota, ob causam supra celatam. Secundi Catalogi Auctor, ex eoque Anastasius & alii, cum dicunt de S.* Marco *quod* sepultus est in cœmeterio Balbinæ via Ardeatina, pridie Nonas Octobris; *videntur notare aliquam corporis elevationem, eo loco factam pridie recurrentis Natalis. Post hunc plus quam* XX. diebus, *ab eodem secundo Catalogo assignatis, vacasse Sedem, liquet ex initio sequentis Pontificatus accuratissime notato.* E

3 Marco *Papæ affictam ad S. Athanasium Epistolam, in qua de* LXX. *capitulis Concilii Nicæni ad Sil-* Epistola ficta. vestrum *missis (ne* Silvestri *quoque Pontificatus absque figmento ejusmodi transiretur) refutavimus in Vita S. Athanasii num.* 138. *Hic solum indico, eam Epistolam veros quidem habere* Consules, *sub quibus sedit* Marcus, *sed datam scribi* VIII Kalendas Novembris, *id est* XVIII. *diebus post ipsius mortem.*

XXXVI. S. JULIUS.

An. 337. ad 352. an. 15. m. 2. d. 5. JUlius, natione Romanus, ex patre Rustico, fuit temporibus Constantii, ordinatus VI Februarii, in Dominica, anno CCCXXXVII. sedit annos XV. menses II. dies VII. usque in XII. Aprilis, quo colitur; defunctus anno CCCLII. * sepultus via Aurelia in cœmeterio Calepodii, indeque postea translatus ad Basilicam sui nominis sive S. Mariæ trans-Tiberim. Cessavit Episcopatus mensem I. dies XI.

* Baron. a 336. ad 352. an. 15. m. 5. d. 17.

Dies mortis. *SIc etiam Hieronymianum Martyrologium, post Martyres Pergamenos, Carpum Episcopum & socios;* Romæ, *inquit,* in cœmeterio Calepodii tertio miliario depositio Julii Episcopi; *cum quo convenit secun-* C *dus Catalogus, tunc sepultum more suo scribens; nec alius dies cujuscumque alterius cultus invenitur: forte quia corpus illud non ita cito loco motum fuerit. Postea tamen ad ecclesiam S. Mariæ trans Tiberim, una cum corporibus SS. Callisti & Cornelii Pontificum atque Calepodii Presbyteri translatum illud fuisse scimus; tempore verosimiliter* Innocentii Papæ II. *circa annum* MCXL. *hoc enim testari videtur absis, musivo opere picta jussu ejusdem* Innocentii, *ecclesia istam restaurantis, quod musivum vide sis in ipso* Innocentio II.

Ratio temporis. 2 Consules *supra notati, primi,* Felicianus & Titianus; *secundi,* Constantius V. & Constantius Cæsar, *omnino egregie confirmant* XV. *annorum numerum, qui etiam in Anastasianis Mss. Barberino, Mazerino, ac duplici Thuano notatur: similiter ex* VIII. Idus Februarii, in diem pridie Idus Aprilis (*assumptis utrimque extremis*) *præter* menses II. *numerantur* dies, *non* VI. *sed* VII. *quod hic sequimur.*

Epistolæ fictæ. 3 *Extant in operibus Athanasii, inde ad Concilia traductæ, genuinæ* Julii pro S. Athanasio *Epistolæ. Con-sulo nullo signata, quia id forte Romanis Pontificibus necdum in usu erat. Eas cum ignoraret fabricator Decretalium, de quibus sæpius, nefas duxit tam illustre argumentum, quale Athanasii historia suggerebat, prætermittere quin ei manum injiceret. Consarcinavit igitur ex variis Latinorum scriptorum aut Latine redditorum fragmentis epistolas duas, ad Orientales, tamquam* Kalendis Octobris & Novembris *datas,* Feliciano & Maximiano Coss. *ex vitiato Anastasio acceptis: ejusdem autem farinæ est* Epistola Orientalium ad ipsum Julium, *quæ inter utrasque media collocatur.* F

4 *Joanni Archiepiscopo Nicæno, in Auctario Biblioth. Patrum Græc. creditur* Julius, *Cyrillo Episcopo Hierosolymitano per Epistolam demonstrasse, quod Natalis Domini, quem Ecclesia illa die* VI. *Januarii una cum Baptismo Christi celebrabat, celebrari debeat* XXV. *Decembris. Ea Epistola quam non certa sit, minus etiam certus qui allegatur Josephi Judæi locus, dixi in Apparatu ad* ... *Epistola ad Possinum Consultatoria secunda num.* 14. *& seqq. Non deerant alia Julia argumenta, ex traditione Romanæ Ecclesiæ in libris Censuum Romanorum fundata, quibus usum illum Cyrillo probaverit, si ea de re ipsi quidquam scribere voluit.*

XXXVII. S. LIBERIUS.

An. 352. ad 366. an. 14. m. 4. LIberius, natione Romanus, ex patre Augusto, ordinatus XXIV. Maii, anno CCCLII. in Dominica, Ecclesiæ præfuit usque in diem XXIII. Septembris, anno CCCLXVI. tempori-

Tab. VII


XXXVII. S. LIBERIVS


XXXVIII S. FELIX II


XXXVIIII S DAMASVS


XL S SIRICIVS


XLI S ANASTASIVS


XLII S INNOCENTIVS



A poribus Constantii, Juliani, & Joviniani; complexus universim annos XIV. & menses IV. D * & cessavit Episcopatus dies VII. ipse vero sepultus in cœmeterio Priscillæ via Salaria, inde translatus fuit XXIV. Aprilis, fortassis in Basilicam Liberianam.

a Baron. a 352. ad 367 an. 15. m. 4. d. 8.

Hic nos destituit primus optimusque Catalogus, postquam Liberii *initium notasset, a* Consulibus Constantio V. & Constantio Cæsare, ex die 11. Kalendas Junias in diem ..... *spatio scilicet vacuo relicto, ad dierum numerum notandum, quando Pontifex moreretur. Ubi lego* 11. Kalendas Junias, *pro* XI. *quod nostrum autographum habet: quia etsi de primo secundoque seculo dubitare vellet aliquis, aut etiam de tertio, utrum Ordinationes Episcopales & Institutiones Pontificales fuerint semper factæ in* Dominica, *aut aliqua primarum Solemnitatum; dubitari id non potest de seculo in quo versamur IV. quando videmus eas omnes Ordinationes, quibus expresse suus dies in Catalogo additur, planissime in Dominicas cadere; quod est magnum firmamentum Chronologiæ, fundatæ in Consulibus a Catalogo prædicto notatis; cum in alia omni supputatione nihil ejusmodi valeas invenire.*

Catalogo 1. hic deficiente,

2 *Quod porro ad finem* Liberii *attinet, deficientis principalis Catalogi vicem abunde supplent coævi scriptores, schismatici licet, in suo precum libello; mendacissimo quidem in iis quæ schisma ipsorum spectant;* B *quoad tempora vero, quorum vitiatio nihil poterat malæ causæ prodesse, omni acceptione dignissimo; Faustinus, inquam, & Marcellinus, Presbyteri partis Ursini adversus Damasum, inter alia præfantes;* Octavo Kalendas Octobris, Gratiano & Daglaifo Coss. (*hic est ipse annus* CCCLXVI.) Liberius humanis rebus eximitur, *qui deinde, non* V. Idus Septembris (*ut habet secundus Catalogus*) *sed* V. Idus Octobris, *id est* XL. *die, credi potest solemnibus exequiis tumulatus in* cœmeterio Priscillæ via Salaria, *post expulsum Ursinum seu Ursicinum Antipapam quia id citius fieri non potuerat.*

succurrunt Marcellinus & Faustinus Presbb.

3 *S. Hieronymus in suo Martyrologio, ad diem* IX. Kalendas Octobris *supra notatum, ultimo loco.* Romæ, *inquit,* depositio S. Liberii Episcopi: *expresse addens titulum* Sancti, *quod alias et in Pontificum Natalibus rarum, postbac tamen frequentius, pro usu scilicet illius temporis quo omnes Episcopi, etiam viventes, dicebantur* Sancti, *sicut nunc Pontifices vocantur* Sanctissimi. *Sequuntur Wandelbertus in suo Martyrologio metrico, & eamdem lectionem confirmant vetera ad genuinum Bedæ Martyrologium additamenta ex Mss. Vaticano &* C *S. Cyriaco. Quare non solum in Suppositio Beda, sed in ipso etiam Marcellini & Faustini libello, auderem* nono *pro* octavo Kalendas *legendum substituere. Iterum vero refertur nomen ejusdem* S. Liberii *in veteri Ms. Barberino, pictoque Aventini montis Kalendario ad* VIII. Kal. Maji, *una cum* S. Benedicto Papa II. *verosimiliter occasione communis utriq; Translationis, curata a* Sergio Papa II. *circa annum* DCC.

Colitur in Missis.

4 *Græci in suis Synaxariis Mss. nec non in Menæis excusis, recolunt eumdem* Liberium, *ut* Sanctum, XXVII. *Augusti, cum honesto elogio; in quo, laudata ejus constantia atque exilio, dissimulatur ejus lapsus, solumque dicitur Romanorum precibus victus Constantius, Throno suo eum restituisse,* ἐν ᾧ γενόμενος καὶ τὸ λειπόμενον τῆς ζωῆς αὐτοῦ καλῶς καὶ θεαρέστως βιώσας, ἐν Κυρίῳ ἀνεπαύσατο, in quo residens, & vitæ reliquum laudabiliter secundum bene placitum Dei transigens, obdormivit in Domino. *Denique* Liberii *nomen, etiam Martyrologio cuidam Coptico, ad* VI. *Octobris, inscriptum reperitur.*

itemque apud Græcos & Coptos,

5 *In Conciliis Generalibus post alias hujus Pontificis Epistolas, habetur una, quasi eam scripserit, respondens* Dilectissimo filio Athanasio, & omnibus in unum congregatis & de Trinitatis fide recte sentientibus Ægyptiorum Episcopis, Liberius Papa: *quæ quia data fingitur* VIII. Kalendarum, Asclepio & Deodato viris Clarissimis Consulibus, *nusquam per omnes Fastos reperiendis & ad libitum excogitatis, non potuit eam non habere suspectam etiam ipse Binius, alias minime scrupulosus talium mercium propola. Plura eaque graviora anistoriæ vitia manifestaque plagia alii notant; unum observo cum Cantelio, antiquiori in usu Episcoporum, etiam Romanorum fuisse, ut alios Episcopos non minori titulo, quam* Coepiscopi *aut* Fratris *appellarent. Primus* Gregorius II. *invenitur seculo* VIII. *ineunte scripsisse, ut* Dilectis filiis, Donato Patriarchæ & Episcopis, atque Marcello Duci, & Plebi Venetiæ & Istriæ. *Hoc exemplum secutus est nemo ante finem seculi X. quando* Silvester II. *scripsit* Dilecto in Christo filio, Arnulfo sanctæ Remensis Ecclesiæ Archiepiscopo: *neque ulteriorem progressum id scitur habuisse, mansitque prior & antiquior usus.*

Epistola ad S. Athanasium ascripta.

Hic finitur primus Catalogus, & progreditur secundus ad annos CLXXVI.

1 *Cum primo Catalogo extinguitur nobis quasi lumen solare, illo prærupto tempore, quo velut ad plenum chronologiæ meridiem provectum erat; præter* E *Consules, cuique Pontificatus ineunti exeuntique assignatos, etiam diem definiens,* a quo & in quem *unusquisque duravit; unde facillimum fuit prægressis centum annis, non solum Interpontificiorum singulorum spatia numerare, sed etiam corrigere quidquid forte in numeris annorum, mensium, ac dierum peccavit oscitantia librariorum. Ex tanta luce prolapsuris in tenebras pene nocturnas, relinquitur solus secundus Catalogus, ultra primum per annos* CLXXVI. *ductus ab auctore, tam fideli, ut non fuerit ausus ex proprio calculo adscribere Consulatus, solis contentus annorum, mensium, ac dierum numeris, quales repererat ab antiquis notatos, qualesque a librariis facillime depravari jam sæpe inculcatum a nobis est.*

Catalogus 2. hinc omittit notare Consules,

2 *Huic incommodo accedit, quod cum satis vicinæ suæ ætati scribenti valde magna fides haberi potuisset; sciolus aliquis præsumpserit interpolare textum, ex apocryphis* Sinuessanæ Synodi, inventæ Crucis, *atque* SS. Silvestri *&* Felicis *mox nominandis Actis: quæ interpolamenta nescierit a contextu genuino discernere* F *Anastasius, ceterique post eum Pontificiæ historiæ scriptores, fecerunt, ut turpissima & aniles fabulæ fere in veritates indubitabiles transierint ante non multa secula, quando, abolitis diffusa prolixitatis Legendariis & Homiliariis, composito ordinataque primum fuerunt Lectionum de Sanctis & de Tempore ad Matutinum recitandarum Breviaria; cumque usum amplexa etiam Romana Ecclesia Breviarium quoque componi sibi fecit; quod, propter commendationem Tridentini Concilii & proprii multiformis commoditatem, factum est omnibus ferme Ecclesiis multisque Religiosis Ordinibus commune, abrogatis, quæ diœceses pene singulæ sigillatim sibi scribi & imprimi fecerant, Breviariis aliis.*

estque exinde ab aliquibus interpolatus,

quæ istinc in Breviaria transierunt,

3 *Sed difficile fuit, in tanta veterum historiarum & apocryphorum multitudine; Breviarium istud sic ordinare, ut non multa perquam incerta irreperent, ex male jam vulgatis receptisque opinationibus; quædam etiam successu temporis communi Eruditorum consensu proclamarentur falsa. Quapropter variorum Pontificum cura in id incubuit, ut ea saltem tollerentur mutarenturve, quæ maxime in oculos incurrebant, reliquis tamdiu relictis Eruditorum disputationi & examini,*

etiam Romanum,

donec

A donec Apostolicæ Sedi videretur iterum mutare aliquid; sicuti in particularibus quibusdam casibus etiam hoc seculo nonnulla mutata scimus; plura mutanda credimus, præsertim circa Sanctos, quando totum hoc opus, non absolutum dumtaxat per omnes menses, sed etiam iterato studio fuerit recognitum. Nimia profecto simplicitate peccant, qui scandalizantur, quoties audiunt aliquid ex jam olim creditis, & juxta Breviarii præscriptum hodiedum recitandis, in disputationem adduci. Id enim si male nunc fierent, factum etiam male fuisset antehac, in iis quæ postea mutata expunctaque fuerunt: nec via patuisset ad veritatem, stante irrefragabili quam tales Breviario tribuunt auctoritate. Nec minus nimiæ morositatis sunt arguendi, qui cum aliquid audiunt passim ab Eruditioribus reprobari, indignantur id non statim auferri de medio; nec animadvertunt, ad mutationes, quantumcumque justas, non nisi lentissime procedere Ecclesiam.

Non ideo dissimulanda, quia adhuc ab Ecclesia tolerantur.

4 Quod ad Lectiones de vita Antiquiorum Pontificum attinet, eæ, saltem usque ad Felicem IV. (qui cœpit anno DXXVI.) summuntur ex Libro Pontificali, quem identidem allegat Baronius; deinde vero ex Anastasio Bibliothecario, ea multis dictum librum secuto. Postquam vero idem Cardinalis Baronius, Annalium B Ecclesiasticorum opus, plurimis fidelium commoditatibus utilissimum & adversus hæreses præsertim laudatissimum, ultra medietatem perduxerat sub fel. record. Clemente Papa VIII. a quo fuerat donatus Purpura; idem Congregationi Sacrorum Rituum præsidere cum Collegis jussus, facile persuasit, Breviarium, anno MDLXVIII. jussis Pii V. recognitum, nova correctione egere. Hæc, ut in multis felix atque utilis fuerit, minus id fuisse videtur circa veteres Romanos Pontifices Sanctos, dum antiquæ de ipsis Lectiones ad novam ipsius Baronii chronologiam aptantur, quæ melius ut erant relictæ fuissent: quemadmodum liquere potest ex Bollandi Henschenique Commentariis ad eorum Vitas, quæ in primos quinque anni Menses cadunt: cum ea tamen qua decuit erga Illustrissimum Auctorem reverentia, quam & ego ubique salvam cupio; non ideo magnum quid me esse existimans, quia ipsius aliorumque doctissimorum brachiis humerisque sublatus, paulo ulterius fortassis quam ipsi prospiciam. D

Lectiones de Sanctis Pontificibus

ad Baronii Chronologiã quomodo optatæ?

5 Porro (ut ad propositum a satis longo digressione redeam) pro ablata nobis meridiana claritate, modicam faculam accendere conati, nobiles sexto seculo Chronographi duo, Marcellinus Comes & Prosper Aquitanus; qui ambo Eusebiani Chronici continuatorem Hieronymum, in anno Christi CCCLXXVIII. desinentem, prosecuti sunt simili fere stylo, Prosper usque ad annum CCCCXXXXV. Marcellinus usque ad DXXXVIII. & curaverunt Consulum nomina cuique novo Pontificatui assignare. His accedit lucerna fidelior, nota, inquam, ejus diei quo obiit quisque sequentium sex Liberii successorum, non adnumerando iis Felicem, cujus E qualiscumque Episcopatus, totus sub Liberii Pontificatu clauditur. Lucerna, inquam, sub modio Hieronymiani Martyrologii hactenus abscondita, quæ utinam possis ad plura secula prorogari!

Unde posthac sumenda Consulū nomina?

XXXVIII. S. FELIX II.

Ab an. 355. ad 358.

FELIX, natione Romanus, ex patre Anastasio, Archidiaconus Liberii, hoc in exilium deportato Episcopus ordinatus ab Arianis, anno CCCLV. deinde, cum consilio Liberii, vero aut ficto, susceptus a Clero Romano, sedit annos plus minus tres, usque in diem XXIX. Julii, anni CCCLVIII. mortuus & sepultus in prædiolo suo XX. Novembris; anno CCCLXV. corpus vero translatum postea in ecclesiam, ab ipsomet conditam sub nomine Felicis I. translatum postea intra urbem, repertum denique est in ecclesia Sanctorum Cosmæ & Damiani.

Obiit an. 365. 20. Novembris.

Abdicatur 30. Julii.

RAtionem temporis certam nobis reddunt iidem qui supra Marcellinus & Faustinus in Præfatione, cum, narrata gemina Felicis expulsione ab Urbe, subjungunt, Post annos octo, Valentiniano & Valente C Coss. x. Kalendarum Decembrium, defunctus est Felix. Diem vero Abdicationis ejus accipere, sine magno scrupulo, licet ex Catalogo, quamvis turpiter interpolato, qui in Liberio ait, quod Felix, depositus de Episcopato, habitavit in prædiolo suo, a die III. Kalendas Augusti.

2 Quod neque Optatus Milevitanus, neque Augustinus, Romanorum Pontificum successionem hæreticis objectantes, Felicis meminerint, sed immediate faciant Julio Liberium, Liberio Damasum succedere, ad quæstionem mox examinandam nihil in alterutram partem (meo quidem judicio) facit: cum in Liberii Pontificatu Felicis qualiscumque Episcopatus includatur, sicut jam dixi. Et hoc animadvertens auctor Catalogi, post primis defectum nunc antiquissimi, videtur Liberio annos X. menses IV. dies III. dedisse, annos III eoque amplius Felici relicturus; sed librariorum errore factum esse, ut vitium irreperet in numeros nostri ecgraphi, quos magis integre descriptos inveneris Anastasius, nisi quod facili lapsu pro mensibus IV. legeris VII.

Augustinus & optatus cur tacentibus?

DISSERTATIO XV. al. IX.

Utrum vere Romanus Episcopus fuerit hic Felix.

Marcellinus & Faustinus Presbyt.

DIssertationi huic certissimum fundamentum præstituere videntur, mendacissimi alias contra Damasum Presbyteri, Marcellinus & Faustinus, enarrantes, quæ in conspectu Urbis totius gesta non potuissent, vel si voluissent, mentiendo corrumpere. Mendacissimos tamen eos dico, quatenus Cleri Romani con- F silium in suscipiendo Felice, perjurium scelestissimum sunt interpretati, eosdem deinceps non alio quam perjurorum notantes vocabulo; in odium Damasi, ab eodem Clero electi, qui antea Felicem susceperat; cum ipsi paucique alii, post Liberii reditum verosimiliter ordinati (unde nec cum Felice quidquam commune se habuisse jactabant, nec hæreticorum communione unquam se fuisse pollutos) Ursinum elegissent. Infelices, quod ambitione excæcati non prospicerent, communionem cum Arianis etiam a Liberio susceptam fuisse, in eoque partes ambas fuisse æquales. Quod si Liberius culpam postea pœnitentia eluit, eluisse etiam supponendus est Felix, cum summa quiete, totis octo quibus supervixit annis, se continens in prædiolo suo. Sub hac cautela relationem ipsorum legendam exhibeo, quæ sic incipit.

In hac parte non suspectabiles,

2 Temporibus Constantii Imperatoris, filii Constantini, durior orta est persecutio Christianorum ab impiis hæreticis Arrianis, annuente Constantio, qui & Athanasium resistentem hæreticis persecutus est, & ut damnaretur ab omnibus Episcopis imperavit: quod etiam metu Principis facere tentaverunt omnes ubiq; Pontifices, inauditum innocentemque damnantes. Sed Liberius Romanus Episcopus, & Eusebius Vercellensis, & Lucifer Calaritanus, & Hilarius Pictavensis

asserunt Liberii abductū contra Damasum

dare

A dare sententiam noluerunt: hi ergo mittuntur in exilium pro fide servanda. Cum Liberio Damasus Diaconus ejus, se simulat proficisci, unde fugiens de itinere Romam rediit, ambitione corruptus. Sed eo die, quo Liberius ad exiliom proficiscebatur, Clerus omnis, id est, Presbyteri, & Archidiaconus Felix, & ipse Damasus Diaconus, & cuncta Ecclesiæ Officia, omnes pariter, præsente populo Romano, sub jurejurando firmaverunt, se vivente Liberio Pontificem alterum nullatenus habituros. Sed Clerus, contra fas, quod minime decebat, cum summo perjurii scelere, Felicem Archidiaconum, ordinatum in locum Liberii, receperunt.

ex itinere regressum suscepisse Felicem,

3 *Hactenus illi, ubi involuta quædam videntur posse explicari, & antiquorum omnium diversissima in speciem sententia circa* Felicis *Ordinationem sic component, ut gravissimo illi quod impingitur sceleri* Clerus *ac* Damasus *eximantur. Dico ergo & suppono verissimum esse, quod (sicut in Epistola ad Solitarios scripsit S. Athanasius)* Epicteto ministro utens *Constantius, pro abducto Liberio subrogaturus alterum*, in locum Ecclesiæ Palatium suum succedere voluerit, & pro conventu populi ac jure comitiorum tres Eunochos præsentes esse jusserit, tresque item * *κατασκόπους* (non enim tres Episcopos dixeris) ut ipsi Felicem quemdam Episcopum in Palatio crearent, dignum profecto talibus suf-

motus ab Arianis sacrilego ordinatorum,

** exploratores*

B fragatoribus. Ceterum populi omnes, cognita hæreticorum pravitate, non permisere eos ecclesiam intrare, proculque ab iis recesserunt.

4 *Non attinet quærere, dieno Dominica facta hæc Ordinatio sit: mirum enim, si hujus habendam sibi rationem credidissent, qui Canonum omnium jura perverterunt. Tamen sicut collatus ab hæreticis Baptismus validus est, ita quin valida quoque sit Ordinatio, etiam Episcopalis, in qua essentialia Sacramenti servantur, pro nunc quidem nefas sit dubitare; dubitant pro primis seculi, imo, negant, ex recentioribus Morinus & Cabassutius; contra quos R. P. Ioannes Pollenser, S. I. sacræ Theologiæ Professor emeritus, in Mss. suis publice Dictatis conclusionem probat.*

valida tamen:

1 *Quod, licet per varia Conciliorum decreta in contrarium allegata, dicatur quod ordinati ab hæreticis* nihil acceperint, non sint Episcopi, non Presbyteri, sed Laici, *imo jubeantur reordinari; pleraque tamen sic possunt intelligi, ut fictione quadam juris jubeantur id non censeri, cujus officio & privilegio fungi & frui vetantur. Rationes autem ita intelligendi sunt: I. quia non liquet quid illa Sacramenta reddidisset irrita, nullo concurrente defectu ex parte materiæ aut formæ: II. quod Ordines, quorum exercere munus non licet, quodammo-*

quia Concilia & Canones id in speciem urgentia,

C *do nulli sunt; & qui privilegio Clericali privatur, quodammodo laicus manet: III. quia moris erat in Ecclesia, ut non rite ordinati, quamvis valide, haberentur quoad honorem & exercitium Ordinis tamquam non ordinati, ut patet ex Innocentio I. Epist. 18. ipsoque Concilio Niceno & aliis apud Morinum: IV. quia nonnulli ex illis quorum Ordines erant declarati irriti, deinde ab Ecclesia permissi sunt Ordines exercere, nulla facta Sacramenti iteratione: ita præceperunt recipiendos, ordinatos licet ab hæreticis Nestorianis,* Gregorius; *a Monothelitis & Iconoclastis,* Synodus VII. *factumque scimus cum iis quos ordinaverant Donatistæ in Africa, & alibi alii.* Photius, *exempli causa a* Synodo VIII. *declaratur* nec esse nec fuisse Episcopus, *declarantur* non esse Sacerdotes *quos ipse ordinaverat, quin plures Pontifices declaraverunt ipsum esse* laicum; *& tamen* Joannes *Papa VIII. nulla præscripta reordinatione, sed aliis quibusdam conditionibus adjectis, recipit eum in gratiam pristinumque gradum, ut patet ex Epistolis ejusdem* Joannis, *ac specialiter ex 199. 200. 201. ad Basilium Imperatorem, ad Clerum Constantinopolitanum, ad ipsummet Photium datis. Neque*

explicari possunt per fictionem juris,

collatos ab hæreticis Ordines, pro nullis haberi jubentis,

plus quam dictum est hactenus conficitur, vel ex epistola Concilii Sardicensis ad Alexandrinam Ecclesiam apud Athanasium, vel ex Can. a Synodo II. & VIII. vel ex Epistola Leonis Papæ I ad Rusticum Narbonensem Episcopum. D

11 *Cum jubentur reordinari, qui servata quidem debita materia & forma, sed contra præscripta Canonum, ordinati fuerunt; videri potest præcipi Ordinatio, non formalis & Sacramentalis, sed ceremonialis dumtaxat, qualem præscribit Toletanum IV. capitulo 28.* Episcopus Presbyter aut Diaconus, si a gradu suo injuste dejectus in secunda Synodo innocens reperiatur, non potest esse quod fuerat, nisi gradus amissos recipiat coram Altario, de manu Episcopi, Orarium, Annulum & Baculum; si Presbyter, Ororium & Planetam; si Diaconus, Orarium & Albam; si Subdiaconus, Patenam & Calicem, &c. *Concilia autem atque Pontifices, cum plus præcepisse aut exegisse videntur, & repetitionem formalem ordinationis Sacramentalis; dici possunt, non definitive supposuisse priores ordinationes ab hæreticis fuisse invalidas; sed an essent valide dubitavisse, & quod securius erat in hoc Sacramento servari voluisse. Et hoc nemini mirum videri debet, quandoquidem de ipsius baptismi ab hæreticis collati valore tanta fuerit inter Catholicos dubitatio, sub Pontificatu SS. Stephani & Cornelii.*

nec reordinationem præcipiunt nisi ceremonialem,

aut pro majori securitate,

E

5 *His positis revertor ad historiam nostram: ac primum noto, haud satis certum videri, utrum, cum* Felicem, ordinatum in locum Liberii, *a Clero receptum, dicunt Marcellinus & Faustinus, intelligant primam illius ab Arianis factam ordinationem, vereque Catholicis merito execratam veluti nullam, etsi alioquin validam; an vero de nova ac saltem ceremoniali ordinatione loquantur. Postremum suadet secundus Catalogus, in Liberio sic loquens.* Et congregati Sacerdotes, & cum consilio eorum Liberius, ordinaverunt in loco ejus Felicem, venerabilem virum, Presbyterum & Episcopum; *sic enim legendum puto, non autem* ordinaverunt Felicem Presbyterum, Episcopum, venerabilem virum: *nec enim antequam ordinaretur Felix* Presbyter *erat, sed solum* Diaconus; *adeoque (nisi per saltum promotum quis intelligat) successive eum ordinari oportuit, primo* Presbyterum, *deinde* Episcopum, *sicut etiamnunc fit in ordinatione Pontificum, incipiendo ab eo gradu qui primus Electo deficit. Quod autem attinet ad* Liberii *circa hujusmodi ordinationem consilium, id in variis exemplaribus varie exprimitur. Codices, unde sumpta editio Regia Anastasii, omnes sic habent,* Et congregantes se Sacerdotes cum consilio Liberii: *Ms. nostrum & Codex Regius ad calcem dictæ editionis,* Congregatis itaque Sacerdotibus cum consilio ejus, *utique* Liberii: *duplex Codex Freherianus, ibidem ad calcem;* Congregans Sacerdotes cum consilio ejus, *vel,* eorum Liberius. *Sed ultima hæc lectio omnino non placet: significat enim ipsummet* Liberium, *priusquam Roma excederet, ordinasse* Felicem, *atque adeo prius quam hic ab Arianis sacrilegam ordinationem acciperet, ut ejus loco Pontifex esset.* F

Felix reordinatus videtur,

& quidem de consilio Liberii

6 *Ceterum libens fateor, quod totus ille de* Liberio *&* Felice *locus in secundo Catalogo, & ex hoc translatus ab Anastasio aliisque, parum me commoveret; nisi refingeret animus, totum* Clerum Romanum, *cumque sanctissimum virum* Damasum, *execrabilis accusare perjurii, sicut impostores impudentissimi Marcellinus & Faustinus faciunt: ex quorum ipsissimis verbis, ubi calumniantur quod* Damasus fugiens de itinere, *quo cum* Liberio *proficisci simulabat,* Romam rediit ambitione corruptus, *idoneam perplexo huic nodo solutionem videor mihi posse elicere. Ivisse enim* Damasum *cum* Liberio *credo; credo etiam ex itinere Romam rediisse: sed rediisse inscio invitoque* Liberio, rediisse ambitione corruptum, *non credo. Quid ergo? Censeo* Liberium

indicto per Damasum, Romam remissum,

A berium ipsum mei, videntem serio ab Imperatore & Arianis agi, neque ullam sibi relinqui spem reditus quamdiu persisteret in proposito, in quo persistere usque ad mortem elegerat: mandasse Damaso, ut rediret, congregatisque Sacerdotibus prospiceret Ecclesiæ, luporum furori expositæ per absentiam suam; idque vel designando expresse Vicarium Felicem (quod vix crediderim, magis tamen sonant verba Catalogorum) vel liberam Clero electionem personæ remittendo; Clerus vero considerans præsentis confusionis miserabilem statum, nihil invenerit expeditius, quam dissimulata Felicis communione cum Arianis, eumdem ipsum assumere quem illi ordinaverant; quia publice constabat ipsum esse Nicænæ fidei etiam in illa communione tenacem; quod tamen Liberius ægre tulerit.

7 Tale autem consilium duplici modo proficisci a Liberio potuit, scilicet, vel ita ut ultro abdicante illo, alius Pontifex eligeretur; vel more majorum, in persecutionibus frequentatissimo, jubente, ut pro se ordinaretur Episcopus Vicarius cum jure successionis, si mori ipsum in exilio contingeret.

si non ad Pontificatum,

B Ex his duobus modis minus placet primus, quia sic non fuisset amplius Pontifex Liberius, nec nisi sacrilege potuisset Sedem suam repetere, invito qui suffectus erat Felice; quin etiam hoc mortuo opus habuisset per novam electionem Clerique consensum in pristinam restitui dignitatem. Secundus modus istud commodi habet, quod, licet non faciat ut Felix Pontifex fuerit indubitatus ac certus, pro toto eo quo Liberius abfuit tempore; fecit tamen ut valde excusabiliter & innocenter potuerit a Clero ipsi adhærente talis haberi, post lapsum Liberii Romæ nuntiatum. Post hunc enim poterat is civiliter mortuus censeri, quandoquidem Pontificem a fide devium judicio Ecclesiæ subjacere ipsa tenet, ut supra vidimus. Nunquam tamen Romanus populus persuaderi potuit, ut vel approbaret electionem Felicis, quem noverat communicare cum Arianis; vel Liberium crederet excidisse a qua revera eum non excidisse conatur probare Alexander Natalis, distinguens duplicem fidei formulam Sirmii propositam, quarum prima & a Liberio subscripta, fuerit in terminis Catholica, non item secunda.

saltem ad Vicarium ordinandū,

in quo, Romano populo renitente

8 Nolim hic de lapsu Liberii disputare, quatenus ille processerit. Lapsum quadamtenus saltem esse dubitat nemo, & lapsum testificatur epistola ad omnes Orientales, qua fatetur se, quoad Athanasium, quem juste ab illis damnatum cognoverit, eorum sententiis commodavisse consensum suum; eoque semoto, cum omnibus ipsis pacem & unitatem habere; & libenti animo suscepisse fidem, a pluribus Fratribus tractatam, expositam, & susceptam Sirmii, in nullo contradicendo;

crediderit Clerus, post lapsum Liberii,

C quæ profecto, satis esse potuerunt Romano Clero, scienti omnia Sirmii ad Arianorum voluntatem agi, ut, absque scrupulosa distinctione primæ secundæque formulæ Sirmii expositæ, lapsum in hæresim Liberium judicaret, sicut forte judicavit Hieronymus in Chronico, asserens, quod tædio victus exilii in hæreticam pravitatem subscripsit. Econtra de Felice pessimus opinari, eum, proposita sibi a Damaso Cleroque conditione, quod eum esset Episcopum Vicarium assumpturi, si polliceretur, Athanasii condemnationi non subscripturum se (quod fortassis ab eo postulatum non fuit) & Nicænam fidem integram inviolatamque servaturum, conditionem esse amplexum, itaque ab iis reordinatum; cum autem a fide defecisse nuntiaretur Liberius, pro summo legitimoque Pontifice agnitum fuisse. Jure an injuria, viderint alii, quando indecisam causam relinquit Ecclesia, suum Felici locum inter Romanos Episcopos relinqueat. Nec video quid aptius concipi possit ad excusationem, hinc quidem ipsius Felicis & Cleri totius Romani ipsi adhærentis, inde vero populi Romani illius communionem aversantis, quod neque de Liberii ad ordinandum Vicarium mandato aut consensu satis in principio constaret, neque postea de causa sufficienti ad Pontificatum illi abrogandum, quo vivente alium neminem suscepturos se omnes promiserant.

Populum deceptum fuisse,

D

9 Narrat porro Theodoretus lib. 2. cap. 17. quomodo elapso biennio Romam profectus Constantius, rogatusque a matronis Romanis Liberium restituere, ipsis primum responderit, urbem alio Pastore non egere, habere enim Antistitem idoneum qui illius curam gereret, Felicem videlicet. Sed cum illæ exposuerent, quod nemo ex civibus Romanis ecclesiam ingrediebatur dum ille intus esset, eo quod libere communicabat cum iis qui fidem a Nicænis Patribus expositam labefactabant; flexus Imperator, Liberium redire ab exilio jussit; ambos vero, ipsum scilicet & Felicem, in commune Ecclesiam administrare. Hac vero Imperatoris Epistola in Circo recitata, inquit idem Theodoretus, cum eam idonea similitudine explosissent; omnes una voce acclamarunt, unus Deus, unus Christus, unus Episcopus; itaque reversus est admirandus ille Liberius, Felix vero recedens ad aliam urbem se contulit. Marcellinus & Faustinus eadem de re sic loquuntur.

Reposcentibus deinde Romanis redditur Liberius,

Episcopatū simul gesturus cum Felice:

E Post annos duos venit Romam Constantius, pro Liberio rogatur a populo, qui mox annuens ait; Habetis Liberium, qui qualis a vobis profectus est melior revertetur; hoc autem de consensu ejus, quo manus perfidiæ dederat, indicabat. Tertio anno redit Liberius, cui obvians cum gaudio populus Romanus exivit; Felix notatus a Senatu & populo de Urbe propellitur; & post parum temporis, impulsu Clericorum qui pejuraverunt, irrumpit in Urbem, & Stationem in Julii Basilica dare præsumit; quem omnis multitudo fidelium & Proceres de Urbe iterum cum magno dedecore projecerunt. Post annos octo .... defunctus est Felix, & Liberius misericordiam fecit in Clericos qui pejeraverant, eosque in locis propriis suscepit.

sed is a populo bis expellitur,

10 Hactenus ergo Felici adhæserat iidem qui ipsum assumpserunt, neque Liberio se adjungere curaverant, propterea quod Felicem crederent verum Pontificem, lapso Liberio rite suffectum, deponi de Sede non posse, quoad viveret, nisi ultro cederet. Non cessisse autem, ex hac Clericorum ejus ad extremum usque perseverantia apparet. Ait quidem Philostorgius lib. 4. cap. 3. quod ipse reducto Liberio ad sua se recepit, Episcopi quidem dignitatem retinens, nulli tamen præsidens Ecclesiæ: sed hoc, de actuali præsidentia intellectum, non facit, ut censeri debeat jura etiam sua, seu vero seu putatitia, se abdicasse. Talis porro Clericorum cum Felice perseverantia, sicut laudem Damasi non obfuscavit; sic neque detrahit quidquam Sanctitati Felicis, quod se pro Pontifice perrexerit gerere; commendationi vero ejus multum addit, quod tam longo tempore nihil moverit, ad recuperandam Sedem, quamvis occasio ad hoc non deesset, modo vellet iterum communicare cum Arianis; tunc scilicet, cum anno CCCLIX. conceptæ Arimini ab Ursacio & Valente fidei formulæ subscribere recusantes Episcopos ecclesiis suis exturbavit Valens, ac primum omnium Liberium Episcopum Urbis Romæ. Ita scribit Sozomenus lib. 4. cap. 19. hanc ultimam Liberii vexationem accurate distinguens a prima, quam fuse narraverat cap. 11. simul etiam securos nos faciens, quod haud ita diu post reditum Liberius, sciens aliter Romanæ plebi satisfieri non posse, Arianorum communioni renuntiaverit. Quod si hoc fecit Liberius, ipsorum Arianorum beneficia obstrictus, quanto promptius id fecisse credendus est Felix, tanta ab iisdem affectus injuria.

Clerum tamen sibi adhærentem

F

qui primum eo mortuo ad Liberiū rediit,

pridem abstractum a communione Ariana.

11 Liberius mortuo recruduit schisma, quod per Felicis obitum extinctum videbatur. Nam (uti malitiose in suæ factionis favorem referant Marcellinus & Faustinus) Presbyteri & Diacones, Ursinus, Amantius & Lupus, cum plebe sancta quæ Liberio fidem servaverat in exilio constituto, cœperunt in Basilica Julii procedere; & sibi Ursinum Diaconum Pontificem, in

Novum post mortem Liberii schisma,

lo-

locum Liberii, ordinari deposcunt: perjuri vero in Lucinis Damasum sibi Episcopum, in loco Felicis, expostulant. Ursinum Paulus Tiburtinus Episcopus benedicit: Damasus post dies septem...., Lateranensem basilicam tendit, & ibi ordinatus Episcopus id egit...... ut Ursinus; vir venerabilis, qui prius Pontifex fuerat ordinatus, cum Amantio & Lupo Diaconibus in exilium mitteretur...... Presbyteros quoque numero septem detentos, per Officium nititur ab Urbe propellere. *Dissimulant vafre a se primis factum schisma, quiquos in loca propria receperat Liberius, perseverant pro excommunicatis habere; & decem dumtaxat numero, longe majori parti alterius numero se opponere; in quibus ut minimum erant Presbyteri octodecim, ex viginti quinque Titulis, in quos Marcellus Papa initio seculi IV. distinxerat Urbem; praeter Diaconos, quos aequo convenit numero superiores tribus Ursinianis fuisse; nec dubito quin pro uno Episcopo Tiburtino, cui auditorum competebat Pontificem ordinare, ex parte Damasi convenerint Ostiensis, Portuensis, Sabinensis, Praenestinus, Tusculanus & Albanensis. Mendaciter quoque fingi existimo, quod ii qui cum vivente Liberio redierant in gratiam, ejus jam mortui Pontificatum abnegantes, non ipsi, sed Felici, successorem eligere, professi sint.*

& schismaticorum fraudes in eo narrando.

DISSERTATIO XVI. al. X.

Martyrium S. Felicis II. quam parum verosimiliter narretur credaturque.

Acta apocrypha antiqua,

Quod ad mortem S. Felicis *attinet, nullum ei certum annum assignant qualiacumque Acta apud Mombritium, cui inepte quispiam videtur* B. Bonifacii Papae & Martyris (*qualis nullus umquam fuit*) *nomen ut auctoris appinxisse: sic enim ii reperit, qui ipsa in magnam insulsamque extendit prolixitatem, sub ejusdem* Bonifacii Papae & Martyris *titulo, qualia ex Archivio Basilicae S. Petri jam olim nobis communicaverat Jacobus Sirmondus, & nuper denuo transcribi fecit aequa noster Petrus Possinus. Sunt ea prorsus luce indigna, non solum quia* Liberium *profitendunt ut invasorem, aeternaque idcirco morte damnatum; sed quia praeter insulsam battologiam nihil habent substantiae, quod apud Boninum non reperiatur. Nec mirum: tantum enim abest ut auctor fuerit, quem prafert titulus,* Papa *aliquis* Bonifacius (*quo nomine primus si scripsisset aliquid, esset fide dignissimus, utpote annis duntaxat LV. post* Liberium *ordinatus*) *ut omnino videatur longe posterioris temporis auctor, & Hieronymo, Orosio, Gregorio quos allegat tanto posterior, quanto posterior iis est expressa mentio* Angeli Custodis, *vix solita sic antiquitus nominari, ante annos Sanctos occurrentes ad excipiendam* Felicis *animam. Ceterum ex Epilogo satis intelligitur, quod auctor, qui se* Cacondulum *vocat, id est* Servum-inutilem, *oratque pro Archipresbytero, fortassis ecclesiae instauratore* Benedicto, *Ecclesiaeque Presbytero, qui scribere jusserat & scripta flammis abolere prohibuerat; non aliter usurpet in titulo nomen* Bonifacii Papae, *quam ut sua opinione primi Auctoris apocryphorum quae dixi Actorum: hae vero quam fidem mereantur, circa vulgo jam creditum S.* Felicis II. *Martyrium, restat examinandum.*

& ab auctore sec. 12. amplificata sub nomine Bonifacii P. M.

2 In pace sepultum Felicem *dicit ejus Vita apud Anastasium. Octavo anno post dejectionem suam* x. Kalendas Decembrium defunctum, *simpliciter scribunt Marcellinus & Faustinus. Hi autem sicuti non omiserunt narrare, & forte non sine calumniosa exaggeratione, quomodo* Felix post parum temporis *a sua ejectione,* impulsu Clericorum qui pejuraverant (*ut scilicet ipsi calumniantur*) irrupit in Urbem, & stationem in Julii Basilica trans Tiberim dare praesumpsit, *iteramque* cum magno dedecore projici *meruit: sicut, inquam, id non amiserant Marcellinus & Faustinus; multo magis, ad invidiam* Damaso *qui* Felici *faverat conciliandam, voluissent exponere, quomodo idem* Felix; *etiam post annos octo, profecto in Gallias Valentiniano Augusto, novas res moliri aggressus fuerit, seque & Clerum ac populum sibi adhaerentem Imperialium ministrorum gladiis mactandos objecerit, rone tentata seditionis. Atqui nihil tale dicunt illi: nihil etiam istius aut sequentis seculi scriptores, Theodoretus, Philostorgius, Sozomenus, aliique, ubi depositi* Felicis *meminerunt. Unde igitur antiqua penitusque inclusa de* Felicis *Martyrio opinatio? Si mihi dicere liceat quod sentio, ex simili, unde* Marcellini *Martyrium, officina. Illud fabricaverunt* Donatistae *haeretici,* Melchiadis *Papae famam conspurcaturi per infamationem* Marcellini, *hoc imputare velim* Luciferianis *schismaticis per* Liberii *infamationem Romanorum omnium Pontificum eversam auctoritatem cupientium. Quia enim in hujus reditu persecutionem aliquam Clero motam constabat, ita ut intra* ecclesiam Presbyteri & Clerici necarentur, *sicuti habetur in Vita* Liberii, *visum est illis augere persecutionis atrocitatem eade ipsiusmet* Felicis: *sed quam infelici commenta tunc intelliges, cum ejus Synopsim ex Anastasio cognoveris. Sic ergo ille in* Felice....

Sunt illa confictio a Luciferianis.

3 Hic declaravit Constantium (filium Constantini) (*lege* Constantinum (filium Constantii) *nam de hoc apparet esse sermonem*) haereticum & secundo rebaptizatum (ab Eusebio Nicomediensi juxta Nicomediam in Aquilone villa:) & (propter hoc declaratum, ejusdem Constantii Augusti, filii Constantini, praecepto) Martyrio coronatur, (& capite truncatur). Hic fecit Basilicam via Aurelia, (cum Presbyterii honore fungeretur: & in eadem Basilica emit agrum circa locum, quem obtulit Ecclesiae quam fecit,) milliario ab urbe (Romana) secundo. Qui etiam passus est (in civitate Corana) cum multis Clericis & fidelibus, juxta muros urbis, ad latus formae Trajani, iii Idus Novembris: & exinde raptum est corpus ejus noctu a Presbyteris & Clericis cum Damaso Presbytero, & sepultum est in basilica supradicta, XII. Kalendas Decembris. *Eadem iisdem verbis, sed istic ubi ( ) signavi decurtatis (ut appareant ea una eademque antiquiori fonte accepta) leguntur in 2. Catalogo, nisi quod ultima sic leviter mutentur:* & exinde raptum est corpus ejus noctu a Presbyteris & Clericis cum Damaso Presbytero, & sepultum est in supradicta ejus Basilica, XVI. Kalendas Decembris.

(quorum est epitome apud Anastasium & in 2. Catalogo)

4 *Vides*, Constantio (*quem constat vita functum* Juliano IV. & Salustio Coss. *anno* CCCLXIII.) *imputari Martyrium* Felicis, *usque annum* CCCLXV. *superstitis, juxta irrefragabile testimonium scriptorum coaevorum, & quidem Romanorum Presbyterorum, ad Romanos Imperatores scribentium? Habes igitur fictionis totius aeque manifestum elenchum, quam habueras contra* Marcellini *Passionem, ex persona* Diocletiani, *ut Romae existentis eo tempore, quo certum erat abfuisse. Satis hoc unum foret: persequamur tamen etiam cetera.* Hic declaravit Constantium, *seu potius* Constantinum, haereticum & secundo rebaptizatum ab Eusebio Nicomediensi. *Jam argavimus ad* XXI. *Maii, agentes de Constantino Imperatore ut Sancto, eum ante finem vita baptizatum umquam fuisse: negavimus etiam baptizatum ab Eusebio, negavimus rebaptizationem Arianis tunc fuisse usurpatam;* Constantium *denique, loco patris hic substitutum a librariis. ab Eusebio quidem Ariano baptizatum esse constat, sed Antiochiae, primum & immediate ante mortem, anno* CCCLXI. *quarto anno post depositionem* Felicis. *Demus autem ab Eusebio, necdum se Arianum professo, baptizatum fuisse* Constantinum; *demus etiam tam indiscretum fuisse* Felicem, *ut eum baptismum propterea putaverit impro-*

& eodem Felicis Consulatu adscribunt.

quasi Constantinum accusaverit haereticum,

probandum, quia postea manifeste patuit Eusebii illius hæresis: quis tamen prudens credat, hunc suum sensum ausum fuisse aperire contra defunctum, de tota Ecclesia optime meritum, honoratumque ab ea passim ut Sanctum, & ejusmodi declarationem palam evulgare, ea in urbe, quam ille fecerat Christianam, & tot Basilicis constructis exornaverat? Quæ autem fuisset hujusmodi declarationis utilitas? Si simpliciter dixisset auctor, quod Felix declaravit Constantium *ipsummet* hæreticum, *quia scilicet Arianis palam studebat, dixisset aliquid vix credibile, respectu ejus temporis quo Romæ* Constantius *cum suis Arianis poterat omnia. Nunc vero omnem speciem tolerabilis mendacii excedit fabula. Quod tamen de rebaptizatione dictum est, non ita ample sumi debet, ut Ariani certo intelligantur ac quidem sub Constantio assumpsisse rebaptizandi licentiam. Etenim vita S. Eusebii presbyteri Romani, olim a Bonino Mombritio, & nuper a Stephano Baluzio lib. 2. Miscel. edita, sic orditur:* Eodem tempore, quo Liberius de exilio revocatus fuerat a Constantio Augusto hæretico, in eodem tantum dogmate, ut non rebaptizerent populum, sed una communione contaminarent plebem, Eusebius presbyter urbis Romæ cœpit declarare Liberium hæreticum & amicum Constantii. *Additur autem, quod Eusebii* gesta *cum Constantio* conscripsit Orosius presbyter, *idem qui mortuum XIV. Augusti, post menses septem inclusionis, sepeliverat. Ceterum vereor, ut ii, qui ab Orosio illa scripta compleverit, addita clausula de persecutione, mortem Eusebii secuta, contra quemcumque inventum* non sic confiteri, vel participare, sicut Liberius, *fidei fuerit usquequoque sinceræ. Vix enim sustinet animus audire, quod* Damasus *factus Pontifex* voce publica damnavit Liberium *mortuum*, facta synodo cum Episcopis viginti, & octo Presbyteris; *quod sane fecisse non potuit, nisi constiterit, usque ad extremum inhæsisse Arianorum communioni, contra quam crediderunt Græci, aliique, Sanctis eum annumerantes.*

5 *Præmemoratæ fabulæ de Constantino vel Constantio, declarato per Felicem rebaptizato, similis alia apud Anastasium & in Catalogo 2. ex eisdem Passionis Feliciana Actis, Elogio* Liberii *ipsius inseritur, ab eadem (ut credimus) manu:* Et fecit concilium Felix, & invenit duos Presbyteros consentientes Constantio Augusto Ariano, nomine Ursacium & Valentem: & damnavit eos in Concilio quadraginta octo Episcoporum. *Primum* Ursacius & Valens *non fuerunt* Presbyteri Romani, *ut hic supponi videtur, sed* Episcopi Pannonii, *hic* Mursiæ, *iste* Singidunii: *similis vero error erratur in ipsis* Felice *ac* Damaso, *qui* Presbyteri *hic vocantur, cum fuerint dumtaxat* Diaconi, *uti ex Marcellino & Faustino nec non ex Theodoreto constat. Deinde vigilabatur intentissime in omnes Catholicorum Episcoporum, damnationi Athanasii subscribere recusantium, actiones: ac forte vix unus alterve in Italia supererat, ceteris in exilium actis, qui impiæ sententiæ non subscripsisset: quomodo igitur ad* Concilium *contra Arianos habendum convenissent Romam* Episcopi quadraginta octo? *Quomodo etiam* Constantius, *ad Episcoporum, etiam Romanorum, captivitatem jam exercitatus, distulit usque in annum saltem LVIII. ultionem sceleris injuriæ tam publice suis Arianis illatæ? qui tamen Romæ fuerat mense Majo præcedentis anni.*

Et in Concilio 48. Episcoporum damnavit Ursacium & Valentem.

6 *Quid autem de civitate* Corana *scribam, in qua martyrium passus S.* Felix *dicitur, indeque ad sepulturam delatus in Basilicam quam struxerat* Via Aurelia? *Est* Gora *antiquum in Hernicis oppidum, Velitris vicinum, distans ab Urbe* XXIV. P. M. *haud procul a via Appia, quæ ab Urbe in Ortum tenditur, cum Aurelia ab eadem Urbe porrigatur in Occidentem. Hoc intelligens Baronius,* Cæras *in Faliscis*, XVI. P. M. *solum dissitas, eo libentius hic accepit, quod ibi S.* Felicis *Reliquiæ asservari dicantur, & Natalis solemni memoria celebrari. Litem desideres* Forma Trajeni, *si alternutro reperiretur loco: sed litem, de lana (ut dicitur) caprina; quando jam monstratum est, non subsistere martyrium de quo agitur. Sive autem via Aurelia Basilicam ædificavit* Felix, *& istic a* Damaso *sepultus est; sive Portuensi, de quo supra; oportet eam Basilicam plane suburbanam fuisse, adeoque procul Cæritium civitate, & duplo longius a Corana. Ut ergo martyrium* S. Felicis *omnem apud me verisimilitudinem amisit: sic nihil invenio fidei propius, quam quod prædiolum illud, in quo privatam vitam* Felix *egit, fuerit juxta ipsam Basilicam in qua primum tumulatus est, & ex qua deinde post plura secula translatum fuit in Urbẽ corpus ad Diaconiam SS. Cosmæ & Damiani, repositumque sub altari sub quo deinde anno* MDLXXXII. *pridie quo festum ejus annuum recurrit, inventum est. Verosimiliter enim dicetur ipsius conditoris esse, quod ibidem, ut supra ait Baronius, quasi miraculose revelatum fuit, in arca marmorea, cum hoc titulo.* CORPUS S. FELICIS PAPÆ ET MARTYRIS, QUI DAMNAVIT CONSTANTIUM.

locum autem martyrii satis remotum notamus.

Corpus an. 1582. inventum,

7 *Verum Titulus iste haud dubie acceptus est ex Catalogo Pontificali, qualem jam inde a seculi VI. initio, cum istis figmentorum lacinis descriptum fatemur: quemadmodum ex eodem, bona similiter fide, accepit Usuardus hoc elogium:* Romæ via Aurelia natalis B. Felicis Papæ, qui a Constantio Augusto ob Catholicæ fidei defensionem a Sede sua dejectus & gladio necatus, gloriose occubuit. *Dicatur sane &* Sanctus, *&* Papa, *&* Martyr Felix; *sed dicatur eo sensu quo alii plures Antecessores ejus in carcere vel exilio mortui: ita enim dici persuadet ejus cultus, in Martyrologio Usuardi non eorum dierum aliquo, quo vel mortuus vel sepultus fuisse scribitur; sed quo S* Damaso *aliisque sibi adhærentibus visus est præcipuam passus injuriam, privatione ejus Sedis quam triennio obtinuerat. Dicatur, inquam* Sanctus Papa & Martyr Felix: *singularis enim ipsius ad obitum usque per annos plusquam octo modestia, qua sese continuit in humili recessu, oblatis quas dixi recuperandæ Sedis occasionibus numquam usus, postquam id sine fidei Catholicæ periculo fieri non posse cognovit, omnem a grata posteritate venerationem commeruit. Nec est quod istam ei laudem quisquam vereatur adscribere, cum nec in tempore quo obiit falli potuerint Marcellinus & Faustinus, atque causa appareat cur fallere voluerint. Constituto autem firmiter mortis istius anno, ruit omnis verosimilitudo martyrii undecumque & quomodocumque facti. Regnante enim Valentiniano nulla excogitari potest honesta causa mortis, quæ Martyrem fecisset; sed uti initio diximus, credi deberet ea mera ambitione Romam regressus, & in ipsa rerum novandarum conatu oppressus justissimam pœnam incurrisse; quod omnem, quam pro eo servavit Ecclesia, venerationem subverteret.*

cum titulo Martyris, sed ex Actis sumpto.

XXXIX. S. DAMASUS.

Ab an. 366. ad 384. an. 18. m. 2. d. 10.

*Baron. a 367. ad 384. an. 17. m. 2. d. 17.

DAMASUS S. R. E. Diaconus, natione Hispanus, ex patre Antonio, fuit temporibus Valentiniani & Valentis, Gratianique cum Theodosio magno imperantis, a 1. die Dominica Octob. anni CCCLXVI. usque ad x. Decemb. anni CCCLXXXIV*. per annos XIX. menses II. dies X. sepultus in Basilica sua cum matre & sorore die X. sequenti, quo colitur, & cessavit Episcopatus dies XXV.

Hie-

Quomodo Damasus Hieronymo dicatur 35. a S. Petro.

A HIeronymus in Chronico, ubi Cletum ab Anacleto, Marcellinum a Marcello Eusebii exemplo non distinxerat; & primum a Petro nominavit Linum, ceteros consequenter numero eo designatat in quo Petrus non comprehenditur, Felicem autem ut intrusum prætermittebat; Damasus, inquit, xxxv. videlicet a Petro, Romanæ Ecclesiæ Ordinatur Episcopus, qui nobis, Petrum atque alios tres adnumerantibus, est xxxviii. Marcellinus autem Comes, non satis Hieronymi mentem hic capiens, Mense, inquit Octobris Damasus Romanæ Ecclesiæ (exceptis Liberio & Felice) xxxv. Episcopus, anno Pontificatus sui xviii. in Domino requievit: quo ostendit se Cletum ab Anacleto non distinguere; & ut Marcellum a Marcellino distinguat, ac nihilominus numerum in quo Hieronymus desierat servet, Liberium præsumit expungere e Catalogo, quod alius nemo tentavit. Hæc porro notare operæ, propter Martyrologia & sanctos Patres, ad nomina Pontificum quandoque juxta Eusebii & Hieronymi calculum, in Romanorum Pontificum appellatione, definientes, quotus quisque post B. Petrum Romanam rexit Ecclesiam.

Dies mortis,

2 Ceterum nequeo dubitare, quin erraverit Marcel-
B linus aut librarius ejus, mortuum Damasum scribendo in mense Octobri, quo fortassis Ordinatio ejus alicubi notata legebatur: nam familiarissimus, Damaso Hieronymus in suo Martyrologio, post plures Martyres x. Decembris relatos, Romæ, inquit, depositio S. Damasi Episcopi. Nec refert quod in eodem Martyrologio etiam dies 11. Iulii turbetur ab his verbis, Romæ Damasi: legendum enim esse Romæ [in cœmeterio] Damasi, Processi & Martiniani, ex Adonis auctoritate & e aliis rationibus demonstrat Florentinius.

Interpontificium.

3 Interpontificii dies, qui xxxvi. numerabantur in secundo Catalogo ad xxv. restrinxi; quia sic optime dirigi videbatur initium & finis sequentis Pontificatus, aliogui satis conturbati, propter variantes in exemplaribus numeros, nec in ullo satis sanos.

DISSERTATIO XVII. al. XI.

De anno mortis S. Damasi, & quibusdam ei attributis epistolis.

Annos Damasi Marcellinus bis numerat.

MArcellinus Comes, Chronicon suum digestum per Consules, dum bis aptare nititur finem Damasi, initium ejus invenerat a Hieronymo adscriptum, anno 11. Valentiniani & Valentis, quem cœperant numerare, senior a xxv. Februarii, junior ab exitu Martii anni CCCLXV. uno utique anno citius quam obiit Liberius. Non animadvertit autem librariorum id culpa fa-
C ctum esse, haud satis accurate distinguentium marginales annorum Imperialium numeros, & numerum iii. ponentium e regione nominis Imperialis Valens, qui debuerat poni e regione tertiæ lineæ hanc præcedentis, quæ incipit, Romanæ ecclesiæ Episcopus ordinatus. Annos ergo Damasi, quos cum ceteris xviii. numerat jam dictus Marcellinus, finit in Consulatu Antonii & Siagrii anno CCCLXXXII. & utrumque extremum eidem pro anno imputat. Ad hoc porro faciendum videtur motus Marcellinus alio Catalogorum mendo, quo adscribebantur successori Siricio anni xv. pro xii. additis xi. mensibus & diebus aliquot, finiendi Honorio iv & Eutychiano Coss. anno CCCLXXXVIII. Econtra Prosper,

finit quem Prosper:

Siricii Successoris Pontificatum cœptum in Ianuario, Damasi mortem secuto, inchoat cum Consulatu Ricimeris & Clearchi anno CCCLXXXIV. & finit in eodem quo Marcellinus Magistratu. Neque hoc prorsus bene, cum fere totus hic annus fuerit relinquendus Damaso; si is annos xviii. sedit, & initium Siricii sequenti anno ponendum.

huic subjecimus cum Baronio:

2 In hac controversia Marcellinum sequi elegit Henschenius, & Damaso solum annos xvi. relinquit: ego,

ut xviii. annos retineam, non tam moveor argumentis Baronii (quamvis & his movear, ac ceteris paribus eum sequar libentius) quam quod videam Marcellinum hæreD
re perplexum dum neque annos xviii. diminuere audet, neque eos plenos potest invenire, quos tamen aliquot mensibus excessisse omnes fere Catalogi concorditer asserunt: quodque etiam sic manifeste hallucinatum videam in Damasi Electione, uno anno citius quam par erat collocanda. Dixi, Fere, quia exgraphum nostri secundi Catalogi solum habet annos xvii.

quia Marcellinus sibi non satis constat.

3 Baronii argumentum primum sumitur ex Symmachi Præfecti Epist. 34. lib. 10. scripta Divis Augustis, Valentiniano, Theodosio & Arcadio, qui Arcadius solum factus est consors paterni Imperii anno CCCLXXXIII. In hac enim Epistola Symmachus, de male tractatis Christianis accusatus, innocentiæ suæ testem appellat Damasum Christianorum Episcopum, utique adhuc viventem. Sed incerta mihi est ejusmodi inscriptio: & editio Iureti, omisso Valentiniano (quem, utpote Mediolani regnantem primum ac potissimum oportuerat appellare) solum habet Divis Theodosio & Arcadio semper Augustis. Interim ipse Symmachus satis manifeste indicat alloqui se vel Gratianum vel Valentinianum juniorem, E
sub quorum Patre Valentiniano seniore Urbis Præfectura functus erat annis CCCLXIII. & LXV. ita namque ex Ammiani Marcellini libro 27. docet Gothofredus in Notitia dignitatum subjuncta Codici Theodosiano per ipsum illustrato. Dicit enim: Jam dudum Divus genitor Numinis tui præcipuo me honore dignatus, ille meritorum arbiter singularis, cujus Imperium cum nioribus recepisti. Paternum sequere, tuum tuere judicium: qui Præfecturam sine ambitu meruimus, sine offensa ponamus. Cum autem ex Indiculo Præfectorum urbis apud Bucherium, a temporibus Gallieni usque ad annum CCCLV. protracto, intelligamus, seculo iv. æræ Christianæ, uno eodemque anno plures successive solitos Præfectos creari, qui anno CCCLI. quinque omnino diversi nominantur; quis nos securos faciet, non ante annum CCCLXXXIII. eodem munere semel aut sæpius functum Symmachum? Nec refert quod aliarum vicium non meminerit agens de Symmacho Ammianus: haud quaquam enim profitetur omnes Urbis Præfectos enumerare, sed prout occasio fert eorum facit mentionem. Nihil igitur prohibet etiam circa annum CCCLXXV. mortuo Valentiniano Juniore, vel annum CCCLXXXII. mortuo etiam Gratiano, & solo Valentiniano Juniore in Italia dominante Præfectum fuisse Symmachum. Ad Theodosium & Arcadium nihil pertinebat cognitio administrati a Symmacho muneris: & ideo dubium non est, quin titulus epistolæ peccatum spurius, vel additamento peregrino adulteratus sit. F

Aliqui putamus ad an. 384. non egisse Præfecturam Symmachum sed an. 383. gestam:

nam is, sicut an. 365. eo functus est munere,

potest eodem functus esse etiam an. 375. vel 382.

4 Minus etiam premit secundum Baronii argumentum, sumptum ex Epist. 99. S. Hieronymi ad Asellam, ubi is ait, vixisse se Romæ pene triennium, priusquam Hierosolymam proficiscerentur Paula atque Melania; & quam ibi irreprehensibiliter imo laudabiliter vixerit indicans, Beatæ, inquit, memoriæ Damasus sermo meus erat. Dabo hoc de toto triennio intelligi: sed non dabo quod supponit Baronius, non ante annum CCCLXXXII. Romam venisse Hieronymum: quin imo biennio citius Paulam appulisse in Palæstinam, anno saltem CCCLXXXIII. demonstravi in Chronologia Patriarcharum Hierosolymitanorum; ut Damasus mortuus fuerit Decembri eum annum progresso, paucis post eam mortem mensibus Roma cum Paula discesserit Hieronymus, jam pene triennium ibi versatus, atque adeo a Quadragesima anni CCCLXXX.

Minus urget triennium Romæ actum ab Hieronymo,

5 Fortius stringere videtur argumentum Baronii tertium, sumptum ex Siricii successoris Epistola ad Himerium Tarraconensem Episcopum, data iii. Idus Februarii, Arcadio & Bautone Viris Clarissimis Coss.

denique suspectus est Consulatus additus Epistolæ Siricii successoris,

A *id est anno* CCCLXXXV. *si enim incipit*: Directa ad decessorem nostrum sanctæ recordationis Damasum Fraternitatis tuæ relatio, me jam in Sede ipsius constitutum invenit ... & quia necesse erat nos in ejus laboribus curisque succedere, cui per Dei gratiam successimus in honore, facto, ut oportebat, primitus meæ promotionis indicio, ad singula consultationi responsum competens non negamus. *Gravis sane Epistola est tota, veteris Scripturæ loca juxta septuaginta Interpretes allegat, & plagiis, quibus Mercatoris alia mercés fatent, nullas usquam suspecta redditur: suspecta tamen est subscriptio ex duplici capite. I. quia alia hujus Pontificis Epistolæ, aliunde erutæ, carent Consule; nec in progressu aliorum Pontificum germanis Epistolis, neque in iis quas Episcopi ulli ad Romanos Pontifices ima & ad hunc* Siricium *dedere, notatus hactenus data dies vel Consulatus; ut omnino videatur necdum usus iste in signandis epistolis obtinuisse. II. suspectus merito est communis utrique Consuli titulus: nemo enim ea ætate sic scripserit, sed bene*: Arcadio Aug. & Bautone Viris Clar. Coss.

B

procedur tamen annus 384.

6 *Quidquid tamen de his sit, malo credere, revera usque ad Decembrem anni a Prospero indicati vixisse* Damasum, *ob causam initio propositam, & suam Baronianis argumentis quantam habere possunt, solva certiori aliunde veritate, vim relinquere.*

Hieronymi & ad Damasum & hujus ad illum suppositiæ ante Catalogum Pontificum epistolæ:

7 *Venio ad Epistolas, tanquam* Hieronymi ad Damasum, Damasi ad Hieronymum, *ab Henschenio præmissas antiquiori ac primo Pontificum Romanorum Catalogo, ad verosimile faciendum, quod ipsum a* Damaso *acceperit Hieronymus. De his, cum bona Magistri mei venia, libenter subscribo eruditissimo Schelstratio, asserenti, neque in iis utriusque Scriptoris stylum apparere, sed meram barbariem, transcribentium socordia haud facile imputabilem; neque hujusmodi Catalogum respondere potuisse desiderio petentis* Actus gestorum, a B. Petri principatu usque ad Damasi tempora, quatenus eos sentiens, recognoscas, quis meruerit de Episcopis supradictæ Sedis martyrio coronari, vel si quis contra Canones Apostolorum excessisse cognoscatur. *Sed neque Catalogus iste (ut palam est consideranti) implet fidem responsi, cum quo* Damasus *mitteret singula* Gesta Pontificum, quæ potuit reperire in suæ Sedis studio. *Nihil enim minus hic habemus quam gesta: & talia ut summum exhibet Catalogus secundus, cui, ut est in libro Pontificali descriptus, auctoritatem addere volens ineptus quispiam, epistolas istas fabricavit, infelici commento. Manet interim Catalogo primo, prout a nobis est explicatus in suasque distributus partes, nihilominus pretium, quam si a* Damaso *missus Hieronymo fuisset.*

D

alia aque spuria ad Episcopos Africæ.

8 *Porro qui* S. Damasi *opera collegit & edidit Martius Milesius Zarazonius, inter Epistolas octavum ponit, quam is dederit* Stephano Archiepiscopo Concilii Mauritaniæ & universis Episcopis Africanæ provinciæ, *sub hisce titulis, nulli alteri ejus Epistolæ prænotatis*, Damasus, servus servorum Dei atque per gratiam ejus Episcopus sanctæ Catholicæ Ecclesiæ Urbis Romæ: *in quibus vitium facile deprehendet, qui noverit ante Martinum I. vix semel iterumve inveniri aliquem qui* servum servorum Dei *se scripserit: magis vero ipsam arguit*, Data Flavio & Stilicone. VV. CC. Coss. *cum* Flavius Stilico *unus vir sit, qui anno* CCCC. *cum* Aureliano, *&* CCCCV *cum* Anthemio *Consulatum gessit, annis* XXVII. *&* XXXII. *post mortem Damasi.*

E

vel & liber Pontificalis

9 *Restat* liber Pontificalis, *seu* Pontificale, *quod* Damaso *ut auctori pridem fuit adscriptum, docente Ptolomæo Lucensi apud Milesium pagina* 21. Usque Damasum Chronica summorum Pontificum vigorem recipiunt, Damaso scribente. *Hanc opinionem secuti Sabellicus, Panvinius, aliique, sub ejus nomine passim citant elogia, quæ nunc tomis Conciliorum inserta, ad cujusque locum leguntur: sed eorum continuatio, usque ad* Sabinianum, *successorem* S. Gregorii, *ejusdem cum priori parte styli, clamat ejusdem quoque esse auctoris; sive hic Anastasii Bibliothecarii primus conatus fuerit, qui eo deinde accuratiori resumens studio ad sua usque tempora in majus opus produxerit; sive alius ab eo seculi* VII. *scriptor, Anastasio antiquior.* Damasi *certe non esse uno consensu viri omnes eruditi nunc sentiunt: nec pato opinionis ejus, qua illi adscripta fuerunt Pontificum Chronica, aliud esse fundamentum, quam commentitias ac supra rejectas epistolas.*

XL. S. SIRICIUS.

Ab an. 385. ad 398. an. 13. men. 10. dies 22. a Baron. an. 13. m. 1. d. 14.

C

SIRICIUS, natione Romanus, ex patre Tiburtio, fuit temporibus Valentiniani Junioris, Theodosii, Arcadii & Honorii, a Vigilia Epiphaniæ eademque Dominica, v. Januarii, anno CCCLXXXV. usque ad XXVI. Novembris anni CCCLXXXXVIII. per annos XIII. menses X. dies XXII. sepultus in cœmeterio Priscillæ via Salaria XXII. Februarii postea translatus ad Ecclesiam S. Praxedis; & cessavit Episcopatus dies VIII. F

Ratio temporis.

ANNUM *hujus Pontificatus primum, Consulatu* Arcadii & Bautonis *insignem, correctis Prosperi & Marcellini calculis, sumo ex jam definito ultimo anno* Damasi; *&* Siricii *annos, passim notatos* XV. *mutatos in* XIII. *quibus addatos in Catalogo nostro dies* XXXV. *conflatos puto ex numero mensium & dierum, omisso per socordiam librarii verbo* menses, *male auctorum: atque illos* X. *relinquent, quos Anastasius sumpserat* XI. *& pro* XXV. *residuis legens* XXII. *pervenio, præcise ad diem Depositionis, signatum in Martyrologio Hieronymiano.*

Dies mortis

2 *Dies hic juxta antiquissimum Epternacense exemplar sic inchoatur*, Romæ depositio Sirici Episcopi. *Ad quem diem Martyrologii illius illustrator Florentinius insignem habet Exercitationem, qua Sanctitatem* Siricii *asserit contra Baronium; qui licet illum invenerit in veteri S. Cyriaci Martyrologio, unde hodiernum Romanum pluribus Sanctis auxit, negligens tamen, multa in ipsa non laudanda suggerens, quæ Florentinius accurate discutit, & ad extremum adducit epistolam* 8. *libro* 10. *S. Ambrosii, blandiri nescientis, qua respondet perscripta sibi ab illo Joviniani damnatione, & ait*: Recognovimus litteris Sanctitatis tuæ boni Pastoris excubias, qui fideliter commissam tibi januam serves, & pia solicitudine Christi ovile custodias, dignum quem oves Domini audiant & sequantur.

& vero sanctitas

Dies sepulturæ.

3 *Annum porro* Siricii *ultimum Prosper & Marcellinus, jam pariter gradientes, faciunt Successoris primum: cujus creationi licet Catalogus noster dies* XXXVI. *Anastasius* XX. *præmittant, invenio tamen* VIII. *sufficere. Denique in varietate codicum, adscribentium sepulturæ* Siricii VII. *vel* IX. Kalendas Martii, *elegi* VIII. *quia tali die de eo inter Prætermissos prolixe egit Bollandus noster; si autem* IX. Kalendas *malis, fuerit sepultura hæc facta in Dominica, quod minus probo.*

4 *Ut*

ejusq; diutius differendæ causa.

4 Ut autem promptius credas, facillime fieri potuisse, ut Pontificum solennes exequiæ in Vaticano, non tantum sicut hic ad unum mensem, sed etiam ad plures differrentur; observatum velim, quod Romani Pontifices, jam inde ex quo Constantinus Basilicam Lateranensem fundavit, habitare soliti sint in Patriarchio (ut vocabant) Lateranensi: ubi tamen eorum nemo sepulturam habuit ante Leonem V. anno DCCCCVII. Quoties porro accidebat (quod accidebat sæpissime) ut neque promptum esset ea qua par erat pompa, statim efferre defuncti Pontificis corpus, ad Vaticanum aut alibi, in tumulum, sæpe primum a morte parari cœptum; neque congruum tamdiu corpore retinere extra locum, sacrificiis pro defuncto offerendis aptum; proximum fuit ut in Lateranensi Basilica, Palatio contigua, interim illa deponeretur, cum temporaria aliqua ceremonia, usque dum iis in locum designatum transferendis Successori Pontifici otium tempusque suppeteret, commoda aliqua die, quæ pro sua maxima solennitate ad memoriam posterorum deinceps adnotatur (ut credimus) in hoc Pontificum Catalogo.

Translatio corporis ad ecclesiam S. Praxedis.

5 De seculo quo facta Translatio corporis, ex cœmeterio Priscillæ via Salaria ad ecclesiam S. Praxedis in montibus, conjectura fieri potest ex Anastasio, asserente hanc ecclesiam, ex parte ruentem, ab Adriano Papa renovatam, & a Paschali Papa, cum ruitura prævideretur, in alium translatam locum, & in meliorem quam dudum fuerat statum erectam fuisse. Ab alterutro igitur factam Translationem, seculo VIII. vergente ad finem aut IX. adolescente, verosimile est: eamdemque ætatem aut etiam majorem sapit hoc ejus Epitaphium, a Ludovico Iacob in Bibliotheca Pontificia descriptum.

Epitaphium.

LIBERIUM Lector, mox & Levita secutus,
Post DAMASUM. clarus totos quos vixit in annos,
Ponte sacro magnus meruit sedere Sacerdos,
Cunctis ut populis pacem tunc * solidaret.
Hic pius, hic justus felicia tempora fecit:
Multos horribiles defensor magnus ut ausus
Regi subtraheres, defendens Ecclesiæ * aulam
Misericors, largus meruit per secula nomen,
Ter quinos populum in annos qui rexit amore:
Nunc requiem sentit cœlestia regna potitus.

Unde in eo anni 15. Pontificatus?

6 Annos regiminis ter quinos, ex vulgatis tunc Catalogi secundi exemplaribus sumptos esse præsumimus; si enim posset aliquis persuadere ipso Sepulturæ primæ tempore compositos esse versus, eadem opera persuaderet nobis veram esse Marcellini Comitis de Damaso sententiam; deque numero annorum, ejus Pontificatui ab illo tributorum, detrahendos esse annos duos, & Siricio relinquendos. Ceterum corruptum misere versum 4. in cujus fine legebatur apud Ludovicum, pacem tunc solidam daret, in genuinam (ut reor) formam restitui levi correctione. Versus etiam 6 7. & 9. reductis in ordinem metro congruum verbis, reformavi, unde eos librarius sic detorserat, ut nulla species versuum esset, ita legi faciens.

Defensor magnus multos ut horribiles ausus,
Regi subtraheret Ecclesiæ aulam defendens
Ter quinos populum qui rexit in annos amore.

Libertas ecclesiastica a Siricio defensa.

7 Ausus vero illos, Siricii auctoritate repressos, credo spectare ad immunitatem ecclesiasticam, per Stiliconem Honorii Imperatoris tutorem anno CCCXCVI. Mediolani graviter læsam, uti ad annum istum num. 1. narrat Baronius ex Paulino in Vita Ambrosii. Licet enim injuriam tentatam tunc vindicaverit Deus, immissis in sacrilegos bestiis amphitheatri ad preces Ambrosii; credibile tamen est ab hoc admonitum de re tota Siricium, apud Stiliconem jam pœnitentem facti institisse, ut Honorium induceret ad asyli ecclesiastici jura Decretis Imperialibus confirmanda; quæ tamen in Codicem Theodosianum relata non sint, cum sufficeret Lex jam antea lata ab Imperatorum parente Theodosio, Arcadio II. & Rufino Coss. anno CCCLXXXI. Sed Siricio mortuo, ipso quo obiit anno, instigante Eutropio Eunucho, die XVI. Augusti, Honorio IV. & Eutychiano Coss. atrocior multo sanctio prodiit ab Arcadio Constantinopoli, jubens ad ecclesiam confugientes extrahi, quam ejus condendæ suasor mox in sese ipso expertus est anno sequenti.

SIRICIUS

Epistola ipsi falso adscripta,

8 Ad Epistolas Siricii Papæ quod attinet, de earum una supra egimus, diximusque expressione Consulum auctam videri. Ut autem tali expressione, quæ ab originali credi potest omnino abfuisse, amittit Epistola illa, alioquin proba, laudem integræ undequoque sinceritatis; sic eadem laude novo titulo justius privatur altera, ad Episcopos Africæ, data Romæ in concilio Episcoporum octoginta, sub die VIII. Idus Januarii, post Consulatum Arcadii Augusti & Bautonis Virorum Clarissimorum Consulum id est anno CCCLXXXVI. Insolens enimvero formula, eoque difficilius recipienda, quod annus per priorem Consulatum signetur, quo tamen anno Magistratum illum iniisse sciebantur Honorius N. P. (Nobilissimus Puer, Theodosii Imperatoris secundo-genitus anno CCCLXXXIV. natus) & Fl. Evodius: quanta enim major fuit hujus Consulatus lætitia per Imperium, tanto minus debuerunt hæc nomina sileri. Neque dubites utrum Romæ sciri tam cito potuerit, quinam Constantinopoli declarati fuerint Consules; cum soliti fuerint pluribus mensibus antea nominari & publicari, qui erant cum novo anno Magistratum inituri; eoque die glorioso Designati Consulis titulo honestari. Accedit quod ultimæ hujus Epistolæ locus non unus inveniatur postea in epistola Innocentii Papæ: & quod articulus VIII. plane videatur suppositius, utpote præter formam præcedentium octo articulorum, qui brevissimi sunt, longo sententiarum ambitu descriptus, in hunc modum. Præterea quod dignum est & pudicum suademus, ut Sacerdotes & Levitæ cum uxoribus suis non coeant, quia in ministerio divino quotidianis necessitatibus occupantur. Concepto in hunc modum decreto, quod plusquam satis esse debuerat, accumulantur & expenduntur Scripturæ, quin & refelluntur quæ possent contra objici: interim vero iteratur obsecratio his verbis: Qua de re hortor, moneo, rogo, tollatur hoc opprobrium, quod potest jure etiam gentilitas accusare. Numquam arbitraria fuit in Romano Patriarchatu, ad quem etiam Africa pertinebat, continentia Sacerdotalis, ut adhortatione, monitione, supplicatione fuerit impetranda; quare Epistolam illam non modo in subscriptione, sed in ipso etiam textu interpolatam esse censeo per ejusmodi lacinias, veris fortassis Siricii Papæ responsis attexias.

uti & alia ad Episcopos Afros,

9 Hactenus Romani Pontifices Episcopos sese simpliciter scripserant, in genuinis quæ quidem inveniuntur Epistolis; primus (quod quidem sciatur) Papæ nomen sibi tribuit Siricius Papa, Orthodoxis per diversas provincias scribens; illiusque exemplum secutus Leo Papa Universis per Siciliam constitutis salutem. Ita observavit Petrus Cantelius noster in sua Metropolitanarum Urbium historia tom. 1. part. 2 Diss. 1. cap 2. quod opus, immatura morte Auctoris interruptum utinam alius pari eruditione prosequatur! Interim ex primo illo tomo sub ipsam editionem hujus Conatus primum accepto, opportuniore aliqua, & antea non observata a nobis, in hac Paralipomena transferatur.

A D

XLI. S. ANASTASIUS.

Ab an. 398. ad 401. an. 3 d. 9.
** Baron. a 398. ad 401. an. 4. m. 1. d. 15.*

ANASTASIUS, natione Romanus, ex patre Maximo, fuit temporibus Arcadii & Honorii, a die v. Decembris & Dominica II. Adventus anni CCCXCVIII. usque in XIV. Decembris anni CCCCI*, per annos III. dies x. & sepultus ad Ursum-Pileatum atque a Sergio II. translatus ad ecclesiam SS. Silvestri & Martini in montibus, colitur XXVII Aprilis: cessavitque Episcopatus diebus XVII.

Dies mortis 14. Decemb.

COnsules, *a Marcellino & Prospero nominati*, Honorius IV & Eutychianus, *signant hujus Pontificatus initium; cujus annos & dies suggerit antiquus Catalogus, ducentes ad eumdem diem, quo Martyrologium Hieronymianum, post relatos Antiochenos Martyres, nunc quidem sola hac verba habet;* Et S. Anastasii *sed olim plus habuisse, legique potuisse,* Et Romæ S Anastasii Episcopi, *tanto certius mihi persuadeo, quo ex pluribus* Anastasiis *ibidem relatis nemo est alius, in quem suspicio cadere possit, quod fuerit Romanus Episcopus, nec tamen ullatenus verosimile est, omissum hunc ab Hieronymo suo coævo fuisse.*

B

Ratio interpontificii:

2 *Si porro sequenti Pontifici, præter annos & dies in quibus omnes conveniunt, dandi solum essent menses I. aut II. oporteret vacuam Sedem relinquere totis X. aut IX. mensibus; cujus rei cum nulla appareat justa causa, mutavi & auxi numerum dictorum mensium; atque ita fatis mihi est Interpontificium dierum* XVII.

Epistola confictæ:

3 *Extat hujus Pontificis germana Epistola una,* ad Joannem Hierosolymitanum Episcopum, *sed sine Consule, ut hactenus censemus in usu fuisse: quam, inquit Labbæus noster,* compone cum duabus præcedentibus, *sub ejusdem* Anastasii *nomine in tomis Conciliorum,* & senties aliter olere catulos, *Stylus certe diversissimus est, & ut eas excusare conetur Binius, aut saltem non totas reprobare audeat, fatetur tamen adulterinam esse Datam, qua primæ subnotantur* Arcadius & Bauto Viri clariss. Coss. II. *anno* CCCLXXXV. *annis scilicet tredecim antequam* Anastasius *Pontifex fieret; secundæ* Theodosius VII. & Palladius Viri Clariss. Coss. *qui fuerunt anno* CCCCXVI. *annis nempe* IX. *post* Anastasii *mortem. Adde quod prima Epistola pro magna parte sumpta sit ex Leonis Papæ Epistola* I. *& quod* cunctis Germaniæ & Burgundiæ Regionis Episcopis *data illa fingatur, tot scilicet annis citius, quam* Burgundia *suum haberet nomen a* Burgundionibus, *de quibus Hieronymus in Chronico ait, quod* Anno Valentiniani IX. (*est is Christi* CCCCXXXIV.) *eorum* octoginta ferme millia, quot numquam antea ad Rhenum descenderunt, *Regem habentes* Gundicarium; *unde intelligas eos qui teste Prospero,* Lucio Consule, *id est anno* CCCCXLIII. *partem* Galliæ propinquam Rheno obtinuerunt, *non adeo numerosos fuisse, ut nomen Regno facere potuerint, quod accessu plurium paulatim Provinciarum, per dicti Gundicarii successores acquisitarum, factum fuit Amplissimum, &* Burgundiæ *nomen accepit; ut dictum ad Acta S. Sigismundi, primi inter eos Regis Christiani, anno* DXXIV. *Maii.*

E

Translatio & Epitaphium.

4 *Ludovicus Jacob in Bibliotheca Pontificia aliquod ejusdem* Anastasii *Epitaphium habet, unde intelligitur, eum de cryptis cœmeterii prædicti sublatum translatumque fuisse ad vestibulum alicujus ecclesiæ: quam fuisse ecclesiam S. Silvestri in montibus indicat Bibliothecarius in Sergio II ipsum vero est hujusmodi;*

Limina nunc servo, tenui qui culmina Sedis,
 Hic merui tumulum Præsul ANASTASIUS.
Presbytero genitus, delegi dogmata vitæ,
 Militiæque Dei natus in officiis;
Pontificum casto famulatus pectore jussis,
 Obtinui magnum nomen Apostolicum.

F

XLII. S. INNOCENTIUS.

C

Ab an. 402. ad 416. an. 14. m. 11. d. 21.
** Baron. a 402 ad 417. an. 15. m. 2. dies 10.*

INNOCENTIUS, natione Albanensis, ex patre Innocentio, fuit temporibus Arcadii & Honorii & Theodosii Junioris, a Kalendis Januarii festo Circumcisionis anno CCCCII, usque ad XXI. Decembris anni CCCCXVI*, per annos XIV. menses XI. dies XXI. sepultus ad Ursum Pileatum XXVIII. Julii, quando colitur, translatus autem a Sergio II. ad ecclesiam SS. Silvestri & Martini in montibus & cessavit Episcopatus dies XV.

Ratio temporis & obitus an. 416.

INitium hujus Pontificatus, *apud Marcellinum & Prosperum signant anni supranotati* Consules, Arcadius V. & Honorius V. *Finem accipio ex die* XII. Kal. Januarias, *qua in Hieronymiano Martyrologio notatur,* Romæ depositio S. Innocentii Episcopi. *Cum autem constet Successorem creatum fuisse saltem ante finitum Martium anni* CCCCXVII. *necesse est ut præcedente anno obierit* Innocentius, *adeoque Episcopatus ejus non fuerit annorum* XV. *& mensium aliquot, sed* XIV. *Quia tamen ad complendum alterum annum solum deerant dies* X. *plerique videntur rotundo numero scripsisse annos* XV. *quos servatos cupientes Catalogorum Auctores, ex* XI *mensibus, unum solum putaverint retinendum.*

2 *Nec obstat, quæ prætenditur, Epistola* Innocentii *ad Concilium Milevitanum, quatenus illa dicitur data* VI. Kalend. Februarii Honorio Aug. & Constantio V. C. Coss. *id est anno* CCCCXVII. *quia ejusmodi Data, præter reliquarum Innocentii* Epistolarum *morem,*

Reducitur data epistolæ per annum sequentem.

quibusdam ejus Epistolis addita eo tempore, quo ceteræ ad ipsum etiam ex Conciliis directæ inveniuntur scriptæ sine Consule, multum nobis de suppositione suspectæ sunt, etsi ipsæ Epistolæ probæ aliaqui videreatur & germanæ. Talis certe est nota temporis addita rescripto præcedenti ad Concilium Carthaginense, seu I. *seu* II. *habitum anno* CCCCXI. *&* CCCCXVI. *quasi* datum *foret* VII. Kalend. Februarii post Consulatum Honorii Aug. II. & Junii Quarti V. C. Theodosius *enim Junior Consulatum* II. *gessit anno* CCCCVII. *&* Junium Quartum, *neque tunc, neque alias unquam Collegam habuit. Non video igitur, quod ex sic temere & mala fide adjectis Consulatibus statui aliquid in Chronologia possit.*

Corpus aliquot Parisiis, forte hujus.

3 *Est Parisiis in Gallia nobilis quædam Brancatiorum domus, vulgo* l'Hostel de Brancas, *in cujus Sacello habetur corpus Sanctum, Cardinalis Brancatii munere Roma missum, una cum marmore sepulcrali, cui inscriptum S. INNOCENTII EPISCOPI: & cum duodecim lampadibus figlinis, quibus nunc circumdatur, repertum in sepulcro. Ea lucernularum multi-*

tudo

Tab. VIII.


XLIII. S. ZOSINVS


XLIV. S. BONIFACIVS


XLV. S. CELESTINVS


XLVI. S. SIXTVS III.


XLVII. S. LEO


XLVIII. S. HILARVS



A *titudo videtur indicare, istud corpus minime vulgaris Episcopi fuisse: quod si liceret suspicari, ipsum fuisse alicujus* Episcopi Romani, *in nullum ejus nominis aptius quadraret conjectura, quam in hunc Primum; cum Secundus vixerit seculo* XII. *quando non amplius in cœmeteriis subterraneis condebantur Pontificum corpora: & ejusdem Secundi sepultura scitur in ecclesia Lateranensi exstitisse. Plura forte, ex Instrumentis pariter Roma advectis suggeret Claudius Castellanus, cui notitiam hanc debemus, cum ipsa viderit. Interim ista hic placuit indicare, quia* Innocentius *iste sic Parisiis honoratur, ut ejus cultus ad nullum annidem sit adstrictus.* D ZOSIMUS

XLIII. S. ZOSIMUS.

ZOSIMUS, natione Græcus, ex patre Apronio, vel Abramio, fuit temporibus Honorii & Theodosii Junioris, a die VI. Januarii in Sabbato festo Epiphaniæ anni CCCCXVII., usque in diem XVII. Decembris * anno CCCCXVIII. per annum I. menses XI. dies XII. sepultus juxta corpus B. Laurentii via Tiburtina, XXVI. vel XXVII. Decembris: & cessavit Episcopatus dies II.

Ab an. 417. ad 418. an. 1. m. 11. d. 10.

** Bar. an. 1 m. 4. d. 7.*

Ratio temporis.

B PRimum Pontificatus hujus annum ponit Marcellinus, *sub Consulatu* Honorii XI. & Constantini II. *qui cum Chronologia nostra melius convenit, quam Consulatus præcedens; sub cujus exitu mortuum fortassis* Anastasium *inveniens Prosper, consequens credidit, ut sub eodem ordinatum Successorem statueret. Nescio autem quomodo Marcellinus* Zosimo *dederit annos* III: *ceteri omnes in anno* I. *conveniunt, eique addunt menses & dies aliquot. Ecgraphum quidem nostrum* mensem I. dies II. *Prosper*, menses IX. dies IX. *Anastasius, in nonnullis exemplaribus*, menses VIII. dies XXV. *in aliis*, menses III. dies XI. *Ms. nostrum* menses III. dies XI. *In hac tanta diversitate nihil est quod eligas, quando nec maximus quidem ex assignatis numerus mensium sufficit; dum inveniuntur epistolæ illius, hactenus a nemine vocatæ in controversiam, una quidem data* XI. Kal. Aprilis, Honorio XI. & Constantio II. Coss. *universis Episcopis per Gallias & septem Provincias constitutis; ultima vero ad Episcopos per Byzacium constitutos*, XVI. Kalendas Decembris, Honorio XII. & Theodosio VIII. Coss. *Itaque ex omnibus præfatis calculis nihil mihi videtur commodius, quam secundi Catalogi numeros librariorum socordia defectuosos supplere, addito utrobique denario. Sic a certissime noto ordinati successoris Natali* XXIX. *Decembris, per dies vacationis* II. *ab Anastasio & Auctore Ms. nostri descriptos, venimus ad* XVII. *Decembris, quo* Zosimus *obierit; indeque ad festum solennissimum Epiphaniæ, quo fuerit ordinatus. Ceterum mirandum & dolendum est, quod* Zosimi Episcopi *nomen exciderit ex Hieronymiano Martyrologio: omissum enim ab ipsomet collectore non est credibile; & quot alios* Zosimos *hic plures nominat, omnes fuerunt Martyres, nec ullus eorum Romæ adscribitur. Noster quidem Catalogus dies vacationis numerat* XXI. *sed merito suspectus vitii est numerus, post sex continuos Pontificatus quinquies idem recurrens. Locum & diem Depositionis seu Sepulturæ solenniter Anastasius suggerit hic & deinceps, quem secuti in Sanctis Martyrologis sunt: quod porro dictum puta in simili casu cum Auctor alius non allegabitur.*

quoad numeros correcta:

C

2 *Quantum vero aberraverit Baronius*, Zosimi *initium differens usque ad* XIX. *Augusti ejus anni, cujus principio creatum nos dicimus; demonstratur ex Epistola Paschasini Lilybitani Episcopi, S. Leonem sic alloquentis:* Tempore recordationis Domini mei prædecessoris vestri Zosimi, anno Consulatus Honorii Augusti XI. & Constantii II. cum declinaretur ne X. Kal. Maii dies Paschæ teneretur, celebratum est die VIII. Kalendas Aprilis. *Epistolam hanc accuratissimo studio emaculavit notisque illustravit Paschalis Quesnel, in nova operum S. Leonis editione; descripsit autem supra locus, verbis nonnihil diversus, sensu tamen idem, lectus a Baronio in Chronico Mariani Scoti aut alibi, quomodo non incurrerit in oculos ipsius ad talia attentissimi, & mentionem illius Epistolæ simili occasione facientis, satis mirum est.*

correctionis necessitas ex Epistola Paschasini.

E

3 *Idem Baronius, consuetus Sedis Vacationem in novi Episcopi Electione terminare, cum Romani Pontifices (ut alibi dixi) solerent a suæ Ordinationis die exordiri annos Pontificatus*, non amplius uno die; non undecim, *Sedem vacasse ait, idque ex Symmachi Epistola demonstrari putat. Sed hæc tantum dicit, Eulalium*, de exequiis prioris Episcopi *adductum* ad ecclesiam Lateranensem, *electum esse; ibique* per biduum *substitisse*, ut expectaretur dies consuetus quo posset solenniter ordinari. *Quæ verba, ut ad illius sententiam parum aut nihil faciunt, ita dies Dominicæ vel alterius festivæ expectandæ consuetudinem, quæ nobis pro regula fuit hactenus eritque deinceps, egregie confirmat; quod & faciunt similes aut etiam clariores auctoritates nonnullæ, ex Anastasio Bibliothecario suo loco observandæ. Quamquam quid opus est scrupulose colligere loca & testimonia huc facientia? quando* S. Leo, *a Zosimo quartus, in Epistola vulgo 89. ad Episcopos Provinciæ Viennensis, ita statuit:* Non passim; sed die legitimo Ordinatio celebretur: nec sibi constare status sui noverit firmitatem, qui non die Sabbati vesperi quod lucescit in prima Sabbati, vel ipso Dominico die fuerit ordinatus. Solum enim majores nostri resurrectionis Dominicæ diem hoc honore dignum judicaverunt, ut Sacerdotes qui sumuntur, hoc die potissimum tribuantur. *Per hoc equidem non existimo summas aliquas festivitates ab honore isto secludi, saltem pro raro aliquo casu, cum hodiernus usus festa Apostolorum aliaque majora receptet. Si quis tamen primis quinque vel sex seculis nullam omnino exceptionem patiatur, poterit paucissimas illas quæ forte sic occurrent Ordinationes facile adducere ad Dominicam, mutato leviter dierum a Catalogis definitorum numero, quando hunc nulla certior auctoritas firmat. Porro cum Dominicus dies a vesperis inchoari censeatur, nihil incommodi nobis adfert, necdum a nobis observatus usus Sabbati, non enim quomodocumque præscribitur in Sabbato ordinandos Episcopos, sed vesperi; ita ut dies sequens exinde haberetur vocareturque Natalis.*

Interpontificii probatio.

F

4 *Nomen Urbis ad titulum* Episcopi *seu* Papæ *primus addidit* Zosimus, Episcopus urbis Romæ Hesychio Episcopo Salonitano salutem *scribens, & post eum* Bonifacius, Leo, *& alii: hic autem & Catholicæ Ecclesiæ titulum adjunxit:* Cæsari Theodosio, religiosissimo & piissimo Augusto, Leo Papa Ecclesiæ Catholicæ urbis Romæ. *Ita prælaudatus Cantelius noster, libro ac loco jam allegatis ad S. Siricium.*

A

XLIV. S. BONIFACIUS.

D

Ab an. 418. ad 423. an. 4. m. 8. d. 7.

BONIFACIUS, natione Romanus, ex patre Secundo Presbytero, fuit Temporibus Honorii & Theodosii Junioris, a die XXIX. Decembris, Dominica ultima anni CCCCXVIII. contra quem ordinato eadem die ab aliis Eulalio, fuit schisma per menses VII. die XV. usque ad XII. Augusti sequentis, quando reprobata Synodaliter ordinatione Eulalii, confirmatus Bonifacius, fuit indubitatus Pontifex, usque ad IV. Septembris, CCCCXXIII.* per annos universim IIII. menses VIII. dies VII. sepultus in Cœmeterio S. Felicitatis via Salaria XXV. Octobris: & cessavit Episcopatus dies XI.

** Bar. an. 4. m. 9. d. 27.*

ORnaverat scilicet ipse vivens sepulcrum S. Felicitatis, *in ejusque cœmeterio oratorium fecerat: quare credibile est ibidem & sepeliri voluisse, exindeque tali die colitur. An autem ibi adhuc requiescat, dubium mihi facit Epitaphium, teste Romano Canonico in Vaticana Pontificum portico repertum hujusmodi:*

Atria magnifici sunt membris plena sepulcri
Sedis Apostolicæ Bonifati Præsulis almi.

Tali indicio Primum ejus nominis ibi sepultum præsumit Romanus; B *& verosimilis videtur præsumptio, quia nullus est subsequentium* Bonifaciorum, *cui vel aliud proprium Epitaphium non sit, vel illud aptari congrue possit: nam quod aliquando Primi esse putavimus, quia in eo dicebatur, quod*

Mitis aduoavit divisum Pastor ovile,

id aliunde comperimus Bonifacii II. *esse, eamdem laudem commeritt.*

Certa dies ordinationis, 29. Dec.

2 *Est autem undequaque certissima hujus Pontificatus* Chronologia: *nam ipso genuinæ Ordinationis die, IV* Kalend. Januarii, *repertitur signata Epistola Symmachi, absque mora informare Imperatorem studentis de eo quod actum fuerat, idque in favorem Eulalii; & eodem die in Martyrologio Hieronymiano, inconsulta aliae diligentia, sic scribuntur ultimo loco.* Et Romæ Felicis & Bonifacii Episcopi de Ordinatione, *quæ verba sane constructionis, & Hieronymo non indignæ, sic reddere velim:* Et Romæ Felicis & Bonifacii Episcoporum die ordinationis eorum. *Nam & S. Felicem Papam I. tali die ordinatum fuisse vidimus; & quia felicissimi ominis erat eadem ordinari* Bonifacium, *propterea singulariter id creditum est perpetua dignum memoria.*

confirmationis, 12. Augusti;

3 *Similiter certa satis est dies confirmati* Bonifacio *Pontificatus a Synodo, quandoquidem* supplicatio Papæ Bonifacii ad Honorium Augustum, *jam inde a X.* C *Kal. Julii Ravennæ agentem, pro extinguendo per ejus providentiam schismate (quod* Eulalii, *licet pridem ejecti, causa adhuc vigebat)* Kalendis Juliis *invenitur data: nec multum est, si post rescriptum Imperatoris mensis unus insumptus fuerit, antequam evocati ad Synodum Episcopi Italici convenirent. Quapropter ubi nostrum apographum antiqui Catalogi solum habet VI.* menses *schismatis, ex Anastasio & Ms. nostro fidenter rescripsi VII. Annum vero* CCCCXVIII. *indubitabilem nobis reddit proximus Consulatus* Monaxii viri clarissimi *subscriptus ipsius* Bonifacii *Epistolæ ad Episcopos Galliæ: cui Consulatui* Bonifacii *Ordinationem etiam Prosper præmisit, ut curandum nobis non sit, quod Marcellinus ad postsequentem Consulatum eam differat.* E

4 *Quoad annum denique & diem mortis, conveniunt in assignatum a nobis annum, qui in eumdem* Cœlestini *successoris initium conferunt Marcellinus & Prosper, nominatis* Consulibus Asclepiodoro & Mariniano: *diem vero definit Hieronymianum Martyrologium, & simul Romanorum Pontificum nominandorum finem facit,* II Nonas Septembris, *his verbis,* Romæ, in cœmeterio Maximi, via Salaria, depositio Bonifacii Episcopi. *Atque ita extinguitur nobis etiam sua ista, meridiani jam solis æmula, dum primum ultimumque diem suggerit ejus de quo tractandum erat Pontificis. Palpandum igitur post hac aliquamdiu erit, viam quærendo inter Consularia nomina, a Marcellino & Prospero signata, spatiaque Pontificatuum & Interpontificiorum notata ab auctoribus Catalogorum; dum neque incertis nimium numeris fidere omnia audemus; & diem Sepulturæ, cui inhærendum Baronius Henschenusque crediderant, deprehendimus nihil habere cum Mortis die commune. Auxilium tamen aliquod dare incipient Pontificum Epistolæ, post hac satis certæ, suisque Consulibus ac die mensis notatæ.*

obitus 4. Septembris

Chronologia ex Epistolis PP. firmanda.

F

XLV. S. CÆLESTINUS.

Ab an. 423. ad 432. an. 8. m. 10. d. 17

CÆLESTINUS, patria Campanus vel Romanus, ex patre Prisco, fuit temporibus Theodosii Junioris & Valentiniani III. a die XVI. Septembris, eademque Dominica, anno CCCCXXIII. Sedit annos VIII. menses X. dies XVII. usque in diem I. Augusti anno CCCCXXXII*; sepultus in cœmeterio Priscillæ via Salaria VI. vel VII. Aprilis, quibus diebus notatur in Martyrologiis; a Paschali Papa, post annum DCCCCXVII. translatus ad ecclesiam S. Praxedis: & cessavit Episcopatus dies V.

** Baron. an. 9. m. 5. d. 3.*

Tempus Sedis.

CReatum post dies IX. Sedis vacantis omnes Catalogi & Codices consentiunt (excepto libro Pontificali qui habet dies XX.) Neuter autem numerus in Dominicam ducit, idcoque pro IX posui XI. Quinque etiam Anastasii exemplaria Mss. & nostrum conveniunt in numero annorum, mensium, atque dierum; a quibus Catalogus noster unum solum diem detrahit. Post mortem vero ipsius Cœlestini *solum V. dies Vacantiæ pono, quia ad ordinandam chronologiam idem abunde sufficiunt, ut Successor (quod necessarium esse mox apparebit) obierit ante finem Julii. Illius annum primum signant* Consules, *communiter notati a Marcellino &* Prospero, Asclepiodorus & Marinianus; *ultimum, quem habuit communem cum Successore,* Valerius & Aetius; *sub quibus etiam ultima* Cœlestini *Epistola data legitur* Idibus Martii; *ulteriores aliæ desiderantur, dum primæ Successoris litteræ notantur datæ* XV. Kal. Oct. *iisdem Consulibus. In patria variant Anastasiani Codices, paucis aliquibus* Romanum *dicentibus, quod sequitur Odoricus Vitalis lib. 2. hist. Eccl. Romanorum Pontificum Catalogum texens usque ad Innocentium II. idest usque ad an. MCXLIII. libroque Pontificali inhærens, quoad eo uti potuit.*

XLVI.

A D

XLVI. S. SIXTUS III.

SIXTUS, natione Romanus, ex patre Sixto, temporibus Theodosii Junioris & Valentiniani III. ordinatus VI. Augusti anni CCCCXXXII. in Dominica, Sedit annos VII. menses XI. dies XIX. usque ad XXV. Julii, anni CCCCXXXX. sepultus via Tiburtina in crypta ad S. Laurentium XXVIII. Martii, quando inscribitur Martyrologiis, & cessavit Episcopatus diebus XXXXIIII.

Ab an. 432. ad 440. an. 7. men. 11. d. 15.

** Bar. an. 7 m. 11. d. 1.*

Dies sepulturæ 28. Martii:

DIem Sepulturæ, deficientem in Catalogo nostro & Anastasianis plerisque ac Ms. nostris exemplaribus, unus Card. Barberini Codex suggerit, sed non sine antiquo teste, videlicet Adone: qui, sicut & interpolatores Usuardi, eum debuerunt in Pontificalibus Catalogis vel Anastasio reperisse; & hoc sequitur in hodierno Romano Baronius: in Annalibus vero Tom. 6.
B Allegat Prosperum, quasi is dicat in Chronico Kalendis Aprilis obiisse Sixtum. Ast nihil tale reperit Pontacus Episcopus Vazatensis, ejusdem Chronici illustrator. Ego, ut apte cuncta digererem, videns Sixto solum annos VII. attribui in Catalogo nostro, a Prospero vero & Marcellino, annos VIII. pro ultimo anno sumpsi XI. menses, & dies XIX. secundum plura Anastasii exemplaria, potius quam XVIII. quos notant Catalogus & Prosper; ut scilicet exequiæ Sixti, & electio successoris non in Dominicam cadat, sed in feriam II. Caput autem hujus totius calculationis est, quod ita possim Sixtum producere usque ad eunntem Julium; & ordinationem Leonis in Septembrem differre; quod omnino necessarium esse ex tempore Mortis, aliunde certius quam ex Sepulturæ die definiendo, probabimus.

& tempus Sedis.

Interpontificium

2 Testatur Prosper, quod Valentiniano & Anatolio Coss. id est anno CCCCXL. defuncto Sixto Episcopo, quadraginta amplius diebus Romana Ecclesia sine Antistite fuit, mirabili pace atque patientia adventum Diaconi Leonis expectans. Ex quo apparet quam merito suspectus nobis sit numerus XXI. aut XXII. dierum Interpontificii, toties hoc tempore iterans, per socordiam, ut existimamus, librarii, transcribentis antiquum Catalogum, quem deinde secutus Anastasius est.

Acta Synodi Rom. Coss adscripta vitiata.

3 Hic porro mihi objici nolim Concilii cujusdam Romani Acta, Coss. Valentiniano V. & Anatolio, Pontificique Sixto adscripta, & VI. aut VII. Kalendas Se-
C ptembres facta, quando non amplius in vivis fuisset Sixtus, juxta nostrum calculum dies circiter XII. prius vita functus. Ista namque Acta addito temere Consulum nominibus esse obscurata, cogimur ex Anastasianorum omnium exemplarium consensu judicare; quia illa dicunt litem & calumniam, a Basso Exconsule anni CCCCXXXI, & Mariano, fuisse Pontifici intentatum, post annum primum & menses VIII. a suscepto munere; adeoque in fine anni CCCCXXXIII. vel initio sequentis. Sed hæc difficultas sublata esset veris eorum annorum Consulibus, ac mensis nomine mutato, quadamtenus tolli posset ab eo qui dicta Acta vellet pro legitimis habere.

4 Minus excusabili mendo laborant Acta, de Synodali accusatione & expurgatione Polychronii, Hierosolymitani Episcopi, Romæ habita sub Pontificatu Sixti III. quæ extant, ut ab Archidamo Presbytero collecta. Nam, præterquam quod notent Consules anni CCCCL. quando jam a decennio Sixtus obierat; non potest excusari ipsius Polychronii persona, qui ab octo Apostolicæ Sedis Legatis redactus Hierosolymam, ibidem sederit an. VII. & men. VI. cum in toto Hierosolymitanorum Episcoporum apud antiquos Catalogo tale nomen nuspiam inveniatur: ac ne in posterioribus quidem, quos nos undiquaque collegimus: ut nihil dicam de obsidione urbis Hierosolymitanæ, in qua bona Ecclesiæ distribuerit pauperibus Polychronius, novæ contra se accusationi apud Pontificem locum dedisses, quamvis nulla talis obsidionis uspiam mentio fiat. Fortasse quæ postmodum simili in necessitate fecit S. Sophronius, cujus nomen aliquatenus accedit ad Polychronium, commenti illius occasionem dederunt.

alia prorsus spuria in causa Polychronii.

E

5 Nonnulla Anastasii exemplaria, a Sixto III. ad mox sequentem Leonem I. transitum sic faciunt: A morte Silvestri usque ad hunc primum Leonem sunt anni nonaginta novem, menses quinque, dies viginti sex: quæ certe Anastasii verba non sunt, sed ineptum alicujus scioli interpolamentum. Quidquid enim sit de iis quos Anastasius ipse scripsit numeris, quosque ob codicum diversitatem difficile est ex ejus certa mente colligere; constat obiisse Silvestrum anno CCCXXXV. XXXI. Decembris: nec est qui dubitet de Leone quin ordinatus sit anno CCCCXXXX; habemus ergo annos sex, supra eos quos Calculator iste subduxit, ut de mensibus ac diebus taceam.

tempus a Silvestro ad Leonem.

F

XLVII. S. LEO.

LEO, natione Tuscus, ex patre Quintiano S. R. E. Diaconus, fuit temporibus Theodosii Junioris, Marciani & Leonis in Oriente, in Occidente vero Valeriani II. Aviti & Majoriani; electus XXIX. Julii, sedit a die Ordinationis suæ, VIII. Septembris, eademque Dominica, anno CCCCXL; usque ad XXX. Octobris, anni CCCCLXI. per annos XXI. mensem I. dies XXIII. sepultus in * Basilica XI. Aprilis, quando colitur; ad alium vero locum in eadem Basilica translatus XXVIII. Junii, quando antiquius colebatur, prius tamen in Octobri; & cessavit Episcopatus dies XI.

Ab an. 440. ad 461. an. 21. m. 1. d. 23.

** Bar. an. 20 m. 10.*

Romanus an Tuscus fuerit.

HAc ipsa ætate vivens & Chronicon suum scribens Prosper; Leo, inquit, legatione publica accitus, & gaudenti patriæ præsentatus, quadragesimus septimus Romanæ Ecclesiæ Episcopus ordinatur; & ipsi Theodosio Imperatori sese excusans per Epistolam, cur Ephesino Concilio interesse non posset; negat se, in eo rerum publicarum incerto statu, debere committere, ut, pro occasione causæ Ecclesiasticæ, videretur patriam & Sedem Apostolicam velle deserere. His motus in Dissertatione de Vita illius Paschasius Quesnellus, malens Regios duos Codices Anastasii & Mazarinæum unum sequi, asserentes Leonem patria Romanum fuisse: sed paucis istis repugnat longe major numerus Codicum, natione Tuscum dicentium, quos sequitur Ballerini in suis de illo Lectionibus ipsa Romana Ecclesia: quin etiam intra quartum a Cortona lapidem Castellum est, la

S. LEO. A la Pierla vulgo dictum (*Latine magis forma* Petrella *dicendum*) *ubi in ecclesia Parochiali S. Blasii supra parietem picta cernitur effigies Sancti, in habitu Pontificali, cum tali linguæ vulgaris subscripto (quod sane magnam antiquitatem non arguit)* Communitas Pierlæ in honorem S. Leonis Papæ primi, hoc loco nati, pro sua devotione. *Perusini etiam, Tusciæ a Livio, Plinio, Strabone accensiti, nescio quas antiquas membranas archivii sui allegant pro* Leone *vindicando civitati suæ: in quibus, ac longa recentiorum auctorum serie, uti magnum pondus non inesset, si Catalogi Anastasio vetustiores pro* Tuscia *non starent; ita contra hanc non puto magnopere facere Prosperi ipsiusque* Leonis *verba, in quibus* Patriæ *nomen sic usurpatur, ut latitudinem admittat aliquam; maxime cum verosimile sit eumdem* Leonem, *si non origine & nativitate, educatione tamen & habitatione* Romanum *fuisse, Romanoque Clero a juventute adscriptum; quippe quem* Xisto *decessori suo adhuc Archidiacono constat adhæsisse, & Epistolas ejus ad S. Augustinum tulisse in* discrepatur
B *Africam, cum inter Acolythos etiamnum censeretur, anno circiter* CCCCXVIII. *Ut ut hæc sunt, ipsa Ordinationis die vel saltem in ejus Octava habitum esse sancti Pontificis sermonem observaverunt nuper viri eruditi; nec dubitare potest, quisquis hoc ejus initium consideraverit:* Laudem Domini loquatur os meum: quia non verecundiæ, sed ingratæ mentis indicium est, beneficia tacere divina; & satis dignum est, a sacrificiis Dominicæ laudis obsequium consecrati Pontificis inchoari: quia in humilitate nostra memor fuit nostri Dominus, & benedixit nobis: quia fecit mirabilia magna solus, ut præsentem me cerneret vestræ sanctitatis affectio, quem fecit necessitas longæ peregrinationis absentem. Ago igitur Deo gratias, & semper acturus sum, pro omnibus quæ retribuit mihi. Vestri quoque favoris arbitrium debita gratiarum actione concelebro, evidenter intelligens, quantum mihi possint, reverentiæ, amoris, & fidei studia vestræ dilectionis impendere..... qui tam sanctum de me..... judicium protulistis .... Honorabilem igitur mihi hodiernum diem fecit divina dignatio, quæ dum humilitatem meam in summum gradum provehit, quod neminem suorum sperneret demonstravit .... qui mihi oneris est auctor, ipse mihi fiet administrationis adjutor: & ne sub magnitudine gratiæ succumbat infirmus, dabit virtutem, qui contulit dignitatem. Sermo S. Leonis. si non ipso die Ordinationis,

C 2 *Non convenit Anniversario ut dicatur in eo obsequium consecrati Pontificis inchoari:* illa autem *longa peregrinatio, quæ alia potest hic intelligi, quam qua abfuit in Galliis, missus a* Sixto *decessore ad Aetium & Albinum Romanos Duces reconciliandos? Tum gratiarum actio pro sua electione, & imploratio divini auxilii, cum verbo præsentis temporis* provehit; *quid aliud quam recentem Ordinationem indicant? Ut quid ergo, inquies, dicit;* recurrente per suum ordinem die, quo me Dominus Episcopalis officii voluit habere principium? *Nonne hoc Anniversarium notat, sicut & titulus Sermoni illi præfixus? Titulum nihil moratur Auctor observationis prædictæ, cujuscumque alterius manu præfixum, qui verbis istis inductus fuerit, ut Anniversarium putaret indicari:* recurrentem *autem diem a sua electione dici putat ille, quia scilicet ordinatus sit eadem hebdomadæ die, qua ante hebdomadas septem electus fuerat.* Paschasius *autem* Quenel, *supra memoratus, atteatis iisdem rationibus ac verbis, mihi scripsit; in istam quidem sententiam se ire haud invitum, quatenus ea negat in Anniversario habitum Sermonem: existimat tamen (quod supra indicavi) commodiorem sensum habitura omnia, si idem Sermo habitus dicatur, non ipsamet Ordinationis Pontificalis die, aliàs occupatissima; sed ejusdem Octava recurrente. Sicut enim dies Ordinationis, non autem Electionis, pro-* non tamen ejus Anniversario, sed die Octava habitus fuit.

D *prie loquendo, erat* principium Episcopalis officii; *sic ejus Octava, alloquendo populo & ceteris Episcopalibus functionibus auspicandis, aptior erat: atque ita,* recurrente per suum ordinem die, *scilicet octava eademque Dominica, totum festum claudebatur solennitae, peragendis coram populo Mysteriis sacris. Certe etiam Neophytos Baptismi sui Octavam celebrare moris erat; cur igitur non etiam Pontifices Ordinationis suæ? Ita fere per suam Epistolam P. Quenel, cujus cogitationem perquam verosimilem existimo esse, & verbis sancti Pontificis bene consonam. Hac autem recepta, nihil refert, qua die electus* Leo *sit; malui tamen Electioni adscribere* XXIX Julii, *quæ tunc fuit* Feria II. *ne exequiis Pontificalibus funestata Dominica dicatur fuerit, nulla ad id dicendum cogente necessitate. Auctor quidem observationis prædictæ, tam Electionem quam Ordinationem factam censet Feria* VI. *sed non animadverterat Dominicæ diei ad Ordinationes Episcopales constantem ea ætate observantiam: causa autem definiendi* Feriam VI. *eidem fuit, quia* XXVIII. *Martii, diem Sepulturæ Sixti adscriptam ab Anastasio, eam credidit quæ primum funebre officium, Electionemque mox secutam præcessit, nec de solenni in Vaticano Sepultura (Translationem alii dicerent) diu post facta, & tamen ab Anastasio notari solita non cogitavit; uti nec de Dominica, ad Ordinationes consueta expectari. Interim ex jam dictis manet, quod idem Auctor etiam alibi statuit, Electiones Pontificias plerasque, excepto casu schismatis, intra triduum aut quatriduum a morte prioris fuisse peractas; convenientibus ad easdem, statim ob* intelligitur electus in Dominica 28. Julii.
E *officio funebri ad S. Joannem Lateranensem persoluto, iis penes quos jus erat eligendi.*

3 *Idem vir eruditus observet, quod & sequentibus exemplis pluribus post hac patebit (nam de præcedentibus cura non fuit Auctoribus Catalogorum notare, ex quo Cleri gradu quisque ad Pontificatum assumptus fuerit) pluries accidisse ut* Diaconi, *qualis* Leo *fuit, quam ut* Presbyteri *ad Ecclesiæ supremum regimen assumerentur.* Primo, quia Diaconi Ecclesiæ res, non temporales tantum, sed etiam spirituales penitius noverant: est enim Diaconus Episcopi oculus & adjutor. Deinde, notiores erant omnibus civitatis ordinibus. Postea, cum haberent omnia in potestate, devinciebant sibi facile Clericorum animos. Denique ut plurimum plus dignitatis afferebant quam alii: siquidem Archidiaconi (qui nomine Diaconorum hic intelligendi) si bene se gessissent, ostenderant, omnibus se animi dotibus, ad animorum regimen utilibus, excellere. cur ex Diacono potius quam Presbytero? F

4 *Diem mortis (quem alioqui ab initio Novembris non longe posse removeri, nobis probabat initium Successoris, ex ejus Epistola certe cognitum) primus ex Kalendario, reperto in tom.* III. *Spicilegii Acheriani, & ante annos octingentos scripto, eruit* Paschasius *Quesnel, in Dissertatione de Vita ac rebus gestis* S. Leonis Magni, *ubi sic legitur* III. Kal. Novembris depositio S. Leonis Papæ: *idemque suse probat, incipiendo a veteri Romano Kalendario, sub medium seculi* VIII. *scripto, quod* Translatio corporis B. Leonis IV. Kalendas Julii, *a postero quam pluribus scriptoribus perperam dicta Natalis, hujus* primi Leonis *sit, non* secundi *(quamvis hic eodem die mortuus, nunc eodem solus colatur) quodque annua veneratio* Primi *ab initio affixa fuerit mensi Octobris, postmodum tamen translata ad mensem Aprilem: cujus diem* XI *quia multi* Natalem *Sancti vocant, putat ipse* Ordinationis *diem esse, eo modo quo is Pontificum* Natalis *passim vocatur. Ego secunda in Vaticano* depositionis, *uti etiam sæpe vocatur, diem esse censeo, ideo sepulturæ adscriptum ab Anastasio ex antiquioribus* Catalogis. *Cur* Leonem *hunc Græci colendum susceperint* XVIII. *Februarii causam invenio, quod tali die signaverit functus Pontifex Epistolam,* Dies obitus 30. Octob. Translatio secunda 26. Junii. prima 11. Aprilis, apud Græcos 18. Febr.

A *lam, qua Chalcedonensem Synodum approbavit*, Opilione V.C. Cos. *id est anno* CCCCLIII.

Ratio temporis.

5 *In numero annorum unoque mense omnes consentiunt: &* Consules Valentinianus V. & Anatolius, *a Prospero & Marcellino concorditer nominati, annum primum distincte signant: sicuti ultimum* Dagalaifus & Severinus, *ad successoris* Hilari *ingressum nominati a jam dicto Marcellino. Codices plerique numerant dies* XIII. *cum Anastasiani multi etiam habeant* XXVI. *facile in* XXIII. *commutabiles. Hos praelegi, ut habeatur Dominicam, in qua de more facta fit* Leonis *Ordinatio. Denique Interpontificii dies* VII. *quos habet liber Pontificalis, facile judicabit ex imperfecte scriptis* XII. *nasci potuisse. Lelius Pasqualinus S. Mariæ Majoris Canonicus, aneum quoddam numisma nactus, in cujus antica facie exprimebatur* S. Petrus, *cum Clave ex humero pendente, in postica, hic juxta expressa persuasit Baronio, ut illud esse hujus* Leonis *crederet, atque adeo jam tum usurpari cœpisse, ut Pontificum nomina nummis impressa legerentur: respici autem credidit ad illud Isaiæ* 2. Dabo Clavem domus David super humerum ejus; & aperiet, & non erit qui claudat; & claudet; & non erit qui aperiat.

Nummus ei attribuitur videtur potius esse Tertii.

D. N. LEONI PAPE,

B *Postremum hoc res ipsa loqui videtur: cetera, æque ac Titulus* D. N. *id est*, Domini nostri, *suadent, ut eo signari credamus* Leonem, *non* Primum, *sed* Tertium. *Huic enim Urbis Romanæ dominium Carolus Magnus contulit, tamquam ejusdem temporalis Dominus, quatenus erat Rex Longobardorum, Italiæ temporali dominio tunc gaudentium, exclusis possessione veteri Imperatoribus Græcis. Certe Dominicus Raynaldus apud Allatium, supra in* S. Sylvestro *allegatus, negat, antiquis primorum septem seculorum Pontificibus alium morem fuisse, quam nudum nomen suum imprimere bullis cereis aut plumbeis, siquando bullatas litteras dare volebant: & hujusmodi unam, quæ* Leonis I. *genuina sit, asservari ait in Archivio Castelli S. Angeli. Hujus ut mihi copia fieret cum specimine primorum ultimorumque characterum, optavi equidem; nec desiderio meo defuit Illustriss. Sebelstratius, qui, speciali privilegio ad Archivii illius ingressum impetrata, antiquiora quæque ibidem reposita monumenta scrutaretur: sed nihil potuit invenire quod Otthonum tempora superaret.*

Ejusdem Bulla frustra quæsita

6 *Romanus Canonicus, tempore Eugenii Papæ III. Basilicam Vaticanam describens, postquam egit de oratorio S. Mauritii, in qua Imperatores & Imperatrices ungi consueverunt; num.* XI. Ante altare S. Mauritii, *inquit*, juxta aditum qui vadit ad S. Martinum, post

S. Leonis corpus sub altare cum aliis tribus positum a Paschali 2,

C S. Petrum, est oratorium S Leonis Papæ IV. in quo (sicut sæpe a nostris majoribus accepimus, videlicet a D. Presbytero Centio Priore & D. Christiano) sanctæ recordationis D. Paschalis Papa II. corpus B Leonis Papæ I. & II. & III & IV. recondidit, sicut etiam multi nostrorum viderunt. *Refert deinde dona, Vaticanæ Basilicæ a* Leone I. *facta, rursumque ait*: Hujus sanctissimum corpus requiescit in altari suo, quod est juxta aditum ut supra diximus, *& iterum meminit aliorum trium sub eodem altari quiescentium. Sed prius quam hi istic componerentur, jacuerat* S. Leo I. *ad ingressum Basilicæ, tota paulatim fere occultato inter aliorum Pontificum ibidem postea magnificentius collocatorum speciosiora sepulcra; quod indignum æstimans* Sergius Papa, *secundum Anastasium* primus, *transtulit corpus ad alium magis liberum locum, ubi solus coli posset: eumdem verosimiliter qui postea etiam aliorum duorum* Leonum *corpora excepit. Translationis istius a* Sergio *factæ testimonium habemus in Epitaphio, primum quidem apud Gruterum & in Appendice Baroniana ad Tom.* 12 *deinde vero haud paullo correctius ex MS. Oxoniensi apud Quesnellium Tom.* 2. *pag.* 352. *hoc tenore.*

antea a Sergio 1. translatum,

7 Hujus Apostolici primum est hic corpus humatum, D
Quod foret & tumulo dignus in arce Petri.
Hinc Vatum Procerumque cohors, quos cernis adesse,
Membra sub egregia sunt adoperta domo.
Sed dudum, ut Pastor magnus LEO, septa gregemque
Christicolam servans, janitor arcis erat;
Commonet e tumulo quod gesserat ipse superstes,
Ne lupus insidians vastet ovile Dei.
Testantur missi pro recto tramite libri.
Quos pia corda colunt, quos mala turba timet.
Rugiit, & pavida stupuerunt corda ferarum,
Pastorisque sui jussa sequuntur oves.
Hic tamen extremo jacuit sub marmore templi,
Quem jam Pontificum plura sepulcra tegunt.
Sergius Antistes, divino impulsus amore,
Hunc in fronte sacræ transtulit inde Domus,
Exornans rutilam specioso marmore tumbam,
In quo poscentes mira stupenda vident.
Et quia præmicuit miris virtutibus olim,
Ultima Pontificis gloria major erit. E

LEO.

de congerie plurium aliorum sepulcrorum,

ab ingressu ad caput Basilicæ.

8 *Joannes Mabillonius idem Epitaphium reperit in quodam Codice Virdunensi monasterii S. Vitoni, continente historiam Eusebii, in quo post versus Damasi referuntur quædam Epitaphia sub hoc titulo:* Ista Epitaphia inventa sunt in ecclesia S. Petri, *primum autem* S Leonis Magni *est, jam relatum: & quidem cum additamento quodam Chronico, alibi non expresso: quod in Tom.* 3. *Analectorum ejus pag.* 431. *sic proponitur:* Sedit in Episcopatu annos XXI. mensem I. dies IIII. Depositus est III. Idus .... & iterum translatus huc a Beato Sergio IV. Kal. Jul. Indict. I *Si stylum Epitaphii totius considero, ipsumque confero cum aliis similibus a* Sergio II. *compositis, hunc quoque illius auctorem dixerim; non tamen ipsius Translationis, sed* Sergium I. *tum quia huic ipsam adscribit Anastasius, utique ex monumentis Ecclesiæ Vaticanæ sic edoctus; tum quia* Beati *titulus nomini additus, defunctum potius quam viventem indicare videtur. Sed difficultas est in numero* Indictionis I. *talem enim in toto suo quatuordecim fere annorum Pontificatu non habuit* Sergius Primus *in nostra Chronologia*, Sergius *vero* Secundus *ex calculo neminis. Mabillonius vult annum* DCCII. *intelligi: qui sane* Indictione I. *notatus fuit: sed hujus anni Junium* Sergius I. *non attigit, defunctus anno præcedenti: annus autem* DCLXXVIII. *notabatur quidem* Indictione I. *etiam ipse, & anno isto sedere idem* Sergius *cœpit; sed in nostra sententia cœpit solum* XVII. *Novembris, inchoata jam* Indictione II. *cujus mensis Junius pertinebat ad annum* DCLXXIX *Sicut igitur extritum in Codice Vitoniano fuit nomen mensis, quo Depositio seu prior Translatio facta fuerat; & in numero dierum, quibus* Leo *sedit, videtur omissus denarius unus; sic judicari potest extrita vel omissa littera in numero Indictionis, & reponendum* II. *vel potius* XI. *ut habeatur annus* DCLXXXVIII. *Interim haud otiose dictum accipio*, iterum translatus, *ut ex Auctoris sensu intelligatur secunda ista fuisse* Translatio, *dicta tamen ex stylo Vaticani Necrologii* Depositio.

idque non anno 702.

sed 683. vel 698.


9 *Dedimus ad diem* 11. *Aprilis historiam aliquam reserati altaris supramemorati, sub* Gregorio Papa XIII. *anno* MDLXXX. *& translationis prædictorum corporum, factæ sub* Julio II. *anno* MDCVII. *eaque occasione transcripsimus ex Vaticanæ Ecclesiæ monumentis ipsam formam, qua repertum est intra arcam adhuc integrum, sed exuccum corpus: addita etiam, qualis tunc curata fuit, delineatione ejusdem. Sed chalcographus, dum elegantiæ majorem gerit curam quam assimilandi prototypi, diversum prorsus a vero expressit vultum; pedum etiam Palliique reliquias magis integras*

retecto anno 1580. & translatum 1607.

quam

A *quam erant: quare opera pretium censui eatenus correctam lamellam iterum adhibere. Cetera istic legi possunt: quamquam etiam sic videatur vultus nimium vividus. Unum vero imberbe in sarcophago mentum satis certo probet, jam tum in usu Pontificum fuisse ut barbam raderent, non ausim equidem definire; licet* Leonem III. *qui annis* CCXXX. *post* Primum *floruit, barba quoque rasa expressum videam in ectypo veteris musivi. Potuerunt enim ab exucco corpore defluxisse pili, ex mento æque ac capite (in capite autem si essent reperti aliqui, puto eorum faciendam mentionem fuisse) & inter utrosque medius* S. Gregorius Magnus, *ubique barbatus exprimitur.* D

mortui imago an probet eum rasisse barbam.



B 10 *Hic nos destituit Prosperi Chronicon: nec satis idoneus est, qui solus nos dirigat. Marcellinus Comes etsi ad centum annos ulterius progrediens. Cum enim* Felici, *post* S. Leonem *sortito, cui ceteri non integros novem annos concedunt, undecim ipse dedisset, itaque cum eo longius quam par erat provectus esset; coactus fuit exerrare in ceteris, ac denique paulatim aliquid iis detrahendo redire in viam. Marius, Episcopus Lausanensis sive Aventicensis in Gallia, Prosperi Chronicon sic prosequitur, ut successionis Pontificiæ nullam habeat rationem, itaque is nos juvare non potest.*

Deficiente Chronico Prosperi,

11 *Alter Prosperi Continuator in Africa, Victor Episcopus Tunnunensis, usque ad annum* DLXV. *secundum Consulares Fastos procedit quidem, circa Romanos tamen Pontifices mire perplexus, eos non studiose digerere, sed temere in chartam videtur accumulare, haud satis servata temporum ratione. Sic ad Consulatum* Leonis VI. & Probini, *qui aliis est* Leonis IV. & Probiani, *anno* CCCCLXXI. *nulla facta mentione de morte* Leonis *aut* Hilari *successione, scribit quod* Romanæ Ecclesiæ Episcopus, post Hilarum, Simplicius ordinatur, post Hilarum Felix. *Rursum cum,* Anastasio & Rufo Coss. *anno* CCCCLXXXXII. *dixisset, quod* Felici succedit Gelasius, Gelasio Anastasius, *hujus Pontificatum finit in Consulatu* Anastasii Augusti solius *anno* CCCCXCVII. *uno anno citius quam par fuerat; dicens,* quod Anastasio Romano Episcopo mortuo succedit C Symmachus, & ex alia parte Laurentius ordinatur. *Rursumque sub Consulatu* Iustini Augusti & Apionis, *anno* DXIV. *ponit, quod* Romanæ Ecclesiæ in Episcopatu, mortuo Symmacho, succedit Hormisda, *quando jam ipse* Hormisdas *octenni Pontificatu defunctus pridem erat. Magis deinde exerrat ad annum* DXXXVIII. Joanne V. Cl. Cos. *scribens,* Romanæ Ecclesiæ post Hormisdam Joannes, post Felicem Bonifacius, post Bonifacium alius Ioannes, & post Ioannem Agapitus Episcopus ordinatur. E

ejus continuator Victor Tunnunensis perturbate procedit.

confusus nimium in digerendis annis,

12 *Ex his liquet, quod, qualescumque habuerit Consulares Fastos Victor iste (qui anno* post Consulatum Basilii XV. *Christi* DLVI. *variis exiliis pro defensione trium Capitulorum se mulctatum narrat, adeoque hoc tempore vivebat) non tamen valde distinctam habuerit rationem Romanorum Episcoporum, qui eodem ævo præcesserant, ut cujusque initia secundum annorum numeros posset sub proprio Consulatu notare. Sed, quod stupendum est, etiam* Silverii, Vigilii *ac* Pelagii *historiam (quæ sibi, propter fidei causam cui implicitus erat, debuisset fuisse notissima) perquam turbate explicat, nihil apte suis Consulibus applicans. Omissis deinde* Joannem III. *ac* Benedictum; *& denique annum* Justiniani Imperatoris XXXVII. *qui cœpit in Aprili anni* DLXIII. *componens cum anno* P. C. Basilii XXIV. *qui est Christi* DLXIII. *eodem ponit ordinatum* Pelagium: *qui tamen secundum alios obiit anno* DLIX. *secundum nos vero saltem anno* DLXI *& cujus ordinationem ipsemet retulerat ante quinquennium, sic ut hic videatur non* ordinatum *scripsisse, sed* mortuum. *Tales autem errores cum nequeant cadere in coævum scriptorem, omnino mihi dicendum videtur, numeros annorum* P. C. Basilii, *&* Justiniani Imperatoris *ab ipsomet auctore prætermissos, ab alio perperam prænotatos fuisse.* F

etiam Pontificum sibi coævorum.

XLVIII. S. HILARUS.

An. 461. ad 467. an. 4. mens. 3. dies 10.

HILARUS, natione Sardus, ex patre Crispiniano, S. R. E. Archidiaconus, fuit temporibus Leonis in Oriente, Severi in Occidente imperantium, a die XII. Novembris, in Dominica anno CCCCLXI. usque in XXI. Februarii CCCCLXVII. per annos V. menses III. dies X. sepultus ad S. Laurentium in crypta, juxta corpus B. Sixti, X. Septembris quo colitur: & cessavit Episcopatus dies XI.

** Pet. an. 6 m. 9. d. 29.*

Adhuc Archidiaconus petit Canonem Paschalem a Victorio Aquitano,

1 F*Uisse antea* S. R. E. Archidiaconum *scripsi: quia Epistola ejus, posita ante Victorii Aquitani Paschalem Canonem, a Bucherio nostro illustratum, præfert hujusmodi salutationem:* Dilectissimo & honorabili sancto Fratri Victorio, Hilarus, Archidiaconus Urbis Romæ. *Huic autem ille quod petebatur mittens anno* CCCCLVII. *suam Præfationem sic ordiur;* Domino vere sancto, ac venerabili in Christo Fratri, Hilaro Archidiacono, Victorius. *Cum ergo Gennadius, Ecclesiæ Massiliensis, qui eodem seculo V. exeunte floruit, in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis sic loquitur de Victorio isto,* Victorius, homo natione Aquitanus, calculator scrupulosus, invitatus a S. Hilaro Urbis Romæ Episcopo, composuit Paschalem cursum indagatione cautissima; *cum, inquam, Gennadius de Victorio agens* Hilarum *appellat* Episcopum, *intelligi debes prolepsi ista usus, ad tollendum dubium de persona illius. Videtur autem* Hilarus, *appellandi pro sancto opere Victorii occasionem accepisse, ex solicitudine* S. Leonis *Papæ, estilata in hujus super eo puncto Epistola* XII.

A *xvi. ad Episcopos Galliæ & Hispaniæ*, de solemnitate Paschæ, anno cccclv. die viii. Kalendas Majas ab omnibus celebranda. *Cur vero ipse Victorius in eodem Canone, quem denique Aurelianensi Concilium IV. omnibus tenendum præscripsit, instituerit annos Domini numerandos ab anno vulgaris Æræ* xxviii. *haud aliam invenio rationem, quam quod fuerit* ii xv. *Tiberii, inchoatus* xxix. *Augusti, quo, in annum nostrum* xxix. *procurrente, Christi Crucifixionem cum plerisque Patribus idem Victorius posuit.*

postea Episcopo Cenomanensi, 2 *Hic porro, quoniam Titulo* Sancti Fratris *compellatus ab* Hilaro, *suspicari debemus, Ecclesiastica aliqua dignitate præcelluisse: & suspicionem firmant Tabulæ veteres Reomaenses, apud Mabillonem lib.*2. *cap.* 23. *quæ Joannis Abbatis obitum consignant,* anno Domini quingentesimo decimo, juxta quod in Cyclo B. Victorii Episcopi numeratur. *Dixerim igitur*, Victorium, *loco patria Lemovicensem, fuisse illum* Episcopum Cenomannicæ urbis, *qui anno* ccccLxi. definitioni *Concilii Turonensis* interfuit & subscripsit, *primo* B *post Perpetuum Turonensem loco; & cui, a Venetico* *& Sancto.* *Concilio absenti, anno* ccccLxv. *comprovinciales Episcopi alii Synodicam suam inscribunt. Ex alio autem Concilii Andegavensis Synodica, decennio citius scripta, ubi idem inter præsentes nominatur penultimus, datur intelligi, recens tunc ordinatum fuisse. Et hoc potuit* Hilarum *latuisse cum scriberet, qui ideo* Episcopi *Titulum ei non dederit. Obiit Cenomanensis iste Episcopus* 1. *Septembris, eumque ut Sanctum coli testatur Gregorius Turonensis, libro de Gloria Confessorum cap.* 56. *Atque hæc dicta sunto occasione* Hilari, *cum adhuc esset R. E. Archidiaconus, Paschalem Canonem a Victorio postulantis.*

Cur olim rati ordinatum Hilari 17. *Novemb.* 3 *Natalem ejus in Pontificatu credidimus anniversaria celebritate recurrisse* xvii. *Novembris, agentes* xi. *Aprilis de* S. Leone *decessore, eo quod tali die celebratum sit anno* ccccLxv. *Concilium quadraginta octo Episcoporum ipso præsidente, qui etiam in epistola* viii. *data* iii. Nonas Decembris, *ad Episcopos diversarum Provinciarum Galliæ, mentionem facit sententiæ a se latæ contra Hermem Narbonensis Ecclesiæ Episcopum, cum inquit:* Præsidente Fratrum nostrorum numeroso Concilio, & ex diversis Provinciis ad diem Natalis nostri in honorem B. Petri Apostoli per Dei gratiam congregato, præsidentibus Fratribus & Coepiscopis nostris Fausto & Auxanio .... id a nobis est pacis cau- C sa constitutum. *Ubi, nihil dubitantes, quin verba,* Præsidente & Præsidentibus; *pro* Præsenta & Præsentibus *obrepsissent, quia apparebat præsedisse ipsum* S. Hilarum; *eamdemque epistolam (nam Consules nulli aderant in editione Binii, quæ sola tunc ad manum erat) datam rati eodem tempore quo & Epistola* ii. *ad Ascanium & universos Episcopos Tarraconensis Provinciæ,* data iii. Kalendas Januarii, Basilisco & Hermenirico Viris Clarissimis Consulibus, *id est anno* ccccLxv. *in qua similiter dicebatur,* lectis in conventu D Fratrum, quos Natalis mei festivitas congregavit literis vestris: *hæc, inquam, omnia inter se conferentes, omnino persuasimus nobis, & de Concilio, die* xvii. Novembris *celebrato, in his epistolis agi, & eumdem diem indicari fuisse ipsi Pontifici Natalem.*

HILAR.

4. *Neque vero etiamnunc ab hoc sententia multum descedendum putamus, sed eatenus nobis illustrandam, quatenus opus est. Nam primum non dicitur ipso* Natalis *die factam esse Synodum, sed ab iis factam quod ad* Natalem *convenerant. Præcesserit ergo hilaritas diei istius feriam de negotiis ecclesiasticis consultationem, & sic dicatur hæc facta, ut non in feriam* vi. *cadat Ordinatio Episcopatus, sed in Dominicam. Præterea ex nova Conciliorum editione Labbei nostri discimus, Epistolam* viii. *datam esse* GL. P. *(id est Gloriosissimo Principe)* Severo Augusto Consule, *id est anno* ccccLxii. *quando Consulatum in Oriente gerebat* Imperator Leo ii. *in Occidente* Imperator Severus *solus ideo hic nominatus. Respicit ergo Epistola illa non ad jam dictam Synodum, cujus extant Canones, tamquam biennio post habitæ; sed ad alium similem conventum, simili occasione & tempore ante celebratum. Neque existimat aliquis non* E *ideo sequi, quod etiam Synodus ipsa, cujus Canones extant, habita sit occasione Natalis; eo quod possit illa esse diversa a conventu Natalitio cujus meminit Epistola* viii. *& hic alium pluribus mensibus præcessisse. Continet enim sententiam, in Natalitio conventu latam, sicuti & prior Epistola: & cum sint ambæ datæ mense Decembris, consequens est conventum, in quo utraque lata sententia est, recenter fuisse habitum; adeoque Natalem* Hilarii *apte referri in* xvii. *Novembris.*

nunc ponendus 18. *ejusdem?*

5 *Confirmans hoc idem Marianus Scotus in Chronico,* iii. Idus Novembris *ordinatum* Hilarium *Papam scribit, auctor alias in tam antiquis fidei non magnæ: sed hanc ei hic commodant Acta, quibus etiam motus Baronius fuit, ut Mariani teneret sententiam. Sed dum cœpta semel via progreditur, pergitque diem Cultus pro Mortuali accipere, primum quidem Catalogos arguit quod inter* Leonem *(quem* xi. *Aprilis defunctum credit) &* Hilarum *solum* vi. *dies Sedis vacantis notent: deinde statuit* Hilarum *obiisse* x. Septembris, *adeoque sedisse annos* vi. *menses* x. *minus* ii. *diebus; calculo utique proprio. Anastasiani quidem Codices in numeris variant, & annos* vii. *menses* iii *numerant: sed in annis conveniuntur errare per designationem Consulum.*

Baronii error correctus.

6 *Interpontificium mensium* vii. *admittere Baronius* F *cogitur, ne discedat a certius noto* Hilarii *Natali, cum tantæ cessationis neque necessitas, neque causa ulla verisimilis occurrat. Hinc apparet quanto aptius chronologia nostra quam illius procedat, quibus* xi. *dies sufficiant, temere a Catalogi transcriptore conversi in* vi. *vel* vii. *(sicut habet Ms. nostro & quædam Anastasii exemplaria) in libro Pontificali sectius notatis* x.

& Interpontificium contractum.

XLIX. S. SIMPLICIUS.

SIMPLICIUS, natione Tiburtinus, ex patre Castino, fuit temporibus Anthemii & successorum in Occidente, atque Odoacris Regis, Leonis item & Zenonis Augustorum in Oriente, a die v. Martii Dominica ii. Quadragesimæ anni ccccLxvii. usque ad x. Februarii anni ccccLxxxiii. per annos xv. menses xi. dies vi. *, sepultus ad B. Petrum ii. Martii, quando colitur: & cessavit Episcopatus dies ii.

Ab eo [illegible] ad 483. an. 15. m. 11. d. 6.
** Baro. an. 11. m. 3. d. 10*

Ratio temporis. M*Arcellinus Comes hactenus recte hujus quoque Pontificis initium signat* Puseo & Joanne Coss. *sed rotundis dumtaxat numeris utens, & solum* xv. *annos* Simplicio *adscribens, Successorem ei dat uno anno citius, quam id patiantur ipsius Epistolæ, datæ* Idibus Julii *&* viii. Idus Novembris, Severino V. C Consule, *id est anno* ccccLxxxii. *quod fieri non potuisset, si supra annos* xv. *solum sedisset ille, ut Anastasiana exemplaria excusa habent, paucos dies; ut vero manuscripta & codex noster cum nostro Catalogo, mensem* i. *Ergo præfixo, qui excidisse videtur, denario, usque in sequentem annum prorogo ei Pontificatum,*

nihil

A *nihil quo id vetetur (quod quidem videam) obstante: & Interpontificii dies v. muto in ii. ut pro Successoris ordinatione Dominica habeatur: quod iterum post sequentem Pontificatum judica faciendum.* D

L. S. FELIX III.

Ab an. 483. ad 492. an. 8. m. 11. d. 18

FELIX, natione Romanus, ex patre Felice Presbytero de titulo Fasciolæ, Odoacris Regis temporibus & Zenonis Augusti, a Dominica Sexagesimæ anni CCCCLXXXIII. XIII. Februarii; usque ad XXX. Januarii anni CCCCLXXXXII. per annos VIII. menses XI. dies XVIII. sepultus ad B. Paulum XXV. Februarii: & cessavit Episcopatus dies II.

Dies obitus 30. Januar.

Dies Sepulturæ nullus uspiam invenitur signatus: quare quod olim in Romano Martyrologio, ante recognitionem factam sub Urbano VIII. sic legebatur, die XXX. Januarii, Romæ S. Felicis Papæ, qui pro fide Catholica plurimum laboravit, *quodque* Felici III. *applicavit Baronius, indicans iterum de eodem agi XXV Februarii, omnino putamus retinendum fuisse; nec ejus loco substituendum* Felicem IV. *& alterum illum diem Sepulturæ vel Translationis esse. Nam* Felicem IV. *obiisse XXV. Septembris, & sepultum XII. Octobris infra docebimus. Nec me movet, quod in notis ad dictum diem dubitet Baronius, satisne certo ibi de* Felice III. *agatur iterum de eo agatur in Februario: utrumque vero ex antiquis Romanæ Ecclesiæ aut etiam Paulinæ Basilicæ monumentis in Martyrologium, quo illæ ante Baronium utebantur, venisse reor.*

B

Martyrologio ad 25. Feb. inscriptus velut Quartus,

2 *Ad XXV. Februarii addebatur antiquitus ad nomen,* Felicis Papæ quarti, *quod* S. Gregorii Magni atavus fuit &c. *sed hoc recte Baronius correxit, scribens,* tertii: *non facit autem ut diversos esse credam, aut aliquid in Januario mutandum fuisse, ibique intelligendum* Quartum, *cui melius dies suus proprius assignatus in Septembri fuisset. Veterem in Februario errorem causaverat error Joannis Diaconi, dicentis in Vita Gregorii, quod ejus* atavus *fuit* quartus Felix, Apostolicæ Sedis Pontifex. *Lapsus utique hic est memoriæ aut calami: nam (ut recte in notis ad Februarium prædictum observat Baronius) neque genus, neque ætas ferunt, ut* Quartus Felix *fuerat* atavus Gregorii, *ipso Pontificatum gerente nati, aut etiam ante; cum econtra anni* LXXXXVIII. *qui inter mortem* Tertii Felicis *& obitum* Gregorii *intercesserunt, non sint nimis longum tempus generationibus quinque explicandis. Et rursum qui natione Romanus fuisse scitur, uti scitur fuisse* Felix III. *congruentius dicitur ejus* Gregorii *atavus, quem constat* spectabili Senatorum *(utique Romanorum)* prosapia duxisse originem, *quam* Felix IV. *qui natione* Samnis, *fuisse dicitur, ex Urbe Beneventano natus.*

propter errorem Joannis Diac. in Vita Gregorii abrogatus.

C

3 *Porro quoad spatium hujus Pontificatus, in numerandis* VIII. annis, mensibus XI. *omnes conveniunt; variant in diebus: & in hac varietate sumpsi* dies XVII *a Ms. nostro & Anastasii Mss exemplaribus quinque oblatos, eisque addidi ipsum diem mortis ut sint* XVIII.

4 *Sub hoc Pontifice* Odoacer, Herulorum, Rex, *Arianus quidem, sed Catholicis non modo non molestus, verum etiam benevolus atque beneficus, priores omnes suas laudes obscuravit condita lege, prætextu pacis ecclesiasticæ conservandæ, qua Pontificis Romani electio sine consensu Regis rata esse vetabatur. Sed qui Ecclesiam subjugavit servituti, sub qua deinde diutius gemuit, suam ipse libertatem amisit, obsessus Ravennæ, regnumque retenus gloriosum, & a mari Hadriatico usque ad Balthicum patens, cum* Theodorico Gothorum Rege *partiri in Italia coactus est; ac paulo post ab eodem occisus, Italiam Gothis tenendam reliquit: quorum Reges id, quod ipse sibi fecerat, in Pontifices juris usurparunt. Hoc tamen non obstitit, quo minus, Pontifice mortuo, conveniret Clerus & populus statim ad Electionem, & Episcopum ordinaret, quam citissime poterat; ne scilicet a Rege prævenirentur: quod haud diu post, mortuis* Felicis *successoribus* Gelasio *&* Anastasio, *schismati formando occasionem dedit; dum constaret in Regis manu esse Ordinationem sic facta irritare. Hoc tamen ne faceret, prohibuit singularis Dei providentia, Rege barbaro, pro potiori parte suffragiorum & prioritate Ordinationis Romæ factæ, delatam ad se causam decidente in favorem* Symmachi, *sic ordinati a Romanis.*

Confirmatio Pontificum quomodo ad Reges devoluta.

E

5 *S. quidem* Leo *Imperatricem filiam appellaverat, scribens* Gloriosissimæ & Clementissimæ filiæ Pulcheriæ, *quod videri poterat arrogasse sibi intuitu sexus sequioris; sed* Felix *hic etiam Imperatorem ita compellasse invenitur, scribens* Gloriosissimo & Serenissimo filio Zenoni. *Exemplum secutus mox Anastasio Imperatori scribens* Anastasius Papa; *ac porro placuit ea dilectionis plena, & spirituali ipsorum etiam Imperatorum Patri convenientissima vox, absque ullius contradictione: ab Imperatoribus vero ad Reges in Occidente Christianos, eodem affectus teneri appellatio transiit, mansitque in hodiernum diem.* F

LI. S. GELASIUS.

Ab an. 492. ad 496. an. 4. m. 7. d. 7

GELASIUS, natione Afer, ex patre Valerio, fuit temporibus Theodorici Regis & Anastasii Augusti, a die II. Februarii, festo Purificationis eademque Dominica, anni CCCCLXXXXII. usque ad VIII. Septembris, natæ Virgini sacram, anno CCCCLXXXXVI. per annos IIII. * menses VII. dies VII. sepultus XXI. Novembris, apud B. Petrum, quo die inscriptus est Martyrologiis, & Præsentationem B. M. V. in templo Orientalis Ecclesia ab antiquo celebrabat. Cessavit Episcopatus dies VI.

** Bar. an. 4. m. 8. d. 9.*

Ordinatur, moritur, sepultus festis D. Virginis.

Non est otiose prætermittendum, quod tam generosus Deiparæ *propugnator contra Nestorium, quique eidem traditur apud Anastasium ædificasse* Basilicam, in fundo Crispini via Laurentina, milliario ab urbe Roma XX. *sic nitro ferente Chronologia, inveniatur ordinatus Episcopus, defunctus, & tumulatus tribus Deiparæ ejusdem festis. Hoc autem quia non puto casu, sed consilio divino accidisse; ideo magis confirmor in ea quam teneo ratione ordinandorum temporum: quod utinam ipsa Θεοτόκῳ favente porro pergat succedere. Eximias ipsius* Gelasii *laudes vide in epistola Dionysii exigui ad Julianum Presbyterum, edita in Collectione Romana Holstenii ad calcem partis I. pag. 268. Hic notaverim, in ejus Elogio antiquo dici, quod* fecit Sacramentorum, *id est Missarum per anni circulum celebrandarum,* Præfationes & Orationes cauto sermone; *in*

unum

Editus ab ... liber Sacramentorum ... Missarum.

A *unum scilicet colligens Rituales preces, quarum multas* SS. Silvestro Julioque *Pontificibus ætate pares esse, eruditi agnoscunt, multas* Leoni Magno *suæ ipsius phrases vindicant. Sed & ipse* Gelasius *novas plures addidit: quas inter numerari posse crediderim Missam.* In Nativitate S. Mariæ VI. Id. Septembris. *Nec enim ante* Gelasium *ea invenitur apud Latinos fuisse celebrata; invenitur autem in vetustissimo illo Sacramentorum Romanæ ecclesiæ Codice, quem, ante nongentos annos in Galliis scriptum, nunc Romæ possidet Regina Suecorum Christina, & una cum aliis ejusdem & argumenti & antiquitatis nuper vulgandum dedit Josepho Maria Thomasio, multis in Præfatione verbis rationibusque probante, ipsum esse* Gelasianum Codicem de Missarum solemniis, *de quo in Vita* S. Gregorii *lib.* 2. *cap.* 17. *scribit Joannes Diaconus, quod idem* Gregorius cum in unius libri volumine coarctavit, multa subtrahens, pauca convertens, nonnulla adjiciens. Gelasianum *certe stylum, potius quam Leoninum, sapit hæc prima dicta Missæ Oratio.* Adjuvet nos quæsumus, Domine, S. Mariæ gloriosa intercessio, cujus etiam diem, quo felix ejus est inchoata nativitas, meminimus. Per Dominum &c. *Pro qua, ut minus eleganti. S. Gregorius talem substituit:* Adesto nobis, omnipotens Deus, B. Mariæ festa repetentibus, quam hodiernæ festivitatis probatam exortu, ineffabili munere sublevasti. D

S. Gelas. & in his de Nativitate B. Mariæ.

LII. S. ANASTASIUS II.

ANASTASIUS, natione Romanus de Regione quinta Caput-Tauri, ex patre Petro, fuit temporibus Theodorici Regis & Anastasii Imperatoris, a die XV. Septembris, in Dominica eademque octava Natæ Virginis, anni CCCCLXXXXV. usque in ipsum diem Natalem Deiparæ, VIII. Septembris, anno CCCCLXXXXVIII. per annum I. menses XI. * dies XXV. & cessavit Episcopatus dies IIII. vel potius menses II. dies XIII. ipse vero sepultus fuit ad S. Petrum XVIII. Novembris.

Ab an. 496. ad 498. an. 1. m. 11. d. 23.

B ** Bar. d. 23*

Baptismus Clodovei.

I*Nterpontificii dies* IIII. *(ex quibus Auctor Ms nostri fecit* VII. *& liber Pontificalis* XX.*) habemus ex Anastasio Bibliothecario, per eosque ducimur ad Dominicam, commodam ordinando Successori. Sed quia Ordinatio contentiosa fuit, placuit Pontificatum* Symmachi *definire eum respectu ad diem ratæ confirmatæque electionis; & sic oportuit numerare Interpontificium, post mortem* Anastasii*, mensium* II. *ac dierum* XIII *ut mox apparebit. Baronius ad sequentem Pontificatum retulit baptismum* Chlodovæi*, primi inter Francorum Reges Christiani; non id facturus, si tunc in manibus fuisset ipsiusmet* Anastasii *ad eundem Epistola, ea super re gratulatoria; quæ nunc in Labbeana Conciliorum editione habetur inscripta* Cludoecho Anastasius*, usuique erit ad* 1. *Octobris illustranda Vita S. Remigii, gentis Apostoli, a quo baptismus iste peractus fuit.* E

2 *Porro idem Marianorum festorum concursus in hoc quoque Pontifice, verosimile nobis reddit, ipsum etiam fuisse* Gelasio *supparem in affectu erga cultum Deiparæ Virginis.*

Concursus festorum D. V.

LIII. S. SYMMACHUS.

SYMMACHUS, natione Sardus, ex patre Fortunato, fuit temporibus Theodorici Regis & Anastasii Augusti, a die XIII. Septembris, anno CCCCLXXXXVIII. secunda Dominica mensis, sub contentione ordinatus cum Laurentio. Partibus autem ad judicium Theodorici Regis Ravennam recurrentibus, & in Symmachi favorem lata sententia, factus est indubitatus Pontifex XXII. Novembris, item in Dominica: exhinc sedit annos XVI. menses VII. dies * XXV. alias menses X. dies IV. defunctus XVI. Julii DXIV. sepultus apud S. Petrum XIX. Julii, & cessavit Episcopatus dies III.

Ab an. 498. ad 514. an. 15. m. 7. d. 19.

** Bar. d. 27.*

C

Ratio temporis.

A*Nastasius Bibliothecarius, insolita Catalogorum & sua pro hoc tempore accuratione, definiens* Symmachi *Pontificatum, a die* X. Kalendarum Decembrium usque in diem XIV. Kalendarum Augustarum, *persuasit nobis, ut a die confirmati eidem Pontificatus, per aditam Sedis possessionem, potius quam a die primæ contentiosæque Ordinationis, crederemus Pontificii tempus ab antiquiori Catalogo numerari: sic tamen ut Anastasio existimemus obrepsisse* XIV. *pro* XVII. Kal. Aug. *eo forte, quia* XIV. Kalendas *contigit* Symmachum *sepeliri; item pro* mensibus VI. *scribendos* VII. *quot scilicet exigit intervallum Kalendarum prænominatarum. Tali autem correctione admissa, & sumpto initio Pontificatus a die, quo dicit Anastasius, quod lata a* Theodorico æquitatis sententia, factus est Præsul Symmachus; *per dies vacantis Sedis* III. *assignatos a Catalogo, venitur ad diem* XX. *Julii eamdemque Dominicam,* Hormisdæ *Ordinationi congruam. Atque ita progrediendo ad* Joannem *(cujus nunc certius compertum initium, coegit hoc tempora aliter quam prius feceram ordinare) invenimus sublatam difficultatem, quæ alias nos debuisset valde torsisse.*

F *& mutatæ hoc loco sententiæ.*

LIV. S. HORMISDAS.

HORMISDAS, natione Campanus, ex patre Justo, de civitate Frusinone, fuit temporibus Theodorici Regis, Augustorumque Anastasii & Justini, a die XX. Julii, Dominica IX. post Pentecosten anni DXIV. usque ad IV. Augusti DXXIII., per annos IX. dies XVI; sepultus ad B. Petrum VII. Augusti: & cessavit Episcopatus ferme mensem I.

Ab an. 514. ad 523. an. 9. d. 14.

** Bar. d. 19.*

C*Atalogi nostri seu potius ecgraphi errorem, qui etiam libro Pontificali obrepsit, corrigendum esse juxta concordem Anastasianorum omnium exemplarium consensum cum Marcellino Comite, & scribendos annos*

A IX. *luculenter probat Auctor Ms. nostri, nescio qua felicitate accuratius exemplar nactus, ubi non minus quam in duobus sequentibus, Joanne & Felice, nominantur Consules ab Auctore coævo, hic tandem redeunte ad stylum primæ vetustissimæque partis Catalogi primi in* S. Urbano *desinentis non repetendo scilicet nomina Consulum, sub quibus desiit unus, alter cœpit; sed semel duntaxat singulos nominando. Sic autem scribit,* Sedit Hormisdas annis VIIII. dies XIX. [*pro quibus ex plurium consensu retinemus solum dies* XVI. *nobis commodiores.*] Fuit temporibus Theodorici Regis & Anastasii Augusti; a Consulatu Senatoris, *id est ab anno* DXIIII. ad Consulatum Symmachi & Boetii, *id est annum* DXXII. *post quem sequenti anno adhuc vixerit* Hormisdas. *siquidem idem Ms. nostrum initium successoris ponit a* Consulatu Maximi, *id est anno* DXXIII. usque ad Consulatum Olibrii, *anno* DXXVI. *& Felicis IV.* a Consulatu Mavortii *anno* DXXVII. usque ad Consulatum Lampadii & Orestis *anno* DXXX. *Qui Consulatus, a coævo Auctore sic scripti, certissimum Chronologiæ fundamentum substernere videntur. Licet autem Catalogus, post mortem* Hormisdæ *solum numeret* VI. dies *cessantis*

Anni notati per Consules.

B *Episcopatus, initium tamen sequentis Pontificis, certo satis agnitum ex certius noto die obitus, cogit integrum fere mensem huic interpontificio assignare; forte quia noluerit ordinari* Joannes, *nisi Rege consulto.*

2 *Quod ad* Hormisdæ *Epistolas attinet, hic notatum velim, eam quidem quæ* XLI. *in ordine est, ad Germanum & socios Constantinopolim legatos, jubens inter alia scribere,* ubi aut sub qua festivitate Resurrectionis Dominicæ egerint diem (*erat autem hæc* Eutharico V. CL. Cos. *id est anno* DXIX. *celebranda* XXXI. *Martii*) *non recte signatam scribi* VII. Kalendas Majas; *sed neque sequenti, qua miratur non venire responsum circa litteras a se directas Constantinopolim, quod crediderat se* posse suscipere ante diem Ascensionis Dominicæ, *occurrentis die* IX. *Maji, bene subnotatur dies* III. Kalendas Maji. *Prior enim ante Pascha data fuit, altera post Ascensionem, justumque intercedere debuit spatium, quo ire Constantinopolim litteræ & responsum ad eas venisse potuerit. Sub primo censeo legendum* VII. Kalendas Martias; *sub secundis vero,* III. Idus Maji.

Mendum in epistolis indicatum.

3 *Hincmarus in Vita S. Remigii, composita annis circiter* CCCLX. *post mortem* Hormisdæ, *ex libro Pontificali, eadem qua Anastasius Bibliothecarius credulitate, transcripsit, quod* eodem tempore (*Hormisda scilicet*) venit Regnum, *id est Tiara Pontificia, unius ætate illa coronamentis*, cum gemmis pretiosis, a Rege Francorum Clodovæo Christiano, donum B. Petro Apostolo; *& nihil dubitans idem Hincmarus de hujus textus sinceritate, eidem consequenter subnectit epistolam, veluti ab* Hormisda *Papa scriptam ad S. Remigium, Clodovei* (*quem Ludovicum vocat*) *baptizatorem, qua is Sedis Apostolicæ Vicarius constituitur per universum illius regnum. Verum obierat* Clodovæus *anno* DIX. *quinquennio antequam* Hormisdas *Pontifex crearetur: & veteris Catalogi Auctor solum* E *hæc verba habet:* Eodem tempore venit corona aurea, cum gemmis pretiosissimis, donum a Rege Francorum; *non addens quo. Regnum autem Francorum quadripartitum tunc erat in totidem* Clodovæi *filios,* Theodoricum, Chlodomerem, Childebertum *&* Clotharium; *qui cum omnes* Hormisdæ *supervixerint, non est facile istius doni auctorem nominare. Igitur* Clodovæi *nomen perperam intrusum est textui illi; & ipsa epistola, si non tota, catenus saltem suspecta manet, quatenus* Hormisdæ *attribuitur.*

Alia ad S. Remigium conficta.

LV. S. JOANNES.

Ab an. 523. ad 526. an. 2. men. 8. dies 16.

JOANNES, natione Tuscus, ex patre Constantio, S. R. E. Diaconus, fuit temporibus Theodorici Regis & Justini Augusti, a die III. Septembris eademque Dominica XIII. post Pentecosten, anni DXXIII. usque ad XVIII. Maji quo obiit, in carcere Regio Ravennæ, anno DXXVI. Sedit annos II. menses VIII. dies XVI. Rex autem Theodoricus, LXXXXVIII. diebus post obitum Joannis elapsis, divinitus percussus, feria IV. XXVI. Augusti; Dominica sequenti, die XXX. mensis, expiravit. Corpus Pontificis, primo sepultum Ravennæ extra portam, postea translatum est Romam, & collocatum ad S. Petrum XXVII. * Maji, F C quo colitur. Et cessavit post obitum Joannis Episcopatus mensem I. dies XXIII.

* Bar. computat obiisse,

Ex Anonymo Synchrono scitur obiisse Rex 30. Augusti

1 DE *modo, anno, ac die, quo obiit Rex, certissimum, licet Anonymum testem nobis dedit Henricus Valesius, post Ammiani Marcellini Chronicon; utpote qui tunc vixisse videatur, finiens cum morte Theoderici historiam, quam inceperat a Constantio patre Constantini Magni exorsus. Verba ejus hæc sunt.* Symmachus Scholasticus, jubente, non Rege, sed tyranno, dictavit præcepta die quartæ feriæ, septimo Kalend. Septembris Indictione IV. Olybrio Consule; ut, die Dominico adveniente, Ariani Basilicas Catholicas invaderent. Sed qui non patitur fideles cultores suos ab alienigenis opprimi, mox intulit in eum sententiam Arii, auctoris religionis ejus, Fluxum ventris incurrit: &, dum intra triduum evacuatus fuisset, eodem die quo se gaudebat Ecclesias invadere, simul regnum & animam amisit. *Omnia hæc annum* DXXVI. *notant; & quia is habuit litteram Dominicalem D. diem* XXX. *Augusti definiunt. Tam celer vitæ exitus, licet ad triduum protractus inter dolores, causam plerisque Scriptoribus dedit asserendi, quod* Rex subito interiit; *idque die* LXXXXVIII. (*quinquagenarius numerus perperam omittitur in ectypo Catalogi veteris*) die, *inquam,* LXXXXVIII. postquam defunctus est Joannes Episcopus in custodia. *Hic autem constanter dicitur obiisse* XV. Kal. Junii; *exceptis quibusdam paucis Anastasianis exemplaribus, quæ* XII. Kal. *notant. Sed in hoc minime recipi illa possunt: quia retrogradientes a* XXI. *Maji, per annos* II. *dies* XVI. (*potius quam* XV. *notatos in aliquibus Mss.*) *abducimur a Dominica, qua debuit ordinatus* Joannes *fuisse, & ad quam alias pervenietur. Prius autem hunc fuisse* S. R. E. Diaconum, *scimus ex libris Boetii, ipsi inscriptis cum tali Titulo.*

an. 526.

2 *Idem Anonymus, cum narrasset de* Joanne, *quod revertentem Constantinopoli a Justino Imperatore* Rex cum dolo suscepit, & in offensa sua eum esse jussit; *addit etiam, quod idem Papa,* post paucos dies, *a suo scilicet reditu,* defunctus est. *Nihil erat antea quod me prohiberet, bimestris aut trimestris carceris ærumnis confectum* Joannem, *opinari; exorsus autem numerare annos, menses, dies,* Symmachi *Pontificatui attributos, a die Ordinationis suæ, quantumvis litigiosæ (quos nunc video numerandos fuisse a die adjudicati ipsi Papatus) & ad* Hormisdam *consequenter procedens, per similiter assignatos ei annos & dies, atque per indicata a Catalogo Interpontificia; cum credidissem porro*

obeunt & Joannes 18. Maji, paucis diebus post suum reditum CP.

grati-

Tab. X

LV. S. IOANNES

LVI. S. FELIX IV

LVII. S. BONIFACIVS II

LVIII. S. IOANNES II

LIX. S. AGAPETVS

LX. S. SILVERIVS

A *ordinatum* Joannem die VII. Maji, Dominica III. post Pascha; *per attributos ei mensos* VIII. *vel etiam* VIIII. *& dies* XV. *aut* XXV. *non potui pertingere ultra* XXII. Januarii *aut* III. Febraarii: *proinde, quod ultra erat temporis, usque ad* XVIII. Maji, *censui* Joanni *traductum fuisse in carcere, post obrogatum ei a tyranno Pontificatum, vel eumdem per injustam coactionem depositum. Quin imo credidi, jussum ei adhuc viventi superordinari* Felicem: *quod* Clerus Senatusque *&* Populus *Romanus constanter recusaverit; licet mortuo* Joanne, *& (uti tunc opinabar) etiam* Theodorico, *in eumdem consenserit; factum gratanter accipiente Theodorici nepote ac successore Athalarico. Ita tunc ego: modo nihil istorum necessarium judico, postquam oporuit se ratio supplendi biotus, alioqui in Chronologia futuri.*

Caronii calculus. 3 *Quod ad diem sepulturæ in Vaticano attinet, is quin esset* XXVII. Maji *nemo præter Baronium dubitavit: qui a hic, solitus diem cultus pro die mortis accipere, pro nihilo habuit, quod istum legeris* XV. *vel* XII. Kalendas Junii *fuisse, & jussit legi* Julii: *mortem quoque Regis distulit usque ad* II. Septembris: *quam ego, ea*
B *aliter scripto dierum numero, nihilo melius adscripseram diei* V. Julii. *Nunc ea omnia deleri ac mutari jubeo, & liquidam Chronologiam habere tandem me opinor.*

DISSERTATIO XVIII. al. XII.

De quibusdam huic Joanni Papæ minus verosimiliter affictis.

Titulus in Vaticano cujus Joannis sit non constat; PAulus de Angelis, *in Annotatis ad veterem descriptionem Basilicæ Vaticanæ, propter ea quæ de donariis hujus* S. Joannis *scribuntur in ejus elogio, ipsi quoque adscribit titulum, ibidem repertum: quem & Boreminus in Addendis retulit, & Oldoinus in supplemento Ciacconii, his versibus conceptum;*

Martyribus Christi Domini, pia vota JOANNES
  Reddidit Antistes, sanctificante Deo.
Ac sacri fontis simili fulgente metallo,
  Providus Antistes nunc copulavit opus;
Quo quisquis gradiens & Christum pronus adorans,
  Effusasque preces mittat ad astra suas.

neque quod hic fuerit natus Senis *Verum fateor non videre me, quo argumento*, Primi *potius, quam* Secundi, *vel alterius posterioris* Joannis *Titulus iste munificentiam commendet. Æque incertum esse puto quod* Jagatta Tomasius lib. I. Hist. Senensis, Maccabranus de Laudibus Hetruriæ, Petrus Castruccius Florentinus in Hebdomade historica, aliique *ab*
C *Auctoribus Fastorum Senensium allegati*, Joannem *hunc Papam* faciant Senensem, ejusque natales in vico Fontis-blaudi statuunt. *Viderint ipsi quomodo suam istam seu traditionem seniorum, seu juniorum inventionem verosimilem reddant.*

Decretalis ipsi afficta, 2 *Idem porro qui pluribus aliis Romanis Pontificibus antiquis temere consarcinatas Decretales supposuit Isidorus Mercator sive Peccator, etiam huic Sancto ausus est affingere unam, cum omni temporum ratione, & certiorum Auctorum relationibus pugnantem. Etenim datam finxit* III. Idus Junii, Maximo & Olybrio *Consulibus: cum seorsim singuli* Consules *fuerint*. Maximus *anno* DXXIII. *quando* III. *Idus Junii adhuc vivebat* Hormisdas *Papa*; Olybrius *anno* DXXVI. *quando* Joannes XVIII. *Maji obiit, adeoque ad* III. *Idus Junii vivendo non pervenit. Sed leve est istud; posset enim interpolatori alicui imperito adscribi tam male notatus Consulatus & dies: substantiam ipsam videamus. Fingitur ergo, ut alia prætereasm, Episcopos adhortari* Joannes, *ut armentur* gladio Spiritus sancti contra Arianam perfidiam: *& Ecclesias, inquit* Arianorum *dicit eum Constantinopoli ecclesias Arianorum consecrasse Catholicas,* ubicumque inveneritis, Catholicas eas divinis precibus & operibus absque ulla mora consecrata. Quia &

nos, quando fuimus Constantinopoli, tam pro religione Catholica, quam & pro Regis Theodorici causa negotii, suadente atque hortante, Arianosque exstirpante, piissimo atque Christianissimo Justino orthodoxo Imperatore, quascumque illis in partibus eorum ecclesias reperire potuimus, Catholicas eas, Domino opem ferente, consecravimus. D

3 Et quamquam prædictus Theodericus Rex, eorum peste tactus intrinsecus, & obvolutus extrinsecus, nos & omnem regionem nostram perdere, & gladio & igne consumere minetur, nolite tamen propterea deficere, sed viriliter in agro Dominico elaborare studete. *Hæc ibi. At in Catalogo dicitur* Justinus Augustus *Ioanni* omnem concessisse petitionem, & propter sanguinem Romanorum reddidisse hæreticis ecclesias, secundum voluntatem Theodorici Regis hæretici, ne Christiani, maxime Sacerdotes, ad gladium mitterentur. *Quæ paucis apud Anastasium & in antiquis Breviariis ita leguntur*: Joannes Papa & Senatores omnia meruerunt, & liberata est Italia a Theodorico Rege hæretico. *Theophanes*, ne Ariani ab hæresi sua per vim abducerentur. *Paulus Diaconus lib.* *cum potius fecerit ut illis redderentur.*
E 15. *Historiæ Miscellæ videtur hanc rem cum ista moderatione exponere*. Postulant, *inquit*, ut Augustus suæ legationis seriem, quamvis esset injusta, libenter exciperet. Italiæque petitaræ consuleret. Quorum fletibus Justinus permotus, eis quod petebant concessit, Arianosque sui juris reliquit. Joannes vero Pontifex revertens a Constantinopoli, cum quibus erat profectus, cum ad Theodoricum Ravennam venisset, Theodoricus malitia commotus, quod eum Justinus Catholicæ pietatis defensor honorifice suscepisset, eum simul cum sociis carceris afflictione peremit. *Plura certiora, & magis distincta circa causas & effectus Legationis Constantinopolitanæ, ex prælaudata Anonymo aliisque dabo ad* XXVII. *Maji; ista autem non omnibus obvia hic colligere malui, ad faciliorem persuasionem, adversus tam insulsum, & ab omni veri specie alienum figmentum.*


Gregorii Turon. de eodem relatio, 4 *Aliquod tamen isto fabulorum Mercatori fundamentum præbuisse videtur Gregorius Turonensis; eodem seculo sexto, quo fuerat S. Joannes, eximius, librum de Miraculis & gloria Martyrum scribens; dum cap. 40. de Ioanne Episcopo sic loquitur*: Multi quidem sunt Martyres apud urbem Romam, quorum historiæ passionis nobis integræ non sunt delatæ. De Joanne tamen Episcopo, quoniam agon ejus ad nos usque non accessit scriptus, quæ a fidelibus comperi, tacere nequivi. Hic cum ad Episcopatum venisset, summo F studio hæreticos execrans, Ecclesias eorum in Catholicas dedicavit. Quod eum Theodoricus Rex comperisset, furore succensus, quia esset sectæ Arianæ deditus, jussit gladiatores per Italiam dirigi, qui universum quotquot invenisse at Catholicum populum, jugularent. *Ita Gregorius, sed cum fateatur, solo relatu ita se audivisse, apparet eum accepisse* Justini Imperatoris *factum, perperam confusum cum plane contrario facto* Ioannis. *Hinc, nulla etiam facta Constantinopolitanæ legationis mentione, narrationem suam sic prosequitur:*

minus decenter. 5 Hæc audiens B. Joannes, ad Regem ne hæc fierent, deprecaturus accessit. A quo eum dolo susceptum alligavit eum, & posuit in carcerem, dicens; Ego te faciam ne audeas contra sectam nostram amplius mussitare. Positus vero sanctus Dei in carcere, tantis attritus est injuriis, ut non post multum tempus spiritum exhalaret, obiitque in carcere cum gloria apud urbem Ravennam. Domini autem misericordia statim ultionem super Regem improbum irrogavit; nam subito a Deo percussus, plagis magnis exinanitus interiit, suscepitque protinus perpetuum gehennæ flammantis incendium. *Sed etiam ultimum hoc, de*

Signa plumbea Primo adscripta,

A *Theodorici damnatione, planius accuratiusque refertur a S. Gregorio; cujus verba dabimus ad praenotatum* XXVII. *Maii*.

6 Signa duo plumbea figurae rotundae, quae addit ad Ciacconium Victorellus, existimans Primi Joannis *esse, numquam mihi verosimilem facient, jam tum soluisse Romanos Pontifices nomina sua plumbo inscribere, aut datas a se litteras plumbo signare. Mabilio in opere de re diplomatica non audet asserere id ante* Joannem IV *obtinuisse, qui fuit plus quam integro seculo posterior.* D *priora. Si autem litterarum formam intuearis, forma perfecte Romanam, solumque in prima vocali A barbarici quidpiam ostentantem & conferas cum Bullis indubitatis* Hadriani, Paschali, Nicolai. *Primorum, merito suspicaberis, eas quae* Joannis I. *dicuntur, ejusdem esse aetatis, adeoque seculo* IX. & Joanni VIII. *potius adscribendas. Igitur Victorelli duo signacula vide, eademque compara cum sigillis seculi* IX.



LVI. S. FELIX IV.

Ab an. 526. ad 530. an. 4. m. 2. d. 14.

FELIX, natione Samnita, ex patre Castorio, fuit tempore Athalarici Regis, a die XII. Julii Dominica v. post Pentecosten anni DXXVI. usque ad XXV. Septembris anni DXXX; per annos IV. menses II. dies XIV. sepultus XII. Octobris, verosimiliter ad S. Petrum: & cessavit Episcopatus dies III.

Sero. d. 3

Erratum a transcribente Catalogum,

IN *hoc Pontifice finit secundus ille Catalogus, quem ante tomum I. Aprilis Henschenius edidit, & quantum tunc potuit cum priore antiquiorique illustravit, numeros in originalibus per litteras Romanas scriptos ad longum exprimens: quod nobis hic non putavimus faciendum, ut citius appareret, quid & quam facile in iis alterari potuerit vitio transcribentium, videlicet* V. *pro* II. & *contra. Et sane librariorum socordia magna* C *factum oportet agnoscere, ut in hoc ultimo Pontifice, in quo accuratio summa videbatur promitti, notatis non solum nominibus Consulum, sed etiam primo ultimoque die, plus turbatum fuerit in transcribendo.* *omissione mensium 2.* *Nam primo solum scribuntur* anni IV. dies XIV. *ubi interponendos* menses II. *clamat consensus Anastasianorum omnium exemplarium, Anastasium autem aeque ac Auctorem Ms. nostri multum hoc Catalogo usum scimus. Eosdem* menses II. *etiam habet Catalogus* III. *jam etiam post alios vetustiores duos ad Apparatum translatus, sed in priori editione immediate exhibitus post hunc Pontificatum. Eosdem denique requirunt termini utrimque notari* a die IV. Iduum Julii, usque ad IV. Iduum Octobris.

designando die mortis, 2 *Sed & hic novus se detegit transcribentium lapsus, cum constet a* XII *Julii ad* XII. *Octobris non perveniri per* menses II. dies XIV. *Ergo pro* IV. Iduum Octobris, *legendum suggero* VII. Kalendas Octobris: & *sic interjecto triduo vacantis Episcopatus, quod idem Catalogus assignat, venietur ad diem* XXIX *Septembris, quae anno* DXXX. *Dominica fuit. Verum dum attentius considero singula, existimo ultimorum trium elogiorum scriptori id omnino accidisse in* Felice, *quod auctori primi Catalogi accidit in* Liberio, *ut solum scripserit:* Felix natione Samnita, ex patre Castorio, sedit annos .... a Consulatu Mavortii usque ad .... a die IV. Iduum Julii usque in ...... Hic fecit Basilicam SS. Cosmae & Damiani in urbe Roma juxta templum urbis Romae. *Suppleturus cetera Auctor erat quando Pontifex obiisset. Nominatur vero* Mavortius *Consul anni* DXXVII. *tanquam primus in Pontificatu* Joannis, *quia (uti apparet) auctori hujus ultimae partis consilium fuit, juxta stylum primi catalogi, eosdem Consules non iterare: qui ergo Pontificatum* Joannis *finiverat cum Consule anni* DXXVI. Olybrio, *necesse habuit primum sub ejus successore Consulem nominare anni* DXXVII. Mavortium.

& supplendo quae auctor vacua dimiserat spatia, F

3 *Designatum ab Auctore praelaudati Catalogi supplementum addere voluerit is, qui eidem adscripsit Pontificum duodecim sequentium nomina, numerumque annorum, mensium, ac dierum quibus unusquisque sedit, usque ad* S. Gregorii *Decessorem* Pelagium, *id est usque ad extremos annos seculi* VI. *sed fecerit perquam infeliciter, scribendo usque in diem* IV. Idus Octobris, *quia hunc reperiebat Depositioni assignatum, & pro sepultura notando* III. Idus. *Id vero non attendentes Anastasius aliique, utrobique scripserunt* IV. Idus Octobris. *Interim notaverit ille annos* IV *menses* II. dies XIV. *sicuti antiquitus notatos reperit, nec attenderit, quam id parum esset ad terminum ex die Sepulturae acceptum.*

conjectura facta ex die sepulturae.

4 *In tertio superius memorato Catalogo de hoc* Felice *dicitur, quod* ipse ordinatus est in quietem, *id est ad quietem cum Rege barbaro habendam; utique* Theodorico, *tum adhuc vivente, cum is ordinaretur (uti jam dixi, priori opinione correcta) ita tamen ut prius integro mense frustra fuerit laboratum a Romanis pro libertate Electionis servanda. Utrum autem revera fuerit electus alius, cujus nomen non proditur; vel omnino nul-*

Tum a Clero ordinatus pacis causa,

A *nullus, interponente se Rege, neque permittente ut Canonice secundum morem procederetur, non nisi per incertissimam divinationem dici potest. Nihilominus* Felicis *Ordinatio videtur facta fuisse a solo Clero, vel parte ejus majore ideoque potiore, reclamante Senatu & aliis forte pauculis: quod etiam hi efferunt, Electioneque, non vero & Ordinatione iterata, receptus est ab omnibus* Felix: *idque paulo vel ante vel post mortem Theodorici: unde factum, ut hujus successor rescripserit Senatui, ea de re nuntianti, hoc tenore:* Gratissimo nostro profitemur (accepisse) animo, quod gloriosissimi Domini avi nostri respondistis in Episcopatus electione judicio. Oportebat enim arbitrio boni Principis obediri, qui sapienti deliberatione pertractans, quamvis in aliena religione, talem visus est Pontificem delegisse, ut nulli merito debeat displicere: ut agnoscatis illum hoc optasse præcipue, quatenus bonis Sacerdotibus Ecclesiarum omnium religio pullularet. Recepistis igitur virum, & divina gratia probabiliter institutum, & Regali examinatione laudatum. Nullus adhuc pristina contentione teneatur: pudorem non habet *victi*, cujus votum contigit a Principe superari: ille quinimo suum efficit, qui eum sub puritate dile-B xerit: nam quæ sit causa doloris, quando hoc & in isto reperit, quod alteri in partem ductus optaverit? Civica sunt ista certamina, pugna sine ferro, rixa sine odio: clamoribus non doloribus res ista peragitur: nam etsi persona submota sit, nihil tamen a fidelibus amittitur, cum optatum Sacerdotium possidetur.

deinde etiā a Senatu receptum,

gratanter id accipiente ejus nepote Athalarico.

5 *Fueritne hic* Quartus Felix *ullis Sanctorum Fastis unquam adscriptus, aliter quam sub errore Joannis Diaconi, quo credidit* S. Gregorii *atavum ipsum fuisse, vehementer dubito; jam enim vidimus quam merito in Romanis Martyrologiis, post annum* MDCXI. *excusis, ad* XXV. *Februarii mutatum id sit, substituto numero* III. *Quod autem non in solo numero, sed in ipsa persona quoque erraverit Joannes, monstrat ipse dum addit, eumdem esse, qui* Basilicam SS Cosmæ & Damiani Martyrum via sacra juxta templum Romuli venustissime fabricavit. *Ad diem autem* XXX. *Januarii, quo de* Quarto *agere elegit Bollandus, in antiquioribus quidem usque ad editionem Gregorianam anni* MDLXXXXVI. *inclusive nullus nominabatur* Felix: *postea Baronius simpliciter addidit (non indicato fonte ubi id hausit) quod usque hodie legitur,* Romæ S. Felicis Papæ, qui pro fide Catholica plurimum laboravit: *in Notis autem propendet illo, ut elogium istud* Tertii Felicis *(licet iterum in Februario recurrentis) potius esse credat quam* Quarti: *jam autem vidimus hunc esse diem quo obiit* Tertius. *Quod vero Pancirolius, in Thesauris absconditis urbis Romæ, opinetur hujus esse Reliquias in ecclesiis S. Thomæ & S. Sixti, mera est conjectura, adeoque ad cultum ejus probandum non sufficit; ut is in Januarii nostri recognitione fortassis sit ad Prætermissos amandandus, nisi interim certius aliquid Roma adferatur. Monet tamen illius virtuti hoc adscriptum Epitaphium, a Bollando relatum ex Appendice antiquarum inscriptionum du Chesne; nec non a Baronio post tom.* XI. *appositum addendis anno* 530.

D *S. FELIX. An hic Pontifex Sanctis adscriptus aliter quam ex errore?*

Certa fides justis cœlestia regna patere,
Antistes Felix quæ modo lætus habet.
Prælatus multis, humili pietate, superbis,
Promeruit celsum simplicitate locum.
Pauperibus largus, miseris solatia præstans,
Sedis Apostolicæ crescere fecit opes.

E

6 *Quæ sub nomine hujus Pontificis circumferuntur epistolæ, earum primam & secundam nothiæ* vitio laborare *merito censuit Labbeus noster: data enim utraque fingitur* Lampadio & Oreste Coss. *prima* Kal. Martii, *quando in vivis adhuc* Felix *fuit, secunda vero,* XII Kal. Novembris, *quando jam sedebat* Bonifacius, & *quidem mortuo Dioscoro certus Pontifex, ut constat ex Anastasio. Tertiam epistolam, quæ vulgo notabatur* P.C.M. seu Boetii V.C. *vindicari a nota falsitatis putavit Sirmundus, ex suo Arelatensi Codice solum legi jubens,* Post Consulatum Mavortii: *quo facto notaretur annus* DXXVIII. *qui* III. *Nonas Februarias* Felicis *adhuc secundus erat.*

Decretales confictæ.

LVII. S. BONIFACIUS II.

BONIFACIUS, natione Romanus, ex patre Sigilbaldo, fuit temporibus Athalarici Regis & Justiniani Augusti, anno DXXX. XXIX. Septembris, in Dominica sub contentione C ordinatus cum Dioscoro, & hoc XIV. Octobris defuncto, communiter receptus XXVII. Octobris in Dominica, confirmatus a Rege die X. Novembris in Dominica. Sedit a die Ordinationis suæ annos II. * dies XXVI. usque ad XXIV. Octobris, anni DXXXII. sepultus anno aliquo sequenti in Basilica S. Petri XVII. Octobris: & cessavit Episcopatus mensem I. dies XXIIII.

Ab an. 530. ad 532. an. 2. d. 26.

F ** Bar. d. 14.*

Ecclesiæ libertas circa Pontificis assumptionem,

BAronius *ad annum 526 num. 74. prudenter notat, quod sub Theoderico Rege primum coactus fuerit Romanus Clerus, designatum ab illo Felicem suscipiendo, subire duram conditionem non habendi Pontificem, nisi quem Reges, iique Arriani, probassent.* Accepisse tamen, *inquit*, tanta præsumptio noscitur moderationem illam, ut ex pristino usu Clerus eligeret Romanum Pontificem, quem tamen Rex suo assensu confirmaret: quam quidem ab Arianis Italiæ Regibus vendicatam sibi tyrannice auctoritatem, iis de medio sublatis, Orientalis orbis Imperatores sibi pariter arrogarunt: quod S. Gregorius valde ingemiscit. *Addo ego occasione hujus schismatis aggravatam fuisse Ecclesiæ servitutem: initio enim liberum fuit Clero, electum a se Episcopum statim curare ordinandum, saltem ut Episcopum Vicarium, donec advenisset confirmatio; ut vel ex hac ipsa duplici Ordinatione* Bonifacii *apparet, facta haud dubie ante allatum aut etiam requisitum pro alterutra parte consensum: quandoquidem* Dioscorus, *jam aliquamdiu ordinatus, obierit* XIV. *Octobris, & etiam post mortem ejus schisma duraverit, ut qui ipsum ordinaverant adhuc decem dies suspendentibus consensum in jam factam alterius Ordinationem.*

magis coarctata propter hoc schisma.

2 *Non est autem mihi dubium, quin uterque ordinatus mox ad Regem miserit pro confirmatione impetranda: suspensumque diu mansisset negotium, si fuisset de jure potiori disceptandum in Synodo, sicut factum* Symmacho & Laurentio *contendentibus; sed nuntiata citius* Dioscori *morte, nihil mora diversum fuisse in Rege, Ecclesiæ pacem unice curante, quin confirmaret alterum, idque etiam prius quam in eum consensisse, partem adversariam cognovisset; quod id expedientissimum esset ad terminandum schisma, si illud Romani vellent in longum protrahere, quodque a Gothis genus duxisse* Bonifacium *verosimile faciat Gothicum patris nomen. Dies igitur* III. *vacantis Episcopatus ante prædictam Ordinationem, ex veteri Catalogo adhuc sumo: quos etiam habent Anastasiani codices quatuor, sicut*

in quo Electi ordinatio ante consensum a Rege datum.

A & Mss. nostrum. Alii autem Anastasiani Codices vacationem ponunt mensis I. dierum XV. quos putamus inter Felicis mortem & Bonifacii confirmationem fluxisse. Atque hac ratione fortassis possent vacatio Episcopatus & vacatio Pontificatus distingui, si ea res consequentiam habuisset. Non habuisse autem, cogor credere ex Pontificatu Agapeti, qui recte ordinari nequit, nisi Decessorem ejus eumdemque Successorem Bonifacii, fereint consecratum statuamus quam post dies VI. quos habent Codices aliqui. In Mss. Cassinensi, Thuano, duplici Freheriano ac nostro, invenimus expressi, menses II. dies XV. sed nimium id est, & sufficiunt mensis I. dies XXIV. quæ non admodum magna mutatio est, nosque ad exitum desideratum cum Agapeto perducet.

3 Quæ contra initium hujus Pontificatus, a nobis constitutum, objici posset Epistola ad Cæsarium Arelatensem, vitiatam judicavit Labbeus, adjecto perperam die VII. Kalendas Februarias, Lampadio & Oreste Coss. quando usque ad Septembrem adhuc vivebat Felix, jubetque legi Post Consulatum Lampadii & Orestis. Sed si Epistolam ipsam admittimus, prout admittendam suadet Cyprianus in Vita S. Cæsaris lib. I. sub finem; præstabit credere, eam repertam absque die & Consule; nec enim verosimile est, quod ad Epistolam Decessori suo missam distulerit respondere Bonifacius totis tribus mensibus. Idem ergo & diem & Consulatum temere adjecerit, qui sub Bonifacii nomine etiam confinxit Preces ejus & Justiniani Principis, signans eas VIII. Kalendas Octobris, Justiniano III. & Oreste Coss. Nec enim cum Oreste, sed solus Consulatum III. Justinianus gessit, idque anno DXXXIII. mortuo jam Bonifacio: cujus & alia Epistola, quasi ad Eulalium Alexandrinum scripta, sine mense ac Consule, etsi ex chronologia falsi convinci nequeat; convincitur tamen impostura, collata cum vera Hormisdæ Epistola LXIV. ad Joannem Miletanum de simili argumento quam ita transcribit, ut sola commutet nomina, quo deridendum se præbet Auctor; execrabilem vero, cum sanctissimo viro Aurelio Carthaginensi Episcopo, ea impingit, quæ sunt falsissima.

Epistola Bonifacii interpolata B

aut ficta.

4 Idem Pontifex anno DXXXI. post Consulatum Lampadii & Orestis VV. CC. sub die VII. Iduum Decembrium, in consistorio B. Andreæ Apostoli, præsedit Synodo ei, cujus Acta a præcitatis verbis exordientia Lucas Holstenius primus eruit; eorumque veritatem, chronologica deductione præcedentium aliquot subsequentiumque Pontificum, confirmavit: non eamdem plane viam insistens nobiscum, eodem tamen tendens ac pertingens: quem sequeremur, nisi retinendos esse antiquorum Catalogorum numeros crederemus, qua licet; & in ordiendis Episcopatibus, quantum per eosdem numeros licet, habendam rationem diei Dominicæ, ad quorum neutrum ille advertit.

Synodus Romana sub eo habita. C

5 Porro tam similis Primi ac Secundi Bonifacii fortuna, in eo quod uterque sub contentione una die cum alio ordinatus sit, dubium mihi fecerat utrius credi deberet hoc Epitaphium.

Epitaphii,

Sedis Apostolicæ primævis miles ab annis,
Post etiam toto Præsul in orbe sacer;
Membra beata senex Bonifacius hic sua clausit,
Certus in adventu glorificanda Dei.
Mitis aduna vit divisum Pastor ovila,
Vexatos refovens hoste cadente greges,
Iram supplicibus mitis de corde remisit,
Debellans cunctos simplicitate dolos.
Egit ne sterilis Romam consumeret annus,
Nunc orando fugans, nunc miserando famem.
Qui te, sancte Pater, cum Christo nesciat esse,
Splendida quem rectum vita fuisse probat?

6 Ist… mapjum Epitaphium hoc sub tali dubio jam asseruis…m Primo, sed intelligens ex tomo 3. Analectorum Mabilionii pag. 435. quoddam Secundi Epitaphium in Ms. Codice Vitoniano reperiri difficulter legibile, vel ipsa verborum fragmina mihi mitti petii, atque obtinui magis integrum Epitaphium quam sperabam, nec puncto diversum a præmisso, sed auctum clausula Chronographica, omnem dubitationem arcentе, quæ sola a Mabilione, nec satis perfecta erat edita, & nobis litteratim ex originali sic transcripta fuit. D

Sedit annos, III. MES XXVI,
Depositus in CF XVI. Kl NOV.
INTER pcons II, padio
& ORESTE VIR S CLARISSIMIS

ubi cum τὸ INTER nullum sanum sensum faciat, puto librariorum aliquem ita extendendum credidisse, quod sculptum erat ITER, & quod recte extensum fieri debuisset ITERUM; totum autem Chronicon sic legendum. E
Sedit annos tres, menses viginti sex, depositus in Confessione decimo sexto Kalendas Novembris, iterum post Consulibus Lampadio & Oreste viris clarissimis: quamvis usitatiori phrasi dici potuisse, iterum post Consulatum Lampadii & Orestis Virorum clarissimorum, uti fit in sequenti Joannis II. monumento. Interim apparet corrigendum Anastasium, ubi scribit, quod sepultus est Bonifacius sub die XVI. Kalend. Novembris, Consulatu Lampadii, sic enim notaretur annus Christi DXXXI. cum notari debeat DXXXIII.

7 In biennio Pontificatus ita consentiunt omnes Codices, ut nihil dubitem triennium Codicis Vitoniani adscribere ceteris librarii oscitantis erratis. Baronius unum annum dumtaxat & dies II. huic Bonifacio relinquit, a XVI. unius Octobris ad XVII. alterius Octobris numerandos, ut mori eum faciat anno DXXXI. huc enim se cogi credidit quia in titulo Eudoxiæ invenitur inscriptio, qua constare putat, eum hoc anno, videlicet post Consulatum Palladii & Orestis, successorem habuisse Joannem. Ergo solum tenet sub finem anni ordinatum Joannem, & positam inscriptionem: de die autem Ordinationis negat aliquid certi definiri posse. In has angustias eum cogunt non animadversa littera F IT. quæ præposita litteris P. C. faciunt, ut IT. P. C. LAMPADII ET ORESTIS VV. CC. quomodo ipsemet scribit Baronius, legi debeant; Iterum post Consulatum &c. alias invenisset notari sibi annum DXXXII. qui ei angustias omnes laxasset, ad integrum biennium Bonifacio relinquendum.

8 Ad Dioscorum quod attinet, videtur is Baronio idem esse, quem anno DIX. Hormisdas Papa adjunxit Legatis a se Constantinopolim pro Ecclesiastica unione missis, tunc solum Diaconum; quod facilius crediderim, quam simoniæ crimine juste fuisse infamatum; licet eo nomine eum post mortem damnaverit Bonifacius. Anastasius certe Bibliothecarius rem narrans, haud obscure Bonifacium ipsum sugillat, cum ait, quod ipsis diebus, quibus obiit Dioscorus, Bonifacius zelo & dolo ductus, cum grandi amaritudine sub vinculo anathematis chirographi reconciliavit Clerum, quem chirographum archivo Ecclesiæ reclusit, quasi damnans Dioscorum... cui tamen (chirographo) in Episcopatu nullus subscripsit, dum plurima multitudo fuisset cum Dioscoro. Pontificem autem Agapetum eo titulo laudat idem Bibliothecarius, quod ipse ortu Episcopatus sui libellos anathematis, quos invidiæ dolo extorserat Bonifacius Presbyteris & Episcopis, contra Canones & contra Dioscorum, in medio ecclesiæ congregatis omnibus, incendio consumpsit, & absolvit totam Ecclesiam de invidia perfidorum. His videtur indicari, quod causa prætensæ Simoniæ recognita a Judice indifferenti, manifesto apparuerit calumniam passus Dioscorus cum Clero, ac pejerasse convicti sint, qui Bonifacii captantes gratiam, vitiosam Dioscori electionem

Dioscorus de simonia falso accusatus videtur.

A interfuisse, *Episcopis Presbyterisque a Bonifacio convocatis persuaserant.*

Dionysius Exiguus Canonem Paschalem Romæ condit,

9 *Sub hoc Pontificatu contigit ut Dionysius Exiguus, Abbas Romanus, Canonem suum Paschalem conderet, a Victorii Aquitani Canone diversum, & anno* DXXXIII. *quem Bonifacius vivendo non attigit, inchoandum; in quo etiam instituit calculum annorum ab Incarnatione Christi.* Hic calculus, *inquit Mabilio, lib.* 2. *cap.* 23. licet ab anno jam dicto compositus, non tamen statim, sed longo post tempore, admissus est. Ex Historicis primus Venerabilis Beda hanc Epocham observasse videtur. Eamdem ex Anglia in Galliam induxit S. Bonifacius Episcopus, cujus opera Suessionense ac Leptinense Concilia coacta sunt; eisque anni Incarnationis ab ipso præfixi; Leptinensi: annus DCCXXXIII. Suessionensi, annus DCCXXXIV. *A Gallis ad proximos Longobardos dicendus erit usus idem transiisse sub finem seculi ipsius* VIII. *si sincera sunt quædam Aistulfo atq; Rachisio Regibus signata diplomata apud Ughellum tom.* 2. *Ea interim, quamdiu alio nullo ex capite merentur suspecta haberi, nolui ideo accusare falsi, quia annos ab Incarnatione subscriptos offerunt: fatetur tamen se dubitare Mabilio, idque jure merito, cum*

qui ab Anglis ad Gallos & forte ab his ad Lombardos transiit,

B *eorumdem Regum alia plura extent absque tali nota.*

sed hoc pro an. 743. credere nulla ratio suadet

10 *Cur igitur, inquies mihi, recepisti etiam annos eosdem in Attestatione Florentina, tam operose refutata Parte* 2. *Propylæi antiquarii ante Tom.* 2. *Aprilis? Quia scilicet Instrumentum illud ex aliis multis capitibus supposititium demonstratur, quorum fere nullum hactenus ab ejus defensoribus est idonea responsione dilutum: ineptum proinde est ut ex eo probetur, pro anno* DCCXLIII. *Epocha Christianæ usus fuisse inter Florentinos, quamvis subditos Longobardis, sive Longobardos eodem fere tempore illam usurpare cœpisse, quo cœperant Galli Germanique. Idem quidem S. Bonifacius qui istos illam docuit, Romam venerat mense Decembri anni* DCCXXIII. *ibique die* XXX. *ejusdem ordinatus Episcopus, sequenti mox die accepit signatas instructiones ac litteras suas, cum quibus sine mora reverteretur ad Turingos, fide Christiana per eum instructos, Sedem apud ipsos fixurus Episcopalem. Sed tanta festinatio, qualem indicat tam cita expeditio litterarum prædictarum, & quam revera exigebat gregis novelli necessitas, non permittit ut idem Bonifacius credatur, paucis quibus substitit Romæ diebus, persuasisse Romanæ Curiæ, non solitæ accipere ab exteris leges & mores, sed dare, usum annorum Christi; unde nec ante seculum* X. *inveniuntur Pontifices in subscribendis Bullis usi Epocha prælaudata. Multo etiam minus credibile est, quod ipse Bonifacius, fortassis per Florentinæ Urbis, non tunc manens, sed rudera transiens, tale quid persuaserit Regis, si qui tunc ibi erant Notariis (pro quibus perquam*

licet an. 753 illuc transierit ejus usus in Gallia promotor S. Bonifacius.

C

D *ridiculæ istæ flatuitur, qui talia esset, non Regia, sed Apostolica & Imperiali auctoritate) neposo atentious stylo Longobardicæ Curiæ, qui necdum tenuerant annos Christi, quantum quidem ex paulo post illum annum signatis Florentinorum instrumentis novimus.*

Mabilio putat sculo. non ante sec. IX. usi Epocha vulgari,

11 *Atque hæc dicta sint, qui Mabilionum, a suis figmentis approbandis longe alienissimum (ut mihi per litteras sæpe testatus est, & forsan etiam ipsi) adeo fidenter contra me testem citant. Ejus si starent illi vellent judicio, opus esset ipsos fateri, quod Italici Episcopi non cœperint notare Incarnationis annos ante seculum* IX. *Ad hoc enim probandum utitur Mabilio exemplo Joannis Ravennatis, privilegium quoddam signantis,* imperantibus Leone & Constantino Imperatoribus .... IV. kalendas Februarii, Indictione XIV. *qui nobis esset annus* DCCLXXVI. *Verum ego libenter confessero, exemplum istud magis valere pro Episcopis, qui Exarchatui Græco, usque ad annum* DCCL. *subjecti, eo extincto nihilominus pergebant cum Ravennatibus veteri stylo uti, & Græcos Imperatores utcumque agnoscere, ut eos agnoscebant etiam Romani, quamdiu Longobardorum ipsis exosorum regnum in Italia stetit. Ast qui iisdem Longobardis plane suberant, ut pridem* E *suberant Florentini, totaque Hetruria, potuerant ejusmodi usum aliquanto citius recepisse, si vere eum isti aliquando receperunt, quod dubium valde est, ipsique nominatim Mabilioni.*

qua sec. VI. putabatur a veritate annis VI. discrepare.

12 *Neque refert quod Dionysius fuerit Abbas Romanus, ut credatur Romanos eorumque vicinos Hetruscos habuisse mox sui calculi imitatores. Tantum enim abest quod hunc illi probaverint, ut Bedam videamus asserere, quod Romani suo tempore notabant annos Christi ab ejus Passione, non autem ab Incarnatione. Postquam vero cœperunt aliqui in Gallia & Germania ad Bedæ calculum, quem vulgo sequimur, etiam Dionysianum adjungere; creditus hic fuit satis* XXI *ia. annis deficere, sicut Marianus Scotus & Sigebertus eum observant. Unde in rescripto* Urbani II. *Pontificis Galli, pro cœnobio S. Michaelis ad Mosam, hæc notatur Clausula (si tamen tota ipsius est: nec enim alius Pontifex ullus similiter invenitur usus)* Data Laterani VII. kalendas Aprilis anno ab Incarnatione Domini secundum Dionysium millesimo nonagesimo octavo, secundum vero certiorem Evangelii probationem millesimo centesimo XXI, Indictione VI. Epacta XV. Concurrente IIII. *Indictio* VI. *aliique characteres, cum anno vulgaris Æræ* MXCVIII. *perfecte conveniunt: quis autem sit locus* Evangelii, *in quo tum credebatur fundari* certior probatio, *pro calculo tam enormiter exerrante, ut Christus totis* XXIII. *annis prius natus fuerit quam vulgo putetur, hactenus reperire non potui.*

F

LVIII. S. JOANNES II.

IOANNES, qui & MERCURIUS, natione Romanus, de Cælio monte, ex patre Projecto, Presbyter tit. S. Clementis, fuit temporibus Athalarici ac Theodati Regum & Justiniani Augusti, ordinatus anno DXXXII. XIX. Decembris in Dominica, sedit annos II. menses IV. dies III. usque ad annum DXXXV. *, XXI. Aprilis: & cessavit Episcopatus dies VII. ipse autem sepultus est in Basilica S. Petri XXVII. Maji.

Al. an. 532 ad 535. an. 2. m. 4. d. 5.

** Bar. a 532. ad 535. an. 2. m. 6. d.*

Asserta ab eo fides.

1 DEfuncto Bonifacio, *inquit Liberatus Diaconus cap.* 2. *Brev.* Joannes cognomento Mercurius Sedis Apostolicæ suscepit Præsulatum: ad quem missi sunt ab Imperatore Justiniano, Hypatius Ephesiorum Episcopus, & Demetrius a Philippis contra Legatos Acœmetarum Cyrum & Eulogium, negantes esse confitendum B. Mariam vere & proprie Dei genitricem, & unum de Trinitate incarnatum & carne passum. Sed Papa Joannes, nobis ibi positis, hoc confitendum epistola sua firmavit, & Imperatori direxit. *Quod sane omnium fuit Pontificatus initium.*

Initium hujus Pontificatus,

2 *Corrigendus porro hic rursum Anastasius, sepultum Joannem scribens* post Consulatum iterum Lampadii, *qui solum esset annus* DXXXII. *quo is cœpit; & legendum* Post Consulatum Paulini. *Cetera, ut a nobis notata sunt, ita concorditer habentur ubique: nisi quod pro* VII. diebus *vacantis post obitum* Joannis *Pontificatus, passim legantur dies* VI. *quos oportuit uno ad-*

dito

A *dito augeri, ut successoris Ordinatio haberetur in Dominica. Quod autem non exprimatur uspiam prolixius tempus, verosimile mihi facit nullam omnino habitam fuisse rationem Regis, idque quia sperabantur pellendi tota Italia Gothi per felicia Belisarii Ducis arma, Francorumque ex alia parte in ditiones Gothicas irruptionem, contra quos occupatissimus & longe a Roma positus Rex* Theodahatus, *ægreque sese defendens, coactus fuit hoc ipso anno iis cedere totam Provinciam, & quidquid intra Alpes ac Rhodanum possidebat: adeo ut credi possit captum excuti ab Ecclesia jugum, quod mox Imperatores Græci durius tenaciusque adstringerent.*

Et breve Interpontificium secutum.

3 Baronius, *nihil certi inveniens quod dicere possit de initio, adeoque & de duratione hujus Pontificatus (quem putat ab Anastasio usque* XXVI. *Julii extendi) satis habet ostendisse, non ante annum* DXXXV. *obiisse* Joannem, *& saltem ante finem anni* DXXXI. *sedere cœpisse: quod ultimum jam refutavimus. Ipsa autem inscriptio, qua Baronium fefellit, talis hodieque visitur in Basilica S. Petri ad vincula, teste Luca Holstenio, & hoc more facit:*

Ejusdem Pontificatus monumentum pro an. 532.

*✠ SALBO.PAPA.N.IOHANNE.COGNOMENTO.
MERCURIO.EX.SCE.ECCL ROM.PRESBYTERIS.ORDINATO.EX.TIT.SCI.CLEMENTIS.AD.
GLORIAM.PONTIFICALEM.PROMOTO.BEAT.
PETRO.AP.PATRONO SUO.A.VINCULIS.EIUS.
SEVERUS.PB.OFRT.ET.IT.P.C LAMPADI.ET.
ORESTIS.VV.CC.URBICULUS.CEDRINUS.EST.* D

Ubi Urbiculum, *explica* Orbiculum; *& conjecto, significari mensam cedrinam, ibidem oblatam a Severo, Presbytero S. Petri ad vincula. Congruentiorem conjecturam, si alius suggerat, libenter amplectar. Ms. nostrum* Mercurium *simpliciter nominat, antiquus Catalogus* Mercurium qui & Joannes; *Anastasius,* Joannem qui & Mercurius: *& hoc magis placet. Vix autem dubitem quin more Romano, tunc necdum exoleto, utrumque ei nomen fuerit antequam Pontifex crearetur; sed prius, utpote Christianum, libentius usurparit.*

4 *Baronius, ex Appendice antiquarum inscriptionum Duchesne ejusdem* Joannis *hoc Epitaphium a successore* Agapeto *compositum, habet in Addendis ad an.* 535.

Mente pia vivens, Christi nutritus in aula,
Et sola gaudens simplicitate boni;
Blandus in obsequiis, & puro plenus amore, E
Pontificum vitam jure quietis agens;
Qui gratus populis & celso dignus honore,
Sumpsisti meritis Pontificale decus:
Commissumque tibi pascens bonitate magistra,
Servasti cunctum sub bonitate gregem:
Pro quo rite tuum venerans Agapetus honorem,
Præstitit hæc tumulo munera grata tuo:
Qui nunc Antistes Romana celsus in arce,
Sedis Apostolicæ culmina sacra tenet.

LIX. S. AGAPETUS.

Ab an. 535. ad 536. an. m. d. 20.

AGAPETUS, natione Romanus, ex patre Gordiano Presbytero, Clericus ad S. Joannem & Paulum, ordinatus anno DXXXV. XXIX. Aprilis in Dominica tertia post Pascha; fuit temporibus Theodahati Regis & Justiniani Augusti, per menses XI. dies XX. usque ad XVII. Aprilis, quo obiit Constantinopoli anno DXXXVI; & corpus Romam relatum in loculo, sepultum est ad S. Petrum XX. Septembris, quo colitur: cessavit autem post ejus mortem Episcopatus mensem I. dies XIX.

Obitus 17. Maii,

GRæci S. Agapetum *colunt* XVII. *Aprilis, quem esse verum mortis diem multo securius ipsis, qui præsentes notaverunt, credimus, quam Anastasio,* X. Kalendas Maii, *Constantinopolim progressum, & ibidem eodem die mortuum Sanctum scribenti. Narrat autem contentionem cum* Justiniano, *propter Anthimum Patriarcham hæreticum, quem & coram Imperatore conviciis, & eodem annuente expulit excommunicatum,* & omnia obtinuit quorum causa directus fuerat *Constantinopolim a Theodato Rege;* post dies vero aliquantos ægritudine correptus defunctus est, *non* X. *sed* XV. Kalendas Maii. *Cum autem antea dicitur quod* ambulavit Constantinopolim X. Kalendas Maii, *legere velim* Martii: *neque enim mensis & dies* XXV. (*quot inter* XX. *Februarii &* XVII. *Aprilis comprehenduntur*) *ejusmodi itineri, actisque præmemoratis, & quantumvis brevis, alicujus tamen temporis ægritudini nimis aut pauci aut multi sunt.* C

profectio CP. 20. Feb.

2 *Ista autem correctione Anastasio adhibita, salva manent omnia. Sic etiam vacante adhuc Sede, celebrata Synodus Constantinopolitana optime convenit cum nostra chronologia, siquidem ea cœpta notatur* Post Consulatum Flavii Bellisarii Indictione XIIII. *id est anno* DXXXVI. VI. Nonas Maii *id est,* XIIII. *die post obitum* Agapeti: a dextra considentibus & simul audientibus, secundum jussum piissimi Imperatoris Justiniani NN. Episcopis ex Italiæ regionibus: prius quidem ab Apostolica Sede missis, postea vero assistentibus sanctæ memoriæ Agapeto qui fuit Papa antiquæ Romæ huc advenienti .. ... & simul audientibus Theophane & Pelagio Diaconis Apostolicæ Sedis, Mena & Petro Notariis, & quibusdam Diaconis Apostolicæ Sedis, qui comitati sunt Agapetum Papam antiquæ Romæ huc advenientem. F

Synodus ibi de eo mortuo celebrata.

3 Baronius *sicuti affirmare non audet, quo die creatus* Agapetus *sit, ita nec de tempore, qua sedit aut obiit, quidquam certi statuit; solum pro certo ponit, initio anni* DXXXV. *creatum, ultra annum in eo Pontificatu vixisse, & ante mensem Majum obiisse.*

Baronii circa tempus hæsitantia.

LX. S. SILVERIUS.

Ab an. 536. ad 537. an. 1. m. 5. d. 11.

SILVERIUS, natione Campanus, ex patre Hormisda Episcopo Romano, fuit temporibus Theodahati ac Witigis Regum & Justiniani Augusti, per vim obtrusus & ordinatus anno DXXXVI. VI. Junii, Feria VI. deinde pacis causa Dominica proxima acceptatus a Clero, sedit annum I. menses V. dies XI. usque in XVI. Novembris, anni DXXXVII *, quando de Pontificatu depositus est detrususque in monasterium, ac postea missus in Pontiam insulam; ubi exilii ærumnis confectus, obiit & sepultus est die XX. Junii, quando etiam colitur. Cessavit autem, post Silverii Depositionem, Episcopatus Romanus dies V.

**Bar. a 536 ad 540. an. 4. m. 6.*

Tieo

A Dies ordin. 6. Junii.

Dies solum XXIV. inter Agapeti mortem & ordinationem Silverii, interponunt edita Anastasii exemplaria: sed hi non videntur sufficere ut Constantinopoli Romam perferretur talis nuntius. Igitur cum Codicibus Casiaensi, Regio, atque Thuano, nec non cum Ms. nostro, mensem I. pono, atque addo dies, non XXVIII. (ut adem) neque XXIV. ut alii plures, sed XIX., qui facillime in XXIV. converti potuerunt. Non venitur sic quidem in Dominicam, qua potuerit ordinatus fuisse Silverius, sed in Feriam VI. Verum, in Ordinationem tam irregularem ac violentam, qualis Silverii fuit, nullam habitam rationem diei nemo mirabitur; proxima tamen Dominica die VIII. Junii dici poterit consensisse in eum Clerus ac populus, ut ex tunc verus Pontifex fuerit: sic autem inter Depositionem illius referendam ad XVI. Novembris, & Vigilii Ordinationem habebuntur dies V. magno Codicum omnium consensu definiti.

Unde aliqui 9. menses acciperint?

2 In nostra membrana & unico Freheriano Codice, pro mensibus V. numerantur VIIII. Sed hi, si fundamentum habent aliquod, istud habent; quod, licet Silverius depositus fuerit quatuor mensibus citius, ordinatusque Vigilius (ut constat ex die Ordinationis suæ XXII. Novembris, inferius probando) urbe tamen adhuc obsessa a barbaris, quibus illam tradere fingebatur voluisse Silverius, tutum non fuit ipsum inde educere & exportare in exilium, itaque retentus ibi sit in monasterio, ubi monachum induere coactus fuerat; donec soluta obsidione, Vigilius, qui eum quasi in fide sua susceperat, eduxit misitque in exilium, mense Martio sequentis anni, ad quod usque tempus aliqui ejus Pontificatum numerandum censuerint. Qua in tragœdia explicanda quoniam Annalium parens Baronius diversimode vacillavit, nesciens ubi pedem figeret, & quod Silvario principium daret (quem nusquam plus quam annum I. menses V. dies X. invenerat numeratum, & Pontificatum ejus usque ad XX. Junii, anni DXL putabat extendendum) totam quoque Anastasii enarrationem per se ruere credidit. Placet igitur hæc aliquanto tractare fusius.

DISSERTATIO XIX. al. XIII.

De Ordinatione & Abdicatione S. Silverii, atque Vigilii Subrogatione.

C Promotus a Gothis Silverius,

CUm Romæ nuntiata mors Agapeti fuit, pro eo Silverius levatus est, a tyranno Theodahato sine deliberatione Decreti: qui Theodahatus corruptus pecunia, talem timorem induxit Clero, ut qui non consentiret in hujus ordinationem gladio puniretur. Equidem Sacerdotes non subscripserunt secundum morem antiquum, neque decretum confirmaverunt ante Ordinationem. Jam autem ordinato sub vi & metu Silverio, propter adunationem Ecclesiæ & religionis, sic subscripserunt Presbyteri. Ita Anastasius Biblioth. veram tamen causam violentiæ, tam præcipitis & non ante usitatæ, Theodahato fuisse existimo, non datam ei a Silverio pecuniam, licet id forte rumor sparserit; sed metum a Justiniano Imperatore, quem graviter offenderat, male tractando Amalasuntham, consobrinam suam, Gothicæ genti Justinianoque carissimam, a qua, filio rege orbata, ad regni solium ea conditione elevatus, ut penes ipsam maneret regimen; eamdem nihilominus custodiæ mancipatam extinxisse in balneo credebatur, meritus ingratitudine sua, & populi oppressione, ut qui proprio nomine verosimiliter Theodatus, idest Pater Populi dicebatur, vulgo & communius diceretur Theodahatus, idest Odium populi, seu Populo exosus. Quia enim Siciliam jam occupaverat Belisarius, & timebatur proxime in Italiam cum exercitu trajecturus; cavendum sibi putavit Rex barbarus, ne Imperatoriæ partis studiosus aliquis ad Pontificatum elevaretur. Et ipse quidem post duos menses divino nutu, ab insurgentibus contra se subditis, una cum Regno, quod tam malis artibus conabatur stabilire, spoliatus etiam vita est, mense scilicet Augusto circiter medio, ac Vitiges Rex constitutus: Silverius vero culpam, si quam in aditu Pontificatus admisit, abunde eluit per ærumnas exilii, usque ad mortem causa fidei toleratas.

propter metum offensi Imperatoris;

D

Vigilius; Ambitioni suæ sufficientem pollicitus Augustæ,

2 Etenim (ut scribit Liberatus Carthaginensis Diaconus, hujus omnino temporis Auctor) Agapeto Constantinopoli mortuo, Theodora Augusta, vocans Vigilium Agapeti Diaconum, profiteri sibi secreto ab eo flagitavit, ut, si Papa fieret, tolleret Synodum, paulo ante sub Menna celebratam, & scriberet Theodosio, & Antimo & Severo, de hæresi damnatis, & per epistolam suam eorum firmaret fidem, promittens ei dare præceptum ad Belisarium ut Papa ordinaretur, & dari centenaria septem. Lubenter ergo suscepit Vigilius promissum ejus, amore Episcopatus & amore auri, & facta professione Romam profectus est: ubi veniens, invenit Silverium Papam ordinatum: quin & Ravennæ reperit Belisarium, in eadem urbe sedentem eamque obtinentem. E

Serius Romam venit.

3 Verum hic ante omnia corrigendus est error, quem non Liberati, sed librariorum ejus esse persuadeor, qui Ravennam pro Neapoli scripserint: illa enim tunc vel maxime Gothorum regia erat, & illuc se contulerat Vitiges, occiso post captam a Belisario Neapolim Theodahato; diffidens scilicet se Romam posse tueri, confidens vero quod eamdem, auctus Francorum viribus, facile recuperaret: quemadmodum reipsa sequenti anno ad illam cum numeroso exercitu rediit. Et ille quidem abiens, ut scribit Procopius, Silverium urbis Antistitem Senatumque ac populum.... ut fidem in Gothos servarent, etiam juris-jurandi Sanctimonia obligavit ...... Romani vero, metu, ne quæ Neapolitanis evenerant paterentur, melius duxere Imperatoris militem intra urbem admittere, præcipue ad id suadendum Silverio urbis Antistite...... Recaptaque est Roma sexagesimo anno, mense eodem, postquam a barbaris infessa fuerat, cum undecimum imperandi annum ageret Justinianus, id est ipso anno DXXXVI. mense Augusto: tali enim mense anno CDLXXVI. Urbem occupaverat Odoacer Rex Herulorum. Tum vero Belisarius, licet ea quæ diximus mandata pro Vigilio accepisset, tam recenti tamen Silverii erga Imperiales beneficio obstrictus, noluit, vel non ausus est quidquam contrarium moliri, quem sciebat tam gratiosum populo esse. Multo etiam minus oportet eum id ausum fuisse, cum anno DXXXVII. die XXI. Februarii, Urbs cœpta est a Vitige obsideri. Sed quoniam ea obsidio non fuit tam arcta, majori hujus anni parte, quin (usque dum porrus etiam obsideretur) liberum obsessis esset, teste Procopio, & quæ vellent emittere, & quorum indigerent terra marique importata nancisci, supervenientibus (ut par est credere) novis identidem Augustæ mandatis, facile fuit inveniri testes, qui Belisario accusarent Silverium, sumpta occasione ex re præsenti, quasi cum barbaris conspirasset de tradenda iis Urbe: qui ob hanc causam, mense Novembri, depositus & in monasterium retrusus est.

Recepta autem a Belisario Roma,

F rursumque a barbaris obsessa,

4 Verum Anastasius ea narrans, quæ abdicationem Silverii præcesserunt, dum eadem ex duobus auctoribus bis describit, videtur asserere prius captam Neapolim fuisse, receptamque Romam, & IV. Idus Decembris novis muris munitum, XI. Kal. Martii, sequenti obsideri captam, atque post annum liberatam, quam reversus Neapoli Romam Belisarius (quasi is Roma recepta eo revertisset) a Silverio susciperetur V. Idus Maii Indictione XV. Tum vero sic loquitur, ac si tunc primum Romam venerit Vigilius cum litteris Augustæ. Sed ipsu

In-

A Indictione xv. adventus Vigilii adscripta, & annum notant, DXXXVI. quo urbe Roma obsessa mansit usque in Martium anni sequentis; manifestum facit, eodem tempore (ut loquitur) hæc esse acta, quo illa, quæ prius distinctius narravat, nec eatenus nisi semel Neapoli fuisse Belisarium; tunc scilicet, cum ibi optime ordinavit; quemadmodum ex Procopio clare habetur, contra longe diversam narrationem Anastasii, scelera in urbis occupatione commissa a milite imputantis ipsi Duci. Itaque rem oportet sic gestam intelligas, ut post quartam Actionem Synodi Constantinopolitanæ, qua iterum confirmata est damnatio Anthimi xxi. Maji, Augusta cum Vigilio cœperit agere de illo restituendo, irritandaque sententia Synodi. Hic vero mox, non expectato fine, festinaverit reverti Romam, Pontificatum ambiturus, mediante quam secum ferebat pecunia; eo etiam titulo, quod Bonifacius jam olim ipsum constituisset successorem, sui subscriptione chirographi ante Confessionem B. Apostoli Petri, uti in Bonifacii illius Vita narrat Anastasius: qua de re, ut contra Canones facta, licet reum se fuit confessus Bonifacius, ac ipsum Constitutum, in præsentia omnium Sacerdotum & Cleri

(margin: currente adhuc an. 536.)

B & Senatus, incendio absumpsit; mortuis tamen intra quinquennium Bonifacio, Ioanne, Agapeto, Vigilius facile in spem venit id obtinendi, quo vivente Bonifacio aspiraverat. Et verosimiliter obtinuisset, si libertati suæ relictus Clerus potuisset differre Electionem Pontificis Agapeto substituendi, usque in reditum eorum qui fuerant cum illo profecti Constantinopolim, ibique eo jam mortuo celebrabant Synodum. Sed omnem Vigilii diligentiam prævertit festinata Ordinatio Silverii; quod ille videns, dissimulata propter quod venerat, curaverit se remittendum Constantinopolim cum titulo Apocrisiarii, & in itinere egerit cum Belisario Neapoli.

5 Tum vero recepta Roma fit; ejusq; receptionis nuntio Constantinopolim allato a Vigilii reditu, Augusta, consilio usa cum Vigilio Diacono, misit epistolas suas Romam Silverio Papæ, rogans & obsecrans; Ne pigriteris ad nos venire, aut certe revoca Anthimum in locum suum. Qui dum legisset litteras, ingemuit, & dixit: Modo scio, quia hæc causa finem vitæ meæ adduxit: sed fiduciam habens in Deo rescripsit; Domina Augusta, ego rem istam facturus numquam sum, ut revocem hominem hæreticum, in sua nequitia damnatum. Interim obsessa urbs Roma est; sed ita, ut Belisarii eam tuentis fortuna haud vane speraretur omnem

C Gothorum potentiam ibi contritura: & ipse Belisarius Idibus Maji Indictione xv. id est, anno DXXXVII. in Palatium Pincianum migravit, tamquam opportunius rebus agendis. Reversus Constantinopoli Vigilius ibi eum reperit, renitentemque primo paulatim induxit ad implendam Augustæ voluntatem. Hæc enim indignata generoso responso Silverii, misit jussiones ad Belisarium Patricium per Vigilium Diaconum, ita continentes: Vide aliquas occasiones (invenias) in Silverium Papam, & depone eum ab Episcopatu, aut certe festinus transmitte eum ad nos: ecce ibi habes Vigilium, Archidiaconum & Apocrisiarium nostrum carissimum, qui nobis pollicitus est revocare Anthimum Patriarcham. Et tunc suscepit jussionem Belisarius Patricius, dicens: Ego quidem jussionem facio, sed ille qui intercedit in necem Silverii Papæ, ipse rationem reddet de factis suis D. N. Jesu Christo. Et urgente jussione exierunt quidam falsi testes, qui & dixerunt, quia nos multis vicibus invenimus Silverium Papam, scripta mittentem ad Regem Gothorum, Veni ad portam quæ appellatur Asinaria juxta Lateranas, & civitatem tibi trado & Belisarium Patricium. Video credo hæc durante obsidione continuata: sed audiamus cetera.

(margin: in urbem illam obsessam remissus Vigilius est,)

(margin: cum mandatis ad Belisarium de abdicando Silverio;)

6 Audiens id Belisarius, non credebat: sciebat enim quod per invidiam hæc dicebantur. sed dum multi in eadem accusatione persisterent, timuit.

D Tunc fecit B. Silverium ad se venire in palatium Pincii, & ad primum & secundum velum retinuit omnem Clerum: quo ingresso Silverio cum Vigilio solis, Antonina Patricia jacebat in lecto, & Belisarius sedebat ad pedes ejus. Et dum eum vidisset Antonina Patricia, dixit ad eum: Dic, Domine Silveri Papa, quid fecimus tibi & Romanis, ut tu velis nos in manus Gothorum tradere? Adhuc ea loquente ingressus Joannes, Subdiaconus Regionarius primæ Regionis, tulit Pallium de collo ejus, & duxit in cubiculum; & expolians eum, induit eum veste monachica, & abscondit eum. Tunc Sixtus, Subdiaconus Regionarius Regionis sextæ, videns eum jam Monachum, egressus foras nuntiavit ad Clerum, dicens; Quia Domnus Papa depositus est, & factus est Monachus: qui etiam audientes fugerunt omnes. Atque hæc facta esse oportet mense Novembri anni præfati: talis enim machinatio facile æstatem totam partemque autumni potuit occupare, dum eunt & redeunt Constantinopoli littere, commeatu nequaquam per obsidentes intercluso.

(margin: qui proditionis falso accusatus,)

(margin: retruditur in monasterium.)

7 Vigilius autem Archidiaconus suscepit Silverium in suam quasi fidem: & mox pro eo ordinatus Pontifex xxii. Novembris, misit eum in exilium in Pontias, & sustentavit eum pane tribulationis & aqua angustiæ: qui deficiens mortuus est, & Confessor factus est. Hæc sic oportuit deducta exhibere, ut appareat, non bene a Cardinali Baronio induci posteriorem aliquem Belisarii excursum Neapolim, unde regressus anno DXXXIX. Silverium loco suo moverit & Vigilium substituerit. Porro sicut Anastasii contextus non cogit Silverium retinere Romæ usque post solutam obsidionem, ita nec in ea retinere diu post Ordinationem Vigilii. Vix tamen verosimile videri potest, quod in emittendo Silverio sic fuerit festinatum. Si enim hic casu aliquo interciperetur a Gothis, apparebat magnam æstimationis prærogativam eorum armis accessuram apud Italicos populos fuisse, cum ipsorum castris liber conspiceretur Pontifex, quem Imperatoris a sua Sede indigne ejecerant, mentientes eum Monachum sponte factum esse, quin convictus erat urbem Gothis tradere voluisse. Illum autem Fame confectum mori, scribit Liberatus; & miraculis claruit ejusdem tumulus, quem hoc distichon inscriptum fuisse invenio apud Andream Duchesne, in Vitis Pontificum Gallice editis anno 1616.

E

(margin: & in Pontiam relegatur,)

(margin: anno verosimiliter 537.)

Romanæ supremus apex SILVERIUS ædis,
Ossa sub hoc retinet mortuus extraneo.

F

8 Existimat Cardinalis Baronius, Vigilium, nuntiata Silverii morte & secutis tam miraculis, pœnitentia ductum renuntiasse male usurpato Pontificatui, & post dies v. libera Cleri electione denuo assumptum. Sed gratis asseritur renuntiatio minime necessaria ei, cui causæ non deerant, in speciem justæ, ob quas poterat judicare ordinationem Silverii nullam fuisse; utpote contra Canones factam, nec per subsecutum Cleri consensum satis certe purgatum, cum neque hic totus liber videretur, sed metu extortus. Verosimilis tamen est pœnitentia de tam duro habito viro alias sancto, & hujus pœnitentiæ socium habere potuit Belisarium, hominem minime malum ac sola metu adactum ad ea quæ contra Silverium perpetravit: unde & creditur ædificasse ecclesiam, cui leoninis versibus (adeoque post plura secula) hic inscriptus titulus fuisse dicitur.

(margin: Pœnitentia postea agentibus qui ipsum illuc miserant,)

Hanc vir Patricius VILISARIUS, urbis amicus,
Ob culpæ veniam condidit ecclesiam.
Hanc idcirco pedem sacram qui ponis in ædem,
Ut misereatur eum, sæpe precare Deum.

9 Idem Baronius, integrum quadriennium faciens durare Pontificatum Silverii, differt ejus mortem usque in annum DXL. & XX. Junii; cui nos ut summum daremus annos II. dies XIII. Sed malumus, juxta modum loquen-

(margin: & Vigilio interim se pro Papa)





XLVIIII S SIMPLICIVS



L S FELIX III



LI S GELASIVS



LII S ANASTASIVS



LIII S SYMMACHVS



LIV S HORMISDAS

A loquendi Catalogorum veterum, jam alibi observatum plus una vice, solum illud tempus numerare, quo Romæ sedit, licet per injuriam sibi irrogatam revera non desierit esse Pontifex. Quod autem eam injuriam non sit passus anno DXXXVII. patet ex Vigilii Ordinatione facta mense Novembri, adque ante datam ab eo Epistolam, ad Cæsarium Episcopum Arelatensem, circa eum qui fratris uxorem sibi matrimonio copulaverat, pridie Nonas Martias Flavio Joanne viro Clarissimo Consule, id est anno DXXXVIII.

Silverio contra Vigilium afficta Epistola.

10 Afficta autem eidem Silverio Epistola adversus Vigilium, servire ad Chronologiam non possunt; neque fidem facere prætensa Synodo quatuor Episcoporum, qui sententiæ a Silverio latæ subscripserint. Proinde D nullius momenti est, quod Silverius in ea fingitur dicere, se Domino favente, tribus jam jugiter emensis temporibus Apostolicæ Sedi præsidere, in eamque Vigilium data pecunia invasisse. Fictionem vero arguunt etiam subscriptiones, quarum una notatur Principe Basilio, præter stylum notandorum tunc annorum; quod ineptus sarcinator sumpsit ex subscriptionibus annum DXL. sequutis, cum caput scribi P.C. Basilii V. C. Altera signata Justiniano V. & Belisario VV.CC.Coss. æque monstrosa est: quia Justinianus, post IV. Consulatum anno DXXXIV. nullum amplius gessit; & Belisarius semel dumtaxat Consul fuit, scilicet DXXXV.

LXI. S. VIGILIUS.

VIGILIUS, Silverii Archidiaconus, patria Romanus, ex patre Joanne, Consule, anni verosimiliter CCCCXCVIII. temporibus Justiniani Augusti & Vitigis Regis, loco Silverii injuste depositi ordinatus XXII. Novembris, in Dominica die, anno DXXXVII. sedit annos XVII. menses V. dies XXVI. usque ad XVII. Maji, anni DLV. *, quando ex calculi doloribus B obiit in Sicilia, postea sepultus Romæ ad S. Marcellum via Salaria, nunc in Vaticano quievit: & cessavit Episcopatus menses X. dies XXVI.

Ab an. 537. ad 555. an. 17. men. 5. dies 26.

* Baron. a 540. ad 555 an. 16.

E

Ejus ordinatio, illegitima,

INgressum ejus fuisse illegitimum dubitari non potest: sed vitium correxit sera emendatio culpæ: nihil enim minus fecit quam se facturum impiæ Reginæ promiserat, fortiterque inhæsit decessorum exemplis, qui Anthimum hæreticum restituere noluerant, sic rescribens: Absit hoc a me, Domina Augusta: prius locutus sum male & insipienter: modum autem nullo modo tibi consentio, ut revocem hominem hæreticum & anathematizatum. Etsi indignus, Vicarius sum B. Petri Apostoli, quomodo fuerunt Sanctissimi Agapitus & Silverius, qui eum anathematizarunt. Vide serium pœnitentiam pro commissis contra religionem & Silverium.

sed postea ratificata,

Ad hæc autem motum crediderim audita fama miraculorum, quibus Silverii mortem pretiosam in suo conspectu fuisse declarabat Deus; nec dubium quin Romanus Clerus, ex necessitate consilium sumens, cognita Vigilii firmitate in rejiciendo Anthimo, Ordinationem ejus ratam habuerit.

contigit 22. Novembris.

2 Hanc factam fuisse XXII. Novembris, magno consensu omnium exemplarium, scribit Anastasius, cum asserit, Augustam, satis superque stimulatam indignatione non præstiti a Vigilio promissi, & accedentibus Romanorum contra ipsum delationibus, misisse Anthemium Scribonem cum jussionibus, ut ubicumque inventum, C præterquam in Basilica S. Petri, comprehenderet, comprehensumque imponeret navi, atque Constantinopolim perduceret; inventum autem esse in ecclesia S. Cæciliæ X. Kalendas Decembris tradentem populo munera, erat enim, inquit ille, Natalis ejus dies. Quia tamen neque depositus tunc fuit, neque alius in ejus locum ordinatus (sicut Silverio factum) continuatur illius Pontificatus usque finem Vitæ, in Sicilia terminatæ post annos suscepti muneris fere septemdecim cum dimidio.

Corpus in Vaticano.

3 Ad corpus quod attinet; cum Cœmeteria suburbana a Longobardis vastata desolataque jacerent, eumdem Paulum Papam I. qui corpus S. Silvestri in urbem attulit, inde etiam accepisse Vigilii depositum, atque in Vaticana Basilica tamquam Sancti & Confessoris honorifice condidisse, verosimile est; etsi nullus ecclesiasticus cultus accesserit per celebritatem annui alicujus festi: quare nec titulum Sancti hactenus ei tributum invenio, vel nomen in aliquibus Martyrologiis. Ipsius translationis, a quocumque ea facta sit, documentum habemus apud Basilicæ prædictæ scriptorem Romanum Canonicum, tempore Eugenii III. num. 19. sic loquentem: Juxta sepulcrum D. Adriani IV. est altare S. Silvestri Papæ, in quo, sicut accepimus, brachium ejus est reconditum. Requiescit etiam ibi Vigilius Papa, sicut a majoribus nostris accepimus, & etiam in pariete invenimus scriptum. Similiter in veteri ejusdem Basilicæ vestigio legisse se scribit Paulus de Angelis, in Annotatione super textum prædictum, Altare S. Silvestri Papæ, ubi Vigilii & Adriani IV. sepulcra.

DISSERTATIO XX. al. XIV.

De duplici Vigilii vexatione & Schismate Romani Cleri adversus eumdem.

Divinæ retributionis exemplum fuit Vigilius, eadem quæ fecerat passus.

DIvinæ justitiæ regula ex fundamentalibus una est, ut qua mensura mensus quis fuerit, remetiatur ei. Hujus rigorem regulæ dupliciter in se expertus est Vigilius Papa, non tam in ultionem, quam in expiationem delictorum suorum. In exilium ejus causa deportatus est Silverius, maleque habitus a ministris Imperialibus; coactus & ipse est bis pergere profugus, semel carcerem, bis alia multa indigna pertulit. Ordinari se contra Silverium permisit: elevatus contra ipsum (si non fallor) Pelagius est, licet non ordinatus. Denique Silverium, in insulam devectum, fame & ærumnis confici jussit; & ipse in alia insula, si non est veneno sublatus de medio, quod multis persuasum; cruciatibus saltem gravissimis calculorum confectus obiit. In hoc tamen dissimilis fuit ab eo Pelagius, quod neque causam schismati dedit, neque mortui Decessoris cada- F ver in extraneo solo dimisit; sed defuncti corpus duci curavit Romam, ubi fuit sepultum ad S. Marcellum in via Salaria in cœmeterio Priscillæ, ut testatur Anastasius: ea quæ & cetera jam indicata, aggredior verosimilia reddere; salvo semper aliorum meliori de his judicio, cui hæc non a me definita, sed ulteriori discussione præcedente definienda propono per conjecturam, dissimillimas de Vigilio narrationes conciliaturam.

Hic nolens Anthimum, ut pollicitus erat, restituere.

2 Narrat Anastasius, quod Vigilius, postquam adeo generose responderat Augustæ, promissum de restituendo Anthimo retractans, fuerit apud ipsam, per se satis superque commotam, de gravibus criminibus accusatus. Hoc autem nemo mirabitur, qui considerabit quam carus populo Romano Silverius, adeoque ingrata eidem fuerit Vigilii subrogatio, auctoris ut credebatur malorum omnium. De Augusta autem, animi ferocis muliere, nec patienter ferre repulsam solita, mirum & prorsus incredibile foret, si Vigilio, a quo

tam

DISSERTAT. XIV.

A *tam turpiter se videbat delusam, diceretur pepercisse illa, quae non abstinuit a* Silverio *manus, nihil absque Imperatoris consensu & Synodi Oecumenicae sententia operato contra Anthimum. Utcumque igitur, & ex parte populi, & ex parte Augustae verosimillimum mihi est, quod ad comprehendendum* Vigilium *missus ab hac Romam Anthemius Scribo sit, & ab illo ad facinus perficiendum rogatus. Quamvis autem addat Anastasius, quod comprehensum deductumque ad navim* plebs sequebatur, acclamans ut orationem ab eo acciperent, dataque oratione respondit, Amen; *hoc tamen per amaram potius irrisionem, quam devotam religionem factum videtur. Mox enim* ut viderunt Romani quia mota est navis, in qua sedebat Vigilius; coepit omnis populus jactare post eum lapides, fustes, caccabos, & dicere: Fames tecum, mortalitas tecum: male fecisti Romanis, male invenies ubi vadis. Et quidam amatores ejus secuti eum sunt de ecclesia.

& a Romanis multum accusatus,

abripitur Constantinopolim:

3 *His in hunc modum Romae actis, secura jam Imperatrix quod volentem nolentem habitura Constantinopoli Vigilium esset; nec diffidens impetrare a praesente blanditiis vel terroribus, quod nequiverat persuadere absenti; videtur mitius agendum censuisse per nova ad Anthemium jussa. Itaque* ingressus Siciliam Vigilius in civitatem Catanensem, permissus est facere Ordinationem per mensem Decembrem, Presbyteros & Diaconos: remisitque Romam Ampliatum, Presbyterum & Vice-Dominum suum, & Valentinum Episcopum ad S. Rufinam, *alias* Silvae-candidae *dictum*, ad custodiendum Lateranas & gubernandum Clerum: & valefaciens omnibus pervenit Constantinopolim in Vigilia Natalis Domini. Tunc obvius ei venit Imperator, & osculantes se coeperunt flere: plebs vero universa cum Clero psallebat ante eum, usque ad ecclesiam S. Sophiae, Ecce advenit dominator Dominus &c. Per biennium autem fuerunt contentiones de Anthimo Patriarcha, quomodo promisisset eum in locum suum restituere; & cautionem manus suae ei ostendebant, per quam promiserat eum in Ordinem suum revocare. Vigilius autem nullatenus voluit eis consentire: sed tota virtute magis desiderabat mori quam vivere. Tunc Vigilius Papa dixit, Ut video, non me fecerunt ad se venire Justinianus & Theodora, piissimi Augusti: sed Diocletianum & Eleutheriam inveni. Facite ut vultis: digna enim factis recipio.

B

In itinere aliquanto mitius habetur:

CP. advectus atque in sententia bonesto perseverans,

4 *En his Anastasii verbis* Eleutheriam Diocletiani uxorem *nobis sumpsit Hadrianus Valesius; sed Baluzius, reperto editoque libro Lactantii de mortibus persecutorum, ad cap. ejus 15. evidenter convicit nullam* Diocletiano *conjugem praeter* Priscam *fuisse; reperit autem in Colbertino Codice ita scriptum, sed* Diocletianum & Decium vel Leuterium inveni. *Quid autem si originaliter scriptum fuerit* alterutrum, *unde* Leutherium *aliquis fecerit aut* Eleutherium: *alius vero, ut aptior esset comparatio, virum in feminam commutaverit? Sed ad* Vigilium *revertor: qui cum generose respondisset,* dedit alapam in faciem ejus quidam, dicens: Homicida, nescis quibus loqueris? Nescis quia Silverium Papam occidisti, & filium mulieris viduae ad calces & fustes interfecisti? .... Fecitque Theodora Augusta mitti funem in collum ejus, & trahi per totam civitatem usque ad vesperum. Tunc missus est in custodiam, & dabatur ei modicum panis & aquae, Clerum autem Romanum qui cum eo erat miserunt in exilium, per diversa loca, ad metalla incidenda. *Atque haec coepta innuunt secundo anno* Vigilii, *Christi* DXXXVIII. *circa finem vergente, ad tantos excessus pervenerint (si vera sunt, ut omnino nobis vera videntur) ante finem anni* DXXXX. *nec ullam habuerunt connexionem cum iis, quae ibidem Constantinopoli cum* Vigilio *gesta esse sciuntur, anno post istum* VII. *& ex alia causa.*

C

tandem carceri includitur

anno 540.

5 *Scio Cardinalem Baronium, & alios eum secutos, passim mendacii arguere in praedictis Anastasium. Sed omnis eorum ratio nititur silentio Procopii & Liberati, nihil tale scribentium, & tamen accuratissime res illius temporis persequentium. Verum ea ratio si subsisteret, consequens foret, mendacium esse quidquid de* Silverii *abdicatione & exilio, non aliunde quam ex eodem Anastasio, habemus, nihil simile iisdem Auctoribus commemorantibus. Cum bona ergo tanti viri venia, nequaquam mirum mihi videri dico silentium eorum, de rebus ad suum argumentum non spectantibus. Nam ad bellum quidem Gothicum, in quo* Silverii *Procopius meminit solum quatenus opus erat, nihil spectabat causa Anthimi, cum eaque connexa depositio* Silverii, *& haec quam descripsimus vexatio* Vigilii: *ad Liberati vero argumentum, de condemnatione trium Capitulorum, multo minus faciebat utraque, sed bene illa quae posterius gesta mox dicemus. Justius de Theophane miraretur aliquis, Chronologiam scribenti talia non occurrisse: & occurrissent credo, si Anthimi restitutio successum habuisset: sed ea non succedente, non adeo spectabat ad Constantinopolitanam historiam, quae illi potissimum curae fuit, quid frustra pro eo tentatum ab Augusta sit; quemadmodum neque narrare nobis idem Theophanes curavit, quem exitum & quando habuerit infelix Anthimus, satis habens ejus depositionem attigisse paucis pro sui instituti brevitate.*

D

Cur nihil de istis Procopius,

Liberatus,

Theophanes?

E

6 *Si quid ergo in alicujus scriptoris silentio circa* Vigilium *est mirandum, unum, & quidem valde mirandum est, quomodo Anastasius, tam operose prosecutus res a* Vigilio *factas & toleratas in causa particulari Constantinopolitanae Ecclesiae, tacere potuerit gesta & tolerata occasione trium Capitulorum, quae universalem Ecclesiam atque imprimis Romanam difficili schismate conturbarunt. Quod autem magis etiam mirabile ac portentosum est, prima ultimaque* Vigilii *Acta sic in unam historiam conflavit Anastasius, ac si utraque aequaliter solum spectarent Anthimum. Hinc vereor ne quod de honorifica* Vigilii *susceptione supra dixit, ad posteriora spectet tempora; sicuti vix dubito, quin illuc spectet quod ibidem omisit de fuga ejusdem in ecclesiam S. Euphemiae,* ubi tenuit columnam altaris, *a qua & abstractus est: hoc enim prorsus geminum ei est, quod postea factum scribit Theophanes, eodem* Vigilio *Constantinopoli ad aedem SS. Sergii & Bacchi fugiente, quae aeque ac illa S. Euphemiae vicina Palatio erat, & forsan invicem sic cohaerent, ut nomina mutuo confunderentur. Ad ultima certe tempora spectat, quod Narses, victis barbaris & Roma recuperata, dicitur pro* Vigilii *Comitumque reditu intercessisse apud Imperatorem: licet ad priora spectet exilium, a quo restitui postulantur.*

Mirum quod nihil de posteriori vexatione Anastasius?

F

7 *Rebus autem temporibusque apud Anastasium sic confusis, non facile est ex ipsius verbis eruere, quomodo & quando restitutus in libertatem* Vigilius, *ac Romam remissus sit. Si quid liceat divinare, dixerim, Anthimum divino judicio sublatum fuisse de medio, itaque factum esse, ut componeretur res tota, subeunte Augustam facti poenitentia; praesertim intercedente S. Menna Constantinopolitano Patriarcha, haud parum gratioso apud Justinianum, ipsique Augustae jam minus inviso, quando non poterat amplius Anthimo suo illa prodesse. Imprimis vero juvisse credo supplicem Romani populi legationem, rogantis, ut* si adhuc viveret Vigilius Papa, aut Presbyteri seu Diaconi vel Clerus, qui cum eo fuerant in exilium deportati, reverterentur. *Huc enim omnino spectare puto, quod apud Anastasium sequitur, tamquam ad Narsetis intercessionem factum:* Et mox misit jussiones suas Imperator per diversa loca, ubi fuerant in exilium deportati in Gypso (*lego, Ægypto*) & adduxit

ex quo interim colligitur,

Anthimo mortuo & pro Vigilio orantibus Romanis hunc ipse remissum,

eos

eos ante se dicens; Vultis recipere Vigilium, ut fuit Papa vester? gratias agimus: sin autem, hic habetis Petrum & Archidiaconum vestrum Pelagium, pro quibus manus mea erit vobiscum. Responderunt omnes, Imperet Deus Pietati tuæ, ut restituas nobis Vigilium: & quando voluerit cum Deus transire de hoc seculo, tunc eum vestris præceptionibus donetur nobis Pelagius Archidiaconus noster. *Ex quibus verbis merito inferas, vel illius legationis caput fuisse* Pelagium, *vel jam antea missum Constantinopolim, ut Sede per exilium* Vigilii *quasi vacante, Romanæ Ecclesiæ Apocrisiarium ageret: quo in munere ibidem videtur perseverasse saltem usque ad annum* DXXXIV. *quando ipso suadente promulgatum fuit Imperatorium, de quo mox, Edictum contra errores Origenis. Ita hæc omnis tempestas in non exiguam cesserit* Vigilii *utilitatem, quem cum antea exosum haberent Romani, propter memoriam expulsi* Silverii; *nunc tamquam gloriosissimum Confessorem receperunt reducentque in Urbem, ac magno habuerunt in honore per annos quinque vel sex; usque dum nova causa ipsum iterum abstulit, & subsequens denique schisma omnium animos denuo alienavit, sicut nunc aggredior explicare.*

cum fructu insignis Confessionis.

8 *Conclamata fuerat anno* DXLIV. *Origenis condemnatio: quod ægre ferens Theodorus Cæsariensis Episcopus, &* Pelagio, *Romanæ Ecclesiæ Diacono atque Apocrisiario apud Imperatorem, Synodique Chalcedonensis propugnatori acerrimo, atq; præcipuo auctori condemnationis istius, ægre facturus; persuasit Imperatori, Acephalos Synodo adversantes posse revocari ad concordiam, si tria dumtaxat Capitula corrigerentur, per quæ Ibas, cum epistola sua & Theodori Mopsuesteni commendatione, receptus fuerat, ipseque Theodoretus Cyri Episcopus suæ Sedi restitui permissus, modo anathema diceret Nestorio, incautis scriptis quæ idem Theodoretus ediderat contra S. Cyrilli Anathematismos. Hac spe illectus Justinianus. Edictum adversus illa Capitula evulgaverat anno* DXXXXV. *quod quia Chalcedonensis Synodi auctoritati detrahere videbatur, recipere recusantes Occidentales Africanique Episcopi, rogarunt* Vigilium *ne sua subscriptione firmaret, sicut Orientales Patriarchæ jam fecerant. Mediam autem viam elegit* Vigilius, *scilicet quæstionis per Synodum terminandæ: eique idoneam Siciliam arbitratus, quo ex Oriente æque ac Occidente possent Episcopi convenire, illuc se contulit, sed Imperatori persuadere non potuit, qui Synodum vellet haberi Constantinopoli. Annum igitur integrum moratus in insula, tentare voluit an coram positus plus efficeret; & anno* DXXXXVII. *ad Regiam navigans, illuc appulit* XXV. *Januarii: suaque ibi auctoritate usus, primum Acephalos, quibus favebat Imperatrix, damnavit; deinde Mennam Patriarcham, quod subscribendi auctor Episcopis fuisset, a communione suspendit; post menses tamen quinque, rogante Imperatrice, ad eumdem recepit.*

Cum an. 545 Justinianus Edicto suo 3. Capitula proscripsisset,

Synodum in Sicilia coacturus Vigilius eo transiit an. 546.

deinde CP. anno 547.

9 *Anno* DXLVIII. *idem* Vigilius *permisit Synodum Orientalium convocare Constantinopoli: in qua cum esset discussa causa, ipse examinatis seorsim suffragiis, Judicatum edidit* XI. *Aprilis, quo tria Capitula, eatenus a se propugnata, damnavit; contestatus id se facere* salva in omnibus Synodi Chalcedonensis auctoritate, *speransque se posse probare Occidentalibus, quod unicam servandæ causa fecerat, in quæstione, quam apparebat non prorsus fidei esse. Sed contrarium omnino accidit: Orientem vacillantem conservare volens ne caderet, Occidentem pene præcipitavit in lapsum. Siquidem ex defensoribus dictorum Capitulorum Africani duo,* Felix & Lampadius, *non modo ipsi a* Vigilii *communione abstinuerunt; sed sub prætextu tuendæ Synodi Chalcedonensis, abstraxerunt ab eodem Diaconos etiam ejus,* Sebastianum & Rusticum; *itemque Subdiaconos ejusdem & Notarios,* Joannem, Gerontium, Severinum, Importunum, Joannem alium, atque Deodatum: *qui datis quaquaversum litteris,* Vigilium, *ut hæreticum & cum hæreticis communicantem, ubique diffamarunt: eo magis, quod etiam librum conscripsisset* Vigilius *adversus tria Capitula: tandemque eo progressa res est, ut excommunicationis sententiam contra Diaconos suos & adhærentem iis Clerum proferre coactus* Vigilius *sit.*

& an. 548. etiam ipse condemnat;

eumq; ideo ab eo separatus esset Clerus suus,

10 *His Romam perlatis, ubi animatissimi omnes erant pro tribus Capitulis, quasi iis subversis Chalcedonensis Synodus stare non posset, facile est cogitatione metiri, quantopere omnium incensa sit ira. Itaq; vero simile mihi est, quamvis id nemo expresse asserat, quod Romani, longius quam par erat abrepti, cum in eumdem articulum res adducta videretur, quo fuerat,* Liberio *hæreticorum communionem recipiente; consuerint Ecclesiam carere Pontifice, per excommunicationem, quam ipso facto incurrisse* Vigilium *judicabant, & liberum esse Clero eligere alterum; idq; etiam reipsa fecerint, electo* Pelagio, *non tamen ordinato, quod scirent absque Imperatoris consensu irritam habendam Ordinationem, vellentque* Vigilio, *pœnitentiæ locum relinqui; sicut etiam anno* DL. *cavere voluerunt Africani Episcopi, ipsum excommunicantes. Moveor ad hoc opinandum, quod videam in antiquiori Catalogo atque veris Anastasii exemplaribus, puta Cassinensi, Freheriano & Thuano uno, nec non in Ms. nostro,* Pelagio *attribui,* annos XI. *præter* menses X. dies XVIII. *qui illi cum solis annis* IIII. *ab aliis exemplaribus Anastasii tribuuntur. Istos autem* XI. annos *si retro numeres ab anno* DLXI. *quo obiisse* Pelagium *probabile faciunt sequentium Pontificatuum atque Interpontificatuum tempora, usque ad ordinationem* Gregorii Magni *subducta; fuerit Electio schismatica* Pelagii *facta anno* DXXXXIX. *vel sequenti, quando* Vigilium *Africani (ut dixi) excommunicarunt.*

tamquam ab excommunicato?

videtur contra eum Romæ an. 549. electus Pelagius,

ideoque tot annis præfuisse ... XI.

11 *Quia etiam videatur eo tempore Romani expunxisse* Vigilii *nomen ex serie Pontificum: unde & factum sit, ut illud etiam nunc desit in vetustis aliquibus Catalogis, qualis est Palatinus bibliothecæ Vaticanæ: & ideo quoq; post mortem* Vigilii, *vigente adhuc Romæ schismate, nemini curæ fuisse videtur Depositionis ejus seu Sepulturæ diem ecclesiæ Vaticanæ registro inscribere, postquam illuc illatum est corpus. Hac tamen per simplicem conjecturam Lector accipiat velim, ad explicandum, qua ratione videatur factum; ut* Pelagio *adscriberetur annorum pene duodecim tēpus; cum certum sit multo paucioribus fuisse Pontificem. Hactenus quidem in hisce Catalogis insolens est alicujus Pontificatui adscribi tempus, quod inter Electionem & Ordinationem fluxit, quodque esset in* Pelagio *(quem ordinatum dicemus anno* DLVI XV. *Aprilis) annorum* VI. *mensium* III. *& dierum* IV. *sed insolens etiam hactenus fuit, alicui sic abrogari Pontificatum (quod* Vigilio *factum conjectura nostra supponit) ut ejus loco non ordinaretur alius; id tamen cur factum non sit nec fieri potuerit, congrua (ut mihi quidem videtur) est reddita ratio. Ceterum perquam pertinaces trium Capitulorum defensores fuisse oportet eos, qui* Vigilii *nomen perpetuo voluerunt manere expunctum: ceteri enim non dubitarunt recensere eum (ut profecto oportuit) non solum pro tempore ante schisma elapso, verum etiam usque ad mortem: qui cum numerarent Pontificatus* Pelagii annos *dumtaxat* IIII. menses X. dies XVIII. *(sicut scripsisse ipsummet Anastasium reor) erratum aliis credentes in solo annorum numero, ex fide aliorum pro* IIII. *supposuerint* XI. *relictis ut invenerunt numeris dierum ac mensium, quos alibi credo non fuisse expressos. Sed de his infra: nunc quomodo* Vigilius *Clerum Romanum ipsumque* Pelagium *revocaverit ad suam communionem, in eaque saltem usque ad annum* DLII. *servaverit, restat explicandum.*

repositum diptychis Vigilii nomine,

a pertinacibus 3. Capitulorum defensoribus.

A 12 *Intellecta rege ille tanta Romani Cleri totiusque Occidentis perturbatione, primo quidem utrique parti indixit silentium de tribus Capitulis, usque ad futurum universale Concilium; deinde mandatum transgressos Orientales, novisq; decretis editis exorbitantes a norma, & Pontificem cum toto Occidente in sententiam suam non ducere sed trahere satagentes, cœpit generosissime confutare. Tum vero ea ex causa multa patiens toleransque, facile effecit, ut innocentiam suam Romanus Clerus &* Pelagius *cognoscerent: unde eidem deinceps inhærens, priora acta omnia rescidisse videtur, atque ad* Vigilii *communionem una cum ipso* Pelagio *redisse; adeo ut hic, subjectionis (ut credibile est) suo & Cleri nomine testandæ causa, etiam ad* Vigilium *in Orientem profectus sit:* Pelagio *certe internuntio postea apud Imperatorem est usus* Vigilius, *cum is postularet importune sententiam ejus super causa trium Capitulorum, in Concilio ad id ex Oriente & Occidente convocato tractanda: deinde mansit Constantinopoli idem* Pelagius*; usque ad reditum* Vigilii *in Siciliam.*

Vigilio auctoritate retractante Judicatum cujus causa factum erat schisma,

ad communionem se suosque reduxisse Pelagius,

13 *Sed hæc postea.* Vigilius *interim ab irato Imperatore, quod suum Edictum suscipientes a communione removeret, custodia tradi jussus est. Qui ad S. Petri in Hormisda ecclesiam confugiens, & ne inde per vim extraheretur defensus a populo; accepta securitatis fide, tum quidem ad assignatas hospitio suo ædes Placidianas rediit, paulo post tamen, duobus scilicet ante Domini natalem diebus, Chalcedonem se recepit in ædem S. Euphemiæ; nec inde redere consensit anno mox sequenti* DLII. *sive ad honorificam legationem Imperatoris* XXVIII. *Ianuarii ad se directam, sive ad expostulationes Petri Referendarii: sed die* V *Februarii, expedivit Encyclicam de suis calamitatibus; tantumque constantia sua effecit, ut Edictum tandem suum Iustinianus aboleverit, & tam* Menna *Patriarcha quam ceteri factiosi Episcopi pœnitentia sua libellos obtulerint. Interim mortuo* Menna *suffectus* Eutychius *a* Vigilio *Synodum postulavit, qua finiretur controversiæ: quod ea conditione* Vigilius *annuit, ut Græcorum ac Latinorum Constantinopolim congregandorum numerus æquaretur. Cum vero moræ impatiens Imperator, initio Maji jussisset convenire qui aderant Orientales; invitatus ut præsidere vellet* Vigilius, *constanter abnuit; permisit tamen ut causa trium Capitulorum tractaretur, prout factum per integrum mensem illam & initium Iunii. Actis autem ad superlatis maturæque expensis, considerans* Vigilius, *damnatis tribus Capitulis salvam nihilominus undequaque manere fidem in Chalcedonensi constitutam; non quidem explicite approbavit Synodum illam, quæ non expectatis Occidentalibus acta fuerat; sed velut proprio motu Constitutionem ad* Eutychium *scripsit, qua Augustini exemplo propria super tribus Capitulis scripta retractat, ipsaque tria Capitula anathematizat atque condemnat; unde factum ut Synodus illa, quam appellant Quintam, tamquam ab universali Ecclesia recepta & approbata, passim habeatur pro Oecumenica.*

Ille Imperatori diu reluctatus,

D

quinta Synodum cogi et causæ decisionem

cuius examinatis suffragiis,

C

14 *Constitutionem illam seu Decretalem, hactenus ignotam Latinis, primus e Græco vertit & egregia Dissertatione defendit (prout in nova Conciliorum editione utraque nunc habetur) Petrus a Marca, postea Archiepiscopus Parisiensis. Eamdem contra quorumdam dubitationem succincte asserens Natalis Alexander, ostendere conatus, quod* VI. Idus Decembris, *quando illa Decretalis signata est, id est, sexto post Synodum quintam mense, vere dici potuerit,* universum Orbem & Ecclesiam ad pacem revocatam fuisse, *quasi hæc verba in dicta Decretali legerentur & justificatione egerent. Sed ipsam legens ac relegens, ea verba non reperio; proinde nec necesse habeo contra omnem verisimilitudinem divinando asserere,* Illyrici & Africæ Episcopos, prioris sententiæ pœnituisse, & communicatis cum Vigilio consiliis Orientalium communionem esse amplexos; eamque retinentibus Francis & Hispanis, partem tantum Italiæ Episcoporum ab ea desciviisse. *Quin potius censeo recruduisse in Italia schisma multo quam antea vehementius, statim atque innotuit trium Capitulorum condemnationi iterum subscripsisse* Vigilium. *Ipsum vero* Pelagium *illius condemnationis nequaquam fuisse complicem, sed eidem qua potuit restitisse cum sociis, persuadet diuturnior* Vigilii *apud Constantinopolim mora. Profecto si sperasset ille, Romanis gratum futurum adventum suum, prima navigandi opportunitate usus fuisset: non est autem usus (nam adhuc anno* DLIV. *auctor dicitur fuisse Iustiniano promulgandi* XIII. *Augusti Pragmaticam suam, uti notat Labbeus in Epitome Chronologica) nec nisi anno* DLV. *in Siciliam renavigavit cum* Pelagio *& sociis. Hos autem ne tunc quidem omnes consensisse, præsertim* Pelagium, *probat suspicio veneni,* Vigilio *per eum in Sicilia præbiti; ipsiusque* Pelagii *exilium, in quod fuit ab Imperatore relegatus, teste Victore Tunonensi, parta sub idem tempus ob eamdem causam cum multis Africanis passo. Denique ex eo ipso, quod prædicta* Vigilii *Decretalis hactenus reperta non fuerit in alla Latina Decretalium compilatione aut Pontificialium Epistolarum registro, certum mihi redditur, nequaquam receptam fuisse, sed rejectam ut hæreticam; imo nec Romam quidem unquam missam, nisi forte accusandi causa. Certe Iacobus Garnerius noster, vir dum vixit eruditissimus, omnino negabat* Vigilii *esse, Josephus Cantelius item noster recusat inter Garnerium socium suum & Archiepiscopum Parisiensem a Marca sedere arbiter; merito tamen ait videri* mirum, si Vigilii est, nec Pelagium Pontificem, nec Gregorium Magnum illius unquam meminisse: *argumento quidem negativo, sed in talibus perquam prægnanti.*

ipso denique quam approbasse scripta Decretali,

D

Hinc recrudescit schisma,

Pelagio Vigilii factum improbante,

E

15 *Ex hactenus deductis porro liquet, quantum aberraverint a vero scriptores Latini, qui, Decretali illa non visa, secuti ambiguam Anastasii relationem, crediderunt hic voce relegatum cum Clero suo* Vigilium, *quia subscribere Synodo noluit, nec nisi ad preces Narsetis revocatum redditumque Romanis. Poterant certe intelligere, non remittendum fuisse* Vigilium, *nisi trium Capitulorum damnationi subscripsisset; hoc autem impetrato, nullum quo minus salva dignitate rediret impedimentum objiciendum ei ab Imperatore fuisse, nedum electioni Romanorum relinquendum, ipsumne habere Pontificem mallent, an* Pelagium *Imperatoris voluntati contrarium. Non poterat ergo talis oblatio Legatis facta ad hoc tempus spectare, cui ab Anastasio jungitur: &, si pro maturando* Vigilii *reditu adunatus Romæ* Clerus rogaverunt Narsetem, ut una cum ejus suggestione rogarent Principem, *non potuerunt addidisse,* si adhuc viveret, *quem vivere ex tot actis publicis noverant: adeoque hæc conditio, addita dumtaxat fuit prima vice, quando de incarcerato vel exule dubium erat an viveret. Hac autem secunda vice,* Narsetis *(ut dixi) intercessio solam haberi potuit ad maturandum ejus reditum, qui nonum jam annum Roma aberat, cum maxime Urbis Ecclesiæque incommodo.* Narses *enim primum in Italiam venit, atque eam a Barbarico jugo liberavit victo Totila, anno* DLII. Suscepta autem relatione Narsetis vel cuncti Cleri Romani, lætus *quidem haud dubie* effectus est Imperator, & omnes Iacluti ejus, eo quod requiem donasset Deus Romanis. *Si tamen ea relatione motus remisit* Vigilium *(forte quia Romani, longioris orbitatis pertæsi, ipsum qualemcumque optabant recipere, sperantes quod sua redditus libertati iterum retractaret quæ videbatur coactus fecisse) differenda illa erit usque in annum* DLV. *quando primum Imperator* dimisit omnes cum Vigilio: & ve-

Tantum abest ut hac causa exilii passus Vigilius sit,

F

aut oblatus tunc Romanis Pelagius:

qui mortuo in Sicilia Vigilio anno DLV.

nerunt

A nerunt in Siciliam in civitatem Syracusanam, & ex multa afflictione calculi defunctus est Vigilius, *ut ait Anastasius; translati quidem Romam corporis mentionem faciens, sed depositionis diem nullum exprimens: pro quo tamen maluissemus signenter expressum inveniri diem mortis: hoc autem deficiente, initio ducto a* XXII. *Novembris, per assignatos* Vigilio *annos* XVII. *menses* V. *dies* XXVI. *pervenimus ad diem* XVII. *Maii, anni* DLV.

16 *Vacasse deinde Pontificatum* menses III. dies V. *cum Ms. nostro habent quinque Anastasiana Mss. alia solum* XXVI. dies *numerant: sed neutrum probare possumus, cum Victor Tunnunensis, tunc vivens & scribens, diversis annis referat mortem* Vigilii *& ordinationem* Pelagii, *sic autem habet*: Post Consulatum Basilii V.C. anno XVII. Vigilius Romanus in insula Sicilia moritur..... Post Consulatum Basilii V.C. anno XVIII. Pelagius Romanus Archidiaconus, trium præfatorum defensor Capitulorum, Justiniani Princi-

subrogatus est an. 556.

B pis persuasione de exilio redit: & condemnans ea quæ dudum constantissime defendebat, Romanæ Ecclesiæ Episcopus a prævaricatoribus ordinatur: qui fuit annis V. *numero scilicet rotundo, ut passim idem Auctor; quem in numerandis annis post Consulatum Basilii sic erravisse, ut significaret mortuum* Vigilium *anno* DLVIII. *&* DLIX. *ordinatum* Pelagium, *non magis credo, quam quod idem, anno post quinto, ubi referenda mors* Pelagii *erat, scribere potuerit* anno XXXVII. Imperii Justiniani (*qui esset annus Christi* DLXIII.) Pelagius Romanus Episcopus ordinatur: præfuit annos XI. *Scripserit ille, non* ordinatur, *sed* moritur: *& indicatum voluerit eum Ecclesiæ præfuisse ex tempore excommunicati a Romanis Afrisque* Vigilii. *Quo modo autem factum sit ut anni post Consulatum ipsiusque Imperatoris apud Victorem tam perverse notati nunc inveniantur, equidem non capio: ab ipsomet Victore peccatum hoc esse videtur mihi impossibile. Itaque, iis ad debita tempora retractis*, Vigilium *obiisse dixerim* post Consulatum Basilii anno XIV. *deinde* Pelagium, *ordinatum anno* XV. *mortuum anno* XXXIII. Justiniani, *inchoando ejus imperium a mense Aprilio vel Augusti anni* DXXVII. *Moram etiam ordinando* Pelagio *attulisse debuit, quod (sicut Anastasius ait)* tunc non erant in Clero qui poterant eum promovere: quia & monasteria & multitudo religiosorum & sapientium nobilium subduxerunt se a communione Pelagii, dicentes, quia in morte Vigilii Papæ se immiscuit ut tantis pœnis affligeretur. Dum *ergo* non esset Episcopus, *Ostiensis videlicet*, qui eum *de more* ordinaret: inventi sunt duo Episcopi, Joannes de Perusia & Bonus de Ferentino, & Andreas Presbyter de Ostia: & ordinaverunt eum Pontificem. *Atque hoc est quod vetustior Catalogus ita explicat.* Hic est ordinatus a duobus Episcopis & uno Presbytero. *Ad diluendam autem infamiam prædictam*, Narses & Pelagius, consilio inito, data Litania a S. Pancratio, cum hymnis & canticis spiritualibus venerunt ad S. Petrum Apostolum: ubi Pelagius, tenens Evangelia & Crucem Domini super caput suum, in ambonem adscendit, & satisfecit cuncto populo & plebi, quia nullum malum peregisset contra Vigilium. *Hoc autem facto nemo fuit qui dubitaret eum pro legitimo Ecclesiæ capite habere; nisi forte adhuc aliqui superessent in urbe, quales extra urbem erant plurimi, etiam Episcopi, qui defensioni trium Capitulorum pertinaciter inhærentes, ab unione ipsius* Pelagii *& totius fere Romanæ Ecclesiæ, Synodum quintam tandem cum illa recipientis, subtrahere sese maluerunt, quam Capitulorum abrogationi consentire.*

post longiorem moram, D *fugiente tamen ejus communionem populo.* E *donec sese de morte Vigilii juramento expurgasset.*

LXII. S. PELAGIUS.

PELAGIUS, Vigilii Archidiaconus, natione Romanus, ex patre Vicariano, tempore Justiniani Augusti, electus in schismate anno DXXXXVIIII. & legitimus Pontifex consecratus anno DLVI. XIII. Aprilis In Cœna Domini; sedit annos IIII. menses X. dies XVIII. mortuus anno DLXI * die II. Martii, a prima qualicumque Electione anno XI. sepultus in C Basilica S. Petri IIII. Martii: & cessavit Episcopatus menses V. dies XVIII.

Ab an. 556. ad 561. an. 4 m. 10. d. 18

** Bar. a 555 ad an. 559.*

Dies obitus notatus vulgari numero.

ANnos XI. *quomodo numerare potuerint aliqui, jam jam diximus: quoad spatium Pontificatus supra nominatum consentiunt exemplaria cetera omnia. Initium ejus, retrogradiendo a die Obitus, in Cœnam Domini cadit; qua ordinationem fieri Episcopalem potius quam ipso Paschatis festo, magis congruum fuit. Diem Depositionis* IIII. Nonas Martii *solum expressum invenimus sub Epitaphio de quo infra: diem vero Mortis, & quidem insolita hactenus phrasi, scribit Anastasius in omnibus exemplaribus, præterquam in Ms. nostro sic:* qui etiam obiit II. mensis Martii; *antehac in signando die mensis semper usus divisione Romana, & pro* II. Martii, *dicturus* VI. Nonas Martias. *Cum autem deinceps sæpius contingat vulgariori isto & commodiori modo tempora notari in Anastasio, opera pretium fuerit animadvertere, hoc potissimum seculo, etiam apud Latine scribentes, variari cœpisse phrasim. Interim dies Obitus tam expresse notatus, securos nos reddit de veritate chronologiæ, per numeros in Catalogis assignatos.*

Titulus Sancti.

a *Porro ingentia* Pelagii *elogia continet ejus epitaphium, cujus intuitu ab aliquibus credo* Sanctum *vocari, etsi nullum cultus ecclesiastici ei aliquando exhibiti reperiatur vestigium. Verosimilius en illo Epitaphio inferes, posteriori aliquo seculo, puta* XI. *sub* Sergio Papa III. *hujus & aliorum variorum Pontificum, in Vaticano tumulatorum, sepulcra marmoribus & titulis ornata fuisse.* Sergii *certe istius ætatem ac stylum referunt versus, ut patebit eos cum aliis istius Pontificis conferenti: itaque ipsum hic accipe.*

Terrenum corpus claudant hæc forte sepulcra, F
Nil sancti meritis derogatura viri.
Vivit in arce poli cælesti luce beatus,
Vivit & hic cunctis per pia facta locis.
Surgere judicio certus, dextramque tenentem,
Angelica, partem, se rapiente manu.
Virtutum numeret titulos Ecclesia Dei,
Quos ventura utinam secula ferre queant.
Rector Apostolicæ fidei, veneranda retexit
Dogmata, quæ clare constituere Patres.
Eloquio curans errorum schismate lapsos,
Ut veram teneant corda placata fidem.
Sacravit multos divina lege Ministros,
Nil pretio faciens immaculata manus.
Captivos redimens, miseris succurrere promptus;
Pauperibus numquam parca, negare sibi.
Tristia participans, læti moderator opimus,
Alterius gemitus credidit esse suos.

fundatus in epitaphio.

Hic requiescit Papa Pelagius, qui sedit annos IIII. menses X. dies X. & VIII. depositus IV Nonas Martii: *juxta quæ verba sepultum dixe* IV. *Martii. Vereor tamen ut hoc verum sit, & suspicor Epitaphii auctorem vel transcriptorem* IV. *invenisse vel legisse loco* VI. *Etenim*

an in eodem expressus dies sepulturæ?

A nim deprehendo in Epitaphiis SS. Gregorii & Bonifacii IV. aliisque eadem ætate compositis, depositum dici pro mortuo: & sic ignotus nobis maneret dies quo Pelagius I. sepultus fuit, sed absque ullo Chronologiæ Pontificalis, a tali die nusquam pendentis, incommodo.

Baronii hæsitatio.

3 Baronius mensem & diem, quo creatus est Pelagius ignorari professus, satis habuit initium Pontificatus ejus ponere anno DLV. sed ejusdem morte relata ad annum DLIX. annum istum ipsius quintum numerat: hoc enim suadebat Epitaphii clausula supra posita, quam etiam ipse recitat: dissimulavit autem annotare, quod juxta numeros ibi expressos debuisset cœpisse Pelagius anno DLIV. XV. Aprilis, nam id sua Chronologia repugnare satis videbat. Ceterum quando jam sæpe contigit sæpiusque continget, aut eruditissimi viri nec unquam satis laudandi Baronii chronologiam a me proponi confutandam, sine præfatione reverentiæ; aut ipsius nomen absque alio honoris titulo compellari; iterum moneo, hoc brevitatis duntaxat causa fieri. Absit enim ut contumeliam ei facere velim, cujus doctrinæ B Ecclesiam totam tantum credo debere, quantum alteri fortasse nemini.

Epistola una affictа Pelagio.

4 Epistolarum ejus, prout in Conciliis editæ habentur, prima, velut ad Vigilium Episcopum nescio quem data, sed ex epistolis S. Leonis Ithaciique fragmentis consuta, imposturæ suæ tam evidenter præfert notam, dum fingitur data quinto Nonas Maii, Joanne & Narsete viris clarissimis Consulibus; ut nec ipse Binius, Mercatoris sui alias reverentissimus, id ausus sit dissimulare, jam ex Baronio doctus, … ad vetera D quæque hujus temporis monumenta ubique signata reperiuntur post Consulatum Basilii, qui usque vicies reperitur apud Cassiodorum repetitus. Quod si Narsetis, vel aliorum Consulatus Fastis interpositus fuisset, certe non ab illo ultimo Consulatu Basilii tot anni post ejus Consulatum inscripti reperirentur: sed post Consulatum Narsetis, & Joannis. Verum hoc notasse minoris nostra refert, quam corrigere numerum sub epistola 6 vitiose redditum per zyfras, dum ea legitur data 15. Kal. Mar. anno 15. post Consulatum Basilii viri clariss. hoc enim nostra Chronologia repugnat, qua censemus, non ante Aprilem anni istius (qui nobis est DLVI.) ordinatum Pelagium. Observa igitur similem errorem repertum sub epistola illa, qua Sapaudo Arelatensi Pelagius suas in Galliis vices delegat, ac si esset data III. Nonas Februarii anno XV. post Consulatum &c. quod ex Pithœano & Lirinensi Codicibus corrigens Sirmondus noster, & legi faciens anno XVI. ultimam eam collocat inter datas ad ipsum Sapaudum; itaque prima inter easdem fit data IV. Nonarum Juliarum anno XV. post Cons. sic incipiens: Quæ nobiscum E omnipotentis Dei gratia fuerit operata ad Caritatem tuam credimus fuisse perlatum .... nos tamen præsentium portitorum occasione reperta. Quibus non aliud videtur attingi, velut jam nota res, quam ipsius Pelagii ad Apostolicam sedem promotio, ante menses omnino paucos.

duarum corrigenda data.

LXIII. S. JOANNES III.

Ab an. 561. ad 574. an. 13. m. 11. d. 23.
* Baron. a 559. ad 572 an. 12. m. 11 d. 19.

JOANNES, natione Romanus, ex patre Anastasio viro illustri, tempore Justiniani Augusti ordinatus XXI. Augusti, in Dominica, anno DLXI. * sedit annos XII. menses XI. dies XXIII; obiit anno DLXXIIII. die XII. Augusti; sepultus ad S. Petrum XIII. Julii; & cessavit Episcopatus menses X. dies III.

Ratio temporis.

SPatium Pontificatus idem hic quod in omnibus Mss. nisi quod pro XXVI. vel XXVII. diebus, notatis in Anastasio, scripserim XXIII. quia id aptius est, ut per assignatum Interpontificium veniatur ad Ordinationem Successoris, in Dominica faciendam. Ratio autem longioris Vacationis, quam mensium III. dierum XXV. vel XXVI. passim notatorum ab Anastasio, patet ex præce- C dentibus & consequentibus.

2 Baronius ab anno DLIX. ad DLXII. hunc Pontificatum fumens, licet Pelagium obiisse dixisset II. Martii, & vacantis Sedis menses III. dumtaxat, dies XXV. numerasset; tamen ne si legisset menses IV. Joannis hujus initium retulit ad XXVI. Julii loco Junii: & hunc spalmati (quod alias mendo typographico adscribi potuisset) consequenter inhæreas, dum ejusdem Julii diem XIII. sepulturæ adscriptum, intellexit de morte, non invenit totum tempus Sedis, ab Anastasio notatum, sed ann. XIII. minus F diebus XIV. id est annos XII. menses XI. dies XVII.

LXIV. S. BENEDICTUS.

Ab an. 575. ad 579. an. 4. m. 1. d. 28.
* Baron. a 575. ad an. 577.

BENEDICTUS, nuncupatus a Græcis BONOSUS, natione Romanus, ex patre Bonifacio, tempore Justini Junioris, ordinatus anno * DLXXV. XVI. Junii, eademque Dominica II post Pentecosten; sedit annos IV. mensem I. dies XXVIII. obiit XII. Augusti anno DLXXIX. sepultus in Basilica B. Petri in secretario, sub die XXX. mensis Julii: Cessavit Episcopatus menses III. dies XIII.

Ratio temporis.

CAsum ante Benedicti Ordinationem vacantis ultra X. menses Sedis, in Barbarorum, Italiam undique incursantium, frequentiam referre licet. Annos Pontificatus IV. suggerunt Appendix ad Catalogum Regium, & Catalogus Palatinus in Vaticano, atque cum Ms. nostro Anastasiani Codices, Cassinensis, Barberinianus, uterque Freherianus, Regius, Mazarinæanus, Thuanus; contra excusa exempla, solum tres annos numerantia. Similiter pro diebus XVIII. quos hæc ponunt, XXVIII. suggeruntur in Catalogo Palatino, Ms. nostro, Freheriano utroque codice, ceterisque prænominatis, & hi bonam nobis chronologiam faciunt, uti successus docebit. Si tamen pro diebus X. cessantis, post Benedictum Episcopatus, quos numerant Anastasiani codices omnes, & Auctor codicis nostri, liceat mihi scribere dies XIII. ut in Dominicam cedat Ordinatio Successoris. Baronius a XVI. Maji anni DLXXIII. ordinatur, propter obitum Joannis XIII. Julii attributum & ad ultimam Julii DLXXVII. usque numerans, invenisse etiam ipse putat an. IV. mensem I. dies XXVIII. sed hic memoria lapsus est, excusatu facilis; essent enim men. II. dies XV.

DIS-

A

DISSERTATIO XXI.

De quadam Romæ pictura huic Benedicto attributa, acsi ea S. Benedictum Abb. repræsentaret inter SS. Petrum & Paulum.

Ectypon Chronico Glaxianensi præfixum an. 1653.

PLacidus Puccinellus, *Decanus Cassinensis, ediderat anno* MDCLIII. *Chronicon insigne Abbatiæ SS. Petri & Pauli de Glaxiate Mediolani, ubi eum anno* MDCLXII. *commorantem invenimus, & ipsius Chronici exemplum dono accepimus. Hujus primæ fronti præfixam invenio* vetustissimæ, *ut prætenditur*, picturæ *ectypon, tamquam* Benedicti Papæ I. *opus ea sit*, expressa in abside ecclesiæ S. Sebastiani in foro Boario, anno Christi DLXXIII qua *Pontifice*, doctrina & sanctitate clarus, declararit, se S. P. Benedictum, annis post ejus obitum triginta, Apostolorum Principibus Petro & Paulo comparare. *Eccum ipsum.*

EGO BENEDICTVS I PP ET MONACHVS PINGERE FECI

B



Non existimo equidem quemquam esse aut fore, qui Monachorum Benedictinorum laudi, nedum sanctissimo ipsorum Patriarchæ, quidquam detrahere putes me voluisse, si, veritatis ac vetustatis illustrandæ causa, ejusmodi picturam ejusque significationem expendendas C *suscepero, & alterutram arguero falsitatis; quando ipsum etiam Puccinellum si viveret, non recusarem appellare arbitrum; omnino certus nihil ab eo mala fide actum, & neminem eo promptiorem futurum, ad errorem, quemcumque sibi monstraverit aliquis, retractandum. Est interim qui causam dijudicet, quemque fidenter appello, Joannes Mabilio. Sub hac ergo protestatione aggredior promissum in titulo examen, proposita superius quam dixi imagine, sed ad formam duplo minorem contracta; quam Puccinellus dedit.*

non Apostolos, vulgo notissimos,

2 *Quicumque Sanctos Apostolorum Principes aliquando viderint, vel jam olim in antiquariis monumentis expressos; vel ex usu hodierno adumbratos, eam utriusque ideam habent infixam animo, ut credant, curto crispoque faciei atque capitis pilo* Petrum *a* Paulo, *fuisse distinctum, cui recalvastro cæsaries rarior & barba prolixior fuerit. Tales exhibent vetustissimæ picturæ illæ Romæ, quæ ab ipsa S. Silvestri ætate creduntur in Vaticana Basilica asservari; & ad horum exemplum formatæ sunt illæ, quæ postmodum Pontificum Bullis plumbeis fuerunt impressæ; sive a dextris Petrum, quemadmodum ætas posterior tulit; sive ex vetustiori more a sinistris, tamquam honoratiori loco ponant. Hoc licet omnibus ita notum sit, ut ipsum velle exemplis probare, sit lucenti in meridie soli candelam accendere; non tamen me cohibeo, quin ex Joannis Jacobi Chiffletii quasi testamentario variarum ejusmodi curiositatum legato, mihi ante mortem tradito, depromam ectypon insignis vetustiorisque anaglyphi, cujus ille licet materiam non amplius nominare meminisset,* D *non dubitabat tamen quin dignum esset, quod aliquando æri insculptum iret in lucem.*



E

sed Romanos Milites repræsentat.

3 *Hic, nulla licet adscripta legantur nomina, vel puer tamen discernere poterit, uter* Petrus, *uter vero sit* Paulus; *& quamvis in nodum collecta supra humerorum alterum vestis superior, more Romano, plus aliquid ab ingenio sculptoris habeat, quam ab Apostolici ævi simplicitate; longe tamen discrepat ab illa nobilioris amictus forma, quam Puccinellus offert: in qua passim videre est expressos illos Martyres, qui Imperiali fastigio sanguine vel officio propinquiores, in militia Cæsarea claruerunt, nominatim SS.* Sebastianus *&* Eustachius. *Priorem ex ebore vetusto spectandum sic idem Chiffletius nobis dedit, nec ingratum erit etiam hic spectare: primum ut videas, qua ratione in antiquis primorum sex sæculorum operibus scribebantur nomina, litteris perpendiculariter descendentibus; secundo ut moncaris, illum humeri sinistri ornatum gemmeum in imagine Puccinelli, artificem arguere Græcum potius quam Romanum; qui tamen Romæ potuit opus ejusmodi pinxisse seculo* VII. *vel* VIII. *Idem suadet gemmata Evangelici textus tabella, quæ utrique in manibus est, & forma coronæ quam sinistræ sustineat, quales in Græcanicis Ravennatium musivis, istic ubi Galla Placidia condita dicitur, vidisse memini. Nescio an etiam corona sit, quam superiore sui parte obversam oculis (sunt enim ejusmodi coronæ clausæ desuper) manibus tenet noster hic* S Sebastianus, *an potius aliud quidpiam muneris, quod is Deo offert, tamquam inter sacra ad oblationem comparens. Quidquid id est, satis vides quo Militem Martyrem ab Apostolis distinguat.* F



A

Alia argumenta collecturus,

4 *Hactenus scripseram, demonstraturus porro, imaginem inter militares duas mediam, aut a Benedicto I. figuratam non esse, aut nihil repraesentare minus quam Sanctum cui aptatur Patriarcham. Hunc enim a suismet Casinatibus semper videram bene barbatum pingi, & ex ipsius Archimonasterii Abbate Angelo de Nuce acceperam imaginem, infra dandam post Leonem III. in qua, seculo IX. picta, tam ipse, quam Ioannes Abbas picturae Auctor, vultu minime laevi exprimuntur; & licet nondum constet quo primum seculo coeperint Benedictini Monachi barbas abradere, constat tamen id eos non fecisse ante seculum X. Peregrinum est etiam, ut Pontificum aliquis, sui nominis Primum se scribat, quasi praesagus ejusdem nominis plures alios secuturos. Talia dum fusius volo prosequi, &, occasione allegati superius Dominici Raynaldi, consulo Leonis Allatii opus de concordia utriusq; ecclesiae, paulumque in capite 6. libri 2. percurrendo progredior usque ad num. 35. actum agere me admiror;*

Invenio ipsum anno 1645. Romae prodiisse,

invenioque ejusmodi imaginem, non primum a Puccinello productam in lucem, sed ejus sic exendendae diu ante a (videlicet ab anno MDCXLV.) auctorem fuisse Constantinum Cajetanum, cujus ego in eruderanda antiquitate studium laudare magis quam fidem possum, acceptam etiam videm debens prolata in Appendice hujus Conatus ectypa absidis S. Nicolai in Lateranensi Palatio, & Gelasii Papae II. Sed ut haec bona fide dederit, tamen in

B

abside S. Sebastiani exprimenda sic illudere mundo voluisse, ut fecit, vix duobus gravissimis testibus credidi, Leoni Allatio & Iano Nicio Erythraeo, eamdem absidem, qualem suis oculis vident & videre omnes quotidie possunt, describentibus. Hujus epistolam, ad nostrum Ioannem Rho Roma Mediolanum datam, XV. Kal. Novembris MDCXLVI. totam Leo describit, postquam suam ipse fusius dixit sententiam. Illam autem epistolam miror quomodo non viderit Puccinellus; nisi quod suspicer, ea modestia fuisse Ioannem, ut noluerit

auctore Constantino Cajetano,

Mediolani vulgari scriptum, quod suo in alia contentione adversario tam luculentam malae fidei notam impacturum erat. Et ille quidem, aeque ac Allatius, multo sale Constantinum perfricat: ego vero, quia nolim eodem uti in hominem, alias eruditum, ac de litteris non omnino male meritum, resectis parergis acrioribus, rem ipsam Iani verbis exhibeo.

ex prototypo etiamnum ibi visendo,

5 Est Romae, non procul ab arcu Imperatorum Titi & Vespasiani, ad laevam ab Amphitheatro venientibus, aedes D. Sebastiano sacra, antiquissima religione praedita, intusque picturis ejusdem D. Sebastiani

C

acta referentibus vestita. In his, media inter barbatos armatosque duos crurum tenus, imago conspicitur, laeviore ac perpolita facie, cui longum a vertice velum defluit (*addit Allatius, velum esse coloris violacei, neque acuminari in cucullum, sed capiti planum incumbere*) ea parte qua caput tegit, gemmis in similitudinem Crucis ornatum: cui velo, alterum albi coloris velum subest, *in Mediolanensi ectypo nusquam comparens*. Tum (*ubi illud torquem nescio qualem format*) alius quidam e collo ornatus ad pectus, cum gemmata item Cruce, dependet. Mammae, ne pateant neve fluant, duabus fasciis inter se contortis complicatisque cohibentur: *& inter has quidquid a mento ad pectus pene imum est corporis, nisi qua collari ornamento tegitur, carneo colore*

In cujus medio stet figura muliebris

expressum patere testatur Allatius; ne quis forte existimet, torquem illum, supremam oram esse tunicae; cujus etiam sinum describit, planum explicatumque sine rugis, contra quam in monastici cuculli sinu consuevit. Laeva manus librum tenet: dextera, tribus primis digitis in altum elatis aliisq; duobus depressis, benedicentis cujpiam imaginem videtur exprimere. Postremo, ut mos est Sanctis, postquam e vita excesserunt, ejus capiti, sicut & aliorum duorum, quibus (ut diximus) illa in medium excipitur, capitibus, latus rotundusque nimbus accedit. In summa hac tabula grandibus inscriptum litteris legitur, EGO BENEDICTUS (numerum, sicut pleraque alia, tempus exedit) PP. ET MONACHUS PINGERE FECI. Praeter hanc inscriptionem alia nulla ibi littera cernitur, unde liceat saltem suspicione conjicere, quibus imagines illae nominibus appellandae

D

fide non bona transformata in Rom. Pontificem.

sint.... Hanc tabulam Abbas Cajetanus .... anno superiori in aes incidendam curavit (*in signum post annos decem Puccinellus*) ac primum lacunam, quae est in inscriptione complevit; &, nulla cujusquam auctoritate, sed suo marte, Iota unum posuit: tum singulis imaginibus singula elogia ac nomina indidit, atque illi quae est ad dexteram subscripsit *S. Petrus, Princeps Apostolorum Dei, ac D. N. Iesu Christi Vicarius Ecclesiae Romanae aedificator*: alteri quae est ad laevam. *S. Paulus, Sancti Petri Coapostolus & Doctor gentium, Ecclesiae Romanae Coaedificator*: tertiae vero inter eas mediae addidit, *S. Benedictus Abbas, Patriarcha ac Legislator Monachorum, Ecclesiae Dei Reaedificator ....*

ipsumque vixisse annis 100. vetustius,

6 *Hactenus Ianus Nicius: qui deinde pergit expendere,* quanta in istis commentitiis inscriptionibus ac nominibus ridicula, absurda, falsa, ac propemodum a Catholica religione aliena contineantur. *Ast Allatius*, Volenti, *inquit*, fores ecclesiae S Sebastiani semper patent: accedat, consideret, examinet, Imagines illae non ita antiquae sunt. Colores, pingendi

E

tractus, lineamenta, modus ipse; non in hisce solum, sed & in aliis quae in ipsa abside conspiciuntur, multo recentiora sunt & infra millesimum, &, si fides pictoribus & harum rerum gnaris adhibenda est, non excedunt trecentesimum. *Tunc sane vivebat* Benedictus XII. *ex Monacho Cisterciensi factus Papa anno* MCCCXXXIV. *sed Avenione, ubi & vixit & tumulatus est; ideo Allatius suggerit* Undecimum *istius nominis, qui ex Ordine Praedicatorum fuerat ante istum annis XXX. electus Romae. Verum quid si nullus eo loco fuerit nominis numerus? Cajetanus autem visus sibi sit I. videre, ubi remanebat tenuis umbra litterae* P? *nec magis integrae sint sequentes duae litterae, quae nunc videntur esse* P. P. *sed solum sint partes litterarum* B. R? *Ita, non* I P. P. *sed* P. B. R. *ibi olim steterit, legendumque fuerit* Presbyter. *Certe citius credideris, quod scriptum fuerit aliquis,* Presbyter & Monachus, *quam* Papa & Monachus.

opus forte Benedicti, non Papae, sed presbyteri,

quod inter SS. Marcum & Marcellianum,

7 *Quidquid de jis sit (neque enim occurrit aliquid cui satis acquiescat animus) verosimiliori conjectura dixerit, cum Iano atque Allatio, Martyres ibi expressos, esse* SS Marcum & Marcellianum, *Nobiles Romanos, a S. Sebastiano ad Christum conversos; mediam autem*



F

corum

A eorum Deiparam Virginem, ut gradu sic loco & statura præstantiorem; quam tamen numquam vidisse memini in actu benedicentis librumque tenentis, quod utrumque proprium est imaginibus Christi Sanctorumque Episcoporum Vicariorum ejus; cum ipsam in actu orantis, ac pansis erectisque ad cœlum brachiis, ea exhibeant figuræ, quæ solam vel in medio loco positam repræsentant, uti in mox allata tabella Græco-moscovitica aliisque similibus. Nulla etiam antiquior pictura virgine- D am carnem tam profunde pandit infra collum, ut facit ista superius descripta; id enim pictorem non scrupulose verecundum, & sequioris seculi licentiam arguit. Quamquam autem ectypon istud Cajetani tantopere differat a prototypo quantum supra vidimus, aliud tamen accuratius Romæ curare non videtur opera pretium; cum ad id quod modo tractamus argumentum, indicasse vel errorem vel fraudem, convicisse sit; quare hic finem facio.

LXV. S. PELAGIUS II.

PELAGIUS, natione Romanus, ex patre Winigildo, temporibus Tiberii Constantini & Mauritii: ordinatus XXVI. Novembris, anno DLXXVIIII. in Dominica, sedit annos X. * menses II. dies X. Obiit anno DLXXXX. IIII. Februarii; sepultus ad S. Petrum die VII. ejusdem mensis, & cessavit Episcopatus menses VI. dies XXIX.

Ab an. 579. ad 590. an. 10. m. 2. d. 10
* Baron. ab an. 577. ad an. 590. an. 12. m. 6. d. 27.

B NOtat Anastasius ordinatum esse absque jussione Principis, eo quod Longobardi obsiderent civitatem Romanam, & multa vastatio ab eis in Italia fieret. Cum igitur jussio talis non soleret nisi post duorum ut minimum mensium spatium adferri, quid minus poterant Romani quam alterum fere tantum expectare priusquam ad ordinandum Electum suum procederent? Nescimus porro quamdiu duraverit Romanæ urbis obsidio, aut quando fuerit inchoata; hoc scimus, Longobardos anno DLXXV. iterata repulsos a Gallia fuisse, nec ultra eam illis tentatam legi; adeo ut videantur ab illa expeditione abducti per feliciores suos contra Italiam successus, quos potuerunt jam inde ab anno DLXXVII. Romam usque promovisse, & tota vagantes Italia usque ad annum DLXXX. infesta omnia habuisse, atque imprimis cavisse ne Constantinopolim tuto commearent nuntii, suppetias militares acceleraturi.

Interpontificium longius, tunc vastantibus Longobardis.

2 Quod sepulturam ad S. Petrum attinet, hæc Pelagio fuerit præter morem accelerata, intra tertium ab obitu diem, quod minime liceret corpus pestis extincti inhumatum servare, in ecclesia Lateranensi depositum, quoad usque, celebrata Electione vel etiam Ordinatione successoris, id facere liceret majori cum otio & digna Pontifice pompa. Quamvis autem fas sit credere, instauratas eidem postea fuisse exequias solenniores: is tamen dies, quo fuerat ad Vaticanam Basilicam corpus delatum, mansit inscriptus istius Ecclesiæ Ephemeridibus seu Anniversariis, indeque in Catalogos translatus est.

Causa accelerata Depositionis.

C Mabilonius iter Italicum pag. 81. nos docet, hujus Pontificis effigiem, Musivo expressam cerni, in Basilica S. Laurentii extra Muros, quam ipse post Constantinum instauravit auxitque. Id utinam citius rescivissem! curassem utique eam hic repræsentari, novo exemplo probaturus, quod aliquoties jam indicavi, Cavallerianas imagines plerasque, non solum a veris diversissimas esse, & ex ingenio pictoris compositas; sed nec omnes quidem antiquas, quæ potuerunt Romæ haberi, satis diligenter quæsitas fuisse. Dicitur autem illa extare, ad arcum qui fornicem absidis claudit & cingit.

ejus effigies

3 Baronius, qui Successores Vigilii justo citius inducendo in Apostolicam Sedem annos duos amiserat, videbatque Pelagium hunc omnino vixisse usque ad annum DXC. ipsos eidem adjunxit, repugnantibus omnibus exemplaribus Anastasianis cum nostro Ms. Repugnat etiam antiquior illis Palatinus Catalogus, atque hoc ipso Catalogo multo vetustior Appendix XII. Pontificum post Catalogum secundum, in hoc eodem Pelagio desinens, expresseque notans, quod Pelagius sedit annos X. menses II. dies X. Ne autem dubitari possit, quin sub S. Gregorio, Pelagii hujus Successore, scripta sit Appendix ista, facit hæc post nomen Pelagii clausula: A B. Petro usque nunc fiunt anni DXLIV. & menses I. dies VI. excepto intervallo Episcopatus. Finis. E Si hosce numeros ita subduxit collector, sicuti in sua Catalogo sigillatim ad singulos Pontifices scripserat; sua eum vehementer fefellit supputatio: nam saltem juxta autographum nostrum colligerentur anni DVII. præter menses & dies Interpontificiis assignatos. Melius in Anastasio excusa post hunc Pelagium similis additur clausa. A morte S. Silvestri, usque ad hunc primum Gregorium, fuerunt anni CCLVI. hoc enim verissimum est, cum obierit Silvester anno CCCXXXV. exeunte, & Gregorius sit ordinatus anno DXC. longe ultra dimidium provecto.

Solum 10. non 12 annos dandos Pelagio,

probat ipsius annorum temporis scriptum.

4 Ex talibus autem clausulis potest confici, nullam tunc adhuc certam fuisse Æram Christianam in usu, quamvis eam, quæ a Christi Incarnatione appellatur, jam ab annis quinquaginta fuisset excogitata a Dionysio exiguo Abbate Romano: alias enim aeu voluisset Auctor annorum calculos a morte S. Petri subducere: Quare merito censuit Labbæus noster, in novissima Conciliorum editione, de ea quæ nunc habetur Pelagii II. ad Joannem Constantinopolitanum Epistola, quod nefas sit eam separare a subdolis Isidori mercibus, quo nomine & alia quædam sub ejusdem Pontificis nomine reprobantur. Nam præter stylum, qui in alterius deperditæ locum confictam ipsam esse docet, idem convincitur ipso, quod dicatur data Kalendis Martii anno Domini DLXXXV. Indictione V. hoc enim in tali Epistola eo absurdius est, quo scribebatur Constantinopolim, ubi nemini adhuc cogitatio inciderat (quantum quidem scimus) de annis Dominicæ Incarnationis numerandis. F Cum autem id ibi cœptum est fieri, cœptum est cum notabili a Latinis diversitate; ut nova scilicet Christiana æra, cum alia ab Orbe condito usitatiori quadamtenus in numeris extremis concordaret.

Nondum tunc usurpabatur Æra ab Incarnatione Christi,

addita videtur supposititia Pelagii epistola,

5 Datam qui tunc subscribebant Epistolis, solum exprimebant Indictionis & Imperii annos, qualis est illa Pelagii ad Aunarium Autissiodorensem, a Labbæo nostro ex sua Mss. Bibliotheca inserta Conciliis, & data pridie Kalend. Novembrium, imperante Domno Mauricio Tiberio Imp. Augusto, anno V. Indictione V. id est anno DLXXXVI. Quæ autem antea extabat ad eumdem Epistola alia, data III. Nonas Octobris, imperante Domno Tiberio Constantinopoli Augusto anno VII. videtur esse quoad hanc clausulam mutila, itaque legenda, Imperante Domno Mauritio Tiberio (nam decessor, qui simpliciter Tiberius dicebatur, solum regnavit annis IV.) Constantinopoli Augusto anno VII. Indictione VII. ut intelligatur annus vulgaris æræ DLXXXVIII. quando XIII. Augusti & XXIV. Septembris initium acceperat annus tam Imperii quam Indictionis septimus. Sed de Epocha annorum Mauritii, qui volet accurate cognoscere, adeat Caput V. Exegesis nostræ 1. Præliminaris ante tomum 3. Martii, ubi discet

stylo diversa ab aliis genuinis.

A *discet duplicem aram Mauritianam distinguere, Imperii scilicet & Consulatus, initi anno 11. Imperii, prout apparet manifestè in Chronico Constantinopolitano, quod vulgo, sed perperam, Alexandrinum nunc appellant post Gretserum, & Fastos Siculos Scaliger vocaverat. Eamdem autem distinctionem agnoscit & sequitur etiam Antonius Pagi, in eruditissima sua Dissertatione Hypatica, alias etiam nobis laudata Cantellius noster in mox laudando libro Part. 2. Dissert. 1. cap. 8. putat hunc* Pelagium *primum fuisse qui Imperatoris nomen & annos epistolis suis adscripserit: quod non vacat nunc examinare operosius.*

6 Baronius Pelagii II. *Pontificatum exorsus* XI. *Novembris anni* DLXXVII. *defunctum eum statuit* VII. *Februarii, quo scilicet non mortuus, sed sepultus est. Certe Gregorius Turonensis ait, quod* medio mense undecimo (*Januarius is erat, sicut Leo in Sermone de Jejunio* decimi mensis *eo nomine* Decembrium *intelligit*) adveniens clades, quam inguinariam vocant, primum omnium Pelagium Papam perculit: *quæ cum intra paucos dies correptos extingueret, satis est si ad initium Februarii vivum, juxta numerorum in Catalogis designatorum ductum, retineamus. Natalis Alexander duo disticha recitat, tamquam ei pro Epitaphio posita, allegans Romam subterraneam Aringhi lib. 2. cap. 8. ubi ista quidem disticha leguntur, sed Epitaphio Pelagii I. inserta, ut divinare nequeam, quo errore hic sit abreptus Natalis. Præter menses* VI. *Interpontificii, dies* XXVIII. *numerant Codex Mazarinianus & Ms. nostrum; quos aliis, XXV. dumtaxat numerantibus, præferendos, ex initio* S. Gregorii *patet, imo addito die uno augendos.* D

Tempus mortis & sepulturæ.

LXVI. S. GREGORIUS.

B

Ab an. 590. ad 604. an. 13. m. 6. d. 10

GREGORIUS S. R. E. Diaconus & Constantinopoli Apocrisiarius, natione Romanus, ex patre Gordiano, tempore Mauritii Imperatoris, ordinatus III. Septembris Dominica die anno DLXXXX. sedit annos XIII. menses VI. dies X. defunctus XII. Martii anni DCIV. sepultus in basilica Beati Petri Apostoli ante secretarium: & cessavit Episcopatus menses V. dies XVII. E

Bar. d. 9.

Cultus antiquissimus

N*Ihil hic notandum occurrit, quod non sit a nobis plene explicatum in Martio: & Baroniana Chronologia, certissimus utriusque festi, quo Ordinatio & Mors Gregorii annuo colitur, inclusa terminis, nec ad unum quidem diem potuit exerrare. Solum noto prædictum cultum jam statim a morte Sancti frequentatum fuisse, non item occasione alicujus Translationis (uti in plerisque factum initio vidimus) institutum. Coluntur enim nunc plerique non ipso quo mortui fuerunt die, sed quo ex tali occasione in libro Pontificali legebantur depositi. Ast vero* SS. Petrus, Clemens, Alexander, Urbanus, Sixtus II. Marcellus, Silvester, *& si qui alii, quorum & exstabant Acta & memoria festiva ab initio & semper habita fuit, illo die depositi ab Anastasio dicuntur, non quo sepulti, sed quo mortui fuerunt: & hoc etiam huic* S. Gregorio *contigit.*

2 *Dominicus Raynaldus, ad* S. Silvestrum *nobis allegatus ex Allatio, ait, in archivo Castelli S. Angeli exstare genuinam aliquam hujus Pontificis Bullam,* C *super vetustissima ex cortice papyro: quam equidem vehementer videre cupiens, saltem in exemplo eadem characterum forma descripto, atque lectori æstimandam dare, sollicitavi Illustrissimum Bibliothecæ Vatic. Præfectum Schelstratium, ut hanc mihi gratiam ab Eminentissimo istius Archivii Custode obtineret. Sed is, licet inspiciendi facultatem gratiose impetraverit, has ibi tamen nihil tam antiquum (ut supra in* Silvestro *dixi) ibidem potuit invenire.*

S. Gregorii Epistolis insertus actus judicialis, sub vero quod

3 *In Registro Epistolarum hujus Pontificis, quæ ibi universim supra octingentas numeravimus, libri 9. Epistola 22. censetur Actus quidam judicialis, quo Probus quidam, Abbas monasterii SS. Andreæ & Luciæ, testandi petit & impetrat facultatem; cujus Actus hæc summa est:* In nomine Domini Dei nostri ac Salvatoris Jesu Christi, imperantibus Domno Mauricio & Tiberio Augustis, anno Incarnationis Dominicæ sexcentesimo primo, eodemque Domno undecies Consule, sub die tertio Nonarum Octobrium, præsidente beatissimo & Apostolico Papa Gregorio, atque considentibus reverendissimis, Menna Episcopo Telesino, *& aliis Episcopis quatuor, Presbyteris autem Cardinalibus decem,* adstantibus etiam Diacono & Clero, Paterius Secundicerius *annuntiat, Probum præsentandum consessui: qui introductus supplicem libellum affert legendum hoc exordio,* In nomine Domini nostri Jesu Christi, imperante Domno Mauricio & Tiberio piissimo Augusto, die tertia Octobris, Indictione quarta. *Lecto libello paulisper abscedere jubetur Probus Abbas: itur in suffragia, & revocato adjudicatur quod postulaverat;* Gregorio (*cujus is conscientiam appellaverat, circa modum quo se dicebat Abbatem factum prius quam Monachum*) *exponente quid circa rem eam recordaretur, & decernente sic ei licere testamentum condere, tamquam si monasterium ingressus non fuisset: & additur;* Data mense Novembris Indictione IV. *Quæ Indictio, Septembri præcedenti inchoata, nobis a Januario annum exordientibus signavit annum adhuc sexcentesimum: unde Antonius Pagi in Dissert. Hypatica pag. 339. constare vult, quod* Gregorius secutus est Dionysium Exiguum, qui Incarnationem anno Juliano XLV. consignavit, cumque primum vocat Æræ Christianæ; *quod non animadvertentes Onuphrius atque Baronius, hallucinati circa annum sint.*

& P. C. undecies

F

4 *Ego vero existimo, & hos & illum hallucinatos, si crediderunt, Actum istum Gregoriano registro ab initio insertum fuisse; reclamante stylo totius Registri, quod mere ac simpliciter est epistolare, nec similem alium (quales tamen centenos ac centenos exercuit* Gregorius) *usquam habet admixtum Epistolis. Quamquam autem dubitare nolim, quin ea causa sic acta & decisa coram* Gregorio *sit; nego tamen, verbalem (ut nunc appellaremus) Processum, undecumque & quandoque & quandocumque insertus Registro sit, ex sincero originali recte transcriptum haberi. Et hoc ultra concedere mihi videtur Pagius, cum agnoscit, male scribi,* Imperantibus Mauritio & Tiberio Augustis, *pro,* Imperante Mauritio Tiberio Augusto; *atque* undecies Consule, *pro* sedecies: *nec enim aliter inveniri potest* Indictio IV. *cujus Registro insertum instrumentum illud est. Huic autem aptare se volens is, qui sic corruptum contextum primum in lucem eruit ex veteri ac semiexesa membrana, & legibiliori forma transcripsit ut melius poterat, numquid non debebat suspectus esse, ne* Incarnationis *annum adjecerit ex stylo suo proprio secundum Pisanos; potius quam affirmaret ex fide scripti, tam undequaque inoperti, neque simile in toto* Gregorio *totque post secutis Pontificibus habentis, usum ejusmodi Incarnationis pro tempore tam antiqua? Si nosse vis qualiter ipsemet* Gregorius *notaret Epistolis*

ut mendosus est totus,

ut mendosus est totus,

sic & interpolatus censeri debet,



IMAGINES AD VIVVM EXPRESSAE
EX AEDICVLA SANCTI ANDREAE
PROPE BEATI GREGORII MAGNI ECCLESIAM,
NECNON EX VITA EIVSDEM BEATI GREGORII
A IOANNE DIACONO LIB.IV. CAP.LXXXIII. ET LXXXIV.
CONSCRIPTA.

GORDIANVS S GREGORII PATER.	GREGORIVS MAGNVS.	SILVIA S GREGORII MATER.



A *las, eam consule, quam anno* DXCVI. *scripsit S. Augustino Anglorum Apostolo, relatam in hujus Vita* XXVI. *Maii num. 7. unde & ex aliis a Beda relatis discas, plures Gregorianas epistolas intercidisse, neque innotuisse Collectori Registri; qui omissis fere ubique chronotacticis clausulis, satis habuit mensem & Indictionem subinde signasse. Integra autem subnotatio Gregoriana sic habet:* Data die decima Kalendarum Augustarum, imperante Domino nostro Mauritio Tiberio, piissimo Augusto, anno decimo quarto, post Consulatum ejusdem Domini nostri anno decimo tertio, Indictione decima quarta.

... probat ... Christi sub Gregorio fuisse.

DISSERTATIO XXII.

De S. Gregorii ac parentum ejus imaginibus, deque Indulgentiis ipsi affictis.

1 J*Oannes Baptista Cavallerius effigiem hujus sanctissimi Pontificis, uti invenit in illa quam prae oculis habuit picturarum serie, sic exhibuit, mento rasa, vultuque rotundo: utrumque contra certiorem ejus* B *descriptionem, quam ex picturis antiquis habemus in Vita scripta per Joannem Diaconum lib. 4 cap. 83. 84. et 85. ubi etiam Patris ac Matris forma his verbis exprimitur:* In Gregoriani monasterii atrio, jussu Gregorii, juxta nymphaeum, duae iconae vetertimae artificialiter depictae usque hactenus videntur: in quarum altera beatus Apostolus Petrus sedens conspicitur, stantem Gordianum Regionarium, videlicet patrem Gregorii, manu dextera per dexteram nihilominus suscepisse. Cujus Gordiani habitus, castanei coloris planeta est, sub planeta dalmatica, in pedibus caligas habens: statura longa, facies deducta, virides oculi, barba modica, capilli condensi, vultus gravis. In altera vero mater Gregorii sedens depicta est Silvia, candido velamine a dextero humero taliter contra sinistram revoluto contecta, ut sub eo manus tamquam de planeta subducat, & circa pectus sub gala inferior tunica pseudolactinei coloris appareat, quae magno sinuamine super pedes defluat, duabus zonis ad similitudinem dalmaticarum, sed latioribus omnino distincta: statura plena, facies rotunda quidem & candida, sed senio jam rugosa, quam ipsa quoque senectus pulcherrimam fuisse significat: oculis glaucis & grandibus, superciliis modicis, labellis venustis, vultu hilaris, ferens in capite matronale mitram, candentis brandei raritate nimbatam, duobus dexterae digi- C tis signaculo Crucis se munire velle praetendens: in sinistra vero patens psalterium retinens, in quo hoc scriptum est: Vivet anima mea, & laudabit te, & judicia tua adjuvabunt me. A dextero vero cubitu, usque ad sinistrum circa scapulas, Versus ascendens reflectitur, qui ita se habet: *GREGORIUS SILVIAE MATRI FECIT*.

Ex antiquis picturis datur forma patris Gordiani,

matris Silviae,

2 Sed & in absidicula post Fratrum cellarium Gregorius, ejusdem artificis magisterio, in rota gypsea pictus ostenditur. Statura justa & bene formata, facie de paternae faciei longitudine & maternae rotunditate ita mediae temperata, ut cum rotunditate quadam decentissime videatur esse deducta: barba paterno more subfulva & modica: ita calvaster, ut in media fronte gemellos cincinnos rariusculos habeat, & dextrorsum deflexos: corona rotunda & spatiosa: capillo subnigro & decenter intorno, sub auriculae mediam pendente: fronte speciosa: elatis & longis, sed exilibus superciliis: oculis pupillas furvis, non quidem magnis sed patulis: subocularibus plenis: naso a radice vergentium superciliorum subtiliter directo, circa medium latiore, deinde paulo recurvo, & in extremo patulis naribus praeminente: ore rubro, crassis & subdividuis labiis, genis compositis, mento a con- D sinio maxillarum decibiliter prominente. Colore aquilino & vivido, nondum, sicut ei postea contigit, cardiaco. Vultu mitis, manibus pulchris, teretibus digitis, & habilibus ad scribendum. Praeterea planeta super dalmaticam castanea, Evangelium in sinistra, modus Crucis in dextera, pallio mediocri, a dextro videlicet humero sub pectore super stomachum circalatim deducto, deinde sursum per sinistrum humerum post tergum deposito: cujus pars altera super eundem humerum veniens, propria rectitudine non per medium corporis, sed ex latere pendet: circa verticem vero, tabulae similitudinem, quod viventis insigne est, praeferens, non coronam. Ex quo manifestissime declaratur, quia Gregorius, dum adhuc viveret, suam similitudinem depingi salubriter voluit, in quo posset a suis monachis, non pro elationis gloria, sed pro cognitae districtionis cautela frequentius intueri, ubi hujusmodi distichon ipse dictavit:

ipsiusque Gregorii;

Christe potens Domine, nostri largitor honoris,
Indultum officium solita pietate guberna.

E Ibi etiam tempore jam Petri Archidiaconi & Joannis Oeconomi, Saturninus monachus dextera laevaque B. Gregorii, effigies sanctorum Apostolorum, quemadmodum modo videntur, depinxit. Quo scilicet loco nonnumquam divinitus candela succenditur, & in ejusdem similitudinis effigie pro regimine sui monasterii saepe B. Gregorius praesentatur.

3 *Hactenus Joannis Diaconi verba: quae ut commodius intelligerentur, placuit a Clarissimo & Ornatissimo viro Balthasare Moreto, Balthasaris filio, accipere commodatam aeream lamellam, in qua sculptas habebat Gregorii Parentumque effigies, sumptas a supra memoratis vetustis exemplaribus. Quamquam enim illa ipsa sit usus in excudendis Annalibus Baronianis, inter omnium manus versantibus; sunt tamen circa habitum mihi notanda aliqua. Annalium Conditori minus observata. Ac primo quidem non displicet conjectura ejus de* Gordiano *Patre, quem* Regionariorum *appellat Joannes; non ita accipiendum, ut intelligatur Praefectus Regionis alicujus Urbanae fuisse, quae erat dignitas secularis,* Capo Rione *nunc vulgo dicta: sed esse titulum Ecclesiasticum, atque adeo* Gordianum, *de consensu uxoris, Clero adscriptum, fuisse* unum ex septem primi Ordinis Diaconis, qui Regionarii appellantur. *Id sane suadet Dalmaticae, quam aeque ac filius indutus videtur, forma. Sed huic Baronianae* F *conjecturae similem additam velim de Matre, quae & ipsa credi possit in ordinem recepta Diaconissarum, quarum Dalmatica in hoc fuerint a Dalmaticis Diaconorum diversa, quod hae ad latera aperta, quae, nodis adstrictae fuerint, uti ad dexterum* Silviae *genu apparet. Certe & illa (ut Joannes appellat)* matronalis mitra, *nullam similitudinem habet cum secularium matronarum cultu, in vetustis Romanae antiquitatis nummis saepe occurrente, sicut nec mitra Episcopalis; ut mirum censeri non debeat, si usus earum duntaxat fuerit pro Ordine ecclesiastico utriusque sexus adinventus, atque proprius. Quamquam mater, aeque ac Filius, duos priores digitos extentos habeat, apparet tamen ita benedicendi causa eos ipsam non habere, ut habet ille causa benedicendi, sed indicandi locum seu sententiam,* Vivet anima mea, & laudabit te; *idea istic notatam (ut opinor) quod ipsam frequentius in ore haberet. Non enim Evangeliorum librum hic concipio, solis Episcopis cum munere praedicationis commissum: proinde manet hactenus singularis illa vel Deiparae, vel alterius sanctae mulieris expressio, de qua in Dissertatione priori; nec alibi facile invenienda.*

Ex istis verisimile fit

non solum Patrem fuisse Diaconum Regionarium

sed & Matrem Diaconissam.

4 *A Dalmaticis transeo ad* Planetas. *Hanc in sua effigie* Gregorius *manifeste cernitur esse indutus. Vides autem eam, nullos uspiam angulos habentem, ut habet suprema vestis patris sub manu dextra; sed rotundam*

A planeta Sacerdotali filii.

A *dam totam, & ab humeris ad genua per sectas plicas perpendiculariter defluam, nisi quatenus id impediunt manus, ad exercitium sui officii extensæ, extra vel subtus eam. Ast nullas ejusmodi plicas rectas in amictu parentum videre est, sed ab ipso initio transversales, uti in veterum Romanorum togis, ab humero ad humerum superne ductis, videre est. Accuratius igitur credo locuturum fuisse Joannem, si* Gordianum *&* Silvium, *non* Planeta *sed* Toga *indutos descripsisset.* Planetas *enim Sacerdotibus privative proprias esse, nemo est qui dubitaverit hactenus; multo minus, qui eam Diaconissis communicaverit. Quod si* Silvia *Planetam induta non est, multo minus eam indutus est* Gordianus, *cujus superior amictus si explicaretur, videtur in quatuor angulos extendendus fuisse, licet unus eorum dumtaxat appareat, sicut jam monui; in cæteris simillimus est amiculo* Silviæ, *nisi quod hic minus laxior quam iste videri possit. De* Caligarum *&* Calceorum *discrimine nihil est quod dicam: hos enim apparet sua pelle totum pedem involvere, ut faciunt ii quibus hodieque utimur, supra pedem adstricti; cum istæ lorio*

distinguendæ sunt parentum togæ.

B *quibusdam adstringerentur ad calcem, unde eadem lora superius per tibiam circumvoluta ad usque poplites ducebantur, totamque tibiam obtegebant: unde istud Angeli ad Petrum Act.* 12. Calcea te caligas tuas.

5 *Carolus Macer in auctiori fratris sui Dominici Hierolexico, ad vocem* Baculus Episcopalis, *haud multum absimilem* S. Gregorii *effigiem proponit hac forma:*

Alibi pictus Gregorius cum Spiritu S. ad aurem.



C

Hanc se Macer accepisse profitetur ex monumentis Alfonsi Ciacconii, sed cujus antiquitatis ea sit non dijudicat. Ex picta ad aurem columba facile est intelligere, non esse Sancto vivente expressam imaginem; & ex tabula nihilominus ad versionem expressa, datur causa opinandi, ex originali vetustiori acceptam ab eo qui non intelligeret, prædictam tabulam signum esse personæ tunc cum ipsa pingebatur viventis. Sitne tamen Scriptore Vitæ Joannes antiquior, non ausim definire, ipse enim lib. 4. cap 70. testatur, quod, *jam ante sua tempora, id est anno seculum x.* consuetudinaliter Spiritus sanctus in specie columbæ super scribentis Gregorii caput depingitur; *sicut scilicet illum viderat Sancti ipsius Diaconus Petrus, eoque mortuo prædicaverat.* D *Interim arctior etiam quam in Baroniano imagine Pallii forma hic apparet, Planetæ, strictior.*

6 *Crux super hastili, raro admodum invenitur in Pontificum imaginibus, eorum inserta dextræ; minus vero incurvus superne baculus, sive cambuta aut pedum: hujus enim usus in Sacris Pontifici est; Crucem numquam ipse gestat, sed Subdiaconus præferre solet; quo de Ritu insignem commentarium scripsit, & anno* MDXCII. *Clementi VIII. dedicavit Fr. Augustinus Fivizanius, ex Ordine Eremitarum S. Augustini Palatii Apostolici Sacrista, ubi cap. 14 quærit,* quare Patriarcharum Crux duplici, Archiepiscoporum & summi Pontificis simplici linea in transversum ducta constet. *Ea sic proposita quæstio, mira procul dubio accidet iis, quorum oculi assueverunt videre ævi hujus picturas sculpturasque, ubi crux Papalis triplici transversali linea formatur. Eos ergo monitos hic velim, ejusmodi tergeminæ Crucis, nullum omnino usum esse in functionibus Papalibus, quales in nummis, marmoribusque cælatas sæpe videre est, adstante Subdiacono cum Cruce semper simplici. Sed neque illius tergeminæ vestigium ullum apud Scriptores antiquum est. Quare, licet* E *prædictus Fivizanius putet credibile,* talis formæ Crucem, *id est tergeminam, Romanis Pontificibus* aliquando prælatam, qualem in manibus ipsorum nonnulli effingunt; *parum verosimilis ea conjectura videtur. Ego, quia passim putantur Patriarchæ, suis in insignibus, duplicem usurpare Crucem, ut Archiepiscopis majores se ostendant, ideo existimo, visum pictoribus aliquibus fuisse conveniens, ut Romano Pontifici (qui non solum Patriarcha, sed caput & pater omnium Patriarcharum est) triplex illa tribueretur. Ast vehementer fallor, si duplex Crux aliunde initium sumpserit, quam a Latinis Hierosolymorum Patriarchis; quorum decessores Græci, duplicis lineæ Crucem e collo gestare & in sacris habere ante se soliti, exemplum istud successoribus reliquere: quod mox secuti sunt, in Oriente quidem, Antiochenus Patriarcha Latinus; in Occidente vero, Gradensis, Aquileensis, & Veneti; Romano antiquum morem retinente; quippe quem alia satis multa, non solum ab Archiepiscopis, sed etiam a Patriarchis communibus distinguebant atque distinguunt. Verum prius quam ab imaginibus antiquis,* S. Gregorium *repræsentantibus, stylum abduco; commemorandum mihi venit ipsius Antiphonarium, quod Modoetiæ in sacrario Basilicæ S. Joannis Baptistæ, a Theodelinda* F *Longobardorum Regina fundatæ, inter alia ejusdem Reginæ monumenta vidisse merito gloriatur Mabilio, Itineris Italici pag. 213. est enim* Codex ex membranis purpureis, quadratis litteris aureis exaratus, cum operculis ex ebore, quæ ex una parte præferunt effigiem Davidis Regis, ex alia S. Gregorii cum hoc disticho;

hoc unde sit sito aliquibus scriptum?

Alia in operculo Antiphonarii.

Gregorius Præsul, meritis & nomine dignus,
Quo genus hunc duxit, summum conscendit honorem.

Hic codex, non solum judicari potest vivente etiamnum S. Gregorio Romæ scriptus, sed etiam ab eodem dono missus Reginæ; sicut dicitur de Cruce Crystallina ibidem asservata, deque insigni Corporali sacro, ejus generis characteribus figurisque intexto, quarum specimen ibi videre est; sed tali forma litterarum, elegantissimarum quidem, sed tamen ad Longobardicam barbariem vergentium, ut verosimilius fiat, ipsiusmet Theodelindæ Reginæ manibus, vel saltem in ejus Gynæceo fuisse contextum. Quis enim Romæ sic collegisset litteras? O ✠ N Ajotorium meum inteieine. Ajalio. *pro,* Deus in adjutorium meum intende. Alleluia, *si recte ultimam vocem assequor. Properantia ad finem impressioni dandum prela, modo non permittunt, ut anaglyphi istius eburnei lineamenta,* Gregorium *exprimentia, sperem posse, satis tempestive obtinere, ab amicissimo*

ab ipso Gregorio missi Theodelindæ Reginæ.

mihi

A *mihi istius Ecclesiæ Archipresbytero Petro Paulo Bosca; serviens ergo illa ad Supplementum Marsii: eorum interim loco nunc erit alia, seculo quidem uno recentior imago (utpote sub annum* DCCXCVIII. *in Galliis picta, ante ejus librum Sacramentorum) magis tamen ad vetustatis illustrationem momenti. Quamquam enim non existimem vera venerandi vultus lineamenta istic repræsentari (utpote satis diversa ab iis quæ nobis Baronius exhibuit) habet nihilominus singularia quædam circa formam Pallii atque Planetæ. Hæc siquidem non prorsus rotunda apparet; sed utroque in latere, ad commodiorem explicationem brachiorum, modice fissa est. Pallium vero, neglectim defluens usque ad genua, hic primum circumvolvitur: quod utrumque ex Gallicano, non Romano usu factum, existimo; indeque suspicor, illam apertarum casularum consuetudinem, quæ post plura secula etiam Romæ suscepta fuit, & nunc est ordinaria, initium a Francis habuisse. Mirabar interim, quo exemplo audipes hic pingeretur Sanctus; cum S. Hilarii Episcopi Arelatensis Vitam ad v. Maii relegens, laudari eum animadverti, quod* nec hiemia quidem rigore..... pedes indumento addito texit, numquam eis linum lanamve concedens: *erat hoc ergo ex instituto Monachorum, saltem severiorum, quales erant Lerinenses apud Gallos, ut nudipedes incederent: quod licet Episcopus factus Hilarius tenuerit; non tamen tenuisse credendus est &* Gregorius; *aliter enim in tunica ab ipsomet pictura exprimitur. Minus mirum videri debet quod nomen Græcis litteris exprimatur, nec ipsum tantum sed etiam titulus* CTC, *id est* STS, *seu* Sanctus. *Ut enim ea ætate frequentes e Græcia advenie-bant Monachi, eleganter scribendi pingendique periti, Iconomachorum Principum declinantes vesaniam: ita eorum imitatio passim invalescebat in monasteriis, & Græcanicæ litteraturæ affectatio placere inceperat, etiam Latine scribentibus. Nescio porro an alibi inventurus sis vetustius exemplar radiati solis, ducti circum caput Sancti alicujus.*

Alia sub an. 798. picta in Galliis,

B

eum nomine Græcis litteris sculpto.



7 *Casinense Bullarium, Venetiis editum anno* 1650. *initium sumit ab insigni figmento, quod ait in Sublacensi archivio haberi. Ibi scribere dicitur* Gregorius Episcopus, servus servorum Dei, reverendissimo ac prudentissimo Honorato, Presbytero & Monacho atque Abbati venerabilis monasterii sancti Confessoris ac Patris Benedicti & sanctæ Virginis Sororis ejus Scholasticæ, quod ponitur in Sublaco: *omittuntur quæ hunc scripsisse Gregorius: sed ipse sic concludens inducitur:* Ego Gregorius, sanctæ Romanæ ecclesiæ Præsul, scripsi Vitam B. Benedicti, & legi Regulam quam ipse Sanctus manu propria scripsit; laudavi eam & confirmavi in sancta Synodo, & per diversas partes Italiæ; & ubicumque Latinæ litteræ legerentur, præcepi ut diligentissime observarent, quicumque ad conversionis gratiam accessuri essent usque ad finem mundi. Et confirmo duodecim monasteria, quæ ipse Sanctus construxit &c. *cum istud &c. nonne primum hoc adeoque insigne privilegium totum legi merebatur?)* Scriptum per manum Benedicti Scriniarii S. R. E. mense Majo Indictione 12. Pontificatus Domni Gregorii in sacratissima Sede Beati Petri Apostoli anno quarto. *Recte se habent Indictio & annus Pontificatus: sed initium & finis quam longe distant a stylo Gregorii! Hunc quidem Registrorum collector nobis invidit, omissis formalitatibus solam epistolarum substantiam describens, sub ejus ad quem diriguntur nomine; habemus tamen eumdem fideliter expressum a Venerabili Beda lib.* 1 *Hist. cap.* 28. *&* 29. *in epistolis, quas* Reverendissimo & sanctissimo Fratri Virgilio *Arelatensi, &* Augustino *Cantuariensi* Coepiscopo Gregorius, servus servorum Dei *scripsit, sub* Data die decimo Kalendarum Juliarum imperante Domino nostro Mauritio Tiberio piissimo Augusto anno decimo nono, post Consulatum ejusdem Domini nostri anno decimo octavo, Indictione quarta. *Et similiter subsignabatur, quæ cap.* 23 *præmittebatur, absque initiali formula; ad Augustini socios,* Data die decima Kalendarum, Augustarum, imperante..... anno XIV. post Consulatum ..... XIII. Indict. XIV.

D

Afficta Gregorio Bulla

pro Regula S. Benedicti,

E

aberrat a vero ejus stylo.

8 *Notat autem vir eruditus, totis octo primis seculis, nulli Romanorum Pontificum in usu fuisse ut nomen suum præponeret ejus nomini cui scribebat. Cœptum ait id variari seculo primum* IX. *sub* Gregorio II. III. IV. *&* Leonem IV. *fecisse exemplo suo ut posteris idem usus stabilis maneret. Id si verum esset, falsi argueret etiam illas constitutiones, quæ ibidem habentur consequenter sub nominibus* Theodori *&* Zachariæ *Pontificum. Verum dum hæc imprimenda essent, accipio nostri Petri Iosephi Cantelii tomum de* Historia *Metropolitanarum urbium, ubi pluribus exemplis demonstratum invenio, parte* 2. *Dissert.* 3. *cap.* 1. *jam inde a tempore* S. Leonis I. *apparere, pro indifferenti habuisse Pontificum veteres, præponerentne an postponerent nomen suum ejus cui scribebant nomini. Quin etiam observat; Ciceronem, sive Tironi sive Cæsari Pompeiove scriberet, nomen suum quasi certa lege semper præposuisse ejus nomini cui scribebat; ne soli majori olim credas licuisse nomen suum primo loco scribere. Itaque hac ex parte nihil detrahatur Constitutionibus prædictis, si aliud peccent nihil, quod expendendum relinquo Francis, S. Benedicti corpus sibi arrogantibus, contra quam ibi dicitur. Manet interim, quod antea dixi, ab insigni uno, si non & pluribus, initium sumere Bullarium istud.*

F

9 *Vidit hoc doctissimus Angelus de Nuce Abbas Casinensis: ideoque in suis ad S. Benedicti Vitam & Chronicon Cassinense notis cavit illius mentionem facere, cum agit de Sublaco, de Vita Benedicti, deque ejus Regula. Contempsit illud etiam, nec nominare dignatus est Mabillio, ante Acta Sanctorum Benedictorum*

eadem

A *eadem tractans, in prolixa ad opus praeclarum Praefatione. Nempe certis verisque testimoniis, ipsius quoque* S Gregorii, *commendatissimam Regulam, sciebant viri sapientissimi, non egere ficta ejusmodi laude; quos utinam omnes ii imitarentur, quibus subinde detrahuntur falsa & Eruditis hominibus stomachum moventia, ut vera decora appareant in luce majori. Id si facerent, non ita, velut pro aris ac focis, inveherentur in nostros conatus; nec tam pervicaciter sibi putarent propugnandum, quidquid nimia majorum simplicitas quocumque modo in lucem protulit de sua origine; non etiam talia ponerent in capite Privilegiorum suorum, neque canonizata omnia esse putarent, si alicui Pontificum, benigne inclinato ad illa sibi confirmanda, curae non fuit quam severissime excutere singula: quod imprimis probare potest* Indulgentiarum Stationariarum *confirmatio, facta a* Bonifacio VIII. *ac si earum auctor fuisset noster* S. Gregorius: *idque hic etiam foret refutandum, nisi commodius fieret Dissertatione* XVIII. *occasione Indulgentiarum* Sergio II. *afflictarum.*

Affictis Gregorio Indulgentiis Stationariis;

B 10 *In Breviario, secundum usum Romanae Ecclesiae impresso Venetiis, inter praevias ad ipsum Rubricas, & quaedam pro juvenum Clericorum instructione parerga, praeparatoriasque ad Sacrum dicendum orationes, etiam hujusmodi una habetur, velut composita a S. Gregorio.*

Item oratio de 5. vulneribus Christi.

Ave manus dextra Christi,
Perforata plaga tristi,
Nos ad dextram jube sisti,
Quos per dextram redemisti.
Ave Palma Jesu laeva,
Sic confixa plaga saeva;
Nos ab aevo mortis leva,
Quam produxit mater Eva.
Ave vulnus dextri Pedis,
Aedem mentis saepe laedis,
Dum ad eam saepe redis,
Esto nobis spes mercedis.
Ave plaga laevae Plantae
Qua virtutum crescunt plantae;
Nos ab hoste supplantante
Contuere, post & ante.
Ave Latus lanceatum,
Unde fluxit flumen gratum;
Praebe nobis conducatum,
Ad aeternae vitae statum.

C *Singulis strophis subjungitur, ex voluntate Auctoris (ut praefertur) dicendum* Pater noster, *additurque* ℣. Vulneratus est propter iniquitates nostras; & ℟. Attritus est propter scelera nostra; *atque Collecta*, Concede quaesumus, omnipotens Deus, ut dignissima vulnera dilectissimi Filii tui Domini nostri Jesu Christi cordibus nostris imprimantur, mentesque nostras illustrent, & in tuo sancto servitio faciant amore ferventes. Per eumdem &c.

quae ut Gregorii VII. esse concedatur;

11 *Quam pie ac devote composita sunt haec omnia, tam certum nunc erit vel modice versatis, nihil in iis esse quod stylum Gregoriani aevi sapiat, & potius ad seculum* XIII. *vel* XIV. *referendum non sit. Ut tamen quis sustinere vellet, propter Breviarii, qualiscumque reverentiam,* Gregorio, *si non* Primo, *saltem* Septimo, Sancto *etiam dicto, & seculo* XI. *ea posse adscribi; nemini tamen probaret, quod fertur Auctor, eas preces* devote legentibus quingentos annos *dedisse. Iam enim Dissertatione 8. num. 7. vidimus, quam primis illis ejusmodi largitatis seculis parci fuerint Romani Pontifices, & quod* Nicolaus IV. *ducentis & amplius annis post* Gregorium VII. *Basilicae Vaticanae attributas a suis Decessoribus Indulgentias quam latissime extendens*, septem annos septemque quadragenas *non excesserit: nec scio an vel tempore* Gregorii XII. *initio seculi* XV. *eo usque excreverit Pontificum liberalitas. Quod si in istis* quingentis annis *excessus est, quanto grandior excessus erit in aliis, quae ibidem praemittuntur, septem orationibus? Legitur enim de iisdem, quod* quicumque eas in statu gratiae existens dixerit devote, ante imaginem Pietatis, cum septem Pater noster & septem Ave Maria, lucrabitur quinquaginta sex millia annorum indulgentiarum, quae a tribus summis Pontificibus datae fuerunt; videlicet, primo a B Gregorio, quatuordecim millia; secundo, a Papa Nicolao V. quatuordecim millia, anno Domini MCCCCXLIX. tertio, a Papa Sixto IV. qui has Indulgentias duplicavit anno Domini MCCCCLXXIV. Et sic sunt in summa quinquaginta millia annorum. *Nec adhuc satis. quia (si fas est credere)* Innocentius VIII. (*mortuus est hic annis* XXX. *ante impressionem Breviarii*) addentibus duas *ibidem* sequentes orationes duplicavit Indulgentias antedictas. *Sentiant, de his quidquid velint alii: ego nihil dubito quin merae imposturae sint omnia, primum in volenti aliqua incerti auctoris charta miserrimo isto seculo* XVI. *ad quaestum protrusa, deinde in hunc Breviarii apparatum absque legitima auctoritate vel Romanae Curiae conscientia adjecta, proindeque consultissime a Romanis Pontificibus factum esse post Tridentinum Concilium, ut facultas imprimendorum Breviariorum restringeretur ad exemplar quod Romae excusum foret. Interim dolendum, res optimas atque adfovendam pietatem aptissimas, una cum memoria fictitiarum istarum Indulgentiarum, fuisse abolitas: tollendus enim abusus fuerat, sed usus relinquendus, neque propter adjuncta zizania eradicandum triticum. Iuverit interim haec notasse, contra eos qui ferre nequeunt, quod aliquis subinde examinandum sibi putet, quam vere datae sint, quae antiquitus datae praesumuntur Indulgentiae, nec tamen originaliter proferuntur. Non promovent ista, sed destruunt pietatem; eaque intentione existimo daemonem talia suggerere hominibus, aliàs non malis, zelumque habentibus sed non secundum scientiam: & ideo divino prorsus consilio instituta sacra Rituum Congregatio, istiusmodi spuriae pietatis abortivis abolendis intendit.*

non probantur exemplis Indulgentiis antiquis,

D

imo fictitiae,

E

veraque pietati damnosae,

12 *Ceterum ad convincendum eos, qui sumpta ex sic impresso Breviario occasione, praedictos Pontifices, praesertim ultimos* Sixtum & Innocentium *tam indiscretae profusionis vellent reos teneri; sufficere possunt, quae habentur in Missalibus anno* MD.L. *per Iacobum Mareschal in Belgio (nisi fallor) & anno* MDXIX. *Caesaraugustae in Hispania excusis, ubi proponitur* Trentenarium Missarum S. Gregorii, secundum usum Romanum, in S. Sebastiano *celebrari solitarum*, quod quicumque dixerit vel dici fecerit obtinebit tres annos & tres quadragenas Indulgentiarum, per Dominum Innocentium Papam datarum, *usque* Innocentium VIII *tam recenti tunc adhuc memoria, ut qui ipso verosimiliter adhuc vivente Romae impressit exemplar, quod alii secuti sunt, necesse non putaverit nominis numerum addere. Exigitur autem pro Indulgentia tam moderata, non solum ut dicantur Missae triginta mox specificandae: sed,* primo debet Sacerdos, qualibet die, qua ipse est celebraturus, invocare gratiam Spiritus sancti, & deinde dicere Nocturnum illius diei; deinde septem Psalmos poenitentiales, cum precibus & sequentibus orationibus: postea vero quam celebraverit, dicat Vigilias mortuorum: & hoc omni die cum magna devotione & suorum peccatorum confessione: aliqui vero dicunt totum Psalterium (*prout scilicet per ferias ordinatum jacet in Breviario*) *usque* ad Psalmum, *Dixit Dominus*, in Vesperis de Dominica, & jejunant omni die. Et in omnibus praedictis Missis fit secunda oratio pro defuncto vel pro defuncta. *Denique* sequuntur orationes tres dicendae omni die celebra-

nec consentanea percitati,

F

quae Pontifices usi erga dicentes vel curantes Trigintenarium Gregorii,

ta

A ta Missa Trentenarii, secundum usum prædictæ Romanæ Ecclesiæ.

13 *Dicuntur autem* Missæ *illæ*, S. Gregorii; *non quia ipse tali ritu ac ordine, quo præscribuntur, dicendas instituerit, cum penultima notetur de ipsomet S. Gregorio: sed quia exemplum dedit defunctos juvandi sub isto Missarum numero, secundum quod in Vita per Ioannem Diaconum descripta legitur num. 16. lib. 1. de Fratre proprietario, cui impendenda a ceteris suffragia per trigiata dies suspendi jusserat Sanctus: quibus elapsis*, cœpit Gregorius misericorditer ei compati, ejusque cum gravi mœrore supplicia pensare, & si quod esset ereptionis ejus remedium, inquirere. Tunc evocato ad se eodem Specioso, monasterii sui Præposito, tristis dixit: Diu est, quod Frater ille Justus, qui defunctus est, in igne cruciatur. Debemus ei aliquid caritatis impendere, & ei in quantum possumus, ut eripiatur, adjutorium nostrum accommodare. Vade itaque, & ab hodierna die continuis triginta diebus offerre pro eo. Sacrificium stude, ut nullus omnino prætermittatur dies, quo pro absolutione illius salutaris Hostia non mactetur. Qui protinus abscessit & B paruit. Gregorio autem alia curante, atque evolutos dies minime numerante, idem Frater, qui defunctus fuerat, nocte quadam fratri suo Copioso per visum apparuit. Quem ille cum vidisset, inquisivit, dicens: Quid est frater? Quomodo es? Cui ille respondit: Nunc usque male fui, sed jam modo bene sum, quia hodie communionem recepi. Quod idem Copiosus pergens, protinus indicavit in monasterio Fratribus. Fratres vero solicite computaverunt dies, & ipsum diem invenerunt fuisse, quo pro eo trigesima oblatio fuerat impleta: cum & Copiosus nesciret, quid pro eo Fratres auctore Gregorio agerent: & Fratres ignorarent, quid de eo Copiosus vidisset. Uno igitur eodemque tempore dum agnoscit ille oblationem, isti audiunt somnium, trigesimumque diem cognoscunt: concordante simul visione & sacrificio res aperte claruit, quia Frater, quem sub animadversionis sententia Gregorius mori permiserat, per salutarem Hostiam a supplicio liberatus esset.

a posteris institutum ejus exemplo,

defunctum Fratrem sic liberantis e purgatorio.

14 *Abest hodie a Missali Romano Ritus iste: quin etiam sacra Congregatio Cardinalium, ejusmodi rebus curandis instituta, anno* MDCXXVIII. VIII. *Aprilis, inter* Missas quæ circumferuntur, *quasque illa, ut non* approbatas *unquam, suo Decreto* prohibuit, & rejecit omnino, & damnavit respective, & pro prohibitis, rejectis, ac damnatis haberi voluit, *numerat* Missas S. Gregorii pro vivis atque defunctis; *idque (ut existimo) ratione Ordinis, quo Missæ, alias in approbato Missali contentæ, præcipiuntur recitandæ, hoc* C *modo*.

Trienarii illius ordo, nunc e Missali sublatus

Prima debet esse de Dominica prima Adventus.
II de Nativitate Domini.
III de S. Stephano Protomartyre.
IV de S. Joanne Evangelista.
V de Innocentibus.
VI de Epiphania.
VII de Octava Regum. D
VIII de Purificatione B. Mariæ.
IX de Septuagesima.
X de Dominica I. Quadragesimæ.
XI de Dominica II. Quadragesimæ.
XII de Dominica IV. Quadragesimæ.
XIII de Annuntiatione B. Mariæ.
XIV de Dominica Palmarum.
XV de Cœna Domini.
XVI de Resurrectione Domini.
XVII de Ascensione Domini.
XVIII de Festo Pentecostes.
XIX de Festo Trinitatis.
XX de Dominica I. post Pentecosten.
XXI de Dominica II. post Pentecosten.
XXII de S. Joanne Baptista.
XXIII de SS. Petro & Paulo.
XXIV de S. Maria Magdalena.
XXV de S. Laurentio.
XXVI de Assumptione B. Mariæ. E
XXVII de sancta Cruce.
XXVIII de sancto Michaele.
XXIX de S. Gregorio vel de omnibus Sanctis.
XXX de Mortuis.

15 *Eadem porro Sacra Congregatio, vel interpellata a curatoribus Ecclesiæ S. Sebastiani, cui non inutilis erat ejusmodi observantia; vel edocta, quam frequenter soleant fideles in utraque Germania petere aut testamento legare curandum sibi Tricenarium Gregorianum, cum sua vel aliena, præsertim defunctorum, causa anguntur;* declaravit, *paulo post publicationem prænotatæ prohibitionis,* per *suum istud* Decretum non prohiberi Missas triginta pro defunctis, a D. Gregorio institutas in Dialogo cap. 55. *dicendas scilicet ritu communi* de Requiem, *quoties ita diei nulla majoris festi alteriusve Decreti ratio prohibet. An autem sic dicendo obtineantur Indulgentiæ prænotatæ, ipsi Congregationi definiendum relinquo. Æquum certe non videtur, ut si ea aliquando fuerint ab* Innocentio *aliquo concessa (quod credibile facit ipsarum sub tam onerosis conditionibus mediocritas) iis priventur quicumque ipsas implere voluerint, de cetero parentes prohibitioni restrictæ ad irregularem istum Ordinem, ad quem obligari sacrificaturos, cum perturbatione tam diuturna totius ordinarii cursus Sacrorum, non probat nunc Ecclesia: etsi alioqui nihil obstare videatur, quo minus illi, quoties liberum est votivum dicere, possint vel istas, vel alias quascumque in Missali reperiendas Missas, per modum votivi, quo voluerint ordine, recitare. Atque ita videntur etiam nunc posse, servatis servandis, eadem omnes Missæ, eodemque Ordine quo olim, fieri, simul & satisfieri devotioni ipsas petentium: ideoque non incongrue manebit earum series hic commendata notitiæ posterorum, postquam ea desiit in Missalibus apparere.* F *Satius tamen fortassis esset, excusata petentium simplicitate, & supra positæ prohibitionis ignorantia, continuare Tricenarium, dicendis Sacris secundum anni cursum præscriptis, ad eamdem intentionem.*

Illius usum quomodo prohibuerit S.C. Rituum,

& quomodo videatur adhuc posse servari.

LXVII. S. SABINIANUS.

SABINIANUS, S. R. E. Diaconus & Constantinopoli Apocrisiarius, natione Thuscus, de Civitate Blera, ex patre Bono, tempore Phocæ Imperatoris, ordinatus XXX. Augusti Dominica die, anno DCIV. sedit annum I. menses V. dies IX. usque ad VII. Februarii anni DCVI. sepultus ad S. Petrum die XXII. Februarii: & cessavit Episcopatus menses XI. dies XXI.

Alii an. Cap. ad 605. an. 1. men. 5. dies 9.

Hoc ad Coj. m. 5. d. 19.

M*irum est quomodo hic* Baronius *dicat*, Sabinianum, *eodem quo creatur est anno defunctum: quodque* in hoc consentiunt omnes veteres atque etiam Græci. *Omnia certe Anastasii exemplaria, uti & Catalogus Palatinus ex Vaticanæ illo antiquior, præter menses & dies annum notant; nec Græcos si qui sint,*

A quos quærere non vacat, hic putamus audiendos, cum juxta ipsiusmet Baronii præceptum, in iis quæ sunt Ecclesiæ Romanæ, major sit adhibenda fides ejus alumnis quam ceteris: quod & ipse successus probabit, modo mihi liceat pro diebus XXII. vel XXVI. Sedis vacantis, quos post Sabiniani mortem Catalogi habent, dies XXI. scribere: tunc enim habebimus commodum sequentibus Pontificatibus ordinandis initium.

Explicantur ei virtutes, 2 Laudat Sabinianum Anastasius, quod Ecclesiam de Clero implevit; quod in ecclesia B. Petri Apostoli luminaria dedit; quod, cum esset in civitate Romana fames gravis, facta pace cum gente Longobardorum jussit aperire horrea Ecclesiæ, & venumdari frumentum populo, pro solido uno (vel tredecim, ut habent alia exemplaria) modios tritici triginta: denique, ut ex Manlio in epitaphiis Vaticanis refert Aringus, Roma subterranea lib. 2. cap. 8.

Hic hominum vitia blando sermone removit;
Nec culpis judex, sed medicina fuit.

figmentum quod ei absurdum, Verum quia nonnulla exemplaria Anastasii videntur de pretio frumenti habuisse, quod Sabinianus pro modio solidos triginta exigeret, fabulam aliquis excogitavit, qua propter tenacitatem a suo Decessore S. Gregorio per noctem apparente increpitus, percussusque in capite, B non multo obiisse fingitur. Nihil tale quisquam antiquorum, de Vita & miraculis S. Gregorii scribentium, nequidem Joannes Diaconus, qui tamen finem libri 4. ejusmodi vindictæ exemplis, per 12. capita deductis, implevit. Mirum proinde est fabulæ isti, a Sigeberto temere relatæ, fidem adhibuisse Baronium: qui etiam eo trahit, quod Sabiniano defuncto, ut ait Anastasius, funus ejus evectum est per portam S. Joannis, & ductum est foras muros civitatis per pontem Milvium, ad ecclesiam Vaticanam: quod ille præter morem factum esse putat, ad avertendam a corpore injuriam, ob irato populo metuendam, si per mediam urbem funus duceretur: cum aliæ multæ causæ hujus novitatis, eæque cum aliqua Sabiniani laude conjunctæ, possent a benigno conjectatore excogitari.

3 Hic gradum tantisper siste, Lector, & mecum incipe considerare, novæ cujusdam lucis, in Pontificiæ chronologiæ utilitatem, ex hinc efferre sese incipientis radium; & judica, an eo indicio nequeamus discernere Ex die Depositionis solemnis notata ab Anastasio qua fere tempore quisque Pontificum electus sit, licet diu post Electionem ordinatus, idque pro toto hoc septimo ac sequenti seculo. Quamvis enim ejus temporis nulla inveniatur ratio a Scriptoribus habita, sed Catalogorum Auctores eosque secutus Anastasius, in dime- C tiendis Pontificatuum spatiis, solius Natalis, id est, Consecrationis habuerint rationem: coger tamen non omnino diffidere de tempore illo, saltem per verosimilem conjecturam, præter propter inveniendo: postquam scilicet animadverti, defunctorum Pontificum Sepulturas seu Depositiones solennes, quales designantur in Catalogis, ab ultimo cujusque die diversissimus, non jam amplius differri ultra dies ordinatorum successorum prout ante hac sæpe; sed fere constanter eosdem prævertere. Sic Sabinianus præmemoratus, & (sicut dixi) D mortuus VII. Februarii, invenitur sepultus XXI. toto XI. mensibus citius quam ordinaretur Successor Bonifacius, non propter tarditatem electionis a Clero Romano factæ (quis enim id credat) sed propter necessitatem expectandæ confirmationis ab Imperatore Constantinopolitano. Ita etiam factum deinceps video usque finem Anastasiani Catalogi, indicantis nobis Depositionum istarum solennium dies: sole duo (videlicet Bonifacius V. & Gregorius III.) habent sepulturæ suæ assignatum diem post diem ordinatorum successorum, ex causa quam non sit facile divinando assequi.

4 Ista animadversione præmissa, si quæras, cur ita ordinario dilata fuerit solennis ista Pontificum Sepultura ad unum, duos, aut plures menses; nihil verosimilius mihi occurrit quod respondeam, quam quod Clerus Romanus, Pontifice mortuo statim defunctus extemporanea depositionis Officio in Basilica Lateranensi; hoc circiter tempore consuetudinem sibi fecerit, non inde procedendi ad tractandam futuri Pontificis Electionem; qua citius seriusve peracta, citius etiam seriusve curato fuerit a jam Electo mortui Decessoris solemnis Depositio, interim dum ab Imperatore expectatur responsum super illius Ordinatione. videmus nobis colligere tempus Electionis immediate prægressæ. Nostro in Belgio usus monasticus habet, ut novus Abbas, proxima post Benedictionem susceptam idonea Feria, solennes exequias peragat defuncti Decessoris usque eo dilatas. E Idem fortassis in aliis etiam Provinciis pluribus usurpatur: certe æquissimum est, ut prima cura Successorum sit Decessoribus reddere quod debebatur. Quidni autem simile quidpiam in mores Ecclesiæ inductum fuerit, seculo in quo versamur septimo? scilicet ut noviter Electus Episcopus non curaret exequias Decessoris celebrandas; non tamen per se, qui sæpe needum Presbyter erat; sed per Ostiensem Episcopum aut alium similem, ad quos tunc pertinebat Electionem, non quidem facere suffragando, verum dirigere suffragia colligenda. Cum ergo post hac sciemus, quis dies Sepulturæ cujusque Pontificis apud Anastasium definiatur; videmur nobis habituri diem, circa quem facta sit Electio Successoris, idque puto ut mihi post hac liceat in Chronologiam referre, non ut certum, sed ut verosimillima conjectura subnixum.

5 In iis quos Cavallerius sculpsit Pontificum imaginibus, primus hoc occurrit caput tectus cucullantica, pellibus suffulta: proximus, sub eodem Icon minus feliciter confitta, capitis integumento, vultuque & habitu prorsus eisdem, post duo & amplius secula recenetur Sergius II. tum XIII. seculo Clemens IV. fortassis ex F vera delineatus; quamvis ante seculum XVI nemo sit, de quo certo possit pronuntiari, quod ita vel prodire in publicum vel pingi voluerit. Interim ex tali Sabiniani imagine facile intelligitur, quale judicium formare possimus, de exigua antiquitate & fide talium picturarum: taceo nihilominus quod, æque ac quatuor decessores sui, exprimatur Sabinianus, barba rasa, contra suæ ætatis morem.

LXVIII. S. BONIFACIUS III.

An. 607. a 29. Jan. ad 20. Octob. BONIFACIUS, natione Romanus, ex patre Joanne, S. R. E. Diaconus, Constantinopoli antea munere Apocrisiarii functus, electus circa XX. Februarii, anno DCVI. tempore Phocæ Imperatoris, ordinatus anno DCVII. die XXVIIII. Januarii in Dominica; sedit * Bar. an. 606. 15. Ferr. 4 12 Nov. menses VIII. dies XXII. usque ad XX. Octobris, anni DCVII. *, sepultus XII. Novembris, in ecclesia B. Petri: & cessavit Episcopatus menses X. dies IIII.

Cognomen Patris, VArii varie scribunt cognomen Patris, Cataaudiocem, Cataaudiacem, Catadiocem, Cataadiocem; MS. nostrum etiam Cataadicem vel Adiocem: sed, licet vox Græca videatur, veram tamen lectionem ex hujus linguæ radicibus nemo facile eliciuerit: quare mihi aliquando incidit suspicari, Joannem istum fuisse Cappadocem, quod olim ab aliquo depravatum, nescieris Anastasius restituere. Vetustior

ex

A ec Catalogus omni abstinet argumento. *Odoricus Vitalis, aut potius scriptor Codicis, quo usus ille est, in eamdem mecum cogitationem jam olim veniens, absque hasitatione, Cappadocem scripsisse invenitur. Apposite autem notat Baronius, eo quod ab Imperatoribus penderet successus electionis, tales plerumque designatos hoc tempore, qui Apocrisiariorum munere aliquando perfuncti, gratiose sperabantur approbandi.*

ejus decretū circa modū & tempus eligendi Episcopi. munus Apocrisiarii,

2 *Notabile est hujus Pontificis decretum in Synodo Episcoporum* LXXII. *coram Presbyteris Romanis* XXXIV. *Diaconis & omni Clero in ecclesia S. Petri editum*, sub anathemate, ut nullus, Pontifice vivente aut Episcopo civitatis suæ, præsumat loqui de Successore aut partes sibi facere, nisi tertio die depositionis ejus, adunato Clero & filiis Ecclesiæ: tunc Electio fiat, & quem quisque voluerit habebit licentiam eligendi. *Id quin a longo tempore ita fere in Romana Ecclesia observaretur vix dubito: &* Depositionis *nomine intelligo ex hujus temporis usu ipsum diem mortis, post quam mox corpus defuncti ponebatur in palatina ecclesia Lateranensi, & ibi tertio die celebrantur exequiæ, non solennes, ut in Vaticano, quando ad sepulturam*
B *perpetuam funus efferebatur (hoc enim sæpe fiebat post plures menses aut etiam annos) sed prima ac fere extemporales, a quibus immediate procedebatur ad locum in quo facienda erat electio Successoris, quam denique, post allatum Imperatoris assentientis aut Exarchi Ravennatis decretum, sequebatur Electi* Ordinatio. *Hac autem voce uti malumus, quam* Creationis, *utpote nimis ambigua, cum* Eligi *&* Creari *idem esse videantur.*

Epitaphiū.

3 *Ejusdem* Bonifacii *omnino credi debet esse Epitaphium, in Appendice ad Annales Baronii atque alibi minus recte tributum Primo, nec fere alteri quam huic Tertio applicabile, propter brevitatem Pontificatus, quam indicare videntur ultima verba: quare tria postrema disticha hic accipe:*

Hic sita sunt Papæ BONIFACI membra sepulcro
 Pontificale sacrum qui bene gessit opus;
Justitiæ custos, rectus, patiensque, benignus,
 Cultus in eloquiis, & pietate placens.
C Flete ergo mecum Pastoris funera cuncti.
 Quos tædet citius his caruisse bonis.

Cur autem nihil dubitandum hic putem, facit antiquissimus Codex Vitonianus, supra in Bonifacio II. *laudatus, unde idem ipsum Epitaphium mihi misit Mabilio, cum hac in fine Chronica clausula.* Hic requievit Bonifacius; qui sedit menses VII. *dies* XXXII. *(ubi forte legendum* requiescit; *in diebus autem manifeste abundat denarius, aliàs enim notati fuissent menses* VIII. *dies* II.) depositus prid. D Idus Novemb. imperante Domno Foca PP. Aug. (*ubi* PP *interpretor* perpetuo, *nisi malis*, piissimo *legere*) anno VI. Indict. XI. *Annus autem Phocæ sextus ad finem decurrens, & Indictio* XI. *inchoata ante bimestre, notant annum vulgarem a nobis signatum* DCVII.

commemoratio.

4 *Rotundo numero usi aliqui, videntur* Bonifacio *octo* menses *Pontificatus dedisse; quod cum in Catalogos plerosque transiisset, & nihilominus dies* XX. XXII. *vel etiam* XXVIII. *numerarentur, excrevit juste major numerus. Nobis placet prædicto Epitaphio inhærere, licet propterea necesse sit Interpontificii tempus, ubique uniformiter definitum* mensibus X. diebus VI. *biduo imminuere & legere* dies IV. *Baronius a* XV. *Februarii, ad* XII. *Novembris, Pontificatum hunc protendit.*

Tempus Sedis,

5 *Quæ inter Cavallerianas imagines hunc Pontificem repræsentat, in Lato-clavo, Cappam Pontificiam astringente, pro gemma habet* Jesu *nomen, tribus primis Græcis litteris, sed Latina forma ductis, expressum, addita desuper Cruce, inferne autem tribus clavis Dominica Crucifixionis. Ea novitas quam ætatem pictoris indicet facile intelliges si animadverteris.*

IHS E

Nomen Jesu seorsū pingere, inventum est seculo 15.

☧ Christi *Monogramma, Romanis passim usitatum fuisse, ex institutione Constantini Magni, vel etiam ante ipsum, ad res inscriptionesque varias;* Jesu *nomen nec Græcos nec Latinos usurpasse, nisi cum imagines Salvatoris placebat addito nomine insignire, quod fere ad superstitionem Græci tenuerunt atque hodiedum tenent, quasi omnis fere virtus sacrarum imaginum dependeat a nomenclatura. Latini vero arbitrarium id esse semper & merito æstimarunt, maxime circa imagines notarum vulgo personarum, ut sunt Christus atque Deipara. Quod autem ad nomen* Jesu *seorsim causa venerationis scribendum vel pingendum attinet, primus S. Bernardinus Senensis uti in vita ejus ad* XX. *Maji narratur, seculo* XV. *religionem eam invexit; non nisi cum multa æmulorum contradictione, ipsum exprimere docens in tabella, additis etiam circum circa radiis, & Cruce supra* H. *ut vel sic conticescerent ora loquentium iniqua, & superstitionis periculum clamose inculcantibus; prout apparebit in genuina imagine istius Sancti, quam ad Appendicem dicta diei daturi sumus. Sed aberant etiamnum tres illi clavi, quas diu post pictorum excogitavit industria, ad supplendam circuli vacuitatem.*

LXIX. S. BONIFACIUS IV.

BONIFACIUS, natione Marsorum, de civitate Valeria, ex patre Joanne Medico, electus paulo post initium Novembris DCVIII. tempore Phocæ Imperatoris, ordinatus anno DCVIII. XXV. Augusti in Dominica, sedit annos VI. menses VIII. dies XIIII. usque ad VIII. Maji, anni DCXV. *; sepultus ad B. Petrum XXV. Maji, quando colitur: & cessavit Episcopatus menses VII. dies XXVI.

Ab an. 608. ad 615. an. 6. men. 8. dies 14.

* *Baron a 607. ad 614. d. 13.*

Electio ejus male adscripta 29. Augusti.

BAronius, *exorsus initium Pontificatus hujus numerare a die* XVIII. *Septembris anni* DCVII. *extendit eum usque ad ultimam Maji, anni* DCXIII. eum sedisset, *inquit*, annos VI. menses VIII. dies XIII. *Aringhus libro 2. cap. 8. ad ejusmodi initium constituendum motum Baronium credit, quodam* Bonifacii *hujus Epitaphio, per Manlium relato; ubi post alia de Pantheo Christianis ritibus consecrato, legitur:*

Cujus natalis solennia cum celebratis,
Primis Septembris fert hæc lux quarta Kalendas.

His autem relatis eumdem Baronium Aringus laudat, *quod* oculatus historicarum rerum arbiter, ac lynceus veritatis perscrutator, caute admodum lectorem monet, ex eo quod mensis September sepulcrali titulo inseritur, non ad obitum ejusdem, sed ad diem qua summus Pontifex renunciatus est referendum esse, quæ Natalis utique dies antiquitus dici ac celebrari consuevit. *Habes ista Baronius post Tom. 9. sacrum Annalium in Addendis & emendandis Tomo suo 7. secundum quæ* Bonifacius *hic electus fuisset* XXVIIII. *Augusti, vel* IV. *Septembris, pro vario ad Kalendas respectu: cum tamen ipse ad annum* DCVII. die decima octava Septembris creatum *eum dixerit,*

* *Dissert.* Tom. II.

A *hæc autem dicto anno cadebat in Feriam* II. *hebdomadæ, æque ac* XXVIII. *Augusti & IV. Septembris.*

Epitaphii a Romano Canonico relatum.

2 *Vix possim credere non vidisse Baronium difficultatem hic aliquam, sed putem noluisse inhærere minutiis tam intricatis, quæ rumpi facilius quam dissolvi videantur; ideoque existimo dissimulasse visam. Placet tamen tentare aliquid, ac primo ipsum Epitaphium rescribere totum, ut de ejus ætate possit judicari ex stylo; deinde in sensum quærere primi ultimique versus: nam in his tota difficultas consistit. Genuinum contextum exhibet sub Eugenio III. scribens Romanus Canonicus, quatuor seculis Manlio senior; exhibet autem his verbis:*

Gregorius quartus jacet hic Bonifacius almus,
Hujus qui Sedis fuit æquus Rector & Ædis:
Tempore qui Phocæ cernens templum fore Romæ,
Delubra cunctorum fuerant quæ dæmoniorum,
Hoc expurgavit, Sanctis cunctisque dicavit.
Cujus Natalis solennia qui celebratis,
Primis Septembris fert hæc lux quarta Kalendis.

Rhythmicum est.

3 *Vides Rhythmum, non accuratiorem illum, qualis est Leoninorum versuum, seculo* XII. *potissimum excultorum; sed rudiorem, & soli paucarum litterarum* B *consonantia adhærentem, qualem jam inde a seculi* X. *principio cœpisse placere, verosimile censui in Episcopis Mediolanensibus, referens Epitaphium Athonis Oldradi, Romæ ubi obiit repertum. Ut autem quartus a* S. Gregorio I. *Pontifex fuerat* Bonifacius, *sic etiam fortassis quartus ab eodem jacet humatus, aut saltem post corporis elevationem translatus, in novum monumentum talibus versibus tunc verosimiliter inscriptum; translatus autem, propter frequentia ad illius invocationem miracula. Cum ergo Gregorius Papa IV. Anastasio teste,* constructis ante novellum secretarium absidibus, sub altari sui nominis illius corpus collocasset, in quo anniversaria solennitas veneratione gratissima celebraretur, *die ejus Natalitia Pontificatus,* III. Septembris (*nam Natalem in cælis,* XII. *Martii, festivius agi tunc prohibebat temporis Quadragesimalis specialis ratio, nunc abolita) haud multum absimilis causa videri potuit in* Bonifacio IV. *ut ipsi* Gregorius *propinquus in tumulo, propinquo etiam die venerandus institueretur, scilicet* IV. Septembris: *sic enim intelligere stylo barbariori malim versum ultimum, quam stylo Romano* diem IV. ante Kalendas, *ut initio & fine phrasis eadem servetur, dicaturque* Bonifacius a Gregorio quartus, quarta a Kalendis die *coli. Hanc autem diem qua forte facta est corporis Bonifaciani Translatio in novum istum tumulum,* Natalem *dixerit auctor Epitaphii, latius sumendo appellationem illam pro quocumque festo, nec inhærendo rigidæ illius vocis significationi.*

Et videtur sec. 10. positum,

C

festum ad 4. Septembris astrictum.

4 *Ita nodus, si non solutus, saltem scissus habetur; neque cogimur propter Epitaphium, tribus aut amplius seculis posterius, dubitare de die quo vel ordinatus vel mortuus* Bonifacius IV. *fuit. Ludovicus Jacob, in Bibliotheca Pontificia, cum sibi imaginaretur Epitaphium istud* ipsi ac Gregorio Quarto *esse* commune, *ita credidit ordiendum:*

Gregorius Quartus jacet hic, Bonifacius almus,

quasi subintelligi debeat conjunctio &, *in gratiam metri omissa: quod non putamus recipiendum, alitet legi jubente Romano Canonico: qui cum sesquiseculo scripserit ante Pontificatum* Bonifacii VIII *non potuit legisse prædictum Epitaphium, his duobus versibus auctum:* D

Octavus titulo hunc Bonifacius ossa reperta,
Hac locat erecta Bonifaci nominis ara.

Bonifacius 8. aram addidit.

Ipsum tamen cum tali additamento restauratum fuisse libenter credam, solumque optabo discere, unde Ludovicus Versus istos acceperit, Manlio ignoratos: sed hic forte solum Romani Canonici librum præ oculis habuit, describens Epitaphium istud; ipsum autem, videre non potuit ævo abolitum.

Obitus 8 Maii consignatus.

5 *Aliud & magis genuinum aucteris forsan coævi Epitaphium (quod ex eodem Manlio refert Baronius loco supra citato) damus ad diem* XXV. *Maii, quo colitur: Ejus extremam clausulam accipe:* Hic requiescit Bonifacius junior, qui sedit annos VI. menses VIII. dies XII. Depositus est VIII. Idus Maii, imperante Domino Heraclio, anno ejus V. *Ubi facili lapsu, ex semitrito lapide, sumptum esse* XII. *pro* XIV. *mihi persuadeo: & simili aliquo errore factum esse, quod in vetustiori Catalogo, quem Anastasius secutus est, solum inveniuntur dies* XIII. *qui retrocedendo a die* VIII. E *Maii, numquam adducuntur ad Dominicam, adeoque suspecti debent esse mendositatis. Interim ex hoc Epitaphio acto, quam certum sit, diem Sepulturæ ab Anastasio passim notatum (prætento Depositionis, id est, Obitus die, secundum hujus ætatis phrasim) perperam a Baronio assumi pro regula terminandorum Pontificatuum, quam tamen hic non tenuit, sed usque ad finem Maii* Bonifacium IV. *vivere facit.*

Interpontificium.

6 *Interpontificii tempus, quod passim in impressis Anastasii exemplaribus deest, invenitur in tribus ejusdem Mss. Regio, Mazarino, atque Thuano, nec non apud Auctorem Ms. nostri, sed pro* XXV. *diebus passim notatis, addo unum, & numero dies* XXVI. *ex uno codice Freheriano, ubi addito denario legebantur perperam* XXXVI. *sic enim commode venitur ad sequentem Pontificatum,* IV. *Januarii in Dominica inchoandum.*

Decretum ejus fictitium.

7 *Franciscus Hallerius Parisiensis D. Theologus,* quoddam Bonifacii IV. decretum, qua parte renuntiationem Episcopatus tangit apud S Petrum Damianum, *nescio quo ejus loco, dicitur refellere his negativis argumentis:* Quod illius Decreti non meminerint in Decretorum suorum libris Ivo Carnotensis & Anselmus Lucensis; quod non meminerit Gregorius Presbyter in Polycarpo suo: quod non meminerint Baronius & Binius cum Bonifacii IV. decreta referunt: F quod ipse Damianus decretum istud non laudaverit, cum vel maxime laudare debuerit, quando scilicet renuentibus Nicolao II. & Alexandro II. abdicare se Episcopatu, & pœnitentiam acturus eremum repetere voluit: quod ab ætate Bonifacii aliena sint, quæ in isto Decreti plagula tanguntur. *Poterunt hæc fuse legi ab iis qui habent librum ejus seu vindicias censuræ Facultatis Theologicæ Parisiensis, mihi non visas; putavi tamen operæ pretium vel ex alio talia indicare, quoniam Doctor iste* de Institutionibus Dialecticis *etiam elucubrasse librum dicitur, proinde optime novisse debuit, quantam vim in quæstionibus facti habeat argumentum negativum, cum allegatur eorum silentium, qui loqui si potuissent, voluissent.*

LXX. S. DEUSDEDIT.

Ab an. 616. ad 19. an. 3 d. 23.

DEUSDEDIT, natione Romanus, ex patre Stephano Subdiacono, Presbyter Cardinalis SS. Joannis & Pauli in titulo Pammachii, electus circa XX. Maii, anno DXV. tempore Heraclii Imperatoris, ordinatus anno DCXVI. IIII. Januarii in Dominica, sedit annos III. dies XXIII. obiit XXVI. Januarii, * anno DCXIX. & cessavit Episcopatus menses IV. ipse autem sepultus est ad S. Petrum VIII. Novembris, quo recentiori instituto a Romana Ecclesia colitur.

** Baron. a 614. ad 617 an. 3. m. 11. d. 27.*

Ba-

A *Baronius, posito inter* Bonifacium *&* Deusdedit *mensium* v. *dierum* xii. *Interpontificio, orditur hunc Episcopatum a* xiii. *Novembris, anni* DCXIV. *& tribus ejus annis non modo dies nullos addit, sed detrahit quinque, ut finire possit* viii. Novembris, *anni* DCXVII. *Deinde post mensem unum, dies* XVI. *eodem adhuc anno,* XIV. *Decembris, substituit* Bonifacium V. *eoque allegat Bedam, quasi is lib.* 2. *cap* 7. *dicat,* Iste Bonifacius post Deusdedit Ecclesiæ præfuit, anno Incarnationis Dominicæ sexcentesimo decimo octavo. *Ita scilicet habet Coloniensis editio, qua Baronium torsit, fecitque ut integrum annum* Sabiniano *anferret. Sed accuratiores editiones, ac nominatim Cantabrigiensis anni* 1643. *ex tribus Mss. Anglicanis, juncta versioni Saxonicæ Alfredi Regis, & novissima Parisiensis anni* 1681. *ex vetustissimo Ms. S. Maximini Trevirensis & aliis pluribus Gallicanis, expresse habent,* sexcentesimo decimo nono. *Sciens autem Beda anno isto obiisse* Deusdedit, *& huic successisse* Bonifacium V. *facile aut dissimulare aut etiam ignorare potuit longius solito Interpontificium: cujus tamen statuendi necessitatem ipsemet nobis facit, cum ad finem usque anni* B DCXXV *& ultra profert scriptas a* Bonifacio *Epistolas, quem tamen non integro sexennio sedisse constat.*

Error Baronii mendoso in fide codi apud numero.

2 Dies XXIII. *supra annos* III. *accipimus ex Mss Casinensi, Regio, Mazarino, Thuano & nostro, licet in editis Anastasii exemplaribus* XXIV. *notentur, quia id commodius est ad inveniendos Interpontificii menses* XV. Interpontificium autem mensis unius, dierum XV. *aut* XVI. *quod passim notatur, nimis arctum esse, non ideo tantum credes, quia Constantinopoli petenda erat jussio Principis, quæ plures menses passim requirebat (uti ex prægressis & post secutis Ordinationibus patet atque patebit) sed maxime, quia anno* DCXIX. *(uti narrat Theophanes) Chaganus Rex Abarum, ingenti cum exercitu progressus in Thraciam, parum abfuit quin* Imperatorem Heraclium, *spe pacis componendæ extra muros Constantinopoleos cum magnifico comitatu elicitum, in suam redigeret potestatem; hoc autem dimissis omnibus trepidam urbem refugiente, pleraque Thraciæ oppida circum Constantinopolim subegit idem barbarus, & diripuit, nec nisi sequenti anno pacem humiliter rogatus Imperio concessit. Interim tantæ calamitatis & perturbationis fama in Italiam perlata, facile potuit suspendere negotium deferendi ad Cæsarem decreti de Electione facta a Clero, aut missos eum eo remorari in via, aut denique perductos Constantinopolim ibi sustinere, donec absoluta essent urgentiora Abaricæ pacis & Persicæ expeditionis negotia, gravissime* Heraclium *prementia. Concipi autem satis commode potest, quomodo socors librarius quispiam ex antiquioribus, pro* mensibus XV. dies XV. *scripserit, quibus alii deinde saltem* mensem unum *præponendum putaverint. Eadem autem ordinandi Successoris dilatio causa esse potuit, cur sepultura defuncti solennis in Vaticano usque in Novembrim protracta fuerit, & tunc demum facta, cum cito afferendi a Regia Decreti spes omnis recisa esset, nisi forte etiam ultra annum est dilata.* D

Interpontificium mensium 14.

3 *Quod extat apud Gratianum decretum hujus Pontificis, ex illo Baronius recitat; meritoque rejicit alia addita, quæ habentur in Epistola cujusdam fragmenta. Sed ea Epistola, si penitius inspiciatur, saltem pro majori parte & quoad inscriptionem, invenietur esse conficta; scribitur enim* ad Gordianum Hispalensem Episcopum; *& clarum est quod* S. Isidorus, *qui æra* DCXLVIII, *sive anno vulgaris æra* DCX *subscripsit decreto Gundemari Regis, tamquam* Hispalensis Ecclesiæ Provinciæ Bæticæ Metropolitanus Episcopus *adhuc in vivis fuerit æra* DCLXXI. *anno* DCXXXIII. *quando Concilio* IV. *Toletano subscripsit primus,* Isidorus in Christi nomine Ecclesiæ Spalensis Episcopus Metropolitanus: *adeoque nullus est locus* Gordiano, *qui tempore* Deusdedit *Papæ Hispali sederit. Gonsalvus Davila, in suo Tomo* 2. *Theatri Ecclesiarum utriusque Castellæ; comminiscitur aliquod* S. Isidori exilium, *quo durante* Gordianus *intrusus Sedem occuparit. Nugæ. Nihil tale in Vita Sancti (quam* IV. *Aprilis dedimus) Lucas Tudensis, vel Mariana, vel alius bonus Auctor. Gratianum ficta inscriptio decepit, non hic tantum, sed quoties ei usu venit Pontificum veterum Decretales allegare, Pseudo-Isidori imposturas cognitas non habenti.* E

Ficta subsequens nomine Epistola ad Gordianum Hispalen.

LXXI. S. BONIFACIUS V.

F

BONIFACIUS, natione Campanus, de civitate Neapoli, ex patre Joanne, Archipresbyter in titulo S. Xysti, tempore Heraclii Imperatoris ordinatus anno DCXX. in Dominica, XXVII. Aprilis, sedit annos V. menses X. dies XIII. obiit anno DCXXVI. XI. Martii, sepultus ad S. Petrum XXV. Octobris, & cessavit Episcopatus menses VI. dies XVI.
C

Ab an. 620. *ad* 626. *an.* 5. *m.* 10. *d.* 13

* *Baron.* 5*b* 617. *ad* 625 *an.* 7. *m.* 10. *d.* 1.

MEnses X. *in omnibus Anastasii exemplaribus omissos, restituo, non tantum chronologiæ causa, de qua mox: sed etiam & necessario propter expressam auctoritatem Epitaphii: quod ne compositum forte credas longo post tempore, ideoque errori obnoxium; facit ipsum ejus initium, a recenti adhuc luctu sumptum, cujus alia serius posita meminisse non solent; sic enim recitatur in Appendice antiqua. Inscriptionum pag.* 1165. *num.* 20.

Epitaphiũ votus probat ejus menses 10.

Da mecum gemitus, singuli Roma, doloris
 Plena, Sacerdotis luctibus egregii.
Cur? quoniam * flere solet mens acta periclis,
 Plesque orbata piis insuper officiis.
Hic vir inaccessis tenuit contraria factis
 Hæc documenta, bonis moribus apta suis,
Mitis in adversis positus rebusque secundis,
 Omnia grata ferens, altera pressa tenens.
Prævenit, ne nota forent, delicta viritim,
 Orta tamen seculi cum pietate gravi.
In commune bonus, Bonifacius inde vocatus,
 Propria lucra putans publica subsidia.
Munificus, sapiens, castus, sincerus, & æquus,
 Ista beatorum sunt pia suffragia.
Nam vidualis apex, pupillorumque phalanges,
 Cæcorumque chorus dua tibi lucis erit.
Infremuit post fata suis mors saucia telis,
 Respiciens meritum vivere posse virum.
Culmen Apostolicum quinq; & bis mensibus annis
 Rexit, & ad magni culmen honoris abit.

* *an? diu flere*

Id est, Rexit quinque annis & bis quinque mensibus.

2 *Alterum Epitaphium, ab* Honorio *successore positum, testatur quod vixerit annis* LXXIII. *& ex his in Presbyteratu egerit annos* XL. *solennes autem ad Vaticanum exequias diu dilatas fuisse, forte ad an.* DCXXVII *aut ultra: sic enim orditur in jam dicta Appendice loco citato.*

Cur * titulata diu torpuerunt jura sepulcri,
 Et populi nullus perstrepuit gemitus?
Segnities non culpa fuit, si forte requiris:
 Nam dolor inclusus plus lacerare solet.
Pande dolor gemitum, meritisque quiesce beatis,
 Ut libeat summi gesta referre Patris.

* *an? dilato*

Dissert. Tom. II.

Aliud ex quo de 75. annis vita constat,

A Hic vir ab exortu Petri est nutritus olivo,
Sic meruit Sancti Pastor adesse gregis.
Simplicitas, sapiens, vivax: solertia, simplex,
Serpentina, fuit simplicitate vigens.
Cumque quater denos compleret Presbyter annos,
Sera senectutis mens tamen alma fuit;
Culmen Apostolicum coluit, tres ferme per annos
Perfectum * numerum terque quaterque gerens,
Hoc sibi pro meritis successor Honorius amplis
Marmore construxit munus epitaphii.

** idest denarium et simul sunt an. LXXIII*

Baronius ab anno 617 incipiens hunc Pontificatum,

3 Baronius, *qui in* Sabiniano *annum unum amiserat, & Pontificatum hunc anno* DCXVII. XXIV. *Decembris exorsus erat; obiisse* Bonifacium V. *statuit anno* DCXXV. XXV. *Octobris, cum sedisset annos* VII. *menses* X. *diem* I. *Movit Baronium Beda auctoritas: qui cum lib 2. cap. 9. acturus de conversione gentis Nordanhumbrorum, occasione matrimonii inter Eduinum eorum Regem Paganum, & Ethelburgam Cantuariorum Regis filiam Christianam, de gentis illius Apostolo S. Paulino Eboracensi Episcopo dicit:* Ordinatus est autem a Justo Archiepiscopo, sub die XII. Kalendarum Augu-

an recte ex Beda colligit sinem sui an. 625.

B starum, anno ab Incarnatione Domini DCXXV. & sic cum præfata Virgine ad Regem Eduinum, quasi comes copulæ carnalis, venit; sed ipse potius toto animo intendens, ut gentem, quam adibat, ad agnitionem veritatis advocans, juxta vocem Apostoli, uni viro virginem castam exhiberet Christo. *Pergit deinde, ex eodem Beda &* Bonifacii *Papæ epistolis, ostendere Baronius, quomodo his rebus cognitis* Bonifacius *eidem conversioni adlaboravit, indeque colligit, saltem usque in Octobrem anni* DXXV. *eum vixisse.*

& non potius eo eo sequatur annus 616.

4 *Sed profecto, si rem consideret, mensium* III. *spatium, quod inter Paulini ordinationem & obitum* Bonifacii *juxta Baronii sententiam intercessisset, angustum nimis est rebus ante litteras scriptas gestis. Nam cum missi ad Pontificem ex Anglia nuntiassent, non tantum Athelvaldum Anglorum Orientalium Regem esse factum Christianum; sed etiam ejus sororem Ethelburgam, conversionis sociam, Regi Eduino matrimonio junctam, serio instare promovendæ conversioni suæ gentis; deque Eduino ipse exquirens Pontifex, hunc nihilominus in cultura idolorum persistere intellexisset, Regi & Reginæ scripsit, quas Beda recitat & Baronius ex eo transcribit litteras, hunc laudans & adhortans, istum invitans & terrens. Quis autem non videat post ordinationem Paulini peractam* XXI. *Julii in Dominica, facile elapsum mensem Augustum, priusquam ducta in Northumbriam virgo, solennia nuptialia celebrata, eaque omnia essent peracta, quæ novas sequuntur nuptias, quæque importunum fuisset seriis de Religione mutanda sollicitationibus interpolare. Tum vero aliquamdiu frustra Paulinus & Ethelburga apud Eduinum laboravit, priusquam de Regis pertinacia, deque Reginæ incessabili opera in fidei causa recte potuerit Pontifex informari. Quare, sicut nullo modo verisimile est ante Novembrem anni* DCXXV. *scriptas esse Epistolas, ita nihil est quod eas cogat scriptas dicere diu ante Quadragesimam anni* DCXXVI *quando Pascha fuit* XX. *Aprilis: quo die prolem enixa est Regina, Rex autem vulneratus, paulatim effectus est capax audiendi sermonis, in quem demum circa Pentecosten consensit, cum magno suo totiusque gentis suæ bono: baptizatus deinde anno* DCXXVII. *in Paschate quod fuit* XII. *Aprilis.*

D

E

Interpontificii ratio.

5 *Interpontificii* menses VI. *habent Anastasiani Codices omnes præter Ms. nostrum, ubi solum ponuntur* dies XVI. *pro quibus in Anastasianis tribus leguntur* XIII. *facili ut apparet lapsu: dies autem* XVI. *magis probo quam* XVIII. *quos alia habent exemplaria, quia faciunt Successoris Ordinationem cadere in Dominicam: quam ad ejusmodi actus solitam observari, ad Romanæ Ecclesiæ exemplum, etiam alibi; jam vidimus in Paulino Eboracensi, ex Beda.*

LXXII. S. HONORIUS.

Ab an. 626. ad 638. an. 11. m. 11. d. 17

** Baron. ad 12. m. 5.*

HONORIUS, natione Campanus, ex patre Petronio Consule, ordinatus tempore Heraclii Imperatoris anno DCXXVI. XXVIII. Septembris in Dominica, sedit annos XI. menses XI. dies XVII. obiit XIII. Septembris, anni DCXXXVIII. sepultus ad S. Petrum die XII. Octobris; & cessavit Episcopatus annum I. menses VII. dies XVII.

F

C

Ratio unius anni detracti.

IN *hanc Interpontificii longioris moram (cujus mox ad initium Successoris rationem dabimus) omnes codices consentiunt; nec minus in numerum annorum* XII *oportet tamen alterutro loco abundare annum: neque enim ultra* DCXL. *potest differri Ordinatio Successoris. Consultius igitur esse existimo, annum istum detrahere Pontificatui* Honorii: *facillime enim fieri potuit, ut rotundo numero plurimi scripserint* annis XII. *ipsum sedisse, quando ad eorum integritatem solum deerant dies* XV. *quibus nihilominus alii additos voluerunt menses* XI. *dies* XVII. *annum istum superfluum chronologiæ induxerint.*

2 Baronius *a* XIII *Maii, exorsus hunc Pontificatum, & finiens* XII. *Octobris, iisdem quibus nos annis; annos quidem* XII. *reperit, sed menses* XI. *invenire non valens, iis solum additos voluit* menses quinque minus tribus diebus (*uno dicere debuerat*) *idque patere ait ex Synodalibus Actis Romani Concilii sub* Martino *Papa: quæ quomodo pro ista Chronologia stare videantur, necdum comperimus. Interim tam ipsi quam nobis adversatur Epistola, inserta Romanæ Collectioni Lucæ Holstenii pag. 248. ex Collectione Canonum Cardinalis* Deusdedit *facta seculo* XI. *circa tempora Gregorii Papæ VII. Hæc enim Epistola ad Episcopos Epiri, fertur* data Idibus Decembris Indictione XIV. *quæ cœpit mense Septembri, anni* DCXXV. *Sed observo, in eadem Collectione dicti Cardinalis, cui Epistola ista facit libri 3. caput 188. pro capite 189. poni epistolam aliam ad Sergium Subdiaconum, quæ legitur* data IV. Idus Junias Indictione XV. *Suspicor igitur scioli alicujus, dictam Canonum Collectionem transcribentis, culpa factum, ut in prima Epistola non legatur etiam* Indictio XV. *cujus* Decembrem *habuit* Honorius *mensem sui Pontificatus tertium; cum* Junius, *in eadem Indictione sequens eidem esset mensis nonus. Iste vero in anno communi solitus nominare prius Junium quam Decembrem, crediderit consequens esse ut Epistola data mense Decembri, ante Junium Indictionis* XV. *data esset Indictione præcedenti* XIV. *quia existimarit Indictiones æque ac civilem annum a Januario inchoandas, cujus contrarium certissime constat ex Registro Epistolarum S. Gregorii.*

Epistola qua ad Epp. Epiri data Ind. 15. non 14

3 *Notabile ad commendationem* Honorii *est Epitaphium, quod in Appendice antiqu. Inscriptionum pag. 1165. num. 11. tale legitur; ostenditque eum fuisse S.* Gregorii *Papæ discipulum: sicut vicissim* Honorii *alumnus fuit, qui hoc ei scripsit.*

Pastorem magnum laudis pia præmia lustrant;
Qui functus Petri hic vice, summa tenet.
Effulsit tumulis nam Præsul Honorius istis,

Epitaphium ab alumno positum.

Cujus

Tab. XIII


LXXIII. S. SEVERINVS


LXXIV. IOANNES IV


LXXV. S. THEODORVS


LXXVI. S. MARTINVS


LXXVII. S. EVGENIVS


LXXVIII. S. VITALIANVS



A Cujus magnanimum nomen honorque manet.
Sedis Apostolicæ meritis nam jura gubernans,
Dispersos revocas, optima lucra refert:
Utqua sagax animo divino in carmine pollens,
Ad vitam Pastor ducere novit oves.
Istria nam, dudum sævo sub schismate fessa,
Ad statuta Patrum teque monente redit.
Judaicæ gentis sub te est perfidia victa,
Sic unum Domini reddis ovile pium
Attonitum patriæ soler sic cura monebat,
Optata ut populis esset ubique quies.
Quem doctrina potens, quam sacræ regula vitæ
Pontificum pariter sensit habere decus.
Sanctiloqui semper in te commenta Magistri
Emicuere, tua tamquam animata manu.
Nam qui Gregorii sancti vestigia insisti,
Dum sequeris cupiens & meritumque geris,
Æternæ lucis, Christo dignante, perennem
Cum Patribus sanctis possidæ jamque diam.
An affixi Dono Papæ. His ego Epitaphiis merito tibi carmina solvi,
Quod Patris eximii sim Bonus ipse memor.

Hactenus ille; an Bonus nomine? an vere Donus? qui anno DCLXXVII. *factus Romanus Pontifex, hoc ei carmen panxerit; quemadmodum* Honorius *ante decessori*
B *suo* Bonifacio?

4 *Tanta* Honorii Papæ *laus haud parum obfuscata postmodum est, quando ad calcem Actorum Synodi* VI. *Oecumenicæ, inter damnatos hæreticos Monothelitas, apparuit* Honorii Papæ *nomen: quod genuinis Actis fraudulenter assutum a Græcorum Conciliabolo quodam, post solutam Synodum Actaque ab* Agathone Papa *approbata habito, probare nititur amicus noster* Franciscus *Marchesius, Romani Oratorii Presbyter, in Vindiciis ejusdem* Honorii, *quas appellavit* Clypeum fortium, *editas anno* 1680. *Alii econtrario, damnatum a Concilio illum fuisse contendunt; atque pro se allegare possent Romana Breviaria ante Pium V. qualia habemus excusa, per annos prægressos centum, alia aliaque. In omnibus autem, ubi de* S. Leone *impressa habentur sex Lectiones (sunt enim aliqua tantum cum tribus) Lectio III. sic incipit:* In qua Synodo condemnati sunt, Cyrus, Sergius, Honorius, Pyrrhus, Paulus, & Petrus, nec non Macarius, cum discipulo suo Stephano; sed & Polychronius novus, & Symon; qui unam voluntatem & operationem in Domino Jesu Christo dixerunt & prædicarunt. *Ea sic impressa ab anno* M-
C CCCCLXXIX. *& citius etiam manuscripta, fuerunt sub Pio V. contracta, absque* Honorii *nomine: omnes enim (qui quidem orthodoxi sunt) negant ejus Epistolam, qua in crimen vocatur, quasi nascenti Monothelismo fomentum præbuerit, ulla hæreseos labe maculatam fuisse; solum culpant lenitudinem ejus ac timiditatem in Sergii Constantinopolitani errore, mox atque innotuit, palam ac manifeste damnando. Exemplum certe futuris post se Pontificibus reliquit, quo discerent, neque honori suo neque ecclesiasticæ tranquillitati recte consulere, qui sperant nascentes hæreses indicto partibus utrimque silentio posse compesci. Silentium enim, quod a Catholicis servatum cupiunt hæretici, ipsi minime tenent: tantoque tunc nocentius, quanto tectius virus suum spargunt, quasi ipsiusmet Apostolicæ Sedis tolerantia tantum non approbatum id sit. Sed hac de re plura Dissertatio* XXIII. *alias* XV. *suggeret; quo causam plenius explicabis.* D

5 *Hujus Papæ* Honorii *Epistola, ad* Honorium *Cantuariensem Episcopum, extat apud Bedam lib.* 2. *cap.* 18. *tamquam* Data III. Idus Junias, imperantibus piissimis Dominis nostris Heraclio anno XXIV. & Consulatus ejus anno III. sed & Heraclio felicissimo Cæsare, id est filio ejus, anno III. Indictione VII. id est anno Dominicæ Incarnationis DCXXXIV. *Sed recte observat Mabillio, lib.* 2. *de re Diplomatica capit.* 23. *num* 5. *particulam* id est, *utrobique notare, ea verba explicationis solum causa fuisse a Beda addita; adeoque auctoritatem hanc esse inefficacem, ad probandum quod Romani Pontifices ea ætate usi fuerint annis Incarnationis; eoque minus, quod (sicut ait) nulla Pontificum Romanorum rescripta hanc notam habent, nisi longo post* Honorium *tempore. Et ille quidem usque ad* Leonem IX. *quadringentis annis posteriorem Honorio,* E *usum hunc differt: sed recte observat Cantellius noster P.* 2. *Dissert.* 1. *Cap.* 8 *Seniorem* Leone IX. *esse* Joannem XIII. *cujus epistola, ad Landulfum Beneventanum, data notatur* anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXIX. *& Privilegium pro Virdunensi Episcopatu,* anno ab Incarnatione Domini DCCCCLXXI.

An usus annis ab Incarnatione?

Ille saltem sec. X. *cœpit adhiberi.*

6 *Quin immo existimat, idem Cantellius, istius calculi usum, seculo saltem* VIII. *cœptum induci; quandoquidem* Pelagii II. *Bulla quædam fingatur,* data Kalendis Martii anno Domini DLXXXVII. *Atqui hac fictio auctorem habet Mercatorem illum, qui plurimas alias Decretales confinxisse arguitur: hic vero suppar aut major fuit* Hadriano I. *Quis igitur potuit de* anno Domini *nominande cogitasse Mercator, nisi ejus nominandi usus aliquis in nonnullorum Pontificum Epistolis fuerit? Ego vero (ut de* Ioanne, *& aliis forte paulo anterioribus nonnullis, concedam* Cantellio) *nego ex isto Mercatoris facto (si tamen Mercatoris revera est, nec ipsimet alius quispiam id supposuit) nego, inquam, aliud inde sequi, quam quod Mercator, aliquam notitiam nactus Dionysiani calculi, tamquam ab anno* DXXXIII. *editi, voluerit sub finem suarum fictionum experiri, an posset Hispanis suis persuadere, tamquam* Pelagii *sic facientis exemplo, ut & ipsi eumdem modum calculandi sequerentur dimissa Æra sua: quemadmodum fortasse intellexerat Anglis a suo Beda persuasum fuisse; & Gallos ac Germanos facere cœpisse suadente S. Bonifacio. Sed frustra id fuerit, apud nationem patriarum ac semel receptorum morum retinentissimam;* F *quæ, ceteris omnibus circumquaque nationibus annos Christi numerantibus, sola perrexit Æram suam tenere usque ad finem fere* XIV. *seculi. Miror tamen, si istud intendit Mercator, cur non curaverit pluribus præcedentium aliquot Pontificum exemplis usque ad* Agapetum, *similem temporis characterem addere: ideoque an ipsius omnino ea fictio sit, nonnihil addubito.*

Idque probatur ex fictione I. Sancti Mercatoris?

Causa Honorii circa Monothelitas ambigua.

LXXIII. S. SEVERINUS.

SEVERINUS, natione Romanus, ex patre Labieno, Electus ante XII. Octobris, anni DCXXXVIII. aut sequentis, tempore Heraclii Imperatoris, ordinatus I. Maji, anno DCXL. Feria quidem II. sed festo S. Philippi & Jacobi sacra; Sedit menses II. dies IV. proinde obiit IV. Julii, ejusdem anni, sepultus ad S. Petrum II. Augusti, & cessavit Episcopatus menses IV. dies XXVIII.

An. 640. *a* 1. *Maji ad* 4. *Julii.*

Ejus ordinatio propter Ecthesim Heraclii ad 19. menses dilata,

CAusam vacantis tam diu Sedis, ante Ordinationem Severini, facile est intelligere ex epistola Cyri Monothelitæ Episcopi Alexandrini ad Sergium Patriarcham Constantinopolitanum, ejusdem hæreseos consortem, qua significatur Heraclii Imperatoris Ecthesis, per Isacium Patricium & Exarchum Italiæ destinata,

quam

A quam profiteri deberet Severious sanctissimus, qui Deo adjuvante ordinatur Romæ. *Non enim dicit*, qui ordinatus est; *sed*, qui ordinatur; *differente scilicet decretum suum Imperatore, donec consensum* Severioi *elicuisset. Sed hoc excusante nihil se posse pro summa potestate agere, permissa tandem Ordinatio est: qua facta*, ceciderunt a spe sua impii, meotiti in caput proprium. Nec enim suscepta est omnino aut admissa secundum vanam eorum spem: magis autem condemnata est & anathematizata ab Apostolica auctoritate, huc transmissa pessimæ & præsumptæ novitatis Ecthesis, *inquit Martinus Papa in Concilio Lateranensi.*

cum Baronius anno 639. adscribis,

2 Baronius *quia ex Actis constat, Ecthesim illam sub nomine a Cyro conscriptam fuisse* per xii. Indictionem, *id est anno* DCXXXIX. *consequens esse putat, ut hoc eodem anno ordinatus sit* Severious, *imo & mortuus; quandoquidem sequenti anno* Joannes *successor Ecthesim illam & simul Monothelitarum hæresim collecta Synodo anathematizavit, sicut putat apud Theophanem legi. Ignoscendus error, quoniam enim verus* Theophanes *nondum prodierat in lucem, ejus ipsissima verba credidit haberi in Historia Miscella* Pauli Diacooi. *Sed nihil de hac re veras* Theophanes: *nisi ad annum Heraclii* XXI. *Christi* DCXXX. *totam Monothelismi historiam sub unum aspectum ponens; quam*

deceptus per fictum contextu Theophanis

B *alio transferens Paulus Diaconus, annum ipsius Ecthesis nihilo magis exprimit; sed solum post narratam* Heraclii *mortem, liberorum ejus successionem, consecrationem Pauli loco Pyrrhi (quarum rerum initium Theophanes ad Indictionem* XIV. *finem ad* XV. *refert) subdit de* Joanne Romano Præsule; *quem proinde non oportet* D *ante Indict.* XIV. *sive ante Septembrem anni* DCXL. *ducere in Pontificatum. Ecthesis autem quam, iste* Joannes *damnavit, licet anno* DCXXXI. *scripta exeunte* XII. *Indictione potuit quidem in Urbem Romam pervenisse electo jam* Severino; *sed adeo non debuit accelerasse ejus Ordinationem, ut dilationis causa esse potuerit cunctante Imperatore illi annuere, nisi Electus spem faceret approbandæ Ecthesis. Quod ne facere aut cogeretur, aut etiam posset, cita ejus morte prævertit Deus; itaque res integra devoluta fuit ad successorem Joannem, etiam post annum ab ejus evulgatione. Et sic tota nostra Chronologia cum allatis a Baronio fundamentis conciliatur. Nescio autem in quo Anastasii exemplo legerit ille*, Severino *tribus* menses XI. *consentiunt enim in eo quem notavimus mensium ac dierum numero Codices omnes Mss. & quotquot impressos vidimus: cum quibus definimus* Severini *Pontificatum, cui Baronius nullum certum initium ponit.*

Festum SS. Philippi & Jacobi.

3 *Quod ad diem Ordinationis attinet, ipsas scilicet Kalendas Maji, cum jam tunc Romanis fuisse festivum, non temere præsumpsi; sed didici ex veteri Romano Kalendario, quod Joannes Fronto illustravit, ante nongentos annos scriptum, nec non ex libris Sacramentorum, Kalendario illo vetustioribus & nuper Romæ vulgatis. Nec mirum: jam enim integrum fere seculum effluxerat, quod Pelagius Papa I.* SS. Philippo & Jacobo *cœperat Basilicam struere, quam successor* Joannes III. *consummavit, uti ex Anastasio scimus.* E

LXXIV. S. JOANNES IV.

An. 640. ad 642. an. 1. m. 9. d. 18.

JOANNES, natione Dalmata, ex patre Venantio Scholastico, electus ante II. Augusti, post mortem Heraclii sub ejus filiis, ordinatus III. Decembris, anni DCXL. Dominica die; sedit annum I. menses IX. dies XVIII. obiit proinde XX. Septembris, DCXLII. Sepultus ad B. Petrum XII. Octobris: & cessavit Episcopatus menses I. dies XIII.

Confirmatio Imperialis an peti tantisper desierit;

HUjus Joannis *confirmatio promior & expeditior fuisse potuit sub novo Constantis Junioris Imperio, cui satis negotiorum fuit in eo stabiliendo contra Novercam Martinam, ut se non immisceret ecclesiasticis rebus ultra quam par erat. Quia tamen ægre fieri potuisse videtur, ut tantillo tempore iretur rediretur que Constantinopolim, quantum est dierum* XLIII. *& Romanis justa causa fuit Heraclii filios tamquam paternæ impietatis hæreseosque tenaces prætereundi; suspicatus aliquando sum nullam petitam confirmationem fuisse,* C *nec alia de causa dilatam aliquamdiu ordinationem Electi, quam ut certius Ecclesiæ prospiceretur contra imminentem a Monotbelitis tempestatem: quæ etiam causa ipsammet electionem impeditiorem potuerit lentioremque fecisse. Breviora enim Interpontificia fere omnia usque ad Oecumenicam sextam Synodum, in qua Monothelitæ damnati, & Orientalis Occidentalisque Ecclesiæ, propter Ecthesim Heraclii divisæ, rursum unitæ fuerunt, verosimile mihi faciebant orthodoxos Ecclesiæ filios tantisper excussisse jugum Principum hæreticorum.*

cum potius ab iis sit tempore pe-

2 *Ita ego olim: sed postea incidi in viri eruditi Commentarium, ubi alia longe causa expeditioris post hæc Confirmationis traditur, scilicet quod penes* Exarchos Ravennates *ejus rei potestas esse cœperit hoc tempore, qui sub annum* DLVII. *a* Justino Juniore *instituti, ut Italiam qualitercumque in obedientia Imperatoris contra Barbaros retinerent, tantam paulatim acquisiverant potentiam, ut omnia pro Imperatoribus agerent, etiam Pontifices confirmando: id quod post Heraclii mortem, turbatis Constantinopoli quam maxime rebus inter ejus filios, facillime potuerunt evincere, & quasi proprium sibi facere, prætextu incommodorum Ecclesiæ Romanæ obvenientium ex longiori mora viduitati ejus prospiciendi. Antiquæ certa formulæ, quas vidimus, annis non pluribus quam quadraginta post* Joannis *Pontificatum collectas, nullam nisi obscuram faciunt mentionem Imperatoris, sed Decretum de Electo Pontifice cum libello precum pro consensione ita deferunt ad Exarchum*, ac si res tota ex ipsius unius nutu penderet, *inquit ille*, totaque in ipsum Imperialis potestas traducta esset; *rogantur etiam Archiepiscopus Ravennas, Judicesque; & Apocrisiarius, ibidem velut in Curia ipsa Imperiali residens, ut operam suam, non apud Imperatorem, sed apud Exarchum interponant pro celeri expeditione negotii.* Exarchorum *autem potestas, seu verius tyrannis, qua freti Archiepiscopi Ravennates tandem etiam Romano Pontifici pares se facere præsumpserunt, duravit usque ad annum* DCCLII. *(quando Eutychius, eorum postremus, ab Aistulpho Longobardorum Rege pulsus fuit) eisque, velut Imperatoriam potestatem repræsentantibus, tam Roma quam reliqua parebat Italia, quatenus per barbaros, potiorem ejus partem obtinentes, licebat. Eorumdem quoque Exarchorum industria factum existimo, vel etiam Imperatorum Græcorum, minus jam Romæ se posse dolentium, ut ex Syria, Græcia, ac Thracia multi Romam dirigerentur, doctrina atque prudentia excellentes, eosque in Romanum Clerum adscribi facerent, qui Pontificatum quandoque consecuti vacillantem in Italia dominationem Græcorum sustentare niterentur. Et illi quidem intentum suum ut Cantellius noster observat quadamtenus consecuti sunt, ut ex Italis pauci, plurimi ex aliis per hæc tempora electi sint (nam* Joannes V. *Syrus fuit,* Conon *Thrax,* Sergius *Syrus,*

quia solum ab Exarcho Ravennate petenda?

F

unde deinceps tot Græci ac Syri Pontifices.

Joan-

A Joannes VI. & VII. *ambo Græci*, Sisinnius & Gregorius III. *Syrus uterque, Græcus etiam* Zacharias, *unus* Gregorius II. *Romanus) potiori tamen fine sue frustrati sunt; siquidem iis omnibus quos numeravi exterii nihil fuit antiquius, quam & tueri Sedis Romanæ jura, & Græcorum Imperatorum Exarchorumque consilia ac fraudes dissipare.*

Bar. a 639. ad 641. Joannes pontif. an. 1. m. 9. dies 6.

3 *Prius autem quam ordinaretur* Joannes, *rescripsit ad quæstionem Scotorum de Paschate, decessori suo* Severino *directam, uti testatur Beda lib. 2. cap. 19. nullum annum exprimens: proinde Baronius cum dicit eum scribere, id factum anno* DCXXXIX. *procedit in sua jam refutata hypothesi de morte* Severini, *ex qua etiam* Joannem *statuit obiisse anno* DCXLI. cum sedisset annum I. menses IX. dies VI. XII. Octobris, *ita ex Anastasio se scribere professus, apud quem ubique* menses IX. dies XVIII. *leguntur.*

Plumbearii bullarum hoc seculo initium.

4 *Ejusdem* Joannis IV. *ac deinde* Sergii I. *Privilegia vidisse se ait Mabillio, lib. 2. de re Diplomatica cap. 14.* & cuique extare suam plumbeam bullam, *in Divionensi S. Benigni cœnobio: eoque refellit Polydorum Virgilium, Bullarum plumbo signatarum initia referentem ad* Stephanum III. & Hadrianum I. *Testantur autem pariter Raynaldus & Mabillio in vetustioribus illis usque ad* Joannem XIII. *aliud nihil impressum plumbo ormi, quam Pontificis nomen in antica, & in postica* Papæ *vocabulum.* D

Tiara in imagine monstrosa.

5 *Tandem in imagine hujus* Joannis *apud* Cavallerium, *non debet inanimadversum præteriri singulare illud, ne dicam monstrosum, capitis ornamentum, quod nescio quis pictor primus excogitavit; in unum compaginans* Tiaram *usus recentioris, & quidem superne coronatam, atque* Mitram *Episcopalem bicornem, fere similem hodiernæ; nisi quod inferne circumdatam Regale* Phrygium *seu Diadema, de quorum singulorum veteri forma atque origine dicetur aliquid in Dissertatione* XL. *quo Lectorem remitto: atque dico,* Joannem IV. *si usus aliquando* Tiara *est, eadem pura ac simplicissima usum fuisse, qualis in Cavallerii imaginibus nulla, plurima in absidibus musivi operis, seculo* XII. *ac* XIII. *erectis, infraque repræsentandis.*

E

B

LXXV. THEODORUS.

Ab an. 642. ad 649. an. 6. m. 5. d. 18. Bar. ab an. 641. ad 649. an. 7. m. 5. d. 20.

THEODORUS, natione Græcus, ex patre Theodoro Episcopo, de civitate Hierosolyma, electus ante III. Novembris, imperante Constante, Heraclii ex filio Constantino nepote, ordinatus III. Novembris in Dominica, anno DCXXXII. sedit annos VI. menses V. dies XVIII. mortuus anno DCXXXXIX. XX. Aprilis, sepultus est ad S. Petrum XIV. Maii: cessavit autem Episcopatus dies LIV.

Episcopatus patris incertus.

INter Sanctos refertur hic Pontifex in duplici Ms. *Martyrologio Florentino, tertioque impresso, uti dicitur inter Prætermissos ad* XIV. *Maii. Cujusnam vero civitatis Episcopus pater ejus fuerit, non possumus divinare: nam qui hoc seculo Hierosolyma nominatur* Theodorus, *non fuit* Episcopus, *sed* Presbyter *dumtaxat*, obtinens locum ejusdem honorabilissimæ Sedis; *quemadmodum ante eum* Stephanus Dorensis, & Sergius Joppensis Episcopi, *arrogantes sibi* Locumtenentiam Throni Hierosolymitani, *non Episcopatum, jam inde a S. Sophronii morte vacantem. Accedit quod iste* Theodorus *floruerit anno* DCLXXX *atque adeo* Theodoro Papæ *diu superstes fuerit. Quid, quod verba illa* de civitate Hierosolyma, *ex stylo Catalogorum videantur patriam* Theodori *significare? Hierosolymis autem, licet in Syria positis, distinguebantur Syri a Græcis.*

Interpontificium.

2 *Interpontificium eo mortuo* LII. dierum *statuunt Anastasiana omnia exemplaria, quos malim* LV *primitus scriptos credere; & quidem sic, ut ipse dies, cujus initio mortuus ille fuerit, adnumeretur, atque ita solum placet scribere* LIV. *sic enim, & non aliter, venitur ad Dominicam, qua fit Successor ordinatus.*

Baronii Chronologia

3 Baronius, *supponens* Joannem *obiisse* XII. *Octobris, ex tempore designati ab Anastasio Interpontificii concludit consequens esse, ut* Theodorus *ei subrogatus sit Pontifex* XXV. *Novembris: & rursum ex eo quod sepultus dicatur* pridie Idus Maii (*quasi hoc idem sit quod ex vita tunc migrasse*) *ultra dictos annos & menses, dies* XX. *attribuit ejus Pontificatus.*

F

LXXVI. S. MARTINUS.

Ordinatus anno 649.

C MARTINUS, de civitate Tudertina Provinciæ Tusciæ, electus ante XIV. Maii, ordinatus XIV. Junii, in Dominica tertia post Pentecosten, anno DCXLIX. Ad hunc sub calumnia tentatæ proditionis ejiciendum missus a Constante Juniore Theodorus Calliopa, jussionem Principis exhibuit XVII. Junii, ipsumque captivum cepit XIX. ejusdem mensis Feria IV. adeoque anno DCLIII. Tum ductus in Græciam, variis moratus est locis, ac nominatim Naxi annum integrum: ubi videtur Depositionis suæ excepisse sententiam die VI. Augusti, anno DCLIV. & consensisse ut Eugenius Vicarius ordinaretur: eodemque anno Constantinopolim appulit XVII. Septembris, & in carcerem raptus, die XCIII. captivitatis, Feria VI. adeoque XIX. Decembris ejusdem anni, adductusque in judicium; in alio rursum carcere fuit diebus LXXXV. proinde ad XIII. Martii, anni DCLV. Inde translatus est in domum Sagolabæ Scribæ, post biduum deportandus in exilium, sic ut in Cœna Domini, adeoque die XXVI. Martii, præternavigarit Pharum, & XV. Maii, pervenerit Chersonem: ibique in magnis ærumnis vivens, uti gemina ejus Epistola inde data testatur, obiit Confessor in die S. Euphemiæ XVI. Septembris, Indictione XIV. * recenter inchoata, adeoque anno DCLV. Sedit igitur usque in tempus dati pro Eugenii Ordinatione consensus annos V. mensem I. & dies aliquot: universim vero a die Ordinationis suæ usque ad diem mortis numeravit annos VI. menses III. dies III. Colitur a Græcis ipso quo obiit die, solennius tamen in Aprili die

avectus anno 653.

mul obiit anno 655.

XIII.

A xiii. aut xiv. quod eo mense deportatus in Chersonem fit, ubi & depositus dicitur xvii D Septembris. Ejusdem relatio Constantinopolim & Depositio in Blachernis commemoratur xx. Septembris, Romæ autem, quo postea delatum est corpus ad ecclesiam SS. Silvestri & Martini in Montibus, xii. Novembris.

Unde et quo anno de his constet contra chronotaxim Baronii?

H*Abentur hæc omnia, usque ad signum* * *partim ex Epistolis ipsius Sancti, partim ex* Commemoratione eorum, quæ sæviter & sine Dei respectu acta sunt a veritatis adversariis, in Sanctum & Apostolicum, novum revera Confessorem & Martyrem, Martinum Papam Romæ, per epistolam cujusdam Christianissimi, directam his qui sunt in Occidente, seu Romæ & in Africa, orthodoxis Patribus: *ex quibus cum expresse constet de anno mortis, per mensem & Indictionem; de anno autem comprehensionis Romæ facta, per concursum diei & feria, de tempore item quo devectus in exilium, per diem Cœnæ Domini, biduo post dies geminæ captivitatis simul sumpto* CLXXVIII. *re-* B *currentem; mirum est quomodo* Baronius *comprehensionem quidem adscripserit anno* DCLI. *exilium autem anno* DCLII. *& mortem* DCLIV. *Pontificatui ejus assignans annos* VI. *men.* III. *dies* XII *quia, propter mortem* Theodori *eum die sepulturæ confusam, arsus erat ejus tempus a die* 1. *Julii.*

Pontificatus gesti spatium.

2 *Catalogus Palatinus in Bibliotheca Vaticana, omniaque Anastasii exemplaria Pontificatu* Martini *definiunt annis* VI. *mense* I. *diebus* XXIV. *quos ego non dubito esse sic scriptos ab iis qui depositionem* Martini *sciebant fuisse invalidam: id tamen fecerunt illi contra usum antiquorum Catalogorum, qui ultra qualemcumque depositionem nullius Pontificatus tempus notabant; & Ordinationes qualescumque, etiam vivente vero Pontifice factas, adscribebant ejus tempori qui sic erat ordinatus. Sed factum bene, quod pariter non mutaverint numerum* mensis unius *qui additus ad* V. annos (*quos solos credam scripsisse eos qui tunc Romæ vivebant, & Pontificum Catalogos continuabant*) *& diebus* XXVI. *in* XXIV. *mutatis deducit nos in diem* VI. *Augusti anni* DCLIV. *quo præsumere places indicatam* Martino, *insula Naxo adhuc existenti fuisse abdicationem suam, cui tamen non consenserit nam ipsum vel sponte vel coacte abdicasse Pontificatum præsumere vix patitur historia eorum quæ passus Constantinopoli est, ubi post alias contumelias,* suscipientes eum carnifices, exuerunt exterius ejus Pallium Sacerdotalis C stolæ: *quod videtur intelligendum de Pallio Pontificali, eatenus reservato. Postea tamen verosimiliter abdicavit.*

An et quando abdicarit?

3 *Persecutio, quam passus est sanctissimus hic Pontifex, causam sumpsit ex ea constantia, qua primo statim Sedis sua anno, mense Octobri, Indictione* VIII. *Synodum Lateranensem centum & quinque Episcoporum coegit, in eaque Typum Constantis Imperatoris ac Monothelitarum hæresim ejusque promotores damnavit. Præter extantia hac de re Conciliorum monumenta, habetur etiam insignis ejusdem Sancti Pontificis Epistola, ad Amandum Trajectensem Episcopum, a Milone Monacho Elnonensi relata, in Supplemento ad Vitam ejusdem S. Amandi: quod Supplementum cum dicta Epistola primus in lucem edidit Ioannes Mabilio, sec. 2. Benedictino pagina 719. ubi ipsam require.*

E 4 *Ad Ecclesiam, ubi corpus servatur, quod attinet, eam* Sergius II. *ædificavit, sub nominibus* SS. Martini & Silvestri, *pro duabus minoribus, quæ sub iisdem nominibus jam antea stabant. Harum alteram,* S. Martino Episcopo Turonensi *sacratam, restauraverat Hadrianus I. estque ea ipsa, unde tres* Presbyteri S. Martini Tituli Equitii *subscripserunt Synodo Romanæ sub Symmacho, centum annis post mortem Sancti Turonensis, adeo cito illius cultus etiam Romæ invaluerat. Putat autem in Notis ad Romanum Martyrologium Baronius, quod* eadem Ecclesia, postquam illatum in eam est hujus sanctissimi Pontificis & Martyris corpus, cessit ejusdem Martyris honori atque memoriæ; licet more majorum populus Romanus, in die Natali S. Martini Turonensis Episcopi, eamdem frequentare ardentiori studio perseveret. *Verum Baronium, licet Romæ scribentem, ubi rem certissime nosse poterat, videtur sui erga sanctum Pontificem affectus decepisse: ut enim me monet Claudius Castellanus, rem diligenter perscrutatus ex Carmelitis, ibi nunc degentibus; solus ibi Titularis habetur etiam hodie S. Martinus Turonensis, solius ejus festum toti viciniæ feriatum habetur, & solum cum Octava agitur: festum autem Papæ & Martyris, nec ipso quidem monasterio vacationem ab opere servili indicit, solumque ut Duplex per annum habetur: Sanctus autem* Silvester *Titularis dumtaxat censetur sacelli seu ecclesiæ subterraneæ, ad partem sacristiæ, postquam scilicet corpus alio translatum creditur.* F

Corpus delatum ad ecclesiam nominis, non sui.

sed S. Martini Turon.

LXXVII. EUGENIUS.

an. 654. 557. an. a.m.8.d.15.

EUGENIUS, natione Romanus, de regione prima Aventina, Clericus a cunabulis, ex parte Ruffiniano, tempore Constantii Imperatoris, ab invito verosimiliter Clero, declaratus pro Electo, vel potius pro absentis Martini Vicario, anno DCLIII. mense Junio, die circiter XXIII. postea, eodem ex insula Naxo verosimiliter annuente ordinatus, anno DCLIV. VII. Septembris in Dominica, ac tandem ex verosimili ejusdem Martini cessione, facta anno DCLV. circa Pascha verus Pontifex, sedit universim annos II. menses VIII dies XXV. defunctus anno DCLVII. XXXI. Maii, sepultus est ad S. Petrum II. Junii: & cessavit Episcopatus mensem I. dies XXIX.

Martino vivente & consentiente ordinatur.

I*Pse S.* Martinus *in epistola* II. *quam mense Septembri paulo ante mortem ex Chersone dedit*, ad quemdam sibi carissimum de exilii sui calamitate, *mirans se ita negligi a Romanis, ut ne de victu quidem ipsi curando solliciti sint; incertusque odione an timori id debeat imputare;* Verum tamen, *inquit*, Deus, qui omnes vult salvos fieri & ad agnitionem veritatis venire, per intercessiones S. Petri stabiliat corda eorum in orthodoxa fide, & confirmet contra omnem hæreticam & adversariam Ecclesiæ nostræ personam, & immobiles custodiat; præcipue Pastorem, qui eis nunc præesse monstratur: quo in nullo prorsus deviantes vel declinantes aut dimittentes eorum, quæ in conspectu Domini & Sanctorum Angelorum ejus in scriptis professi sunt, usque ad pusillum quidpiam, una cum humilitate mea coronam percipiant justitiæ ortho-



Tab. XIV


LXXIX. ADEODATVS


LXXX DONVS


LXXXI. AGATHO


LXXXII S LEO II


LXXXIII S BENEDICTVS II


LXXXIV. IOANNES V



A thodoxæ fidei, de manu Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi. *Non lupum, sed* Pastorem; *non invasorem Sedis alienæ, sed legitime* præsidentem, *& precum suarum communione dignum æstimat* Eugenium Martinus.

2 *Hinc nobis verosimile fit, quod in Insula Naxo commorans Sanctus, libellum Romanorum acceperit, quo se constare in orthodoxa fide profitebantur, & quidquid tolerandum foret, numquam pro eo se ordinaturos quemquam nisi ipse annueret. Quod enim annuisset ille, priusquam Constantinopolim veheretur, libera Cleri suffragatione, fuerit* Eugenius *ordinatus Episcopus Vicarius die* VII. Septembris *in Dominica, anno* DCLIV. *eoque respectu in quibusdam Anastasii Mss. exemplaribus atque apud Ms. nostri auctorem* cessavisse Episcopatum an. I. men. II. dies XX. *computandos a* XVII. *Junii quo primum declarata fuit depositio Martini per Theodorum Calliopam: esto exemplaria alia dicant* cessavisse *solum* dies XXVIII *quia forte post* Martini *discessum ex Italia, coactus Clerus ad electionem procedere, invitus invitum in Sede Petri & Lateranensi Palatio collocavit: qui tamen constanter renuerit Ordinationem illicitam consummare, sed* Martini *consensum expectaverit.* D

an. 654. 7. Septembris.

3 Baronius *existimans obiisse* Eugenium *die* II. *Junii anno* DCLV. *& credens quod non nisi post* Martini *mortem, priori anno obitum ex ejus sententia, potuerit sedisse legitime, accedente Cleri consensu; affirmat eum* menses *dumtaxat* III. dies XXIII. *Romanæ Ecclesiæ Pontificem præfuisse. Ego post Sedis* annos II. menses VIII. *acceptos ex Anastasio*, dies XIV. *scripsi pro* XXIV. *quia sic commodius sequuntur cetera, extremum diem computando quem alii videntur neglexisse.*

Baronii calculus.

B

LXXVIII. S. VITALIANUS.

E

Ab an. 657. ad 671. an. 14. m. 5. d. 1

VITALIANUS, natione Signiensis Provinciæ Campaniæ, de patre Anastasio, electus ante II. Junii, DCLVII. tempore Constantis Imperatoris, ordinatus XXX. Julii in Dominica, sedit annos XIV. menses V. diem I. obiit anno DCLXXI. XXX. Decembris: sepultus ad S. Petrum XXVII. Januarii quo colitur: & cessavit Episcopatus menses II. dies XIII.

Tempus Sedis.

P*Assim quidem Catalogi præter* annos XIV. menses VI. *nullos dies numerant qui ad finem Januarii mortem* Vitaliani *differrent. Sed errorem ex eo obrepsisse existimo, quod initio scriptum fuerit* m. V. d. I. *extritoque d. fuerint conjunctæ litteræ* V. *&* I. *factumque fit* VI.

Bar. a 655. ad 669. an. 14. m. 4. d. 16

2 Baronius *Pontificatum* Vitaliani *exorsus anno* DCLV. *ultima Augusti, & obiisse credens* XXVI. *Januarii anni* DCLXIX. *definit eidem* annos XIV. men. V. minus dieb. IV.

Monachi Elnonensis erroneus calculus.

3 *Milo Monachus Elnonensis, in Supplemento, de quo supra, ad Vitam S. Amandi, videri posset confirmare nostram hic Chronologiam, quando annum* III. Vitaliani *componit cum anno Christi* DCLXII. *Sed non satis idoneus nobis auctor est scriptor seculi* IX. *isque in Romanorum Pontificum historia tam parum versatus, ut* S. Gregorii *Ordinationem componat cum anno* XXII *S. Amandi, nati ut ipse statuit anno* DLXXI. *& obitum ejusdem* Gregorii, *cum anno circiter* XXXV. *ipsius Amandi. Cœpisset ergo in illius Calculo* Gregorius *anno* DXCIII. *tribus annis serius quam par est; & nihilominus abiisset anno* DCV. *(ut ipse ex Beda colligere se putat) adeoque non sedisset integris* XII. *annis.*

LXXIX. S. ADEODATUS.

Ab an. 672. ad 677. an. 5. m. 1. d. 8

ADEODATUS, natione Romanus, ex monachis, de patre Jobiniano, electus ante XXVII. Januarii, DCLXXII. imperante Constantino Pogonato, & ordinatus XIV. Martii in Dominica, sedit annos V. menses II. dies V. obiit anno DCLXXVII. XVIII. Maii, sepultus C ad S. Petrum XXVI. Junii: & cessavit Episcopatus menses IV. dies XV. F

Anni quatuor apud Anastasium,

O*Mnia quidem* Anastasii *exemplaria, & Auctores Anastasium secuti,* Adeodati *Pontificatui* annos *dumtaxat* quatuor *assignant: hoc autem credibile est fecisse Anastasium, quia sic reperit in* Catalogo *veteri, quem supra dedimus descriptum, annis circiter* LXXX. *post mortem* Adeodati. *Oportet tamen, ut vel hic, vel in alterutro duorum subsequentium Pontificum, circa annos notandos irrepserit error, dum constat* Dono *solum sesquiannum,* Agathoni *biennium & semis dari; & hunc tamen vixisse fere usque ad finem an.* DCLXXXI *Hoc animadvertens* Baronius, *qui in* Martini *morte &* Eugenii *successione annos duos perdiderat: non dubitavit* Adeodato *annos* VII. *&* Agathoni *nihilominus adhuc unum dare: quem quoad* Adeodatum *secutus etiam ipse aliquando sum, in commentario antehac a me scripto ad usum nostri P. Cornelii Hazart, vernacula Belgarum lingua vulgaturi primam partem Triumphi Pontificii. Poscentis nempe filum aliquod Chronologiæ, ex principiis Henschenianis Aprilis reformata, scripseram tumultuaria ac fere extemporali opera aliquid, quod festinanti satis esse videretur. Sed ipso in progressu apparuerat res multiplici obnoxia mutationi, prius quam perfecta haberetur. Quod non nisi edoctus experimento, ne aut ipse aut ego propterea possemus redargui, curavi, ut Auctor ad calcem primæ Partis protestaretur, minime se vadem manere pro singulis supputationibus annorum, quorum a me acceptos calculos citra operosam discussionem secutus esset; rem eam ulterius perficiendam mihi committens, in eo quam sub manibus videbat accuratiori tractatu, quemque expectare deberent ii, qui forte in istis aliquid observassent minus recte procedere. Ea ergo ratione obligatam studiosis Chronologia Pontificia lectoribus fidem liberaturus, necesse habui Conatum hunc prosequi; qui demum iterum iterumque recognitus & auctus, in præsentem excrevit amplitudinem.*

quos olim, secutus Baronium.

extendi ad septem.

2 *Ad sequendum autem isto in puncto Baronium movebat me, quod* Eugenium *statim a captivitate* Martini *ordinatum credens cum eodem* Baronio, *consequenter crederem* Eugenium Martino *supervixisse anno non multum plus quam medio. Sic autem motum me facile in Baronianam correctionem inclinavit auctoritas Anastasii ab eo allegata, cujus vadem videbatur præstare Sigebertum in chronico. Sed rem propius inspiciens, & percurrens tot undique conquisita Anastasiana exemplaria, ad quæ exacta est ultima editio Regia; ac neque*

non ad septem.

A *que in veteribus editionibus, neque in ulla variantium editionis iſtius noviſſima lectionum, numerum annorum* VII. *seperiens: conſiderans autem quod Sigsbertus, Pontificum ſibi ſuccedentium nomina referendo, non addat quanto quiſque ſederit tempore: ſed in margine tam hic quam alibi dumtaxat habeat notatos temere annos Chriſti (juxta quos tum alia multa circa Pontifices varios turbantur, tum* Vitaliaous *ſolum ſediſſet annos decem) non magni faciendum credo, quod videatur Pontificatum* Adeodati *extendere ad ſeptennium.*

Solum ad quinquennium extendendi.

3 *Nobis ſatis eſt quinquennium* Adeodato *dari, ea lege, ut ſi deceſſorum ejus alteri poſſit annus unus addi, ſupra numerum annorum qui eiſdem in ipſomet Anaſtaſio aſſignantur,* Vitaliano *ſcilicet quatuordecim & duo* Eugenio, *poſſet* Adeodatus *annis* IIII. *manere contentus; & tunc ordinatus hic fuiſſet anno* DCLXXIII. XIII *Martii, Dominica* III. *Quadrageſimæ, obiiſſetque* XVII. *Maii, & ceſſaviſſet Epiſcopatus menſes* IV. *dies* XVII. *Interim ut, jam dixi, apparet neceſſitas evidens hoc circiter tempore addendi annum ſaltem unum per conjecturam, quod alias haud libenter ſic facio; ut* B *ſalva habeatur reliqua ex Catalogi & Anaſtaſio profluens Chronologia.*

Adeodati pro Turonenſi S. Martini monaſterio.

4 *Extat inter Concilia Galliæ, a noſtro Jacobo Sirmundo edita, tom. 1. pag. 507. Reſcriptum Pontificale, quo* dilectiſſimis Fratribus, univerſis Epiſcopis in Galliæ partibus, Adeodatus *declarat, quod, licet* mos atque traditio S. R. Eccleſiæ plus non ſupperat a regimine Epiſcopalis providentiæ religioſa loca ſecernere, *exemptionem tamen, quam* Ægericus, religioſus Presbyter & Abbas monaſterii S. Martini *Turonenſis, pro eodem ſuo monaſterio petiit, concedendam duxerit, poſtquam* Crorberti Turonenſis Eccleſiæ Præſulis libertatem, hoc eſt liberam diſpenſandi licentiam ſcripto conceſſam competit, ... & aliorum, per Gallicanam provinciam conſtitutorum Anriſti- rum, ad id conſenſum præbentium, ſubſcriptiones ſupter anoexas inſpexit. *Hujus Reſcripti partem dumtaxat legens apud Baronium, nec ſatis certus adeo antiquas eſſe monaſteriorum exemptiones a viſitatione Epiſcopali &c. quam hic indicatur, cum dicitur, id* plus non ſuppetere, *hoc eſt, in uſu amplius non eſſe, & in eodem fragmento ideatidem inveniens titulum* Religioſi Abbatis; *opinatus ſum, cum titulo* Abbatis Secularis *opponi, atque adeo figmentum aliquod recentius iſtud eſſe, ad ea tempora referibile, quibus res monaſtica Abbatibus non monachis commendari cœpit. Verum eo nunc integre viſo, animadverto,* Religioſum *hic non aliter dici, ac nunc diceremus* Reverendum: *& apud Mabillonum de re diplomatica lib. 1. cap. 4. dubitationem omnem de exemptionum vetuſtate pluribus exemplis diſſolutam inveniens, eidem Turonenſi monaſterio libenter gratulor tam vetuſtum Privilegium, & quidquid in contrarium definiviſſe videor in Propylæo Aprilis num. 127. cupio retractatum, non ſolitus cuiquam rationabili objectioni negare juſtitiam, quam* E *ſinceritas atque veracitas, poſtulant ab eo, qui ſepoſito alio quocumque reſpectu ſolam veritatem ſectori profitetur, etiam contra qualemcumque ſuam priorem ſententiam; ſicut ſæpenumero non ſolum profeſſus ſum, ſed reipſa feci, ac porro faciam, animo æque diſcere ac docere parato.*

D *Privilegii ſinceritas.*

Anni ab ordinatione Gregorii uſque huc erronee ſubducti.

5 *Quod in editis Anaſtaſii exemplaribus poſt hunc Pontificatum additur, nec invenitur in Mſs.* A tempore ordinationis Gregorii, *id eſt a* XIII. *Septembris anni* DXC. uſque huc, *id eſt uſque ad ſepulturam* Adeodati *ſunt* anni XCV. menſes V. dies XIV. *ab imperita prorſus manu eſt: cum ultra aliorum terminos progreſſi cum hoc Pontifice (quem* Baronius *anno* DCXXIX *ſubrogatum* Vitaliano IX. *Aprilis, facit ſediſſe annos* VII. *menſes* IX. *dies* XXVI. *ut perveniat ad* XXVI. *Junii anni* DCLXXVII. *quando mortuum credit) non tamen plus inveniamus, quam annos* LXXXVI. *menſes* IX. *dies* XIV.

LXXX. DONUS.

Ab an. 677. ad 679. an. 1. m. 5. d. 10 **Baron. ab 676. ad 678*

DONUS, natione Romanus, ex patre Mauritio, electus ante XXVI. Junii, DCLXXVII. imperante Conſtantino Pogonato, ordinatus IV. Octobris die Dominica; ſedit annum I. menſes V. dies X. obiit DCLXXIX. XIII. Martii; ſepultus ad B. Petrum XI. Aprilis: & ceſ- C ſavit Epiſcopatus menſes II. dies XV.

F

Stella prodigioſa tempore Interpontificii progreſſi.

HIc dum electus eſſet, *inquit Anaſtaſius, necdum ſcilicet ordinatus,* apparuit ſtella a parte orientis, a galli cantu uſque mane per menſes tres: cujus radii cœlum penetrabant: in cujus ſurgentis viſione omnes provinciæ & gentes mirabantur: quæ poſt in ſemetipſam reverſa diſparuit: pro quo & maxima mors a parte Orientis ſubſecuta eſt. *Convenit hujus ſtellæ ortus in tempus Interpontificii quod ſignavimus a* XVIII. Maii ad III. Octobris.

Divalis ad Donū ſcripta, & Agathoni tradita;

2 *Sed difficultas eſt, quomodo mors* Doni *conveniat in annum* DCLXXIX. *quandoquidem* Divalis ſacra, *initio Concilii* VI. *Oecumenici poſita,* directa ad Donum ſanctiſſimum Papam ſenioris Romæ, contradita vero Agathoni Papæ ſanctiſſimo ac beatiſſimo ejuſdem antiquæ Romæ, eo quod idem Donus de præſenti vita deceſſiſſet, *ſcribatur data* pridie Idus Auguſti Conſtantinopoli indictione VI. *id eſt anno* DCLXXVIII. *Movit ea res* Baronium, *movit & me quondam, ut cum eo ad unum annum anticiparem prædictam ſucceſſionem, quamvis in nomine menſis appareret vitium: quocumq; enim die anni mors ſtatuatur, præceſſerit tamen* Id. Auguſti *menſibus ut minimum* IV. *per quos eam ignoratam fuiſſe Conſtantinopoli tam eſt impoſſibile; quam incredibile quod* Agatho, *abſque juſſione & ſcitu Exarchi imperialis, fuerit ordinatus.*

olim Dono ſcripta, quæ poſtea inepte adjuncta chronologiā turbavit.

3 *Aſt nunc animadverte Appendicem iſtam,* data &c. *ſubjunctam inſcriptioni, nec haberi in Græco, nec in veteri Latina verſione, juxta editionem Pariſinam anni 1524 ſumptam ex Codice Bellovacenſi, cui ad calcem Concilii prædicti additur:* Scriptus eſt hic codex temporibus D. Sergii, ſanctiſſ. ac beatiſſ. Papæ, & in Patriarchio ſanctæ Eccleſiæ Romanæ reconditus. *Quod igitur nec in Græco nec in vetuſta Latina verſione legitur, quomodo poſtea acceſſerit, neſcio; neque videtur mereri fidem, & veluti ineptum gloſſema alicujus score ſcioli a margine tranſiiſſe ad textum credi poteſt. Mihi certe jam amplius non obeſt, quo minus Divalem iſtam cenſeam ſcriptam eſſe an.* DCLXXIX *Indict.* VII. *in confinio Februarii Martiiq; & perlatam in urbem poſt* Doni *mortem, electoque mox Succeſſori traditam. Qui ſtatim atque ordinatus eſt, directis in omnes Occidentis ſibi ſubjecti provincias litteris, ſuper negotio fidei, quod tractandum proponebatur, juſſit celebrari Synodos Provinciales, earumque ſententias perſcribi in urbem; ubi etiam ipſe iiſdem acceptis habiturus eſſet, quam cito licuiſſet, Synodum Epiſcoporum Italicorum, prout anno ſequenti feciſſe docebimus.*

A D

LXXXI. S. AGATHO.

AGATHO, natione Siculus, ex Monachis, electus ante XI. Aprilis anno DCLXXIX. & ordinatus die XXIX. Maji, in Dominica, imperante Constantino Pogonato; sedit annos II. menses VI. dies III. obiit anno DCLXXXI. die I. Decembris, sepultus ad S. Petrum X. Januarii feria VI. sequentis anni, quo die colitur. Venerantur eum Græci cum titulo Thaumaturgi XX. Februarii: cessavit autem Episcopatus menses X. dies XVII.

Ab an. 679. ad 681. an. 2. m. 6. dies 3.

Cur ea mors in an. 682. dilata ab aliis?

BAronius, *initio* Agatonis *ad annum* DCLXXVIII. *eclato, nullum certum statuens mensem aut diem, nullum quoque certum tempus durationis Pontificatus ejus definit. Mortuum autem illum credens X. Januarii, idque videns non posse quadrare in annum* DCLXXXI. *quo toto usque ad Septembrem duravit Synodus Oecumenica* VI. Agathone *vivente terminata, cogitur hujus mortem differre usque in annum* DCLXXXII. *adeo ut secundum ipsum sederit* Agatho, *præter annos* III. *menses ut minimum* IV. *& deinde vacaverit Sedes usque ad* XV. *Augusti anni* DCLXXXIII. *de qua successione infra. Nunc quod* Agathonem *spectat, id agamus: prius tamen notari velim, ex longioribus post* Agathonis & Leonis *obitus Interpontificiis, haud vane colligi, quod*
B Constantinus Imperator, *haud paulo ad rem attentior quam Decessores sui, Exarchis ademerit ad seque retraxerit potestatem Electos Romæ Pontifices confirmandi; quam tamen ante mortem iterum remisit, ut infra dicetur in* Benedicto II.

Videtur specialiter dici ex Monachis assumptus,

2 *Secundus hic omnino, nec alius ullus, a tempore S. Benedicti Abbatis est, quem Anastasius dicat assumptum* ex Monachis; *neque alteri deinde hujusmodi elogium vel ipse, vel ejus Continuatores aut Flodoardus addunt. Videtur autem id eo dumtaxat sensu accipiendum, quasi soli illi fuerint immediate assumpti ex suis monasteriis, quorum verosimiliter Abbates erant, & doctrinæ fama perquam celebres, atque in negotiis Ecclesiasticis multum versati, nullumdum tamen locum in Romano Clero adepti, sive (ut nos loqueremur) necdum creati Cardinales. Etenim alios plures assumptos ad Pontificatum, qui aliquando Monachi fuerant, certum est: nam &* S. Gregorium Magnum, *prius quam in Clerum adscriberetur, Monachum fuisse, & quidem Benedictinum, est perquam verosimile; idque etiam nobis constat de* Joanne XVI. Gregorio VII. Victore III. Paschale II. *electis sub finem* X. *&* XI. *seculi. Verosimile est etiam, plures alios, ex prægressis subsequen-*
C *tibusque* Agathonem *Pontificibus, Monachos fuisse, prius quam fierent Cardinales, licet id minime notatum reperiatur, deficiente speciali causa ob quam id notare Anastasius voluisset. Nescio tamen qua ratione potuerit* Gregorio XV. *persuadere* Constantinus *Cajetanus, licet* continui Commensalis *titulo ac familiaritate subnixus, quod ex* Ordine S. Benedicti (*cujus erigendum in Urbe Hospitium & Collegium Gregorianum postulabat*) tot Religiosos, in summi Apostulatus apicem evectos fuisse constat, ut longa & continuata multorum seculorum serie Ecclesia ipsa nullos alios, quam familiæ Benedictinæ alumnos, Summos Pontifices habuerit.

quia non fuerit notta Cardinalis:

3 *Exorbitantem Abbatis istius pro suo Ordine zelum didicimus in* Benedicto I *nosse: quin hic æque manifeste falsus sit, dubitabit nullus, qui secula quatuor a* S. Gregorio *usque ad* Victorem III. *decursa perspiciet seriatim: de his enim solis posset esse sermo, cum de ultime transactis sœ habeatur satis nota plerorumque conditio ante Cardinalatum. Quiscumque ea secula scrutari voluerit, multos profecto inveniet, de quibus nec suspicio quidem tenuis esse possit, quod Monachi aliquando fuerint, vel in monasteriis extiterit. Proinde*

credibile sit, ipsimet Cajetano demandatam fuisse compositionem ejus Brevis, quod in Bullario habetur scriptum sub eo Pontifice. Certe ex illius supplici petitione acceptum dicitur, quale ibi continetur elogium Ordinis, extra dubium maximis quibusque encomiis digni, sed veris ita abundantis, ut fictitiis nulla ratione egeat. Hoc autem notatum eo serviet, ut iis ad quorum commendationem justam aliquando dantur Brevia, iis farta elogiis, quæ sub historicum deducta examen, deprehenduntur non nisi omnimoda veritate ac certitudine; iisdem non nimium efferant sese, quasi statim habendum pro canonizato & indubitabili sit, quod narrativæ
E *Pontificiarum litterarum parti qualitercumque & quocumque auctore inseritur; sed in rebus pure historicis, & ad solam laudem spectantibus, præsertim antiquis & ob silentium auctorum coævorum cunctantius asserendis, caute circumspiciendum; ne qui eas tam asseveranter suggesserunt, plus auctoritatis & gratiæ ad Pontificem detulerint, quam fidei certæque probationis & animi, a male fundatis præjudiciis affectibusque inordinatis liberi.*

plus affectu indulsis quam studio et veritati

4 *Quod ipsum* Agathonem *spectat, attento, quod supra notavimus, Græcorum hujus ævi studio, ut quam plurimos Apostolicæ Sedi inferrent suis obnoxios Imperatoribus; ipsum etiam Græcum fuisse, non solum suadet ejus nomen Græcum, sed imprimis Sicilia patria, tunc adhuc tota Græca, ac Græci ritus ecclesiis & monasteriis Basilianæ Regulæ plena; nec alia forsan adhuc Latina Benedictinæ Professionis cœnobia habens, quam quæ istic S. Gregorius fundarat; & Messanense, S. Placidi sociorumque cæde nobilitatum, ac* Vitaliano *Papa adnitente nuper restauratum.*

Ipse Agatho videtur potius Græcus quam Latinus Monachus fuisse.

DISSERTATIO XXIII. al. XV.

De Pontificatu Agathonis, & Synodo œcumenica VI. sub eo celebrata, fraudulenterque relato inter damnatos nomine Honorii Papæ. F

HUjus Pontificatus anno primo adhuc currente Christi vero DCLXXX. *celebrata videtur Romæ* CXXV. *Episcoporum Italicorum Synodus, pro negotio Legationis Constantinopolim dirigendæ: cujus post* Doni *mortem, ad quem Divalis Epistola fuerat directa, integro fere anno tardavit, justa proponitur excusatio, quod* numerosa nostrorum *Occidentalium* multitudo usque ad Oceani regiones extenditur .... dum in medio gentium tam Longobardorum quam Sclavorum, nec non Francorum, Gallorum, & Gotthorum atque Britannorum plurimi esse noscuntur: quorum sententias synodaliter audiendas expectare oportuit, ut a generalitate totius Concilii nostra *Occidentalium* suggestio fieret; ne si tantum pars quod agebatur cognosceret, partem lateret; *ut scribit Romana Synodus. Et hic simile indicans Pontifex in Epistola sua, ad alias tam diuturnæ protelationis causas, adjicit* corporales ægritudines *suas*, in quibus vivere nec libet nec licet assiduis ægrimoniis laborantem; *quibus omnibus factum sit, quod* non parvus temporum cursus elapsus est, *priusquam Imperiali mandato fieri posset satis; nec enim*

Post Synodum Romæ celebratam principio anni 680.

A parvus temporum cursus, *in sam optati oxeentione præcepti, videri debet annus eirciter integer, qui a scripta Constantinopoli Divali usque ad Legatorum appulsum videbatur elapsurus.*

2 *Opportune aatem electos a Synodo & Pontifice Legatos, & congruis utrimque litteris instructos, bortatus est Agatbo* ad piissime Tranquillitatis vestigia properare; *quia ineuate mox æstate; ipsa jam nominata Indictione* VIII. *at scribit Anastasius*, mense Junii die XVIII. *non* XXVIII. (*quod librariorum incura irrepsisse monet Calvisius*) luna eclipsim passa est, & mortalitas major atque gravissima subsecuta meose suprascripto, Julio, Augusto & Septembri in urbe Roma. *Sed bac dum intus forisque grassatur, jam pridem Constantinopoli versabaatur Legati, eadem Indictione* VIII. *die* x. *vel potius* XVII. Martii, *illuc appulsi. Siquidem proxime subsequens Dominica, qua eos Imperator in Blachernas solennissima pompa deduxis, fuit dies* XVIII. *mensis testo Auastasio: id autem, tota tempore Synodi ineboationem prægresso, non eontigit nisi meuse* Martio. *Erravit igitur Anastasius, quando adventum Legatorum adscripsit diei* x. Novembris Iodictionis Nonæ, *quo mense & Iudictione satis coastat, die istius mensis* B VII. *celebratam primam Synodi Actionem, iisdem Legatis præsidentibus.*

& antea eorum pestē profecti Legati.

appulerant Constantinopolim 10. vel 17. Martii,

3 *Nihilo tamen minus erravit, quisquis alteri Imperatoris prænominati Divali, post Legatorum adventum data ad Georgium Arcbiepiscopum Coastantinopolitanum, imperando ei ut* eoogreget omnes, qui ad ejus sanctissimam Sedem pertinent, sanctissimos Metropolitas & Episcopos, ad Regiam urbem: *erravit, inquam, quisquis Divali isti, præter quam in Græco veterique Latina oditione babetur, adjecit hæc verba:* Data quarto Idus Septembris Constantinopoli, imperante Domioo piissimo perpetuo Augusto Constantino Imperatore, aono XXVIII. & post Consulatum ejus XII. *Cum enim Synodus cœpta sit*, Imperantibus a Deo coronatis serenissimis Dominis Flaviis, Constantino quidem piissimo & a Deo decreto magoo Principe, perpetuo Augusto Imperatore, anno XXVII. & post Consulatum ejus a Deo instructæ mansuetudinis anno XIII. Heraclio vero & Tiberio a Deo coofervaodis ejus fratribus anoo XXII. die VII. Mensis Novembris, Indict. IX. *& bac ratione consequenter notentur omnes Synodi Actioaes; necesse est, ei qui Divali prædicta addidit datam, errorem obrepsisse, in componendis annis Imperii & post Consulatum.*

quo mox convocata Synodus,

per litteras, non in Septembri,

4 *Deinde ex sam male conjunctis cbaracteribus male infertur annus Datæ Divalis, ab anno* DCLXXX. *diversus; ut propterea dicantur anno uno eisius Constantinopolim appulisse Legati. Denique si hi jam appulerant* C *a Martio mense præfati aani; ineongrue differtur indictia Concilii ad menses fere* VI. *meritoque creditur indictum illud esse mense* Aprili, *ut qui undique oraat conventuri, menses saltem* VII. *baberent ad dispoaenda in suis Ecclesiis omnia, longiori absentiæ necessaria. Cæpta enim Actiones* VII. Novembris Indictionis IX. *uti dixi, continuatæ sunt usque* XVII. Septembris Iodictionis X. *universim autem numerantur Actiones* XVIII. *quæ admodum perturbate attinguntur ab Anastasio: quod satis est bic indieasse cum verus eorum ordo certius ex ipsis Concilii Actis babeatur.*

sed Aprili datas,

duravit a 7. Novembris ad 17. Septembris alterius,

5 *Solum noto, quod toto Concilii tam diuturni tempore nibil mutetur in conjunctione tot ærarum; primam autem & secundam earum esse Imperii, per* Constantem *patrem* Constaotino *primogenito sub annum* DCLIV. *& quinquennio post duobus aliis filiis communicati; tertiam vero sumi post Consulatum perpetuum, depositum patre mortento,* XV. *Iulii anno* DCLXVIII. *adeo ut videatur Imperator, commodi majoris causa, ad unam communem epocham, mensi* Octobri *affixam, revocasse omnes illas æras, ne multiplicitas pareret confusionem in Actis publicis. Cur autem* Octobrim *elegerit, non alia mibi occurrit causa, quam quod eo mense cœperint ex decreto paterno Imperii ejus anni scribi omissis annis Consulatus Versio quidem Lotina, Actione* IX *die* VIII. *Martii, incipit notare annum* Constantini XXVIII. *& sic deinceps prosequitur: sed nibil in Imperio fratrum, nibil in anno Post Consulatum notando mutans, suspectam nobis reddit diligentiam interpretis, in sola prima æra differentiam facientis, ne non satis certo fundamento id fecerit; cum annus post Consulatum similiter videatur mutari debuisse in Actione* XVI. *quæ fuit die* x. *Augusti celebrata. Sed factum bene, quod cum distinctior notitia trium istarum Ærarum non suppetat, accurate fuerit a transcribentibus tam Græce quam Latine observata mutatio* Indictioois IX. *in* X. *Actione* XVII. *die* XI. *Septembris: quo fit ut prioribus illis non egeamus.* D

Indictione 9 & 10. inchoata.

6 *Finita Synodo, & plerisque Episcoporum ad sua digressis, qui superfuerunt quinquaginta quinque Patres, velut totam Synodum adhuc repræsentantes, cum Georgio Patriarcha Constantinopolitano dictarunt Synodicam ad* Agathonem *epistolam, quæ tamen in veteri Latino codice, cujus supra meminimus, non reperitur: ac verosimiliter missa Romam non est: quia priusquam expediri possent Legati ad reditum, nuntiata Constantinopoli fuit mors* Agathonis, *die* 1. *Decembris Romæ obita: cui testimonium novum sancitæ per Oecumenicam Synodum fidei additur ab Epitapbio, quod in Appendice antiq. Inscriptionum pag.* 1166. *num.* 3. *tale legitur:* E

Deinde scribitur epistola ad Agathonem.

Pontificalis apex virtutum pondere fultus
Ut jubar irradiat, personat ut tonitru.
Quæ mox hic peragit doctrinæ fomes & auctor,
Format eoim gestis, qoæ docet eloquiis.
Dum simul æquiparet virtus & culmen hooris,
Officium decoras moribus, arte gerit.
Præditus his meritis Antistes summus AGATHO,
Sedis Apostolicæ fœdera firma tenet.
En pietas, en prisca fides: Iosignia patrum
Iotemerata maneot nisibus, Alme, tuis.
Quis vero numeret morum documenta tuorum,
Formula virtutum cum tua vita foret?

paulo post moriturus, & ab unione confesta laudatum,

7 *Præter eam quæ fuerat ad* Agathooem *scripta Epistola, quæque Constantinopoli remansit, compositum eodem tempore est* Edictum *fidei*, Christo dilecto populo omni habitanti in Occiduis partibus, *una cum* exemplari divinæ Jussionis Domini Constaotioi, directæ ad Synodum Apostolicæ Sedis antiquæ Romæ: *cui sua manu subscripsit Imperator*, Legimus: *sed quod additur* Data x Kalendas Januarias Constantinopoli Imperiali Domo, piissimo perpetuo Augusto Constaotino anno XXIV... Indict. X. *deest in Græco: ab interprete vera additam videtur, & a transcribente vitiatum.* Indictio *enim* X. *a Septembri anni* DCLXXXI. *inchoata male componitur cum* anoo Imperii XXIX. *qui solum debuisset scribi* XXVIII. *Plane enim existimo scriptam esse banc Iussionem eodem tempore, quo scripta Epistola ad* Agathonem; *ut quemadmodum Legati non solum a Pontifice, sed etiam a Romana Synodo attulerant litteras distinctas; sic ad utrosque distinctas referrent: prout factum fuisset, nisi nuntiata mors* Agathonis *eas quæ ad ipsum erant suasisset supprimere, commutandas cum aliis ad Successorem dandis, quamprimum ille ordinatus esset: qua de re mox infra.* F

scribitur et una editū fidei cum epistola ad Synodum Rom.

in quibus prior suppressa propter mortem Agathonis,

8 *Quod autem ad Electionem Successoris pertinet, eam credibile est non fuisse dilatam; sed tertio mox die post temporariam* Agathonis *in Laterano depositionem (quemadmodum universim faciendum* Bonifacius III. *decreverat) convenisse Clerum, & electo* Leone, *suum de eadem Electione Decretum misisse Constantinopolim: quod eo potuit appulisse mense Januarii. Id cur statim approbatum non sit, nullam antiqui scriptores rationem indi-*

Procedit mox Leonis Ordinatio,

A *indicant: verosimillima tamen est* Baronii *conjectura, suggestum Imperatori fuisse, ut non prius Electum Romanum confirmaret, quam Romana Ecclesia, cujus exemplum totus Occidens secuturus esset, Synodum* VI. *approbasset. Dum autem colliguntur Acta & transcribuntur, alia quædam videtur injecta remora, quidquid pro unione Ecclesiarum factum erat, subversura, nisi epikia tandem usus* Leo *cum suis, de summo jure potius cedendum aliquid censuisset, quam rigide contranitendum pro re, fidei integritatem non concernente: quemadmodum in causa trium Capitulorum simili epikia usam Ecclesiam Romanam in confesso est. Res a nemine testata, sed ex post factis colligenda, ideoque variis variorum sententiis agitata, mihi videtur sic se habuisse.*

diu dilata

propter quæstionem de Honorio motam,

9 *Silentium de una aut duplici Christi voluntate tenendum edixerat Papa* Hoonrius, *& cum* Sergio *Constantinopolitano Patriarcha* Monothelita *communicarat per litteras; in quorum utroque quam fuerit excusabilis, Baronius explicat, neque Catholicus quisquam est bonus qui dubitet, quin extra culpam eum fuisse crediderint sui successores. Mala tamen in Oriente opinio de eo invalescebat, ubi Monothelitæ ipsius se nomine, quamvis falso, tuabantur: adeo ut Patriarcha* Theo-*B* dorus *Constantinopolitanus &* Macarius *Patriarcha Antiochenus, eorum hoc tempore Coryphæi,* Constantino *Imperatori, pro unione satagenti,* multam instantiam fecerit, ut ejiceretur Vitalianus Beatissimus de diptychis (*qui scilicet Monothelismo palam adversari cœperat*) asserentes Honorium memorari *in illis: se autem* non acquiescere ut memorentur qui postmodum fuerunt Patriarchæ in sancta Romana Ecclesia, donec conquisitio & satisfactio fiat verborum, de quibus contenditur inter utrasque Sedes, *uti* Constantinus *scribens ad* Agathonem *exponit; certus interim utrosque habere pro Orthodoxis, nec* Vitalianum *expungendum concedere, donec quæstio controversa de fide fuerit definita, ad quod submitti Legatos petit.*

quem sibi vendicarent Monothelitæ.

Nam licet eo mota non sit in Synodo,

10 *Ad hæc prudenter* Agatho cum Romana Synodo, *Legatos quidem misit, tractaturos de fide, juxta instructionem iis datam; de* Honorio *autem &* Vitaliano, *clam fortasse monuit tenendum silentium, palam autem satis innuit, de alterutro nihil male statuendum cum in Epistola ad Imperatores data, exponens Romanæ Ecclesiæ fidem, concludat, quod* hæc est vera fidei regula, quam in prosperis & in adversis tenuit ac defendit Apostolica Christi Ecclesia: quæ per Dei omnipotentis gratiam a tramite Apostolicæ traditionis num-*C* quam errasse probatur, nec hæreticis novitatibus depravata succubuit: sed ut ab exordio fidei Christianæ percepit ab auctoribus suis, Apostolorum Christi principibus, illibata fide tenus permanet, secundum ipsius Domini Salvatoris divinam pollicitationem.

postea tamen Honorii nomen fraudulenter referunt suis,

11 *Cum tali instructione talibusq; litteris Constantinopolim advenientes Legatos, ad communionem recipere noluit Patriarcha* Theodorus, *ideoque dejectus de Sede sua est; & pro eo constitutus* Georgius. *Sub hoc* Synodus *rite ac quiete celebrata, probata* Agathonis *fidei & epistola,* Monothelitarum *hæresis cum suis auctoribus & propugnatoribus nominatim damnata, & cetera* Actiones *continuatæ sunt, sine ulla* Honorii *aut* Vitaliani *mentione, ac sic fortassis etiam terminatæ. Nam quod inter Anathematismos finales Actionis* XVII. *nunc legatur,* Honorio hæretico anathema, *& Actione* XVIII. *in Sermone Prosphonetico, dicatur Concilium,* una cum aliis superfluarum vocum adinventoribus, ab ecclesiasticia septis procul abjicere & anathemati merito subjicere Honorium, qui fuit Romæ Præsul, utpote qui eos in his secutus est; *id postea mala fide locis iis intrusum fuisse eo minus dubitari potest, quo certius constat Romanos Legatos Actionibus istis omnibus & singulis subscripsisse: qui sane non permisissent inducta vel indiscussa causa,* Honorium *hæreticis admisceri.*

12 *Fraudis* Honorio *injuriosæ, auctorem, credibile est eumdem illum fuisse, qui antea solum illum ex hujus seculi Pontificibus probabat,* Theodorum. *Hic scilicet damnatos Monothelitas videns, reditumque in Sedem simulata pœnitentia captans, Imperatori suggessit, ferendum non esse, ut tot Constantinopolitanis Patriarchis damnatis.* Honorio *parceretur: ita scilicet probare voluit quam serio hæresim dimisisset, ejus damnationem solicitando, quem antea tantis efferebat laudibus; revera autem in Romanam Ecclesiam regestum volens dedecus, quod per ejus Legatos sibi suisque olim complicibus impactum delebat.* *D*

auctore Theodoro ex Patriarcha:

13 *Cum igitur describenda essent Acta, non potuit quidem* Honorii *damnationem ita eis inserere, quemadmodum de ceteris ea istic habebatur, quorum causa fuerat ventilata: in collectione tamen nominum execratorum, facile potuit* Honorii *nomen inserendum suggerere: idemque facere in* Synodica ad Agathonem, *inter* Sergium *&* Cyrum *collocando* Honorium. *Et hæc quidem clam facta Legatos latere potuerunt: sed non potuit latere* Edictum Imperiale, *dum ibi quoque inter damnatos Græci scripserunt* Hooorium, qui fuit antiquæ Romæ Papa, horum hæreseos in omnibus fautorem, concursorem, atque confirmatorem. *Ea namque verba sic edita & publicata esse, in Actisque Romam transmissis descripta, dubitari non sinit vetus ille Bellovacensis codex, qui vel ipso* Sergii *Papæ tempore descriptus fuit vel ex illo transcriptus, absque Epistola, quæ Constantinopoli mansit inscripta* Agathoni; *& altera, quæ diu post allata est inscripta* Leoni.

qui deinde effecit ut in epistola Synodica & Edicto Imperiali,

sic etiam scribi curavit *E*

14 *De his autem moniti Romani per suos Legatos, non mirum si cunctati fuerint recipere Synodum: sed hoc mirum ac mirissimum, quod nullum uspiam extet indicium aliud justi ex hac causa doloris, quam dilata* Leonis *Ordinatio, non tantum usque ad mensem Julium & reditum Legatorum (quorum unus ex parte Synodi Romanæ erat Joannes Episcopus Portuensis, de jure ad ordinandum Pontificem requisitus) sed etiam usque ad anni ejusdem* Octobrim (*Baronius diceret,* Usque ad Augustum sequentis anni) *intra quod tempus apparet ultro citroque agi adhuc semel aut bis potuisse, pro confirmatione expedienda. Hæc vero si aliter impetrari non potuit quam dissimulando tandem injuriam Romanæ Ecclesiæ in* Honorio *factam; ne illa deterior longe fuit servitus, a* Constantino, *pro alias Imperatore, imposita, quam quæ secundum postulationem* Agathonis *ab eodem* revelata est, *pecuniaria scilicet* quantitas, quæ solita erat dari pro Ordinatione Pontificis facienda. *F*

quid recipere cunctati Romani,

15 *Pro amore tamen Ecclesiasticæ pacis etiam illam servitutem toleratam fuisse, non tantum suadet ipsa Actorum sic correptorum facta in Latinum traductio promulgatioq; (nullo ad* Honorii *excusationem addito verbo) ipsiusque* Leonis *Pontificale* rescriptum, *quo post* Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum, Constantinopolitanæ Ecclesiæ subsessores magis quam Præsules, *etiam anathematizat & abominatur* Honorium, qui Apostolicam Ecclesiam, non Apostolicæ traditionis doctrina lustravit, sed profana proditione immaculatam fidem subvertere conatus est. *Quomodo autem conatus? An falsa docendo? Absit: sed ut summum vera non fortiter sustinendo, neque summo quo poterat vigore utendo. Culpa hæc erat mere personalis: quæ sicut non potuit Sedem Apostolicam maculare; ita quia eam sic exaggerabant Orientales, ut absque ejus castigatione non videretur unio ulla successura, dici potest non injuste dãnata, pro eo statu rerum, qui tunc erat cum judicati* Monothelitæ *sunt; licet pro eo tempore, quo vivebat* Honorius, *reprehensione careret. Si aliã quis inveniat viam, qua neq;* Latina versio *prima, sic edita, neq;* Leonis rescriptũ *sic de* Honorio *locutum doceatur, eam tanto libentius sequar, quanto studiosius exquisivi. Sed postremũ illud tandẽ didici in ipso contextu Græco inveniri potuisse, ubi sic locus iste habet.*

tandem pacis causa dissimularunt,

volunt ad fidem non spectans.

& quia revera culpabilis Honorius erat,

A Ὅστις ταύτην τὴν Ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν οὐκ ἐπιχείρησε διδασκαλίᾳ ἀποστολικῆς παραδόσεως ἁγιάσαι, ἀλλὰ τῇ βεβήλῳ προδοσίᾳ μιανθῆναι τὴν ἄσπιλον παρεχώρησε, *id est*, Qui hanc Apostolicam Ecclesiam non assumpsit doctrina apostolicæ traditionis purificandam; sed turpi proditione contaminari permisit immaculatam *scilicet Ecclesiam*. Παρεχώρησε, *inquam*, permisit, *non vero* (*ut habet durior versio*) immaculatam fidem subvertere conatus est. *Et hoc idem, nec amplius, habet Epistola ad Hispanos*. Honorium *culpant, quia* flammam hæretici dogmatis non, ut decuit Auctoritatem Apostolicam, incipientem extinxit, sed negligendo confovit. *Etenim, ut S. Leo Epist. 3. ad Julianum Aquilejensem Episcopum scribit*, inferiorum Ordinum culpæ ad nullos magis referendæ sunt, quam ad desides negligentesque Rectores, qui multam sæpe nutriunt pestilentiam, dum necessariam dissimulant adhibere medicinam.

quod etiam scripta epistola volebat de Marca probare, 16 *Stephanus Baluzius, Petri de Marca Parisiensis Archiepiscopi familiaris & domesticus, de Viri illustrissimi vita, gestis, moribus ac scriptis epistolam dictavit, postmodumque auctiori operis de Concordia Sacerdotii atque Imperii editioni prætexuit: sub cujus finem ait, quod* imprimis deplorandum est, Marcæ per va-

B letudinem ejus non licuisse epistolam scribere, quam ultro promiserat, ad clarissimum & eruditissimum virum Philippum Labbæum Presbyterum e Societate Jesu, in qua Honorium Romanum Episcopum, quem seculi hujus malignitas in sexto Oecumenico damnatum esse contendit ut Monothelitam, ab ea labe prorsus immunem reddidisset, ostendissetque nihil aliud in eo damnatum esse quam negligentiam, & quia varie se gesserat .... Probasset enim Honorium illic fuisse damnatum, non quia Concilium putarit illum docuisse hæresim, ut isti novelli hæretici existimant; *fidem illius integram demonstraturus,* sed quia Sergii Patriarchæ CP. & Cyri Alexandrini consultationem ambiguis responsis eluserat, neque statim damnaverat hæresim, tunc recens emergentem: unde data populis Orientis occasio credendi, D Monothelitarum opinionem non esse hæreticam, quandoquidem eam prima Sedes non feriebat anathemate. Scilicet Honorius eo deceptus est, *inquit Baluzius*, quod Patriarchæ illi pollicerentur, Orientem universum, ubi Nestorii & Eutychetis errores vigebant, ad unitatem Ecclesiæ Catholicæ rediturum, si concedi aliquo modo posset, unicam in Christo voluntatem fuisse. Et cum nova hæc opinio (ut sunt omnia ferme nova) interpretationi tum obnoxia esset, quando videlicet nondum damnata erat ab Ecclesia; Honorius, quo facilius Orientem a vetustis erroribus revocaret, οἰκονομικῶς & per dispensationem a summo jure recessit, ut Marcæ verba ad hunc locum traham. Hæc tamen dispensatio ei infeliciter cessit, ut jam pridem observatum est in libro 3. de Conc. cap. 13. §. 9. Nam hinc factum, ut damnationis sententiam in eum pronuntiaverit sexta Synodus, persuasumque fuerit orbi universo, illum infamam unius voluntatis opinionem fovisse, quam incipientem exsinguere debuerit. *Ita pro Marca defuncto Baluzius,* E *adferens deinde* loca veterum, quibus sententiam istam fulcire destinaverat Mecænas *suus: inter quæ primum locum tenens*, quibus probare decreverat, germana esse Acta illius Concilii, neque a Græcis corrupta: *& incorrupta exhibitominus Acta Concilii.* *quod & ego dico: sic tamen, ut intelligi velim, astu Græcanico factum, ut nomen ejus, contra quem durantibus Actionibus Synodi processum numquam fuerat, eorum involveretur damnationi, quorum errorem ille morose expenderat & ex professo damnaverat; immisceretur autem in iis Epistolis quæ omnium Actionum quasi signaculum esse debebant, quasque si Romani non reciperent, in periculum adducebatur quidquid tanti temporis disceptatio tam operosa peregerat; cum interim negari non posset culpa aliqua in* Honorio *fuisse, cujus causa id eum mereri Orientales asseverare conspiraverant, ut apparet; licet non appareat id eos publice tractavisse.*

LXXXII. S. LEO II.

Ab an. 682. ad 684. an. 1 m. 7 d. 5. LEO, S. R. E. Archidiaconus, natione Siculus, ex patre Paulo, electus ante x. Januarii anno DCLXXXII. sub Imperio Constantini Pogonati, XIX. Octobris in Dominica ordinatus; sedit annum I. menses VII. dies V. obiit XXIII. Maii anni DCLXXXIV. sepultus ad S. Petrum XXVIII. Junii, quando colitur: cessavit Episcopatus menses XI. d. XX. F

C

Convulsio Interpontificii & Pontificii spatiis, A*nastasiani codices omnes, contra quam nos, notant post mortem Agathonis* Interpontificii annum I. menses VII. dies V. Leonis *vero Pontificatui adscribunt solum* menses X. dies XVII. *eaque ratione* in tota Pontificum Romanorum serie vix quidquam, in priscis recentiusque memoriæ scriptoribus, occurrit intricatius, initio, gestis, atque obitu Leonis Papæ II. *ait in novissima Conciliorum editione, post hujus* Leonis *vitam, animadvertit eruditissimus noster Philippus Labbe: a quo præmonstratam viam, sed non usquequaque complanatam inveniens (neque enim huic scriptori contigit observare diem Obitus a die notatæ Sepulturæ diversum) deprehendo, quod simplici duarum chronotaxeon istarum conversione, omnia liquida fiant & expedita.*

2 *Nam primo* Divalis ad Leonem, *missa (ut habetur Græco-latina in fine Actionis Synodicæ* XVIII.) mensis Decembris XIII. Indictione XI. (*sic enim legendum, ια' ἰνδικτιῶνος, non ἰνδικτ.*) *adeoque anno* DCL XXIX. *exeunte, missa fuerit Leoni, jam vero (ut habet titulus)* sanctissimo & Beatissimo Archiepiscopo veteris & clarissimæ urbis Romæ & Oecumenico Papæ: *quod factum esse non potuisset, si vacasset Sedes post mortem* *Leo, vere 18 Papa, accepit Divalem Justiniani,* Agathonis *mensibus* XIX. *Secundo, sic vero* hujus *Papæ* Leonis temporibus, die XVI. mensis Aprilis (*uti scribit Anastasius & probant Astrologi Calvisius aliique*) Indictione *eadem* XI. *sed jam Christi anno* DCLXXXIII. Luna eclipsim pertulit, post Cœnam Domini, *quæ in prædictum diem tunc occurrit*, & nocte pene tota in sanguineo vultu laboravit, nec nisi post Galli cantum cœpit paulatim dilimpidari, & in suum reverti aspectum. *Hæc autem eclipsis similiter excluderetur a Pontificatu* Leonis, *si hic solum fuisset ordinatus in fine anni jam dicti: ipsa autem circumstantia* dici XVI. Aprilis, *cum* Cœna Domini *concurrentis, probant evidenter aliam hic annum intelligi non posse, & Astrologicæ rationes idem confirmant.* *sub cujus fuerit gradu eclipsis a Theophane asserta.*

3 *Vix dicere possum quantum hæ duæ difficultates, posito* XIX. *mensium Interpontificio, prorsus insolubiles, me torserint, priusquam de Interpontificiis & Pontificiis spatiis commutandis incidisset cogitatio. Baronius,* Leonem *anno* DCLXXXIII. XV. *Augusti ordinatum decernens, anno sequenti* XXVIII. *Junii obiisse concludit: qua sententia, quibus labores difficultatibus, quibus nostra nitatur fundamentis, & qua via salvare hæc, istas explicari posse credamus, nihil magnopere*

pere

A *pore in chronologia variando, docebit sequens Pontificatus.*

4 *Piæ memoriæ Lucas Holstenius, Bibliothecæ Vaticanæ Custos, cui anno* MDCLX. *oculos religiose clausimus, extrema Catholici Sacerdotis erga morientem officia implente P. Godefrido Henschenio, inter cetera quæ in nostrum adventum paraverat operi instruendo subsidia, ex variis MSS. desumpta, tradidit etiam nobis Sermonem, quem ab hoc sancto Pontifice habitum die suæ Coronationis existimabat, ob causas infra explicandas; quique, si recte expendatur non parum ad hujus temporis historiam facere possit. Quare eum, in nova Patrum Bibliotheca (quo alias spectaret potius) non inveniendum, hic dandum putamus: præmittendam tamen, quam huc quoque spectare opinamur, Relationem, de ejusdem concordi Electione, quam inter antiquas Formulas MSS. idem Holstenius ajebat reperiri; viderique directam ad* Constantinum Imperatorem *ejusque conregnantes fratres* Tiberium *atque* Heraclium, *quorum nominibus omnes Synodi sextæ Actiones* B *prænotantur. Cui viri eruditissimi judicio inhærentes, pro litteris* Ill. Ill. *scriptis in formula, ut aliis ea posses applicari, substituam nomina* Agathonis *&* Leonis.

RELATIO DE ELECTIONE AD PRINCIPES.

CUm non sine divinæ misericordiæ nutu sit, ita post mortem summi Pontificis, in unius electionem omnium vota concurrere & convenire consensum, ut nullus penitus inveniretur qui discors posset existere: necessarium est ut serenissimis ac piissimis Dominis petitionis unitæ famulantes debeamus preces effundere, quos certum est & de subjectorum suorum gaudere concordia, & clementer unitati postulata concedere. Obeunte itaque beatissimæ recordationis Papa nostro (Agathone), in electionem (Leonis), venerabilis Apostolicæ Sedis Archidiaconi, omnium Deo volente declinavit assensus: propterea quod ita ab ineunte ætate sanctæ idem Ecclesiæ militavit, atque sic se in omnibus solerter exhibuit, ut Ecclesiastico regimini non immerito, divina suffragante gratia, sit præponendus. Præsertim cum talis olim fuerit instituti, ut etiam prædicti beatissimi (Agathonis) Pontificis assidua conversatione sua, ad tantorum meritorum insignia, quibus idem sanctæ recordationis Antistes fuisse cognoscitur adornatus, fecerit Christo adjuvante profectum, ut verbis suis C desiderantes ad superna gaudia animos semper accenderit; & quidquid boni in illo amisimus, in hoc nos invenire indubitabiliter confidamus. Ideoque lacrymabiliter cuncti famuli supplicamus, ut Dominorum pietas servorum suorum obsecrationes dignanter exaudiat; & concessa pietatis suæ jussione, petentium desideria, pro mercede Imperii sui, ad effectum de Ordinatione ipsius præcipiat pervenire: quatenus per sacros Clementiæ suæ apices sub Pastore eodem constituti, pro vita Imperioque serenissimorum Dominorum nostrorum, omnipotentem Dominum & beatorum Apostolorum Principem, cujus Ecclesiæ dignum ordinari Gubernatorem conceditis, jugiter exoremus.

Indicatur concors omnium electio,

propter eximias Blessi dotes,

& jussio ejus ordinandi petitur.

a *Quis hæc in Formularium a se collectum transcripsit sub titulo*, Relationis de Electione ad Principem, *ut ei consequenter aptaret contextum, initio ac fine numerum pluralem in singularem mutaverat; initio quidem scribens*, serenissimo & piissimo Domino .... *t.* quem certum est; *sub finem vero*, ordinari Gubernatorem concedis; *sed in medio bis relinquens* Dominorum suorum, *satis indicat omnia originaliter in plurali scripta extitisse. Fuisse quidem* Leonem *hunc*, Archidiaconum, *ut præfertur, nec asserit nec negat Anastasius; uti nec concordem omnium in ejus Electione consensum: sed prius præsumere suadet frequentior* D *usus, quem supra indicavi, quando contrarium non habetur; posterius, eximia* Leonis *virtus. Quamquam autem subsequens ejus in sua Ordinatione Sermo, indicet discordias minime leves eamdem prægressas, gratis eas quis traxerit ad ipsam Electionem, ita easque refuderit causam diuturnioris Interpontificii: cum aliæ longe verosimiliores & hujus & illarum causæ peti possint ex* Honorii *damnatione, post factam Electionem nunciata; siquidem ad Electionem processum ex more fuerit, tertio post mortem* Agathonis *die. Putanti tamen pro hoc tempore invenisse se alium, quem præmissa Relatio potius spectet, nolim pro conjectura cujuscumque pertinacius obluctari: de sequenti vero Sermone fidentius consenserim asserenti, eum* Leonis *omnino esse.*

Unde præsumatur is fuisse Leo?

SERMO IN DIE ORDINATIONIS.

HOdiernæ diei festi jucunditas invitat nos, dilectissimi, vestram in Christo fraternam humili voce exhortari concordiam: quatenus tam alacer vestræ devotionis concursus, non ad favorem hominum, E sed ad laudem potentissimi proficiat Creatoris: qui dum votis vota ubertim accumulat, gaudiis cœlestibus nostræ humilitatis gaudia amplificare dignabitur. Quis namque, ut ait Propheta, loquetur potentias Domini? vel, Quis digne poterit magna & mirabilia ejus opera enarrare? Neque hoc mea merita, carissimi, quæ nulla sunt, sed vestræ Christianitatis vota apud Altissimum promeruerunt, quod in me indignum desuper (fluxisse) cernitis exultantes, ut nimirum Omnipotens de terra inopem & de stercore pauperem sublimaret, prærogativam Sacerdotii concederet, dispensatoremque suæ constitueret familiæ. Quapropter, carissimi, hujus diei præclara solennitas, geminam, apud vestram Deo placitam caritatem, per hunc meæ mediocritatis sermonem, compulit persolvere functionem.

Invitans ad spiritualem lætitiam fideles,

Ps. 105. 2. Eccli. 17. 8.

in hac sua promotione,

a Et primum omnium quidem condecet paterno affectu meos dulces deposcere natos, ut pro meæ fragilitatis inopia Christum Dominum convenienter deprecemini, ut hoc officium pietatis, quod largiente Domino vestris precibus indeptus sum, suorum intercessionibus Apostolorum concedat inculpabiliter adimplere; quatenus non de culmine Præsulatus temeritatis pœna condemner; sed de fideli officio ac sedulo pietatis ministerio, in die adventus Domini, merear, F una cum animabus mihi creditis, immarcescibilem gloriæ percipere coronam. Deinde alia mihi, dilectissimi, pro vobis est amplissima caritatis adhortatio; quatenus siquis vestrum adversus aliquem habuit vel habet huc usque querelam, meæ obsecrationis interventu, propter eum scilicet qui auctor pacis & caritatis est, invicem relaxetis; donantes vobismet ipsis, secundum Apostolicam exhortationem, sicut Deus in Christo donavit nobis, ut non, quod absit, quolibet argumento a satana, inimico pacis dissensionisque auctore, circumveniamur. Finiantur, quæso, simultates & discordiæ, ut non regnet in vestro casto corpore odii fomes, sed pax & caritas quam diligit Deus, ut sitis obedientes filii Patris vestri qui est in cœlis. Scriptum quippe est, Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur: & iterum, Pacem sequimini & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. Dimittite, inquit Dominus in Evangelio, & dimittetur vobis. In hoc, ait, cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem invicem conservetis: ut pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras, in Christo Jesu Domino nostro. Quatenus, sicut meæ exiguitatis promotione lætitiæ gaudia vobis hodie cumulavit Altissimus; ita profecto, & mihi de vestræ unanimita-

eorum pro se preces petit,

& ad ordinem gerendam concordiam hortatur.

Col. 3. 13. 2. Cor. 2. 10

Mat. 5. 9. Heb. 12. 14.

Luc. 6. 37. Joa. 13. 35

Phil. 4. 7.

A tis & pacis concordia mentis jucunditas uberius multiplicitur, ut condecenter pari assensu hymnum Domini cum sanctis Angelis, ante venerabile Apostolorum Principis corpus; possimus concordi modulamine, etiam eum interno mentis assensu, alacriter exclamare; Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

Inde ad fidei professionem transiens;

3 Quibus præmissis, carissimi, ad illud singulare spei nostræ remedium, meæ humilitatis alloquium, summopere currit, ad quod vestrum desiderium, per afflatum Spiritus sancti, indesinenter asse solicitum atque attentum in meis oculis habeo conspectum: illaque meæ humilitatis professione, ad vestram ædificationem, libenter invitor depromere, quæ a me inhianter, suspensis auribus fervore catholicæ atque orthodoxæ fidei, Christianæ religioni dedita vestra devotio, per meæ ministerium linguæ, conveniente cupit audire. Propterea Christianæ simul & Evangelicæ doctrinæ discipuli, paternæque traditionis per Dei gratiam æmulatores, & orthodoxæ fidei sectatores existentes, ea, quæ per sanctos Apostolos hujus-
B que Apostolicæ Sedis Præsules prædicanda suscepimus, ita nos condecet, ad vestræ salutis ædificationem, mente devota, proprie ac veraciter, in conspectu totius Ecclesiæ, libera profiteri voce.

confitetur Deum unũ & trinum,

4 Credimus in unum Deum, Patrem & Filium & Spiritum sanctum, Trinitatem inseparabilem. Patrem scilicet, ex quo omnia: Filium, per quem omnia; Spiritum sanctum, in quo omnia. Patrem quidem ingenitum, Filium autem ex Patre genitum, Spiritum vero sanctum nec genitum nec ingenitum, sed de Patre Filioque procedentem. Unam sanctæ Trinitatis essentiam, unam virtutem, unam dominationem, unam naturalem voluntatem atque operationem. Trinitatis nomine credentes, baptizati sumus: credendam fideliter prædicamus. Unum igitur sanctæ Trinitatis, hoc est Deum Verbum, qui natus est de Patre ante omnia secula, eumdem in ultimis temporibus descendisse eredimus, incarnatum esse de Spiritu sancto, & de semper virgine beata Dei genitrice Maria inhumanatum: consubstantialem Patri secundum deitatem, & consubstantialem eumdem nobis secundum humanitatem: de Patre quidem natum sine tempore & æterne, de matre autem absque semine in tempore: unde & duas ejus nativitates prædicamus, & unum eumdemque Dei filium eumdemque hominis filium, ex duabus & in duabus

& unam Christi in duplici natura personam,

C naturis, hoc est divina & humana, incondita & condita, impassibili & passibili, in unam personam atq; substantiam concurrentibus, & in sua proprietate inconfusis & immutabiliter iisdem naturis manentibus, ex quibus incessabilis adunatio facta est, & Deus unitus, mediante rationali anima, carni quam de sancta & immaculata Virgine assumpsit. Quare vere ac proprie Θεοτόκον, id est Dei genitricem, sanctam semperque Virginem prædicamus, eo quod unum eumdemq, Deum & Dominum nostrum Jesum Christum genuit, non in duas personas duosve filios partitum, sed eumdem, deitate quidem impassibilem, passum autem carne, crucifixum & sepultum carne, resurrexisse & ascendisse in cœlos carne, unde numquam divinitate discessit sedentem ad dexteram Patris in eadem carne, & ita venturum judicare vivos & mortuos, & sic semper in eadem carne mansurum. Propterea detestamur eos atque condemnamus, quicumque ante adunationem duas naturas & post adunationem unam Christi naturam errantes asseverant; nec non eos qui, in duas personas vel duos filios unum Christum Dominum dividentes, blasphemant. Nos igitur in omnibus sequentes sanctarum quinque Synodorum instituta, nec non & probabilium Catholicæ ecclesiæ Patrum atque Doctorum traditiones, confi-
temur atque prædicamus unitas duarum Christi naturarum proprietates; ita nihilominus, ut duas naturales voluntates atque operationes unius ejusdemque Domini nostri Jesu Christi fateamur. D

suscipit decreta Martini Papæ aliorumque Pontificum

5 Ad hæc quoque profitemur etiam cuncta Decreta Pontificum Apostolicæ Sedis prædecessorum meorum, præsertim quæ a sanctæ memoriæ Martino universali Papa, ad confirmationem prædictarum quinque Synodorum, definita sunt atque decreta, in omnibus custodire, maxime quæ adversus novas promulgata sunt quæstiones, quibus zizaniorum scandala huc atque illuc disseminata sunt. Quorum sanctorum Patrum & Apostolicæ Sedis Pontificum auctoritate muniti & freti, quæ vel synodice susceperunt vel prædicaverunt, sine aliqua diminutione, suscipimus & prædicamus: simili modo quæcumque damnaverunt, eum suis auctoribus & sectatoribus, sub anathemate damnamus. Profitemur etiam nos, secundum illa quæ a prædecessoribus nostris statuta sunt, numquam aliquid novi contra Catholicam & Apostolicam fidem suscepturos, nec talia temerarie præsumentibus, si E
opportunum fuerit etiam mori, Dei gratia nos corroborante, consensum præbituros. Ad hæc vero suscipio & veneror definitionem, quam Deo auspice fecit sancta & universalis ac magna sexta Synodus, quæ nuper in regia Constantinopoli urbe, in qua & Apostolicæ Sedis Legatos præsidere manifestum est, quæ & per decretum Christianissimi ac pissimi a Deoque coronati Constantini Principis congregata est: & quæ suscepit, suscipio; & quæ vel quos abjecit, abjicio; similiter & quos anathematizavit atque damnavit, anathematizo & damno. Et hanc denique, dilectissimi, orthodoxæ atque Apostolicæ fidei normam in omnibus tenentes, atque spiritualium Patrum, lucidissimis veluti seculi luminaribus, sacris inhærentes doctrinis oportet nostræ humilitatis religiosam devotionem, quæ eorum magisterio, illustrante superna gratia, corde concepimus, ore etiam libere confiteri: ut in die adventus Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi a dexteris consistentes, illam desiderabilem de Evangelio mereamur vocem audire dicentem; Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi.

& novissimam Synodum 6.

Mat. 25. 34.

orat pro Imperatore,

6 His igitur prælibatis, oportet nos, dilectissimi, ad hoc sacratissimum ac venerabile beati Apostolorum Principis corpus fixis genibus, Dominum Jesum Chri- F
stum impensius exorare, ut fidelissimum ac Christianissimum Romanum a Deo constitutum Principem, cum vita & victoria, Religionis cultu pollentem, longævæ ætatis curriculis in suo sancto timore custodire & conservare, longe lateque regnantem pacifice, dignetur; una cum fidelissimis atque fortissimis Romanæ reipublicæ Italiæ exercitibus, rebelles inimicos imperii, præviantibus beatissimis Apostolorum Principibus, subjugare ac prosternere; non mucrone ferri, sed prudentiæ consiliis & absque dispendiis florentissimi exercitus, sua virtute dignetur: (quatenus) de eorum feritate, tam in Regiam urbem quam circumquaque adversantium, laudabiles decurrant triumphi: ut omnis sexus & dignitas de ejusmodi victoriis exultantes, uno ore Deo nostro & Domino Jesu Christo dignas invitentur laudes & gratias persolvere; cum quo est Deo Patri Spirituique sancto gloria per omnia sæcula sæculorum. Amen.

& exercitu.

Cur Leonis potius quã Benedicti hæc esse opinemur?

7 *Hactenus Sermo ille, adeo brevis, ut in ipsa Ordinationis die, quemadmodum prætitulatur, haberi potuerit. Si quis tamen, ex dictis ad similem Sermonem* Leonis I. *malit illum, in die* VIII. *velut ad id aptiori, habitum; nihil video incommodi, ex tali opinatione secutari: nam dies Octava, pro ipsa prima die habetur; imo octiduum totum pro una die, dum in Sacris quotidie dicitur,* Hodierna die. *Manifestum est autem,*

A *tem, Sermonem istum habitum esse post absolutam anno* DCLXXX. *die* XVI. *Septembris sextam Synodum; prius autem quam moreretur* Constantinus Imperator, *defunctus anno* DCLXXXV. *mense etiam Septembri; sed utrum* Leoni, *an* Benedicto *successori ejus potius conveniat, difficile est divinare: utriusque enim Ordinationem æque fere diuturnum præcessit Interpontificium: nec magnum est fundamentum dijudicandi, quod discordiæ, quas ad concordiam revocandas suadet novus Pontifex,* Leonis *Pontificatum præcesserint potius quam secutæ sint. Suspicionis tamen aliquanto fortioris ansam pro* Leone *facit, quod damnatio* Honorii, *Synodi Actis ut dixi inserta & Romæ nuntiata, non potuerit non magnam turbationem causare, dum alii recipiendam suaderent, negarent alii, Imperator autem nollet Electum confirmare nisi Synodum, sicut mittebatur, reciperet: post mortem vero* Leonis *minor est apparentia alicujus dissidii.* D

LXXXIII. S. BENEDICTUS II.

BENEDICTUS, natione Romanus, ex patre Joanne, sub Imperio Constantini Pogonati, electus ante XXVIII. Junii, anno DCLXXXIIII. ordinatus XIV. Maji in Dominica, DCLXXXV. sedit menses X. dies XII. obiit anno DCLXXXVI. XXV. Martii: & cessavit Episcopatus menses II. dies XV. ipse vero sepultus est ad S. Petrum VIII. vel XV. Maji. *Ab an. 685. ad 686. m. 10. dies 12.* *Baron ad an. 684 ad 685. m. 8. dies 10.*

BAronius, *quia* VIII. Maji, *de morte intellexit, & antea statuerat creatum esse* XX. Augusti; *Pontificatui ejus menses solum* VIII. *dies* X. *adscripsit: finivit autem, sicut exorsus erat, uno anno citius quam nos: quia pro Interpontificii mensibus* XI. *ante initium* Benedicti, *dumtaxat unum numeravit; & quidem Anastasio, in cujus nullis exemplaribus id reperitur, allegato.* B

2 *Causam tam longæ moræ aliam non invenio, quam gravem ac diuturnam fortassis Imperatoris grandævi infirmitatem, quæ publicis negotiis expediendis minus habilem reddebat; & eumdem anno demum* DCLXXXV. *mense Septembri, Indictionis* XIV. *inchoatæ, e vivis sustulit.*

Recipit Divalem pro libertate ordinationis Pontificiæ. 3 *Porro prius quam moreretur* Constantinus, *ab eo* suscepit Benedictus Papa Divales jussiones, ad venerabilem Clerum & Populum atque felicissimum exercitum Romanæ civitatis; per quas concessit, ut persona qui electus fuerit ad Sedem Apostolicam e vestigio absque tarditate Pontifex ordinetur. *Verum hujus privilegii usu frustrata videtur fuisse Romana Ecclesia, quamdiu sub Græcis Imperatoribus fuit: nam usque ad regnum Longobardorum in Italia &* Zachariam *Papam, quarto post decessoris obitum die ordinatum, nemo fuit cujus Ordinationem non præcesserit sex hebdomadarum ut minimum Interpontificium, plerumque autem mensium duarum & amplius: ut videatur* Justinianus Junior, *patri succedens, nullam habere voluisse talis privilegii rationem; sed substituisse, quod idem* Constantinus *pater suus sub* Leone *dederat*, ut relevaretur C quantitas, quæ solita erat dari pro Ordinatione Pontificis facienda: sic tamen ut si contigerit electionem fieri, non debeat Electus ordinari, nisi prius generale decretum introducatur in urbem Regiam, secundum antiquam consuetudinem, & cum Imperatoris conscientia & jussione debeat Ordinatio provenire. E *Idem tamen etiam cavisse videtur & providisse, ut quæ fuerat petendi posterioris privilegii causa, scilicet annua fere Sedis vacatio post obitum* Agathonis *&* Leonis, *tolleretur de medio; statuens (quod ex post factis colligitur) ut decretum Electionis, mox ut facta fuisset, Imperatoris nomine* Exarchus Italiæ *subsignaret, quemadmodum in Joanne* IV *ante annos* XL. *jam captum erat fieri: unde alia haud leviora prioribus emerserunt incommoda, licet deinceps usque ad* Zachariam *prædictum, infra tertium ab obitu Pontificis mensem Successoris Ordinatio facta semper sit.*

4 *Interim* Benedicto, *brevis temporis* Pontifici, *compositum Epitaphium est, quod in Append. antiqu. Inscriptionum pag. 1166. num. 3. sic legitur.* *Ejus Epitaphium.*

Magna tuis, Benedicte Pater, monumenta relinquis,
  Virtutum titulos, o decus atque dolor!
Fulguris in speciem mentis splendore coruscat,
  Pluta sed exiguo tempore cœpta fluunt.
Cuncta Sacerdotum præstantia munia complea,
  Et quo quisque bono claruit, unus habes
Quippe quod a parvo meritis radiantibus auctus,
  Jure Patrum, solium Pontificale foves;
Non hoc ambitio rapti tibi præstat honoris,
  Indolis est fructus, quam comitatur honos.
Et quia solerter Christi regis agmina Pastor,
  Percipe salvati præmia celsa gregis. F

LXXXIV. IOANNES V.

IOANNES, natione Syrus, ex provincia Antiochia, ex patre Cyriaco, S. R. E. Diaconus, sub Imperio Justiniani Junioris, electus initio Maji, & ordinatus X. Junii die Dominica, anno DCLXXXVI. sedit anno I. dies XI. obiit anno DCLXXXVII. XX. Junii; sepultus ad S. Petrum II. Augusti, & cessavit Episcopatus menses II. dies XVIII. *Ab an. 686. ad 687. an. 1. dies 11.* *Bar ab an. 685. ad 686.*

Ratio temporis. A*D duas Divalis a* Justiniano Imperatore data XIII. Kalendas Martias, anno ejus II. & post Consulatum an. II. Indictione XV. *certam facit non obiisse illum anno, ut Baronius statuit,* DCLXXXVI. *sed usque ad* VII. *superfuisse: alioquin in duratione Sedis cum Anastasio & nobiscum pene facit. Observatio illa doctissimum Baronium latuit; æque ac illa quæ probamus, Obitus diem a die notatæ apud Anastasium Sepulturæ distinguendum: hinc autem fit quod Joannem hunc die* II. *Augusti mortuum statuens,* XXII. *Julii ordinatum dicat. Quod ad dies quibus ultra annum sedit* Joannes, *plerique Anastasii exemplaria dies* IX. *Mazarinianum* X. *Barberinianum* XI. *notat, in qua diversitate majorem sumpsi numerum, quia sequentis Pontificatui ordinando aptiorem.*

2 Divalis *prædicta nuntiabat* Joanni, *quod cognoscens Imperator quomodo* Synodalia Acta, eorumque definitio, quam & instituere noscitur sanctum sextum Concilium, in Regia urbe apud quosdam Judices remanserunt, adduxit Sanctissimos ac Beatissimos Patriarchas, cum suæ Beatitudinis Apocrisiario, & sacratissimum Senatum ac Deo amabiles Metropolitas & Episcopos, qui in Regia urbe commorantur &c & jussit præfatas Synodalium gestorum chartas in medium *Ad eum scripta Divalis, de Actis Synodi 6. ad Palatium translatis.*

A um adduci, & coram fupradictis omnibus lectionem eorum fieri, omnesque diligenter audientes fignare eas fecit. *Nuntiabat etiam prædicta Divalis, quomodo* auditorum universitas in *ipsius Imperatoris* manibus eas præbuit chartas tenendas, ut debeat ipsas inviolatas conservare, ut non fit licentia in quolibet tempore his, qui timorem Dei nolunt habere, aliquid corrumpere aut fubmutare, ab his quæ inferta funt prænominatis fynodalibus geftis. *Nova hæc verfipellis* Theodori *fraus fuit: qui ejurati Monothelismi obtentu seductus in gratiam Imperatoris defuncti, ab eoque post mortem* Georgii *Patriarchæ, sub quo celebrata Synodus fuerat, in Thronum Archiepiscopalem restitutus; cum inaudiffet queri Romanos de* Honorii *damnatione, præter Synodi mentem Actis infarta, conatus est depravatum a fe contextum hac ratione quasi canonizare, prætendens follicitudinem, nequis aliquid forte imposterum depravaret, quasi vero id jam non effet factum. Ceterum* Divalis *ista non nisi* Joanne *mortuo* Romam *perlata, ejusque fucceffori Electo tradita fuit ficut teftatur Anaftafius.*

ea mortuo tradita est successori.

B 3 *Hujus* Joannis V. *& paulo post* Sergii I. *Privilegia, San-Dionysiano monafterio conceffa, in dubium revocaveram; quia* in cortice arboris *fcripta haberi, tum ea tum alias plures aiebat* Dubletus; *arborum autem cortices adeo diu defiisse usurpari credebam, ut scriptorum in iis monumentorum vix ullas cenferem extare reliquias, fingulari ftudio afferváras; maxime cum adeo tunc parabiles fimul & commodæ ad ufum, nec non ad durabilitatem factæ effent membranæ, ex pellibus ovinis vel hædinis. Verum ficuti nec per fomnium quidem mihi venit in mentem cogitare,* Papyrum Ægyptiam *(non utique detractam ex arboribus, fed arundinibus adnafcentem) nominari a* Dubleto Cortices arborum: *fic neque intendi umquam illius ufum ad excelsa iftæc tempora ablegare. Quinimo in ea femper opinione fui, chartam qua nunc utimur lineam, ideo a Germanis,* Belgis, Gallis, Papier, *ab Hifpanis* Papel *vocari, quod in* Ægyptiæ papyri *locum ufumque fucceffiffet, idque non adeo pridem, quandoquidem lineæ inventionem non adeo vetuftam effe opinabar.*

Bullæ ejus fcriptæ in papyro Ægyptia.

quam aliqui cortices arborum improprie vocant.

D 4 *Quia tamen Ægyptiam numquam videram, texturam ejus longe fubtiliorem effe credebam, quam quæ poffet ætatem ferre; ideoque non putabam adhibitam ad ufum fcribendorum diplomatum, ficut ob eamdem caufam nec hodie adhibetur charta linea ad majoris momenti fcripturas publicas. Nunc vero cum ex Mabilione intelligo, San-Dionyfiana iftæc Privilegia in Ægyptia papyro effe fcripta; ejusque texturam nihilo magis fubtilem fuiffe, quam fuerit textura ex libro arboreo (quo nomine intelligitur membranula tenuis inter truncum & corticem) facile ignofco Dubleto & Francis, appellationes illas confundentibus; & mirari defino tam multas allegari antiquas chartas ufque ad fæculum XI. quæ papyreæ cum fint, tamen vocentur Cortices arborum. Quamquam nec has (ex quibus hodieque videmus flores haud invenuftos confici, ficuti ex lino vel ferico) adeo cito ac putabam a fcriptura abdicatas fuiffe oporteat, fi vere corticea charta eft, in qua defcriptam* Nicolai I. *Bullam hobris, inter Bibliothecæ Vaticanæ monumenta, mihi afferit Illuftriff. Schelftratius, ejusdem Bibliothecæ nunc Præfectus. Idem etiam* E *indicat fervari ibidem volumina quædam in corticibus arborum, Juftiniani atque Juftini Imperatorum ævo defcripta, eo charactere, qui Mabilloni quidem ad* Julii Cæfaris *ætatem vifus eft pertinere; revera autem fit quinti fextique fæculi, & ad differentiam aliorum poffit Ravennicus nuncupari. Ceterum his in gratiam San-Dionyfiani Archivii fic retractatis, quia id æquitas & fynceritas poftulat, inconcuffa manent quæ in eodem Propylæo noftro num. 194. & feqq. dicta funt contra Atrebatenfis chartæ, a Baldrico productæ &* Joanni V. *adfcriptæ, infulfiffimum fi quod ufpiam eft figmentum; licet ea multis a me contra illud objectis, vacillet fortaffis punctum unum alterumve: quare nec pro eo excufando laboravit Mabilio, uti nec pro aliis mogis ex profeffo a me cenfuratis; de nonnullis etiam judicium meum palam fecutus.*

an etiam in libro arboreo aliqua?

Figmentum Atrebatense.

LXXXV. CONON.

Ab an. Chr. ad 688. m. 11. d. 23.

CONON oriundus, ex patre Thracefio, educatus apud Siciliam, postmodum Romam veniens, ad Presbyterii honorem devenit, electus ante II. Augusti, anno DCLXXXVII. C fub Imperio Justiniani Junioris, ordinatus est autem Pontifex VIII. Septembris in Dominica, & festo natæ Virginis. Sedit menfes XI. dies XXIII. obiit XXX. Augusti, anno DCLXXXVIII. fepultus ad B. Petrum XXXI. Septembris, vel XXII. Octobris: & ceffavit Epifcopatus menfes II. dies XXII. F

D*ies Interpontificii* XXIV. *habent Codices tres, Regius, Mazarinæus & Thuanus; alii vero notant dies* XXIII. *præ quibus* XXII. *amplector, ad initium fequentis Pontificatus in Dominica ftatuendum.*

Interpontificium.

2 Baronius XXVIII. *Octobris, anno* DCLXXXVI. *(cum nondum fcilicet fcripta effet Divalis, de qua, anno primum* DCLXXXVIII. *deftinata, jam egi) creatum* Cononem *ftatuat, anno* DCLXXXVII. XIII. *Octobris eum fcribit obiiffe; quo die notatam Sepulturam ejus (quam ipfe pro die Mortis fumere folet) hactenus non reperi, fed bene* XXII. Octobris, *in* Ms. *Barberiano, Freheriano minori atque Thuano.*

Baronii calculus.

3 *Nicolaus Papa I. in Epift.* VIII. *ad Michaelem, ex probrat Imperatoribus Græcis, quod* diverfarum hærefeon morbis languentes, medicinam ab Apoftolica Sede porrectam projecerint, dum tantæ falutis oblatæ miniftros aut fpiritualiter occiderunt, participes fui erroris effectos, ficut tempore reverendæ memoriæ Cononis Papæ contigit, qui poft fextam Synodum extitit; aut corporaliter occiderunt illos, fibi non confentientes, ficut fub venerabili Papa Gregorio factum eft, qui poft fextam Synodum etiam fuit. *Unde intelligitur aliquid fane innovatum a* Juftiniano, *agente verofimiliter* Theodoro *restituto Patriarcha, & conceptum contra Romanam Sedem odium propter damnatos Monothelitas exercente, quacumque data occafione: quod tamen quid fuerit diftincte non invenitur notatum. Nifi forte memoria lapfus eft* Nicolaus, *eique* Conon *obrepfit pro* Sergio: *quod mihi admodum verofimile eft, ex iis quæ fub eo facta fecuntur.*

Cononis Apocrifarii CP quid paffi?

4 *Hujus* Cononis *vel fequentis* Sergii *Profeffionem fidei ipfo Electionis die editam effe, putabat Lucas Holftenius prælaudatus, quam ipfe nobis fimiliter ut illam* Leonis II. *tradidit, defcriptam ex vetuftiffimo eodem Formulario, quamque Cardinalis Baronius ad annum 869. nonnifi multipliciter interpolatam & ufui fæculi* IX *accomodatam, edidit. Ut autem hoc quoque talis amici*

Hujus vel, fequentis Sergii

Tab. XV


LXXXV. CONON


LXXXVI. S. SERGIVS


LXXXVII. IOANNES VI


LXXXVIII. IOANNES VII


LXXXIX. SISINNIVS


XC. CONSTANTINVS





A *amici beneficium nobis collatum possit perennare si necdum alibi inveniatur, ipsum hic propono, Omissum ibi est nomen profitentis, & nomen mensis ac numerus Indictionis, quia scilicet debebat servire pro formula, eorumque loco substituta littera* III. *sicut modo pro talibus solemus substituere litteram* N. *qua etiam Baronius utitur. Ipse contextus hujusmodi est.*

ipsa die Electionis professio facta S. Petro.

5 In nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi. Indictione III. mense III. Ego III. (*si Conon fuit, erat* Indictio XV. *mensis* Junius, *dies verosimiliter mensis* XXIII. *si* Sergius *fuit, erat* Indictio I. *mensis* September, *dies verosimiliter* II.) misericordia Dei Presbyter & Electus, futurusque per Dei gratiam humilis Apostolicæ Sedis Antistes, tibi profiteor beate Petre, Apostolorum Princeps (cui claves regni cœlorum, ad ligandum atque solvendum in cœlo & in terra, creator atque redemptor omnium Dominus Jesus Christus tradidit, inquiens; Quæcumque ligaveris super terram erunt ligata & in cœlo, & quæcumque solveris super terram erunt soluta & in cœlis) sanctæque tuæ Ecclesiæ, B quam hodie tuo præsidio regendam suscepi; hanc veræ fidei rectitudinem (quam Christo auctore tradente, per successores tuos atque discipulos, usque ad exiguitatem meam perlatam in tua sancta Ecclesia reperi) totis conatibus meis usque ad animam & sanguinem custodire; temporumque adversitates cum tuo adjutorio toleranter sufferre; tam de sanctæ & individuæ Trinitatis mysterio, quæ unus est Deus; quam de dispensatione, quæ secundum carnem facta, unigeniti Filii Dei, Domini nostri Jesu Christi; & de ceteris Ecclesiæ dogmatibus, sicut in universalibus Conciliis, & Constitutis Apostolicorum Pontificum probatissimorum, atque Doctorum Ecclesiæ scriptis sunt commendata; item, quæcumque ad rectitudinem vestræ nostræque orthodoxæ fidei, a te traditæ, respiciunt, conservare; Sancta quoque universalia Concilia, Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum primum, Chalcedonense, & secundum Constantinopolitanum, quod Justiniani piæ memoriæ Principis temporibus celebratum, usque ad unum apicem, immutilata servare; & una cum eis pari honore & veneratione sanctum sextum Concilium, quod nuper, Constantino piæ memoriæ Principe, Agathone Apostolico prædecessore meo convenit, medullitus & plenius conservare; quæque vero

de servanda fide orthodoxa,

secundum 6 Concilia generalia,

prædicaverunt, predicare; quæque condemnarunt, D ore & corde damnare: diligentius autem & vivacius omnia decreta prædecessorum Apostolicorum nostrorum Pontificum, quæque synodaliter statuerunt & probata sunt confirmare & indiminute servare; & sicut ab eis statuta sunt, in sui vigoris stabilitate custodita; quæque vel quosque simili auctoritatis sententia condemnaverunt vel abdicaverunt, simili auctoritatis sententia condemnare; disciplinam & ritum Ecclesiæ, sicut inveni & a sanctis præcessoribus meis traditum reperi, illibatam custodire; & imminutas res Ecclesiasticas conservare, & ut indiminute custodiantur, operam dare: nihil de traditione; quod a probatissimis prædecessoribus meis servatum reperi, diminuere vel mutare, aut aliquam novitatem admittere vel mutare; sed ferventer, ut vere eorum discipulus & sequipeda, totis viribus conatibusque meis tradita conservare ac venerari: si qua vero emerserint contra disciplinam Catholicam emendare; sacrosque Canones & Constituta Pontificum nostrorum, ut divina & cœlestia mandata custodire; ut pote tibi redditurum me sciens, de omnibus quæ profiteor, districtam in divino judicio rationem, cujus locum divina E dignatione perago; & vicem intercessionibus tuis adjutus impleo. Si præter hæc aliquid agere præsumpsero, vel ut præsumatur permisero, eris mihi in illa terribili die divini judicii depropitius. Hæc conanti & diligenter servare curanti, in hac vita corruptibili constituto, adjutorium quoque ut præbeas obsecro, ut irreprehensibilis appaream ante conspectum Judicis omnium, Domini nostri Jesu Christi, dum terribiliter de commissis venerit judicare, ut faciat me dexteræ partis compotem, & inter fideles discipulos ac successores tuos esse consortem. Quam professionem meam, ut supra continetur per III. Notarium & Scriniarium me mandante conscriptam, propria manu subscripsi: & tibi, beate Petre Apostole & Apostolorum omnium Princeps, pura mente & conscientia devota, corporali jurejurando sinceriter obtuli.

disciplina & ritibus antiquis,

Canonibus & decretis,

ut qui de omnibus rationem reddat,

Subscriptio. Ego qui supra III. indignus Presbyter, Dei gratia Electus hujus Apostolicæ Sedis Romanæ Ecclesiæ Episcopus, hanc professionem meam, sicut supra continetur, faciens jusjurandum corporaliter, tibi, beate Petre Apostolorum Princeps, pura mente & conscientia obtuli.

propria manu subscripta.

C

LXXXVI. S. SERGIUS.

F

SERGIUS, natione Syrus, Antiochiæ regionis, ortus ex patre Tiberio in Panormo Siciliæ, S. R. E. Presbyter titulo S. Susannæ, Justiniano Juniore regnante, electus anno DCLXXXVIII. circa XX. Septembris vel Octobris, ordinatus XXII. Novembris in Dominica; sedit annos XIII. menses VIII. dies XXIV. obiit anno DCCI. XIV. Augusti; sepultus ad B. Petrum VIII. Septembris, quo colitur, Indictione XV. sub Tiberio Augusto: & cessavit Episcopatus mensem I. dies XXIII.

Ab an. 688. ad 701. an. 13. m. 8. d. 24

Hinc incipit novus Anastasio auctor

INdictionis *annus tam expresse notatus egregie nostram* Chronologiam confirmat: *cum enim hunc Latini mutent* XXIV. *Septembris (uti expresse docet Auctor, Chronici Centulensis Tom.4. Spicilegii Acheriani pag. 476. & Binius in Notis ad Concilium Romanum sub Julio; constatque ex nonnullorum Pontificum Epistolis, paulo ante vel post dictam diem notantibus exeuntem vel novam Indictionem) apparet, quod* VIII. Septembris Indictionis XV. *ad annum* DCCI. *non vero ad sequentem pertineat. Simili autem modo prosequitur novus hic Auctor, quem Anastasius transcribit, post* Joannem VI. *annotare diem, Indictionem, & nomen Imperatoris: & continuatur hoc stylo Vita Pontificum per quatuor successiones, usque ad* Gregorium III. *a quo alii deinceps aliique easdem vitas prosequuntur, usque ad eas quas ipse per se scripsit* Anastasius, *incipiens in* Stephano V.

Baronii calculus.

2 Baronius, XXVI. *Decembris creatum* Sergium, *constare ait ex Anastasio: ita scilicet ille collegit ex die Sepulturæ, post Sedis Romanæ annos* XIII. *menses* VIII. *die* XIV. *quos solos habet* Baronius, *nescio ex quo scripto acceptos: nam si a die* VIII. *Septembris, per designatum tempus retrocedas, pervenies ad* XXVI. *Decembris. Quoad annum, hic quoque necesse est a nobis dissentiat, qui inter* Leonem & Benedictum *decem menses amiserat; in viam & ultra rediturus per annos* III. *quos proximo Pontifici dabit.*

3 *Corrigendus interim Anastasii textus, quo dicitur* Sergius Electus, *post septennium quam fuerat* a sanctæ memoriæ Leone Pontifice *in* titulo S. Susannæ,

qui

A qui ad duas domos dicitur, Presbyter ordinatus; *legendumque* Post quinquennium. *Ordinationem enim unicam, uti ex ipso Anastasio constat, fecit* Leo XXVII *Junii, anni scilicet* DCLXXXIII. *unde progrediendo per annos, menses ac dies, Pontificis Interpontificiique medii ab eodem Anastasio designatos, non nisi quinquennium conficere poteris.*

Post 5. annos Presbyter factus Pontifex.

4 Hujus temporibus Justinianus Imperator Concilium in Regia urbe jussit fieri, *inquit Anastasius, anno scilicet* DCXCII. *quod recentiores quidam, a loco in quo habitum fuit* Trullense (*scilicet a rotunda Palatii aula*) *alii* Quini-sextum *vocant, quia Canones in eo conditi esse prætenduntur, quos plures Synodi quinta ac sexta Synodus condere prætermiserant, quæstionibus fidei decernendis intentæ.* In eo & Legati Sedis Apostolicæ convenerant, & decepti subscripserant, *inquit Anastasius*: compellebatur autem & ipse *Sergius* subscribere: *in quem finem* Capitula Synodaliter definita, & in sex Tomis descripta, *atque a tribus Patriarchis* & ceteris Præsulibus qui convenerant subscripta,

recusat subscribere Canonibus Concilii Trullensis seu Quinisexti.

B manuque Imperiali confirmata, in locellum, quod *Græco latina voce* (Σκεῦος) Scebum-chartale (*non* Scebrum caroale, *aut nescio quid, secundum depravatos codices*) vocitatur, in Urbem ad confirmandum, vel in Superiori loco subscribendum Sergio Pontifici, utpote capiti omnium Sacerdotum, direxit *Imperator*: sed nullatenus acquievit *Sergius*; *pro eo* quod quædam Capitula extra ritum ecclesiasticum fuerant annexa. *Extant Canones illi cum suis subscriptionibus: quarum initio, post subscriptionem Imperatoris* per cinnabarim (*quod* Coccineum *colorem interpretatur Hesychius*) *vacat* Locus Sanctissimi Papæ Romani. *Nusquam autem apparent subscriptiones* Apostolicorum legatorum, *quos propterea* Baronius *censuit Orientales Episcopos fuisse*, Legati *seu* Vicarii Apostolici *titulo, Sedibus suis quasi hereditario adnexo, ornatos. Sed cur hi non addidissent se in tali qualitate subscribere, uti passim Legati Apostolici solent?*

5 *Dixerim igitur, subscripsisse quidem Apocrisiarios* Sergii, *Roma Constantinopolim ad Synodum directos; sed eorum subscriptiones, ipsis id postulantibus, tantisper suppressas fuisse in exemplaribus, ad usum Ecclesiarum quarumcumque descriptis, donec* Sergius *subscripsit. Forte etiam, quia Concilio non præsederant, uti sibi alias competebat; indignum sunt rati*

quamvis id fecissent Apocrisiarii sui.

C *sua nomina ad calcem spectari, ubi duntaxat scripta fuisse videntur; aut denique deceptio, quam notat Anastasius, in eo sita fuit, quod promiserint Græci subscriptiones, quas solius Imperatoris reverentia vel metus extorquebat, nequaquam vulgandas, & in hoc fidem eis non servaverint Græci. Ad hos Canones spectat, quod sub initium Justiniani sic scribit Theophanes*, Sciendum, quod instar hominum delirantium nugentur aliqui, post quartum ab hinc annum factos esse Synodi quos celebrant sextæ Capitulares Typos: ut enim in plerisque mendacia effutire deprehenduntur, ita & in istis nihil sani verique asserere. Accurata quippe temporum ratio & designatio sanctum universale sextum Concilium, verum Monothelitarum excidium, Imperatoris Constantini, pronepotis Heraclii, anno XII. celebratum affirmat, anno a Mundi conditu sexies millesimo CLXXII. ipsumque Constantinum annos postea quinque imperasse: hoc vero a vivis sublato, Justinianum ejus filium monarchiam tenuisse annis decem: ejecto Justiniano, Leontium tyrannide potitum annos tres: post hunc Tiberium, qui etiam Absimarus, annos septem regnasse: ejectumque prius Justinianum, denuo restitutum, annos sex: adeo ut ex ipsis editis Concilii Typis comperiamus, editos eos esse anno secundo Justiniani Rhinotmeti, altera vice regnantis, *Id est anno Christianæ*


Illi autem primum editi sunt an. 708

æræ DCCVIII. *quod pergit Theophanes ex ipso Canonis* III. *argumento probare.* D

6 *Interpontificii tempus (quod in omnibus Anastasii exemplaribus reperi circumscriptum mense* I. *diebus* XX. *additis tribus, ad dies* XXIII. *extendi, ne nulla causa apparente, discederetur a Dominica in Ordinatione Successoris; & æstimans hanc licentiam supplendi aliquoties verosimilem defectum, concedendam mihi in serie tam prolixa, cujus Auctori Anastasio aliquem errorem aliquando obrepsisse tam non est mirum, ut potius mirandum sit non multo plures id deprehendi. Correctionem autem hic factam confirmabunt sequentes Pontificatus. Hic addiderim barbarioris nunc seculi usum tulisse, ut bullandis litteris Pontificiis sigilla plumbea quadrata, & characteribus semibarbaris notata, adhiberentur: cujusmodi duo hic placet ex auctiori Ciacconio proponere; & addere, istud quod nomine* Zachariæ Papæ *inscribitur, hodiedum reperiri Mediolani in Musæo Illustriss. Comitis Mezabarbæ, anno* 1685. *ibi a Mabilione visum: qui asserit, ipsum infimi æris esse, ut videri possit numisma potius quam sigillum.* E *Similis barbaries characteris videre est etiam in rotun-*

Interpontificium men. I. d. 23.

Sigilla quadrata.



dis eorumdem sigillis apud Mabilionem. Hic vero notaverim, quod, sicut in altera Sigilli parte exprimitur contractum nomen S. Petri, *ac deinceps ab aliis multis* SCS PETRUS & SCS PAULUS; *ita alii instituerint, primum solius* Petri, *deinde utriusque vultus media inter eos Cruce exprimere in sigillis; ad eum fere modum, quo Mabilio eos repræsentat sub Bulla Paschalis II. & ego in hisce Paralipomenis in Anaglypho Chiffletiano Dissertatione* XXI. F

nomina aut vultus Apostolorum in plumbo.

7 *Sed quod ibidem* Sergio *Papæ additur, ex sigillo Græco antiquissimo, in Bibliotheca Vaticana servato, hujus, aut alicujus omnino Romani Pontificis esse, numquam crediderim; nisi certus fiam, affixum haberi veræ ac genuinæ Bullæ alicujus eorum. Verba hæc sunt,* BOHΘH CEPΓIOT, *ex una parte, ex altera parte,* ΘEOS, *quatuor litteris per totidem Crucis extrema partitis, fitque hic sensus:* Adjutor Sergii Deus: *ubi prima vox nescio quo errore* Clamor *alicui explicatur. Interim nisi certior aliunde accedat definitio, crediderim sigillum istud esse* Sergii, *Patriarchæ Constantinopolitani hæretici, ad* Honorium *Papam decipiendum scribentis de sua fide anno* DCXIII. *indeque distendam potius sigillorum Græcorum formam quam Romanorum; quæ Romana tamen ab istis Græcis exemplum sumpserint.*

Sergii, non Papæ, sed Patr. CP. sigillum.

LXXXVII.

A D

LXXXVII. JOANNES VI.

JOANNES, natione Græcus, electus ante VIII. Septembris, anni DCCI. vel DCII. & hoc ultimo, ordinatus VIII. Octobris in Dominica, sedit annos II. menses II. dies XIIII. fuit autem temporibus Tiberii Augusti; obiit XXI. Decembris, anno DCCIV.; & sepultus est ad B. Petrum Apostolum ..... & cessavit Episcopatus mensem I. dies XVII.

Ab an. 701. ad 704. an. 3 m. 2. d. 14.

Ex tribus annis ejus Pontificio adscriptis, cur tollatur unus.

TRes annos *habent omnia Anastasii exemplaria; cumque eumdem numerum inveniam etiam in nostro ecgrapho Palatini* Catalogi, *usque ad hoc seculum producti; nihil dubito, quin ipsum sic invenerit* Anastasius, *in eo quo usus est exemplari. Unum tamen annum abundare, per antiqui librarii incogitantiam, probat sepultura decessoris*, VIII. Septembris Indictione XV. *exeunte facta, id est, anno* DCCII. *aliaque successoris, cui dies* XIII. Novembris *cum* Indictione VI. *id est anno* DCCVII. *adscribitur. Nam, inter hanc Indi-*

B *ctionem inchoatam & istam pene finitam, dumtaxat interjici possunt* Indictiones *integræ quinque: quas abunde explet hujus & sequentis* Joannis *biennium duplex cum mensibus atque diebus utrique Pontificio & antecedenti Interpontificio adscriptis. Damus autem hunc* Joanni, *prater annos* II. menses II. *non solum dies* XII. (*ut habent excusa Anastasii exemplaria nonnullaque Mss.*) *aut* XIII. (*ut habent Codices Regius, Mazarinus atque Thuanus*) *sed* XIV. *ut & ipse fuerit in Dominica ordinatus, & ceterorum consequenter Pontificum plurium Ordinatio a Dominica non recedat.*

& cur in Anastasio permissum tempus Sepulturæ?

2 *Non mireris autem, quod Anastasius, transcribens Auctorem novum continuandarum Vitarum, tam bene rursum in præcedenti* Sergio, *præter sepulturæ diem, notare Indictionem & Imperatorem; idemque continue faciatem in sequentibus quatuor Pontificibus; quin etiam nova addita in hoc* Joanne *diligentia, ad imitationem primi antiquissimique* Catalogi, *in principio addentem, quod* fuit temporibus Tiberii Augusti, *non, inquam, mireris quod Anastasius non etiam descripserit consequenter Sepulturæ diem, Indictionem & Imperatorem, sicut ea addidisse Auctorem ipsum omnino credo. Videbat nempe Anastasius ea non convenire cum perperam scriptis tribus annis Pontificatus, de quibus tamen non audebat dubitare. Itaque eo loco ubi puncta notavi, censeo scriptum fuisse antiquitus*, Indictione

E III. Tiberio Augusto: *Sepulturæ autem diem emissum divinando supplere neque licet neque libet; solum dico, eam videri factam in Januario vel Februario anni* DCCV.

Baronii calculus.

3 Baronius, *cœpta semel via progrediens; & annorum trium quem invenit numero simpliciter adhærens; absque ullo ad jam memoratas Indictiones respectu, anno* DCCI. XXIX. *Octobris creatum esse hunc* Joannem, *&* X. *Januarii* DCCV. *mortuum esse decernit: quod ut facere posset videtur* XI. menses *Interpontificii, post* Leonis *mortem notatos, denario sublato reduxisse ad unum. Idem libentius etiam ipse fecissem, quam annis tam concorditer ubique numeratis unum fere detrahere, si eo ratione potuissem sequentium Pontificatuum exordia invenire in Dominica: sed ea ubique deficiente, per menses vero* XI. *ubique inventa, dubitare non potui; quin vitium potius esset in tempore Pontificatus alicujus quam in spatio Vacationis.*

LXXXVIII. JOANNES VII.

JOANNES, natione Græcus, patre Platone, ordinatus anno DCCV. VIII. Februarii, in Dominica; sedit annos II. menses VII. dies XVII. fuit autem temporibus Tiberii Augusti & Justiniani dudum Imperatoris: obiit XXIV. Septembris, anni DCCVII. sepultus ad B. Petrum, ante altare oratorii sanctæ Dei Genitricis quod ipse construxit, XVIII. Octobris Indi-

C ctione VI. Justiniano Romanam rempublicam gubernante: & cessavit Episcopatus menses III.

Ab an. 705. ad 707. an. 2. m. 7. d. 17.

F

Hujus in eo, quo endis Canonibus Trullan. pusillanimitas,

ECce ut VI. Indictio, XXIV. *Septemb. anni* DCCVII. *inchoata, & per sequentem annum cursura probet nostram chronologiam; itemque mutatio Imperii facta sub hoc Pontifice anno* DCCV. *ipsis Kalendis Martii, Restitutus autem in pristinam dignitatem* Justinianus, *a præcisis dum ejiceretur naribus postea* Rhinormetus *dictus*, Tomos, quos antea sub Domno Sergio Apostolicæ memoriæ Pontifice Romam direxerat, in quibus diversa Capitula Romanæ Ecclesiæ contraria scripta inerant, per duos Metropolitanos Episcopos demandavit; dirigens per eos & Sacram, per quam denominatum Pontificem conjuravit, ut Apostolicæ Ecclesiæ Concilium aggregaret, & quæque ei visa essent stabiliret, & quæ adversa renuendo excluderet. Sed hic, humana fragilitate timidus, hos nequaquam Tomos emendans, per supra præfatos Metropolitanos direxit ad Principem: post quæ non diu in hac vita duravit. *Ita Anastasius, Quid autem si illius hæc pusillanimitas, viro indigna Apostolico, dicacibus Romanis occasionem dederit eum feminea* Joannæ Papissæ *appellatione dehonestandi? Alii* Joanni VIII. *contra Photium, prætensum Patriarcham Constantinopolitanum Schismatisque auctorem segnius agenti, notam illam inurere malunt; & hanc esse occasionem fabulæ, infra latius perstringendæ post nomen* Benedicti III.

an occasionem dederit fabulæ de Joanna Papissa?

2 Baronius, *per triennium* Joanni VI. *concessum, quoad annos Christi tandem nobiscum conveniens, cum* 1. *Martii, hunc* Joannem VII. *creatum dixisset, mortuum asserit* XVIII. *Octobris.*

LXXXIX. S. SISINNIUS.

SISINNIUS, natione Syrus, ex patre Joanne, electus ante XVIII. Octobris, an. DCCVII ordinatus XXV. Decembris, ipsa Natalis Dominici die eademque Dominica; sedit diebus XX. temporibus Justiniani Imperatoris Augusti: & repentina morte defunctus, obiit XII Janua-

A 25. Dec. an. 707. ad 15. Januar.

A Januarii, anno DCCVIII. sepultus ad B. Petrum VII. Februarii Indictione VI. & cessavit Episcopatus mensem I. dies XIX. D

Interpontificii dies 19.

HOs Interpontificii dies XIX. *habent tria exemplaria Mss. Anastasii, scilicet Regium, Mazarinum & Thuanum, uti & Ms. nostrum: qui cum nos recta perducant ad Dominicam, sequenti Pontificatui ordiendo opportunam, hoc anno* DCCVIII. *bissextili; praeferendum hanc lectionem censeo ei, qua alibi* dies XVIII *vel* XXVIII. *aut* XXIX. *inveniuntur numerati.*

Baronii calculus.

2 Baronius, *de more retro numerans, a die* VII. *Februarii anni* DCCVIII. (*quem putat mortualem* Sisinnio *fuisse*) *exordium ejus ponit* XVIII. *Januarii.*

Corpus ubi?

3 *Pancirolius libro de Ecclesiis Romanis asserit, corpus* S. Sisinnii, *quod in ecclesia SS. Silvestri & Martini in montibus haberi putatur, esse* S. Sisinnii Diaconi & Mortyris: *cum S. Saturnino Romae passi* XXIX. *Novembris. Sed juxta tabulam ea de re sculptam, de qua infra pluribus, esset illud* Sisinnii Papae, *a Sergio Juniore istuc allatum: quem tamen alibi nusquam invenimus pro Sancto habitum.*

XC. CONSTANTINUS.

Ab an. 708 ad 715. an. 7. d. 23.

CONSTANTINUS, natione Syrus, ex patre Joanne, electus ante VII. Februarii, anno DCCVIII. ordinatus in Dominica IV. Martii, sedit annos VII. dies XV. fuit temporibus Justiniani, Philippici & Anastasii Imperatorum: obiit XVIII. Martii, anni DCCXV. E sepultus ad S. Petrum IX. Aprilis, Indictione XIII. Anastasio Augusto: & cessavit Epi-

B scopatus dies XL.

Sedis annos 7. successor solum annis 11.

BAronius *a* VII. *Martii, quo creatum* Constantinum *credidit, ad* IX. *Aprilis, quo putat mortuum anno* DCCXIV. *numerat Pontificatus ejus annos* VI *mensem* I. *diem* I. *Huic quoad annorum numerum aliquando assensus sum. Cum enim vel* Constantino *vel ejus successori* Gregorio *appareret annum unum detrahendum, ex iis quos exprimunt edita Anastasii exemplaria; malebam* Baronii *auctoritati cedere liberam eligendi facultatem: maxime cum pro* Gregorio *allegaret quaedam, quorum tunc non ita prompta mihi erat solutio. Nunc non modo tria exempla Anastasii reperi, Freherianum videlicet Majus & Thuanum cum Ms. nostro, ubi non* XVI. *anni sed solum* XV. Gregorio *tribuuntur; sed etiam evidentem pro* Constantino *rationem; & contrarii argumenti solutionem: nihil igitur cunctabor mutare sententiam.*

vixit enim post dejectum Bardam anno 714.

2 *Ratio est, quod in nova Conciliorum editione nostri Labbei inveniatur Graeco-Latina* Epistola Sanctissimi Archiepiscopi Constantinopolitani Joannis, ad Constantinum Sanctissimum Papam Romanum Apologetico, propter ea quae tempore tyrannidis Bar-
C danae mota sunt adversus sanctam & Oecumenicam sextam Synodum. *Atqui* Tyrannus Bardas, *qui se* Philippicum *dici voluit, secundum Theophanem occisus dumtaxat est pridie Pentecostes, anno Aerae Alexandrinae* DCCV. *& in exegesi praeliminari, ad 3. Tomum Martii, cap. 3. toto, demonstravi (propter quintum annum Phocae, in Theophanis Chronographia praeteritum, ac demum in Constantino Copronymo per additionem unius anni supernumerarii suppletum) plerosque ratae medios annos sic esse componendos cum annis vulgaris Aerae, ut hac, pro spatio illo, novem annos numeret supra Alexandrinam; ut proinde, qui ibi est annus* DCCV. *nobis sit* DCCXIV; *etsi alias solum censendus esset* DCCXIII.

3 *Haec cum essent a nemine observata, mirum non fuit* Baronium, *qui verum* Theophanem *numquam vidisse potuit, sed solum excerpta ejus in Historia Miscella Pauli Diaconi; cum crederet, non nisi consuetam octo annorum differentiam hoc loco accipiendam, existimasse quod primus annus Artemii, qui* Anastasius *dictus est, inchoaretur a Pentecoste anni* DCCXIII. *Hoc interim posito, sequebatur,* Constantinum Papam *anno* DCCIV. *obiisse; quandoquidem constet ex Anastasio, ipsius successorem* Gregorium *etiam a jam dicto* Joanne Constantinopolitano *Synodicas accepisse: qui tamen* Joannes *anno* II. Anastasii *Sede sua ejectus, successorem accepit* S. Germanum. *Sed si ipse* Theophanes *publici juris fuisset, quando scripsit* Baronius, *vidisset hic* Germani *translationem e Cyzicena Metropoli Constantinopolim adscribi Indictioni* XIII. (*quae utique fuit anno* DCCXV.) *& diei* X. *Augusti, quando* Anastasius *a* XXVII. *Maii (toti enim die fuerat anno priori in Pentecoste coronatus) jam numerabat anni sui secundi, mensem* III.

usque in an. 715. ubi depositus Joannes.

cujus littera ad Constantinum, reddita sunt ejus Successori.

4 *Quod porro* Joannis *Constantinopolitani litteras ad* Gregorium II. *missas attinet; vehementer ambigo an illae sint diversae ab iis, quas habemus directas ad* Constantinum: *dici autem* Gregorio *missas, quia* Constantino *defuncto die* XVIII. *Martii, eas suscepit* Gregorius, *post dies* XL. *ordinatus anno* DCCXV. *In* F *Propylaeo antiquario ante 2. Tom. Aprilis, parte 1. n. 131. expenditur & supposititia esse convincitur, quae sub nomine* Constantini *in Vita S. Egwini apud Capgravium extat Epistola, in favorem monasterii Eveshomensis in Anglia erecti, ex voluntate duorum Regum Kenredi & Offa, pro anno* DCCIX: *quod hic sufficit indicasse, ne quem, cum forte in Conciliis lecturum, offendat insolens aetati isti stylus & anistoriae frequentes, tum in ipsa epistola tum in diplomate, sub dictorum Regum nominibus, per summam quoque fingendi licentiam, fabricato.*

XCI. S. GREGORIUS II.

Ab an. 715. ad 731. an. 15. m. 8. d. 21.

Bar. ab an. 714. ad 731. an. 16. m. 8. d. 10.

GREGORIUS, S. R. E. Diaconus, natione Romanus, ex patre Marcello, electus anno DCCXV. ante IX. Aprilis, ordinatus XXVIII. ejusdem in Dominica, sedit annos XV. menses VIII. dies XXI. Fuit autem temporibus Anastasii, Theodosii, Leonis, atque Constantini Augustorum: obiit XVII. Januarii, anno DCCXXXI. sepultus ad S. Petrum XI. Februarii, vel potius XIII. quando colitur, Indictione XIV. Leone & Constantino Imperatoribus. Cessavit Episcopatus dies XXXV.

Annos

Tab. XVI


XCI. S. GREGORIVS II.


XCII. S. GREGORIVS III.


XCIII. S. ZACHARIAS I.


XCIV. STEPHANVS II.


XCV. S. PAVLVS I.


XCVI. STEPHANVS III.



Ratio temporis.

A ANnos xv. accepi ex Mſ. noſtro, nec non ex Mſ. Thunno ac Freberiano Majori, ut dixi: eos probat utraque Indictio, qua tam ipſe quam Deceſſor mortuur ſcribitur. Menſea porro VIII. dies XI. ex editis Anaſtaſii exemplaribur ſumere malui, uno dumtaxat die auctos, quam duobus vel quatuor additis ſecundum Manuſcripta augere dierum numerum, nedum ex aliquibus accipere menſes IX. dies XI. quia cum bis, per aſſignatum ubique conformiter Interpontificium dierum XXXV. venitur ad diem idaurum Ordinationi ſequenti, & ſic omnia recte progrediuntur.

Capitulare a Gregorio ſignatū an. 3. Anaſtaſii

2 Extat in Conciliir generalibus Pontificis bujur Capitulare quaddam, datum Idibus Martii, imperante Domino Auguſto Anaſtaſio, a Deo coronato magno Imperatore, anno tertio ejus, ſcilicet Imperii, pro que ineptus quidam ſcripſit Pontificatus: nam ut bene obſervat Mabilio lib. 2. de re Diplomatica cap. 25. ſeculo primum nono cœperunt Pontifices, omiſſis Imperatorum annis, catenus ſemper natatis, Pontificatur ſui annos ſubſtituere (maxime cum illi erant propter inveſtiturar excommunicati) ſicut conſtantiſſime fecit Gregorius VII. quem ceteri deinceps omnes ſecuti ſunt. Quid? quod Anaſtaſius Imperator ad annum Gregorii II. tertium non pervenit, exauctoratus & monaſterium ingreſſur anno DCCVI. Alii anno uno citiur exauctoratum ponunt, & Labbaus in Synopſi Chronologica anno

B II. Anaſtaſii ſignatum Capitulare ſtatuit. Verum iſtius anni menſe Martio, necdum in noſtro calculo Pontifex erat Gregorius. Interim corrigendur ex ſeipſo Theophanes: qui cum mortem Philippici ſucceſſionemque

Bujus temporis definitur.

Anaſtaſii poſuiſſet in Pentecoſte, narrat quomodo anno ejur ſecundo Indictione XIII. menſe Auguſto, id eſt anno Chriſti DCCXV. ab Eccleſia Cyzicena ad Conſtantinopolitanum Patriarchatum traductus fuerit S. Germanus: & tamen eodem anno exauctorationem Anaſtaſii deſcribens dicit, quod ſolum imperavit annum unum & menſes tres. Hic ego libenter numeros converterim, ut legatur imperaſſe annos tres menſem unum, a die IIII. Iunii, anni DCCXIII uſque Iulium anni DCCXVI. quando ei ſucceſſit Theodoſius: & huic ſimiliter exauctorato, anno DCCXVII. Martii XXV. Leo Iſauricus. Certe nihil eſt in toto contextu Theophanis, nec etiam alibi, quod iſti Theodoſio plus quam dimidium annum cogat relinquere: ſalva autem manet Capitularis prædicti Data. Utinam æque facile ſalvari poſſet veritas Privi-

Bulla Gregorio aſſicta,

legii quod San-maximiano Abbati dicitur Gregorius hic conceſſiſſe apud Zylleſium, in menſe Januario Indictione XII. puta anno Chriſti DCCXXIX. ſed plura ejur Privilegii ſunt vitia quam ut ſincerum credi poſſit, li-

C cet in Chronologiam non peccet: qua de re vide Propylæum Aprilis num. 106.

Decernitur jejunandū Feria 5. per Quadrageſimam

3 Hic Gregorius, inquit Anaſtaſius, Quadrageſimali tempore, ut in quinta feria jejunium atque Miſſarum celebritas fieret in eccleſiis, quod non agebatur, inſtituit. Ita pravam conſuetudinem, qua alicubi invaluerat tali die non jejunandi, abrogatam cenſuit Joannes Bollandus noſter; cujus ſunt Notæ ad Vitam. Sed Reinoldus Dehnius, etiam noſter, ex Auſtria me monuit, litteris Viennæ datis XV. Iulii MDCLXV. non pravam conſuetudinem iſtud fuiſſe, ſed optimam pro tempore progreſſo Legem, cujus auctor fuerit Melchiades Papa, tam iſta feria quam Dominica die jejunium prohibens; ut inter jejunium Chriſtianorum & Gentilium, veraciter credentium, atque infidelium & hæreticorum, vera & non falſa diſcretio habeatur. Equidem jam monui ſupra in Melchiade, ex Iſidori Mercatoris adulterinis mercibus Decretalem iſtam eſſe: ea tamen ſet Melchiadis fuiſſe putatur: antiqua certe fuit.

veteri Melchiadis decreto abrogato,

Confirmavit enim eam, inquit Dehnius, S. Gregorius I. dum Romana Eccleſiæ ceremoniar ordinans, ſingulis Quadrageſimæ feriis Officia ſua & Miſſas peculiares tribuit, ſolam autem feriam quintam Dominicali Officio celebrari juſſit.

D

4 Inſignis Walafridi Strabi locur, & Anaſtaſium cum toto hoc argumento valde illuſtrans, habetur Cap. 20. libri de Rebur Eccleſiaſt. Quia vero Melchiades, trigeſimus tertius ordine Romæ Præſulatum agens, ſtatuit ut nulla ratione Dominico aut quinta feria jejunium quis fidelium ageret (Pagani enim his diebus quaſi jejunia frequentabant) ideo B. Gregorius, in diſpoſitione Officiorum anni, infra Quadrageſimam, quintam feriam vacantem dimiſit: ut, quia feſtiva erat veluti Dominica, etiam Officio diei Dominicæ celebria haberetur. Quæ quinta feria, quoniam poſtmodum cœpit ut ceteræ jejuniis applicari; Gregorius junior ſtatuit eam Miſſis & orationibus eſſe ſolennem (id eſt ſuas ſibi ſoli habere proprias Miſſas, uti ceteræ per Quadrageſimam Feriæ habent) & undecumque colligens ejuſdem diei augmentavit Officia.

cauſa ceſſante,

ob quam illa ad juſſerat haberi ut Dominica;

& propria ipſi Miſſa ordinantur.

5 Video, inquit ad hæc Dehnius, verba Walafridi, quintam feriam vacantem dimiſit, negotium faceſſere Allatio de Miſſa Præſanctificatorum num. 13. ſed ſine cauſa. Senſus enim non eſt niſi iſte, Gregorium primum juſſiſſe, ut quinta Feria vacaret, id eſt, ut proprio Officio & Miſſa careret; cumque Feriæ ceteræ ſuo ſingulæ Officio inſtructæ eſſent, ipſam celebriori illius præcedentis diei Dominicæ Miſſa fieret. E

Ceterum colligo hinc in Sacramentario Gregorii Magni, Orationes ad Ferias quintas Quadrageſimæ; ut certo Gregorii I. non eſſe, ſic forte Gregorii Junioris eſſe: de quibus tamen Angelus Rocca, in ſuis ad eum librum ſcholiis, cum alia Gregorium Magnum auctorem non agnoſcentia diligenter annotaret, monere nos omiſit. Verum iſta fuſius proſequor in variis Lectionibus nondum editis, Treugam Domini, in Gallia olim feriis quintis ſexta & Sabbato celebrari ſolitam, defendens contra Baronium, qui Annalium Tom. XI. ad annum 1034. eam oppugnat. Hactenus Epiſtola Dehnii piæ mem. ut amicitiæ & doctrinæ illius iſtud hic extet monumentum, dum liber variarum Lectionum, ab eo paratus luci, expectat manum obſtetricantem, a qua poſt mortem Auctoris ſui producatur in publicum: ſed hoc ut fiat aliquando ſperare vix auſim, eo quod R. P. Nicolaus Avancinus, biennio poſt Dehnii mortem Rector Gracienſis olim inſtituus, ea relicta ab eo litteraria monumenta diligentes inquiſiverit, nihilque invenerit niſi mera ſchediaſmata, nullum inter ſe ordinem habentia, & ſolum ad inſtitutiones linguæ Græcæ atque pridem ab eo cogitatum Lexicon novum pertinentia: uti idem Provincialis Auſtriæ anno MDCLXXVIII. ad me ſcripſit, qui nunc Aſſiſtens Germaniæ manet Romæ, ſub Generali P. Carolo de Noyelle feliciter electo die V. Junii MDCLXXXII. concordibus omnium ſuffragiis præterquam ſuo, primoque ſcrutinio. P

6 Baronius credens Gregorium II. die XXII. Maji anni DCCXIV. creatum, XI. Februarii mortuum, anno DCCXXXI. Pontificatum ejus definit annis XVI. menſibus VIII. diebus XX.

DISSERTATIO XXIV. al. XVI.

De Juſſione Exarchi Italiæ, ad Electi Ordinationem hoc Interpontificio ultimum poſtulata.

A morte Conſtantini Pogonati,

POſt Conſtantini Pogonati mortem acceleratas magis fuiſſe Ordinationes Pontificias, ut verbis parcam, probant ipſa Interpontificiorum ſpatia, in Synopſi ad caput hujus tractatus explicata: quæ enim vix peragebantur pluribus menſibus, quando Conſtantinopoli expectanda erat Imperatoris Iuſſio confirmans Electionis Decretum exinde minori quam bimeſtri mora inveniuntur expedita. Cauſam attigi, datam ab Imperatoribus, vel ultro uſurpatam ab Exarchis Ravennatibus pote-

A *potestatem res etiam maximas disponendi per se: ad quam confirmandam multum etiam faciebat diuturnitas istius Magistratus. Ut enim vir eruditus observavit, spatio centum & triginta annorum quo Exarchatus extitit, non plures quam decem & octo functos munere fuisse, quorum octavus* Isaacus, *avaris Ecclesiastici sub Honorio Papa direptor, viginti quinque annos dominatus est,* Theodorus Calliopas, *S. Martini persecutor, triginta quinque aut etiam sex. Adde quod Exarchi copiosum contra barbaros exercitum habebant in potestate, quodque facile poterant contra ipsum Imperatorem, si quid ab eo timebant, inito cum istis fœdere se tueri. Hoc argumentum fuit aliquando sermonis inter supra laudatum Holstenium nostrumque Henschenium, dum huic,* Romæ; *isti, inter mortales esse licuit; placuitque Holstenio ad eorum, quæ invicem dixerant confirmationem, adducere sua quadam excerpta e veteri Ms. per modum Formularii digesto, intra seculum quidem nonum ac decimum, sed exemplis iis instructo, quæ ex usu octavi seculi, in quo versamur, petita pleraque videri possent. Talia certe erant illa, quibus ostendebatur, quid & quibus, mortuo Pontifice & electo Successore, scribendum erat: omnia autem (si unicum excipias paradigma Relationis Principi faciendæ, quod ad* Leonis secundi B *Pontificatum retulimus) dirigebantur Ravennam, eo modo ac stylo, ac si ex unius Exarchi potestate res illa pependisset. Petiimus ergo, & ab humanissimo viro facile impetravimus eorum describendorum facultatem.*

Exarchis Italiæ ... magistratus — *...niam ad Electorum confirmationem.*

2 *Primum cui titulus,* Nuntius ad Exarchum de transitu Pontificis, *hanc habebat inscriptionem:* Domino excellentissimo atque præcellentissimo, & a Deo nobis longæviter in Principalibus ministeriis feliciter conservando, Ill. Exconsuli, Patricio, & Exarcho Italiæ, Ill. Archipresbyter, Ill. Archidiaconus, Ill. Primicerius Notariorum, servantes locum Sanctæ Sedis Apostolicæ. *Ubi nota litteras* Ill. *in Sacramentario Gelasiano, apud Francos exarato ante annos nongentos nuperque excuso Romæ, integre scribi per* Ille, Illius, Illum &c. *unde videas, Pronomen generale supponi pro nomine cujusque proprio, eo modo quo nunc scribimus litteram* N. *pro generica voce* Nomen; *ad hoc ut qui legit substituat singulare illius nomen de quo est sermo. Ita S. Augustinus serm. 42 de Sanctis circa medium:* Antiqui in Epistolis suis sic scribebant, Ille Illi salutem. *Quapropter (si vera sunt quæ infra dicturi sumus ad probandum quod sequentia spectent ad mortem* Gregorii II. *& Electionem* Gregorii III. *annumque* DCCXXXI*) Exarchus supra ad* Ill. *nominandus, fuit ipse ille* Eutychius, *qui post Exarchi* Pau- C *li cædem directus in Italiam, ad Imperatoris Copronymi heresim, quam iste inducere nequiverat, stabiliendam; non solum spe sua frustratus est, sed tandem etiam imperio excidit, anno* DCCLII. *ab Aistulpho Longobardorum Rege tota Italia pulsus. At quomodo* Exconsul? *Docet enim in Dissertatione sua Hypatica Pagius, quod* Flavius Basilius Junior, anno DXLI. ultimus privatorum fuit, qui Consulatum Ordinarium gessit annoque nomen dedit; *idque constat ex Fastis, non nisi annos* P.C. *id est,* Post Consulatum Basilii *numerantibus usque ad annum* DLXVII. *Deinde scribi cœpit* Justino Juniore Augusto primum solo Consule, *ac deinde anni* post Consulatum *ejus; itaque de cæteris Imperatoribus usque ad* Constantinum Pogonatum, *qui hoc etiam addidit, ut annos Imperii numeraret a tempore quo illud secum pater suus communicarat, quemadmodum etiam postea communicavit fratribus ejus* Tiberio *&* Heraclio; *cum titulus Imperatoris jam tribus communis vilior ei videretur, cœpit a morte patris numerare annos Consulatus sui, quasi cujusdam supremæ Dictaturæ; quod secuti eundo posteri ejus sunt. Dicendum autem videtur, quod abrogato Consulatu ordinario, qui anno nomen dabat, non plane desierit usus creandorum quandoque extra illum ordinem* Constantinopoli *Consulum, quemadmodum etiam Romæ* D *videtur quotannis creatus* Consul, *pro sola duntaxat Urbe: talis enim infra numeratur inter deputatos ad Exarchum, pro deferendo Electionis Decreto; & alibi leguntur* Consules *civitatum etiam aliarum. Constantinopoli ergo Urbanus Consul, non universalis pro toto Imperio, fuerit* Eutychius, *prius quam in Italiam remitteretur, ad resumendum, quod tantisper cessarat, Exarchi officium. Ad hunc autem quomodo mors Pontificis scripta fuerit nunc legamus.*

Horum ultimo Eutychio, — *Exconsuli*

3 Quamvis non sine gravi voce & vere flebili gemitu, a Deo servatæ Excellentiæ Domini nostri, per has nostras innotescimus humiles syllabas, Dei judicio, cujus dispensatione universus regitur orbis, ab hac luce fuisse subtractum Dominum (Gregorium) Sanctissimum nostrum Pontificem, cujus cuncti vere, & (si dicendum est) etiam lapides ipsi fleverunt exitum. Die enim (decima septima) instantis mensis (Januarii) obiit. Pro cujus consternati, ut diximus, funere, omnes grandi tristitiæ premimur mole, ad solam Christi Dei nostri cordis oculos miserationem attollentes, ut ipse dignetur subvenire desperatis, & suæ providere dignum Rectorem Ecclesiæ, a quo fundata est, qui etiam est pollicitus non ei prævalere portas inferni. Post divinum auxilium ad vestram Excellentiam, Domine excellentissime, & a Deo nobis multis temporibus concedende, omnes habemus fiduciam. Ecce eventum lugubrem indicavimus, quia ad nostram consolationem humanum alibi non habemus confugium. *En hinc die tertio, id est* XX. *Januarii, sub funebri officio quod defuncto solvebatur, subita conspiratione omnes elegerunt* Gregorium *alterum, conditumque mox est ipsius Electionis Decretum, in Lateranensi archivore ponendum, hoc tenore.*

nuntiatur mors Gregorii 2. — Mat. 16. 18. E

4 Inter cetera quæ summæ Divinitatis consilio disponuntur, Pontificalis promotionis sublimitas, ipso, a quo procedit omne quod bonum est, prædestinante ac largiente conceditur. Nimirum novit humanis rebus providentia divina succurrere, & mœrentium fletus ac gemitus in exultationem convertere; ut qui nuper consternabantur afflicti, postmodum appareant nimium consolati. Canentis enim sunt dicta, quæ sanctus Spiritus de templo Prophetalis cordis insonuit, Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Qui & iterum gratias referens Deo, beneficiorum ejus magnificentiam canit, & dicit; Convertisti planctum meum in gaudium mihi, conscidisti saccum meum, & præcinxisti me lætitia; ut cantet tibi gloria mea, & non compungar. Ipsi enim est cura de nobis, ut Vas * electionis & veræ fidei monet integritas: quippe quæ sunt tristitiæ ad gaudia miserando perducit. Quod & nobis exiguis & peccatoribus, opem de ejus misericordia præstolantibus, dignatio cœlestis exhibuit. Etenim Pontificalis memoriæ [Gregorio] de præsentibus curis ad æternam requiem evocato, ut assolet humanis rebus accidere, magna nos tristitiarum moles obstrinxerat, proprio dispensatore frustratos. Sed non diu in afflictione persistere consueta Dei nostri benignitas sperantes in se dereliquit: triduo enim nobis exiguis in oratione manentibus, ut omnium mentibus cœlestis dignatio demonstraret, quem dignum ad successionem Apostolicæ vicis jubeat eligendum; ejus gratia suffragante & omnium animis inspirante, in uno convenientibus nobis, id est cunctis Sacerdotibus, Proceribus Ecclesiæ & universo Clero, atque Optimatibus & universa Militari præsentia, seu Civibus honestis & cuncta generalitate Populi istius a Deo servatæ Urbis, si dici est, a parvo usque ad magnum, in personam (Gregorii), Sanctissimi hujus sanctæ Apostolicæ Sedis Romanæ Ecclesiæ Presbyteri, Deo cooperante & beatorum Apostolorum annilu, concurrit atque

Et decretum novæ Electionis — Ps. 29. 6. & 11. — F — * *imo Petrus 1 Can. 5. 7.* — *miro omnium consensu facta,*

con-

A coasensit elactio. Cujus Deo amabilis viri tantum meruit apud omnium conscientias bonæ & pudicæ conversationis perfectio, uc nullus in ejus electinne dissideret, ac nullus abesset, nullusque seipsum subtraheret: quem nempe ad hoc Apostolicæ vicis officium incomparabilis ntque indeficiens Dei nostri providentia destinatum babuerat. Quomodo [enim non & humanis mentibus unanimis] consonantia conveniret *in* id, quod procul dubio in Dei præsentia tenebatur affixum?

de Gregorio

infertur archivio,

5 Cujus & Decretum solennitar facientes, & desideria cordium circn ejus electionem manuum subscriptinnibus confirmantes, profitemur, ipsum Deo amabilem nostrum Electum, castum, pudicum, sobrium, ne benignum, & in omnibus piis operibus esse perfectum, atque orthodoxæ fidei & Sanctnrum Patrum traditionis defensorem & fortissimum observatorem. Hunc omnes, ut profecto mitissimum virum, pro ejus suavissima ac booæ voluntatia constantia, unanimiter nobis alegimus Pastorem atque Pontificem. Unde, ob ejua piæ conversationia integritacem, immensas Redempiori nostro laudes referimus, consona eum Propheta canentes voce: Magnus es, Do-

Ps. 148. 5. Ps. 103. 2.

B mine Deua noster, & magna virtus tua. Quis enim loquetur pntentias tuas, Domine, & auditas faciet omnes laudes clementiæ tuæ? Quoniam vota petentium te ea audiens, pium nobis cnntulisti Pastorem, qui sanctam tuam universalem Ecclesiam, & eunctaa Dominicas ac ratinnales sibi commissas oves regere atque gubernarc, te Domino Deo & Salvatore nostro protegente, valeat. Hoc vero Decretnm a nobis factum subter, ut præfatum est, manibus propriis roborantes, *in* archivo Dominico nostræ sanctæ Romanæ Ecclesiæ, scilicet in sacro Lateranensi scrinio, pro futurorum temporum cautela, recondi fecimus, in mensa [Januario] Indictione [decima quarta.]

6 Ill. Humilis Presbyter sanctæ Romanæ Ecclesiæ, huic decreto, a nobis facto in (Gregorium) Sanctissimum Presbyterum, consensi & subscripsi. *Addit autem qui non diu post valia collegisse videtur:* Similiter totus Clerus, Optimates, & Milites seu Cives subscribunt. *Hi autem quomodo? cum Laici essent? Profecto, ea illius temporis usu, jam ab olim durante, secundum quod Leo Magnus Epist.* 89. *statuerat:* Qui præfuturus est omnibus, ab omnibus eligatur, *Non ergo solius assensus præbendi causa, ferendique de Electi probitate testimonii, sed ut vere eligerent consendi sunt convenisse, qui pari qua Clerici formula subscribebant, ut patet ex subscriptione ejusdem Decreti ad Exar-*

signatū ab omnibus,

C *chum mittendi, cui eisdem omnino verbis, primum Clerici, tum Laici subscribunt singuli,*. Huic Decreto a nobis facto ..... subscripsi.

7 *Quod autem* Gregorium III. *hæc spectent, ex Presbytero, unanimi omnium voluntate, Electum, & iis quæ istic laudantur virtutibus præditum, facile intelliges, si Anastasium legas sic ejus laudes ordientem, & modum quo Electus est describentem, iisdem fere quibus Decretum conceptum erat verbis:* Gregorius ... . vir mitissimus & valde sapiens, *in* divinis Scripturis sufficienter instructus, Græca Latinaque lingua eruditus, Psalmos omnes per ordinem memoriter retinens, & in eorum sensibus subtilissima exercitatione limatus; lingun quoque in lectione polita exhortator omnium bonorum operum, plebique florentissime salutaria prædicans, orthodoxæ fidei æmulator ac defensor fortissimus; paupertatis amator, & erga inopum provisionem, non solum mencia pietate, sed etiam studii labore solicitus; captivorum etiam redemptor, orphanis quoque ac viduis largiter necessaria tribuens ...... Deo favente pervenit ad sacrum ordinem Presbytaratus. Quem virum Romani, seu omnis populus a magno usque ad parvum, divina inspiratione permo-

& concordans cum relatis ab Anastasio de Gregorio 3.

D ti, subito eum, dum ejus Decessor de hoc seculo migrasset, dum ante ferctrum in obsequio sui Antecessoris esset intentus, vi attolleoces in Pontificatus ordinem elegerunt. *Nescio quid clarius haberi possit.*

8 *Verum qui Decretum, pro formula posteris futurum, in Codicem retulit; illud signavit quasi* mense Novembris, Indictione quinta *scriptum: mensem credo & annum notans quo codicem scripsit; puta* DCCXXXVII. *Nam præter ipsos quibus hæc applicamus,* Gregorius II. & III. *toto octavo seculo nullus Pontifex mortuus mense* Novembris *est, nullus concorditer electus est, nullus etiam* quinta Indictione, *præter* Sisinnium *anno* DCCVII. *in quo tamen nihil reperias quod huc trahi possit. Simili ejusdem scriptoris licentia factum velim credere, ut in consequentibus epistolis, post hujus ejusdem* Gregorii III *electionem scriptis, & ut paradigmatis loco serviant in codicem transcriptis, pro* Presbytero *legatur* Archidiaconus *Electus, ex voto forsitan ipsius scribentis, Archidiacono alicunde obnoxii, eique Pontificatum tali modo conferendum optantis. Quamvis enim* Gregorius II. Archidiaconus *ante Electionem suam fuerit; & ideo Vir eruditus crediderit, illas litteras ad ipsum, non vero ad Successorem spectare; dum tamen illæ Imperatorum simul plurium meminerunt (quo unicus dumtaxat* Anastasius *fuit cum eligeretur iste) apparet ipsas rectius traduci ad* Gregorium III. *Electum quando* Constantinus & Leo, *pater ac filius, communiter imperabant. Ad hæc miraculum tam cita & extraordinaria in electionibus concordiæ, ita quadrat* Tertio; *ut* Secundo *nulla verisimilitudine applicetur. Itaque ipsas epistolas proferamus, & loco,* Ill. Archidiacoas *ponamus nomen* Georgii Presbyteri.

Quomodo adscriptum sit Novembri cum Edictione an. 737.

& postea Archidiaconus pro Presbytero,

E

9 *Primam, cujus causa hæc potissimum attigimus,* Eaarchn, *iisdem quibus supra titulis, scribunt* Presbyteri, Diaconi & famularis universus Clerus, Axiomatici etiam, *id est, in dignitate civili constituti,* seu Exercitus & Populus Romanæ urbis supplices, *ipsumque Decretum, ut supra jacet, transcribentes hoc modo:* Novit humanis rebus providentia divina succurrere, *iisdem quibus supra verbis, usque ad num.* 5. *unde sic prosequuntur atque concludunt:* Cujus & Decretum solenniter facientes, & desideria cordium circa ejus alectionem manuum subscriptionibus cnnfirmantes, per harum lacorea, Ill. sanctissimum Episcopum, Ill. venerabilem Presbyterum, Ill. Notarium Regionarium, Ill. adæque Subdiaconum Regionarium, Ill. & Ill. viros honestos, cives & de florentissimo atque felicissimo Romano Eaercitu Ill. Eminentissimum Consulem, seu Ill. & Ill. viros, magnificos, Tribunos militiæ, confamulos nostros, direximus; supplicantes atque communiter impensissime exorantes, a Deo conservandæ Præcellentiæ vestræ consuetam bonitatem piis votis concurrere: quia talis a nostro famulatu concorditer electus est, in qun [quantum ad hominum scientiam respicit] nullius macula reprehensioois apparebit. Et ideo supplicantes quæsumus, ut, inspirante Deo cellæ ejus Dnminationi, nos famulos voti compotes celeriter fieri præcipiat: præsertim cum plura sint capitula, & alia ea aliis quotidie procreentur, quæ curæ solicitudinem & Pontificalis favoris expectant remedium. Provinciales vero curæ, vel quæcumq; subinde sunt causarum utilitates, perfectæ auctoritatis censuram axpectant. Propioquantium quoque inimicorum ferocitas (quam nisi sola Dei atque Apostolorum Principis per suum Vicarium, hoc est Romanæ urbis Pontificem, virtus aliquando vara flectit & morigerat hortatu) singulari interventu indiget: cum hujus solius Pontificalibus monitis, ob reverentiam Apostolorum Principis, parentiam offerant voluntariam: & quos nnn virtus armorum humiliat, Pontificalis increpatio cum observatione inclinat.

Decreto illo ad Exarchū missō,

per 9 illustres Legatos,

rogatur ut ... graves ... causas,

10 Cum hæc ita sint, iterum atque iterum impen-

S a lius,

A sius, præcelse & a Deo servate Domine, supplicamus, ut celerius, Deo operante vestrisque præcordiis inspirante, Apostolicam Sedem de perfecta ejusdem Patris atq; Pastoris nostri Ordinatione adornari præcipiatis, utpote per gratiam Christi ministerium Imperialis fastigii feliciter atque fideliter peragentes: quatenus & nos exigui famuli, desiderium nostrum maturius impleri cernentes, incessabiles Deo & Imperiali Clementiæ, atque eximiæ ac Deo placitæ Dominationi vestræ gratiarum actiones valeamus exolvere; & cum promoto Apostolicæ Sedis Pontifice, spiritali nostro Pastore, juges preces effundere, pro vita atque incolumitate perfectisque victoriis tranquillissimorum atque Christianorum Dominorum nostrorum [Constantini] & [Leonis] magnorum, victorum, Imperatorum; ut Regalibus eorum virtutibus omnipotens Deus multiplices concedat victorias, & de subjectione omnium gentium Christianam rempublicam faciat triumphare; deque restituta plenius Romani Imperii prisca devotione lætitiam cordis impertiat. Scimus enim, quod oratio ejus, quem ad Pontificalis dignitatis culmen Dei nutu eligimus, divinam omnipotentiam suis precibus flectet & complacabit, & optatæ felicitatis incrementa Romano Imperio præparabit, vestramque a Deo custodiendam Potestatem ad dispensationem hujus servilis Italicæ Provinciæ, nostrumque omnium famulorum præsidium & subventum, longævis armorum actis conservabit.

ut cito jubeat ordinari Electum;

pro Imperatoribus & ipso orantur,

B

11 *Hinc sequebantur Clericorum & Laicorum subscriptiones ut in Decreto, nihil differente utrorumque formula. In quibus forsan mirabitur aliquis quod cum sermo sit de Constantino Copronymo, ejusque filio, Iconomachis; Romani, qui sub* Gregorio II. *recens (ut præsumitur) defuncto, fuerant maxime animati contra illos & subnixi Pentapolensi ac Venetiarum exercitibus, propter illorum hæresim contra Exarchum suum Paulum insurgentibus, cum omni Italia (sicut narrat Anastasius) consilium inierant,* ut sibi eligerent Imperatorem & Constantinopolim ducerent; *fecissentque nisi* compescuisset tale consilium Pontifex, sperans conversionem Principis: *mirabitur quis, inquam, quomodo zelo si illi pro Ecclesia & fide orthodoxa, tam honorifice nunc compelleant, tum impiissimos* Principes, *tum ipsorum* Exarchium *nihilo illis meliorem, seque iisdem tam humiliter subjiciant. Civilis scilicet urbanitatis hæc fuerunt officia, a quibus, ne quidem post celebratam sub* Gregorio III. *contra Iconomachos Synodum cessatum est: dum*

quamvis Iconomachis,

diu tamen patienter toleratis;

C *etiam hic æque ac Prædecessor suus, missis identidem commonitoriis satagebat, si qua via mentes in exitium Principes revocare posset, & conculcatam ab iis sacrarum imaginum venerationem restituere. His porro cum nihil proficeretur, & prævalentibus ubiq; Longobardis* Exarchi Eutychii *penitus evilnisset auctoritas; contempta ea prorsus fuit, in electo post* Gregorii *obitum* Zacharia *consecrando statim ac Dominica illuxit, absq; ullo ad* Exarchum *recursu. Et hæc est causa cur nullo modo possit præcedens Epistola trahi ad* Zachariæ *Ordinationem, quamvis hunc ab eo opere effecto laudet Anastasius, quod sibi de* Electo Gregorio *promiserant Romani, quodque hic magnanimiter conatus fuerat, reducendis ad officium Longobardis immortuus.*

12 *Sed redeo ad* Gregorii III. *Electores, qui dum Exarcho* *scribentes optant ut sibi Deus, noviter Electi Pontificis precibus exoratus*, de restituta plenius Romani Imperii prisca devotione lætitiam impertiat, *satis indicant aliquid in ea collapsum a se lugeri: tanto autem submissius sibi agendum censuerunt, quanto minus æquas aures precibus suis præbendas sciebant. Quapropter super eadem causa etiam ad Archiepiscopum Ravennæ (Joannes hic erat, zelo Catholicæ religionis satis fervens) scripserunt* Archipresbyter, Archidiaconus & Primicerius Notariorum, servantes locum Apostolicæ Sedis,

quos optant modeste corrigi,

ab ipsis Decreti sui verbis ita exordientes: Inter cetera, quæ summæ Divinitatis consilio disponuntur, Pontificalis promotionis sublimitas, ab ipso, a quo procedit omne bonum, prædestinante ac largiente conceditur. Quod quia ita dubium non est, sanctæ & paternæ Beatitudini vestræ indicare curavimus, quod Pontificalis memoriæ Domno [Gregorio] de præsentibus curis ad æternam requiem evocato, consueta Dei benignitas tristitiarum molem, quæ nos de præteriti dispensatoris frustratu ad paululum obstrinxerat, abstersit atque inlinivit. Etenim ne diu ictus afflictionis nos sauciaret, providum ac Deo placitum Apostolicæ vicis successorem condonare dignata est. In unum quippe post triduum, ut moris est, convenientibus nobis ..... in personam amatoris vestri ac oratoris, Domni [Gregorii] sanctissimi (Presbyteri), electionis vota contulimus: in cujus Deo debitæ electionis (successu) nullus, gratia sancti Spiritus illustrante, defuit, sed omnium vota concorditer convenerunt: inq; ejus Sanctitatis persona decreta solenniter facientes, per harum portitores Sanctissimum Episcopum Ill. &c.. . ad præcelsi & a Deo servati filii vestri Exarchi vestigia demandavimus; impensius obsecrantes, ut celerius, Deo hujus animam inspirante, hanc Apostolorum Principis Sedem (præsertim pro diversis imminentibus, & ad subventum Provinciæ exigentibus, simul & ad Imperiale servitium respicientibus) de perfecta Ordinatione Electi Apostolicam Sedem adornet: quatenus insit in Apostolicæ Sedis specula, qui & Christi regat Ecclesiam, gregemque rationabilium salubriter dispenset ovium, & pro stabilitate a Deo decreti Romani Imperii, longævaque sospitate ac temporum prosperitate prædicti eximii Domini Exarchi indesinenti prece exoret.

D

Rogatur etiam Ravennæ Episcopus,

(cui similiter mors & electio indicantur)

E

13 Elabora itaque quæsumus, sanctissime ac beatissime Pater; ut cum harum portitoribus, veneratoribus & filiis vestris, apud præfatum Dominum Exarchum impigrius intervenias; vicem gratiæ propriæ beato Petro fautori tuo reddens, totisque nisibus imminens, ut optatæ Ordinationis, Deo jubente, acceleretur negotium: quatenus de Præsularibus paternæ vestræ Beatitudinis adminiculis, & hæc Apostolica lætetur & exultet Ecclesia, & nos gratiarum actiones agamus, & caritas denominati Domini nostri Electi futurique Apostolici Pontificis opulentius erga vestram Præsularem Sanctitatem dilatetur. *His adjiciuntur etiam* ad Judices Ravennæ *singulos eisdem formulis insertæ literæ, cum inscriptione,* Domino eminentissimo & nobis in Christo Fratri, Ill Consuli; *aliæque inscriptæ* Dilectissimo Fratri Ill. Presbytero & Apocrisiario; *ut solicitudinis in re tanti momenti appareat exuberantia, qua simul etiam disceremus, nihil a Constantinopoli minus habuisse Ravennam, quantum quidem ex parte Sedis Romanæ attinebat, quæ ibi suum etiam Apocrisiarium tenebat; idque jam tanto opportunius ad conservandos fideles, Exarchatus subditos, in fide orthodoxa; quanto id jam minus licebat Constantinopoli, absolutum istic dominatum tenente hæresi. Literarum ad Consules sigillatim singulos, sed eodem exemplo datarum, hic tenor erat.*

ut Legatis apud Exarchum faveat.

F

Idem rogantur ut faciant,

14 Si benefacta peculiaribus impensa negotiis digno minime vicissitudine defraudantur; nullus profecto est qui dubitet, quin ea quæ pio intuitu peraguntur, æternæ vitæ remuneratione rependantur. Quæ cum ita sint, licet inclitæ Eminentiæ vestræ propositum documentis pluribus agnoscamus, totis nisibus spiritali Matri huic sacro-sanctæ Apostolicæ Dei Ecclesiæ utilitatibus ad concurrendum suffragari, fraterna tamen dulcedine hortari atque poscere congruum duximus, ut convenientibus harum portitoribus Ill. & Ill. quos cum decretalibus paginis & cum impensa supplicatione, pro celeri promotione oratoris vestri,

Consules Ravennates,

ac

A ac amatoris Domini nostri (Gregorii Presbyteri) & Electi, apud præcelsum & a Deo servatum Domnum Exarchum destinavimus, cum eis conveniat, & ad precandum de optatis apud prænominatum Domnum Exarchum subveniat. Ut cum effectu, Deo propitio, eis qui missi sunt remeantibus, & de vestræ a Deo servatæ Eminentiæ bonitate præfato Domino nostro Electo nuntiantibus, non solum affectiorem ejus Sanctitatem erga Eminentiam vestram efficiant; verum & boni ministerii merces atque vicissitudo ab ipso Apostolorum Principe, cui specialiter concurritis, & in præsenti vita multiplicetur, & in regnis cœlestibus rependatur.

S.R.E. Apocrisiarius Ravennæ.

15 Apocrisiarium *quod attinet, fuerat ille quidem, atque ac* Exarchis, *statim atque obierat Pontifex, per expeditos publici cursus ministros monitus de re tota; fortassis etiam fama præcurrente personam Electi cognoverat (neque enim solennis tot personarum illustrium Legatio ita celeriter expediri & proficisci poterat, ut non insumerentur ei duæ saltem hebdomadæ, ex diebus* XXXV. *quos inter unius* Gregorii *mortem & alterius ordinationem scimus intercessisse) conveniens tamen erat* B *ad ipsum quoque aliquid litterarum ferri. Tales ergo, breviori quam potuit fieri forma, ad eumdem ab iisdem datæ inveniuntur:* Dudum dilectissimam Fraternitatem vestram obitum sanctæ memoriæ Domni (Gregorii) Pontificis agnovisse satis scimus: cui post transitum, ut moris est, die tertia convenientibus nobis, id est Clero, Axiomaticis etiam, & generali Militiæ ac civium Universitate, in personam Domni (Gregorii) sanctissimi (Presbyteri) Dei gratia suffragante, electionis vota contulisse nos, indicamus. Cujus & solenne Decretum facientes, subscriptione omnium roboratum, apud eximium & a Deo servatum Domnum Exarchum, per harum portitores III. & III. direximus: cum quibus dilectissima Fraternitas vestra conveniat, & pro celeri promotione Pontificalis Ordinationis deposcenda, apud denominatum Domnum Exarchum interveniat: ut valeant ii qui missi sunt, Christo comite, cum effectu ad nos repedare; & de prosperis nuntiis Apostolicam Christi Ecclesiam omniumque nostrorum animos magnanimiter relevare.

Sic impetratæ jussione,

16 *Utinam nunc extaret vel inveniatur aliquando formula Jussionis, qua Electum ordinari* Exarchus *præcepit; aut alicujus earum quæ Constantinopoli mittebantur, quando illa inde expectanda erat! Ea dum* C *adhuc quæritur, relegat qui volet* Athalarici *Gothorum Regis rescriptum, supra propositum ad Pontificatum* Felicia IV. *quod tamen non fuit mandatum de ipso* Felice *successore ordinando, sed congratulatio de eodem feliciter ordinato, & per hoc reddita spe concordia ac pacis. Nunc beneficium Holstenianum absolvamus,* D *explicato ex formulis iisdem ritu Ordinationis Pontificalis, post allatam Jussionem exoptatam: qui talis describitur.* Psallunt secundum consuetudinem. Procedit Electus de Secretorio cum cereostatis septem, (*credo ad significanda septem Spiritus dona Electo mox conferenda*) & venit ad Confessionem S. Petri. Tunc Episcopus Albanensis dat Orationem primam (*fuit hic in ordinatione* Gregorii III. *verosimiliter* Andreas, *pro anno* DCCXXXI. *subscriptus Romanæ Synodo; vel* Tiberius, *notus anno* DCCXXXIII.) deinde Episcopus Portuensis (*puta* Georgius, *prænominati Andreæ in subscribendo socius*) dat orationem secundam. Postmodum adducuntur Evangelia & aperiuntur, & tenentur super caput Electi a Diaconibus. Tunc Episcopus Ostiensis (*fortassis* Theodorus *dictus, & apud Ughellum notus ex actis Synodalibus pro anno* DCCXXXV.) consecrat eum Pontificem. Post hæc Archidiaconus annectit ei Pallium: deinde ascendit ad Sedem, & dat Pacem omnibus Sacerdotibus, & dicit, Gloria in excelsis Deo. E

ordinatur ritu consueto Pontifex,

a tribus Episcopis,

17 *Servantur hodiedum omnes iidem ritus, sed multipliciter aucti, de quibus vide Commentaria nostra in opus Jacobi Cardinalis S. Georgii ad Velum aureum, lib. 2. de Coronatione Bonifacii VIII. facta sub finem seculi* XIII. *post Vitam S. Cœlestini Papæ V. ab eodem Jacobo versibus constrictam die* XIX. *Maji prædictas vero tres Orationes ex Pontificali, Venetiis sub ann.* MDLXS *excuso, accipe.*

tres super eum Orationes recitantibus.

I. Deus qui adesse non dedignaris, ubicumque devota mente invocaris; adesto quæsumus in vocationibus nostris: & huic famulo tuo N. quem ad culmen Apostolicum commune judicium tuæ plebis elegit, ubertatem supernæ benedictionis infunde: ut sentiat, se tuo munere ad hunc Apicem pervenisse.

II Supplicationibus nostris, omnipotens Deus, effectum consuetæ pietatis impende, & gratia Spiritus sancti famulum tuum N. perfunde: ut qui in capite Ecclesiarum, nostræ servitutis ministerio, constituitur, tuæ virtutis soliditate roboretur.

III. Deus, qui Apostolum tuum Petrum inter ceteros Apostolos primatum tenere voluisti, atque universæ Christianitatis molem super humeros imposuisti; F respice quæsumus propitius hunc famulum tuum N. quem de humili cathedra violenter sublimatum, in thronum ejusdem Apostolorum Principis sublimamus: ut sicut profectibus tantæ dignitatis augetur, ita virtutum meritis cumuletur: quatenus Ecclesiasticæ universitatis onus, te adjuvante, digne ferat; & a te, qui es beatitudo tuorum, vicem meritam recipiat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

XCII. S. GREGORIUS III.

GREGORIUS, S. R. E. Presbyter, natione Syrus, ex patre Joanne, electus ante XIII. Februarii anni DCCXXX.. & ordinatus XXII. ejusdem feria quidem V. sed festo Cathedræ S. Petri idonea huic actui: fuit temporibus Leonis Isauri & Constantini Copronymi Imperatorum annos X. menses VIII. dies XX. obiit X. Novembris anni DCCXLI. sepultus in Basilica B. Petri XXVIII. ejusdem mensis, quando colitur: & cessavit Episcopatus dies VIII.

Ab an. 731. ad 741. an. 10. m. 8. d. 18

Ratio temporis.

PLeraque Anastasii exemplaria eosdem dies XX. Pontificatus habent, præter annos ac menses, ubique fere concorditer numeratos; & nonnulla, Interpontificii dies dumtaxat quatuor, quos Codices duo, Thuanus ac Mazarinianus, octo faciunt: qui aptius nos ducunt ad sequentem Pontificatum; quam dies IV. aut alius quiscumque aliorum numerus.

2 Baronius, a XVI. Februarii exorsus hunc Pontificatum, eumque extendens usque in XXVIII. Novembris, fuisse ait annorum X. menses IX dies XII. & hic numerus in Barberino Codice invenitur, ceteris omnibus repugnantibus.

Baronii calculus,

3 *Ad hujus* Gregorii *res gestas pertinet, quod* Romanus *Presbyter habet in descriptione Basilicæ Vatica-*

Altare S. Gabinii erigit,

A *na*. In choro Canonicorum est altare seu potius oratorium B. Mariæ matris D. N. Jesu Christi, in quo oratorio beatæ recordationis Gregorius Papa III. recondidit ..... Reliquias ..... *inter quas*, ut a nostris majoribus accepimus, recondidit corpus S. Gabinii Presbyteri, cujus altare mansit ibidem usque ad nostra tempora. Nam tempore D. Eugenii Papæ III. quando ejus præcepto ereximus istud altare ibi, duo altaria *ibi* erans: altare videlicet S. Gabinii, ad quod Sardinia & Corsica tributum annualiter mittebant, & altare B. Mariæ semper Virginis, quod prænominatus Gregorius Papa III. fecerat & consecraverat.

Sepultus in Vaticano.

4 *Deinde de sepultura ejusdem sic loquitur idem Romanus Canonicus*: Hic igitur summus Papa Gregorius III. requiescit in loco illo, ubi nunc felicis recordationis B. Eugenius Papa III. requiescit: ubi etiam ad honorem ejusdem Gregorii Papæ fuit erectus arcus, optimo musibo deplctus, & permansit arcus ille usque ad tempora Domini Eugenii III. Papæ: de quo habemus in Epitaphio ejusdem Gregorii hunc versu,

Tertius hic Papa Gregorius est tumulatus.

Requiescit etiam in eodem sepulcro, ut audivimus,
B Petrus, Diaconus B. Gregorii I. Papæ, ad quem fecit librum Dialogorum.

Afficta ei Indulgētia.

5 *In Breviario Romano veteri, quod habemus Venetiis excusum anno* MDXXII. *inter prolegomena, numquam (ut ego quidem censeo) Romæ probata inveniatur quadam satis devota Oratio ad Christum crucifixum sub hujusmodi Rubrica.* Scribitur quod Gregorius III. dedit devote dicentibus, post Corporis Christi elevationem, vel alicubi coram Crucifixi effigie, sequentem Orationem, tot annos Indulgentiarum, quot fuerunt vulnera in corpore Christi, ad instantiam Reginæ Angliæ. Et Sixtus Papa IV. scribitur anno MCCCCLXXIII die III Julii, Pontificatus sui II. istam Orationem multum privilegiasse. *Aliquis forsitan, excusare hæc volens, diceret, errorem irrepsisse in numero Nominis, & pro* Gregorio III *accipiendum* XII. *annis* LXII. *dumtaxat seniorem* Sixto IV. *Sed hunc ostendemus ab ea largitate, quæ in eodem Breviario plane enormis ei tribuitur tantum abfuisse, ut intra quinque ac septem annos Indulgentiæ fere se continuerit, etiam*
C *in gravissimis occasionibus: quomodo igitur potuisset approbasse & multum privilegiasse sive auxisse illam indefinite numeri remissionem,* Gregorio *cuicumque adscriptam?*

Hic Pontifex Marcellum appellans Christianissimum,

6 *Primus hic inter Romanos Pontifices invenitur, contulisse auctoribus secundæ inter Reges Francorum familiæ, perhonorificum titulum* Christianissimi, *in Epistola* 5 *ad* Carolum Martellum; *ubi enim, quem primo salutaverat* Excellentissimum filium, *titulo Majori-domus congruo, in decursu ideatidem compellat* Christianissimum filium. *Hoc exemplum mox secutus Zacharias Papa, Epistolam suam 7. ad ejus filium, inscribit* Domino Excellentissimo atque Christianissimo Pippino, *adhuc* Majori-domus: & Stephanus III. *Epistola 3. ejusdem jam Regis*, Christianissimam Excellentiam *laudat; uti &* Paulus I. *Epist.* 39. Christianissimam Bonitatem: *Epistola autem 37. gratias agens pro defensione Ecclesiæ*; Salvum fac, *inquit*, Domine, Christianissimum Pippinum Regem. *Eumdem titulum ipsius filiis*, Carolo & Carlomanno, *etiam dederat prænominatus* Stephanus, *Epist.* 47. &

successoribus primis eumdem titulum dandum Regibus Francorum:

Carolo *deinde* Hadrianus *Epist.* 55. *relati a Mabilione in lib. I de re diplomatica ad Tabul.* 55. *Merito autem idem eruditissimus scriptor appendit, id adeo notum omnibus fuisse, ac vulgo sic usitatum posterioribus seculis, ut Joannes Sarisberiensis, homo Anglus, & ad Saresberiensem in Anglia Episcopum scribens, Epist.* 567. *seculo* XII. *glorietur, se in* Curia Christianissimi Regis Francorum, apud Laudunum, honeste & reverenter susceptum ab eo. *His ergo consonans* Pius II. *Epist.* 386. *ad* Carolum VI. Habitus es, *inquit*, carissime fili, devotissimus Princeps fidei & religionis nostræ præcipuus: nec immerito, ob Christianum nomen, a progenitoribus tuis defensum, nomen Christianissimi ab iis hereditarium habes. *Talia si legisset Odoricus Raynaldus, ad annum* 1496. *num.* 55. *existimo non fuisse ita locuturum, ac si idem* Pius, *Caroli prænominati filio* Ludovico XI. *propter abrogatam Pragmaticam, primus eum Titulum sanxisset Francorum Regibus.* D

eumdem illis, non Pius II.

7 *Sane si eum sanxisse dicendus esset Pontificum aliquis, ea gratia potius deberetur Pii successori* Paulo *item* II. *qui apud Mabilionem, in Actis Guilielmi Monasterioloensis, ad Curiam Romanam Legati, dixisse refertur*, quod quidquid habet Ecclesia Patrimonii, id tenet per donum, largitionem, auxilium, succursum, & confortationem Regis Pippini & Caroli Magni, & Ludovici Pii, & successorum: adeo ut Reges Franciæ dici possint brachium dexterum Ecclesiæ ac Fidei, quas semper manutenuerunt ac custodiverunt, contra quoscumque adversarios: atque idcirco rationi consentaneum esse, ut nomen inde ferant, ac decus Regis & Principis Christianissimi, præ aliis omnibus. Posito autem quod decessores sui Pontifices id non fecissent, in suis tam scriptis quam ore prolatis E verbis, & in communi modo agendi de Rege Christianissimo; *ipse tamen tam multa viderat legeratque*, de magnis ac gloriosis facinoribus Regum Francorum, in bonum Ecclesiæ Fideique; ut videretur sibi nequaquam impleturus officium suum, si tam scripto quam verbo non appellaret Regem Christianissimum; ideoque id & fieri a se cœptum, & eo esse animo ut facere idem semper intendat. *Verum, ut recte notat Raynaldus prænominatus*, inanes sunt ejusmodi tituli, nisi splendore operum ornentur nomina: & Henrico VIII. *Angliæ Regi parum profuit, scripto adversus Lutherum libro meruisse, ut* Fidei defensor *a Pontifice diceretur, postquam, ab ejusdem Pontificis obedientia & avita deficiens pietate, eversum ivit quæ ante defenderat: ejusque non magis in regno quam in crimine successores, eumdem usurpando Titulum, ridiculos potius quam venerandos orbi Christiano se præbuerunt. Illis ergo præteritis, primus ex merito eumdem titulum usurpabit* Jacobus II. *jure non tam agnato, quam acquisito; cum, quod everterunt illi, magno fidentique animo restauraverit; ipsumque faventibus Superis tenendum ad posteros pari jure transmittet.* F

ut hereditario jure debitum.

DISSERTATIO XXV.

De Epacta & Concurrente, sub hoc Pontificatu notatis in morte Theodorici Regis Franciæ an. DCCXXXVII.

Hæ notæ primum tempore privata diligentia sub notati,

SÆpe mihi laudatum, nec unquam satis laudandum Opus Joannis Mabilionis, *de re diplomatica, post illustratam lib.* 2. *cap.* 23. *usitatiorem illam Chronologiæ notam, qua annos Dominicæ Incarnationis numeramus; sequenti cap.* 24. *agendum sibi etiam proponit de aliis Chronologicis notis*, Indictione *videlicet*, Epacta, Luna, & Concurrente. *Nam præter* Indictionem (*quæ est revolutio annorum quindecim, a Constantini Magni temporibus incipiens, quæque in usu præcipuo olim fuit, etiam cum nondum* anni Domini *numerabantur*) *superinductæ fuerunt variæ illæ, quas supra dixi, notæ; primum in privatis scrupulosorum calculatorum scriptis, deinde in publicis instrumentis; ac denique (licet rarius) in Pontificum Bullis & Episcoporum Chartis. Exemplum, Pontificium, quale potui, allegavi supra ad* Bonifacii II. *Papatum, agens de initio Dionysiani Calculi, idque pro anno* MXCVIII. *Episcopalia duo instrumenta Mabilio allegat; unum*

Um-

A *Umberti Gratianopolitani Episcopi*, datum anno ab Incarnatione Domini millesimo duodecimo, feria v. Luna xxv. Indict. x. Epacta majore III. Minore xxv. Concurrente III. Cyclo decemnovennali VI. *alterum Erleberti Catalaunensis Episcopi*, anno Dominicæ Incarnationis MCXXX regni autem Ludovici Regis Francorum XXIII. Episcopatus vero Domni Erleberti anno III. Epacta IX. Concurrente secundo post septimum cum bisseno. *Hujus tam exquisitæ diligentiæ duplicem eruditissimus Actor causam assignat*: primam, ne facili negotio notæ Chronologicæ falsis diplomatibus per imperitos supponerentur; secundam, ut Notarii peritiam suam ostentarent in arte computi; quæ ars tum magnopere venditabatur, & a Clericis ordinandis exigebatur.

etiam in Papalibus & Episcopalibus Chartis nonnullis apparent seculo 12.

2 *Certe ab his usque a Monachis videtur ad Notarios publicos fluxisse istius diligentiæ æmulatio. Istos enim, ut jam insinuavi, priores descendisse ad spinosas istas calculationes, probant exempla: quorum unum ex vetustioribus idem Mabilio sumit a Rodrado Ambianensi Clerico, librum Sacramentorum sua manu transcriptum seculo IX. sic terminante*: Ego Rodradus, misericordia Dei indigens, victus Hilmeradi Antistitis jussio- B nibus, vioctusque Episcopalis auctoritatis excommunitationibus, IV. Non. Mart. Saterdotalis ministerii trepidus suscepi officium, anno Incarnationis Dominicæ DCCCLIII. Indictione I. Epacta VII. Concurrente VII. termino Paschali XV. Kal. Aprilis. *Vix possum credere diligentissimo viro non fuisse notum exemplum, toto seculo uno vetustius, a Labbæo nostro editum, in Elogiis Historicis omnium Regum Franciæ; sed existimo noluisse re explicanda atque ad calculos revocanda prolixius facere Caput istud 24. maxime si deprehendit, ut facile deprehendisse potuit, nonnihil in eo esse quod indigeret correctionis. Mihi interim religio est, acceptam a Joanne Jacobo Chiffletio Godefridi Wendelini super ea re epistolam tenebris abdere, Regiæque Francorum historiæ subtrahere lucem inde accipiendam. Ea ad ipsum Chiffletium sic scribebatur* XXVIII. *Octobris anno* MDCLIV.

Private istius diligentiæ exemplum.

pro anno 853. ex Mabilione:

3 Amplissime ac Prælustris Domine. Fragmentum istud, quod ex Ms. Anonymo descriptum edidit Philippus Labbæus in Elogiis Historicis, quodque ad filium tuum transmisisti, mecum ille communitavit, illico ut accepit. Idipsum vero ego, pro eo ac me facere voluisti, vocavi ad examen: ut, anne ad Æram Christianam DCCXXVII. pertineret (quam consignabat) redderemur certiores, excussis characteribus, C quorum illic est recensio, partim mendosa, partim brevitatis compendio etiam obscura; dum in hunc modum balbutit: *A Nativitate Domini usque ad præsentem annum, in quo Theudericus, Rex Francorum defunctus est*, DCCXXVII. *In quo anno Indictione quinta, Epacta* XV. *Concurren.* I. *lunæ circulum* XIII. XIV. XII. *Kalend. Aprilis, luna* XVII. XXIV. *de annorum* DXXXII. *secundum Græcos cyclo*. Hæc lecta dedit Labbæus; dabo ego (spero) intellecta.

alterum pro anno 737. edidit Labbæus.

quod ex examinandum suscipiens G. Vendelinus,

4 A Nativitate Domini numerantur hi anni DCCXXXVII. eodem plane filo, atque ab eodem capite, unde nos annorum seriem numeramus hodieque: idque Indictio quinta loquitur: quæ certe isto anno fuit in cursu; ut per illum characterem fulciatur certitudo, & eximatur omnis dubitandi occasio. Epactam, hoc est, Ætatem lunæ, quam illa tunc numerarit Kalendis Januariis, item & Martiis, non invenio XV. ut omnino Denarii unius nota per incuriam scribentis exciderit vel vetustate extrita sit: quod utrumque non solet præter solitum contingere. Illo ergo anno Kalendis Martii pronuntiabatur, luna XXV. & cum die Martii sexta desiit ille Mensis lunaris; commissumque est Novilunium Paschale, motu quidem medio, die VI. Martii mane, post mediam noctem horis 7. minutis 51. conjunctione autem vera per horam 9. D min. 30. Parisiis. Ita Mendum illud, mihi suspectum, seipsum ultro emendat, & Epactam XXV. reponit pro anno DCCXXXVII.

ipsum annum probat ex Indict. 5.

Epactam docet non 15 sed 25 fuisse

5 Concurrentem ejusdem anni adfigit primam, hoc est, litteram Dominicalem definit F, quæ cum ultimo die Martii pronuntiat Dominicam seu primam Sabbati: qui numerus vocatur Concurrens, eo quod cum Epactis lunaribus prius cognitis, concurrere debeat, ut sciatur in quem diem Hebdomadis casura sic decima quarta Luna, post quam proxima Dominica die celebretur Pascha. Cumque sint litteræ Kalendarii designandis feriis septem, Græcus computus primam eo illis sumit F, secundam E, tertiam D, quartam C, quintam B, sextam A, septimam G. Quo ergo anno currit littera F concurrens illius anni vocatur primus numerus, litterasque prima; & quo anno in cursu est littera E, Concurrens est secundus: & sic per ordinem de ceteris. Et vero, Quare Græci principium concurrentium statuunt cum littera concurrente F? Quia Mundum volunt creatum annis V_{∞} DVIII. ante Christianam Epocham: quo ipso calculo E commonstratur, litteram F concurrisse, & pridie Kalendas Aprilis signasse Dominicam. Quam ergo litteram illorum computus habuit anno suo primo putatitio; eam vocarunt primum concurrentem. Et hanc litteram Dominicalem F habuit annus ille indicatus DCCXXXVII. qui est tertius jam character irrefragabilis istius Fragmenti.

Concurrentem primam indicare litteram Dominicalem F

ex Græcorum computu,

Æram conditi Mundi ordientium an. 5508. ante Christum,

6 Lunæ Circulum pingit XIII. hoc est, in Græco cyclo lunari annum decimum tertium: qui tamen nobis Latinis est decimus Sextus Aurei (quem vocant) Numeri. Nam quia Græci annos ante nostram Epocham numerant, quos dixi, V_{∞} DVIII. & ab illo ad hunc Theuderici annum sunt DCCXXXVII fuit tunc in cursu annus Constantinopolitanus VI_{∞} CCXLV. ex quorum primo primum quoque cyclum decem novennalem lunarem numerant, & cum decimo nono absoluto repetunt. Jam vero divisis illis VI_{∞} CCXLV. annis per novemdecim, habebis cyclos lunares integros CCCXXVIII & supererunt anni XIII. hic expressi: qui exhibent Epactam; non illam Astronomicam & perfectam XXV. (quam dixi) sed Ecclesiasticam ac popularem, usitatam computistis, XXIII. quæ Novilunium seu lunam primam incipit numerare ex die octava Martii, lunam vero decimam quartam habet cum ipso die XXI. Martii; quod habitum fuit a Nicænis Cano- F nibus Æquinoctium verum XII. Kalend. Apr. quo transacto, & obtenta luna decima quarta, Proxima Dominica Pascha celebrari præcipitur,

& scribentium lunæ circulum 13

computantem anno mundi 6245. secundum illos,

7 Jam vero idipsum Pascha indicatur per istos numeros XVII. & XXIV. mutos quidem aut obscure balbutientes, sed qui hoc tamen mussant. Luna illo anno fuit decima septima, cadens in diem Martii mensis XXIV. quando celebratum fuit Pascha: quod verissimum fuit in illo computu quem vocat cyclum DXXXII. annorum Secundum Græcos. Atque ita modis omnibus sibi constant rationes, & annus DCCXXXVII. demonstratur; quo Theodericus obierit. Quem tu cum auspicatum scribis anno DCCXX, & annos XVII. regnasse tradis, veros annos & initi regni & desiti pervidisti.

cum Pascha celebrandū esset 24. Martii.

8 Ceterum quisquis is fuit, qui characteres istos, præsertim Epactam illam Astronomicam, tam luculenter expressit; aut Græcus fuit, aut Græcorum discipulus ac sectator; mirum ni de illo sodalitio, quod S. Ægidius Græcus secum traxit in Gallias, aut illuc contraxit, quem per illa tempora vixisse constat. Uccumque se res habet, veram certamq; habemus Regis illius mortem Regnumque ex anno DCCXX. de quo inditio, mihi facto, habe me obæratum tanto magis, quem dudum tibi quam debeo, animum offundo.

Scriptor Græcissans forte fuit discipulus S. Ægidii

Got-

A

Gottifredus Vendelinus
Canon. & officialis Tornac.

Huic Epistolæ quod addam nihil habeo. De anno, quo Theodericus *obiit, inter omnes convenit; illum vero cœpisse anno* DCCXX, *probat Henschenius in Diatriba Dagobertina ante Tomum 3. Aprilis reformata;* D *neglecto Fabulatore Anonymo, qui Gesta Francorum velut tunc vivens dedit, quemque mirum est in hoc puncto assensum obtinuisse Caroli le Cointe, non ignorantis fœdissima scriptoris istius Hyperbolymæi errata.*

CONATUS CHRONICO-HISTORICI
PARS SECUNDA.

A Zacharia usque ad Gelasium II.

PRÆFATIO.

B

Parte prima finita cum Græcorum in Italia Dominatu,

CResceute sub manibus Parte hujus Conatus Prioris, interim dum Posterior, certis de causis prius absoluta, versaretur sub prælo; apparuit inæqualem prorsus futuram Partium divisionem, nec tamen aliter fieri poterat, quamdiu stabat consilium, hunc Tractatum sic edendi in lucem, ut quarto ac quinto Tomo Maii præliminariter adnecteretur. Postquam autem tota fere impressione perfecta, visum est, addito prolixiori Apparatu, haberi posse volumen justum atque per se subsistens, ex partibus in unum collectis, non erat amplius tempus cogitandi de nova partitione: quæ optime induceretur, per alteram, si quando fiet, editionem. Nec deest ratio divisionis hoc loco faciendæ. Quando enim Zachariæ *Pontificis anno II. finem in Italia habuit quæcumque Græcorum Imperatorum potestas, pulsis etiam Ravenna Exarchis eorum; alterum quasi ætatem ingressa est Majestas Pontificia, non solum sui juris futura Francorum beneficio, sed etiam ampli in Italia* E *Patrimonii possessione ditanda. Sit ergo nobis hic Pars II. deducenda usque ad Pontificem* CLXIII. Gelasium *II. quousque scilicet luctata adhuc Ecclesia est, cum Imperatoribus Regibusque Germanicis, pro Ecclesiastica libertate & puritate tuenda, contra nefarium Simoniacorum & Concubinariorum Presbyterorum hæresim, tunc primum abolitam, quando, excusso laicorum secularium jugo, Ecclesia cœpit Electiones habere tam liberas, ut faciendo Pontifici solæ illæ sufficerent; cum antea opus esset eas a Principe cognosci & confirmari; excepto solo casu urgentis necessitatis, qui Electores coegerit, nutu Principis non expectato, Electum suum ordinare. Sic ergo plene tunc emancipata Ecclesia.* Pontificem *ex ipso habere se credidit, quo habebat* Electum*, quantumcumque Ordinatio ejus fortassis differebatur: & sic hodieque perseverat usus Pontificatuum spatia metiendi a die Electionis, quæ antea solum censebantur cum die Ordinationis seu Coronationis inchoari: prout ad initium alterius istius, jam tertiæ Partis pluribus explicabitur.*

Pars 2. perducitur ad Pontificia ordinationis liberatem Ecclesiæ acquisitam.

XCIII. S. ZACHARIAS.

Ab an. 741. ad 752. an. 10. m. 3. d. 14

ZACHARIAS, natione Græcus, ex patre Polychronio, ordinatus tempore Constantini Copronymi & Leonis filii ejus anno DCCXLI. die XVIIII. Novembris in Dominica, C sedit annos X. menses III. dies XIIII. defunctus anno Bissextili DCCLII. Indictione V. die III. Martii; sepultus in Basilica S. Petri XV. ejusdem mensis, quando etiam colitur: & cessavit Episcopatus dies XV. F

Ratio temporis.

DIes XIV. *Pontificatui habent pleraque Anastasii exemplaria, quæ sequi malumus, quam ubi dies* XX. *vel nulli habentur. Pro diebus autem Interpontificii, mortem* Zachariæ *secutis, qui passim* XII. *numerantur, scribo* XV. *quia sic commodissime ducor ad sequentem* Pontificatum, *& facillime convertuntur* II. *ac* V.

Baronii calculus.

2 Baronius, *octavo die ab obitu Gregorii III. ordinatum* Zachariam *existimans, adeoque in ejus calculo die* VI. *Decembris, cum eodem quem nos designamus annorum ac mensium, sed dierum dumtaxat* X. *numero, pervenit usque ad* XV. *Martii, quem nos tenemus non mortualem, sed sepulcralem diem (uti ab Anastasio appellatur) fuisse.*

Discrimen Bonifacii et S. Bonifacium

3 *Extant hujus Pontificis indubitabiles sinceræ & integræ epistolæ plures ad S. Bonifacium Moguntinensem Episcopum, ex quarum stylo optime quis judicabit, solitum fuisse, ejus ad quem scribebat nomini nomen suum postponere, tempus autem datæ epistolæ uno eodemque modo signare, hoc videlicet:* Reverentissimo & sanctissimo Fratri Bonifacio Coepiscopo Zacharias servus servorum Dei...... Data Kal. Aprilis, imperante Domino piissimo Augusto Constantino a Deo coronato magno Imperatore anno XXIV. Imperii ejus anno II. Indictione XI. *uti legitur sub Epistola* I. *& sic consequenter sub aliis pro ratione datæ. Paucæ quædam, in quibus præponitur nomen, plerumque etiam mutilæ sunt in formula datæ, aut ea carent, ut appareat collectores vel transcriptores suo istic libitu variasse aliquid, neque ex talibus credibile sit variasse aliquando* Zachariam, *& nomen suum primo loco posuisse. Hoc tamen fit in duplici Bulla, quæ sub ejus nomine habetur in Bullario Casinensi,* Omnibus Ecclesiæ Catholicæ filiis, *&* Omnibus in Christi sanguine redemptis: *subnotantur autem ambæ modo sane prorsus insolito sic:* Scriptum per manus Leonis Notarii Regionarii atque scriniarii S. R. E. in mense Februarii, per indictionem subscriptam X. *&* mense Januario per Indictionem subscriptam I. *Quantamcumque igitur vetustatem præ se ferant quæ in Casinensi Archivo monstrantur originalia, ægre fidem faciunt eorum, quæ istic asseruntur, historiam Casinensem spectantia, de Dedicatione ecclesiæ per ipsummet Pontificem facta, inspectis corporibus SS. Benedicti & Scholasticæ, ac fe-*

& bullarii Casinensis.

A fiivitatibus earumdem aliorumque ibi tunc institutis. Mirum est autem quomodo Angelus de Nuce asserat, primum Privilegium datum esse Aquini, cum id in ipso non legatur: qui autem legerit Vitam Zochariæ apud Anastasium primaque ejus acta per x. & xi. Indictionem, & eredet quod ordinatus sit XXII. Februarii ejusdem Indictionis x. multo magis laborabit ut eredat, statim a sua Ordinatione excurrisse in Campaniam, & ante finem mensis ea egisse quorum Bulla meminit, quandoqui in Piceno, Umbria & Tuscia tantum negotii fuit cum Rege Longobardorum ejusque Ducibus, in ipsis sui Pontificatus initiis prosequenti ea quæ fuerat ante Electionem exorsus, momentis longe gravissimi omnia, pro recuperatione tot oppidorum, Ecclesiæ Romanæ ereptorum.

Eidem perperam adscripta Canonizatio S. Kiliani & sociorū

4 Lucas Castellinus, in opere de certitudine gloriæ Sanctorum Canonizatorum, dat unus sub finem Catalogum eorumdem, Præludio 3. Ritum solennis Canonizationis, quo, licet aucto utitur Ecclesia Romana, non contentus ex vulgato errore plurium, recipientium pro vera epistolam adscriptam S. Luidgero de Canonizatione S. Suiberti, hanc imputasse Leoni III. multo etiam antiquiorem illum conatur ostendere. Quia, inquit, S. Burcardua Herbipolensis Episcopus, qui sedere cœpit anno DCCL. anno sequenti impetravit a Summo
B Pontifice Zacharia eanonizationem B. Kiliani Episcopi, & Colomani Presbyteri, & Totuani Diaeoni; qui pro justitia sanguinem feliciter fuderunt anno DCLXXXIIII. Sed in libris de Vita S. Burchardi quot allegat, nulla Canonizationis alicujus petitæ aut impetratæ fit mentio; solum dicitur Pontifex, locum sepulturæ eorum, quem intellexerat continuis coruscare miraculis, dignum censuisse quem Episcopali dignitate ornaret. Qualis autem & a quibus sit facta eorumdem Canonizatio indicant in Epitaphio eorum hi versus, rudi minerva sic descripti:

Septingenteno quinquagesimoque secundo
A Bonifacio, Burkardo consociato,
Hi sunt sublati, rite quoque canonizati.

Ita auctor sæculi XIII. aut XIV. usitata quidem ævo suo phrasi eanonizatos dicit, sed non ab aliis quam a sanctis duobus Episcopis Bonifacio Moguntino & Burchardo Wirtzeburgensi, idque per elevationem corporis de tumulo, ad quam opus tunc fuisse licentia Romani Pontificis gratis præsumeretur: nec alia ejus temporis Canonizatio fuit, imo neque sequentis etiam post annum millesimum, quanda tamen jam inceperat Sedes Apo-
C stolica pro talibus consuli, ut infra videbimus.

... ati & canonizatio S. Trudperti Stephano 2.

5 Nihilo plus facere ad intentum Castellini potest prætensa Canonizatio Trudperti Martyris, ex familia S. Ruperti Episcopi Ratisponensis, accepta ex hujus historia apud Canisium, tamquam facta anno DCCLXX. a Stephano Papa III. qui Baronio dicitur IV. Quam enim fabulosa tota ea historia sit, & indigna in aliquam considerationem venire, ostendi ad XXVII. Martii, inter prima mea hujus studii conamina, sub nomine Bollandi laudata a D. Phœbeo Tharsensi Archiepiscopo, in quodam tractatu Ms. cujus pars transcribitur post Acta Canonizationis SS. Petri de Alcantara & Mariæ Magdalenæ de Pazzis Romæ edita pag. 337. Qui tamen D. Phœbeus, nostra auctoritate Castellinum refutans, ejusque Catalogum (revera plurimis erroribus plenum) haud magni faciens, recepit Canonizationem S. Suiberti prænotatam, quasi etiam hanc non refutasset Bollandus, in eodem Martio ad S. Swiberti vitam die XXVI. §. 7. & 8. prævii Commentarii; vere ab ipso elaborati. Excusabilior hic fuit summus Bollandi æstimator Alexander VII. qui pro Canonizatione S. Thomæ de Villa-nova, a se facienda anno MDCLVIII. (utique decennio citius quam mensis iste, Bollando ipsoque jam mortuis, Clementi IX. dedicatus publicaretur) perorans in Consistorio semipublico ad Cardinales & Epi-

Et S. Swiberti: Leoni 3.

scopos, asseruit (sicut idem Phœbeus testatur p. 340.) D
Primam Canonizationem majori cum solennitate peractam fuisse a Leone III. instantibus Carolo Magno & Hildebaldo Archiepiscopo Coloniensi, salutis anno DCCCIIII. præviis Missarum solennis per præfatum Archiepiscopum peractis, ac narratione eorum quæ de vita & miraculis beati Swiberti coram expressa fuerant, pronuntiatione Pontificis, & subsecutis cantu Hymni Te Deum laudamus, & elatione corporis Canonizati. Equidem nihil dubito, quin si Epistolam, unde hæc sumpta apud alios invenerat sapientissimus Pontifex, ipse postea legere potuisset ut est a Bollando, examinata, optavisset ista numquam a se dicta; haud tamen credidisset, refutatione ista quidquam detractum suæ Pontificiæ auctoritati: neque enim hac uti se putabat, cum ea argumenta pure historica ea protulit, quæ plurimi ante ipsum alii in tali occasione.

6 Commentario huic adde ex Anastasio rem, Acta Sanctorum spectantem, & XXIII. Aprilis, ubi de antiquo S. Georgii Mart. cultu agitur, prætermissam. Magnum, inquit ille, thesaurum Deus noster in hac Romana Urbe per eumdem almificum Pontificem propalare dignatus est. In venerabili itaque Patriarchio sacratissimum beati Georgii Martyris idem sanctissimus Papa in capsa reconditum reperit caput, in quo & pittacium pariter invenit litteris exaratum Græcis, E
ipsum esse significans. Qui sanctissimus Papa omnino satisfactus, ilico aggregato Romanæ Urbis populo, cum hymnis & canticis spiritualibus in venerabilem Diaconiam ejus nominis, sitam in hac Romana civitate, regione secunda, Ad velum aureum dictam, deduci fecit: ubi immensa miracula & beneficia omnipotens Deus, ad laudem sui nominis per eumdem sanctissimum Martyrem operari dignatur.

DISSERTATIO XXVI.

De Titulo Regio apud Francos, Zachariæ auctoritate translato a prima ad secundam Stirpem; deque hujus initiis, illius extremis, magna sub incertitudine traditis.

Est apud nos Antverpiæ Codex in folio MS. per quam vetustus, grandis ac venusti pro tempore characteris, continens S. Gregorii Turonensis librum de Gloria Confessorum: cujus Codicis ultimis paginis attexitur librarii Attestatio, de Anno ab Incarnatione Domini septingentesimo sexagesimo septimo; quo, vel idem illud volumen est scriptum; vel saltem quo vetustius aliud originale sub ejusmodi attestatione est exaratum unde codex noster, sæculo non integre post est descriptus. Primum nobis, ita tum judicantibus librumque ostendentibus, credidit Mabilio; dubitaturus fortassis, si majori cum otio singula adjuncta potuisset considerare. Secundum, nunc existimo verisimilius, suadentibus id tum librariis quibusdam mendis, primo Auctori, quantumvis rudi, ægre imputabilibus; tum libri mole, tum ejusdem Attestationis extensione in paginas duas fere integras, & neque ac liber est magnas; nam ipsa se dicat, in novissima libelli paginula exaratam. Tenorem & contextum integrum dedi ante Tomum 3. Martii, in fine Exegeseos præliminaris 2. ad comprobandam Epocham regnantis apud Francos Pippini, sumendam ab anno DCLI. non autem ab anno DCLIV. quando, non ipse solus, ut tunc, sed & filii ejus Carolus & Carolomanus, per manus sanctæ recordationis viri beatissimi Domni Stephani Papæ, una cum prædicto patre Domno viro gloriosissimo Pippino Rege, sacro Chrismate in, Reges Dei providentia & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli intercessionibus, consecrati sunt. Nihilominus ejusdem Atte-

In codice antiquo,

ex originali anno 767.

A *Attestationis initium, nonnullamque progressus partem, necessarium censeo hic retexere, propter eos, qui nuper rem ipsam ceperunt, ut fabulosam, rejicere. Sic ergo incipit.*

habetur Attestatio,

a Si nosse via, lector, quibus hic libellus temporibus videatur esse conscriptus, & ad sacrorum Martyrum pretiosam editum laudem (*Auctor haud dubie editus, scripsit*) invenies anno ab Incarnatione Domini septingentesimo sexagesimo septimo, temporibus felicissimi atque tranquillissimi Pippini, Regis Francorum atque Patricii Romanorum filii beatæ memoriæ Caroli quondam Principis (*adeo tunc nemini adhuc inciderat cogitatio de æterna Martelli damnatione, S. Eucherio sub an. DXLII. revelata, quam seculo IX. primum audiri ceptam, & absque veri specie confictam demonstravit Henschenius, ad illius Sancti Episcopi Vitam XX. Februarii*) anno felicissimi regni ejus (*Pippini*) in Dei nomine sexto decimo, indictione quinta (*convenit ea cum anno Christi prænotato DCCLXVII*) & filiorum ejus eorumdemque Regum Francorum, Caroli & Carolomanni, qui per manus Stephani Papæ... *ut supra*, consecrati sunt, anno tertio decimo. *Rationem porro reddere volens Scriptor, cur Patris Filiorumque, anno uno per Stephanum Papam consecratorum, diversimode numeret annos; sic* B *prosequitur suum istud rei tam notabilis memoriale.* Nam & ipse prædictus florentissimus Domnus Pippinus, Rex pius, per auctoritatem & imperium sanctæ recordationis Domni Zachariæ Papæ, & unctionem sancti Chrismatis, per manus beatorum Sacerdotum Galliarum, & electionem omnium Francorum, tribus annis antea, in regni solio sublimatus est. Postea per manus ejusdem quemque Stephani (*Auctor, ejusdem quoque scripserit*) de uno (*vides, die uno legendum*) in beatorum prædictorum Martyrum, Dionysii, Rustici, & Eleutherii ecclesia, ubi & venerabilis vir Folradus Archipresbyter & Abbas præesse cognoscitur, (*eo anno scilicet DCCLVII. uti ad ejus Vitam XVII. Februarii est demonstratum*) in Regem & Patricium, una cum prædictis filiis Carolo & Carolomanno, in nomine sanctæ Trinitatis, unctus & benedictus est. *Denique, post quædam de benedictione Bertradæ Reginæ inferius danda, sic concludit Auctor,* Hæc ideo caritati vestræ breviter, in novissima paginula libelli inseruimus hujus, ut per succedentium temporum & vulgi relationem propago in ævo valeat cognoscere posterorum.

quod annis ab in de sedecim,

jussu Zachariæ sit unctus Pippinus.

3 *Quod hæc in nostra Dagobertina Exegesi non quæsiverit Natalis Alexander, texens Dissertationem suam* C *2. ad selecta Capita Historiæ Ecclesiasticæ seculi VIII. haud equidem miror; satis demonstrationum ex Carolo le Cointe, omnia (ut videbatur) scrutato, habere se credidit, ad istud de Zacharia punctum habendum fictionis suspectum; neque suspicari debuit, tale quid loco tali inveniendum apud nos, quod non invenerat XV. Martii, ubi fuerant Zachariæ Papæ Acta deducta, eaque ipsa res narrata sicut habetur apud alios, quos ipse ut ætate posteriores contemnit. Sed quod ipse Carolus, in Henschenianо opere perquam diligenter versatus, ex eoque multa in rem suam jactans trahere, tacito licet Auctore nisi cum refutare eum intendit; quod, inquam, ipse Carolus, vel non legerit Exegesim illam, ipso titulo præferentem id, quod ille totis duobus tomis Annalium suorum, quarto nempe ac quinto, erat tractaturus; vel lectam locum dissimulare voluerit, ne ejus evidentia cogeretur mutare sententiam, perquam mirabile mihi accidit. Si enim lectum locum in medium adduxisset, numquam dicere potuisset, Annalistam Loyselianum, seculo IX. scribentem, fuisse primum qui Zachariæ, super illo negotio consulti, fecerit mentionem; idque perturbate satis, ac tempore non suo; quodque cum alii sint secuti, vulgitates fabulam, excusan-*

Excusandus qui eam non vidit Alexander,

non item Carolus le Cointe, qui vidisse debuit.

do Pippino haud importunam, circumstantiis variis minusque vero congruis. Nolo ego illorum, qui post annum DCCC. diversimode factum unum idemque narrarunt usque modo, vel conciliare testimonia, vel excusare errores: teneo quod San-Dionysianus Monachus scribit actum coram oculis suis, & quidem annis non nisi sedecim post rem gestam. D

4 *Quo autem argumento putat Carolus se probare, eum qui primus id scripsit, quicumque demum, purum putum scripsisse mendacium? Quia, inquit, idem Annalista Loyselianus, uti & Tilianus, scribit, quod* Pippinus secundum morem Francorum Electus est ad Regem, & elevatus a Francis (*super clypeum scilicet*) in regno suo in Suessionis civitate: *non erat autem moris Francorum a Romanis Pontificibus Reges petere vel accipere.* Deinde ex statu causæ & æquitate Zachariæ, *putat fieri non potuisse quod asseritur; maxime cum Zacharias, obierit eo ipso anno, quo Pippinus, dicitur elevatus. Sed obiit ex nostra Chronologia die XXI. Martii, anno quidem secundum hodiernum morem altero, secundum Francos tamen adhuc eodem DCCLXI. per cujus prægressam æstatem Pippinus dicitur elevatus. Elevatus autem seu proclamatus Rex, numquid potuit distulisse unctionem, ab Episcopis suscipiendam, usque dum legati pro elevationis talis approbatione Romam missi rediissent? itaque evectionem suam vulgo facere gratiorem atque etiam firmiorem, Pontificium consensum ostentando iis, qui forte pro Regum priorum stirpe moliri quidpiam, vel obloqui præsumerent novo regimini?* E

Frustra se allegat more Francorum evectum Pippinum,

cum is potuerit unctionem voluisse sine Papæ assensu.

5 *Non poterat, inquies, consentire Pontifex, cum tam manifesta injuria Regis, hereditario jure imperantis, nec ullo suo crimine meriti exauctorari. Crimina, quæ* Childerico, *Merovingorum ultimo, posteri scriptores imputarunt, equidem facile credidero aut nulla fuisse, aut supra veritatem exaggerata: quod autem potestas tota rerumque arbitrium penes Majores domus esset, id non tam ei ejusque decessoribus ad inertiam imputaverim, quam infelicitati adscripserim. Rebus tamen jam eo adductis, ut penes Reges solum nomen, penes Majores omnis esset auctoritas; quin potuit æquum videri bellicosæ & adhuc semibarbaræ nationi, ut penes quem Regia auctoritas erat, penes eumdem esset & dignitas? idque, Regno tot undique barbaris circumsepto, contra quos pugnando iidem Majores tam egregiam laudem fuerant consecuti, tantamque Principum ac Populorum gratiam? Non erat Francis novum, Regibus occisis aut in monasteria detrusis, substituere alios, ex eadem quidem Merovingica stirpe, sed non semper successionis jure proximos: ut liquet Gregorii Turonensis historiam legenti, plenam tragœdiarum & revolutionum Regiarum; quibus numquam vidimus se miscuisse Pontifices, aut de jure eorum quæsivisse quomodocumque regnantium. Quando autem recusarunt aut Constantinopolitani Patriarchæ coronare, aut Romani agnoscere eos Imperatores, quos fortuna qualitercumque dedit? Cur ergo debebat Zacharias cunctantius agere in favorem Principis, propriis patruisque meritis longe maximis suffulti, qui jam ceperat ac porro poterat Ecclesiam Romanam liberare a jugo Saracenorum & Longobardorum, nec non Græcorum, utrisque nihilo meliorum? Si provectioni Pippini nullus Episcoporum, nullus Abbatum, nullus denique eorum contradixit, qui doctrina & Sanctitate clari multi tunc habebantur in Gallia, & contradixisset Zacharias; frustra contradixisset, tam concordi totius Regni deliberatione, jam in opus deducta, & cui solum deerat unctionis sacræ complementum.* F

It autem potuit consensisse,

quem tota natio justum & necessarium judicabat,

una cum ipsis Sanctis Præsulibus,

6 *Si nequit excusari Zacharias, qui legationem excepit: quomodo excusabuntur Sancti,* Bonifacius *Episcopus &* Fulradus *Archicapellanus postea San-dionysianus Abbas? Hi sancti ea legatione dicuntur; & saltem* con-

quamque successor Stephanus eorum postus ratam habuit,

A *conjunctissimi antea ac postea* Pippino *fuerunt, partemque bonam habuisse in ejus evectione debuerunt, pro summa qua valebant auctoritate; eidem certe se non opposuerant. Quo modo excusabitur* S. Stephanus, *Zachariæ successor, qui non solum absens ratam habuit coronationem* Pippini; *sed ipsum denuo suis manibus præsens coronavit cum liberis? An etiam hic potuit ignorasse*, Childerico *in Monachum detonso factam injuriam, si qua facta credebatur? vel ipse* Childericus, *adeo sibi defuit, ut cognito Pontificis in Galliam adventu, ejus pro se æquitatem non appellaret?* Puer, *inquit le Cointe, erat*, vix quindenis. *Nos infra videbimus virum, & quidem cui filius jam tum fuerit tonsuræ Clericalis capax. Fallorque profecto, si non ille ipse persuasus fuerit, viso tanto Statuum omnium in* Pippinum *consensu, monasterium ingredi, cum iis quæ sibi ac filio promittebantur commodis, potius quam alieno arbitrio umbratile nomen Regis diutius gerere, audita præsertim Pontificia in favorem novæ electionis sententia; atque ita purificata sit electio facta contra jusjurandum, quo Principes se Childerico obstrinxerant: eo certe solutos declaravit Stephanus; qui (sicut Theophanes scribit)* Pippinum a perjurio in Regem admisso absolvit. *Durior hæc phrasis occasionem quidem præbet*

nihil contradicente Childerico:

B *sic arguendi: Si jure res acta credebatur, & quidem ex auctoritate atque imperio decessoris Pontificis, ut quid absolutio? Respondeo ad tollendum omnem, qui forte poterat residere, scrupulum: neque tam tam fuisse absolutionem nominandam, quam iteratam declarationem, quod* Pippinus, *sic electus, & a* Zacharia *confirmatus, ipso facto absolutus fuerit a juramento, quod antea* Childerico *fecerat. Miremur interim, phrasim unam Theophanis duriorem hic appendi ab iis, qui totam illius narrationem eo in loco explodunt, ut alienissimam a veritate, sicut revera est, sumptam ex vanissimis relationibus leviculorum hominum, existimantium, eo magis probandam exteris mutationem factam, quo pluribus probris priorum Regum fortunam onerassent.*

qui si tunc non erat senex,

7 *Quamdiu postea vixerit* Childericus *incertum est.* Senem *obiisse atque adeo Dagoberti Austrasii filium esse potuisse, aliquando credidimus Yperio, Bertinensi juxta S. Audomarum in Artesia Abbati, in quo monasterio ipso* Childericus *vixit & obiit. Sed potuit Yperius, ubi nostrum ecgraphum* Regem senem *habet*, Regem segnem *scripsisse. Non fuisse tamen omnino juvenem, quando exauctoratus est, putamus adhuc probari posse ex Centulensi Chronico, intra proximos* LXXX. *annos a Pippini coronatione scripto; ubi dicitur, quod ipsius* Childerici filius, nomine Theodoricus, in hoc *Centulensi* monasterio, Clericus effectus, collocatus fuit. *Hoc cursus aut ignoravit aut dissimulavit Carolus le Cointe, ut* Childericum *impune fingeret* adolescentulum annorum circiter quindecim, *pro eo quo est exauctoratus tempore. Nec vero poterat majorem facere, nepotem (ut credebat ipse) ultimi Dagoberti, anno* DCCXV. *mortui in prima pubertate, si non antea. Sed Dagoberto huic filium fuisse, aut esse potuisse, negat Henschenius; nepotem ex filio fuisse, negat Mabilio: uterque autem ipsa illa negatione ostendit, quam obscura fiat primæ Regiæ stirpis extrema; dum disputant, quis penultimo Regi* Theodorico, *quis ultimo* Childerico, *pater fuerit. Hoc igitur est quod tantisper cupio hac altera Dissertationis propositæ parte explicatum.*

vir tamen erat & filium habebat aptum Clericatui,

C

8 *Incipio ab ultimo Merovingicorum Regum* Childerico. *Hujus adhuc Regis Privilegium extat, Sithivensi (in quo postea privatus vixit) monasterio datum, quod Mabilio recitat lib. 6. de re diplom. num. 197. ubi et decessorem suum* Theodoricum, *non appellat* Genitorem (*ut passim in tali casu primæ stirpis Reges appellare solent patres suos) sed* Parentem, *id est*, D *in vulgata etiamnum acceptione*, Consanguineum. *Idem vero, in sua novissima Retractatione, instrumentum sibi visum indicat, ubi* Childericus *præfatus, ultimum* Dagobertum *nominat* Consobrinum: *quod si fuit, potuit quadragenario aut etiam quinquagenario major fuisse, cum est exauctoratus; adeoque & filium habuisse quem diximus.* Consobrini *autem fuerint* Dagobertus *&* Childericus, *si habuerunt communem vel Avum vel Proavum. Avum habere vix potuerunt: hic enim fuisset* Theodoricus III. *qui moriens anno* DCXCIII. *non nisi parvulos duos filios reliquit; quorum major natu* Chlodoveus III. *quinto post patrem anno obiit, ut summum tunc pubes, nec verosimiliter pater cujusquam: minor, fratri succedens, genuit adultiori ætate ultimum* Dagobertum. *Proavum si communem habuerunt iidem* Childericus *&* Dagobertus, *fuerit is* Chlodoveus II. *mortuus anno* DCLV. *cujus alter filius* Childericus II. *anno* DCLXXV. *occisus, filium reliquit* Chilpericum, *mortuo* Dagoberto, *consobrini sui* Childeberti *filio, factum anno* DCCXVI. *ex Clerico Regem pro quatuor annis; intra quos facile potuit genuisse filium; eumque, pro usitatissimo tunc more, ex sui patris nomine vocasse* Childericum, *eum scilicet cujus progeniem quærimus, quique ea* E *ratione fuerit quadragenarius, quando est exauctoratus; major autem quinquaginta quinque annis, si fuisset (quod non credimus) proxime Consobrinus* Dagoberti *ultimi, id est ex patruo illius natus. Hæc autem tota ratio procedit ex communi Francorum concepta, in successionis gradibus nullam feminarum rationem haberi volentium; quod tantisper cogimur tolerare, quamdiu contrarium non probatur ex vetustis scriptoribus: alias longe expeditius foret*, Dagoberti *ultimi avo* Theodorico, *dare filiam, ante filios natam, quæ* Dagoberto *isti* Consobrinum *proxime dictum genuerit*, Childericum. *Manet interim, ipsum ejus ex filio nepotem non fuisse, cujus se dicit* Consobrinum.

unde colligitur fuisse filius Chilperici II.

potius quam Theodorici.

9 *Quod autem* Childerici *decessorem* Theodoricum, *filium* Dagoberti *ultimi passim omnes faciunt, etiam Mabilio & le Cointe; esse potuisse, negat Henschenius, ut supra notavi; asseritque, omnino impuberem* Dagobertum *istum obiisse. Suadet hoc Annalium Metensium auctor, quando ait, quod mortuo* Theoderico II. *Dagoberti II. consobrino.* Chlodovæum filium ejus parvulum Pippinus ordinavit in Regem. *Factum id est anno* DCXCIII. *quando si parvulus erat* Chlodoveus, *& anno* DCXCVIII. *cum obiit adhuc impubes; magis etiam impuberem oportet fuisse juniorem ejus fratrum* Childebertum, *ultimi* Dagoberti *Patrem, puta octennem vel novennem, quando fratri successit: qui proinde anno* DCCXI. *moriens, viccnas non multo major, non potuit filium nisi parvulum reliquisse, & impotem liberorum ante annum* DCCXV. *quo extinctus est, procreandorum. Scio quod* Childebertus, *in gestis Francorum & quadam Genealogia Regia*, vir inclitus & Rex justus nominetur, *sed utrumque opusculum sublestæ fidei esse ac fabulis refertum, norunt etiam illi qui allegant: quæ vero narrantur bella gesta, dotata monasteria, fundatæ ecclesiæ, Regum quidem ipsorum nomina, sed nomina dumtaxat præferunt;* Pippino *ac filio ejus* Martello, *Majoribus domus omnia administrantibus, & Reges quos evexerant circumferentibus ad quidquid volebant.*

F

Hic vero non potuit fuisse filius Dagoberti ultimi

Ipsi se scribit ultimi Dagoberti Consobrinum,

10 *Contra istam tam teneram* Dagoberti *ultimi ætatem, ab Henschenio assertam, obtendit Mabilio Cenomanensium Episcoporum Regestum, a se luci datum in Analectis, & prima sui parte ad annum usque* DCCCXXII. *pertingens, ubi ipse* Theodoricus, *avum*

nec talis vero probatur ex Regesto Cenomanensi,

Chil-

A Childebertum, genitorem Dagobertum, *appellare invenitur. Sed quam exigua cum accuratione descriptum sit Regestum istud, res ipsa loquitur. Nam in subsequentibus ibidem Diplomatibus agnoscis Mabilio,* Childericum *pro* Chilperico *scribi, errore non facile ejiciendo in originalis scriptura obscuritatem, cum littera* d *&* p, *ductu omnino in contrarium linea, non facile commutentur. Istud vero quod primo præcipueque allegatur, nullam initio constructionem habet, dum sic incipit:* Fidelis Deo ..... Herlemundus Episcopus, illuster vir Charivius .... nobis suggessit, eo quod antecessores sui ab anteriores Reges, parentibus nostris ...... taliter per eorum præceptionem concessissent. *Cum ergo in dicto Cenomanensi registro legitur.* Parentibus nostris, hoc est avo nostro Childeberto & genitore nostro Dagoberto, seu & parente nostro Chilperico quondam Rege; *censeo interpolatricis manus additamenta esse hæc verba,* Avo nostro, *&,* Ge-

manifeste corrupto;

B nitore nostro; *nec aliter* Childebertum *&* Dagobertum *appellari a Theoderico* Parentes, *quam quomodo etiam* Parens *dicitur* Chilpericus, *id est,* Consanguineus; *& quidem in gradu satis remoto, ut facile non fuerit propinquius nomen invenire in linea transversali; nam in recta linea dixisset* Progenitores *aut* Majores.

non item filius Theoderici II.

11 *Nihilo certior fides haberi potest aliis Sithiviensis monasterii tabulis, ex quarum ultimus* Theodoricus *credi deberet filius* Theodorici II *& frater* Childeberti, *atque adeo ultimi* Dagoberti *patruus. Siquidem ibidem* Theodoricus *scribit* Avunculos *suos,* Clothocharium *&* Childericum, *fratres Theoderici, ex cujus filio natus est* Dagobertus. *Sed quid agas? quando ibidem invenis,* Avos Theodoricum & Childebertum, *qui ista in linea & ætate S. Bertini, cui donasse aliquid debuissent, nulli fuerunt? Quando item vides* proavum *censeri* Chlodoveum, *qui solum fuisset dicendus* Avus, *& tritavum* Theodoricum, *qui rursus ista in serie nullus est: sed neque in collaterali Austrasiorum Regum ullus, qui fuerit, quod fuisse debuisset, S. Bertino coævus? Labente autem fide tabularum istarum; ecquid obsecro causa superest, ob quam dici nequeat,* Dagoberti II. *sive Austrasii filium, uti Henschenius censuit, fuisse ultimum* Theodoricum *istum? Hunc, occiso ejus patre occupatoque regno, in Neustriam abduxerit* Theodoricus II. *suum forte ex fonte baptismali filiolum, ideoque eodem nomine dictum, & in Calensi*

potuit autem fuisse filius Dagoberti Austrasii.

C *monasterio alendum collocaverit; unde ipsum acceperit* Martellus, *Regio vestiendum nomine, eo libentius, quod familia sua sub Austrasiis Regibus, perque eorum indulgentiam, venisset ad illud supremæ potentiæ culmen, in quo posset quos vellet ad thronum Regium promovere. Alium certe a* Dagoberto *Austrasio vix invenies, cujus filium fuisse commode dixeris* Theodoricum *illum; nisi forte* Childerico II. *alius, præter* Chilpericum II. *superstes filius fuerit, æque ut hic attonsus in Clericum: & hic suffectus fratri suo, ejusdem sui fratris filium postea nactus sit successorem. Atque hæc satis indicant, quam nihil nisi per conjecturam haberi de ultimis primæ Stirpis Regibus possit, pro eo tempore, quo penes Majores-domus tota fere potestas fuit; penes Merovingicos, sola Regis nominis umbra: negligentius agentibus scriptoribus antiquis, circa illos, quos adeo parum potuisse sciebant.*

aut Childerici II. ex filio anonymo nepos.

12 *Sed quam his noxia fuit antiquorum negligentia, tam pene nimia recentiorum diligentia obfuit secundæ Stirpis Regibus, dum unusquis satagit eam evehere, ad quantam posset concipere vetustatem.* Pippino *Regi patrem fuisse* Carolum Martellum; *avum,* Pippinum, Herstallium *vulgo a commorationis frequentioris aut nativitatis loco dictum, nemo ignorat. Huic matrem obtigisse* S. Beggam, B. Pippini, *senioris filiam; patrem* Ansigilum, S. Arnulfi *Metensis postea Episcopi filium, æque in comperto est. Superiora omnia meræ*

Secunda Stirps, quæ fertur a S. Arnulfo descendere,

tenebræ, tantaque in ducenda sursum prosapia diversitas scriptorum, ut appareat nihil solidi habuisse quod posteris traderent, nec nisi meras conjecturas; quibus tamen inter se combinatis, emersit tandem systema novissimum nostri Hadriani Jordani; tale, in quo declarari videantur omnia, quibus systemata anteriora alia obvolvuntur, incommoda. D

13 *Sanctus ergo* Arnulfus, *quem dixi, quique solus ad summam claritatem generis sufficere potuisset, utpote* Francorum prosapia ortus, altis sane & claris parentibus, *sicut narratur in Vita; patrem habuisse dicitur* Arnoaldum, *& hic prætenditur filius fuisse* Ansberti *atque* Blithildis, *natæ* Chlotario I. Clodovæi *Magni filio juniore, & totius postea stirpis Regiæ propagatore. Nempe* Arnoaldi *fratres fuisse dicitur* S. Ferreolus, *Uceticensis Episcopus;* hujus *autem genitor* Ansbertus accepit filiam Clotharii Regis Francorum vocabulo Blitild, *uti habetur in ejus Vita. Similiter de* S. Aigulfo *Metensi Episcopo dicit Paulus Diaconus, quod* patre ex nobili Senatorum familia & ex Clodovei Regis filia procreatus fertur. *Quo autem patre? Nominatur is, inquiunt, in Vita* S. Firmini, *Uceticensis Episcopi, fratris S. Aygulfi, dicentis,* Pater meus Ferreolus vocatur. *Sic ergo fratres ex uno eodemque patre* Ferreolo *ponuntur, utinam & probentur!* Ansbertus, *S. Arnulfi avus, sanctique Episcopi* Aigulfus *&* Firminus; *sed bien filia Clodovæi, illo (ne* Ferreolus *iste dicatur consobrinam sibi copulasse matrimonio) ex alia uxore, Senatorii generis muliere,* Ætheria *dicta, quam alii perperam vocaverint filiam* Clodovæi. *Subsistentibus autem in* Ferreolo *istius genealogiæ auctoribus primis, satisque habentibus, quod ejus filium* Ansbertum, *per suas cum* Blithilde *nuptias, familiæ Regiæ innexuissent, ipsumque interim* Ferreolum, *Senatorio veterum Gallorum generi relinquentibus, non acquiescit Jordanus, quoniam* S. Arnulfus Francorum prosapia ortus *dicitur, Paulumque Diaconum de patre* Aygulfi *loquentem sic intelligit, ut Senatoriam familiam jam dicto patri adscribi dicat ex parte matris, licet* Francus *fuerit ex parte patris, scilicet* Sigimeris, *Sidonio Apollinari nominati* Regii juvenis, *quem constat generum fuisse alicujus Præfecti Prætoris Galliarum: atque ita totam temporis mensuram implet, quod ab ætate Sidonii Apollinaris usque* Clotharium *patrem* Blithildis *fluxit. Ipsum vero* Sigimerem *facit filium* Clodionis, *ante* Merovæum *Francorum Regis, cui proinde justius quam* Merovæo *Regnum debebatur: quod dissimulatum voleat Gregorius Turonensis, alium de* Sigimere *tacuerit.* E F

a Jordano nostro sic deducitur ex Ferreolo S. Arnulphi proavo,

in Ferreolus ipse dicatur

fuisse filius Sigimeris Principis nepos Clodionis R. & Ferreoli Tonantii Galliarum Præfecti.

14 *Volupe fuerit singula deducta, & quatenus fieri potest probata, legere in prælaudatis Jordani Dissertatione critica, circa originem Domus Regiæ; ubi nonnihil etiam causæ invenis, cur* Sigimerem *velit* Francum *potius credi, quam Burgundionem vel Gothum;* Præfectum *quoque* Galliarum, *cujus is filiam duxit, fuisse eumdem, qui alibi sæpius nominatur a Sidonio* Tonantius Ferreolus, *a quo* Ferreoli *nomen fluxerit ad nepotem,* Ansberti *patrem. Sed hæc omnia ut esse sic potuerint, ita solis sunt conjecturis coagmentata, quarum si vel una deficiat a veritate (quis autem spondebit deficere nullam?) tota illa concatenatio tam speciosa deficiet; semperque manebit justa formido, ne universa* S. Arnulphi *Genealogia gratis conficta sit, quia credebatur Senatorio veterum Gallorum Regioq; Francorum sanguine procreatus, parentum nominibus oblivione sepultis. Inventus certe fuit alius, qui, assumpta persona Joannis Episcopi Trajectensis, ipsique* S. Arnulpho *coævi, aliam omnino* S. Arnulphi *Genealogiam proponeret, Vitam* S. Gondulfi, *Trajectensis ante Joannem Episcopi, sic exordiens:* S. Gondulfus, filius deplorati Munderici, quem Theodoricus Rex necari jussit, fuit magnus in Austria, sed major & no-

Huic, fabula verosimile systemati.

oppositum aliud, faciens S. Arnulfum filium Bodogisi,

opatum Munderici, nati ex Childerico,

A nobilior coram Domino, cujus mandata servavit. Ille nutritus cum Bodegisilo Duce fratre suo in palatio Regis Chlotharii, ita hominibus & Deo placuit, ut ab omnibus laudaretur vir sanctus. Cum polleret honoribus Theodeberti Regis, dixit in senectute sua Arnulfo, filio Bodegisili Ducis: Audi me, nepos carissime, judicium inchoatum Domini, qui Mundericum perimi gladio permisit, filium Childerici parricidæ: oremus ut Christus avertat capita nostra a ventura ira: dixit enim Omnipotens, Visitabo iniquitates vestras usque ad tertiam & quartam generationem. Hæc cogitans, relicto seculo, vitam monasticam amplexus est: & post migrationem Monulfi, cum attigisset ætatis annum septuagesimum sextum, ab universis civibus urbis Tungrensis electus, consecratur Episcopus.

15 *Quomodo hæc fuerint a Chapeavillo inserta historiæ Episcoporum Tungrensium, Trajectensium & Leodiensium; ac deinde revulsa, non solum ab impressis exemplaribus, sed etiam ab originali membraneo Codice Leodiensis Ecclesiæ, qua deinde via acceperim illius membranæ, sic revulsæ & adhuc Divione servatæ, negraphum; nihil attinet fusius explicare. Satis sit dicere, ipsum, a me Parisiis communicatum cum Duce Spernonio, in studium illustrandæ originis Regiæ tum vel maxime intento, magnum ibi motum fecisse inter Eruditos, omni fide dignum testimonium asserentibus unis, negantibus aliis; postquam vir iste, non minus*

modò Dux Spernonius eum adducit ad Meroveum Regem Franc.

B *doctrina quam nobilitate conspicuus, hujusmodi Genealogiam* S. Arnulphi *in notitiam plurium adduxit:* Merovæus, Francorum Monarcha, genuit Sigebertum Regem Ripuariorum Francorum, *quorum Regia Coloniæ Agrippinæ fuit;* & Childericum Saliorum, *qui Dispargi in Taxandria Regiam habebat, atque ultra Tornacum ditione prolata, Francicæ in Gallia Monarchiæ fundamenta jecit. Istud autem de duobus* Merovæi *filiis confirmatur ex Prisco Rhetore, affirmante, quod Francorum Regis primogenitus defecerit ad Regem Hunnorum Attilam. Hoc autem cum de* Childerico *intelligi nequeat, intelligendum videtur de* Sigeberto. *Porro* Sigebertus *iste, a pedis vitio dictus* Claudus, filium habuit Childericum; *a quo, instigante Chlodovæo, eodem inde utriusque Francicæ nationis rapientissimo, interemptus est, teste Gregorio Turonensi l. 2. c.* 40. Childericus *patricida,* genuit Mundericum, Mundericus Bodegisilum Ducem & S. Gondulfum Episcopum, Bodegisilus Arnulfum, avum Pippini Herstallii, ex quo Carolus Martellus: ex Carolo Pippinus Rex, pater Caroli Magni. *Huic sic deductæ Genealogiæ adstipulatur alia, adjuncta vitæ Caroli Magni, per Eginhardum descriptæ, quæ sic incipit:* Buotgisus, illuster vir, genuit Arnulfum, sanctissimum virum, Episcopum urbis Metensium.

& quidem ex ejus primogenito Sigeberto Ripuariorum Rege.

C

16 *Hoc Systema, collatum cum priori, ostendit eo collimare Francorum nunc temporis studium, ut secundæ Stirpis Reges eodem aut majori jure regnasse credantur, quo Reges primæ Stirpis, ex hypothesi quod illa tota cum* Childerico Segni, *& si quem habuit filio, defecerit. Gratulor Iordano nostro, quod Systema suum sic potuerit expolire, ut nihil eorum in ipso superfit, quæ Cantarello Fabro aliisque eruditis stomachum moverant, ut* Ansberti Blithildisque matrimonium *fabulosum reputarent. Gratulabor etiam Spernonio Duci, si suum quoque systema possit expedire ab omnibus quas Iordanus objecit difficultatibus. Verumtamen, sicut ingenue fateor, eas quæ a Iordano allegantur* SS. Ferreoli, Aygulfi, Firmini, *atque* Arnulfi *Vitas, non esse tam exploratæ antiquitatis sinceritatisque, quam Genealogiæ in iis fundatæ certitudo firmanda requirit: ita agnosco, Vitam* S. Gundulfi, *etiam absque illo controverso principio, totam mihi esse de suppositione suspectam, nec ullo modo posse ad S. Ioannis ætatem, cui affingitur, aspirare. De illis Vitis agendum mihi aut successoribus*

Verum sicut prius systema nititur Vitis Sanctorū haud valde certis,

ita posterius Vita S. Gundulfi Ep. Trajectl.

meis suo tempore erit: de Vita S. Gondulfi, *non possum non anticipare judicium, quandoquidem tota super illam disputatio versatur circa fragmentum istud, quod Duci Spernonio communicavi.* D

17 *De illo ut mecum judicet Lector, prosequatur obsecro contextum reliquum, ut apud Chapeavillum est, ex graphe nostræ membranæ veteris consentientem in omnibus. Dico* prosequatur, *omisso quod Chapeavillus aliunde accepit principio novo: hoc enim est Ægidii Aureævallis: qui sicut anno* MCCXL. *floruit, & Harigeri Leodiensis librum pluribus capitibus additis supplevit, in quibus est etiam illud de Vita S. Gondulfi; ita hunc potuit dicere ortundum* ex primis Lotharingiæ, *sic dictæ suo tempore, quæ ætate ipsius Sancti dicebatur* Austrasia, *vel etiam (ut est in veteri membrana)* Austria. *Omissis ergo duodecim primis apud Chapeavillum lineis (quæ sunt Ægidii jam nominati) prosequatur Lector post hæc verba,* electus consecratur Episcopus: *& inveniet ibi dici, quod* contigit die quadam S. Gondulfum juxta civitatem Tungrensem iter habere: & accedens propius, altitudinem ejus & latitudinem, quotidianosque maris accessus, aliaque multa quæ nusquam alibi erant in terra, miratur: præponit eam Babyloniæ, præponit & Romæ, nihil hujus æstimat simile & in urbibus Asiæ. Inter hæc habuit obvium quemdam senem, a quo dum sibi peteret ostendi, quæ fuissent Ecclesiarum ædificia, quæ Regum palatia E . . . . is apprehendens manum ejus duxit eum per omnia loca ædificiorum, ostendens ei palatium, quod in honorem Octaviani Cæsaris constructum erat, a quo & ipsa civitas dicta est Octavia . . . . *Deinde additur, quod, cum sanctus Præsul restaurari Urbem, a barbaris funditus eversam, jussisset;* recordatus Dominus malorum quæ fecerat urbs illa, & dilecti sui Servatii zelans injuriam, subito rediit ad vindictam: luporumque gravissimorum immissa multitudine, in præsentia sancti Pontificis, civitatis perfidæ jussit devorari colonos: quod constructum fuerat ultrix flamma consumpsit, cetera fulgur comminuit: terræ motus etiam, cœlitus immissus, pergama multa subruit, adeo frequens & insolens, ut ipse Pontifex mortem evadere desperaret. *Paucis deinque de morte S. Gondulfi adjectis, tota narratio concluditur verbis scriptis in persona S. Ioannis Episcopi, mediante S. Perpetuo, S. Gondulfum secuti,* Vitam & acta habes, carissime Præsul, sanctissimi patrui tui &c.

in iis quæ de situ & excidio urbis Tungrensis narrat.

18 *Inducitur ergo Auctor, tam propinquus loco ac tempore, nihil habuisse aliud quod de* S. Gondulfo *scriberet, præter Genealogiam conversioni intextam, & frustra tentatam restaurationem* Tungrorum; *atque in hoc fere unico suscepto narrationis argumento versatur ille, quasi conductus ad insultandum urbis eversæ ruinis, per exaggeratam prioris status fortunam, in utroque supra omnem veri speciem mentiens. Plebejas prorsus fabellas ista sapiunt de* Tungrorum *ante Iulium Cæsarem Regibus, de Oceani usque ad muros effluxu, deque Octaviano Augusto conditore, nullum ex Romana historia fundamentum habentia. Quisquis regionum nostrarum situm novit, & quomodo per amplissima Scaldis Mosæque æstuaria marini æstus accessus recessusque iis se inferant, sed vix sensibiles ultra Mechliniam Brabantiæ, & Gorcomium Hollandiæ civitates; nentiquam credet, ullo unquam tempore factum, ut illi* Tungros *usque penetraverint per exiguum Iecoræ fluvioli alveum, post emensum* sex. *leucarum spatium, inferentis se in Mosam juxta Trajectum, unde usq; Gorcomium, ubi desinit æstus marinos sentire Mosa, plusquam* LX. *leucarum navigatio est. Nec aliquis suspicetur, quia nonnulla indicia habentur maris, aliquando toti Brabantiæ Hollandiæq; superfusi, tale quid esse potuisse ad usque nota nobis historiæ tempora, aut etiam seculo* VI. *quibus* SS. Arnulphus Gondulfusque *vixere: nam indicia ista ad tempus Ante-*

prorsus fabulosa. F

& S. Arnulfi consanguineo Ioanni Ep. inepte adscripta.

 T *Noeti-*

A Noctiacum spectare credibilius est: & saltem, ex quo Romani Francique nominari in nostris regionibus coeperunt, eum fere situm omnia tenebant, quem nunc; praesertim in proxima Tungris Taxandria, nunc Campinia dicta, quae est alta ac fabulosa regio, & Francorum Rhenum ac Mosam transgressorum prima sedes fuit sub Juliano Imperatore. Noti sunt ex Julii Caesaris ac Taciti Commentariis populi istic a Romanis inventi; D & qui horum imperium descripsere Geographi celebres, nusquam Octaviae meminerunt. Ut igitur praefata Geneologia Spernonis aliquid credibilitatis accipiat, oportebit eam aliunde probari, quam ex auctore tam manifeste mendaci.

STEPHANUS ELECTUS.

STEPHANUS Presbyter anno DCLII. die VI. Martii electus a cuncto populo, & in Patriarchium Lateranense immissus Feria II. post Dominicam II. Quadragesimae, ibi biduo mansit tertio autem postquam a suo surgeret somno, & sedens familiares causas disponeret, subito dum sederet alienatus obmutuit, & sequenti die defunctus est, Feria VI. id est X. Martii.

B HActenus Anastasius, Stephanum hunc, utpote numquam ordinatum, inter Pontifices non numerans; sicut nec alius quisquam ante Baronium Primus hic ceteros ejusdem nominis uno deinceps gradu submovit, & quem alii omnes appellant Secundum, ipse facit Tertium & sic consequenter. *Non computatur,* Moris quidem erat Electum statim a sua electione induci in possessionem Patriarchii, prout ex Vitis Stephani III. & Benedicti III. ab Anastasio descriptis liquet: sed quod is non prius esset aut vocaretur Pontifex quam ordinaretur, liquet ex electione Archipresbyteri Petri post mortem Ioannis V. quae sine dubio legitima fuit, quippe a E Clero praecipue pendens, utque per militarem tumultum irritabilis. *quia numquam fuit ordinatus;* Nusquam tamen ille inter Pontifices numeratur, quia scilicet numquam processum est ad ejus Ordinationem. Similiter nec ad Stephani Presbyteri Ordinationem processum esse ex Anastasio intelligitur; non debet igitur numerum Pontificum augere.

XCIV. STEPHANUS II.

Ab an. 752. ad 757. an. 5. d. 29. STEPHANUS, S. R. E. Diaconus, natione Romanus, ex patre Constantino, tempore Copronymi & Leonis, anno DCCLII. electus ante XV. Martii, ordinatus XVIIII. ejusdem, in Dominica IV. Quadragesimae, sedit annos V. dies XXVIIII. mortuus anno DCCLVII. die XVI. Aprilis; sepultus ad S. Petrum XXVI. ejusdem: & cessavit Episcopatus mensem I. dies V.

UNicus Freberianus Codex dies Pontificatus habet XXIX. aliis unum minus scribentibus: unicum tamen illum sequimur, quia opte ducit ad sequentis Pontificatus exordium, compositus cum altero Freberiano & Thuano Ms. mensem unum dies V. Interpon- C tificio assignantibus, ubi alii codices solum habent dies XXXII.

2 Baronius, qui Episcoporum cum die sepulturae *Baronii calculus.* XXVI. Aprilis terminans, nec plures quam nos annos ac dies numerans, supponit fuisse electum die XXX. Martii, cum alter ille Stephanus ex ipsius calculo & opinione factus esset Pontifex die XXVII. ejusdem; existimatque propter brevitatem temporis, quo sedit, duntaxat factum esse, ut a pluribus dimitteretur in serie Romanorum Pontificum. Dicere debuisses ab omnibus, aut alios nominare qui illum in ea collocarunt; exempla etiam quaerere aliorum ex simili causa dimissorum; nec enim desunt quibus paucissimorum dierum Pontificatus fuit, quorum tamen neminem praeteritum scimus.

3 Illius porro, quem nos cum tota antiquitate Secun- *Epitaphii,* dum, non Tertium vocamus, Stephani Epitaphium est, non autem alterius prius Electi, quod Romanus Canonicus in Vaticanae Basilicae descriptione refert sic scriptum.

Subjacet hic Stephanus, Romanus Papa, Secundus.

Sedis vac. d. 31. Interpontificii post ejus mortem dies solum XXXII. numerant varia Anastasii exemplaria & cum iis Ms. nostrum, melius XXXV. scripsissent, & sic distincte habet Ms. Barberinianum mensem I. dies V. Hi enim ad Dominicam ducunt. Causa tam longi praeter necessitatem usitam Interpontificii, schisma fuisse dicam, ab iis conflatum, qui, aegrotante adhuc Stephano, scissionem fecerant cum Theophylacto S. R. E. Archidiacono. Hi tamen, aliorum numero & constantia victi, dissipati sunt denique, sicut Anastasius narrat; ac tum primum videtur ad Electionem processum esse.

DISSERTATIO XXVII.

De secundae Regiae Stirpis successione in Francia, per hunc Stephanum stabilita, deque ejusdem Stirpis fine, & Tertiae origine. F

EAdem Attestatio San-Dionysiani Monachi, scripta anno DCCLXVII. quae nos certos reddidit de Zachariae Papae consensu in evectionem Pippini ad regnum Francorum, pro Merovingicis, antea regium nomen ferentibus; ejusdem Pippini ac filiorum Coronationem, factam a successore Zachariae Stephano, superat narrare verbis supra transcriptis; quorum tenorem hic juvat prosequi, non parum conducibilem ad historiam Pontificiam illustrandam, & auctoritatem confirmandam: est ergo talis. *Quamvis Francorum proceres adfuerint Stephanus,* In ipsa namque beatorum Martyrum basilica, uno eodemque die, nobilissimam atque devotissimam, & sanctis Martyribus devotissime adhaerentem, Berteradam, jam dicti florentissimi Regis conjugem, praedictus venerabilis Pontifex, Regalibus indutam cycladibus, gratia septiformis Spiritus benedixit: simulque (mallem legere, similique) Francorum Principes benedictione [&] sancti Spiritus gratia confirmavit, & tali omnes interdictu atque excommunicationis lege constrinxit, ut numquam de alterius lumbis Regem in aevo praesumant eligere; sed ex ipsorum, quos & divina pietas exaltare dignata est, & Sanctorum Apostolorum intercessionibus, *ne aliunde quam ex Regibus a se coronatis, Reges acciperent;*

A nibus, per manus Vicarii ipsorum beatissimi Pontificis, confirmare & consecrare disposuit.

2 *Ita Franciæ Regnum, sub dispositione Majorumdomus jam fere factum electivum (quale ante* Merovingios *fuerat) denuo cœpit esse hereditarium, pervenitque etiam esse divisibile in plures fratres, pari jure imperaturos, sicut* Chlodovæus *illud dividere instituerat; adeoque obnoxium civilibus ac intestinis bellis, inter pares facillime emergentibus. Rursus igitur post annos non plures quam centum, iisdem subjacuit morbis, quibus antea laxata fuerat, rursumque laxanda erat firmitas hereditariæ successionis; non obstante adjuratione Pontificia superius memorata. Etenim mortuo* Carolo Calvo, *sub quo in Franciæ Sedem fuerant Normanni; mortuo etiam intra decennium* Ludovico Balbo *ejus filio, duobusque ex hoc nepotibus successive Regibus, & ipso* Carolo Crasso *Imperatore, Balbi Consobrino, quem ultro Franci Regem optaverant; cum superesset solus* Carolus Simplex, *item Balbi filius; hujus imbecillitati diffisi Principes, in* Eudonem, *Roberti Andegavensis filium, defensis contra Normannos* B *Parisiis clarum, vota contulerunt. Et quamquam* Eudone *mortuo, nec non filio ejus* Arnulfo, *ipsum* Carolum Simplicem *ad paternum avitumque thronum extulerint Franci, ac postea hujus filium, nepotem, pronepotem, Reges habuerint; in illis tamen omnis emarcuerat auctoritatis vigor: quia* Simplex *coactus fuerat Regni rivalem tolerare, primo fratrem Eudonis* Robertum, *deinde generum Roberti* Rudolfum Burgundum. *Quamquam etiam prædicti Roberti filius* Hugo, Parisiensis Comes, *cognomento* Magnus, *Regium nomen numquam usurpaverit: proxima tamen Regibus potestate florebat, sub* Ludovico Transmarino, *ejusque filio* Lothario, *& nepoti* Ludovico V. *Hoc vero altero ejusdem Ludovici filio* Carolo *adeo visum est intolerabile, ut relicta Francia in Germaniam se contulerit, ad* Othonem II. *Imperatorem; ab eoque investituram acceperit Lotharingiæ inferioris; in cujus possessione dum se tuetur contra fratrem nepotemque successive Reges, visus est Francis meruisse, ut a successione excluderetur, tam ipse quam posteri sui, Regno in* Hugonem Capetum, *Roberti invasoris nepotem, translato.*

horum tamen, similiter ut priorum, labefactata potentia,

primum assumptus est Eudo,

tum alii Carolo Simplici comregnare permissi.

ac denique excluso illius patruo Carolo, Hugo Capetus.

3 *In hunc modum, præter intentionem* Stephani *Papæ, regno excidit posteritas* Pippini; *non tamen ejusdem familia omnis: siquidem usque hodie felicissime imperans* C Capetidarum *stirps, ad ejusdem* Pippini *patruum originem suam referens, eosdem quos ille majores omnes numerat usque ad S. Arnulfum, & si quid ultra ipsum est in historia probabile, vel etiam fabulosum.* Childebrandus *is fuit,* Pippini Herstallii, *ex eadem verosimiliter Alpaide, ex qua* Carolus Martellus *prodiit, filius; idem, quem* Joannes Jacobus Chifletius *frustra conatus antehac est Longobardum facere, filium Regis Luitprandi. Ex* Childebrando *recta generationis linea processerunt* Nibelongus, *in Historia Caroli Magni notus;* Theodebertus *Matricensis Comes, Ludovici Pii synchronus,* Robertus, *Caroli Calvi pro juniore Pippino, Aquitaniæ Rege suæque sororis filio, aliquando æmulus, cognomento* Fortis; Eudo *&* Robertus *fratres, Franciæ Reges, prior electione populi, secundus potentia virtutis armatæ. Ex Roberto deinde progeniti fuere* Hugones *duo, filius ac nepos, prior* Comes *dictus, eoque titulo semper contentus; secundus* Capetus *post* Simplicem *ejusque filium, nepotem ac pronepotem Rex, excluso* Carolo, *altero* Simplicis *filio. Hunc quod aliqui* Saxonicæ originis *faciant, inde natum putatur, quia Proavus* Robertus, Sasiacensis *Toparcha fuerit, ab eoque Dominio suo, vulgo* Saxe *vel* Saisseau *in Biturigibus, cognomentum traxerit; uti docet noster Jordanus, omnes & singulos hujus Systematis gradus tam accurate dilucideque probans, ut nullum abundare, nullum deficere, quam verosimillime videatur demonstrasse.* D


a Pippini R. patruo Childebrando deductus

unde Saxo creditus?

4 *Quid autem secundæ Domus scintilla ultima* Carolus, *primum voluntarius a patria exul, deinde in iterato aviti Regni repetendi conatu victus prælio, liberaque custodia mancipatus a* Capeto, *in qua etiam liberos aliquot procreavit? Scriptores Franci, in eadem custodia mortuum existimant anno* DCCCCXCI. *sed falli eos asserunt Lotharingi, atque fuga elapsum vixisse usque ad initium sæculi* XI. *Neque id omnino gratis asseri, persuadet mihi inventus Trajecti ad Mosam laterculus plumbeus, cujus hic formam accipe.*

Carolus autem Simplicis patruus,

ex laterculo sepulcrali invento Trajecti ad Mosam.



Inventus fuit laterculus hic anno MDCLXVI. *in parva Servatianæ basilicæ crypta; exesus situ, prout ipse secundo post anno vidi, atque omnino talis, qualem cum corpore istic olim defossum verosimillimum est. Simplex titulus* Comitis, *in loco Francis tunc nihil debente appositus, persuadet,* Carolum, *sua tandem sorti constanter adversæ acquiescentem, abstinuisse titulo Regis, ne quid periculi suis in Francia liberis crearet. Ex priori thoro filius patri superstes* Otho, *& in Lotharingiæ possessione successor, extra Francicam ditionem natus, etsi numquam venerit in Francorum potestatem, numquam fertur aspirasse ad Regnum, & sine liberis obiit anno* MV. *Duorum etiam in Francia natorum junior* Carolus, *si liberos genuit, posteritatem certe ex iis non habuit. Senior* Ludovicus, *licet dicatur ob aliis etiam mortuus ibi; ab aliis tamen creditur in Germaniam se contulisse, ad Conradum Regem cognomento Salicum; cujus uxor Gisla ipsius Ludovici consobrina erat, nata ex Conrado Burgundiæ Rege & Mathilde Francica,* Caroli Comitis *præfati ac* Regis Lotharii *sorore. Ibi dicunt factum* Ludovicum *Thuringiæ Hassiaque Landgravium, & illustrem fecisse posteritatem, per abnepotes ex se natos,* Ludovicum *S. Elisabethæ maritum, &* Henricum *electum Regem Romanorum. Sed hic ejusque duo fratres sine liberis obierunt:* Ludovicus *genuit Hermannum: cum quo duobusque patruis Ludovici fratribus extincta est masculina omnis linea* Carolidarum *anno* MXLIX. *& Landgraviatus transivit ad filiam* S. Elisabethæ *Sophiam; unde procreati hodierni Landgravii, quorum unus* Ernestus, *Reinfelsæ ad S. Goarem residens, laudem in hoc nostro opere minime vulgarem meretur, pro insigni erga ipsum affectu & erga Catholicam religionem zelo.* F

ipse Regio titulo abstinens,

putatur reliquisse posteros masculos usque ad annum 1049.

A D

XCV. S. PAULUS.

Ab an. 757. ad 767. sed. 10. m. 1.

PAULUS, S. R. E. Diaconus, frater Stephani Papæ II. natione Romanus, ex patre Constantino, anno DCCLVII. electus ante XXVI. Aprilis, ordinatus XXII. Maji, tempore Copronymi & Leonis, in Dominica post Ascensionem; sedit annos X. mensem I. mortuus XXI. Junii anno DCCLXVII. translatus ab ecclesia S. Pauli ubi obierat ad basilicam S. Petri mense Septembri, colitur nunc XXVIII Junii: & cessavit Episcopatus anno I. mense I. diebus XVI.

Dies mortis,

DEsignatum a nobis mortis diem confirmat Anastasius, quando narrat quomodo ipso die per vim inductus in Lateranense Palatium quidam Constantinus, fuerit a coacto ad id Georgio Prænestino Episcopo Clericus ordinatus; alio vero die illucescente feria II. Subdiaconus atque Diaconus, & adveniente Dominico die Pontifex; mortuus ergo fuerat in Dominico Paulus: quod fuit XXI. Junii.

Cultus antiquus XV. Januarii,

2 Porro trium fere mensium spatio ejus funus inhumatum permansisse scribit Anastasius, adeoque facta fuerit Translatio mense Septembri; post quam miraculis eum claruisse scribit Petrus de Natalibus lib. 3. cap. 30 erravit autem quando credidit XXVII. Januarii, primo sepultum illum fuisse in S. Pauli. Errandi occasionem dedere antiqua nonnulla Martyrologia, quibus adscriptum est ejus nomen tali die: sed error convincitur ex Anastasio. Potuit autem talis cultus occasionem habuisse; quia crebrescentibus miraculis ad sepulcrum (de quibus tamen alibi nihil legi) & sedatis tumultibus, successor ejus Stephanus III. tali die celebraverit ejus exequias, antenus neglectas. Qui enim Translationem Sepulturamque curaverant omnes Romani cives & aliæ nationes, quamvis eum Psalmodiæ honore id fecerint, officia tamen Cleri tum vel maxime tumultuantis explere non potuerant. Fuerat autem collocatum corpus juxta altare B. Mariæ, ubi illud jacere scribit Romanus Presbyter; qui antea de ipso B. Mariæ oratorio, per Paulum extructo, agens, super ejus sepulcrum scripta ait hæc verba: Hic requiescit Paulus Papa. Ita ille sub Eugenio III. id est, circa annum MCL. opus illud suum contexens; quod habemus tempore Innocentii X. annotationibus Pauli de Angelis illustratum, ac dicitur novo titulo descriptio Basilicæ Vaticanæ veteris & novæ.

Baronii calculus,

3 Baronius, qui ordinationem Pauli contulit in diem XXVIII. Maji, quia volebat ejus mortem in XXVIII. Junii differre: videns illum a Petro de Natalibus inter Sanctos numeratum, quasi sepultum VI. Kalend. Februarii, videtur existimasse, quod ex quadam hallucinatione Petri sumptus sit mensis Januarius loco Junii: & sic absque ullo auctoris vetustioris exemplo ad dictum XXIX. Junii Paulum inscripsit hodierno Romano Martyrologio.

hodiernus 29. Junii.

4 Scripsit hic Paulus varias ad varios epistolas, quarum decem in Collectione Conciliorum omni temporis nota carent; duæ, eo ipso quod illam habeant, sed diversam a vera, tota redduntur suspectæ de suppositione; scilicet Privilegium expeditum in favorem Ecclesiæ Ravennatensis, cujus subjectioni restituitur S. Hilari Galeatense monasterium, Non. Febr. Imp. Domno Piiss. Augusto Constantino a Deo coronato Imperatore an. XL. & Pacia (imo P. C. id est post Consulatum) ejus anno XX. sed & Leone majore Imp. ejus filio anno VII. Ind. XII. alterum scriptum Icontio seu Leontio Abbati monasterii SS. Stephani atque Silvestri, quod se fundasse Papa dicit, Datum IV. Nonas Junii, Imperante Domino Constantino Augusto; a Deo coronato magno Imperatore, anno XLI. ex quo cum patre regnare cœpit, & post Consulatum ejus anno XXI. Indictione XIV. Etenim Indictiones istæ notant annos DCCLIX. & DCCLXI & cum his annis fere concurrit duplex Constantini Copronymi æra: sed Paulus biennio antequam prior, & quadriennio ante quam posterior Bulla data scribitur, e vivis abierat. Quod si dixeris litteras quidem sinceras esse, sed numeros Indictionis vitiatos a transcribentibus, nolim porro contendere: teque ad Mabillonium remittens, solum moneo meam circa talia censuram non ultra se extendere, quam ut sic corruptas Bullas nemo citra cautelam recipiat, maxime si justa suspicio sit, non casu sed de industria corruptionem factam, studiosa alicujus chronotactici characteri: omissione vel additione.

E Quædam Pauli epistolæ suspectæ.

F

C

CONSTANTINUS II. PSEUDO-PAPA.

Ab an. 767. ad 768. an. 1. men. 1. dies 2,

NEpesini Ducis filius, ex Laico Pseudo pontifex, vitio ordinatus anno DCCLXVII. XXVIII. Junii in Dominica, sedit annum I. mensem I. dies II. expulsus XXIX. Julii, anno DCCLXVIII. Pontificalibus exutus VI. Augusti, & post aliquantos dies excæcatus.

Vel schismatice ordinandus,

COnstant hæc omnia ex Anastasio, & simul apparet quod schisma hoc non fuerit tale, quale Canonis Electionem præcessit, quando Petrum Archipresbyterum Clerus; Exercitus vero Theodorum Presbyterum volebat Pontificem; aut quale mox secutum fuit, discordante inter se Clero, utrum Paschalis Archidiaconus, an Archipresbyter Theodorus esset ordinandus; nec denique quale nuper extiterat, divisis contra alterutrum factionibus, quarum alia pro Paulo stabat, alia pro Theophylacto Archidiacono (Hæ enim turbæ, quia non processerunt ad schismaticam Ordinationem, vix debent schismatis nomine appellari) sed fuisse verum ac perfectum schisma, propter violentam Ordinationem Pseudo papæ Constantini, factam proxima post Pauli mortem Dominica, uti testatur Anastasius.

Dominicam expectavisse notatur.

3 Hæc porro Dominicæ expectatio, in tam præcipiti violentia, fundamentum Chronologiæ hujus nostræ solidissime confirmat. Sequitur autem mox novum ad idem stabiliendum exemplum, post Constantini expulsionem. Cum enim alia die Dominica Waldipertus Presbyter, aliquantos Romanos congregans, Philippum Presbyterum Papam acclamandum curasset; electionemque hanc irritam fecissent alii, eadem die, expulso Philippo; & Stephanum tituli S. Cæciliæ Presbyterum rite curavissent eligendum; non ordinarunt eum sequenti die aut alia feria, sed totam hebdomadam expectaverunt, ne quid non rite ageretur: Sicque alia die Do-

uti & frequens Stephanus.



Tab. XVII


XCVII. HADRIANVS I.


XCVIII. LEO III


XCIX. STEPHANVS IV.


C. PASCALIS I


CI. EVGENIVS II.


CII. VALENTINVS I



A Dominica antedictus beatissimus Stephanus consecrationem accepit Pontificatus, *ut scribit Anastasius.*

Interpontificii ratio, 3 *Placuit ei, quem Anastasius secutus est, Auctori, pro tempore vacantis Sedis notare* annum I. mensem I. *quibus scilicet Sedem tenuit intrusus Pseudo-papa, neglectis diebus quæ inter mortem* Pauli *&* *schismaticam* Constantini *Ordinationem* Stephani III. *intercesserunt: & hoc in omnibus Anastasii exemplaribus nec non in ms. nostro invenitur observatum. Interim ex ipsomet Anastasio apparet dierum a nobis additorum ratio, qui simul sumpti fuerunt* dies XVI.

4 *Expulsa autem seu fuga dilapso* Constantino XXIX. *Julii, sequenti mox Dominica eadem ultima dicti mensis die, seditiosi aliquot ablatum ex S. Viti monasterio* Philippum Presbyterum *proclamarunt Pontificem, atque in Palatium Lateranense induxerunt; sed eadem die inde expulsus etiam ipse,* & cum magna reverentia ad suum reversus monasterium, *non auget numerum Pseudo-paparum, quia numquam Ordinationem suscepit. Altera autem die id est* I. *Augusti, electus quidem* Stephanus *legitime est, sed non nisi* die Dominica *sequenti* Consecrationem suscepit Pontificatus, *ut ait Anastasius: tanta erat hujus diei observantia, etiam tali tamque perturbato tempore.* D *Philippus non annumerandus Antipapis*

XCVI. STEPHANUS III.

STEPHANUS, natione Siculus, Presbyter S. Cæciliæ, ex patre Olivo, tempore Constantini Copronymi & Leonis, electus anno DCCLXVII. vel sequenti ante XX. III. Junii, ordinatus autem VII. Augusti anno DCCLXVIII. in Dominica, sedit annos III. menses V. dies XXVIII. obiit DCCLXXII. III. Februarii, sepultus ad B. Petrum: & cessavit Episcopatus dies V. *Ab an. 768. ad 772. an. 3. m. 5. dies 28.*

B *Baronii calculus.* BAronius *ex suo calculo statuens creatum* Stephanum nonis Augusti *sive* V. *die mensis (qui tamen non altera dies post Dominicam, sed Feria* VI. *fuit)* Defunctum *ait* Kalendis Februarii, post dies octo a nece Sergii, *per quam expulsus* Constantinus *&* Stephanus *præcipue fuerat promotus. Sed neutrum legitur in Anastasio, nec mortis nec sepulturæ diem notante, expresse autem asserente, quod* Sergius in monasterium Clivi-Scauro deportatus, & postmodum in cellarium Lateranense deductus, illic usque ad transitum prænominati Pontificis extitit.

2 *Cantelius noster Part.* 2. *Dissert.* 2. *cap.* 2 *studiose agens de Supposititia Constantini Magni Donatione, tam ambiguis eruditorum judiciis agitata; cujus auctorem hominem Græcum recentiorem Baronius fuisse censuit; alii Joannem Diaconum, & quidem ex confessione tum Pauli Pontificis, tum Pippini Regis; utriusque sententiis verosimili ratiocinio confutatis, suam denique conjecturam hanc profert, non absimilem vero:* *Donatio Constantini fictitia,* Aistulphus Longobardorum Rex Ravenna ceterisque exarchatus urbibus potitus, in Pontificiam ditionem irrumpit anno DCCLII. extrema quæque Romanis minitans, nisi se suaque dedant. Missi a Stephano semel atque iterum de pace ineunda legati, sed conditiones pacis ab eo aut non admissæ aut violatæ. Misit Constantinopolim Pontifex ad Imperatorem Græcum, ut cladem ab urbe exitiumque prohiberet, sed frustra; nihil a Græcis auxilii datum. Hoc in Urbem ut C allatum est, omnia plena erant timoris & metus. Tum aut Joannes Diaconus, qui paulo post ad Pipinum est missus, aut alius nescio quis Donationem illam procudit. Fingendæ vero duplex causa potissimum fuit: altera, ut populum, & officii specie & pietatis facile ducitur, ad refutandos Aistulphi impetus erigeret; altera, ne quis e Proceribus Romanis augendæ potentiæ studio cieret in Urbe tumultus tyrannidemque affectaret: ipsi enim e publica re fore visum est, si summa rerum penes unum esset Romanum Antistitem. Minimum tamen, esse præsidii in suppositita Donatione ratus Pontifex, ad Pipinum contendit in Galliam: Aistulphus a Pipino acie victus est: Ravenna ceteraque Exarchatus oppida tradita Stephano. Hæc opinio verane sit an secus, tuum esto lector judicium. Belle sane cum omnibus quæ ad eam donationem pertinent consonant omnia, nec iis quibus aliæ laborat vitiis. Nec Adrianus in Capitulis Angilramo datis, nec Nicolaus in Epistola ad Michaelem Imperatorem hujus Donationis meminerunt; puduit scilicet sanctissimos Pontifices hujusmodi commentis tueri jura sua, quæ tot Francorum Regum edictis sacra esse & rata noverant. Potuit tamen illius meminisse Hincmarus, potuit & Leo IX. quorum uterque Constantini esse falso putavit; quod ille procul abesset ab Urbe, hic multo post vixerit: potuit & aliquanto post inter collectas a Mercatore Epistolas inseri. Nulla inde sive malæ fraudis nota aut Stephano Pontifici, aut Pipino inuritur, quibus insciis conficta est: unde quidquid in ea vitii est, non Romanis præsulibus, sed Joanni Diacono adscribit Otto III. Præterea stylus ipse quo contexta est, totiusque scriptionis color, an non prodit eam, quam dixi, ætatem, qua nationum exterarum colluvies, voces, ab usu Romano abhorrentes, in Latium invexerat? *Hactenus Cantelius, pauca & levia quæ possent objici rationabiliter diluens.* E *qua occasione & quo auctore,* *causa hoc tempore.*

3 *Interpontificium, Stephani hujus obitum secuto, pleraque Anastasii exemplaria dies* VIII. *MS. nostrum etiam* VIIII. *adscribit, & interim ipsi Pontificatui tribuitur, supra annos & menses prænotatos, tribuunt dies* XXVIII *vel saltem* XXVII. *Cum ergo alteruter numerus minui debeat, ut successoris Ordinatio in Dominicam cadat, quam hac ætate adeo sancte vidimus observatam; vacantis Sedis solum* dies V. *posui, liberum tamen unicuique relinquens detrahere aliquot dies ipsi* Stephano, *ut longius Interpontificium habeatur, modo ne ultra proximam Dominicam differatur sequens Ordinatio; quod fiet si* Stephanus *obiisse dicatur* XXX *Januarii, & mensis in quarta sui anno sexti die* XXIIII. *pro quo facile* XXVII. *obrepsisse potuit.* F *Interpontificii ratio.*

XCVII. HADRIANUS I.

HADRIANUS, S.R.E. Diaconus, natione Romanus, ex patre Theodoro, Constantino Copronymo & Leone imperantibus, ordinatus anno DCCLXXII. die X. Februarii in Dominica; sedit annos XXIII. menses X. dies XVI. obiit imperante Constantino Irenes filio anno DCCXCV. XXV. Decembris, Indictione IV. fortassis VII. Januarii, sepultus in Basilica B. Petri Apostoli: & vacavit Sedes dumtaxat die I. *Ab an. 772. ad 795. an. 23. m. 10. dies 17.*

A *Ratio temporis.* **H**Ic jam *sese nobis convenit cum* Baronio, *qui* XXVI. *Decembris mortuum* Hadrianum *credit, quia pleraque Anastasii exemplaria sepultum eum dicunt* VII Kalendas Januarii, *& ipse* sepultum *intelligit* mortuum. *Equidem mox dicam vocis illius sensum apud Anastasium mutari post hunc Pontificatum; ut post hac intelligi* mortuus *Pontifex debeat, qui dicitur* sepultus: *id tamen hic etiam factum non potest sustineri, nisi pro* XVII. *diebus Pontificatus legas* XVIII. *quod nuspiam invenimus; velisque* Leonem *festo S. Stephani, electum esse, eodem que* Hadrianus *obiit die, quod non videntur dissimulaturi auctores Catalogorum fuisse. Ergo in festo Nativitatis mortuum* Hadrianum, *in die S. Stephani electum* Leonem, *& sequenti S. Joannis (quæ Dominica erat) ordinatum dicimus; adeoque needum agnoscimus eo die quemquam mortuum, quo sepultum Anastasius dicit. Non dissimulaverim tamen sepulturam tam solennem, ut præ die mortis ex antiquo usu fuerit consignata litteris, ægre factam videri postridie obitus: quapropter non omnino negligendum censeo, quod Codex Thuanus unus* Hadriani *sepulturam conferat non in* VII. Kal. Januarii, *sed* VII. Idus Junii; *ubi si legas* VII. Idus Januarii (*facile enim* Jan. *in* Jun. *converti potuit, non item* Kal *in* Id.) *habebis congruam*

Interpositio funeris & sepultura.

B *sepulturæ solenni diem* VII. *Januarii,* XIV. *a morte, & proximam post festum Epiphaniæ nulloque majori Officio impeditam, quod mihi vehementer placeret: Quamquam nec ipsa dilatio solennis sepulturæ usque in sextum mensem multum habeat incredibilitatis.*

Sepulcrum in Vaticano

2 *Romanus Canonicus in Basilicæ Vaticanæ descriptione, qualis erat tempore Eugenii III. postquam descripsit oratorium* S. Leonis Papæ IV. *num.* 12. *sic progreditur,* Juxta hoc est oratorium & fuit altare S. Hadriani Martyris: & est sepulcrum beatæ recordationis D. Hadriani Papæ primi: de quo habetur hoc Epitaphium:

cum Epitaphio,

Hic Pater Ecclesiæ, Romæ decus, inclitus auctor,
Hadrianus requiem, Papa beatus, habet.
Vir, cui vita decus, pietas lux, gloria Christus;
Pastor Apostolicus, promptus ad omne bonum.
Nobilis ex magna genitus nam gente parentum,
Sed sacris longe nobilior meritis;
Exornare studens devoto pectore Pastor.
Semper ubique suo templa sacra Deo,
C Ecclesias donis, populos & dogmate sancto
Imbuit, & cunctis pandit ad astra viam.
Pauperibus largus, nulli pietate secundus,
Et pro plebe sacris pervigil in precibus.
Doctrinis, opibus, muris, erexerat arces,
Urbs, caput orbis, honor, inclita Roma, tuas.

3 *Eidem sepulcro exornando, ipse etiam* Carolus Magnus, *tamquam filius patri, insigne composuit Epitaphium: quod procul dubio ibidem aliquando pependit, Romani autem Canonici ætate non legebatur amplius: quare, licet etiam relatum a Baronio, juvat hic attexere.*

Carolus Magnus,

Mors cui nil nocuit, Christi quæ morte perempta est,
Janua sed vitæ mox melioris erat;
Post patrem lacrymans Carolus hæc carmina scripsit:
Tu mihi dulcis amor, te modo plango, Pater.
Tu memor esto mei: sequitur te mens mea semper:
Cum Christo teneat regna beata poli.

aliud pangit, tamquam filius patri,

Te Clerus, populus, magno dilexit amore:
Omnibus unus amor, optime Præsul, eras.
Nomina jungo simul titulis, clarissime, nostra:
Hadrianus, Carolus; Rex ego, tuque Pater.
Quisque legas versus, devoto pectore supplex;
Amborum, mitis, dic, miserere, Deus.
Hæc tua nunc teneat requies, carissime, membra,
Cum Sanctis anima gaudeat alma Dei.

optans eum in judicio universali secum

Ultima quippe tuas donec tuba clamet in aures,
Principe cum Petro surge videre Deum;
Auditurus eris vocem, scio, Judicis almam, D
Intra nunc Domini gaudia magna tui;
Tum memor esto tui nati, Pater optime, posco:
Cum patre, dic, natus pergat & iste meus.
O pete regna, Pater felix, cœlestia Christi.
Inde tuum precibus auxiliare gregem:
Dum sol igniconio rutilus splendescit ab arce,
Laus tua, sancte Pater, semper in orbe manet.

4 *Huic Epitaphio, sicut a* Baronio *refertur, additur, quæ ad rem nostram potissimum facit, hæc Chronologica clausula:* Sedit beatæ memoriæ Hadrianus Papa annos XXIII. menses X. dies XVII. obiit VII. Kal. Jan. *quæ verba Romæ addita crede; ubi, quin mortuus sit adeoque & sepultus dubitari non potest, quia constat altero quo obiit die Electum successorem & tertio ordinatum esse. Erraruut ergo nominis identitate decepti Nonantulani illi monachi, qui* Hadriani Papæ, *in suo monasterio sepulti, mortem & miracula describentes, ei aptarunt Vitam & gesta* Hadriani I. *tam prosa quam carmine, in iis quæ extant apud Ugbellum monumentis, dandis ad* VIII. *Julii: quem errorem corrigentes posteri venerantur sub altari suo majori collocatum corpus,*

Nonantulensium circa eū error.

E *tamquam corpus* Hadriani Papæ III. *quem certo constat in Æmilia peregre mortuum esse & sepultum.*

5 *Extat in Appendice antiqu. Lect. pag.* 1163. Hadriani *simul &* Caroli *insignis memoria, anno ut videtur* DCCLXXIV. *scripta, cum prima vice Romam venit* Carolus; *quæ quia disquisitioni historicæ suggerit aliquid, hactenus a nemine animadversum, ipsam hic placet transcribere.*

Votum ejus pro Carolo Rege,

Cœlorum Dominus, qui cum Patre condidit orbem,
Disponit terras, Virgine natus homo:
Utque Sacerdotum Regumque est stirpe creatus,
Providus huic mundo, curat utrumque geri.
Tradit oves fidei Petro Pastore regendas,
Quas vice Hadriano crederet ille sua:
Quin & Romanum largitur in urbe fideli
* *Imperium* famulis, qui placuere sibi:
Quod Carolus mire præcellentissimus hic Rex
Suscipiet, dextra glorificante Petri:
Pro cujus vita triumphisque hæc munera regia
Obtulit Antistes, congrua rite sibi.

Pontificatum *istic, ubi* * Imperium *posui, legit Collector antiquarum lectionum. Ast hoc neque cum veritate* F
consistit, neque Grammaticæ legis (ut de Poetices taceam) componere sinunt cum relativo pronomine quod. *Substituenda igitur vox alia est, quæ salvet utrasque: alia autem non occurrit aptior, quam vox* Imperium: *non quasi vel prophetavit Poeta, de re post sexennium dumtaxat futura, aut prophetare se fingens post annum* DCCC. *ista primum scripserit: sed quia revera actum ab* Hadriano *fuerit, de resuscitando Occidentali Imperio in persona* Caroli; *neque actum tantum, sed & decretum ac publice notum; licet ex causis supervenientibus eo vivente peractum nihil sit.*

cum indicio Imperii eidē destinati.

6 *Porro ex eo quod absque ullo intervallo temporis, mortuo* Hadriano *suffectus statim* Leo *sit, evidenter concludes, falsissimum esse Sigeberti assertum ad an.* 773. *ex eodemque vel simili fonte per coævum Sigeberto Gratianum, relatum in Decreto dist.* 63. *cap.* Hadrianus, *iisdem fere verbis, scilicet quod* Hadrianus cum universa Synodo tradiderunt Carolo jus & potestatem eligendi summum Pontificem & ordinandi Apostolicam Sedem ...... insuper Archiepiscopos & Episcopos per singulas Provincias ab eo investituram accipere definivit, & ut nisi a Rege laudetur & investiatur Episcopus a nemine consecretur; & quicumque contra hoc decretum ageret anathematis vinculo innodavit. *Apparet cujus furfuris ea sint, quæ qui plenius voluerit e censum videre, Natalem Alexandrum legat in* Hadriano *sec.* 8. *pag.* 51. *& seqq. ubi ex ipsismet*

Figmentū de investituris Carolo concessis.

Ha-

A Hadriani ad Carolum *litteris*, *anno* DCCLXXVII. *datis discet, in speciali causa Ravennatis Archiepiscopi tale quid petenti Regi negatum esse.*

Liber Pontificalis ms. Pisis huc usque deductus.


7 *In hoc Pontifice desinit* Liber de gestis summorum Pontificum, *quem Mabilio pag.* 189. *Itineris sui Italici, reperisse se ait Pisis, in Ecclesiæ Cathedralis Bibliotheca, post Eusebii Chronicon & librum S. Hieronymi de Scriptoribus Ecclesiasticis, sub nomine ejusdem* D Hieronymi. *Suspicor haud absimilem eum esse Catalogo Henschen iano tertio, addita viginti annorum continuatione: quare vehementer optarem ejus ectgraphum nancisci, cum illo atque Anastasii textu conferendum, prius quam ad alteram hujus Conatus editionem procedatur.*

XCVIII. LEO III.

LEO, S. R. E. Presbyter, natione Romanus, ex patre Azuppio, imperante Constantino filio Irenes, ordinatus XXVII. Decembris, festo S. Joannis Evangelistæ & Dominico die, anno DCCXCV. sedit annos XX. menses V. dies XVI. obiit XI. Junii, Indictione IX. anno DCCCXVI. sepultus in ecclesia S. Petri: & cessavit Episcopatus dies X. *Ab an.795. ad 816. an. 20.m.5.d.16*

L*iquida ex Anastasio habetur Chronologia hujus Pontificatus, de quo proinde aliud in præsens notandum non occurrit, quam quod Leo hic, seculares Principes imitaturus, in Nominis sui litteris cum aliquo mysterio exprimendis, iisdem aliquando innexuerit Christi monogramma, alias vero ipsas inter se monogrammatice copularit;* B *ut habes in adjuncto schemate; ubi etiam vides, quomodo ejus exemplum sint imitati* Paschalis I. *atque* II. *deinde* Gregorius IV. *atque* Hadrianus I. Benedictus III. & Nicolaus I. *ulterius vero, ex Ciacconii successorumque diligentia innotuit nemo, qui aliquid simile factitarit: si qua tamen alia inveniri contingat exempla, nequaquam ea rejecerim.*

Nomen monogrammatice scribere instituit.



C

DISSERTATIO XXVIII.

De Leonis & Caroli imaginibus Romæ, deque sinistri lateris potiori honore, ad dextrum translato hac ætate.

Leo hic cum Carolo R. pingi se fecit,

N*icolaus Alemanni, in Dissertatione Historica de parietinis Lateranensibus, miratur unde factum sit, ut Angelus Massarellus Thelesinus Episcopus, & Alphonsus Ciacconius, viri alias non indocti, potuerint sibi persuadere, ecclesiam S. Susannæ ad Thermas Diocletianas, prout suo tempore, id est anno* MDCXXV. *adhuc stabat,* Caroli Magni *opus fuisse; cum Leoni id unice tribuat Anastasius, idemque profiteretur inscriptio, qua sic ibidem legebatur:* Dudum hæc Beatæ Susannæ Martyris aula, coangusto & tetro existens loco, marcuerat, quam Domnus Leo Papa III. a fundamentis erigens, & condens corpus Beatæ Felicitatis Mart. compte ædificans, ornavit atque dedicavit. *Aliam porro causam erroris, quam habuerint, non invenit nisi utrinsque ibidem imagines stantes, musivo opere expressas: quas etiam pag.* 19. *spectandas ex aere proponit, vultu ac habitu prorsus similes aliis, in Laterano repertis, sed ante S. Petrum genuflexis; hoc solo discrimine, quod ibi Leo, ædiculam quamdam manibus sustineat, ut passim ecclesiarum fundatores solent;* Carolus *vere* Leonem *dextera manu prætensa indigitet: ubi juxta ipsam contignationem hujusmodi etiam inscriptionem, jam pene corruptam notavit Nicolaus,* E *Sanctissimus D. N. Leo PP. D. N. Karulo Regi: quod exemplum postea etiam* Leo IV. *secutus est, respectu* Lotharii *Imperatoris, Anastasio Bibliothecario attestante, quod* inter Petri Paulique vultus atque Andreæ, sanctissimi quarti Leonis Præsulis, nec non & specialis filii sui Domni Imperatoris Lotharii, propter futuram memoriam sive mercedem personæ, Deo caræ & per cuncta secula venerandæ, depictæ sunt.

sicut postea Leo 4. cum Lothario:

a *Sed magni non refert definire, cujusnam opus fuerit ecclesia S. Susanna,* Leonis *an* Caroli: *quare nec imagines earum hic recudendas curavi; majori autem præ illis consideratione digna sunt aliæ istæ, quas dixi repertas in Laterano, & quarum occasione de prioribus egit Nicolaus. Stabant illæ jam olim in triclinio Leoniano, musivo similiter seu tessellato opere expressæ ut cernit.*



Translati a Leone *in* Carolum Magnum *Imperio monumentum id esse, existimat Nicolaus, addendum ceteris ejus rei probationibus a Bellarmino adductis. Ego vero existimo hanc picturam aliquanto prioris esse temporis; factamque occasione splendidissimorum munerum, quæ misit* Leoni *gratulabundus* Carolus *an.* DCCXCVI. per Angilbertum dilectum Abbatem suum, *uti Annales Francorum referunt, postquam ab eo, suam Ordinationem missa legatione significante, acceperat* Claves con-

non Imperii collati, sed vexilli ante donati & acceptum.

A confeffioni. S. Petri & vexilium Romanæ urbis: *banc enim folam vexilli miffionem aftu illa exprimit, & titulus* Regis, *non* Augufti, *vel* Imperatoris. *Cætera, quibus idem Alemannus in feftis Natalitiis anni* DCCXCIX. *& coronatum a* Leone *& unctum* Carolum *probat, apud eum legi poffunt. Ex iis ad noftram rem & ad fufpectanda falfi nonnulla diplomata, in quibus vel Pippinus Rex, vel alii ante eum Francorum Reges, appellantur* Imperatores, *facit, quod* Ludovicus *Junior*, Caroli *pronepos, fcribit ad* Baolium *Græcorum Imperatorem bis verbis:* Francorum Principes primo Reges, deinde Imperatores dicti funt: ii dumtaxat, qui a Romano Pontifice ad hoc oleo fancto perfufi funt: in qua etiam Carolus Magnus abavus nofter, unctione ejufmodi per fummum Pontificem delibutus primus & Chriftus Domini factus eft.

3 *Reliquas dicti emblematis partes, accurate explicatas & fcriptorum antiquorum locis illuftratas, vide apud prædictum Auctorem. Unum in fimilibus veterum picturis obfervandum nota, videlicet* S. Petro, *tamquam in cælis jam æternum* Beato, *diadema circum caput pingi rotundum; eft enim circulus æternitatis fymbolum:* B Leoni *autem &* Carolo, *poft caput poni quadratam pilam, tamquam adhuc viventibus, adeoque mutationi obnoxiis; fed tamen in petra quæ Chriftus eft firmatis, ad conftantem fidei virtutifque tenorem exprimendum. Lubet autem in hujus obfervationis jam ante in S. Gregorio delibata majorem confirmationem exemplum addere, ex vetuftiffimo codice* Caffinenfi, *ante annos faltem feptingentos defcripto, ubi hæc miniata invenitur imago, reprafentans* Joannem Abbatem, *eum cujus juffu codex ipfe defcriptus eft, ut adhuc viventem, ante* S. Benedictum, *Levitico feu Diaconali fchemate expreffum, cum rotundo diademate, æternæ felicitatis, meritò pridem acquifitæ, fymbolo.*

In quo notabilis diverfitas diadematis rotundi & quadrati.



4 *Quoniam autem ad picturas deflexit oratio, non poffum, utpote rem ad hæc tempora pertinentem, omittere, quod vir eruditiffimus mihique dum vixit amiciffimus* Joannes Lucius, *communicavit obfervatum à fe: fcilicet* in ecclefiis antiquis Romæ fuperftitibus, ante annum Domini DCCC. confectis, inter imagines facras operis mufivi digniorem locum obtinere eas, quæ ad finiftram fitæ funt: quæ autem tempore Leonis Papæ tertii confectæ fuerunt e contrario dextram pro digniori habere: pofteriores autem denuo antiquo

mutatio finiftro in dexterum honoratioris facta fub Leone.

D more pro digniori finiftram: ficque continuatum effe ufque ad Pontificatum Nicolai Quarti, anno MCCLXXXVIII. electi, cujus tempore iterum locus dignior dextræ delatus fit, & ab inde continuatus ufque ad hodiernum diem. Cumque Leonem Tertium antiquum morem perperam mutaffe credendum non fit, neque caufam vel occafionem aliquis referat, duæ afferuntur conjecturæ, *inquit Lucius.* Prima: Quod ficuti Leo, a Græcis animo alienatus, Imperium, ipfis inconfultis, Francis detulit; ita quoque locum digniorem finiftræ, communem cum Græcis (quem hodie ufque fervant) mutare voluerit. Secunda, Quod cum idem Leo ad Carolum Magnum in Germaniam progreffus fuerit, ejufque opem in Sedem fuam reftitutus fit, hunc morem, dextræ digniorem locum deferendi, apud Francos reperit; ipfifque gratificaturus, ut Ecclefiam Romanam cum Occidentalibus fibi obfequentibus conformaret, mutaverit antiquum morem. In qua re quia non eft attendendus mos, qui in inceffu vel congreffibus inter viventes pro diverfitate temporum & nationum obfervatus ab auctoribus refertur; vel imaginum mobilium, quæ pro arbitrio difponi E poffunt; fed fculptarum vel pictarum, quæ fixæ femper eodem ordine confpiciuntur; ideo *petebat prædictus Joannes Lucius informari,* an aliquis Auctor defcribat quo ordine facræ imagines in Ecclefiis Galliæ, Germaniæ vel Hifpaniæ circa tempora Caroli Magni difpofitæ erant; vel an Ecclefiæ aliquæ illorum temporum reliquæ fint; in quibus, fi facræ imagines non extant; Regum faltem vel Principum fculptæ vel pictæ reperiantur ex quarum difpofitione dignofci queat, qualis mos fuerit dictarum regionum. *Petrs cum in ecclefiis requiri petit Lucius pictas fculptafve imagines, quæ ad finiftram fint, tamquam digniori loco pofitæ; cenfendus eft more Romano loqui, & cornu Evangelii nominare dextrum; Epiftolæ, finiftrum; licet contrarium Parifiis fieri moneat me Claudius Caftellanus, eumdemque loquendi modum obtinere in tota Gallia, quæ quidem cis Ligerim eft; fortaffis etiam in ea quæ ultra. Interim huc refer, quæ de vario dextri vel finiftri lateris refpectu differit Parifienfis Archiepifcopus Marca in Differtatione apud nos tertia num. 21. pag. 33.*

imaginibus fixis notata

5 *Eruditis porro prænominatarum regionum viris Lucii quæfitum libenter hic expofui, ut iftum conatum curiofum amici officiofiffimi etiam poft mortem ejus promoveam, quando ipfe nihil huc faciens hactenus reperi, præter eruditam unam obfervationem Caroli Macri in additionibus ad Hierolexicon Dominici fratris verbo* Bulla, *ubi ille notat Capita SS. Petri & Pauli, in ciborio Bafilicæ Lateranenfis, etiamnum fic affervari, ficut ea impreffa exhibebimus ad Pontificatum* Urbani V. *qui ea fub annum* MCCCLXIV. *reperit & argento includenda curavit, videlicet* Paulum *a dextris* Petri. *Quod tamen ad tempus* Nicolai IV. *pertinet, quo honoratior locus, dextra primum datus a* Leone III. *& a fucceffosibus ablatus, denuo fit eidem dextræ redditus; id non ita verum eft, quin verum fit quod etiam multo citius in figillis Pontificis plumbis cœperit denuo apparere, vel nomen, vel imago S. Petri a dextris. Etiam Ciacconius in Vitis Pontificum, ab* Urbano II. *fic exorditur eorumdem figilla repræfentare: fuit autem* Urbanus *ifte creatus anno* MLXXXVIII. *ducentis annis ante* Nicolaum IV. *nec poftea quidquam mutatum reperio.* Leo *vero ipfe non tam videtur inftituiffe ut* Petrus *a dextris collocaretur, quam ejus folius, clavem humero geftantis, imaginem impreffiffe figillo; pro quo alii aliud fignum accepere, plerique tamen (ufque ad* Alexandrum II. *inclufive, qui obiit anno* MLXXIII.) *ufurparunt ejufdem S. Petri effigiem, clavem a cælefti manu porrectam accipientis.*

conftans effe tempus ab anno 1088.

F

XCIX.

A D

XCIX. STEPHANUS IV.

STEPHANUS, S. R. E. Diaconus, natione Romanus, ex patre Marino, imperante Ludovico Pio in Occidente, Leone Armeno in Oriente, ordinatus XXII. Junii in Dominica, anno DCCCXVI. sedit menses VII. diem I. obiit XXII. Januarii. anno DCCCXVII. sepultus in ecclesia S. Petri: & cessavit Episcopatus Romanus dies II. *Ab an. 816. ad 817. m. 7. d. 1.*

Non obiit 24. vel 25. NUlla, quæ prodierint hactenus, vidimus exemplaria Anastasii, in quibus notetur dies mortis: diem tamen VIII. vel IX. Kalendas Februarii, sub ejus nomine definit Baronius, quasi sic diversimode legerit; veremur autem ne fallente memoria, putaverit legisse apud Anastasium, quod in quibusdam Francorum Annalibus, Aimoini Chronicon continuantibus, legerat. Tales nos habuimus præ ceteris accuratiores, ex Monasterio Bertiniano transcriptos, qui Andreæ du Chesne, Historiæ Francorum Scriptores edere volenti, submissi a Bollando, a filio ejus Francisco sunt inserti Tomo 3. B istius operis. In his solum dicitur, quod Stephanus Papa, tertio postquam Romam venerat mense (scilicet reversus e Gallia) circiter VIII. Kalendas Februarii diem obiit: cui Paschalis Papa Successor Electus, post completam solemniter Ordinationem suam, munera & excusatoriam Imperatori misit epistolam; scilicet insinuans (ut est in Vita ipsius Ludovici) non se *Sed 24. Januarii.* voluntate ac ambitione, sed electione & populi voluntate huic succubuisse potius quam insiluisse dignitati. Itaque non cunctamur solos duos Interpontificii dies recipere, ad quos omnia Anastasii exemplaria illud restringunt, & ut in Dominica fuerit ordinatus successor, Stephanum mortuum credere XXII. Januarii, sive XI. Kalendas Februarii, ut solos VII. menses integre expleverit, non computato die quo obiit, quemque hic solemus computare. Istis VII. mensibus dum quædam Anastasiana exemplaria præponunt annos VII. a Ms. nostro & duplici Freheriano refelluntur; sed multo efficacius ab Annalium scriptoribus, ipsarumque rerum a Decessore & Successore gestarum ordine.

Decretum ejus suspectum de impostura. a Quod sub hujus Stephani nomine apud Gratianum habetur Decretum Distinct. 63. cap. Quia Sancta, statuens ut Electus præsentibus Legatis Imperialibus consecretur, merito suspectum Baronius habet, ne figmentum schismaticorum sit, ut alia plura; cum nunc mox sequenti Imperator constituisse legatur; Eum quem divina inspiratione, uno consilio & una concordia, E sine aliqua promissione, ad Pontificatus ordinem elegerint, sine aliqua ambiguitate & contradictione more canonico consecrari; solum autem requisiverit, ut cum consecratus fuerit, Legati ad ipsum vel ad successores Reges Francorum dirigantur: qui, inquit, inter nos & illum amicitiam & caritatem & pacem socient, sicut temporibus piæ recordationis Domni Caroli attavi nostri, sive Domni Pipini avi nostri, vel & Caroli genitoris, consuetudo erat faciendi. Addit Natalis Alexander, ad confirmationem Baronianæ suspicionis, Florum Magistrum, qui circa annum DCCCXX. scribens de Electionibus Episcoporum, ait: In Romana Ecclesia usque in præsentem diem cernimus, absque interrogatione Principis, solo dispositionis divinæ judicio & fidelium suffragio, legitime Pontifices consecrari.

C. PASCHALIS I.

PASCHALIS, natione Romanus, ex patre Bonoso, sub eisdem quibus decessor Imperatoribus, ordinatus anno DCCCXVII. die XXV. Januarii in Dominica; sedit annos VII. menses III. dies XVII. obiit anno DCCCXXIV. die XI. Maii: sepultus in ecclesia S. Praxedis XIV. Maii, quo & colitur: & cessavit Episcopatus ejus dies IV. in mense Junio, Indictione II. id est usque ad V. diem mensis Junii. *Ab an. 817. ad 824. an. 7. m. 3. d. 17.* F

C

Ratio temporis. MEnses & dies prædictos habet Ms. nostrum, cum Barberiniano, Regio, Thuano, ac Mazariniano Mss. cum alibi menses V dies XVI. legantur: qui non ita commodum habent exitum. Baronius priorem lectionem secutus, quia credidit Stephanum obiisse IX. vel VIII. Kalend Februarii, V. earumdem Kalendarum creatum facit Paschalem, & mortuum pridie Idus, id est XIV. Maii.

& Interpontificii. a Idem Baronius, XIV. Kalendas Junias sive XIX. Maii, creatum Successorem putat, nulla habita ratione verborum a nobis ex Anastasio relatorum, fortassis propter menda quibus illa vitiarunt antiquiores librarii, dum forte descripserunt, dies quatuor in mense Jan. Indict. I. Sed facile fuit pro Jun. obrepere Jan & *Dissensio super electione successoris.* I. pro II. phrasis autem ipsa non ita facile potuit alterari, quæ clare videtur significari usque ad quintum alicujus sequentis mensis diem dilatam successoris Ordinationem. Hoc etiam facile persuadebunt turbæ, subortæ ex discordia factionum, per quas, sicut scribitur in gestis Ludovici Imperatoris, duo per contentionem electi fuerunt: Eugenius tamen Presbyter, vincente Nobilium parte, subrogatus est & ordinatus. Non meminit contentionis hujus auctor Vitæ ab Anastasio transcriptæ; sed dicit, quod Eugenius .... a Romanis cunctis, pro meritorum pia relatione, post transitum sanctissimi Paschalis Papæ, Pontifex factus est. Non videntur hæc verba partem Populi, oppositam Nobilium parti excludere: proinde dubitari potest, an mendax non fuerit facta Imperatori relatio, de Electionis discordia. Hæc autem si fuit aliqua, ad perfectum schisma non processit. Cum tamen Quirinus Subdiaconus, unus ex Paschalis defuncti ad Imperatorem Legatis, attulisset Imperatori nuntium, seu verum seu falsum, contentionis alicujus: necesse is judicavit filium Lotharium Romam mittere, ad res componendas, stabiliendamque electionum tranquillitatem. Turbas certe non leves indicat idem Scriptor de gestis Ludovici Imperatoris, plenius allegandas Dissertatione XXXVIII. num. 7.

Sepultura Paschalis ad Praxedis. 3 Quod ad sepulturam attinet, hanc ei in ecclesia S. Petri datam, legimus quidem in Anastasio: sed Romanus Presbyter, in illius ecclesiæ descriptione, inter Pontifices ibi sepultos, Paschalem non numerat: & Ludovicus Jacob in Bibliotheca Pontificia asserit, quod in ecclesia S. Praxedis, apud monachos Vallis umbrosæ, legit sequentem inscriptionem, supra magnam

io

A aumbam ad ingressum sacelli sacræ columnæ D.N. Jesu Christi appositam.

S. PASCHALIS PP. I.

Est ea fortasse temporis longe posterioris inscriptio; & bodie non invenitur amplius (uti post diligens examen comperi) fidem tamen facile traditioni dabis de corpore istic non tantum jam quiescente, sed ab initio ibidem, & quidem de suprema ejus voluntate deposito, qui legerit apud Anastasium, quomodo dictam ecclesiam jamjam casuram a fundamentis renovarit, multis Sanctorum corporibus a se requisitis inventisque ditarit, fundatoque ad eam Græcorum Monachorum monasterio auxerit, plurima ei conferens prædia, & possessionum loca, urbana vel rusticana. Dici autem potest, vel Anastasium vel ejus transcriptores, abreptos diuturna consuetudine adscribendi Pontificum sepulturas ecclesiæ S. Petri, hic aberrasse, plus scribendo quam legerant apud antiquiores. D

CI. EUGENIUS II.

Ab an. 824. ad 827. an. gest. ad. 23.

EUGENIUS, natione Romanus, ex patre Boemundo, S. R. E. Archipresbyter, tituli S. Sabinæ, imperantibus Ludovico Pio & Michaele Balbo, ordinatus anno DCCCXXIV. die v. Junii in Dominica; sedit annos III. menses II. dies XXIII. obiit XXVII. Augusti, anno DCCCXXVII. & cessavit Episcopatus dies IV. ipse ad S. Sabinam sepultus videtur.

B

Mos veniendi ad Electionem novi, 3. die post mortem defuncti,

BAronius, *qui Pontificatum ejus inchoasset XIX. Maii, non potuit eum extendere ultra XI.* Augusti; *& nullum vacantis Episcopatus inveniens annotatum tempus, existimavit vix una die dilatam Successoris creationem: quæ argumentandi ratio si subsisteret, idem esset de omnibus deinceps consequentibus dicendum, post quorum mortem nulla determinatur vacatio, negligentibus eam notare iis qui Pontificum Catalogum prosecuti sunt. Quia igitur* Lotharius *Ludovici filius, Romæ existens, sub exilii pœna edixit (sicut Constitutionis ejus verba refert Sigonius)* ut ad electionem Pontificis nemo audeat venire, neque liber neque servus, qui aliquod impedimentum inferant, exceptis illis tantum Romanis, quibus antiqua fuit consuetudo concessa per Constitutionem Sanctorum Patrum eligendi Pontificem; *existimo ex vi hujus decreti, legitimo tempore, id est statim ab exequiis temporariis tertio post mortem* Eugenii *die celebratis convenisse ad novi Pontificis electionem eos quorum id jus erat; proximaque Dominica ordinatum qui fuerat electus.*

proxima deinde Dominica consecrandi Electum.

2 *Moram certe aliquam innuit Anastasius, cum ait, quod* omnibus quæ *circa Electum* explenda erant rite ac veneranter peractis, magna sobrietas, magna in totius sexus & ætatis populo lætitia mansit (*usque per dies aliquot Electionem secutas*) ejusque Consecrationis die sereno jam illucescente, cum lumine, jam C dictum Antistitem ad B. Petri Apostolorum Principis ecclesiam a Palatio deducentes omnes pariter Romani, majestate divina auxiliante, in alto throno summum consecravere Pontificem. *Hanc porro formam tertia post mortem Pontificis die peractisque exequiis conveniendi ad novi Electionem, & proxima post hanc Dominica procedendi ad Electi Consecrationem, deinceps credemus observatam, quoad usque magna aliqua ratio cogat longius Interpontificium definire: ubi enim per conjecturam agendum est, non video regulam aptiorem ullam, cui possimus chronologiam aptare.*

Affictum Eugenio institutori examen per frigidam.

3 *Ritum seu verius superstitionem Probationis per aquam habet Mabillonius Tom. 1. Analect. ex Remigiani membranis, seculo IX. exaratis, ex iisdemque credit institutorem ejus fuisse hunc* Eugenium II. *Sed Alexandro Natali videtur jure merito incredibile, quod ille id instituerit, ut sic probandi communicetur dicendo,* Corpus hic & Sanguis D. N. Jesu Christi sit vobis ad probationem hodie, *idemque institutionem hujusmodi cavere voluerit, ut in posterum* nulli liceat super Sanctum altare manum ponere, neque super Reliquias vel Sanctorum corpora jurare. *Sed neque crediderim verum esse, quod* hoc judicium atque examinationem Domnus Apostolicus, *quiscumque demum,* misit in Franciam, ut non violarentur sacra altaria Sanctorum, *licet id habeat Codex aliquis Antissiodorensis; tum ob causam jam dictam, tum quia credibile non est ullum Romanum Pontificem hoc in genere minus circumspectum fuisse, ne dicam minus religiosum, quam fuit Imperator, qui anno* DCCCCXXIX. a Missis *suis* interdici *mandavit, ne ulterius* fiat examen aquæ frigidæ, quod hactenus faciebant. E

Sepultura ejus apud S. Sabinam?

4 *Non numeratur hic Pontifex a Romano Presbytero inter eos, qui Vaticanam Basilicam sui corporis deposito honestarunt; neque id si fuisset, tacuisset Anastasius, qui sua fere videtur ex ejusdem ecclesiæ monumentis compilasse. Itaque conjectura ducor haud parum verosimili, quod qui* tempore sui Presbyteratus tenuit ecclesiam S. Sabinæ Martyris, positam in Aventino monte, eamque dispensante Deo post Pontificalem sibi attributam gratiam ad meliorem cultum perduxit, & picturis undique decoravit, atque ibidem ciborium (*id est argent tabernaculum supra altare & corpus Sanctæ Martyris*) ex argento purissimo obtulit; *ibidem etiam voluerit tumulari, exemplo decessoris in æde S. Praxedis similiter sepulti. Esto utrumque Vaticano adscribat Aringus lib. 2. Romæ subterraneæ cap. 8.*

Tempus Sedis.

5 *Pleraque Anastasii exemplaria, unico Barberiniano excepto, pro* tribus, quatuor *annos assignant huic Pontificatui: sed errorem recte notavit* Baronius, *quem dicere possis ex alio fluxisse errore, quo mors* Paschalis *adscripta fuerat Indictioni 1. id est anno* DCCCXXIII. F *Verum præter Anastasii mentem meadum istud irrepsisse in ejus Catalogum, non tantum persuadeor ex annorum numero, quos ipse attribuit eidem* Paschali; *sed etiam ex Vita* Sergii II. *ubi illius decessores omnes, sub quibus adolevit floruitque, commemorantur: & expresse dicitur, quod* Eugenius, cum in Pontificio tribus perdurasset annis, Valentinus Sedis ipsius Pontifex consecratur. *Quod autem* Augusto mense decesserit Eugenius, *attestantur etiam Bertiniani Annales, hoc tempore scribi cœpti, & anno* DCCCLXXXII. *absoluti.*

Mutatio styli.

6 *Hic demum certo occurrit illa notabilis mutatio styli apud Anastasium, quam supra insinuavi, ut intelligi debeat vere dies mortis qui nominatus ab illo; licet, capta semel phrasi insistens, pergat appellare diem sepulturæ. Etenim cum dixisset* Leonem *ordinatum in festo S. Joannis, id est* XXVII. *Decembris, sedisse autem* annos XX menses V. dies XVI. *non potuit post memoratam sepulturam, eidem in Basilica S. Petri datam, subjungere uti solebat,* pridie Idus Junii, *id est diem ipsum* XII. *Junii, qua Pontificatus finem accepit, nisi hic fuerit dies mortis. Ergo sine scrupulo mortuos Pontifices sequentes dicemus ea die, quo sepultos dicere Anastasius videtur: ipsum autem Sepulturæ diem, tamquam post hac annotari desitum, taciti etiam præteribimus.*

V A-



Tab. XVIII


CIII GREGORIVS IV


CIV SERGIVS II.


CV S LEO IV


CVI. BENEDICTVS III


CVII NICOLAVS I.


CVIII. HADRIANVS II



A D

CII. VALENTINUS I.

VALENTINUS, natione Romanus, ex patre Petro de Regione Via-lata, S. R. E. Diaconus, Pontifex ordinatus I. Septembris in Dominica, anno DCCCXXVII. iisdem qui supra nominantur imperantibus, sedit dies XL. mortuus X. Octobris: & cessavit Episcopatus menses II. dies XXV. *Anno 827. dies 40.*

Ratio temporis. E*Amdem hujus Pontificatus brevitatem confirmant pravitati Annales Bertiniani his verbis:* In Eugenii locum Valentinus Diaconus a Romanis Electus vix unum (*id est vix amplius quam unum*) mensem in Pontificatu complevit: quo defuncto, Gregorius Presbyter Tituli *S. Marcelli Electus, sed non prius ordinatus est, quam Legatus Imperatoris Romam venit, & Electionem populi, qualis esset, examinavit. ** Anast. Marci*

2 *Degebat tum temporis Imperator, uti ex iisdem*
B *Annalibus constat, in Gallia, circa* Compendium, Carisiacum, ceteraque his vicina Palatia usque ad hiberni temporis initium conversatus; *non est igitur credibile mandatum istud ab eo profectum post intellectam* Valentini *Electionem; prius eam quam ipse eam intelligeret, potuerat Consecratio Romæ facta fuisse. Dixerim potius.* Valentinum, *haud diu post Consecrationem, cœpisse mortaliter ægrotare, ita ut valetudinis desperatæ nuntius ad Imperatorem perlatus fuerit illo adhuc vivente; qui continuo suis Romæ ministris mandarit, ut illo moriente & successore Electo, intimarent Clero ac populo Romano, voluntatem suam de suspendenda Consecratione, quoad per Legatum ad hoc missum eam examinasset: atque ita, quamvis cessantis Pontificii tempus apud Anastasium non exprimatur, facile credi poterit, tempus vacationis designatum a nobis cum respectu ad sequentem Pontificatum, quem incipiendum putamus v. Januarii sequentis anni.* *Interpontificii longoris causa.*

3 *Parre novus Auctor, qui vitam Successorum duorum scripsit, ut sunt apud Anastasium, annos duntaxat integros numeravit, nulla habita paucorum qui eos excedebant dierum ratione (quis enim credat, præcise in sui Natalis recursu mortuum Pontificem non unum, sed geminum, & hoc consequutum?) Stylo etiam a prioribus Vitis diverso usus, non videtur dictos annos notasse in principio (ubi tamen Anastasius eos etiam posuit, ut eadem qua ceteros Pontificatus formula etiam hos ordiretur) sed in fine, hac phrasi.* Qui beatissimus Pontifex, postquam Sedem Romanam & Apostolicam annos sexdecim gloriosissime rexit, ex hoc luce subtractus ad æternam migravit requiem, *Gregorius scilicet;* Sergius vero, postquam ...... annos tres. E
Non dubitabimus igitur eos dies ipsis addere, quos verosimili conjectura, ex certo Leonis IV. *initio ducta, cum respectu ad Dominicas quibus utrumque consecratum æstimamus, omissos opinamur.* *Novi auctoris stylus hic diversus & omissi dies.*

4 Baronius XI. *Augusti creatum* Valentinum *existimans, mortuum credit XX. Septembris, & nescio ex quo Auctore sumpsit vacantis Sedis dies solum III. Quo autem loco sepultus fuerit nulla hactenus indicia compertum est: nec datur facultas conjectandi, quamdiu etiam ignoratur Titulus, quem Cardinalis Diaconus tenuit.* *Sepultura incerta.*

CIII. GREGORIUS IV.

GREGORIUS, natione Romanus, ex patre Joanne, S. R. E. Presbyter tit. S. Marci Confessoris atque Pontificis, imperantibus Ludovico Pio & Michaele Balbo; ordinatus anno DCCCXXVIII. die v. Januarii, in Vigilia Epiphaniæ eademque Dominica; sedit annos XVI. dies VII. obiit anno DCCCXLIIII. XI. Januarii, sepultus in Basilica B. Petri: & cessavit Episcopatus dies XV. *Ab an. 828. ad 844. an. 16. d. 7.*
C

Brevis interpontificii ratio. H*Unc vacationis terminum licet Anastasiana exemplaria edita reticeant, habemus tamen in duplici Freherjano duplicique Thuano Ms. nec non Regio ac Mazariniano atque in Ms. nostro: cumque idem non commode deducat ad sequentis Pontificatus, initium aliunde certum, eum sine cunctatione recipimus; putamusque Romanos accelerata Ordinatione* Sergii, *post* Gregorium *Electi, cavere voluisse, ne in consequentiam traheretur ab Imperatore Lothario, quod pater ejus fecerat post mortem* Valentini *Papæ, suspendendo Ordinationem hujus* Gregorii, *donec examinasset ipse per Missos suos quam rite fuisset Electus. Factum autem displicuisse Imperatori, idemque mandatum severius fuisse renovatum, infra dicemus post mortem* Sergii.

2 Baronius, *qui præcedentes Pontificatus omnes nimium acceleraverat, &* Gregorium *mox suffecerat* Valentino, *& quidem die XXIV. Septembris, anno* DCCCXXVII. *eodem quoque die revertente, post annos* XVI. *mori eum facit. Sedemque vacare usque ad X. Februarii sequentis, id est per* menses IV. dies XVI. *nullo tantæ dilationis auctore vel argumento allato. Quare hic ab ejus sententia sine scrupulo discedimus. Interim quam successionis mox secutæ confirmant Annales Bertiniani, dum scribunt an.* DCCCXXXXIII. *quod* Gregorius Romanæ Ecclesiæ Pontifex decessit, cui succedens Sergius in eadem Sede constituitur. F *a Bar. ad m. 4. d. 16 gratis protracti.*

3 *Quod hic* Gregorius *anno* DCCCXXXIII. *montes transierit, pacificaturus Ludovicum Pium Imperatorem & filios ejus, cumeoque egerit in campo magno,* qui est inter Argentariam & Basileam, *ex Thegano coævo novimus; & quomodo post breve colloquium, Imperatorem quidem* Pontifex honoravit magnis & innumeris donis; postquam vero uterque rediit ad tabernaculum suum; misit ei Imperator Regalia dona, *mox autem narratur quomodo patrem filii captivarint; ut nulla sit apparentia quod in hoc tempus quadrent verba cujusdam historici Fragmenti Tom. I. Analectorum Mabilionis pag. 52. quæ sic habent* Tempore Ludovici Pii de Roma ad Palatium Aquisgranense venit Gregorius IV. *habuitque ibi* concilium de fere omnibus Prælatis Orientalibus & omnibus Occidentalibus. *Itaque veritatem hujusmodi Concilii valde incertam esse existimat Mabilio, nec est facile illam aliunde stabilire, pro alio tempore.* *Iter Gregorii trans Alpes.*

SER-

A D

CIV SERGIUS II.

Ab an. 844. ad 847. an. 3 d. 1.

SERGIUS, natione Romanus, ex patre Sergio Regionis quartæ, S. R. E. Archipresbyter, ejecto ex Lateranensi Palatio ejus invasore Joanne Diacono, imperantibus Michaele Theophili & Lothario Ludovici filiis, ordinatus XXVII. Januarii, anno DCCCXLIV. in Dominica: sedit annos III. diem I. defunctus XXVII. Januarii, anno DCCCXLVII. sepultus ad S. Petrum & cessavit Episcopatus menses II. dies XV.

Male fingitur hic nomen mutasse

GOdefridus Viterbiensis de hoc ait: Iste Papa fuit primus qui nomen suum mutavit, & sequentes omnes idem fecerunt: *sed fallitur. Primus enim fuit* Octavianus, *qui nomen* Joannis XII. *assumpsit, integro post hunc* Sergium *seculo. Baronius primum exemplum datum ait a* Sergio III. *qui reverentiæ causa abstinuerit a proprio* Petri *nomine: sed de* Sergio IV. *verius id dicitur, ante quem tamen sub finem seculi* X. *mos ille invaluerat.*

B

2 *Diem mortis, a nobis notatum, confirmant Annales Bertiniani, cum ajunt ad jam dictum annum:* Sergius Romanus Pontifex VI. Kalendas Februarii defungitur, & Leo in ejus locum eligitur. *Interpontificii tempus, in editis Anastasii exemplaribus deest: sed in duplici Freberiano, Ms. Thuano una, atque in codice nostro, inveniuntur menses II. dies XV. quos tenemus, ut perveniamus; ad diem XII. Aprilis, quo fuit ordinatus* Leo *itaque hic, juxta adscriptos ejus Pontificatui annorum, mensium ac dierum numeros, obiens* XVI. Kalendas Augusti, *quemadmodum de eo scribit, non jam alius, sed ipsemet tunc Romæ florens Anastasius.*

Probatur obiisse 27. Januarii.

3 *Cardinalis* Baronius *hoc ejus* Epitaphium *profert, jam olim* inventum in altari S. Xisti, quod erat ante ecclesiam S. Martini in introitu Basilicæ B. Petri juxta ferratam, ornatum a Paschali Papa I. post deprædationem cœmeterii S. Calixti.

Epitaphium.

Sergius en junior Præsul & plebis amator
Hoc tegitur tumulo, qui bene pavit oves.
Spes patriæ mundique decus, moderator opimus,
Divinis monitis non fuit ille piger;
Romanos Proceres non tantum famine verbi,
Rebus at humanis, nocte dieque, fovens.
Usque Leo sanctus; Damasus quoque Papa benignus,
Hic ritum tenuit instituitque gregem.
Egentem semper studuit recreare catervam,
Proque poli ut caperet cœlica regna libens.
Jam jam pro tanto tundamus pectora palmis
Pastore amisso, vivat ut axe poli.
Nectitur ecce piis Fabiano & compare Xysto
Præsulibus, quorum spiritus astra tenet.

C

Extremum distichon explicat Onuphrius Panvinius, describens altaria Vaticanæ Basilicæ; dum ait, quod primum ad dexteram altaris majoris, in transversa Basilicæ parte, quam Crucem ecclesiæ vocant, versus Absidam, fuit Oratorium & altare S. Xysti Papæ & Martyris; sub quo a Paschali II. Papa, sepulta fuere corpora sanctorum Pontificum Xysti ipsius & Fabiani Martyrum, & Sergii Secundi. *Credo autem ibi intelligi altare* Xisti I. *quamquam de martyrio Secundi certius constet. Istum in Vaticanam translatam a Paschali I. supra vidimus, de Secundo autem, ubinam conditus sit, non liquet: est tamen verosimile quod ecclesia, titulum* S. Xisti *ferens, eum ferat a corpore Secundi, istic olim conditi.*

4 *Idem* Baronius, *die* X. *Februarii, ut dixi, adscribit initium hujus* Sergii; *usque eum perducat ad* XII. *Aprilis, immediate suffecturus ei* Leonem, *supra annos tres, mensem ei unum addit (menses* II. *dies* III. *dicere debuisset) & quidem citato Anastasio, in cujus tamen nullo exemplari ejusmodi mensis nobis compares, se bene Interpontificium quod dicimus:* Leonem *autem* XII. *Aprilis ordinatum fatemur, sed pridem electum.*

vulcitur Baronii calculus,

5 *Dicit quidem Anastasius, quod* necdum is, qui subito obierat, Pontifex ad sepulturam debitam fuerat deportatus, & ecce omnes a novissimo usque ad primum, una voce unaque concordia, Leonem venerabilem Presbyterum sibi futurum Pontificem flagitarunt, *& in Lateranense palatium cum solitis ceremoniis deduxerunt. Item, quod* de novi electione Pontificis congaudentes, cœperunt iterum non mediocriter contristari, eo quod sine Imperiali auctoritate non audebant futurum consecrare Pontificem: periculumque Romanæ urbis maxime metuebant, ne iterum, ut olim, aliis ab hostibus obsessa fuisset, *& quod* hoc timore & futuro casu eum sine permissu Principis Præsulem consecraverunt. *Sed addit idem, hoc eos fecisse,* fidem illius, *id est Principis,* sive honorem post Deum, per omnia & in omnibus, conservantes. *Nempe uno alterove mense post recessum Saracenorum, qui Sanctorum Petri & Pauli ecclesias funditus fuerant deprædati, sub extremos* Sergii *Papæ dies; alii* Mauri ac Saraceni (*ut habent Annales Bertiniani*) Beneventum invaserant, & usque ad Romana confinia populabantur; *& sub idem tempus ex Galliis nuntiabantur continuæ clades, eisdem per Danos Aquitaniam infestantes illatæ. Fieri igitur facillime potuit, ut dum vel exspectatur itineris tutioris opportunitas, vel nuntii ad Imperatorem missi aut ab hoc remissi Legati, metu, captivitate, aliisve casibus in itu vel reditu impediuntur, effluxerint isti duo menses, quibus cum diebus* XV. *elapsis, crescenteque indies periculo novæ obsidionis, ad consecrationem Electi procedendum sibi putaverint Romani, sub protestatione, quod ea re in nullo læsam vellent fidem & honorem* Imperatori *debitum.*

Interpontificium m. 2. dies 15.

E

licet urbe premeretur a Saracenis

F

6 *Unde autem ejus offendendi metus hic, si eodem usi fuissent jure quo ad consecrationem* Sergii *processerant, intra paucos ab ejus electione dies? Quia scilicet (ut Annales Bertiniani expresse dicunt)* Sergio in Sede Apostolica ordinato, Lotharius filium suum Ludovicum Romam cum Drogone Mediomatricorum Episcopo direxit, acturos ne deinceps, decedente Apostolico, quisquam illic præter sui jussionem, Missorumque suorum præsentiam, ordinetur Antistes: *quod & peregisse dicuntur. Non est itaque valde impudentis mendacii reus Sigebertus (uti putat* Baronius) *quod Ludovicum Romam missum ait* ad confirmandam Sergii Electionem; *licet Ado aliam causam alleget, ut Rex Italiæ creatus a patre,* Imperatoris nomen sortiretur. *Utraque enim ratio consistere potest, ut vere secundum Adonem* jam tunc Pontifex *fuerit* Sergius, *quando* coronam imposuit Ludovico, *utpote prius a Romanis* Imperatore *inconsulto ordinatus; & tamen* Lotharius *eum suo nomine confirmare prætenderit, ne videretur cessisse juri, quod senior* Ludovicus *pater suus fecisse videbatur, & novo mandato assertum ipso volebat: quod mandatum metuo* Sergio, *nisi omnino*

propter renovatum a Lothario Ludovici mandatum.

suf-

A *fuissent contempsisse Romani, nisi saltem tanta expectavent tempore, quanto alias ante* Gregorii *Ordinationem ex simili mandato expectaverant.*

DISSERTATIO XXIX. al. XVII.

De corporibus seu reliquiis Sanctorum, in ecclesia SS. Silvestri & Martini a Sergio II. Romæ collocatis, & Indulgentiis ab eodem (ut prætenditur) ibidem concessis, itemque de Statinnariis, S. Gregorio attributis.

Drogonem Ep. Metts. trans Alpes Vicarium suum facit Sergius.

E*Xtat unica, sed perquam insignis hujus Pontificis epistola, quam 1. Pontificatus anno datam esse probat Labbaus noster. In hac consultum cupiens quieti & bono regimini Ecclesiarum, per trium Regum Caroli Magni Nepotum simultates mirum in modum labefactatis, ipsorumque inter se concordiam restaurare; eorum patruum,* Drogonem, *Metensem Episcopum, constituit Apostolicum trans Alpes Vicarium, & causas omnes jussit ad eum primitus atque immediate deferri, priusquam ad se recurratur: neque est in tota epistola quidquam quod suspectam eam cuiquam reddere queat. Utinam possemus idem affirmare de quodam Marmore, quod in adificata quondam ab eodem Pontifice ecclesia SS.*

Qua in ecclesia SS. Silvestri & Martini est tabula,

B *Silvestri & Martini in montibus licet videre, in hemicycle absidis e latere dextero; quodque ad annum 847. num. 3. laudat Baronius, tamquam cautiores verba* eo tempore scripta, *quo nihil certius haberi posset, si verum esset. De eo lapide interrogatus Eruditissimus Schelstratius, eumdem & alia similia veteris scripturæ atque sculpturæ monumenta studiosius anno* MDCLXXXIII. *scrutatus, mihi asseruit xxv. Iulii, omnino antiquum esse, quippe cujus inscriptio, non pedibus attrita (nec enim lapis humi jacuit umquam, sed sub altari erectus stetit, priusquam eo ubi nunc est transferretur) sed diuturnitate sola temporis exesa sit, ut patet intuenti, sententia litteris Latino-gothicis, quales videre est in quodam lapide ad S. Balbinam, ante annos circiter* CCL. *aliisque duobus in* Capitolio *positis tempore* Bonifacii VIII. *ante annos plures quam trecentos: qualesque fere ii sunt quibus est inscriptus Bappardiensis lapis, semel iterumque propositus in opere nostro ante Tomum 2. Aprilis, & 3. Maji: proinde censuit fieri posse ut marmor istud sculptum sit ibique positum, saltem ea ea tempore, qua ecclesia, olim a Græcis monachis possessa, & anno* MCCLXXXIII. *tradita* RR. PP. Carmelitis, *novum cultum recepit, horum studio restaurata innovataque.*

Sculpta fuisse videtur sæcu. lo sec. vel 5.

C *Pro majori antiquitate illius qui judicaret, nulla quidem id fundamenta facturum atebat, ægre tamen convincendum falsitatis, propterea quod certum sit ejusmodi characteres etiam prius in usu fuisse. Quid autem si præsumere vellet aliquis, eo lapide, ante annos* CC. *vel* CCC. *sculpto, innovatum fuisse vetustiorem alium, ipsius Papæ Sergii II. ætate positum?*

2 *Id cum ex ipso lapide, quamvis coram adesset, dijudicari nequeat, aliunde petendum discrimen est: & hoc opportune suggerit Anastasius in Vita hujus Pontificis, quoad Sanctorum corpora, fere eadem habens quæ sunt in lapide; sic ut vel hic ex illo, vel ille ex ipso ea sumpserit, utrum autem factum sit utriusq; inter se collatio doceat est necesse. Inscripta lapidi verba varii varie exprimunt, propter compendiarias quibus obscuratur notas, & grammatica menda quibus horrescit, seculi sui barbariem indicans. Id animadvertens Ianningus noster, prius quam Roma discederet, locum ipse adiit; totamque inscriptionem totidem lineis litterisque quibus originaliter constat transcripsit; cujus contextum, quatenus typis Latinis possumus, assimilantes, monemus in litteris M. & E. aliisque similibus nonnullis præcipuam figuræ difformitatem esse, ceteras modi-*

de corporibus illuc translatis a Sergio

ce discrepare ab usitatis; ipsas tamen M. & E. non D *semper uno modo, sed nunc barbare, nunc latine effingi, etiam in eadem dictione. Sic ergo ferme sculptum est.*

✠ TĒPORIB; DŌNI SERGII IUNIO-
RI PP: RECONDITA S̄T IN HOC S-
AC: ALTĀE B'ATI SILVESTRI P̄SU-
LI C̄OP; ET B'ATI MĀTINI ET B'ATI-
SSIMO FABIANO : ATQ : STEPHANO
ET SŌTE MĀTĪB: HAC PŌTIFICIB; SI-
MŁ'Q;ASTEĪO:CUM SĀCTISSIMA FILIA E-
IUS:SCŌQ;CĪACO. PAPIA. ET MAURO LA-
RGO.ET SMARAGDO.TSŌN.SISĪNIO ATQ;
ANASTASIO ET INNOCĒTIO PŌTIFIC-
IB;UNA CŪ SCŌ Q;RINO AC LEONE F. PIS
P̄ĀIT̄ ATEMIO: SISIANO: POL'ONE.THE-
ODŌ: NICANDRO CRESCENTIANO M̄A-
TIB;: CŪ Q;B; B'ATA SOTĒ ATQ; PAULI-
NA, NEC N̄ MEMIA. IUL'ANA. ET. Q;RI-
LLA: THEOPISTE. SOPHIA. V̄IGINIB.
ATQ;: MĀ: ET B'AT Q; RIACE VIDV-
E. ET B'ATA IUSTA CŪ ALIIS MŁ'-
TIS: QUOR' NOĪA D'O SOLI S̄UT
COGNITA. UTROQ; SUB SACRO AL-
TARE DEDICĀS. COLLOCAVIT.
HEC SCŌꝝ CŌPORA TRANSLATA
S̄UT DE CIMITEIO P̄SCILLE VI-
A SALARIA: STATUĒS OĪ ANŌ IN FE-
STIVITATIB; VI ECE IDULGETIĀ TU;
ANNOꝝ.ET III.QTGENAR:OĪB;ADEĀCE-

Hactenus Lapis, ut nunc est; quem porro accipe ut eum legit Antonius Philippinus, *ibidem Prior, in libello de ipsa ecclesia, communibus expressum & extensum litteris.* Temporibus Domini Sergii Junioris Papæ, recondita sunt in hoc sacro altari corpora Beati Silve- F stri & Martini Pontificum. Item corpora Beatissimorum Fabiani, Stephani & Soteris Martyrum ac Præsulum. Adsunt etiam corpora Asterii & Sanctissimæ filiæ ejus. Nec non corpora Sanctorum Ciriaci, Papiæ, Mauri, Largi, Smaragdi & Sociorum. Item corpora Sisinnii, Anastasii, & Innocentii Pontificum; una cum Sanctis Episcopis Quirino & Leone; pariterque Artemio, Sisiano, Pollione, Theodoro, Nicandro, Crescentisnoque, Martyribus. Cum quibus adhuc reposita fuerunt corpora Beatarum Soteris, Paulinæ, Memiæ, Julianæ, Quirillæ, Theopistis ac Sophiæ Virginum & Martyrum: nec non Beatæ Quiriacæ viduæ, Beatæque Justæ, cum aliis multis utriusque sexus, quorum nomina Deo soli sunt cognita: quorum corpora sacro altari, illud ipsis dedicans, collocavit. Sunt autem hæc Sanctorum corpora translata de cœmeterio Priscillæ via Salaria: & dictus Pontifex concessit singulis, ad hanc ecclesiam venientibus, in festivitatibus istorum Sanctorum tres annos & tres quadragenas de vera Indulgentia. *Nunc Anastasium Bibliothecarium audiamus, de illis ipsis Sanctorum corporibus seu corporum partibus loquentem: sic autem habet.*

Indulgentiisque concessis,

3 Igitur........beatissimus Papa, pia devotione sollicitus, pro desiderabili dilectione SS. Silvestri & Martini, ecclesiam, quæ Sancto eorum fuerat nomi-

pro prima parte cum Anastasio convenit.

A ni consecrata .... in meliorem pulchrioremque statum a fundamentis perfecit .... & ad honorem omnipotentis Dei, ejusdem beatissimi Silvestri Præsidia corpus, cum Beatissimo Fabiano, atque Stephano, & Sotere Martyribus ac Pontificibus, simulque Asterio Martyre, cum sacratissima filia ejus, Sanctoque Cyriaco & Mauro, Largo & Smaragdo, atque Anastasio & Innocentio Pontificibus; una cum Sancto Quirino ac Leone Episcopis, pariter Artemio (Sisiano, Pollione, Theodoro) Nicandro, Crescentiano Martyribus; cum quibus Beata Sotere, atque Paulina nec non Memmia, Iuliana & Quirilla, Theophiste, Sophia, virginibus atque Martyribus; & Beata Quiriaca vidua, cum aliis multis, quorum nomina Deo soli sunt cognita, utrosque sub sacro altari dedicans consecravit. *Eadem eodem modo habentur in plerisque tam excusis quam Mss. exemplaribus; sed horum tria, puta Regium, Mazarinum, Thuanum cum Ms. nostro, junio multum contracta, sic leguntur.* Ipse itaque Beatissimus Pontifex ecclesiis quam plurimis innumerabilia contulit bona. Ecclesiam denique Sanctorum Silvestri & Martini, quæ vetustate emarcuerat,
B a novo refecit: atque ibi cum corporibus Sanctorum Pontificum Silvestri & Martini multa alia recondidit, videlicet Fabianum atque Stephanum Martyres & Pontifices, simulque Asterium Martyrem cum sacratissima filia ejus &c..... quorum nomina Deo soli sunt cognita: ibique multa obtulit dona post consecrationem ipsius ecclesiæ.

4 *Prior textus, ut magis initio integer est (utpote lineas duodecim implens, prius quam ad Sanctorum enumerationem veniatur) ita etiam sincerior mihi esse videtur; utrumque tamen proferri oportuit, ut libertas lectoris relinqueretur per se statuendi: primo, uter textus sincerior atque integrior sit; secundo, utrum Anastasius, præ oculis habuerit antiquiorem aliquam scripturam vel sculpturam (uti debuit habuisse, si eadem sit ea, saltem quo ad verborum invariatum contextum, cum ista quæ nunc in lapide legitur) an non. Hæc autem scriptura ab Anastasio, uti clarum est, differt in sequentibus punctis. I. Pontificibus non Martyribus præponit* Sisinnium, *quem Pancirolius dicit solum fuisse Diaconum, quemque non habet Anastasius. II. Ad nomen* Quiriacæ viduæ *additum habet nomen* Beatæ Justæ, *quam fuisse matrem* S. Silvestri *credit præfatus Philippinus, quia ita legitur in ejusdem Sancti Legenda apocrypha, quæ habetur sub falso nomine Eusebii Casariensis.* Ioannes *autem* Zonaras, *auctor (ut censet Allatius) Vitæ, quæ apud Lipomanum & Surium habetur ex Græco sub nomine Metaphrastis, fatetur,*

imo illo videtur esse integrior sinceriorque

C *quod* quinam fuerint magni illius viri parentes, & a quibus sit in lucem editus, veteri libro de eo tractante, in quem ipse incidit, non fuit declaratum, qui liber prisce admodum & simpliciter est compositus; *fons tamen (ut apparet) etiam Latinæ Legendæ fuit, æque ac illa lutulentus. Sed quidquid de* Justa *illa sit, saltem istic posita tamquam Sancta; cum facilius sit ut transcribendo omittatur aliquid ab oscitantibus librariis, quam addatur, præsertim in congerie nominum propriorum; hactenus videmur posse in favorem istius lapidis judicare, ex ipso vel ex ipsius prototypo potius sumptum esse Anastasii contextum, quam contra; sicut enim in hujus exemplaribus multis desiderantur nomina* Sisiani, Pollionis atque Theodori, *sic in istis, & ceteris omnibus ad quæ fuit editio regia excusa, potuerunt omissa fuisse, per similem librarii antiquioris vel ipsius met Anastasii festinationem, nomina* Sisinnii atque Justæ.

5 *Verum quæ post* sequitur pars altera inscriptionis, non potest cum Anastasii contextu de antiquitate contendere; nec etiam præsumi desumpta esse ex antiquiori scriptura, quam Anastasius transcripserit, quamque*

sed partal-tera [illegible]

auctores ejus qui nunc extat lapidis voluerint innovatam, dato quod eam ex Anastasio non acceperint: utpote repugnans toti Anastasianæ historiæ, & aliunde certius cognitæ veritati. Dicit enim hoc Additamentum, quod prænominatorum Sanctorum corpora sunt translata de cœmeteri Priscillæ via Salaria. *Atqui asserit Anastasius corpora* SS. Fabiani, Stephani, Soteris via Appia in cœmeterio Callixti fuisse *sepulta*; Sisinnii, ad B. Petrum Apostolum; Anastasii & Innocentii in cœmeterio ad Ursum pileatum. *Præterea quod* SS. Cyriaci Largi & Smaragdi corpora, via Salaria sepulta, S. Marcellus Papa in prædium Lucinæ via Ostiensi transtulit die VIII. Augusti, *Romano Martyrologio attestante, idque translatione tam solenni, ut licet eadem* postea in Urbem delata, in Diaconia S. Mariæ in via lata recondita fuerint; *iste tamen dies hodieque festivus perseverat, præ ipso die Martyrii eorum.* Papias & Maurus via Nomentana in cœmeterio ad Nymphaa *primum conditi sunt, ut dictum a Bollando* XXIX. Ianuarii: *de ceteris quærere supervacaneum arbitror, quando de* SS. Silvestro & Stephano, *quorum solus prior* Via Salaria in cœmeterio Priscillæ *vero primum sepultus fuit, uno fere ante hunc* Sergium *seculo, scribit* Paulus I. *quod* ex cœmeteriis suburbanis, per Longobardos funditus demolitis, assumpta inde eorum corpora collocavit in ecclesia, quam noviter in eorum honorem & nomina construxit intra mœnia: *ubi anno* MDLXXXXVI. etiam subtus confessionem altaris majoris reperta est una capsa terræ coctæ, desuper cooperta duabus tabulis marmoreis, ac etiam sub dicta arca, inter duas tabulas pariter marmoreas, in quibus locis subtus altare indicatur fuisse reposita corpora SS. Silvestri, Stephani & Dionysii Pontificum & Martyrum.

D

unde alii translati corpora fuerunt [illegible]

cum alibi pleraque sepulta fuerint,

E

& SS. Silvester atque Stephanus translati a Paulo I. in urbem,

6 *Sunt istæc monumenta non primæ translationis, facta a* Paulo, *sed secunda alicujus, cum, illuc illato etiam corpore* S. Dionysii, *novum fortassis & magnificentius altare constitutum ipsis tribus est. Id autem fuit ante tempus* Nicolai primi, *ibidem in inferiori Sanctoque* Dionysio *proprie dicata ecclesia Electi Pontificis, decem annis post* Sergii Junioris *mortem: adeo ut verosimiliter conjectare quis possit, ipsummet* Sergium *secundæ translationis auctorem fuisse; eaque occasione (sicut etiamnunc facere Episcopi assolent) segregasse sibi partes aliquas notabiles dictorum* Silvestri & Stephani, *quas collocaret in vetustiori illius ecclesia, sub titulo Equitii primitus consecrata, & a se ex fundamentis restaurari cœpta. De* S. Martini Papæ *corpore aliud nihil possum conjectare, quam illud Constantinopoli fuisse allatum a Græcis monachis. Iconomachorum Imperatorum fugientibus sævitiam, qui ab illis conculcanda Sanctorum pignorum pretiosiora abstulerunt, & in his Caput* S. Ioannis *Baptistæ; unde postea contigit ut ecclesia* S. Silvestri, Catapaulum *ante dicta, successu temporis vocata sit* S. Silvestri de capite. *Duravit autem persecutio illa toto fere octavo seculo; quo tempore etiam corpus* S. Gregorii Nazianzeni *simili ratione Romam allatum fuit ad ecclesiam* S. Mariæ in Campo Martio, *unde ea secundum suum nomen traxit: idemque accidisset ut puto veteri* S. Silvestri *titulo, si in ipsum illatum fuisset* S. Martini Papæ *corpus. Sed quia juxta erat ecclesia* B. Martini, *ab Hadriano* I. *nuper utcumque restaurata, hæc potius visa est convenire advenis, Sancti Synonymi corpus ferentibus. Cum autem istud ibi mansisset usque dum* Sergius, *post annos* LXX. *pro gemina minori, majorem unam ecclesiam a fundamentis struunt sub utroque nomine; eorum nominum secundum, veteri novoque Patrono commune, ambiguum apud aliquos fecit, utri* Martino *esset ecclesia primario dicata.*

quibus forte Sergius addens corpus S. Dionysii,

illorum aliquas Reliquias acceperit,

F

jungendas corpori S. Martini CP. allatum a Græcis monachis,

& in nova ecclesiam transferendo,

7 *His de cœmeterio, quoad primam ut audita infeliciter inscriptionis partem, præmissis; haud ægre obtenturum me crederem, etiam alteram ejusdem inscriptionis par-*

Indulgentiarum [illegible], quales ibi notantur, usum

tem

A *tem de Indulgentiis pari infelicitate fuisse conditam, nisi noster* Sfortia Pallavicinus, S. R. E. Cardinalis, *dignam censuisset, qua Indulgentiarum talium antiquitatem (si verum fateri volumus) juste majorem, tueretur lib. 2. cap. 5. Historiæ Concilii Tridentini. Sed cum omni quam scriptori eximio defero reverentia, ingenue fateor, nihil solidioris probationis in isto lapide me videre, quam in epistola Leonis III. de Canonizatione S. Suiberti pariter ab eodem Cardinali allegata, cujus supra meminimus, laudantes judicium* Sanfelicii Apostolici Nuncii *de eadem; qui vel inde potissimum ipsam arguit falsitatis, quod* commemorat pluries Indulgentias, a Leone concessas fastum diem colentibus aut ecclesiam S. Suiberti visitantibus. Quandoquidem, *inquit*, Indulgentiarum usum, hodie in ecclesia frequentem, non comperio ante Urbanum II. qui anno MLXXXVI. proficiscentibus ad expeditionem Hierosolymitanam Indulgentias, seu pœnitentiarum alterius speciei relaxationem concessit: licet harum institutum (diversimode tamen) ab ipsis Ecclesiæ incunabulis viguerit; nempe per libellos Martyrum durante Ecclesiæ persecutione, deinde per redemptionem pœnitentiarum, juxta antiquos Canones Burchardi, B Yvonis, & Romanum Pœnitentiale. *Similia habet* Alexander Natalis *sec. 9. parte 1. cap. 1.*

esse sub-ista formula seculo XI. vetustiorem

8 *Prævisse tamen* Urbano *videntur, quoad Indulgentias sacra quædam loca visitantibus concedendas, Pontifices aliqui, sed non multo antiquiores, eodemque XI. seculo, vel etiam X. Nam R. P. Ioannes Mabillo, vir curiosissimus, pag. 69. Itineris sui Italici, laudat Romanum vetus Sacramentarium, in Bibliotheca Vallicellana asservatum, septingentis & amplius annis antiquius, in quo hæc inveniri notavit:* Mense Junio die XXII. Sanctorum Martyrum mille CCCCLXXX. quorum Vigilia cum silentio & jejunio est celebranda: concessumque est ut (*id est, si non fallor, in gratiam sive in honorem eorum, scilicet Martyrum*) pro illo uno die annum dimittere in pœnitentia. *Verbis istis videtur indicari facultas ejus Basilicæ Clericis aut Monachis Pœnitentiariis pro tali die concessa, intuitu peculiaris cujusdam istorum Sanctorum ibi cultus vel etiam Reliquiarum: qua de re plenius agere licebit dicto mense: hic sufficit notasse perantiquum istud qualiscumque Indulgentiæ aut quacumque forma concessæ exemplum. Similiter P. Ioannes Dominicus Musanti S. I. Farfensis in Latio monasterii Chronicon anno MCL. scriptum prelo apparans, in eo reperit, quod* anno Dominicæ Incarnationis millesimo LX, mense Julio die VI. Indict. C XIII. Nicolaus sanctissimus Papa II. invitatus decentissime a Domno Berardo Abbate venerabili Farfensis monasterii, omnique Fratrum Conventu ejusdem cœnobii, una cum Episcopis Romanis & aliquantis Cardinalibus, ad hoc monasterium libentissime venit, ad hujus ecclesiæ principalia altaria consecranda; hoc est B. Mariæ Dominæ nostræ, & Domini Dei Salvatoris mundi. Quo facto honorificentissima inter sacra Missæ solennia; idem Pontifex Venerabilis omnibus pœnitentibus, qui ibi convenerant & aderant, remissionem trium annorum fecit; & constituit ut hæc remissio annualitar fiat, omnibus qui in ipsa die cum votis & donis, prout potuerint, honaste & honorifice annue venire studuerint.

terno probis;

Primo nobis offeruntur, pro X. seculo anni unius sed diversa forma,

& trium pro anno 1060 sed non satis certa.

9 *Nicolao successit anno* MLXI. *Anselmus Lucensis Episcopus, assumpto nomine* Alexandri II. *de quo legi in aliquo ejusdem Lucensis Ecclesiæ Codice, inter Bibliothecæ Vaticanæ libros servato, quod peracta ejusdem Ecclesiæ solennissima Dedicatione, an.* MLXX. *concessit*, ut octo dierum spatio dedicationis memoria perageretur annis singulis, concessa indulgentia pœnitentiæ. *Nihil*

Alium Ms. Lucensi pro an. 1070. sed sine definitione temporis,

tam antiquum reperire potuit (si prædictam fictitiam inscriptionem excipimus, & quasdam S. Silvestro atque Gregorio similiter affictas indulgentias) Cardinalis Baronius, licet eo animo scrutatus omnia, ut Ecclesiasticorum rituũ vetustatem probaret contra hæreticos. Sicut D *tamen Lucensi isti Indulgentiæ apud auctores deest specificatio temporis, ita vereor, ne in Farfensi major vero sit annorum numerus, atque ex confirmatoria alicujus multo posterioris Pontificis extensione acceptus a Compilatore Chronici, post annos plus quam centum scribente. Nam ut ad an. 1177 n. 49. notat Cardinalis Baronius, non erat Romanis Pontificibus, prisco illo tempore,* usus concedendi Indulgentias, quæ unius anni terminum excederent, præterquam in expeditione Terræ sanctæ: *quod probat ex ea quam* Alexander Papa III. *anno* MCLXXVII. *in dedicatione primarii altaris in Cathedrali Ferrariensi est elargitus; ipsum altare in Anniversario visitantibus, vereq; pœnitentibus & confessis*, annum unum de criminalibus & septimam partem de venialibus relaxando. *Idem Baronius ad hujus suæ sententiæ confirmationem, cum alia aliorum Pontificum diplomata in genere allegat, quæ plura se vidisse significat; tum* Honorii Papæ III *unum integre producit, ad an. 1030. de Consecratione ecclesiæ Casemarii, datum Abbati Rainerio*, III. Nonas Februarii, Pontificatus anno II. E *qui secundum nos fuit anni Christi* MCCXVIII. *ubi inquit;* ut ipsius ecclesiæ dedicatio veneranda singulis annis devotius celebretur, universis qui ad celebritatem consecrationis ejusdem infra novem dies devote convenerint, de illius pietate confisi qui est peccatorum remissio, de injunctis pœnitentiis annum unum misericorditer relaxamus. *Hæc tunc erat Indulgentia maxima: postea cœperunt alii, ad annorum numerum ampliorem, etiam adjungere* Quadragenas, *quarum meminit præfata inscriptio. Meminisse tamen nihilominus earumdem* Quadragenarum *etiam fertur* Urbanus II. *& quidem cum ampliori Indulgentia, quatuor ut septem annorum additarum in eo Privilegio, quod, sub titulo Epistolæ X. inter Epistolas Urbani ejusdem refertur, datum Petro Abbati Cavensi ejusque successoribus, anno* MXCII. *Sed vereor ut Privilegium istud undequaque sincerum habeatur ex suo originali. Primo enim loco indulget*, ut quicumque in statu gratiæ Domino opitulante positus, & ad dictum locum accedens, fuerit ibi uno die ante ipsius Basilicæ consecrationem, & per 10. um diem sequentem; de omnibus peccatis, de quibus vere contritus fuerit & confessus, illam indulgentiam & veniam a Domino consequatur, quam mereretur in eundo ac redeundo ad S. Jacobum Compostellanum; reliquis vero temporibus & diebus singulis, causa devotionis illuc accedentes, quatuor F annorum & totidem quadragenarum indulgentiam suorum peccatorum obtineant, de Sedis Apostolicæ gratia speciali. *Est autem ea largitas ideo mihi suspecta pro tali tempore, quia qui Compostellanos Indulgentias quam altissime accersunt, non ultra* Callixtum II. *ascendunt; hic vero primum successit Urbano post annos* XVIII. *Adde quod hæ tam amplæ Indulgentiæ præcessissent Concilium Claromontanum, ubi largitionibus ejusmodi initium datum videtur, in eorum gratiam, qui Crucem suscipientes, ipsam vitam suam recuperando Sepulcro Domini ac Terræ-sanctæ devovebant.*

quod unius adhuc anni erat anno 1177.

additur & 18 Quadragena.

sub exemplo seculi XI. sed dubio.

10 *Quidquid tamen de ista re sit, manet quod diximus, ante seculum XI. frustra requiri exempla Indulgentiarum, tali forma datarum. Quapropter cum S.* Thomas, *in 4. Sententiarum dist. 20 qu. 1. art. 3 agens de Indulgentiis, post hæc verba*, sicut quando Papa dat, ut qui vadit ad unam ecclesiam habeat septem annos de Indulgentia, *addit;* cujusmodi etiam Indulgentiæ a B. Gregorio in Stationibus Romæ concessæ sunt; *& ante ipsum* Guilielmus Antissiodorensis, *postea Parisiensis Episcopus, lib. 4. Summæ tract. 6. cap.*

Neque inveniuntur Indulgentiæ Stationum.

A 9. aiceadi fuit absque historico examine secuti errorem vulgi, ideo attribuentis S. Gregorio (utique primo ejus nominis) Indulgentias Stationum, multis post seculis institutas; quia ipse, teste Joanne Diacono in Vita ejus lib. 2. cap. 18. Stationes per Basilicas vel beatorum Martyrum cœmeteria, secundum quod hactenus, id est usque annum DCCCLXX. circiter, Plebs Romana quasi eo vaveote certatim discurrit, solicite ordinavit, sive suos cuique definivit dies. Atque in hoc, eodem plane processum est modo a populo rudi, quo processerunt illi, qui, quod suo ævo fieri videbant, cum altaria a Pontifice consecrarentur, etiam crediderunt aut credi ab aliis voluerunt factum a suæ ecclesiæ conditore Sergio, lapidem istum seculo forsan XIII. sculpentes. De quibus judicium nostrum cum bono fundamento auctoritateque sincero proferentes, ad illorum qui talibus præsident informationem, parati Ecclesiæ judicio stare; non putamus nos a viris cordatis cum Wicleffo & Paulo Suavi condemnandos suspectosve habendos de hæresi. Sed neque D. Thomæ quidquam nos credimus detraxisse, dicendo, ipsum cum sua duce Guilielmo Autissiodorensi, absque historico examine, in

B talibus secutum esse vulgi errorem. Cur enim id nobis æque non liceat ac P. Natali Alexandro Dominicano? qui Selectorum historiæ Ecclesiasticæ Capitum Tom. 1. Dissert. 2. Conclus. 1. agens de argumento similiter historico, id est de anno Nativitatis Christi; cum sententiæ suæ contrariam S. Thomæ auctoritatem sibi objecisset, pag. 219. respondet, quod S. Thomæ institutum non fuit expendere quæstiones chronologicas & historicas, unde pronum fuit ut a vera temporum & historiæ ratione recederet.

ab antiquis Scholasticis receptum, sine examine.

11 Idem responderim objicientibus quandoque nobis Suarem aliosque Societatis nostræ, nominis quidem maximi Theologos, sed Historicos sæpe infelices; quoties occasio aliqua illos in tale argumentum impegit, contentos referre quidquid quærentibus primum se obtulit: quapropter nec allegavit eos Henschenius, cum ad Vitam S. Guilielmi XIV. Februarii ageret de origine & Ordine Guilielmitarum; nec ego in talibus soleo ejusmodi scriptorum auctoritate meam confirmare sententiam, vel contra sentientium pondus soliciste elevare; sed ipsos requiro & examino assumendæ vel rejiciendæ opinionis fontes, ex quibus illi hausisse debuerunt quidquid in alterutram partem dixerunt. Cur autem in Historicis quæstionibus adstringere nos velit aliquis ad

C Theologorum, & summi inter eos semperque venerandi D. Thomæ sententiam; quando Thomas Cardinalis Cajetanus, alterum illud Thomisticæ Scholæ columen, in Theologicis quæstionibus ex facto pendentibus Doctores sacros pro regula habendos sibi non existimat? Nam in opusculo de Indulgentiis, definiturus quid sint; loquitur cap. 7. Non parva præterea intelligentia opus est ad evidentiam habendam de pœnitentia, a qua absolvit Indulgentia; dum sacri Canones non nisi de injuncta mentionem faciunt, Doctores autem ad injunctas & non injunctas extendunt. Et licet Doctorum opinio, quam esse secutum se dicit D. Thomas, magni facienda sit: quia tamen hujus rei veritas ex facto pendet, & in facto consistit, & sacri Canones solum de injuncta faciunt mentionem; ideo tenendo certum, & dimittendo incertum, definita est Indulgentia, quod est Absolutio a pœna injuncta. Ubi Cajetanus, argumentum formans ex silentio Canonum contra ipsummet D. Thomam & prægressos eum Doctores, evidenter demonstrat, quam vim inesse credat argumento negativo universali, quod nonnulli, assumptis male quorumdam auctorum locis, de negatione particulari intelligendis, explodunt ut stramineum neque pili faciendum.

Bellarmini [illegible]

12 Plus ponderis habet, quod Cardinalis Bellarminus (qui cum hæreticis disputans, ad insignem Theologicarum rerum scientiam, minime vulgarem addidit D antiquitatis Ecclesiasticæ cognitionem, æque ac Baronius) vulgari tunc opinioni subscribat etiam ipse, in tractatu de Indulgentiis, earum in hac de qua agimus forma dandarum antiquitatem probans cap. 3. iis omnibus auctoritatibus, quas ut insufficientes rejiciunt alii. In illis autem est etiam hic, de quo agimus, lapis, tanquam si propter antiquitatem litterarum in eo nulla fingi possit suspicio fraudis. Libro autem 2. cap. 6. ab Alexandro III. enumerans Pontifices, quos constat Indulgentias taliter elargitos, sic loquitur: neque mirum videri debet, si auctores antiquiores non multos habemus, qui harum rerum mentionem faciant, quoniam plurima sunt in Ecclesia quæ solo usu sine litteris conservantur. Hoc quidem nemo dubitat, nisi nec de ipsa remissione pœnarum peccatis debitarum, quin eam ex thesauro meritorum Christi atque Sanctorum solvendi potestatem habuerit, variisque modis exercuerit Ecclesia: sed quod eam potestatem sub ista exercuerit *Bellarmini fundamentum* forma, in favorem piorum locorum quorumdam, a fi- E delibus juvandorum aut visitandorum, negamus exemplis ullis stabiliri posse, quæ sint seculo XI. antiquiora.

13 Memoriæ Romanæ, quibus id constare Bellarminus ait, facile probantur omnes non solum posterioris esse temporis; sed etiam falsitatis convincuntur in iis quas continent circumstantiis. De Lateranensi Tabula, cujus fides sit, jam explicuimus Dissertat. VIII. nunc XIII. nec fideliores censeri possunt aliæ quæcumque Indulgentiarum a S. Silvestro institutarum memoriæ, adeo obscuræ, ut hactenus eas collegaverit nemo. S. Gregorium agnoscimus Stationum auctorem; sed qui hoc nos docuit Anastasius, de Indulgentiis tacuit. Cetera omnia antiquitate sua vincere videtur lapis Sergio II. imputatus; sed ultimæ quibus inscribitur lineæ, quam serius ad memoriam translatorum corporum sint adjectæ, vidimus. Suibertinam Vitam, & Canonizationem, qualis, & quanta est, fabulam esse, ostendit Bollandus: nec quidquam adfertur aliud, quod non sit longe posterioris ævi. Manet igitur, cum bona Bellarmini semper mihi honorandi venia, comprobatum, quod is de quo agimus usus doceri nequeat seculo XI. prior fuisse; sine litteris autem propagatum per tot secula, quot a S. Silvestro ad seculum jam dictum XI. fluxerunt, gratis assumitur, & absque ulla pietatis jactura historice nega- *Expenditur Silentium Anastasii,* tur. Non autem etiam negatur æque gratis, atque asseritur. Anastasium enim Bibliothecarius, omnia Ro- F manarum ecclesiarum archiva scrutatus, ut, quid quisque Pontifex cuique earum suo tempore contulerit beneficii, quam minutissime explicaret, etiam quoad colorem danariorum, numerum, pondus, formam; potestne præsumi rationibiliter fuisse silentio præteriturus sacrarum Indulgentiarum, tanto quam alia quæcumque donaria pretiosiorem thesaurum, tantoque utiliorem fidelibus & temporum hominumque injuriis nullis obnoxium, æternaque memoria auctoris digniorem? Profecto si earum ulla uspiam indicia reperisset, non dicam grandibus consignata saxis omniumque aspectui exposita, sed vel occultissimis archiviarum angulis delitescentia, auxisset ea insigniter opus, talia ex proposito præcipue tractans. Vixerunt autem Anastasius, cuique et successit Guilielmus, Bibliothecarius etiam ipse, fere usque ad finem seculi IX.

14 Aliud argumentum æque negativum, sed nihilominus adstringens, & quemcumque non pertinacem intellectum convincens, peteretur ex Cancellariæ Pontificiæ Formulariis, si quæ frequenti ejus direptioni incendioque superessent: invenirentur enim pro omni qui- *& antiquorum formularum:* dem alterius cujuscumque gratiæ expeditione præscriptas habere formulas, nullas autem pro Indulgentiis. Sed ejusmodi Formulariorum (quæ quidem publicam auctoritatem habuerint, videnturque ab Yvone Carnotensi parte 4. Decreti cap. 132. Libellus Diurnus appellari)

adscripta S. Gregorio per vulgi errorem,

A *lari) nullum hactenus est inventum seculo* XI *antiquius: si tamen etiam illius & proxime sequentium seculorum inveniatur aliquod. Ast Lucas Holstenius, ut supra vidimus, unum, privata saltem diligentia collectum, nec usquequaque contemnendum reperit; unde tum alia quædam, tum Dissertationis* XVI. *nunc* XXI. *argumentum sumpsimus; vidimus autem Caput* VII. *idemque ultimum continere, sicut habebat titulus.* Diversa privilegia Apostolicæ auctoritatis, concessa Monasteriis, Diaconiis & Xenodochiis: *erant vero formulæ diversæ* XXII. *quarum penultima sic exorditur:* Dum magna nobis cura insistit pro stabilitate omnium locorum sanctorum cogitare, ut eorum devotissimæ commoditatis proficiat integritas; convenit certe Nos pro ecclesia Ill. maximam gerere solicitudinem, ne minus illic luminariorum concinnatio habere videatur. *Confirmantur deinde fundi ad lumina alenda* B *constituti. Quod autem huc spectare etiam posset, & seculo* XV. *maxime in usu fuit, ut ad sarta tecta, luminaria, supellectilem, manus porrigentibus adjutrices Indulgentias aliquas largiretur Pontifex, quodque maxime ad intentum finem fecisset, si alicui eatenus venisset in mentem, ejus in farragine tanta nulla invenitur formula. Similiter* Caput *ibidem* V. De præceptis summi Pontificis ad Episcopos suæ ordinationis, de locis sacris atque reliquiis, *horum petitiones, & illius responsa continet, de dedicandis ecclesia, oratorio, altari, baptisterio, vel eisdem cum post ruinam vel incendium restaurantur, deque recondendis vel transferendis Sanctorum corporibus vel reliquiis. Apparet autem quod cum formulæ eo spectantes colligerentur, nulli Episcopo vel Abbati, aut alteri talis loci Rectori in mentem venerit, ad promovendum tam pium opus, vel ad augendum concursum fidelium pro tam solenni actione, Indulgentias postulare aut Pontifici concedere; si enim venisset, fieri vix poterat, ut tali occasione non peterent & impetrarent; si autem hoc fieret, in ipsis formulis id haberetur, habetur autem ejusmodi nihil.*

de privilegiis locorū sacrorum,

dedicationibus vel de Reliquiis

absque mentione indulgentiarum.

15 *Quod porro ad* Indulgentias Stationarias *attinet (ab his enim huc digressi sumus) has, nescio a quo, sed non ante seculum* XI. *primo institutas, cum vulgus cœpisset (sicut dixi) ad ipsarum Stationum auctorem S.* Gregorium Magnum *referre, eumque errorem ut certam veritatem arripuissent Scholastici veteres, ad* C *tradendam methodice Theologiam magno cum Ecclesiæ commodo felici intendentes conatu, magnamque in eo laudem jure optimo consecuti; quid mirum, si discipulis ipsorum informatos Pontifices, etiam in eo puncto (quod alioqui non Theologicum, sed Historicum erat) sua auctoritate pertraxerint, eo tempore, quo nemo adhuc applicabat animum eruderandis antiquitatibus ecclesiasticis, sacrarumque ceremoniarum originibus illustrandis.* Ergo Bonifacius Papa VIII. *Pontificatus sui anno* III. *Christi* MCCXCVIII. *non dubitavit in hunc modum scribere:* Frequenti considerationis indagine perlustramus, & intra claustra pectoris solicita meditatione discutimus, qualiter Doctor optimus Ecclesiæ sanctæ lumen B. Gregorius, dum adhuc in terris gereret vices Christi, Patriarchalibus & aliis ejusdem urbis ecclesiis primo (prout tradit antiquitas) & alii postmodum Romani Pontifices ...... de Apostolicæ Sedis liberalitate munifica, diversorum tenorum Stationarias Indulgentias concesserunt. *Ita ille, nullas quidem in particulari specificans (ut ait Pompejus Ugonis in Discursu suo generali prævio ad Historiam Stationum Romanarum) sed omnes generaliter confirmans,* sub quacumque forma aut tenore *datas, novasque addens pro tota Quadragesima, confirmat autem (sicut apparet) ut* primo *concedi cœptas a B. Gregorio,* sicut tradit antiquitas: *qua tamen (ut vidimus) aliud non tradit, quam Sanctum illum ordinasse ipsas Stationes; nisi Antiquitatis nomine intelligamus, uti nunc passim intelligit* Curia, *spatium circiter centum vel ducentorum annorum, quo errorem istum Romæ cœpisse facile concedemus.* D

Hoc obest quod vulgarem de Stationariis opinionem,

Bonifacius 8. confirmaverit,

16 *Interim ex Confirmatione illa* Bonifacii, *errorem quoad factum* Gregorii *involvente, discimus,* Pontifici, *etiam* frequenti considerationis indagine aliquid perlustranti, & intra claustra pectoris solicita meditatione discutienti, *in iis quæ pure historica sunt, obrepere posse quidpiam, cujus falsitas non obsit principali ipsius intento, quod in casu nostro est, fideles certos reddere de obtinendis Indulgentiis Stationariis, qualitercumque propositis, supplendo scilicet (quod facere proculdubio potest) omnem juris factique defectum. Atque ita cassum manet, quod nonnulli adversum me totis nisibus intorquent, telum, ad manu tenendam antiquitatem quarumdam Indulgentiarum, Ordinis sui Ecclesiis (ut prætendunt) concessarum; & per consequens earumdem Ecclesiarum veram in Europa existentiam, pro eo tempore, quo neque sic solitas dari Indulgentias, neque tales Ecclesias extitisse, ut minimum, verosimilius est. Quod enim eas, quomodo prætendebantur haberi, confirmaverint ætatis nostræ* E *Pontifices quidam,* Gregorius XIII. *&* Clemens X., *approbantes* Summarium Indulgentiarum, a diversis summis Pontificibus concessarum fidelibus visitantibus Ecclesias *prædictas; non facit, ut omnes illæ sic vere, ut prætenditur, antiquitus sint concessæ; & extiterint, quæ extitisse negantur, ecclesiæ; sed ut vere nunc habeantur, quæ antea non habebantur quidem, haberi tamen credebantur, Indulgentiæ. Neque mirum est quod Pontifices in hujusmodi sic agere potuerint, imo & voluerint; quia omnes illæ gratiæ, quarum confirmatio petebatur, respectu hodiernæ largitatis, exiguæ omnino erant nemini que invidiosæ, utpote cum nullius præjudicio conjunctæ. Talibus autem contingere solet ut nemo facile contradicat; nisi tunc forte, quando in consequentiam adducuntur ad controversias historicas decidendas, cum præjudicio verosimilioris aliunde opinionis.*

sed probat in talibus posse errare Pontificem

non tamen frustrari intento suo principali.

17 *Ceterum non obstantibus iis, quæ supra disputavimus de Pontificum in rebus historicis fallibilitate, manet manebitque, quod, ubi cetera paria sunt,* Bullis, Brevibus, Constitutionibus, Decretis *eorumdem* summorum Pontificum, *& cum proportione etiam,* Eminentissimorum Dominorum S. R. E. Cardinalium *&c.* etiam extra casum & materiam fidei aut morum salutarium emanatis, maximam, saltem intra lineam auctoritatis humanæ, universi Catholici de- F bent deferentiam, fidem, ac observantiam. *Et hanc servant, qui nihil eorum quæ istic dicuntur, aut vera esse supponuntur, in dubium revocant, nisi moti magnis & quemcumque rationabiliter moventibus, antea autem minus consideratis aut eatenus prorsus ignoratis rationibus & auctoritatibus. Magis autem eamdem reverentiam servant, cum id quod dixi facientes cavent, iis, quibus nihil opus est, creare invidiam vel notam apud simpliciores, atque dissimulanda qui & quanti fuerint aliquando, in eo quod controvertitur puncto, vulgari errore abducti; ipsam talis erroris originem scrutantur ac refellunt; cum id abunde satis sit. Hoc autem nos fecisse probant ipsæ objectiones, nobis identidem factæ, quia ad auctoritates istas nusquam directe respondebamus, judicantes id nec conveniens nec necessarium esse.*

Debita autem iis reverentia non detrahitur,

singulorum fundamenta examinando,

18 *Dum vero definitionibus prænotatis proxime subjungit quidam,* de Historiis, quæ a summis Pontificibus aut sacra Rituum Congregatione in divino Officio post ejusdem recognitionem proponuntur, *quod* eo ipso tamquam canonizatæ habendæ *sint; maxime* si antiquæ fuerint, id est ultra centum annorum: *quodque* Nullus in Breviariis error modo reperitur, *hæc an & quatenus vera sint, viderint ii qui asserunt. Non*

A asseruisset id sane Baronius, ex præcipuis Breviarii correctoribus unus, quique annuas de veteribus Sanctis Pontificibus Lectiones ei, quam verosimiliorem arbitrabatur ipseque instituerat, Chronologiæ aptavit, licet de illius soliditate non valde certus, sicus in Sotere ostendit. Quæ autem eo respectu mutavit, rursum erunt in antiquum reducenda statum, si nostra ab illius diversa Chronologia recipiatur. Quod si in iis, quæ proxime Ecclesiam Romanam spectabant, potuerunt ex Baronii unius auctoritate, errores qui antea non erant induci; quanto facilius potuerunt antiqui, necdum sufficienter convicti, remanere incorrecti? Quid autem? Numquid divini Officii partem non esse dicemus, atque ac Breviarium est, Romanum Martyrologium, quale post Primam legendum in choro præscribitur? Numquid illud pro ea quæ aderat facultate recognitum & correctum semel iterumque non est? Scimus [illegible] nullum esse Januarii ac Februarii diem, [illegible] mensibus absque me Bollandus & Henschenius [illegible] (ut de aliis taceam) ubi non unus aut plures [illegible] Martyrologii errores, arguuntur (tacito tamen sæpe illius nomine) quasi inventi in iis unde illuc translati sunt auctoribus. Hoc vero scivit, qui totos illos Menses a capite ad calcem prælegi sibi fecerat, cum Nuntius Apostolicus ad Rhenum esset, Alexander VII. adeo autem non improbavit, ut majorem æstimatorem ac laudatorem nullum, & qua poterat adjutorem, Pontificem alium hactenus non habuerint nostra Sanctorum Acta; habitura tamen se confidunt in eo qui nunc feliciter regnat Innocentio XI. cujus pedibus judiciisque subjicimus quidquid modo scribimus, vel antea scripsimus, aut scribemus posthac. D

erroris aliquid in iis intelligendo.

CV. S. LEO IV.

B

Ab an. 847. ad 855. an. 8. m. 3. d. 6.

LEO, natione Romanus, ex patre Rodoaldo, Presbyter tit. Sanctorum quatuor Coronatorum, Imperantibus Lothario & Michaele prædictis, ordinatus XII. Aprilis, Feria III. Paschali, DCCCXLVII. sedit annos VIII. menses III. dies VI. obiit XVII. Julii anno DCCCLV. sepultus in ecclesia B. Petri Apostoli, & Romano Martyrologio ad dictam mortis diem inscriptus: & vacavit Episcopatus mensem I. dies XIV. E

Interpontificium tam.

NIhil hic ambiguum vel apud aliquem controversum occurrit, præter tempus vacantis post Leonem Sedis, pro quo Ms. nostrum suggerit dies XV. annumerato scilicet die mortis, quo secluso remanerent dies XIV. Regius autem, Mazarinianus atque Thuanus eodem (ceteris nihil habentibus) insuper habet menses II. Horum unicum sufficere probatur ex Anastasio, quando initium Januarii sequentis anni, quo Tiberis exundavit, & die ejus sexta pervenit ad porticum S. Marci, vocatur ab eo mensis quintus consecrationis Benedicti, Bertiniani Annales, cum dicunt quod mense Augusto Leo Apostolicæ Sedis Antistes defunctus est, eique Benedictus successit, non præcise loqui, sed eum solum mensem videntur indicare voluisse, quo toto vacavit Apostolica Sedes.

Sepultura Leonum 4.

2 Romanus Presbyter tempore Eugenii Papæ III. describit Basilicam S. Petri, & in ea agens de Oratorio S. Leonis IV. Papæ: in quo, inquit, sicut sæpe a nostris majoribus accepimus, videlicet a D. Cencio Priore & D. Christiano, sanctæ recordationis D. Paschalis Papa II. corpus, B. Leonis Papæ Primi, & Secundi, & Tertii, & Quarti recondidit: sicut etiam multi nostrorum viderunt. Hactenus ille, in talibus fidissimus ac certissimus Auctor.

CVI. BENEDICTUS III.

C

Ab an. 855. ad 858. an. 2. m. 6. d. 10.

BENEDICTUS, natione Romanus, ex patre Petro, Presbyter tit. S. Calixti, dejecto tandem invasore & tyranno Anastasio, imperantibus Ludovico Juniore & Michaele III. ordinatus I. Septembris in Dominica, anno DCCCLV. sedit annos II. menses VI. dies X. obiit X. Martii DCCCLVIII. sepultus ante fores Basilicæ B. Petri; & cessavit Episcopatus dies XIIII. F

Temporis ratio ex Anastasio,

DOminico die in diluculo, in basilicam B. Petri Apostoli, ab Episcopis, Clero, Proceribus deductus est, & in conspectu omnium. Imperialibus Missis cernentibus, in Apostolica Sede, ut mos & antiqua traditio dictat, consecratus ordinatusque est Pontifex. Ita Anastasius, postea addens, quod in mense quinto Consecrationis hujus præclari Pontificis, id est, mense Januario, fluvius qui appellatur Tiberis alveum egressus est suum: & in hac lectione concordant omnia Mss. ad quæ editio Regia procusa vel collata est, nec in eorum ulla legi potuit numerus diei, quo prædicta inundatio contigit. Solumque ponitur die ...... Baronius alicubi die VI. legit, indeque conclusit VI Augusti consecratum Benedictum, atque adeo post annos II. menses VI. dies X. obiisse die XVI. Februarii: male utique supponens, non currentem, sed exactum mensem quintum censeri ab Anastasio, nec examinans an diei VI. Augusti eo anno Dominicus fuerit quod si examinasset invenisset Feriam III. fuisse. Quod autem alii, inquit idem Baronius, Consecrationis ejus tempus, ex quo incipiunt anni Pontificatus numerari, rejiciunt ad III. Kal. Octobris, non invenimus; cum prorsus his, quæ ex Anastasio hujus temporis scriptore recitavimus, adversentur. Miror sane, cum hæc lego, dicere Baronium a die Consecrationis numerari annos hujus Pontificatus: nec cogitasse idem æqualiter valere in omnibus Pontificatibus: sicut Registra omnia Pontificalia testari possunt. Si enim id cogitasset unquam, longe aliam Chronologiam instituendam sibi intellexisset. Nihilo etiam minus miror, eumdem non cogitasse, quod tam multa quæ acta Anastasius narrat, fieri non potuerunt angusto XX. dierum spatio, quot inter Leonis mortem & Benedicti Consecrationem in ipsius calculo solum fluxissent.

2 De hoc porro Pontifice agens Romanus Presbyter, in descriptione Basilicæ Vaticanæ qualis sub Eugenio III. adhuc erat, Hic, inquit, requiescit juxta portam argenteam deforis, cujus hoc est epitaphium, modestiæ singularis indicium.

Epitaphium.

Quisquis huc properas, Christũ pro crimine posceos,
Quam lacrymis dignus sit, rogo, disce locus.
Hac gelida Præsul BENEDICTUS membra quiete

TER-

A Tertius en claudit, quæ sibi reddat humus;
Quodque fores tectus servat sub tegmine saxi,
Indignum sanxit se sociare piis.

Fabula Papissæ perstricta,

3 Joannæ Papissæ *fabulam, quæ nonnullis Anastasii exemplaribus, etiam in Ms. nostro infarta legitur, explosam qui voles videre, habet inter Catholicos, Leonem Allatium, Philippum Labbeum, aliosque; inter heterodoxos, Davidem Blondellum: Similiter eam eamdem tractavit, atque etiam ad vulgi captum dilucide explicavit, nostra Teutonica lingua, P. Cornelius Hazart, ad calcem Triumphi Romanorum Pontificum de imposturis & calumniis hæreticorum: novissimus vero omnium Alexander Natalis, eleganter æque ac breviter. Nobis vel solius Anastasii textus sufficit: sic enim apud eum legitur.* Ubi hac luce subtractus Leo occubuit, mox omnis Clerus cunctusque Senatus ac populus... Calisti titulo properantes.... & Benedictum ex eodem abstrahentes.. in Patriarchium Lateranense perducentes, Pontificali solio, ut mos est ... posuerunt ... hisque peractis decretum componentes... invictissimis Lothario ac Ludovico destinarunt Augustis. *Fuerunt autem res quietæ, dum Imperatorum expectatur responsum totis quinque hebdomadis; sed advenientibus Legatis, & Anastasium obtrudentibus, turbatæ ad dies paucos; rursumque desistentibus a conatu Legatis, composita ante finem hebdomada sexta, & legitima desiderataque Consecrationis lætitia proximo Dominico terminata: at ne vel unicus quidem dies inveniatur vacuus illi femineo monstro, quod impudens fabricavit scurrilitas, effrænis mentiendi adornavit libido, suscepit ignorantia, pervicacia defendit, contra convictiones innumeras & luce meridiana clariores.* D

CVII. NICOLAUS I.

Nicolaus, natione Romanus, ex patre Theodoro Regionario, S. R. E. Diaconus, Imperantibus Ludovico Juniore & Michaele III. ordinatus, xxv. Martii festo Annuntiationis Dominicæ; feria vi. ante Dominicam Palmarum anno DCCCLVIII. sedit annos ix. menses vii. dies xix. obiit xii. Novembris, Indictione i. anno DCCCLXVII. sepultus ante fores Basilicæ B. Petri: & cessavit Episcopatus mensem i. & diem i.

Ab an. 858. ad 867. an. 9. men. 7. dies. 9. *Bar. m. 6. d. 20.* E

B

Cita Ordinationis causa.

Priusquam moreretur *Benedictus, Roma Ludovicus Cæsar discesserat, inquit Anastasius: & ejus transitum eum cognovisset, concitus ad eam reversus est. Cum igitur Ms. nostrum, solum hac parte correctius, exprimat tempus vacantis ante novam Ordinationem Sedis, idque dierum xv. dumtaxat, annumerato etiam die quo obiit Decessor; probat (quod alioqui ex ipso Anastasii contextu videtur consequens) subitam fuisse* Benedicti *mortem, nec patrimonii Apostolici fines egressum fuisse Cæsarem, qui potuerit redisse tam cito; & hanc ipsam itineris emetiendi brevitatem in causa fuisse, quod redire dignatus sit, alias per Legatum interfuturus Consecrationi.*

Tempus Pontificatus,

2 *Sicut autem in nostro Ms. reperimus* Interpontificii *dies, sic definitionem ipsius Pontificatus, in nullis exemplaribus ad initium Vitæ sine aliquo errore descriptum, accurate notatum ad finem vitæ exhibent tria Mss. Parisina, Regium scilicet, Mazarinianum, Thuaneum, sub hac clausula:* Et cessavit Episcopatus ejus, annorum ix. mensium vii. dierum xix. *Pro quo tempore* Baronius, *ex vulgo editis ad initium notis, habet*, an. ix. menses vi. dies xx. *alii* menses
C ii. *alii* annos ii. *ipsa denique prædicta Mss. uti & Ms. nostrum, in principio ponunt* annos vi. menses ix dies xii. M*arianus Scotus annos* viii. *dies* ix. *quæ ingens confusio & depravatio numerorum, ex ista clausula ipsorumque verum ordine apte corrigitur.*

& Epitaphium.

3 *Epitaphium,* Nicolao Secundo *male attributum, & huic* Primo *magis conveniens, ejusmodi nobis Baronius exhibet.*

Conditur hoc antro sacræ substantia carnis
Præsulis egregii Nicolai, dogmate sancto
Qui fulsit cunctis, Mundumq; replevit & Urbem.
Intactis nituit membris, castoque pudore:
Quæ docuit verbis actuque peregit opime:
Sidereæ plenus manlit doctusque Sophiæ,
Cælorum claris quæ servat regna triumphis,
Ut regnet soliis Procerum per secula notus.

4 Decretales epistolas, quas Beatissimi Papæ diversis temporibus ab urbe Romana pro diversorum Patrum consultatione dederunt, venerabiliter suscipiendas, *mandaverat olim* Gelasius Papa I. *eas scilicet intelligens,* quas dumtaxat & antiquitus sancta Romana Ecclesia conservans (*uti loquitur* Nicolaus *hic I in Epistola 47. ad Galliæ Episcopos*) nobis quoque custodiendas mandavit, & penes se in suis archivis & vetustis rite monumentis reconditas veneratur. *Tales haud dubie erant quas Dionysius Exiguus collegit, a litteris Siricii Papæ incipiens. Sed plus videtur voluisse* Nicolaus, *& veris illis indubitatisque Decretalibus etiam accensuisse omnes illas anteriorum Pontificum, quas ut uti Romæ deperditas & in Hispania repertas, Isidoriana collectio insuper habet, seculo* viii. *exeunte vel ingrediente* ix. *primum nominari & legi cœptas: sic enim pergit.* Absit ut scripta eorum quoquo modo parvi pendenda ducamus, quorum videmus Deo auctore sanctam Ecclesiam, aut roseo cruore floridam, aut rorifluis sudoribus & salutaribus eloquiis adornatam. *Nam quot alios habuit Romana Ecclesia Pontifices Martyres, nisi eos sub quorum nominibus tunc circumferebantur, & passim ab omnibus suscipiebantur ut veræ, Decretales Epistolæ, nunc autem convictæ teneantur suppositionis certissimæ? Quis interim hoc sciens dicere audeat, Decretales illas indifferenter omnes habendas pro canonizatis, quia omnes indifferenter laudavit* Nicolaus; *& quia easdem postea in Decretum Gratiani receptas, passim laudarunt allegaruntque non solum Canonici juris Magistri in scholis, sed etiam Pontifices Romani in suis rescriptis & definitionibus; nihil quidem approbantes a fide aut moribus Ecclesiæ abhorrens, in eo tamen quod facti erat & historiæ omnino errantes? sed citra culpam. Quis enim a Romanis Pontificibus, in quantocumque momenti negotio, majorem exigat distinctioremque rerum præteritarum scientiam, quam sua cujusque ferebant tempora? aut cur debuerunt illi dubitare de factis, de quibus tunc nemo dubitabat? Talia vero erant Baptismus Constantini a Silvestro susceptus, Thurificatio Marcellini Papæ cum responso Concilii Sinuessani, ac denique absolutio Polychronii Hierosolymitani Episcopi, de quibus alibi egimus, quæque similiter a* Nicolao *allegantur, contra Photium abdicationemque Ignatii, & pro asserenda suprema Romanæ Ecclesiæ auctoritate, fidelibus orthodoxis aliunde certissima. Quare nec magnopere peccaveris, quisquis alteri cuicumque Pontifici simile quid accidisse dixerit, non dijudicando factum decretumve Pontificis, sed, examinando veritatem exempli,* F

Quod decretales omnes indifferenter susceperit Nicolaus,

non potuit eas nequidem post annos 600. comminuere,

quia

A quo factum statutumque aliquid asseritur.

5 Profecto si Sardicense Concilium, ipsis etiam Græcis irrefragabile, & sanctorum Pontificum Cœlestini, Leonis seu Gelasii instituta, in S. R. E. archivis indubitanter recondita, adversus Ordinationem Photii non allegasset Nicolaus; sed eorum loco usus solum esset auctoritatibus Sanctorum Martyrum atque Pontificum Evaristi, Alexandri atque Xysti, quatenus eorum Decretalia scripta vere haberi tunc credebantur, nihil egisse nunc censeretur, gratisque Photio ac partiariis ejus intonuisset hæc verba, Si Decreta Romanorum Pontificum non habetis, de neglectu atque incuria estis arguendi; si vero habetis & non observatis, de temeritate estis corripiendi & arguendi. Proinde æque aut magis gratis eadem ostentantur in fronte cujusdam Appendicis, ad terrorem incutiendum iis, quibus nuda nomina Stephani V. Leonis IV. Adriani II. Sergii III. Alexandri II. quorum scripta nec falsa umquam exhibita fuerunt, nec vera exhiberi potuerunt, nequaquam sufficiunt, ut quas prætenduntur dedisse

multo minus propter indulgentias,

alieno tempori per conniventiam adscriptas,

B Indulgentias recipiam velut certissimas, & humana saltem fide, quanta potest optari, subnixas, propter meram conniventiam Clementis X. Pauli V. Gregorii XIII. aut ipsius etiam (si credere lubet) Sixti IV. ideo solum, quia illis non venit in mentem nomina istæc expungere, vel dubitare de certa satis scientia suggerentium ipsa. Non potest sane vel septem seculorum inconcussa credulitas nunc canonizare laudatas ante annum DCCCLXXII. a Nicolao I. Decretales, nec efficere ut Eruditi pro canonizatis eas habeant, earumque esse auctorum credant, quibus adscribuntur, licet ad disciplinæ ecclesiasticæ causam tantopere faciant, & dicemus, quod alicujus Ordinis antiquitas seu historia, quia nititur Indulgentiis nullius consequentiæ & tam inverosimiliter allegatis, pro canonizata habenda sit quodque Catholici universi eidem, saltem intra limites humanæ historiæ, parilem proportionaliter debeant deferentiam, fidem, observantiam, quam Bullis, Brevibus, Constitutionibus, Decretis &c. Summorum Pontificum &c. Ut quid autem additur, Saltem intra limites humanæ historiæ? Numquid hoc non est evertere totum, quod prima fronte strui videbatur? Cum enim nulla humana historia, etiam quatenus in Bullis Brevibusque attingitur, plus habeat auctoritatis ac fidei, quam ea sint unde habentur primum testimonia ac fundamenta, si hæc probentur aut falsa esse, aut jure suspecta, vel alias de insufficientia, quid illam juvant Bullæ ac Brevia; maxime quæ mere recitative procedunt? Quid iis prodest simplex temporis longioris

canonizabitur historia ipsis innixa:

C credulitas, quando pro falsitate contra veritatem nulla datur præscriptio?

6 Sed redeo ad Catalogum Pontificium, qui quatenus ab Anastasio Bibliothecario continuatus habetur, in Nicolao desinit ex judicio Onuphrii Panvinii, licet ille adhuc dicatur floruisse usque ad ann. DCCCLXXVII. Dimissum vero ab eo opus ad suum usque tempus continuavit Guilielmus, itidem Bibliothecarius. Sed hæc continuatio utinam extaret integra! Nunc ex ea supersunt dumtaxat illustria duo fragmenta, de Vitis Hadriani II. & Stephani V. bonam partem continentia.

Anastasii Catalogum suum

D Defectum supplebit nobis primum Flodoardus, Remensis Canonicus, qui libros quindecim de Sanctis Carmine scriptos reliquit, antehac e Treverensi bibliotheca indicatos Eruditis a Joanne Bonderio, in Indice Belgicorum MSS.; deinde ab Herovallio, in Carmelitarum Discalceatorum bibliotheca Parisiis ostensi diligentissimo Mabillonio: qui exinde ad calcem Seculi sui tertii dedit ultimam libri 12. partem, a Gregorio II. usque ad Leonem VII. Nos eum librum appellabimus Flodoardi Pontificale metricum. Ex reliquo opere curassem mihi fortassis describenda aliqua, si nancisci potuissem omnium Sanctorum nomina, quorum ibi gesta explicantur: sed intelligo in Arverniam ablatum Ms. ubi ejus videndi nulla mihi Sociisve spes est. Juvet ergo nos in hac parte, quisquis poterit ac volet. Atque utinam integrum Codicem aliquis publicæ luci donet; Auctor ea parte qua Pontifices spectat, a S. Petro (ut reor) incipiens, & Anastasium Bibliothecarium presse subsequens, singulorum Pontificum ab eo laudata facta conatur illustrare versibus, ut illa ferebat ætas, non omnino politis. Deficiente Anastasio, prosequitur nihilominus Flodoardus ab Hadriano I. usque ad Formosum; nescio quem alium præ oculis habens, magis succinctum quam fuerat Anastasius, eoque etiam ipse cogitur esse succinctior. Eatenus autem ille nullam curam assumpsit definiendi temporis, quo quisque Pontifex sedit: sed ejus rei primum incipit habere rationem in Benedicto VI (quem anno DCCCXCVI. ordinatum fuisse constat) & per dimidium fere seculum plerisque annotat spatium sui Pontificatus; finiens in Leone VII. quem dixi, tamquam adhuc vivente, & a se Romæ viso, adeoque ante annum DCCCCXXXIX. quo Leo iste

continuavit Flodoardus

continuavit Guilielmus;

E obiit. Optassem sane ut hic Chronologia ordinanda adjutor certus mihi innotuisset: sic enim opus non fuisset aliunde subsidium emendicare, minus securum ac certum. Quod absque eo facere potui, feci; haud obscure dolens fidelioris ductu destitui me pro seculo X. nunc autem nihil cunctabor mutare quæ scripsi, prout consequenter factum Lector inveniet.

7 Post Flodoardum auxilio nobis veniet insigne Ms. in nostro Musæo asservatum, cujus Auctor scriptas nobis reliquit Pontificum vitas usque ad Martinum V., sive annum Christi MCCCCXXXI. non sicut Platina, qui proprio stylo ac marte Pontificalem historiam contexuit usque ad annum MCCCCLXXII. prout etiam fecit Joannes Stella, Sacerdos Venetus, usque ad Julium II. & annum MDIII. progressus: sed invariato stylo antiquorum, Anastasii opus continuantium, quorum primus nobis ignotus sequentium duorum Pontificum vitas descripsit, reliquas post annos trecentos addidit quidam Petrus Bibliothecarius, sub Paschalis II. Pontificatu, post annum MXCIX, ea narrans, quæ vidit & quorum pars magna fuit, idque in prima persona: ex quo apparet ejus laborem a Martino II. usque ad præfatum Paschalem II. multo sincerius transcriptum haberi in Ms. nostro, quam fuerit transcriptus, ab eo quem habuit Baronius in Vaticana Bibliotheca Pontificiæ historiæ continuatorem: unde iisdem quidem verbis pleraque, sed tamen in tertia persona habet: ut ex eo non possit tam certo cognosci Auctor, quam ex Ms. nostro,

Petrus, Pandulphus,

& alter Petrus:

F cui etiam subservivit continuatio Pandulfi Pisani usque ad Innocentium III. circa initium seculi XIII. atque alius Petrus, Continuator Pandulphi, usque ad Urbanum V. sive annum MCCCLXII.

8 Est autem Petrus in plerisque tam siccus & jejunus, donec ad sua perveniat tempora; ut sæpe aliud nihil habeat, quam nomen & patriam ac durationem Pontificatus; diem autem Mortis atque Interpontificii spatio nec semel quidem nominet. Atque utinam saltem numeros annorum mensium, & dierum, quibus unusquisque Apostolicæ Cathedræ præsedit, ita fideliter transcriptos vel invenisset ipse vel Auctori Ms. nostri tradidisset, ut hos saltem tenere semper & sequi possemus! Sed quemadmodum vitiatos numeros quandoque potuit invenisse, sic & ipse in eisdem fuisse a posteris vitiatus, prius quam ad Auctoris Ms. nostri manus veniret.

hujus stylus.

9 Adhibebimus igitur etiam alios aliquando in subsidium, eos scilicet qui Pontificum nominibus, spatium quoque regiminis adscripserunt. quales fuere Hermannus Contractus, Marianus Scotus, Gotfridus Viterbiensis. Primus anno MLIV. floruit, secundus obiit anno MLXXXVI. tertius integro seculo post secundum superfuit. Idem fecerunt, Anonymus auctor Compilationis

Alii Scriptores Catalogorum quos hic adhibebimus.

Cho-

A Chronologiæ *usque ad annum* MCCCCLXXIV. *deductæ, Illustrium veterum scriptorum tomo insertus a Joanne Pistorio;* & Wernerus Rollewinck *in* Fasciculo temporum, *usque ad annum* MCCCCLXIV. *protracto. Qui omnes aliique Chronicarum scriptores usui nobis erunt; ut quando procedendum ex conjecturis erit, inter differentes numeros, seligamus eos unde commodior chronotaxis exurget, conformiorque certioribus monumentis, quæ hinc inde sese offerent; & intra quæ, tamquam terminos a majoribus constitutos, & nulla ex causa revellendos, contineri debebunt conjecturæ nostræ; tanto majorem verosimilitudinem habituræ, quanto & præscriptos ab aliis numeros servabunt melius, & ad prædictos terminos attingent felicius. Interim liceat tantisper hic, juvandi amici causa, respirare.*

DISSERTATIO XXX. al. XVIII.

De lingua Slavonica in Sacris, apud Bulgaros Moravosque recepta hoc tempore; & Apostolicæ Sedis ea de re judicio.

B *Occasione novi Missalis Sinensis,*

DIssertationis bujus occasionem & argumentum præbuit mibi exspectatissimus Societatis nostræ, præsertim Belgicæ, adventus R. P. Philippi Couplet, mei quondam in Theologia Lovaniensi condiscipuli, ex Sinis in Urbem Procuratoris pro nova ibidem Christianitate; inter alia istic conducibilia futura, etiam persuasam sacræ Rituum Congregationi expetente approbationem Missalis Romani, litteris Sinensibus eo fine expressi, ut quotquot iisdem litteris utuntur gentes, tam intra quam extra Chinam, puta Iapones Coreani, Cocincincases, Siamenses, aliique sua quique lingua Missas ex eo possint celebrare, sublata necessitate, illic pene insuperabili, addiscendæ primitus linguæ Latinæ. Præfert Missale illud Pauli V. indultum vetus, quod tamen tot jam elapsis annis executioni datum non fuit, deficientibus in Sina Episcopis qui versionem recognoscerent, deque ejus fidelitate securam redderent Apostolicam Sedem, alia præterea aliaque interjecta fuerunt consilio tam utili impedimenta: quibus nunc demum superatis, ipsaque impressione curata, visus fuit rogandus Innocentius Papa XI. (etsi id forte necessarium non erat) uti Prædecessoris sui pro Missali eo decretum confirmet. Et ipse quidem rem intelligens, non modo non laudavit Pauli factum, sed miratus vehementer est tantam in executione moram; voluit nihilominus, quando huc usque dilata res erat, ipsam de-
C nuo in deliberationem adduci; inventæque sunt sententiæ Patrum admodum inter se variæ, sic ut appareret periculum, ne prævaleret paucorum auctoritas, negativam suadentium. Ego, ubi primum quid proponendum Romæ esset intellexi, recordatus continuo sum, simili in causa Actorum Romæ sub Nicolao præmisso, qui Slavoniæ Apostolos Cyrillum atque Methodium ad se venire jusserat, allatumque ab iisdem S. Clementis Papæ corpus acceperat. Recordatus sum etiam, quomodo ejusdem Nicolai successori Hadriano & Cardinalibus ejus peregrinum acciderat, quod intelligerent prædictos Apostolicos viros præsumpsisse licentiam Canonicarum Horarum Missarumque Officia, proprio conversarum a se nationum idiomate, celebrandi. Referuntur ea ad IX. Martii, in eorumdem Sanctorum istic editis Actis secundis, & pro anno DCCCLXVI. sic narrantur pag. 22. Tom. 2. dicti Mensis.

explicatur quomodo sub Pontifice Hadriano in

actum fit de Psalterio & Missali Slavonico,

2 Apostolicus & reliqui Rectores Ecclesiæ corripiebant B. Cyrillum, cur videlicet ausus fuisset in Slavonica lingua Horas Canonicas statuere. At ille humiliter respondens dixit: Attendite vos, Fratres & Domini, sermonem Apostoli dicentis: loqui variis linguis nolite prohibere. Secutus ergo Apostolicam doctrinam, (linguam), quam impugnatis,
D institui. At illi dixerunt: Quamvis Apostolus loqui variis linguis persuaserit, non tamen per hoc, in ipsa quam statuisti lingua, divina solemnia voluit decantari. Cum autem propter hujusmodi institutionem plus & plus apud eos cresceret altercatio; B. Cyrillus dictum Davidicum protulit in medium dicens: Scriptum est enim: Omnis lingua laudet Dominum. & si omnis spiritus laudando magnificat Dominum, cur me prohibetis sacrarum Missarum solennia & Horarum Slavonice modulari? Si quidem si quivissemus illi populo aliter aliquando cum ceteris nationibus subvenire in lingua Græca vel Latina, omnino quæ reprehenditis non sanxissem: sed quia idiotas viarum Dei totaliter eas reperi & ignaros, solum hoc ingenium almiflua sancti spiritus gratia cordi meo inspiravit, per quod etiam innumerum populum Deo acquisivi. Quapropter, Patres & Domini, cogitate consultius, si institutionis meæ normam hanc expediat immutare. At illi audientes, & admirantes tanti viri industriam & fidem, studiosa deliberatione præhabita, statuerunt, supradicto ordi-
E ne & sermone, in illis partibus quas B. Cyrillus Deo acquisierat, sicut statuerat, Caoonicas horas cum Missarum solenniis ita debere deinceps celebrari. *Hactenus Vita illa: nec alia conditione ordinati fuerunt*, quos secum adduxerat ex discipulis suis *S. Cyrillus*, & dignos esse ad honorem Episcopatus suscipiendum censuerat (*uti dicitur in alia eorumdem Vita*) *quam ut Slovonico sacra facerent ipsi, & aliis deinde ordinandis Presbyteris facienda traderent. Eadem omnia quæ supra, ac pene iisdem verbis, leguntur in Lectionibus veteris Breviarii Olomucensis, in festo prædictorum Sanctorum.*

eorumque usus approbatus:

3 Joannes Papa VIII. *anno* DCCCLXXX. *Epistola* 247. *ad* Sfentopulchrum, gloriosum Comitem *Moraviæ, scribens, inter alia sic ait* ... Nec sanæ fidei vel doctrinæ aliquid obstat, sive Missas in Slavonica lingua canere, sive sacrum Evangelium vel Lectiones divinas novi & veteris Testamenti bene translatas & interpretatas, legere, aut alia horarum Officia omnia psallere: quoniam qui fecit tres linguas principales, Hebræam scilicet, Græcam & Latinam, ipse creavit & alias omnes, ad laudem & gloriam suam. *Christianus Monachus, S. Adelberti Episcopi Pragensis & Martyris avunculus, in vita S. Ludmillæ matris S. Wenceslai Regis quam nepoti dicavit, paulo post annum Ordinationis ejus primum, Christi* DCCCCLXXXIII. *eadem omnia confirmans, quæ supra diximus de libris sacris in Slavonicam linguam a S. Cyrillo tradu-*
F *ctis*; Missas præterea, *inquit*, ceterasque Canonicas horas in ecclesia, publica, *id est populari seu vulgari*, voce, resonare statuit, quod & usque hodie in partibus Slavorum a pluribus agitur, maxime in Bulgariis: multæque ex hoc animæ Christo Domino acquiruntur. *Non equidem ignoro* S. Gregorium VII. *anno* MLXXIX. *Uratislao Bohemiæ Regi, postulanti*, quo secundum Slavonicam linguam apud Bohemos divinum celebrari annueret Officium, *respondisse*, se huic petitioni nequaquam posse favere: *& causam addidisse, quia* hoc sæpe volventibus liquet, non immerito sacram Scripturam omnipotenti Deo non placuisse quibusdam locis esse occultam, ne, si ad liquidum cunctis pateret, forte vilesceret & subjaceret despectui; aut prave intellecta a mediocribus, in errorem induceret. Neque enim, *inquit*, ad excusationem juvat, quod quidam religiosi viri, hoc quod simpliciter populus quærit, patienter tulerunt, seu incorrectum dimiserunt: cum primitiva Ecclesia multa dissimulaverit, quæ a sanctis Patribus postmodum, firmata Christianitate & Religione crescente, subtili examinatione correcta sunt. Unde ne id fiat,

quem & Joannes 8.

quem & Joannes 8. confirmavit,

&, non obstante contraria Gregorii 7. ad Bohemos sententia,

quod

A quod a vestris imprudenter exposcitur, auctoritate B. Petri inhibemus; teque, ad honorem omnipotentia Dei, huic vanæ temeritati viribus totis resistere præcipimus. *Bohemos Moravorum Bulgarorumque exemplum movisse videtur, ut quod apud hos ab initio prædicatæ istic fidei servabatur; sibi quoque, catenus non nisi Latine sacra audire consuetis, concederetur. Ipsis autem negatum fuisse quod sic petebant fateor equidem: quin & assentiar, si velis, Gregorium eo fuisse mente, ut usum Slavonicæ linguæ etiam Bulgaris ablaturus fuerit, si potuisset; sed ut rationes, quas allegat, parum convincentes esse videntur: sic illius post sesquisaeculum successor* Innocentius IV. *iis dimotus non fuit, quin cuidam in Slavonia Episcopo prorsus contraria responderet, per epistolam quæ apud Baronii Continuatorem Raynaldum, ad annum* MCCXLVIII. *num.* 5. *sic legitur:* Porrecta nobis tua petitio continebat, quod in Sclavonia est littera specialis, quam illius terræ Clerici se habere a B. Hieronymo asserentes, eam observant in divinis Officiis celebrandis. Unde ut illis efficiaris conformis, & terræ consuetudinem, in qua existis Episcopus, imiteris, celebrandi divina secundum prædictam litteram a nobis licentiam postulasti. Nos igitur, attendentes quod sermo rei, & non est res sermoni subjecta; licentiam tibi, in illis dumtaxat partibus ubi B de consuetudine observantur præmissa, (dummodo sententia ex ipsius varietate litteræ non lædatur) auctoritate præsentium concedimus postulatam.

In Slavonia concessit ipsis Innocentius 4.

4 *Apparet* litteræ *nomine, non solos characteres intelligi, sed insuper & præcipue linguam characteribus talibus expressam, scilicet Slavonicam; agi autem de textus Latini in ipsam versione. Hanc quod a* S. Hieronymo *habere se assererent Clerici Slavonici, ex ignorantia temporum manifesta natum errorem indicat. Ut enim non dicam, quod aliunde jam habemus, institutionis talis auctorem fuisse* Cyrillum *prænominatum, quadringentis quadraginta annis Hieronymo posteriorem; ipse* S. Hieronymus, *licet in Dalmatia natus sub annum* CCCLVI. *puer tamen ad studia Romam missus, numquam amplius in patriam rediit: atque ut rediisset, & in civium suorum gratiam facere aliquid voluisset, non potuisset Slavonicam versionem condere, istic inutilem futuram. Siquidem Slavi, quoad vixit Hieronymus, in intima latuerunt Scythia, primum inde egressi, Dalmatiaque, Illyrico & Pannoniis infusi sub Imperio Justiniani Senioris, annis circiter triginta aut quadraginta post mortem Hieronymi, anno* CCCCXX. *vita functi. Excusabilis tamen Clericorum istorum error, inde natus videtur; quod Cyrilli versio, facta esset* C *secundum vulgatam probatamque in Patriarchatu Romano Hieronymi versionem Latinam. Licet enim Græcus esset Cyrillus, Slavoniam tamen, in qua prædicabat, sciebat antiquitus juris esse Romani; adeoque Ecclesiæ Romanæ aptare se voluit quoteuus poterat, eidem redditurus gesti, a se muneris rationem: quare etiam Hieronymianæ versionis nomen fortassis in titulo legi voluit Sanctus, quod Clericos illos deceperit. Verum ut hi decepti, etiam Pontificem traxerint in errorem facti, non ideo tamen minus firma manet principalis ratio, quæ* Innocentium *movit ad postulatam gratiam concedendam,* quod sermo rei, & non est res sermoni subjecta; *conveniatque* Episcopum *ei cui præficitur Clero* conformem effici, & terræ consuetudinem imitari.

Auctorem Slavonicæ versionis Hieronymum esse,

error quidem fuit,

sed ad censum imperitorum.

5 *Eadem epikia usa ergo Ruthenos est Ecclesia Græca, postquam eis per missos Constantinopoli prædicatores Christi fidem tradidit cum Græcis ritibus exercendam: quod factum esse sub annum millesimum, quando Constantinopolitana Ecclesia optime unita erat Romanæ, ante tomum* 1. *Maji ad Ephemerides Græco-moscas docui. Sua enim ut litteras* D *sic & linguam propria (quæ ipsa quoque Slavonica est) agere permissi sunt, atque etiam nunc sic agunt omnia, non tantum schismatici sub Moscorum Dominatu, sed etiam Catholici sub Rege Poloniæ. Neque dubito quin si Reges Daniæ ac Sueciæ aliique Principes Septentrionales, apud quos cum hæresi Lutherana usus invaluit Missam patria lingua celebrandi; subjecta sibi regno & provincias vellent ad Catholicam unionem reducere, salva licentia hactenus usurpata; hæc eis relinquenda esset ab Apostolica Sede, pro tanto bono libenter toleratura conditione longe etiam graviores, modo eæ non officiant integritati ac puritati veræ fidei.*

Græci etiam Ruthenis indulserunt linguæ suæ usum,

6 *Quod si istis in partibus, ubi olim Latina in lingua Sacra fiebant, eademque lingua etiam nobilitati ac clero notissima est, permitti posset usus Teutonicæ, propter faciliorem eductionem vulgi; quanto id potius videbitur indulgendum Sinis, Japoniis, aliisque cultissimis nationibus, Latinam penitus ignorantibus, nec eam nisi difficillime docendis? Judicium plurimorum virorum sapientum est, nullas tyrannorum persecutiones suffecturas in Japonia fuisse, si fundata istic felicissime Ecclesia per se subsistere potuisset, nec eguisset Episcopis Sacerdotibusque ex Europa advehendis, interim dum* E *sic advecti diu nequibant latere, & ne de novo invehrentur alii haud difficulter prohibebatur. Avertat Deus, ne idem aliquando contingat in China! Ne contingat autem videtur caveri posse, si Latinæ linguæ, prius morose operoseque discendæ, necessitate sublata, & incerti post annos plures successus difficultate, ad Episcopalia ac Sacerdotalia munia assumantur indigenæ, ætate provecti, virtute probati, prudentia consummati, & congruam in communi provinciis omnibus lingua litteraturam adepti, tradita sibi sacra patrio idiomate celebraturi, aliisque a se institutis successoribus ita celebranda transmissuri, sicut fecerunt prædicti Discipuli Sanctorum Slavoniæ Apostolorum, Slavi ipsi & Latinarum Græcarumque linguarum ignari.*

Idemque videtur Sinensibus indulgendum.

7 *Non est meum præscribere Sacræ Congregationi de Fide propaganda, quibus mediis uti debeat ad Gentium conversionem; licet tamen in commune consulere, & cum omni qua par est subjectione proponere, quid Romanis Pontificibus olim ea in re probatum fuerit; quidque plurium meorumque regionum illarum ad messem vota postulent, explicare. Obest quidem apud nonnullos istius Congregationis Patres, persuasio quædam, a P. Christiano Lupo, viro erudito, altius infixa. cum is Romæ fuit anno* MDCLIV. *quando apud Apostolicam Sedem vehementius instabatur pro eadem, quæ nunc iterum petitur, facultate. Etenim in Vita ipsius P. Lupi, edita ante Tomum postumum, continentem scholia & notas ad variorum Patrum circa Ephesinum & Chalcedonense Concilium epistolas, laudat eum P. Sabbatinus, quod* Romanam Ecclesiam semper ejusmodi postulata rejecisse, dogmatico scripto monstravit; atque ita litem, quæ multos jam tenuerat annos, & alta fatigarat ingenia, posteritati peremptorie diremit. *Equidem nihil detractum viro isti cupio, qui P. Henschenii olim discipulus, eum ejusque opus semper fecit maximi: sed libenter viderem, quibus ille exemplis thesim tam universalem visus sit adeo solide stabilivisse. Interim vehementer fallor, si alia habuerit quam e seculo superiori accepta, quando Bohemi Germanique importunissime flagitarunt istam libertatem, tunc minime utilem, certe non necessariam, & apud alias nationes Europæ, eo tempore ad novitatem pronas, plurimum nociturum. Sed quod ejusmodi exempla non debeant valere contra gentes, quibus nec est nec fuit unquam in rebus politicis vel sacris usus ullus linguæ Latinæ, quales sunt omnes Orientales, multoque minus contra Sinas Japoniosve, parentum nostrorum recen-*

& exemplis Apostolorum subnixum.

contra quod non audiendus Christianus Lupus,

asserens S. Sedem semper rejecisse talia postulata,

A *centi memoria declaratum luculenter fuit*, quando petentibus Fratribus Carmelitanis, ut Sacerdotibus sui Ordinis, qui in regno Persidis existunt & in futurum existent, liceat Missam lingua Arabica celebrare, sanctissimus in Christo Pater & Dominus noster Urbanus, divina providentia Papa Octavus, auditis venerabilium Fratrum suorum, S. R. E. Cardinalium Congregationis de Propaganda fide sententiis, ad consolationem populorum, qui in eo regno fidem Catholicam nuper susceperunt, Sacerdotibus prædictis licentiam petitam concessit, *&c.* XVII. Aprilis MDCXXIV. *Ita edicti ecgraphum, Luca mihi missum: quod utinam tunc productum fuisset, quando P. Lupus, tam fidenter quam temere, suum istud araculum edidit. Profuisset etiam adduci in medium Illyricæ gentis Missale Slavonicum, cujus etiamnum usus est Romæ in Ecclesia S. Hieronymi Slavorum, ad usum eorum ædificata, qui, causa Turcicæ servitutis declinandæ, Romam se contulerant anno* MCCCCLIII. *cum tribus suis Episcopis sub* Nicolao V. *quibus accedens sub* Pio II. *Regina Bosnæ, exul etiam ipsa, impetravit a* Sixto IV. B *jungendum ecclesiæ hospitale. Titulus libri hic est:* Missale Romanum, Slavonico idiomate, jussu S. D. N. Urbani VIII editum Romæ, typis & impensis S. Congreg. de Propaganda Fide MDCXXXI.

abi ad ma nus .. stetit exemplum pro Arabica lingua an. 1624.

Id suo exemplo docuerunt Apostoli,

8 *Hæc, inquam aliaque similia debuissent P. Lupo ostensa fuisse, sententiam ejus facile immutatura. Sed id prætermissum querantur alii, remedium a Christi Vicario melius informandi humiliter expectantes: ego prædictis hoc insuper addiderim, annuntiandi Evangelii exemplum præstantissimum datum ab Apostolis videri; quibus in totum mundum dispartiendis, non hoc concessit Deus, ut sua Galilæa lingua loquentes intelligerentur ab iis ad quos venirent populis, sed econtra* audiebat unusquisque eos loquentes lingua sua in qua nati erant. *Illi vero ecclesiarum a se constitutarum regimen deinde patientes inter discipulos, quos unaquaque in provincia studio singulariori informarant, alio atque alio proficiscebantur prout se dabat occasio; tantumdem etiam ibi facientes, neque necesse habentes expectare sibi ex Palæstina successores. Providerat quidem Divina Sapientia, ut potentissimis duobus Imperiis Græcorum Latinorumque in unam coactis Monarchiam, Ecclesia Christiana, intra hujus terminos primum potissimumque fundanda, duabus dumtaxat linguis egere istic videretur. Quia tamen non eadem Græcæ, quæ Latinæ, fuerat in sui propagatione felicitas; necesse fuit ut Syris, Persis, Ægyptiis, Armenisque* C *patriarum linguarum etiam sub externo dominatu retinentioribus, earumdem usus relinqueretur in sacris, qualis hodiedum perseverat. Iis autem qui extra Monarchiæ Romanæ fines per Asiam atque Africam latissime diffundebantur populis, multo magis oportuit similem usum relinqui, sicut & factum esse constat a S. Thoma & ab aliis, qui forte inter ipsos fidem prædicaverunt, Apostolicis viris; quod in nostram usque ætatem testantur Christianismi reliquiæ, apud Abyssinos in Æthiopia, & Thomæos ad Meliaporem in India, idiomate patrio sacra factitantes.*

quamvis in Imperio Romano Latina & Græca fere sufficerent.

9 *Quod autem, sic propagata plantataque in præcipuis omnibus veteris orbis regionibus fides, apud tam multas nationes lapsu temporum vel omnino extincta, vel per schisma fuerit dilacerata aut hæresibus inquinata; id sane non debet isti linguarum diversitati magnopere adscribi, quasi propter eam difficilior fuerit communicatio cum Romana Ecclesia, unde oportuisset omnes tamquam a capite vegetari: sed imputandum est partim longinquitati locorum, partim regnorum ac rerum publicarum conversionibus ex beneplacito divini inscrutabili judicio permissis: adversus quarum causas,* D *enormia scilicet populorum peccata, quam debile præsidium sit unius cujusdam idiomatis communicatio in Sacris, lugubri satis argumento monstrant Ecclesiæ Orientales pleræque. Nec enim illis quidquam profuit familiaris cunctis usus Græcæ linguæ, Latinis nequaquam ignotæ, quo minus inter se & a Sede Romana identidem dissiderent. Quin neque in diversitatem rituum, qua Christi Sponsa, varietatibus amicta, velut polymita veste refulget, infelicitatis istius invidiam conjecerim cum aliquibus, censeo tamen ut ad rituum mutationem, cogendi non sunt, qui ab olim assueverunt diversis ac propriis, nec minus sanctis; sicut iis qui noviter ad nos accedunt non alios ritus esse proponendos quam quibus Romana Ecclesia utitur, modo si ad illorum mores prudenter aptetur, modica alteratione permissa in rebus, a quibus non dependet valor & forma Sacramentorum, & offendiculum nasci possit.*

necdum hinc metuendum schisma, Græcanico simile,

quod nec rituum diversitati imputandum.

10 *Quæret hic forsitan ex me aliquis qui fieri potuerit ut Picti Hiberníque primum, deinde Anglosaxones* E *in Britannicis insulis, tum plurimæ ad Septentrionem nationes, fuerint ad fidem Christianam institutæ ab hominibus Latina solum lingua utentibus non potuerint autem vel Græci inter Syros, Persas, Ægyptios aliosque jam sibi subditos, vel Romani inter Græcos ceterosque cum ipsis devictis populos, sic stabilire suam ipsi linguam. Respondeo, causam mihi videri, quod primo nominatæ gentes nullum vel exiguum omnino studium ponebant in liberalibus artibus linguaque expolienda, totæ intentæ exercitio armorum. Dedignantibus ergo Romanis earumdem sermonem addiscere, nec nisi Latino agentibus publice privatimque, barbaris vero Romanas elegantias e contrario affectantibus, prævalebat etiam gentis dominatricis lingua; versa autem postmodum fortuna, Romanoque Imperio per Gothos, Francos, Wandalos, Saxones, Longobardos, aliosque id genus barbaros diviso; victores ipsi in devictorum mores cultiores non detrectabant quodammodo transire (unde natæ sunt hodiernæ ex Latina depravata in Italia, Hispania, Gallia vulgares linguæ) quemadmodum olim Græcis quoque sub Alexandro Magno evenisse novimus, ut patriorum morum simplicitate dimissa in Persarum habitum fastumque ac linguam declinarent, quotquot in Perside sedes fixerant: idemque etiam nunc evenit Tartaris, Sinici Imperii occupatoribus.*

Qui factum ut in Occidente Latina lingua fere sufficeret ad sacra,

11 *Ast longe aliter actum in altera versus Orientem* F *Monarchiæ Romanæ parte: ut enim a Græcis ad Romanos, non e converso, descenderant artes; sic ipsimet Romani Græcam linguam æstimabant præ sua, quare nec conati sunt ea abolita Latinam inducere: sed Græcam ipsimet discebant studiosius, & Alexandriam, Antiochiam vel Athenas, litterarum Græcanicarum studiis celebres urbes, mittebant liberos erudiendos. Græci similiter, licet Syriam, Persidem & Ægyptum imperio obtinuerint sua, tamen quia Gentes illæ priores ipsis fuerant in artibus litterisque excolendis, ideo ipsas non potuerunt totas traducere in linguam suam; sed sub ipsis, æque ac postea sub Romanis, linguæ illarum nationum fuerunt saltem a vulgo conservatæ, non solum in politicis rebus sed etiam in sacris: hæc enim sua quæque lingua perrexerunt facere, & quatenus Christiana fides adhuc manet pergunt Syriaca in Palæstina, Armena in Armenia, Coptica lingua in Ægypto uti. Multo autem magis id fecerunt alii cultiores versus Orientem, quando ad eos transiit Christi fides, ut supra dixi. Hæc porro tota ratiocinatio etiam nunc pro Sinensibus, Japoniis &c militat: utpote ingeniosissimis, nec umquam persuadendis ut exteram aliquam linguam suæ existiment præponi debere.*

in Oriente pluribus opus fuerit.

HA-

A D

CVIII. HADRIANUS II.

Ab an. 867. ad 872. an. 4 m. 11. d. 12. HADRIANUS, natione Romanus, ex patre Talaro post Episcopo, Regionis tertiæ, Presbyter tit. S. Marci, Imperantibus Ludovico Juniore & Basilio Macedone, ordinatus XIV. Decembris in Dominica, anno DCCCLXVII. sedit annos IV. menses XI. dies
Bar. m. 10. d. 17. XII. obiit XXV. Novembris, DCCCLXXII: & vacavit Episcopatus dies XVIII.

Pater ejus postea Episcopus. 1 *NEmo existimet* Post-episcopum *unica voce dici a Guilielmo, eum qui primum ab Episcopo locum tenet; sed adverbialiter accipiatur τὸ* post, *acsi dicas*---factum Episcopum post nuptias, *vel consensu vel morte uxoris diremptas: talis enim revera fuit hic* Talarus; *& ut* Episcopus Minturnensis *invenitur subscriptus Synodo Romanæ sub* Leone IV. *anno* DCCCLIII. *Idem Guilielmus rotunda numero scribit sedisse* Hadrianum annos quinque: *quos etiam Marianus Scotus per numeralem litteram scriptos reperiens, pro* V. *legit* II. *satis facili extratione. Sic in Marino* I. *ubi alii solum habent* menses II. *ipse legit* V. *& in Christophero convertens numeros, pro mensibus* IV. *legit* VI. *Ms. autem nostrum, accuratius inveniens notatum tempus in breviori ejusdem* Hadriani *Vita, in uno dumtaxat corrigendum nobis fuit, quod pro annis* IV. *notaverit* V. *additis mensibus diebusque prædictis: in quo librarium esse mendum, convincitur ex Annalibus Bertinianis, prænotatum annum sic concludentibus*, Adrianus Papa moritur, & Joannes Archidiaconus Romanæ Ecclesiæ XIX. Kal. Januarii in ejus locum substituitur: *atque ita habetur tempus cessantis post* Hadriani *mortem Episcopatus: quod breve fuisse non miraberis, si in iisdem Annalibus legas, Ludovicum Imperatorem tunc fuisse in Campania; juramento adstrictum non recedendi inde, priusquam* Adelgisum *Beneventanum Ducem devicisset.*

Ratio temporis. B

Libertas Electionis seu consecrandi Ecclesiæ confirmata. 2 *Idem Imperator, teste Guilielmo, cum de Electione* Hadriani *lætus, ejus consecrationem ardentissime cuperet provenisse*; amare se *dixit*, reddi quæ ablata fuerant, non auferri ab ecclesia Romana vel deperire quidpiam. *Nec plus dixisse videtur quam fecisse* Ludovicus: *observo enim, anno* XIII. *post hujus* Hadriani *mortem, in* Stephani V. *Vita legi, quod nulla interposita mora*, proximo *post suam Electionem* die Dominico *fuerit consecratus, præsente quidem tam Electioni quam Consecrationi* Joanne Ticinensi Episcopo, *ut* Misso Caroli Imperatoris; *sed honoris potius quam juris causa: nec enim aliter Consecrationi quam Electioni interfuit; ad hanc autem Missos seu Legatos Imperatorios, quamvis forte in urbe essent, jus nullum*
C *habere ut vocarentur, ipso facto in* Hadriani *Electione professus est Clerus; quando dolentibus ad eam se non invitatos respondit*, quod non Augusti causa contemptus, sed futuri temporis hoc omissum fuerit omnino respectu; ne videlicet Legatos Principum in Electione Romanorum Præsulum mos expectandi per hujusmodi fomitem inolesceret. *Qua* ratione accepta, *illi* omnem suæ mentis indignationem medullitus sedavere.

Chronologia hinc dirigit. 3 *Quidquid tamen sit de* Ludovico, *certum est ex Sigonio, quod sub ejus filio* Carolo Crasso, *difficilibus bellis occupato*, Hadrianus *ultimo sui Pontificatus anno, impellentibus Romanis, insignia duo decreta fecit, unum pro libertate eorum*, ut Pontifex designatus consecrari sine præsentia Regis aut Legatorum ejus possit: *alterum pro dignitate Italiæ*, Ut moriente Rege Crasso sine filiis, regnum Italicis Principibus, una cum titulo Imperii, traderetur. *Liberam ergo deinceps, non tantum Electionem, sed & Consecrationem Pontificum aliquamdiu habituri, credemur, tertia ab obitu prioris Pontificis die ad novi Electionem convenisse eos, quibus jus suffragii erat; nec ultra proximam Dominicam expectasse, ut Electum suum conse-*
crandum ad S. Petri ecclesiam adducerent. Quæ res E *in prænotata Catalogorum brevitate mirificam facilitatem causeret ordinandæ imposterum Chronologiæ.*

4 Baronius, *nescio unde accipiens Pontificatus annos* IV. *menses* X. *dies* X. Kalendis Novembris *mortuum* Hadrianum *scribit: alii alios habent mensium ac dierum numeros, quibus non vacat immorari: cum ea diversitas prolixius dumtaxat Interpontificium reddere possit, nulla ad id cogente necessitate. Qui gesta hujus Pontificis scribenda susceperat Continuator Anastasii Guilielmus Bibliothecarius, videtur ea fine mutila reliquisse: quo fit ut nulla sepulturæ ejus habeatur notitia. Solum opinari possumus, alibi quam intra vel juxta Basilicam S. Petri humatum; cum Romanus Canonicus nullam istic invenerit ejus memoriam.*

5 *Res gestas ab* Hadriano, *paucis versibus complexus est Flodoardus, post* Nicolai *Papatum prolixius enarratum:* Laus ex Flodoardo.

Hinc sacra succedunt Adriani jura Secundi:
Qui pius ac placidus laudatur, & ordine clarus;
Pauperibus largus, locupletibus atque benignus,
Omnibus & medius, nulli nisi carus habendus.
Compatiens pulsis, patientes improba servans,
Pastorumque fereos causæ. Longinqua pererrat
Scriptis regna; monens rigidos, reparansque quoque fractos,
Justitiæque viam justo moderamine pandens. * al. superi
Utque Patres * stuprum Regis fastusque coercet, F
Ac maculis purgare nigris Regale laborat,
Nunc monitu blando, nunc asperitate, cubile. & zelus contra adulterum Regem Lotharium.

Lotharium, *Lotharingiæ Regem intelligit, qui anno* DCCCLXIX. *reconciliari cum Ecclesia postulans, atque absolvi ab anathemate, quo eum* Nicolaus *Papa innodaverat, propter adulterinum cum Waldrada commercium; juravit nullum sibi cum ea fuisse commercium post sententiam illam; sed perjurium morte festina luit ipse & Proceres ejus. Ut autem Rex ad ejusmodi submissionem adduceretur, juvisse Flodoardus ait* Hincmarum, *Remensem Episcopum; nec non* Carolum Crassum, *Lotharii patruum, Regem Francorum: sic enim cæptum encomium* Hadriani *prosequitur.*

Pontificem is nostrum sumit Regemque sodales,
Hincmarum & Karolum, sociosque laboris adoptat,
Sceptroque sic pariter tutari a crimine certat.
In multis etiam divina lege regendis,
Hunc nostrum Patrem, sibi fratrem asciscit agonis.

Extat scilicet inter Hadriani *Epistolas una, ordine nona, quæ* laudat Hincmarum, eumque hortatur ut Carolum Regem ad constantiam excitet in causa Lotharii.

CIX. JO-



Tab. XIX


CIX. IOANNES VIII


CX. MARTINVS II.


CXI. S. HADRIANVS III


CXII STEPHANVS V


CXIII. FORMOSVS I


CXIV. BONIFACIVS VI.





Tab. XX


CXV. STEPHANVS VI


CXVI. ROMANVS I


CXVII. THEODORVS II


CXVIII. IOANNES X


CXIX. BENEDICTVS. IV.


CXX. LEO V.

A D

CIX. JOANNES VIII.

JOANNES, natione Romanus, ex patre Gundo, S. R. E. Archidiaconus, imperantibus Ludovico Juniore & Basilio Macedone, ordinatus XIV. Decembris in Dominica, anno DCCCLXXII. sedit annos X. dies II. defunctus anno DCCCLXXXII. XV. Decembris sepultus ante ecclesiam Vaticanam juxta portam judicii: & cessavit Episcopatus dies VII.

An. 872. ad 882. an. 10. d. 2.

Vita in Ms.

HUjus Pontificis gesta in collectione nostra Manuscripta sic habentur, ab auctore verosimiliter coævo descripta. Hic beatissimus Papa, pro utilitate omnium Ecclesiarum, & præcipue Gallicanæ, Arelatem maritimali itinere devectus est: ubi Leo Abbas in præsentiam ejus veniens, contra Guilbertum Nemausensem Episcopum conquestus est. Monasterium enim S Petri, in quo quiescit corpus B. Ægidii in finibus Gothiæ, in valle Flaviana, quam vallem Flavius quondam Rex B. Ægidio donavit, & S. Ægidius exinde donationem integriter Romanæ Ecclesiæ & D. Papæ Benedicto fecerat, & ubi in venerationem Principum Apostolorum Petri & Pauli monasterium ædificaverat; præfatus Guilbertus Nemausensis Antistes prædictum monasterium quadam temeritate invadens, eidem Leoni Abbati abstulerat: deinde præceptum ex Rege Francorum exceperat, in quo ut firmitate credens, Romanum Pontificem adiit, & super hoc auctoritatem Apostolicam, quasi de suis, furtim exquisivit. Sed sanctæ recordationis D. Nicolaus Papa, licet hujus fraudis esset ignarus, divino tamen Spiritu plenus, omnes de hoc legem quærentes excusare satagit. Sed D. Joannes Papa; cum monumenta chartarum ejusdem monasterii requireret; Privilegium quod Romæ venerabilis Papa Benedictus S. Ægidio corporaliter tradiderat, ei oblatum est. Tunc D. Papa Joannes per Ducem Ravennatem, Advocatum suum, contra Guilbertum Nemausensem Episcopum ipsum monasterium quæsivit.

In provincia examinans privilegium monasterii S. Ægidii,

B

monasterii, illud, Guilberto Nemausensi abjudicat,

2 Tunc ambarum partium Advocatis per fidejussorem ligatis, executore dumtaxat Georgio Scriniario & dicto Duce agente, voluit idem Guilbertus Episcopus per præceptum D. Nicolai piæ memoriæ ibi relectum, quod furtim quasi de suis ea Apostolica Sede fraudaverat, & præceptum quod ex quodam Rege Francorum falsum exceperat, in quo nec ulla firmitas subsistebat, defendere. Sed Dominus Papa omnes Episcopos & Judices Romæ vel Provinciales sub excommunicationis anathemate admonuit, de hoc rectam legem dicturos & facturos. Tunc Rostagnus Arelatensis Archiepiscopus, & Aribertus Ebredunensis Archiepiscopus, Walbertus Portuensis Episcopus, Paschalis Amerinus Episcopus, Radbertus Valentiæ Episcopus, Liudinus Massiliensis Episcopus, Ictarius Vivariensis Episcopus, & alii Episcopi Provinciæ; & Judices, Joannes Dux & Dominus Ravennæ, Ardus, Adbertus, Guisalfredus, Arderadus, Godulsus, & alii nonnulli Provinciales Judices, ut præceptum lectum audierunt, mox cognoverunt Apostolicam D. Nicolai censuram excusare de hoc legem quærentes; & dixerunt per illud præceptum hoc monasterium non posse defendi: judicantes statim ut præfatum monasterium Guilbertus Episcopus Domno Papæ redderet, & pœnam invasionis sibi componeret. Tunc ipsum Advocatum, Dominum & Ducem Ravennatem, Domnus Papa illuc transmisit, qui super hoc corporalem traditionem de omnibus rebus prædicti monasterii, tam intus quam extra, a præfato Guilberto Episcopo recepit.

C

Ecclesiæ Romæ vindicat:

celebrat Trecense Concilium 878.

3 Deinde in Galliam transitum faciens, anno Incarnationis Dominicæ DCCCLXXVIII. XV. Kalend. Septembris, Indictione XI. anno Pontificatus sui in sacratissima Sede B. Petri sexto, apud Trecas civitatem, in provincia D. Ludovici Regis, Concilium permaximum celebravit. Hujus etiam temporibus floruit Anastasius, Romanæ Ecclesiæ Bibliothecarius, qui tam Græco quam Latino eloquio pollens, septimam universalem Synodum de Græco in Latinum ipso jubente transtulit. Transtulit etiam de Græco in Latinum Passionem S. Petri Alexandrini Archiepiscopi, & Passionem S. Acacii sociorumque ejus, & Vitam S. Joannis Eleemosynarii.

E

4 *Hactenus Anastasii Continuator anonymus in nostro Ms. ubi* Rex Ludovicus, *in cujus provincia Concilium celebratum dicitur,* Balbus *est; quique ibidem Trecis, non Imperator (ut recentiores credunt) quamvis* Imperium *Occidentis per mortem Caroli Calvi patris vacaret, sed* Rex *dumtaxat Franciæ a* Joanne *est coronatus. Audiatur ingenue id agnoscens solideque comprobans Iacobus Sirmundus noster, Tom. 2. Conciliorum Galliæ pag. 688. in Notis ad pag. 486.* Ludovicum Balbum jam superiore anno Regem coronarat Hincmarus Archiepiscopus, nunc iterum a Papa coronam expetiit, exemplo Pippini abavi sui, quem a Bonifacio Archiepiscopo primum, deinde iterum a Stephano Papa Regem coronatum meminerat. Sunt autem qui Ludovicum a Joanne coronam hoc loco, non Regni, sed Imperii suscepisse putent: inde enim Ludovicum Balbum inter Imperatores plerique numerant, tum nostri tum externi scriptores: quod mirum certe mihi falsumque semper visum est: cum Joannes ipse Papa, in epistola 47 & in aliis quas ad Ludovicum postea scripsit, ipsum Regem, non Imperatorem vocet: in epistola 71. ad Ludovicum & Carolomannum, Ludovici Balbi filios Caroli Calvi nepotes, Carolo eorum avo Imperatoris nomen tribuat, Ludovico patri nomen Regis; Imperatorem haud dubie appellaturus, si Imperator fuisset: eodemque modo Hincmarus, in epistolis quarum meminit Flodoardus, fratres istos Reges, Ludovici Regis, non Imperatoris, filios nominet. Quid quod Ludovici ipsius Balbi, ut alia omittam, Diploma extet pro Ecclesia Nivernensi IV. Idus Septembris, hoc est triduo post coronationem istam, Trecis datum, in quo non alium se quam Regem vocat his verbis, LUDOVICUS MISERICORDIA DEI REX. Rex ergo fuit, non Imperator: Imperatoris vero titulum, antiquis ignotum, alii postea temere affinxerunt. *Sic ille.*

& Ludovicum Balbum Regem coronat, non Imperatorem:

F

5 *Quæ de causa Guilberti in eodem nostro Ms. dicuntur ad Festum* S. Ægidii I. *Septembris illustranda venient: hic solum noto, quod prædictus Guilbertus haud diu se continuerit in officio, sed dimissa repetendo causam dederit* Joanni *scribendi Epistolam* 191. XVIII Kalendas Julias Indictione XI. *datam* Rostagno Archiepiscopo Arelatensi, Sigibodo Archiepiscopo Narbonensi, Roiberto Archiepiscopo Aquensi, *conquerens de Giberte (sic enim ibi vocatur) quod monasterium super eumdem a Papa acquisitum* temere invaserit, omnesque res ipsius monasterii per suos homines distribuerit, & ipsius monachos inde contra sacras regulas omnino expulerit: *quare eum synodaliter conveniri, & si monita contempserit excommunicari jubet.*

Ad an. 889. iterum agit contra Guilbertum.

A *Alia quædam ejusdem* Joannis VIII. *acta lege sis in Labbeana Conciliorum editione, ex nescio quo Levita, cujus librum Serarius ediderit necdum mihi visum; sed qui (ut legenti apparet) nihil de tempore Ordinationis aut Mortis habeat, adeoque nihil conferat ad Chronologiam, quam hic potissimum tractamus, solum autem quædam* Joannis *decreta collegit.*

ejus epistolæ 6 *Plurimis hujus Pontificis epistolis, quæ ad ducentas triginta proferuntur in corpore Conciliorum, novissime etiam aliis tribus auctæ, addi deberet adhuc ex Tomo 3. Spicilegii Acheriani pag. 463 Privilegium,* Eudoni Venerabili Abbati Vizeliacensis cœnobii omnique Congregationi ejusdem monasterii, *ad confirmationem immunitatum ejus,* datum per manum Walperti, humillimi Episcopi Sanctæ Portuensis Ecclesiæ, III. Kalendas Octobris, anno VI. ejusdem Domni Joannis Papæ VIII. Indict. XII. scriptum vero per manum Georgii, Notarii Regionarii & Scriniarii S.R.E. *Quæ Indictio, incepta mense Septembri, anni* DCCCLXXVIII. *& composita cum anno Pontificatus adhuc VI. probat non nisi anno ad finem vergente Natalem ipsius* Joannis *recurrere: sicut ipsa cum Decembri adscripsimus.*

Epitaphiū. B 7 *Epitaphium ejusdem tale legitur apud Baronium:*

Præsulis OCTAVI requiescunt membra JOANNIS,
Tegmine sub gelido marmorei tumuli.
Moribus (ut paret) fulsit; quia nempe beatus,
Comptusque almifonis actibus & meritis,
Judicii custos mansit, pietatis amicus,
Dogmatis & varii plurima verba docens.
De segete ac Christi pepulit zizania sæpe,
Multaque per mundum semin[...]ns. D
Prudens & doctus verbo, lingu[...]itus,
Solertem seseque omnibus exh[...].
Et nunc cælicolas cernit super astra phalanges,
. . . .

His Joann. laudibus non dissonat Flodoardus, ita canens:
Hoc [*Adriano*] rapto, capit OCTAVUS Segmenta * JOANNES ** Pallium*
Culminis eximii; quique effulsisse beatis
Moribus adstruitur, doctrina ornatus & actis; *quod in versum verit Flodoardus.*
Judicii custos recti, pietatis amator;
De Christi segete crebro zizania pellens,
Et rationales per agros pia munera spargens:
Utpote doctiloquus, prudens, sensuque peritus,
Solicitum qui se gregibus, præbebat alendis.
Quæ ipsa videntur ex Epitaph. quod præmisimus, accepta.

8 Baronius, *cum* XV. *Decembris mortuum* Joannem *nobiscum statuisset, tertio post die electum ait successorem Marinum* V. Kalendas Januarii. *Debuerat* XV. Kalendas *scripsisse, idque postea satis animadvertit; sed videns corrigi id non posse immota sequentium Pontificatuum serie, per meram ut apparet conjecturam deinceps a se ordinata; jubet in Appendice, pro tribus diebus, quibus Sedes vacasset, legi tredecim. Ego in his tenebris nihil certius invenio quod sequar, quam ut Electio saltem facta non sit ante tertium a morte Decessoris diem; supposito autem ardenti populi contra Photium studio, quo properatum ad* Marini *Electionem vult Baronius, credere possum illam mox secutam Electionem; adeoque non vacasse Episcopatum nisi ad proximam Dominicam, juxta ea quæ supra diximus.* E *Tempus interpontificii.*

CX. MARINUS I. SEU MARTINUS II.

Ab an. 882. ad 884. an. 1. men. 2. diem 1. MARINUS, natione Gallisanus, ex patre Palumbo Presbytero, S. R. E. Diaconus & pro novella Slavorum Ecclesia, per S. Methodii mortem Pastoris egente, ordinatus Episcopus Apostolicus, nullius adhuc certæ Sedis, forsitan in Septembri, anni DCCCLXXXII. mortuo Joanne assumitur & inthronizatur Pontifex Romanus, XXIII. Decembris in Dominica, Imperantibus Carolo Crasso & Basilio Macedone: sedit annum I. menses II. diem I. defunctus circa XXIII. Februarii, anno bissextili DCCCLXXXIV. & cessavit Episcopatus dies VI. *Bar. d. 10.*

Prior ejus Episcopatus nulli Sedi adstrictus. DUbitat *Baronius* cujus Sedis Episcopus *fuerit; ego vere existimo nullius fuisse: alias eædem omnes difficultates, quæ* Formosi *ordinationem aliquibus fecerunt videri nullam, eo quod fuerit ante Portuensis Episcopus, etiam Acta Marini suspecta reddidissent iisdem, quod nemini nisi schismaticis Græcis venit in mentem disputare. Postulaverant eum sibi Archiepiscopum Bulgari ab* Hadriano Papa II. *sed non* C *obtinuerant: mortuo autem apud Moravos S. Methodio, ejus nationis Apostolo, qui post prædicatam Slavonicæ genti Christianam fidem anno* DCCCLXVIII. *Romam advenerat cum corpore S. Clementis, & Episcopus ordinatus illuc regressus fuerat; credibile est de alio Episcopo prospiciendum novellæ plantationi fuisse* Joanni Papæ. *Huic ergo, cui in causa Photii remissius agenti gravis haud dubie erat fervens* Marini *zelus, visum fuerit convenientissimum in eam expeditionem ordinare virum, jam pridem inter Bulgaros probatum:* Marinus *autem minime damnum putaverit, ab ingratis in Curia contentionibus, ad fructuosiores in Slavorum seu Moravorum gente labores demigrare.*

Missio Apostolica ad populos Gentilium. 2 *Ad hanc igitur missionem consecratus, nec tamen continuo illuc profectus; propterea forte quod Græci, qui Bulgariam sibi subjecerant, etiam idem in Slavoniam tentarent, aut alia ex causa, commoratus sit Romæ usque ad obitum* Joannis: *post quem Clerus populusque Romanus, contra Photium animatissimus, eumdem ejus adversarium præcipuum, tamquam ad hoc divinitus jam ordinatum Episcopum, voluerit habere Pontificem; sicut & habuit, utpote nulli Sedi adstrictum antea: quemadmodum moris erat ad munus Apostolicum ordinare Episcopos pro gentibus Barbaris, multo prius quam Ecclesiis ibidem ordinatis hinc constitutis, certi apud eas Episcopatus designarentur; uti apud Anglos seculo* VII. *sub Gregorio Magno, seculo autem* VIII. *sub Carolo item Magno, inter Saxones factum constat.*

F *forte trimestri præcessit electionem.* 3 *Apud Luitprandum ac Ms. nostri Auctorem & in aliis Catalogis, passim tribuuntur* Marino *præter annum* I. *menses* V. *Hos quia salvis sequentium Pontificatuum certioribus spatiis, in morte* Formosi IV. *Aprilis, anno* DCCCXCVI. *terminandis, invenire non possumus integros; cogor credere, errorem antiquitus obrepsisse numero, sicut* V. *scriptum sit pro* II. *vel certe* Marinum Papam *dici sedisse menses quinque, quia sui Episcopatus tempus exorsus sit a die Ordinationis suæ, quamvis ad nullam certam Sedem adstrictæ & ideo posui ordinatum forsitan in Septembri, præcedente suam ad Pontificatum Romanum Electionem & Coronationem.*

post quem anno 883. data bulla Solemnacensis. 4 *Ut ut sumas, in primum ejus annum cadit Privilegium, Solemniacensi in Lemovicibus monasterio datum, unicum hactenus quod extat monumentum regiminis ejus, cum hac in fine clausula,* Scriptum per manum Zachariæ Scriniarii S. R. E. mense Majo Indict. I. Bene valete. Pridie Idus Junias per manum Valentini Episcopi Portuensis, regnante in perpetuum Domino Deo nostro, anno Pontificatus Domni Ma-

A Marini universalis Papæ primo, Indictione I. *Annus enim hic fuit Christi* DCCCLXXXIII. *Quod autem clausula illa fuerit secundum usum istius ævi, adeoque ipsum Privilegium non debeat ex hoc capite videri dubium, probari potest aliis hujus ævi exemplis, nominatim vero per epistolam 21.* Hadriani II. *ad Actardum Namnetensem Episcopum, datam an.* DCCCLXVIII. *& aliam* Joannis VI *datam anno* DCCCXCII. *bene quidem per* manus Stephani Scriniarii sacri Palatii, & Joannis Episcopi Nepesinæ Ecclesiæ & Bibliothecarii sanctæ Sedis Apostolicæ, *illam per manus* Zachariæ Scriniarii S. R. E *prænominati, &* Anastasii bibliothecarii Sanctæ summæ Sedis Apostolicæ: *interposita utriusq; subsignationis, tamquam a Notariis & Cancellariis respective facta, formula superius etiam sic posita*, Bene valete.

5 *Verum nomen hujus Pontificis* Marinus *fuit, uti & alterius qui centum post hunc annos Sedem Apostolicam tenuit,* Marinus II *quia tamen Martinos eos appellaverunt posteri; &* B *eum, qui* Secundus *hujus nominis erat, seculo* XIII. *exeunte dicetur* Quartum, *& sic deinde* Quintum, *placuit morem eumdem saltem notare in titulo.*

Electio vero non est facta nisi die 3 a morte decessoris, 6 Baronius, *cum initium* Marini *affixisset* XXVIII. *Decembris, Pontificatum hunc sic restringit, nescio quo auctore nisi propria conjectura, ut supra annum unum, menses nullos, sed solum addat* XX. *dies, finiens cum* XVIII. *Januarii; post quem diem biduo dumtaxat vacaverit Sedes. In quo videtur non recordatus Constituti, quod ad an. 606. sub nomine Bonifacii III. ipse edidit, prohibens* sub anathemate, ut nullus vivente Pontifice aut Episcopo civitatis suæ, præsumat loqui de successore aut partes sibi facere; nisi tertio die depositionis ejus, adunato Clero & filiis Ecclesiæ: tunc Electio fiat. *Et sic videmus Anastasium loco non uno clare testari, quod Romani redeuntes ab exequiis defuncti Pontificis, utique tertio die mortis celebratis, receperint se ad locum faciendæ Electioni destinatum: qua sæpe eodem die facta, inductoque in Lateranense Palatium & solium ibidem Pontificium Electo; exspectata fuerit proxima Dominica ad Ordinationem faciendam, & Ordinatum collocandum in Sede S. Petri. Cum igitur nulla hic ratio sit, qua persuadeat ordinem illum non fuisse observatum, neque Pontificatus inchoari debere a die Electionis, sed* C *Consecrationis; æquum est ut dicamus, non nisi circa* XXV. *Februarii conventum esse ad Electionem successoris, nec ante* I. *Martii Ordinationem peractam.*

Mariani Scoti ofcitantia notata. 7 *Marianus* Scotus, Leonis IV. *Pontificatum biennio citius quam par erat finiens, & successoris* Benedicti III. *nihilominus inchoans biennio serius; vacanti apud se quadriennio opplendo opportunam credidit fabulam Papissæ, scripsit ad annum* DCCCLIV. *quod Leoni* successit Joannes, mulier. annis II. mensibus V. d. IV. *Ita autem progrediens, & Marini Pontificatum protrahens in annum* DCCCLXXXVII. *porro præcipitat Chronologiam, subjungens* Marino Agapetum, *qui* D *anno* I. *sederit: & sequacem inveni Sigebertum Gemblacensem, qui tamen notavit,* hunc in aliquibus libris non inveniri. *An autem invenitur vel in paucis? Unus ex antiquioribus hactenus nobis* Marianus *apparuit, in tota Chronologia tam supine negligens, ut in aptandis ad Christi annos Pontificatibus sæpe non adverterit ad annorum numeros, cuique Pontificatui a se attributos; quare ad hoc solum eo utimur, ut videamus, quanto tempore invenerit ipse unumquemque sedisse, non vero ad quem æræ Christianæ annum singulorum initia finesque retulerit.*

8 *Epistolarum Marini Epitaphiique defectum suppleat quadamtenus Flodoardi versus, utcumque accepit.* Quo (*Joanne*) Patribus juncto, subit alta Marinus Regmina: qui placitus Domino & decus orbis habetur.

Augustis carus, populorum dignus amator,
Doctrinis renitens sacris, & semina diva
Cordibus infundens hominum, per climata mundi.
Nam Graios superans, pulsis erroribus, unam
Reddidit Ecclesiam, scissumque coegit ovile.

Acta Marini ante Pontificat. CP in Synodo 8 E

Sed hoc ad Legationem Constantinopolitanam pertinere videtur: qua Marinus, *adhuc S. R. E. Diaconus, vice* Hadriani II. *præsedit Oecumenicæ Synodo octavæ, Photium deposuit, Ignatiumque restituit. Nam licet etiam Pontifex factus, Photium, sub Joanne decessore segnius agente restitutum, & omnia ejus acta damnaverit, atque conciliabuli pseudo octavi decreta rescinderit, errorem quoque de Spiritus sancti processione refutaverit; in hoc tamen a Græcis auditus non est* Marinus; *sed Imperatorem Basilium, reconciliatum Photio, antea ad ejus suasionem abjecto, habuit vehementissimum adversarium: ut patet ex iis certaminibus, quæ Hadriani successori fuerunt cum prædicto Imperatore pro defensione ejusdem* Marini.

& in Papatu cum Fulcone Remensi. 9 *Magis proprie ad* Pontificatum *hunc pertinent, quæ Fulcone Remensi, Hincmari successore, egisse* Marinum *sic scribit Flodoardus:*

Pontificem nostrum Fulconem hic fascibus ornans,
Instruit, ore, manu, Pastoris comere jura,
Justitiæque ejus congaudet pronus amori:
Inque refutandis præstans suffragia pravis,
Fert se adjutorem, multum minitando superbis:
Hunc fratrem velut amplectens, incommoda vellat, F
Utque fidem, monet, exhibeat, scriptoque revelet.
Hujus & ad nutum Patribus mandata resignans,
Contemptore super jubet exercere vigorem:
Et parti istius precibus se dedere curans,
Francorum Regem affectum retinere paternum
Hortatur, solans, votisque juvamina præbens.

Hic Carlomannum, *Ludovici Balbi filium, oportet intelligas; mortuo paulo ante assumptionem* Marini *Ludovico fratre, Neustriæ Rege, jam quidem Monarcham; sed ob Normannorum incursiones, multo auro vix demum redemptas, jure afflictissimum.*

CXI. S. HADRIANUS III.

HADRIANUS, natione Romanus, ex patre Benedicto, imperantibus Carolo Crasso & Basilio Macedone, ordinatus I. Martii in Dominica, anno DCCCLXXXIV. sedit annum I. menses IV. dies VIII. obiit anno DCCCLXXXV. VIII. Julii; quo colitur Nonantulæ, ubi sepultus est: & cessavit Episcopatus dies XVI. *Ab an. 884. ad 885. an. 1. m. 4. d. 8.*

Ratio temporis. D*iem mortis notavit* Baronius IX. *Martii, postquam, nullo Auctore citato, dedisset* Hadriano *annum* I. *menses* III. *dies* XIX. *exorsus a die* XX *Januarii, quæ anno* DCCCXCIV. *etiam Dominica fuerat. Equidem quoad diem standum puto traditioni Nonantulanæ Abbatiæ, sub cujus altari corpus quiescit colitur-que ut Sancti,* VIII. *Julii. Menses certe quatuor habet Luitprandus, ætati illi vicinissimus; Marianus item Scotus & Ms. nostrum, neglecto dierum excedentium numero; quos facile quivis admiserit octo adjici posse; nisi forte quis credere malit initio mensis mortuum tali die coli, quia tunc fuerit corpus in ecclesiam istam*

A *illatum. Quod si urgens aliqua ratio suaderet, menses, non IV. sed III. tantum superaddendos anno (uti alii plerique* Catalogi *habent post Gesfridum Viterbiensem) tunc dicerem* Hadrianum *ordinatum* V. *Aprilis, solum dies* IV. *habuisse supra annum & tres menses; possetque* Marinus *dici, duobus dumtaxat mensibus, ante suam evectionem ad Romanam Sedem, fuisse Episcopus ordinatus, & obiisse circa finem Martii, atque ita Sedisse ultra* annum unum, menses tres & dies aliquot.

& Interpontificii.

2 *Quod ad Interpontificii tempus attinet, nullum notavit* Baronius: *sed cum haud procul ab urbe Mutina constet obiisse* Hadrianum, *facile apparet octo vel decem dies absumi potuisse ac debuisse, priusquam mortis hujus nuntius perferretur Romam per æstivos calores. Hinc vero, ut mox itum ad suffragia sit, puta die* XVIII. *Julii aut etiam serius, apparet Ordinationem Electi fieri non potuisse ante* XXV. *Julii, ut ex more Dominica expectaretur.*

Locus mortis.

3 *Gulielmus Bibliothecarius locum, in quo obiit* Hadrianus, *vocat* Villa Willachara, *super fluvium* Scultiunum: *& hunc in* Æmilia *esse notat Baronius, Strabo* Scutanam *nominat: & hoc nomen fluvius ille* B *hodieque retinet teste Blondo: Leander* Panaram *vocari ait. Utrumque nomen habent chorographicæ tabulæ Joannis Antonii Magini,* Scultenna o vero Panara f. *ad cujus sinistram ripam, pari fere a Mutina atque Bononia intervallo, sed Mutinæ propius intraque Mutinensem districtum, jacet oppidum* Spina Lamberti *vulgo* Spilumberti *dictum, fortassis a* Lamberto *Italiæ Rege atque Imperatore, annis post* Hadriani *obitum pluribus quam centum, cum antea Longobardica voce diceretur* Wilzachara *id est* Willæ *vel* Willonis ager; *infra quem, ad ejusdem fluvii ripam dexteram, ad* x. m. p. *sita est Nonantula, ubi sepultum diximus. Causa autem discedendi ab Urbe Pontifici huic fuisse videtur ingens a Saracenis metus, contra quos auxilia petita per seipsum maturaturus, iter susceperit in Germaniam; sed morte præventus in via sit. Illi vero sequenti mox anno vastaverunt Campaniam, & Casinense Monasterium S. Benedicti die* IV. *Septembris exusserunt.* D

Sepultura Nonantulæ dubitatur pro Hadriano I. [note partly illegible]

4 *Quin autem Nonantulæ sepultus hic* Hadrianus *sit, dubitari non debet, licet antiquiores ibidem Monachi existimarint se habere corpus* Hadriani I. *ejusque Actis (ut supra notavimus) carmine ac prosa subtexuerint, quæ sciebant de obitu & miraculis sui Sancti. Condonandum enim est mediorum seculorum ignorantiæ, quod ex pluribus* Hadrianis *elegerit eum, qui fuit primus & celeberrimus. Boni siquidem viri, cum meminissent legissentve,* Hadrianum *suum obiisse cum iret ad Regem, nemo eis occurrit prius quam* Carolus Magnus, *Rex Francorum & Longobardorum,* Hadriani I. *amantissimus.*

Successor fictitius.

5 *Idem qui supra Marianus,* Hadriani *Pontificatum finiens anno* DCCCXC. *succedere ipsi facit* Basilium *quemdam annos* IV. *& sic sequens* Stephanus *differtur usque annum* DCCCXCIV, *novem annis serius quam oportet; de quo, uti & de* Agapito, *post Marinum intruso apud eumdem Marianum, ut diximus, ejusque sequacem Sigebertum, recte notat Onuphrius, quod iis,* stante historiæ veritate & temporum, locus in hac serie esse non potest. E

6 *Brevem hujus* Hadriani *Pontificatum fuisse, etiam Flodoardus testatur, aliud nihil de eo scribens, quam quod opera Fulconis Archiepiscopi mire conciliatus fuerit Remensi Ecclesiæ. Versus ejus hi sunt:*

affectus erga Remenses a Flodoardo laudatus.

Tertius emissos Adrianus honore secutus,
Præsule jam dicto Fulcone studente, paratur
Remensi pater Ecclesiæ, curator & altor;
Jura sibi decoris firmans ut roboret apti,
Et contra adversos solatia debita præstet,
Nostrumque affectu Regem genitoris adoptet,
Præsulibus patrem pandens se jure benignum.
Quo cito prærepto &c.

Quæ omnia, æque ac supradicta de Marino, *intelligere volens clarius & distinctius, oportet ut adeas Remense Chronicon, ab eodem Flodoardo prosa conscriptum, lib. 4. cap. 1.*

CXII. STEPHANUS V.

Ab an. 885. ad 891. an. 6. d. 14.

STEPHANUS, natione Romanus, de Regione Via lata, titulo SS. Quatuor Coronatorum Presbyter, Imperantibus Carolo Crasso & Basilio Macedone ordinatus, anno DCC- C CLXXXV. XXV Julii in Dominica; sedit annos VI. dies XIV. defunctus DCCCLXXXXI. VII. Augusti: & vacavit Episcopatus mensem I. dies XI.

Ratio temporis.

ANnos *illos* VI. *Pontificatus haud dubie scripsit auctor Vitæ, quam utinam integram haberemus! & de eisdem certum nos facit Epitaphium, cum Ms. nostro & Mss. Regio, Thuano ac Mazarino, licet alia quædam perversis litteris numeralibus solum* IV. *scripserint; quæ ipsa tamen cum Ms. nostro concordant quoad* dies XIV. *ubi prædicta tria Mss. mutata littera, habent* XIV. Menses VII. *interponunt exemplaria Anastasii excusa: sed eos non possumus recipere. Interpontificii vero tempus ex conjectura determinamus, quantum nobis satis fuit ad successorem inthronizandum eo die, quem exigit dies mortis aliunde certius cognitus, de quo infra. Pontificale metricum Flodoardi, de hoc* Stephano *nihil habet, quod non possit clarius distinctiusque legi in præcitato ejusdem auctoris Remensi Chronico: quare supersedeo attexendis hic versibus, cum legi apud Mabilionem possint, & bona sui parte legi iterum debeant in Actis Sanctorum ad* XIV. *Octobris, propter corpus S. Calixti Papæ, per eumdem Pontificem S. Everardo Comiti donatum, atque Cisoniensi in Flandria monasterio illatum.*

Translatio S. Calixti Papæ.

Epitaphium.

2 *Epitaphium reliquit noster Romanus Canonicus; qui describens atrium vetus ecclesiæ S. Petri, ubi est altare SS. Simonis & Judæ Apostolorum; inter aliorum Pontificum sepulcra, suo adhuc tempore exstantia, etiam hujus Stephani monumentum posuit, sic inscriptum.* F

Accedis quisquis magni suffragia Petri
 Cœlestis regni poscere Clavigeri;
Intentis oculis, compuncto corde, locellum
 Conspice perspicuum, quo pia membra jacent.
Hic tumulus Quinti sacratos continet artus,
 Præsulis eximii, Pontificis Stephani:
Bis ternis annis populum qui rexit & urbem,
 Et gessit Domino quæ fuerant placita.
Succepit tellus consumptum pulvere corpus.
 Æthera sed scandit spiritus almus ovans.
Unde peto cunctis venientes dicite fratres,
 Arbiter omnipotens, da veniam Stephano.

a coævo scriptum.

3 *Nescio quid sapias, qui non judicas hoc Epitaphium statim a morte compositum fuisse: & huic accedit Ms. nostrum, quod ut intelligas fideliter Auctorem ejus transcripsisse, ut reperis apud illius ævi Scriptorem, addit quod ille addiderat, ut solent ii qui seriem quampiam ad sua usque tempora perduxerunt.* A morte S. Gregorii Papæ usque ad hunc Stephanum sunt

anni

A anni CCLXIV. menses II. *Vitiosus quidem calculus, cum numerandi fuerint* anni CCLXXI. menses IV. *sed (sive hic error auctoris fuerit, perperam tempora supputantis, juxta annorum numeret, quos antea in nonnullis Pontificatibus repererat vitiose notatos; sive alterius cujuscumque, cum transcribentis) index tamen manifestus est ætatis, qua vixit is, qui Pontificatum Stephani V. Anastasiano Catalogo apud Auctorem Ms. nostri subtexuit.*

4 Baronius, *quoad sex annos Episcopatus, nobiscum consentit: sed ut nullum inveniebat modum determinandi hujus Pontificatus initium, ita nec fini mensem vel diem assignat; contentus agere de eo & de successione Formosi in fronte anni* DCCCCXCI. *eodemque deinceps stylo usus toto hoc seculo & usque ad finem fere seculi sequentis, nullius initio aut fini diem aliquem determinat, satisque habet annum utrumque definivisse.* D *Baronii calculus.*

CXIII. FORMOSUS.

FORMOSUS, ex patre Leone, Episcopus Portuensis, tempore Arnulphi ac Widonis Regum Germaniæ atque Italiæ, & Leonis Sapientis in Oriente imperantis, ad Romanam Ecclesiam tegendam translatus, & inthronizatus anno DCCCLXXXXI. XIX. Septembris in Dominica; sedit annos IV. menses VI. dies XVII. obiit IV. Aprilis die Paschæ, anno DCCCXCVI. & cessavit Episcopatus dies VI. *Ab an. 891. ad 896. m. 4. m. 6. d. 17.* *Bar. an. 8*

B

Ea die obitus, in Paschate anni 896. 1 DE *anno ac tempore mortis habemus certissimum testimonium Annalistæ Fuldensis, hoc ipso anno scribentis nec ultra* DCCCC. *pertingentis. Hic post relatum* Arnulphi *Imperatoris a* Formoso *coronati recessum ab Urbe (mense ut videtur Martio anni* DCCCCLXXXVI. *non* V. *sicut propter inversam unius anni historiam, deficiente folio, perperam nunc legitur) atque post reditum ejusdem* Arnulphi *festinatum in Bavariam, qua appulit in Majo; cetera ejus anni gesta describens, subjicit quomodo interim* Romæ Formosus Papa defunctus est, die Sancto Paschæ, in cujus locum consecratus Bonifacius, vix XV. dies supervixisse reperitur. *Eadem verba transcribuntur ab Interpolatore & Continuatore Hermanni Contracti, usque ad annum* MLXVI. *pertingente, nisi malimus credere cum Christiano Urtisio libri editore, ipsummet Hermannum, relambendo suum istud Chronicon, auxisse & correxisse. Hinc ergo tam certo testimonio videmur recte adaptasse nostram Chronologiam, Pontificatui* Formosi *assignando annos* IV. *sicuti hos ei assignarunt Hermannus Contractus, Gotfridus Viterbiensis & Compilatio Chronologica. Nam si cum Ms. nostro, Mariano Scoto, Stella, Platina annos* V. *oporteret ei dare, deberemus unum annum* Marino *detrahere; & sic* Marinus *non multo plus quam bimestris fuisset Pontifex, nec potuisset dedisse Privilegium, quod monasterio Solenacensi datum nemo hactenus dubitavit.* *intelligitur factum,* C

2 *Quod etiam prædictus* Formosus *non potuerit vixisse usque ad* XIV. *Decembris, ut vult* Baronius, *nescio unde talem diem mutuatus, manifeste demonstratur, ex epistola* Stephani VI. *eodem ipso anno* DCCCXCVI. *data ad Arnustum Episcopum Narbonensem, sub hac clausula:* Scriptum per manum Nicolai Scriniarii S. R. E. in mense Augusto Indict. XIV. Bene valete. Datum XIII. Kal. Septembris, per manum Stephani Episcopi sanctæ Ecclesiæ Nepesinæ, Arcarii sanctæ Sedis Apostolicæ, imperante Domino piissimo Augusto Arnulfo, a Deo coronato magno Imperatore, anno primo: *quæ omnia annum prænotatum Æra vulgaris notant. Neque ad producendam longius* Formosi *vitam juvare potest Adami Bremensis auctoritas, collata cum tempore Synodi Triburiensis, anno* DCCCXCV. *mense Maii celebratæ: qui cum dicit secundo post eam anno obiisse* Formosum, *etiam dicit celebratam fuisse Synodum anno* VII. *Adelgari Archiepiscopi, quæ tamen celebrata est anno ejus* VI. *adhuc currente, quippe qui solum factus Archiepiscopus est, secundum ipsummet Adamum, anno* DCCCLXXXVIII. *post mensem Junium, quo obiit S. Rembertus decessor ejus, cujus Acta ad diem* IV. *Februarii dedimus. Non est autem Adami (qui uno* *non autem in Decembri.*

post hæc seculo scripsit) in sua historiæ initio tanta auctoritas, ut Annalibus Fuldensibus opponi possit. E

3 *Porro a die* IV. *Aprilis anni* DCCCLXXXXVI. *retrocedendo per annos* IV. *menses* VI. *a Mariano Scoto Ms. nostro, Stella, Platina, assignatos, & dies* XVII. *venitur ad Dominicam a nobis designatam: qualis non haberetur, si cum Hermanno Contracto, Gotfrido Viterbiensi & Compilatione Chronologica menses* VII. *numerarentur: sed veniretur in Feriam* V. *& breve dierum paucarum Interpontificium definiretur. Atqui observatam consuetam diem esse, & eas præcessisse turbas quæ facile potuerint mensem unum absumere, persuadet testis pene oculatus Luitprandus, cum causam simultatis inter* Formosum Papam *& Romanos hanc fuisse ait, quod* Formosi prædecessore defuncto, Sergius quidam Romanæ ecclesiæ Diaconus erat, quem Romanorum pars quædam Papam sibi elegerat: quædam vero pars non infima nominatum Formosum Portuensem Episcopum, pro vera religione divinarumque Scripturarum & doctrinarum scientia, Papam sibi fieri anhelabat. Dum ergo in eo esset ut Sergius Apostolorum Vicarius ordinari debuisset (*utique consueto & Dominico die*) ea quæ Formosi partibus favebat pars, cum non mediocri tumultu & injuria Sergium ab altari expulit, & Formosum Papam constituit. *Ob eamdem vero servandæ Dominicæ causam ab* XVIII. *diebus, qui passim notantur, abstulimus unum. Quod siquis malit Interpontificio prædicto unam alteramve hebdomadam detrahere, priori Interpontificio eas addat licet, & tantumdem retrahat* Stephani *præcedentis Ordinationem ac mortem: aut tale quid faciat in* Marino, *inter quem &* Joannem *solum notare dies* VI. *nulla auctoritas cogit.* *Intelligitur ordinatus in Septembri an. 891.* *post unius mensis vacationem.* F

4 *In Tomis Conciliorum extat Epistola, quam* Fratribus & filiis in Christo omnibus Episcopis Angliæ Formosus *scripsisset, quasi* audito nefandos ritus Paganorum partibus istis repullulasse, ipsosque tenuisse silentium, ut canes mutos non valentes latrare; gladio separationis a corpore Dei Ecclesiæ eos ferire deliberaverit; *nisi* Pleimundus *Dorobernensis Archiepiscopus*, intimavisset tandem evigilasse, & semina verbi Dei olim venerabiliter jacta in terra Anglorum cœpisse renovare: *in quibus hortatur* habere perseverantiam; *jubet* absque mora substitui alium, cum quilibet Sacerdotum ex hac vita migraverit: *&, sicut* ex scriptis B. Gregorii ..... in Dorobernia civitate Metropolim Sedemque primam Episcopalem constat esse regni Anglorum; *sic Pleimundo* prænominato, Doroberniæ sive Canterberiæ Archiepiscopo, ejusque successoribus legitimis, eamdem digni- *Ejus ad Episcopos Angliæ Epistola,*

A tatem confirmat. *Hæc Epistola, accepta ex Cantuariensis ecclesiæ Tabulario, sequitur ad historiam conventus Synodalis Episcoporum, habiti sub* Edwardo *Rege, quem mox secuta sit septem novorum Episcoporum Ordinatio anno* DCCCCV. *inde autem accepit Malmesburiensis quæ ad priorem annum habet lib. 2. cap. 5. his verbis:* Anno quo a Nativitate Domini transacti sunt anni nongenti quatuor (*ita* DCCCCV. *signari censet in Annotatione Cossartius*) Misit Papa Formosus in Angliam epistolas; quibus dabat excommunicationem & maledictionem Regi Edwardo, pro benedictione quam dederat B. Gregorius genti Anglorum a Sede S. Petri; nam per septem annos plenos destituta fuerat Episcopis omnis regio Gevissorum, id est, Westsaxonum. Quo audito congregavit Rex Edwardus Synodum Senatorum gentis Anglorum, cui præsidebat Pleigmundus Archiepiscopus Cantuariensis, interpretans districte verba Apostolicæ Legationis. Tunc Rex & Episcopi . . . elegerunt singulos Episcopos singulis Provinciis Gevissorum, & quod olim duo habuerunt in quinque diviserunt. Acto Concilio Archiepiscopus Romam cum honorificis muneribus adiit, Papam cum magna humilitate placavit, decretum Regis recitavit, quod B Apostolico maxime placuit.

Edwardo regno per- peram ad- scripta,

ejus ad E- piscopos An- gliæ episto- la,

anno quo- que regno E- duardi per- peram ad- scripta,

5 *Polydorus Virgilius, vident non recte componi tempora* Formosi *&* Eduardi, *quorum hic primum regnare cœpit anno* DCCCCI. *annis utique VII. post illius mortem; loco* Formosi *substituens* Joannem IX. *Sed & hic nostro calculo obiit ipso anno seculari;* Leonem *ergo V. substitui mallet Spelmannus, qui ex nostro quoque calculo tunc revera sedebat. Econtra Cossartius, si mutandum est aliquid, suggerit æquo aut magis in nomine Regis inducendam mutationem, & pro* Edwardo *substituendum* Alfredum, *potius quam in nomine Pontificis, quod supponitur ipsi Epistolæ prætitulari. Ego hoc omnino tenendum putarem, nisi vehementius suspicarer, Epistolam illam merum esse figmentum seculi XI. quo inter* Cantuariensem *&* Eboracensem *Archiepiscopos fuit de hujus ad illum subjectione contentio, nolente Eboracensi* Cantuariensis *Primatum agnoscere, sed ei æqualem per omnia se ferente, ut videre est ad Vitam S. Landfranci XXVIII. Maji. Interpolatam saltem Epistolam eam esse ostendit* Canteberiæ *nomen, velut vulgatius & causa explicationis additum vetustiori nomini* Doroberniæ: *ætate enim* Formosi *istud needum in usu erat, uti nec nomen* Cantuariæ; *sed dicebatur* Cantwaraburga, *uti videre est apud ipsummet Alfredum Regem, in ejus Saxonica versione* C *Bedæ. Quis autem zelus iste fuisset, ne dicam furor, propter simplicem officii cujuscumque neglectum, tempore bellicis tumultibus inquieto facile excusabilem, omnes integri unius regni Episcopos, ne semel quidem monitos, excommunicatos velle, uti voluisse fingitur ipso exordio Epistolæ* Formosus?

videtur esse merum fig- mentum,

6 *Certioris fidei est Instrumentum, quo idem* Formosus *Papa, Gigniacensis monasterii fundationem sub ejus primo Abbate S. Bernone, postea etiam primo Cluniacensi, ductæque ab inde Congregationis auctore, factam laudavit, ipsumque monasterium in jus Sedis Apostolicæ receptum declaravit,* tertia decima Indictione, mense Novembrio, *uti ad longum scribitur in ejus Privilegii contextu, sec. 5. Benedictino pag. 78. in Actis S. Bernonis. Ibi autem opportune admonet Mabilio, num. 13. observatione dignam clausulam de Decimis, ex monasterii fundis aut a propriis ei hominibus, nemini solvendis,* maxime cum scriptum sit, ne Sacerdotes Decimas dare cogantur: *sed nescio quo errore factum sit, ut in hac Mabilionis Observatione scribatur* Indictio XIV. *eaque dicatur conveniens cum anno* DCCCXCVI. *Istius enim Indictionis November cadit in annum* DCCCXCV. *& November Indictionis XIII. in XCIV. atque ita salva nobis manet* D *Chronologia nostra, sive exerratio ista advertatur, & sine notanda hic fuit.*

Alia cer- tior,

vetat Deci- mas exigi a monasterio Gigniacen.

DISSERTATIO XXXI.

De Formosi, adhuc Portuensis Episcopi, fructuoso ad Bulgaros Apostolatu, adversariorum calumniis apud Joannem VIII. obscurato, cum jactura ipsius Bulgariæ; deque ejus laudabili Pontificatu.

A *Deo variis judiciis, etiam Pontificiis, jactata est hujus* Formosi *fama, non minus ante Pontificatum viventis, quam post eum mortui; ut omnino operæ pretium videatur, historiam ejus paulo accuratius explicare, ex Anastasio & Guilielmo Bibliothecariis,* Nicolai I. *&* Hadriani II. *Vitas scribentibus. Rem ab ovo exordior.*

Damnato Apostolicæ Sedis sententia Rodoaldo, Episcopo Portuensi, quia non tantum in causa Ignatii prævaricatus Constantinopoli fuerat, sed postea etiam ob commissa in Galliis, ad judicium citatus non comparuerat; substitutus est anno DCCCLXIV. Formosus, *tanta cum Nicolai Papæ satisfactione, ut cum biennio post, Indictione scilicet XIV. a Rege Bulgarorum recens converso ad fidem, & sub nomine Michaelis baptizato, Legati venissent; quærentes* quid Regem facere salubrius oporteret, vel quid erga reliquum Bulgaricum, adhuc baptismo sacro carentem, populum, ut fidei perciperet sacramenta, agi deberet ... Paulum Populoniensem & Formosum Portuensem, magnæ sanctitatis Episcopos, ad prædicandum genti illi ire decrevit .... qui magna suscepti devotione, cœperunt salutaribus edocere populum monitis, & a minimo usque ad maximum sacro fonte abluerunt ... Gloriosus autem Bulgarorum Rex tanta cœpit fidei flagrare constantia .... ut omnes a suo regno pellens alienigenas, præfatorum Apostolicorum Missorum solummodo prædicatione usus, . . . unum ex his Formosum, vita & moribus Episcopum, sibi dari Archiepiscopum expetierit ... simul & pro instructione gentis illius Presbyteros postulaverit. Ipse vero Papa ... Presbyteros quos dignos reperit prædicationis gratia in Bulgariam direxit, cum iisque Dominicum Tarvisiensem & Grimoaldum Polimartiensem Episcopos; ut, quia ipsum Formosum plebem dimittere sibi creditam non oportebat, ex his F Presbyteris ad Archiepiscopatum qui dignus esset eligeretur.

Factus an. 864. Episc. Portuen. E

an. 866. Bulgaros o- mnes bapti- zat:

quibus pri- marium ipsum

2 *Interim moritur anno* DCCCLXVII. Nicolaus: *cui succedens* Hadrianus II. *mense Decembri, illos quos decessor ire præceperat, quique audito ejus obitu substiterant, ire jubens,* in quantum tempestas fluctuosi temporis permittebat, piissimi patris votum pius heres implevit. *Iis in Bulgariam appulsis* Formosus & Paulus remeantes, de Christianitate Bulgarorum ac omnimoda subjectione Sedem Apostolicam recrearunt; & Michaelis Regis legatum, Petrum nomine, summo Pontifici præsentarunt, regias litteras offerentem, ut aut Marinum, sibi bene compertum Diaconum, Archiepiscopum consecratum, remitteret, aut aliquem ex Cardinalibus dumtaxat eligendum dirigeret. *Sed Marino Constantinopolim ad Synodum œcumenicam VIII. misso, sub annum* DCCCLXIX. *mittitur Bulgaris* Silvester quidam, quem *Pontifex*, remittentibus Bulgaris, magna sub velocitate recepit, cum Leopardo Anconitano & Dominico Tarvisiensi Episcopis; simul & litteras, pro Archiepiscopo, aut Formoso Portuensi Episcopo remittendo, deprecantes. *Nec profuit rescribere, quod*

tum Mari- num Archi- episcopum frustra po- stulantibus,

quem-

A quemcumque nominatim devotio Regalis exprimeret, cum sine dubio Pontificalis provisio Bulgariæ Archiepiscopum commendaret; *quia* Rex, expectationum moras diutius ferre non valens, ad Imperatorem Græcorum .... eumdem Petrum, quem a Roma sine desiderii sui effectu receperat, Constantinopolim emisit cum aliis, requisitionis gratia, cui potissimum Bulgaria pertinere deberet: Et ibi quidem a Legatis, quod juri Romano pertinerent, revicti sunt: at postmodum, per Orientales Constantinopolitanosque donis ac promissionibus persuasis Bulgaris, Græcosque Sacerdotes suscipientibus, Grimoaldus Episcopus, sine conscientia Sedis Apostolicæ commissum sibi prædicationis officium deserens, Romam ditissimus remeavit. In quo facto, quia Episcopus a Bulgaris expulsum se asserit, & Presbyteri non se pulsos a Græcis seu Bulgaris, sed ab Episcopo circumventos; profecto dubium non videtur, quin mutuæ subsit proditionis imago.

alienatus Rex ad Græcos transit,

3 *Hactenus Vita Hadriani, sed sine mutila, ut scire nequeamus quid actum porro in negotio sit. Ex subsecutis tamen videor mihi colligere, remissum illico in Bulgariam* Formosum, *qui negotium, Romanæ Curiæ lentitudine corruptum, quocumque meliori posset* B *modo, repararet. Videor etiam intelligere, non sine fructu regressum esse anno saltem* DCCCLXXII. *sed* Hadrianum, *prius quam ea imploret, de quibus inter Regem* Formosumque *convenerat, e vivis excessisse. Certum est autem, ab* Hadriani *successore* Joanne VIII. *missum* Formosum, *anno* DCCCLXXIII. *primum in Germaniam directum ad Ludovicum Regem, postea anno* DCCCLXXV. *in Franciam, ut regni illius Regem Carolum Calvum, Ludovici Pii secundogenitum, ad suscipiendam Imperii Coronam evocaret in Italiam: hoc autem coronata in die Natalis Domini, celebratam esse anno mox sequenti* DCCCLXXVI. *Romanam Synodum, pridie Kalendas Aprilis; atque in eadem gravissime accusatum* Formosum, *hujusmodi sententia fuisse perstrictum:* Formosum Portuensem Episcopum, qui a beatæ memoriæ Domno prædecessore nostro Papa Nicolao in Bulgarorum patriam destinatus, noviter in Christo regenerati Regis animos suis calliditatibus vitiavit, ut terribilibus juramentis eum sibi obstrinxisse testatus sit, ne se vivo quemlibet Episcopum a Sede Apostolica suscepisset; seque eidem terribilibus nihilominus juramentis, ut ad eum quantocius reverti debuisset obstrictum fuisse professus sit; quique a nobis proficiscendi istuc licentiam, lit- C teras, & necessaria adjutoria impetravit: quoniam jam dudum per ambitionem a minori Ecclesia in majorem, videlicet sanctam Sedem Apostolicam, prosilire conatus plurimos sibi consolatores effecit: & nunc per repertam hypocrisim retrorsum rediens, sine licentia vel conscientia nostra, propriam parœciam deseruit, Urbe discessit; & contra salutem reipublicæ dilectique filii nostri Caroli, a nobis electi & ordinati Principis, cum suis fautoribus conspiravit: nisi amodo intra decimum diem, id est III. Kal. Maji præsentis nonæ Indictionis (*anno* DCCCLXXVI) præsentiam suam nobis satisfaciendo monstraverit ...., omni ecclesiastica Communione privatum esse decernimus.

Ad eumdem remissus nō frustra Formosus,

deinde apud Ioannem Papā gravissime accusatus damnatur,

4 *Quid egerit tanto rigore constrictus* Formosus, *utcumque intelligitur ex cap. 20. libri 2. quem de ejus Ordinatione scripsit Auxilius, ad Leonem Nolanæ Ecclesiæ Episcopum, questum* se violentas pati oppressiones, ut Episcopale Sacerdotium, quod olim a Papa Formoso susceperat, quasi nihil sit, irritum faceret. *Hos libros anno 1655. inseruit suo de Ordinationibus operi Ioannes Morinus, & operæ pretium fuerit ab Historiæ Pontificiæ studiosis legi. In dicto ergo cap. 20. libri 2.* dialogico schemate *inter* Infensorem & Defensorem *scripti,* Infensor *obiicit, quod* Formosus se coram Episcopis proprio ore damnavit, & D idcirco depositus fuit. *Respondet autem* Defensor ...., quia cum se proprio ore damnavit, non veraci professione, sed magno timore perterritus; interroganti se, quamvis non inculpabiliter, satisfecit. *Ita tamen quod, sicut ibidem* Infensor *promiserat,* quando depositus est, mediantibus sacrosanctis Evangeliis jurejurando conclusis, ut Romuleam urbem nullatenus ingrederetur, suumque Episcopatum nullo modo reciperet. *Sed respondebat* Defensor *dicenda,* Væ illis, qui tale juramentum ab eo extorserunt. Revera enim nihil aliud in eo deprehendi, nisi ut limina Apostolorum Petri & Pauli numquam adoraret, numquam ad reconciliationem accederet, suumque Episcopatum numquam reciperet. *Proinde concludit, obligari eum non potuisse tali juramento, quod fuerit* cruentum & nefarium: *&* sicuti verum est quod Apostolica auctoritate depositus fuerit, ita verum est quod Apostolica auctoritate reconciliatus extiterit, *atque in integrum restitutus per* Marinum *scilicet, Bulgaricæ quondam Legationis socium, tum alia* Joannis Papæ *in favorem Photii acta rescindentem, tum etiam hæc, quæ contra* Formosum E *erant; sive quod revera innocentem eum comperisset in quibus fuerat accusatus, sive quod justo severiorem pœnam ei impositam existimaret; & quidquid fuerat culpæ sexennali suspensione & exilio humiliter tolerato abunde expiatum ab eo, qui juxta* propriæ manus rescriptum (*ut scribit Sigebertus*) *tamdiu* in laicali Communione perseverat.

Sed vel Ioannem vel justo graviori pœna,

idemque a Marino P. absolvitur:

5 *Ego quanto magis priores posterioresque* Formosi *laudes considero, tanto vehementius inclinor ut credam, calumniis meris oppressum fuisse, apud* Joannem, *licet ejus opera usum paulo ante in maximi momenti negotiis. Est qui hunc a* Formoso *alienatum putet, quia is lenitudinem ejus in reprimendis Photii conatibus improbaverit: sed iste primum anno* DCCCLXXVIII. *cœpit* Joannem *circumvenire. Quid ergo? Existimo quia plus quam is vellet faverit Ludovico, Germaniæ Regi, factam sibi injuriam querenti per translationem Imperii in juniorem suum fratrem Carolum, & saltem aliquam partem reposcenti ex ea portione hereditatis avitæ, quam Ludovicus Imperator nepos suus possederat in regno Lotharii patris, communisque eorumdem fratris. Hac autem occasione usus aliquis* Formosi *adversarius, gratia & pecunia potens, fortassis Grimoaldus ille Polimartiensis, cujus probrosam in deserenda Bulgaria ignaviam, seu potius perfidam avaritiam,* Formosus F *verosimiliter incusaverat; cœperit falsis criminationibus ea omnia traducere, quæ pro reducendis ad Romanæ Ecclesiæ subjectionem Bulgaris hactenus iste egerat, & multis criminari absentem; omnibusque modis id agere, ut ex itinere vel invitus retraheretur, ne, si negotium ex voto conficeret, simul etiam in lucem produceret iniquam ipsius Grimoaldi nundinationem collusionemque cum Græcis, quam conabatur occultare, dicendo se a Bulgaris per vim fuisse ejectum.*

Favorisse eo nomine Ludovico Germaniæ Regi;

& Grimoaldus, cum deserta Bulgaria,

6 *Quid autem in ea culpæ erat? si, postquam* Hadrianus *Bulgaris scripserat dandum eum quemcumque nominatim postulasset Rex; hic redeunte ad se* Formoso *ita placari se siverit, ut tamen, non ex aliqua inductione* Formosi *ipsius, sed proprii animi impetu juraverit, nullum nisi ipsum* Formosum *Archiepiscopum Roma accipere, atque extorserit ut is rediturum se promitteret, quando alia nulla jam apparebat via ejus reconciliandi. Tum regressus in Italiam* Formosus, *& videns, una post alteram legatione sibi injuncta, trahi tempus præsensque adesse periculum amittendi spem omnem reliqua in Bulgaria; conscientia juramenti urgente, eodem redierit, Pontifice inconsulto; non ut mansurus ibi propria deserta Ecclesia,*

optimus Formosi pro ea reducenda conatus calumniatur,

sed

A *sed ut Regem ad ulteriorem patientiam animaturus, & Græcorum Presbyterorum conatibus obviam iturus. Quod ad crimen ambiti Pontificatus attinet, de eo si infamatus* Formosus *ab initio fuisset, non adhibuisset eum* Joannes *tetis tribus annis ad tanti momenti Legationes, quales dixi: utcumque calumniæ struendæ fuerit fundamentum, quod, cum Romani ægerrime ferrent, Bulgariam sibi a Græcis subtrahi; actum ab aliquibus fuerit post mortem* Hadriani, *de* Formoso *ad Pontificatum provehendo, qui solus videbatur certo jam fere damno posse occurrere; sicut simili ex causa postea idem* Formosus *electus est, ad resarciendam infamiam, Photii restitutione acceptam. Denique ex ipsa sententia apparet, damnatum absentem fuisse, idque statim post ejus discessum; est enim intra xx. diem a sententia jussus comparere ac satisfacere. Comparuit autem: sed judicis iniquitati non valens resistere, paruit lata in se licet innocentem sententia. Interim, quidquid postea* Joannes *egit ad reducendum a Græcis Michaelem, frustra egit: nec umquam potuit a S. Ignatio* B *impetrare, ut suos Sacerdotes ex Bulgaria revocaret: restitutus autem a* Joanne *post mortem Ignatii Photius, ea spe quod Bulgariam redditurus esset, nihil minus præstitit; ac tandem suscitato schismate secum etiam Bulgaros in ipsum traxit.*

absentem damnari fuerit,

7 *Ut ut istæc se habuerint post mortem* Joannis, *restitutus gradui suo atque Ecclesiæ* Formosus, *magno in pretio fuit non secutis* Marino, Hadriano, *&* Stephano *Pontificibus, & his denique suffectus est: argumentibus quidem nonnullis quod (ut dicit* Infensor *apud Auxilium cap 22.)* humanæ laudis cupidus, propriam relinquens uxorem, alienam abstulit; videlicet relicto Episcopatu, his qui ordinandi erant Apostolicam abstulit Sedem: *sed* Defensore *econtra reponente;* Utrumnam humanæ laudis cupidus Apostolicum Thronum conscenderit, incertum est, ideoque solius Dei judicio relinquendum: attamen universa Romana civitas & omnes circumpositæ regiones præcipuæ sanctitatis eum fuisse commemorant, exceptis admodum paucis, qui eum infamare non erubescunt. Ceterum quod in ejusmodi translatione alienam uxorem non abstulerit, probabilibus exemplis (*quæ usque ad sedecim ex antiquitate petit Auxilius*) clarescere ait. *Idem deinde cap. 26. evidenter probat,* quod quando Formosus inthronizatus est, non id quo Episcopus erat iterum acceperit; sed augmentum Apostolicæ dignitatis, quod non habebat, suscepit. *Cum enim respondisset ad argumentum adversarii, a manuum* C *impositione quasi numquam iterabili, acceptum, ostendisset que idem valere in eo, qui* Presbyter *cum sit per manuum impositionem factus, rursum* accipit manus impositionem, ut ceteris præponatur & Episcopus appelletur; *eoque* non iterum Presbyter consecratur, *sed* potius in ejusdem manus impositione augmentum Episcopalis ministerii, quod non habet, accipit: *tandem concludens;* Interrogavimus; *inquit*, qui præsentes fuerunt, quando Formosus inthronizatus est: sed dixerunt, falsissimum esse quod in illa translatione Formosus manuum impositionem acceperit: sed quemadmodum in itinere ambulantes precibus effusis Deum exorant; ita & nos, Gubernatorem omnium exorantes, deduximus eum ad Apostolicam Sedem, ibique inthronizavimus eum, dantes congruam Orationem. D

Idem postea ad Romanam Sedem legitime translatus,

non ordinatus sed inthronizatus solum debuit,

8 *Atque hæc de* Formosi *initiis dicta sunto: de ea autem quam mortuus passus est injuria, ita scribit Anonymus Beneventanus, ejus temporis Auctor, apud Camillum Peregrinum pag.* 148. Paucis post hinc diebus elapsis (*id est, post reversum ex Beneventana Provincia* Guidonem *Spoleti Marchionem,* Guidonis *Imperatoris filium, & Lamberti a* Formoso *in patris locum coronati fratrem, uti pluribus infra probabitur*) Stephanus Vicarius Apostolorum, Formosum Papam prædecessorem suum ex sepulcro abjecerat, irritas faciens cunctas ipsius Ordinationes; cujus corpus post menses xi. inventum est integrum: quod dum huc E illucque crebrius jactaretur, etiam sanguis exivit tanto jam tempore elapso. *Acta ejus cum Fulcone Remensi ac Franciæ Rege Carolo Simplice, quæ antea prosa, postmodum versu complexus Flodoardus, Pontificatum istum cum hoc insigni elogio clausit, quod pro Epitaphio esse possit.*

Laus Formosi ex Anonymo Beneventano,

Præsul hic egregius Formosus, laudibus altis
Evehitur; castus, parcus sibi, largus egenis:
Bulgaricæ genti fidei qui semina sparsit;
Delubra destruxit, populum cœlestibus armis
Instruxit, tolerans discrimina plurima promptus,
Exemplum tribuens ut sint adversa ferenda.
Et bene viventi metuenda incommoda nulla.

Ad similem Formosi *commendationem facit Luitprandus Diaconus Ticinensis, lib. 1. cap. 8. narrans quomodo post mortem, jussu successoris refossus & in Tiberim jactatus* dum a piscatoribus postmodum esset inventus, atque ad B. Petri Apostolorum Principis ecclesiam deportatus, Sanctorum quædam imagines, hunc in loculo positum, venerabiliter salutarunt; *uti* a religiosissimis Urbis Romanæ viris persæpe audivisse *idem se testatur.*

& Luitprando.

CXIV. BONIFACIUS VI. F

An. 896. ab 11. Apr. ad 25. Aprilis.

BONIFACIUS, natione Romanus, ex patre Adriano, Presbyter depositus, manu populari intrusus, sub tempore Arnulfi & Leonis Imperatorum, ordinatus xi. Aprilis, Dominica in Albis; sedit dies xv. mortuus vel depositus xxv. Aprilis: & cessavit Episcopatus dies vi. anno DCCCXCVI.

Bar. n. 597.

Per vim ordinatus,

ANnales Fuldenses, *hoc tempore scriptos, jam testes istius brevitatis audivimus. Synodus quoque Romana sub* Joanne IX. *anathemate feriens eos,* qui de gradu ecclesiastico Synodice ejectum & non canonice restitutum ad altiora provehere præsumerent, prout, *inquit*, de Bonifacio, primo de Subdiaconatu, postmodum de Presbyteratu deposito, popularis manus agere præsumpsit; *etsi promotionem improbet ut illegitimam: non tamen negat factam promotionem aliquam, adeoque & Ordinationem, per Episcopos, scilicet vi coactos. Sicuti igitur non exclusimus a numero Pontificum qualitercumque ordinatos, ita nec possumus probare quod eum excluserit Baronius, nec etiam credere, quod non sit ordinatus in Dominica.*

2 *Quod enim Platina dicat biduo dumtaxat vacasse Sedem, ex propria dicit conjectura: sicut & singularis est in eo, quod dies ei xxvi assignet. Quod autem xii. annis supervixisse postea dicat, non ab ipso solum, sed etiam Gotfrido Viterbiensi videtur asseri: nisi forte in hoc per librarium sphalma anni pro diebus scripti sint. Luitprandus Ticinensis, proximi seculi scriptor, lib. 1. cap. 8.* is qui post Formosi mortem constitutum est, expellitur, *inquit. Expulsum Annales Fuldenses non negant: diu tamen postea vixisse vix crediderim, tum quia* podagrico morbo correptus erat, *tum quia nulla ejus postea invenitur memoria: si autem*

Incertum an mortuus, an depositus.

adhuc

A *adhuc annis XII. vivis, oportet fateamur ipsummet ratam habuisse dejectionem suam, proinde ejus vitam non impedire, quo minus successores ejus veri Pontifices fuerint.*

3 Bonifacii *brevem Pontificatum & laudes ex Flodoardi versibus nunc accipe:*

Laudatur a Flodoardo.

Hinc subit ad modicum Vates BONIFACIUS almus.
Ter quinos hic in arce dies explevit honoris:
Culmina mox mutans, superat fastigia celsa;
Inque brevi spatio quæsita cacumina scandens,
Inter Apostolici Proceres adscribitur Albi.

Vereor tamen ne pro suo erga Apostolicam Sedem affectu potius hæc scripserit Flodoardus, quam ex certa de Bonifacii *moribus notitia: nam si vere Sanctus ille fuisset, quomodo se ad illum gradum protrudi a populo contra Canones permisisset, aut inde deponi Synodice meruisset? Interim apparet existimasse Flodoardum, non multo post suam evectionem, mortuum quoque illum fuisse, & quod depositus sit nescivisse.*

4 *Fr. Isidorus Ugurgierius, in suis Pompis Senensibus Italice scriptis, quas necdum vidimus, Tit. 1. de Pontificibus Origine Senensibus, iisdem* Bonifacium VI. *adscribit, auctoritate cujusdam Bisdomini Chronologi Senensis, qui dicitur sub annum* MC. *floruisse, itaque scripsisse.* Factus est Papa Bonifacius Senensis, & vixit solum XV. dies, nec fuit coronatus. In memoriam vero illius ecclesia Cathedralis accepit Titulum S. Bonifacii. Erat autem ex Dominis Rosiæ, Castelli Senis propinqui, ex familia Rossiorum apud Senenses antiquissima. *Gravis ea videtur auctoritas, præca, qua sola nitas* Romanum *fecit, secutus collectorem Vitarum ad* Martinum V. *deductarum: quare per me licet ut Senensis credatur* Bonifacius *iste, quem Hermannus contractus ait* decimo quinto die necatum, *quod non consistit cum verbis Romanæ Synodi: quare si necatus ille fuit, id fuerit postquam præsumpsit populus violenter contra restitutionem rite ejecti.* Necatum *autem in isto conatu facilius crediderim, quam* non coronatum *fuisse, ea ætate adscriptum Pontificum Catalogo. Nihil tamen hic placet definire.*

D *Senensis fuisse fertur.*

CXV. STEPHANUS VI.

B

STEPHANUS, natione Romanus, ex patre Joanne Presbytero, ordinatus tempore Arnulfi & Leonis Imperatorum anno DCCCXVI. II. Maji, Dominica quarta post Pascha, sedit annum I. menses III. defunctus circa initium Augusti anno DCCCXCVII. & vacavit Episcopatus usque ad XI. Septembris: & ipse sepultus fuit ante ecclesiam S. Petri.

E *Ab an. 890. ad 897. an. 1. m. 3. d. 4.*

Ratio temporis.

HErmannus Contractus & Gotfridus Viterbiensis, *supra annum dumtaxat numerant mensem unum, & huic addunt* dies, *prior* XIX. *posterior* XV. *pluralitatem tamen sequimur: assignando* menses tres, *prout faciunt, Rolewinck, Ms. nostrum, Stella, Platina. Tempus autem hic notatum stabilitur per privilegium hujus Stephani, confirmans aliud* Joannis VIII. *de quo supra, in favorem Abbatis & monasterii Vezeliacensis: invenitur enim Tomo 3. Spicilegii Acheriani pag. 463.* scriptum per manus Samuel. Notarii & scriniarii S. R. E. mense Januario Indict. XV. & Datum X. Kal. Februarias, per manum Samuelis Notarii & Scriniarii S. R. E. Imperante Domino nostro Landeberto, pissimo Augusto a Deo coronato magno Imperatore, Indictione XV. *id est anno* DCCCXCVII.

Non vero dicitur hic fuisse Episcopus Anagninus.

2 *Addit Ms. nostrum, quod* Hujus tempore ecclesia Lateranensis ab altari usque ad porta cecidit. *Sigebertus Gemblacensis in Chronico asserit, quod* Stephanus *fuerit* primum a Formoso Papa Episcopus Anagninæ ecclesiæ ordinatus: *quod & Stella & Platina tenent: sed præter omnem veri similitudinem. Qua enim juris speciem contra defunctum* Formosum, *in iis qua egit, prætexere potuisset; qui non alio titulo eum damnavit, quam quod* Episcopus Portuensis cum esset, ambitionis spiritu Romanam universalem Sedem usurpavit? *uti ipsum exprobrasse defuncto, exhumato, & in judicium protracto, scribit Luitprandus; perperam licet* Sergium *pro* Stephano *nominans. Injuria autem id objectum fuisse excusat Synodus sub* Joanne IX. quia necessitatis causa de Portuensi ecclesia Formosus, pro vitæ merito, ad Apostolicam Sedem provectus est. *Itaque irritans acta prioris Synodi, in quo propterea fuerat damnatus* Formosus, *celebratam tamen fuisse dicens,* tempore piæ memoriæ sexti Stephani Papæ, *satis indicat, de hujus* Stephani *vero Pontificatu non fuisse dubitatum.*

C

aut usque ad an. 900. vixisse.

3 Baronius, *cum eodem anno* DCCCXCVII. *exorsus* Stephani *Pontificatum, eumdem protrahit usque ad postrema tempora anni* DCCCC. *nititur auctoritate Privilegii cujusdam, concessi monasterio* S. Vincentii *ad fontes Vulturni, ad cujus finem hæc verba leguntur,* Scriptum per manum Andreæ Scriniarii S. R. E. mense Septembri, Indict. IV. Datum per manum Stephani Primicerii, anno Pontificatus Domni Stephani sexti quinto. *Quam sint depravata istius monasterii monumenta, saltem quoad numeros in subscriptionibus expressos, pluribus exemplis in progressu patebit: quare nequit in iis chronologia ulla fundari adversus consensum antiquorum. At primo plane dubito an in originali, si qua olim extitit, Bulla exprimatur nomen* Stephani Papæ *cum addito* sexti: *hoc enim non fit in certiori ejus bulla,* Vezeliacensi *monasterio data, cujus modo meminimus; nec primis novem seculis ullus Pontifex fertur suo nomini addidisse numerum: quod autem* Leoni IV. *id affinxerint aliqui, non meretur amplius considerari. Deinde, quoniam subsequentium hujus appellationis Pontificum omnino nullus pervenit ad quintum sui Pontificatus annum, existimo obrepsisse auctori Chronici, ut inveniret aut legeret* V. *pro* II. *Is vero* Stephanus, *cujus annus* II. *concurrit cum* IV. *Indictione finienda cum* XXIV. *Septembris anni* DCCCCXXXI. Stephanus VII. *non* VI. *fuit. Ut autem Privilegium istud vere* Stephani Sexti *fuisset, deberet pro* IV. *indictione substitui* XV. *& annus Pontificatus* primus *pro* quinto: *ita datum esset anno Christi* DCCCXCVI.

ob bullam vitiis depravatam.

F

Acta ejus contra Formosum reprobata.

4 *Certior hujus Pontificis memoria invenitur inter Monumenta Vaticana, a Romano Presbytero descripta sub Eugenio III. annotibus correctius, quam ea post sub Alexandro postea III. transcripsit quidam Maaliut, a Baronio laudatus. Est autem Epitaphium post decimum a morte annum ei positum a* Sergio Papa III. *in quo, ab ejusdem secum generis & sententiæ successore, circa causam* Formosi *ea laudatur fecisse, quæ melior sententia sub* Joanne IX. *irrito declaravit & secreto; & ob qua Fuldenses Annales sic de eo scribunt,* in Bonifacii locum successit Apostolicus, nomine Stephanus, vir fama infamandus, qui antecessorem suum Formosum, inaudito more de sepulcro ejectum, & per advocatum suæ responsionis depositum, foras extra solitum sepulturæ Apostolicæ locum sepeliri præcepit. *Flodoardus etiam illius memoriam exsecratur his versibus:*

Tum

& Flodoardo corrigendo.

Tum Sextus Stephanus sacra regmina culmine carpit:
Durus qui nostris, propriis ast durior instat:
Sæva quidem legat vivis, truciora sepultis;
Fulconemque minis, Formosum concutit actis,
Concilium gregat infaustum, cui præsidet ipse,
Prædecessorem abjiciens * ponensque Patronum.
(i. deponens.)*
Visus abhinc meritis dignam incurrisse ruinam,
Captus & ipse, sacraque abjectus Sede, tenebris
Carceris injicitur, vinclisque innectitur atris,
Et suffocatum crudo premit ultio leto.

5 *Laudem ergo non erat hic* Stephanus, *nisi a similis accepturus: accepit autem, sicut dixi, a* Sergio III. *sub hac forma.*

Jam laudatus Epist. hic a Sergio Papa.

Hoc Stephani Papæ requiescunt membra sepulcro,
Sextus dictus erat ordine quippe Patrum.
Hic primum repulit Formosi spurca superbi,
Culmina qui invasit Sedis Apostolicæ.
Concilium instituit, præsedit Pastor, & ipsa
Lege satis fessis jura dedit famulis.
Cumque Pater multum certaret dogmate sancto,
Captus, & a Sede pulsus in ima fuit.
Carceris interea vinclis constrictus in imo,
Strangulatus nervo exuit & hominem;
Post decimumque Deo regnantis transtulit annum
Sergius huc Papa, funera sacra colans.

Romanus legerat, diem regnanti; *Manlius, a Baronio forsan ex sola conjectura correctus,* Post decimumque regens Sedem cum transtulit annum.

6 *Clariorem sensum dedisse me puto mutatione lectionis quod autem præcipue inde assumo, est confirmatio communis sententiæ adversus Baronium: qui cum in finem anni* DCCCC *protrahat Pontificatum Stephani, & Sergium cogatur mortuum scribere initio anni* DCCCCX. *nemo in ejus sententia invenire poterit annos decem a morte* Stephani, *post quos ejus ossa* Sergius *idem transtulerit: cum in nostra chronologia liquida sit & expedita calculatio, &* Sergius *anno Christi* DCCCCVIII., *sui Pontificatus secundum nos* III. *vel* IV. *eam translationem celebraverit. Non caret autem utriusque culpa, quæcumque contra* Formosum *commissa, excusatione aliqua, pro illo tempore non prorsus rejicienda, uti infra ad* Sergii *Pontificatum videbimus. Ex eodem Epitaphio corrigitur Cæsar Rasponus,* Stephanum *hunc cum titulo* Septimi, *juxta Baronium, adnumerans Pontificibus in Laterano sepultis, & quidem in eadem qua ipse* Sergius *urna.*

Ex quo interim stabilitur chronologia.

CXVI. ROMANUS.

Ann. 897. ad 898. m. 4 d. 23.

ROMANUS, natione Gallisanus, ex patre Constantino, imperantibus Berengario & Leone, ordinatus XI. Septembris in Dominica, anno DCCCXCVII. sedit menses IV. dies XXIII. obiit II. Januarii, anno DCCCXCVIII. & vacavit Sedes usque ad VIII. Februarii.

Ratio temporis.

1 *Dissidentibus inter se de spatio hujus Pontificatus Auctoribus, & Platina quidem* tertio mense *defunctum* Romanum *scribente, Stella & Rolevinkio ad* menses III. *adjicientibus* dies XI. *aut* XXI. quatuor *autem* menses *rotundo numero ponente Mariano Scoto (qui* menses *apud Gotfridum Viterbiensem perperam dicuntur* anni) *Hermannoque Contracto* dies XX. *addente, pro quibus Mſ. nostrum habet* dies XVIII. dies *quidem plures retineo,* menses *vero solum tres numero, quia sic optime convenitur cum Flodoardo, in hunc modum canente:*

Juxta Flodoardum.

Post hunc (*Stephanum*) luce brevi Romani regmina surgunt,
Quatuor haud plenos tractans in culmine menses,
Æbere suscipitur, meritos sortitus honores.

Male ergo Decessoris Successorem non molum supponit fuisse Flodoardus: qui si etiam illius Acta rescidit, ut habet Collector Conciliorum, allegato Luitprando (etsi hic Romanum *nec semel quidem nominet) quodque etiam Platino asserit; profecto ineptissime quis vitio verterit cum Platina, quod laudare debuerat.*

2 *Quoniam autem ex majori dierum numero & minori mensium, aliorumque Pontificatuum progresso calculo, sequitur,* XI. Septembris *ordinatum, anni sequentis die* II. *obiisse, isque tunc Feria* II. *fuit; nihil causæ nobis est, quin mox electum successorem, dicamus fuisse proxima Dominica ordinatum, id est,* VIII Januarii.

Interpontificium.

3 *Baronius, nihil habens quod definiat de die vel mense, quia id putat ea* antiquis haud facile accipi; *solum in errore prænotato progreditur, & anno* DCCCC. *creatum* Romanum *scribit, anno autem sequenti ponit initium Successoris.*

Baronii calculus.

CXVII. THEODORUS II.

An. 898. a 8. Januarii dies 20.

THEODORUS, natione Romanus, ex patre Photio, imperantibus Berengario & Leone, ordinatus VIII. Januarii anno DCCCXCVIII. in Dominica; sedit dies XX. obiit III. Martii, & cessavit Episcopatus usque ad V. Februarii.

Tempus Sedis.

Dierum viginti numerum habent Marianus Scotus, Hermannus Contractus, Rolewinck, Mſ. nostrum, Stella, & Platina, atque cum his Baronius: quare in tanto ceterorum consensu non audiendus Viterbiensis, qui annum unum; *multo minus compilationis Chronologicæ Auctor, qui* annos octo *eidem adscribunt. Idem etiam consensus facit, ut cum Mabilono audeam ectographum Flodoardi, quod* Bissenos dies *legit, corrigere & scribere* bis denos, *in hoc ejus Elogio.*

Laus ex Flodoardo.

Quo (*Romano*) rapto, breviore subit fastigia sorte
Dilectus Clero Theodorus, pacis amicus:
Bis denos Romana dies qui jura gubernans,
Sobrius, & castus, patria bonitate refertus
Vixit; pauperibus diffusus amator, & altor.
Hic populum docuit connectere vincula pacis,
Atque Sacerdotes concordi junxit honore:
Dum propriis revocat disjectos sedibus, ipse
Complacitus rapitur, cœlesti sede locandus.

2 *Lucem hæc accipiunt ex Auxilio, qui lib. 2. cap. 4. ait, quod* eos, quos Stephanus Papa secum in ecclesia vestiri probibuit (*quia scilicet fuerant ordinati a* Formoso, *quem ipse damnarat, velut si revera in Laicorum ordinem per suam depositionem redactus, non nisi sacrilegæ Ordinationes quascumque celebrasset*) Papa Theodorus, qui utique de Formosi Ordinatione non fuit, & vestiri & suum agere officium præcepit: ejusque

Formosi Acta restituta.

Corpus in Basilicam Vatic. relatum.

A ejusque corpusculum, quod pertinaciter ejectum fuerat, cum exultatione ad Apostolicam tumbam reduxit. *Hæc autem Apostolica tumba, qua potest intelligi alia, quam Basilicæ Vaticanæ crypta, in quam moris erat defunctorum Apostolicorum, id est Pontificum* D *Romanorum deferri corpora, nisi ipsi aliter extrema voluntate ordinassent?*

CXVIII. JOANNES IX.

JOANNES, natione Romanus Tiburtinensis, ex patre Rampaldo, Lamberto & Leone imperantibus, ordinatus anno DCCCXCVIII. Dominica v. post Epiphaniam, v. Februarii, sedit annos II. dies XV. obiit XVIIII. Februarii anno DCCCC. & cessavit Episcopatus usque ad II. Martii: ipse vero sepultus est ante ecclesiam S. Petri ante portam Guidaneam.

Ab an. 898 ad 900. an. 2. dies 15.

Bar. ab an. 901. ad 905 an. 3. d. 45.

Absque dis assertis injuria

NOtabilis valde est hujus Pontificis modestia, & erga Stephanum decessorem, qui multa minime probanda egisse videbatur, reverentia. Cum enim in ea quæ novissime prodiit epistola ad Clerum & Populum Lingonensem, ipsis redderet Argrimum Episcopum quem unanimiter expetierant, & pro quo, per B subreptitiam auctoritatem prædicti Stephani, ab Anscherio Comite obtrusum sibi quemdam Theobaldum querebantur; restituimus eum vobis Canonice, inquit, non sententiam prædecessoris nostri Stephani Papæ reprehendentes, sed utilitatis ac necessitatis causa Canonice in melius commutantes, quemadmodum prædecessores nostros de multis egisse in promptu habemus. *Idem profitetur in epistola ad Carolum Regem Francorum, videlicet Simplicem. Scripta est autem epistola utraque* per manum Samuel Notarii & Scriniarii S. R. E. in mense Majo Indictione II. *id est anno* DCCCXCIX. *atque ita ineluctabiliter probatur chronologia nostra contra Baronium, qui solum anno* CMI. *cœpisse* Joannem *putavit, & usque in annum* DCCCCV. *per annos* III. *dies* XV. *sedisse: quos tres annos alibi nusquam notatos reperio. Recte igitur Mabilio Tomo* I. *Musæi Italici pag. 86. Actis Concilii Romani, quo abrogata fuerunt Acta* Stephani *contra* Formosum, *prænotavit annum* DCCCC. *potius quam* DCCCCIV. *eidem hactenus in Conciliorum collectionibus assignatum: supplet autem defectum editorum ea parte, qua interrogati Episcopi singuli, qui interfuerant damnationi Formosi, protestati sunt*, coacte *se vel interfuisse vel subscripsisse*.

pro ecclesia Lingonensi scribit anno 899.

uni & Flodoardus.

2 *Epitaphium hujus* Joanois *tale adfertur.*

C Ecclesiæ specimen, clarissima gemma bonorum,
Et mundi Dominus; hic jacet eximius
Joannes; meritis qui fulsit in ordine Nonus,
Inter Apostolicos quem vehit Altitonans.
Conciliis docuit ternis qui dogma salutis
Observare, Deo munera sacra ferens.
Temporibus cujus novitas ablata maligni est,
Et firmata fides quam statuere Patres.
Qui moriturus eris, lector, Dic: Papa Joannes
Cum Sanctis capiat regna beata Dei.

Epitaphiũ indicat tres ejus synodos,

3 *Ex tribus Conciliis, a quorum celebratione laudatur in isto Epitaphio, duo solum ad nostram transierunt notitiam; unum Romæ, in quo* penitus abdicavit Synodum, tempore piæ recordationis sexti Stephani Papæ celebratam, in qua venerabile corpus Formosi venerandi Papæ, de sepultura violata, per terram tractum est; & quasi ad judicium ductum, judicari & damnari præsumptum est. *Alterum fuit habitum Ravennæ coram* Lamberto *Imperatore: quem cum infra probaturi simus intra primum* Joanois IX. *annum e vivis esse sublatum; consequens est ut vel anno* DCCCXCVIII. *vel saltem primis mensibus anni sequentis habita fuerit etiam postrema Synodus*. Baronius *interim ab earum numero videtur numerum annorum accepisse.*

quarũ una rescindit acta contra Formosum

De iisdem tribus Conciliis sic canit Flodoardus.

Joannes subit hinc, qui fulsit in ordine Nonus,
Pellitur electus patria quo Sergius urbe,
Romulidumque gregum quidam traduntur abacti.
Conciliis tamen is ternis docuisse refertur
Dogma salutiferum, novitasque aboleta malorum,
Et firmata fides doctrinis tradita Patrum.

Si quis Cavallerianas Imagines adhibendas operi censeat, corrigat sub effigie hujus Joannis *numeri nominalis errorem, & subscribat Joannes IX.* E

4 *Consideratione porro dignus est* X. *Canon Romani Concilii, & multum ad Pontificiam historiam faciens: ostendit enim quomodo fieri potuerit, ut adeo cito, sicuti diximus, processerint successiones decem præcedentes; quam merito dixerimus in* Hadriano II. *sub ipso restitutam Ecclesiæ fuisse libertatem celebrandæ Ordinationis, proxima post Electionem Dominica. Sic autem* Joannes *loquitur, tali libertati renuntians, velut pro eo tempore noxia & portam aperienti multis violentiis.* Quia Sancta Romana Ecclesia, cui Deo auctore præsidemus, plurimas patitur violentias Pontifice obeunte: quæ ob hoc inferuntur quia absque Imperatoris notitia & suorum Legatorum præsentia Pontificis fit Consecratio, nec Canonico ritu & consuetudine ab Imperatore directi intersunt Nuntii, qui violentiam & scandala in ejus Consecratione non permittant fieri; volumus ut id deinceps abdicetur; & constituendus Pontifex convenientibus Episcopis & universo Clero eligatur, expetente Senatu & populo eum qui ordinandus est: & sic in conspectu omnium celeberrime electus ab omnibus, præsentibus Legatis Imperialibus, consecretur. F

Tranquillitati Pontificiarum ordinationum consulitur.

5 *Utile consilium pro ista temporum corruptela, qua ii qui factionibus & clientelis potentiores Romæ erant, potiores quoque se credebant debere esse in Electione Pontificum. Sed brevi sublatus e vivis* Lambertus, *ut jam insinuavimus, ad futuri Pontificis Consecrationem auctoritate sua concurrere non potuit, nec ante ultimos menses anni* DCCCC. *habuit Italia Imperatorem, cui tale jus posset competere. Qui autem tunc coronatus fuit* Ludovicus *Bosonis filius, haud diu gradum tantum tenuit: & sic lex, alias utilis, numquam reducta in opus, evanuit contenitque usque ad* Ottonis *primi Imperium. Igitur Romanis, nec obligatis Missum Imperatoris expectare, qui nullus erat (objecerat enim præcedentis anni fine etiam in Germania* Arnulfus, *qui contra* Widonem *olim coronam obtinuerat) multumque solicitis ne occuparentur impedirenturve a* Sergio, *in vicina Tuscia exulante, &* Adelberti *Marchionis favore subnixo; nulla causa fuit, quo minus stato die ad Electionem, & proxima post hanc Dominica ad Electi sui Ordinationem procederent. Accedit quod Interpontificia brevia statuenda nobis sint, ne* Sergium *in suo detineamus exilio, notabili ultra septennium numero mensium vel dierum.*

Sed frustra, propter turbas Imperii

B E-

A D

CXIX. BENEDICTUS IV.

Ab an. 900. ad 904. an. 4. m. 6. d. 15.

BENEDICTUS, natione Romanus, ex patre Mammolo, imperantibus Berengario iterum & Leone, ordinatus II. Martii in Dominica Quinquagesimæ, anno DCCCC. sedit annos IV. menses VI. dies XV. obiit XVI. Septembris, anno DCCCCIV. & cessavit Episcopatus usque ad XXIII. ejusdem mensis.

Ratio temporis.

Librarius, a quo habemus Ms. nostrum, cum scripsisset vocem Annos, *oblitus fuit addere numerum:* quinque *scripsit Marianus Scotus; Rollewinck, Stello, & Platina solum tres: medium tenentes Hermannus Contractus & Gotfridus Viterbiensis* quatuor *numerant: & hoc exigit ratio sequentium Pontificatuum. Menses & dies ubique fere iidem numerantur.*

probata ex epistolis.

2 Baronius, *nihil praecise definiens*, Benedicti *initium ponit anno* DCCCCV. *& finem anno* DCCCCVII. *ac deinde subjungit Epitaphium infra dandum ex Manlio. Nunc insuper habentur duæ ejus Epistolæ, confirmantes sententiam Decessoris in causa Argrimi Electi Lingonensis quarum prima dicitur scripta* per manum Sergii S.R.E. Scriniarii, in mense Augusto Indictione III. & data II. Kalendas Septembris, per manum Leonis Dei pietate Primicerii Sanctæ Sedis Apostolicæ, anno Domini Benedicti Papæ I. *Similiter & secundo, scripta dicitur* II. Kalendas Septembris, Indictione III. *atque ita egregie confirmatur Chronologia nostra, qua primus* September, *quem in suo Pontificatu habuit* Benedictus, *confertur in annum* DCCCC.

B

Epitaphiū.

3 *Epitaphium Romanus Canonicus, & ex eo Manlius, tale recitat,*

Membra Benedicti hic Quarti sacrata quiescunt,
Pontificis magni, Præsulis eximii.
Qui merito dignus Benedictus nomine dictus,
Cum fuerit largus omnibus atque bonus.
Hic generis decus, ac pietatis splendor opimus,
Ornat opus cunctum, jussa Dei meditans.
Prætulit hic generale bonum lucro speciali:
Mercatus cœlum cuncta sua tribuit,
Despectas viduas nec non inopesque pupillos,
Ut natos proprios, assidue refovens.
Inspector tumuli, compuncto dicito corde:
Cum Christo regnes, o Benedicte, Deo.

E

4 *Epitaphium ipsum præ oculis omnino habuit Flodoardus, sic canens:*

quod imitatus est Flodoardus.

Tum sacra consurgunt Benedicti regmina Quarti,
Pontificis magni, merito qui nomine tali
Enituit, cunctis ut dapsilis atque benignus.
Huic generis, nec non pietatis splendor opimus
Ornat opus cunctum. Meditatur jussa Tonantis.
Prætulit hic generale bonum lucro speciali.
Despectas viduas, inopes, vacuosque patronis
Assidua, ut natos proprios, bonitate fovebat:
Mercatusque polum, indiguis sua cuncta refudit.

CXX. LEO V.

Anno 904. d. 57.

Bar. a. 907.

LEO, Forensis fuit, natione Ardeatinus, de loco qui appellatur Priapi imperantibus Ludovico Bozonis & Leone, ordinatus DCCCCIV. XIII. Septembris in Dominica, sedit dies LVII. defunctus XVIII. Novembris: sepultus in ecclesia Lateranensi: & cessavit Episcopatus dies VI.

Sepultura in Laterano

Primus hic Romanorum Pontificum sepulcrum sibi legisse in Lateranensi Basilica dicitur a Cæsare postea Cardinali Rospono, ejusdem ecclesiæ tunc cum scriberet Canonico, in opere de Basilica & Patriarchio Lateranensi sub Alexandro Papa VII. *At in ruinis tunc jacebat illa, sub* Stephano VI. *collapsa, ut diximus. Credibile est igitur* Leonem, *quia in Patriarchii Lateranensis carcere mortem obierat, non tam istic legisse quam accepisse sepulturam jussu* Christophori *successoris, communi Pontificum sepultura illum non dignantis: locus autem sepulturæ nominatur*, in dextero hujus basilicæ latere, ad initium navis minoris, prope murum.

C

Tempus Sedis.

2 *Hermannus Contractus & Gotfridus Viterbiensis, ob temporis brevitatem*, Leonem V. *nec nominant quidem, fuisse tamen satis indicant, quando postea* Leonem VI. *appellant.* In XL. *dierum numero ceteri omnes consentiunt, præter Marianum Scotum, qui dies* LVII *numeravit; & Ms. nostrum, in quo diebus* XL. *auctor* annum I. *præposuit: sed refellitur posterior eo quod sequetur in somnio* Sergius III. *quo hic dicitur, evecto* Joanne IX. *anno* DCCCLXXXVIII. *septennio exulasse antequam fieret Pontifex, quod proinde factum est anno* DCCCCV. *Mariani autem Scoti numerus dierum* LVII. *ideo retinetur, quia propius accedit ad plenitudinem duorum mensium, de quibus Flodoardus ita canit.*

F

Post quem (*Benedictum*) celsa subit Leo jura, nomine Quintus;
Emigrat ante, suum quam luna bis impleat orbem.

dejectio violenta.

3 *Stella, secutus auctorem, qui Leonis patriam ignorabat, ita loquitur:* Sedit tantummodo diebus XL. quo quidem die ab ejus Presbytero Christophoro, familiari, dominandi cupiditate allecto, cum maxima seditione capitur & in vincula conjicitur: qui videns se honore spoliatum, & a maxime familiari, cui multa contulerat beneficia, dolore animi paulo post obiit. *Hinc est quod nihil dubitem, quin eadem violentia coacti Episcopi fuerint, nulla prævia Electionis forma, consecrare eumdem* Christophorum, *proxima, quæ captivitatem* Leonis *sequebatur Dominica: captivitas autem illa in nostro calculo cadebat in Dominicam, & ideo dixi, cessasse Episcopatum tantum dies* VI.

CXXI. CHRISTOPHORUS.

An. 904. m. 6. d. 5.

CHRISTOPHORUS, natione Romanus, ex patre Leone, imperantibus prædictis Ludovico Bozonis & Leone, qualitercumque ordinatus, XXV. Novembris in Dominica,

anno



Tab. XXI


CXXI. CRISTOPHORVS. I.


CXXII. SERGIVS. III.


CXXIII. ANASTASIVS III.


CXXIV LANDO I.


CXXV. IOANNES X


CXXVI. LEO. VI.

A anno DCCCCIV. sedit menses VI. & dies aliquot: hic de Pontificatu dejectus est, & monachus effectus, initio Junii anno DCCCCV. D

Bar. 907. men. 7.

NEque hunc nominant Hermannus & Gotfridus præcitati, fortassis quia verum Papam non crediderunt: tolerantia tamen Cleri potest defectum Electionis liberæ supplevisse, & sic inter Pontifices retineri Christophorus: qui verosimiliter in monasterio expiavit culpam, violenta Pontificatus invasione contractam. Certe corpus ejus in Vaticana ecclesia sepultum fuisse Romanus Presbyter & Manlius crediderunt, ambo hic referentes Epitaphium, tamquam illius foret, sic scriptum:

Sepultura in Vaticano.

Hic pia Christophori requiescunt membra sepulti.

Dies aliquot supra semestre eidem addere nos cogunt hi versus Flodeardi:

Christophorus mox sortitus moderamina sedis,
Dimidio, ulteriusque parum, dispensat in anno.

2 Unicum hujus Papatus qualiscumque monumentum extat apud Lucam Acherium tomo 6. Spicilegii p. 415. universis Episcopis Galliarum directum, in favorem monasterii Corbejensis & confirmationem privilegiorum ejus, Scriptum per manum Sergii Scriniarii S. R. E. in mense Decembri, Indict. VII. imo VIII. imperante Domino nostro piissimo Augusto Ludovico, B a Deo coronato Imperatore. Correctionem in numero Indictionis adhibitam, a nobis necessariam, probat ratio temporis fundata in epitaphio Sergii: quo solidius nitimur, quam opinatione Baronii, Christophori Pontificatum producentis usque in annum DCCCCVIII. Hoc tamen factum est, ut qui Corbejense istud Privilegium e præcitato Spicilegio transcripsit inserendum novæ editioni Conciliorum, illud Labbeo nostro tradiderit in numero Indictionis mutatum, sic ut pro VII. legatur XI. in quo sane fidelitas transcribentis requiritur.

Epistola firmans chronotaxim.

DISSERTATIO XXXII. al. XIX.

Successio & Chronologia Regum & Imperatorum Italicorum, post mortem Caroli Crassi seculo IX. & X.

LUdovici Imperatoris nomen, a Christophoro Papa præfatæ ejus epistolæ subscriptum, occasionem nobis, imo necessitatem offert, de Decessoribus Successoribusque ejus agendi accuratius: quoniam C quæ de hoc argumento in Annalibus suis tradit Cardinalis Baronius, longissime abducunt ab ea via, quam in Pontificia Chronologia tenendam nobis proposuimus. Historiam ipsam eleganter deducit Luitprandus Ticinensis Diaconus, postea Cremonensis Episcopus, qui anno DCCCCLXX. id est proximo rebus ipsis quas tractat, imo eodem seculo, in Lombardia floruit: sed absque annorum distinctione Chronologica. Hunc ejus defectum quadamtenus supplevit Regino, monachus Prumiensis in Germania inferiori, eodem plane tempore quo res gerebantur vivens ac scribens usque ad annum DCCCCVII. Sit ergo ex utraque & ipsorummet Principum diplomatis contexta hæc Exercitatio, tamquam Pharus fluctuanti per incertas auctorum conjecturas Chronologiæ proposita.

Ex auctoribus coævis & Regum

2 Obiit Imperator idemque Francorum Rex Carolus Crassus anno DCCCLXXXVIII. die XII. aut XIII. Januarii, tempore Stephani Papæ V. Huic successurus Wido seu Guido, Lamberti Ducis Spoletini frater, filius autem Guidonis senioris, cujus respectu Erchemperto Casinensi, ejus temporis historico, n. 79. appellatur Guido junior, ad capessendum Franciæ Regnum proficiscitur; cum Berengario, Foro-julii Duce, pacto de relinquendo ei Italiæ Regno. Sed a Francis, qui Odonem Regem sibi constituerant, non receptus, haud crediderit sese obligari pacto, quod inierat cum Berengario, quin potius qua ratione eum expelleret ab Italia modis omnibus satagebat. Mortuo interim Stephano Papa VI. Romanoque & Theodoro Successoribus ejus intra menses circiter sex sublatis de medio, cum Sergium quemdam electum ipso quo ordinandus erat die expulisset adversa factio, ab eadem assumptus Formosus est. Hic Widonem coronavit Imperatorem Indictione X. scilicet ineunte, id est post XXIV. Septembris anni DCCCXCI. uti scripsit ipse Formosus Fulconi Remensi Archiepiscopo, Widonis consanguineo, teste Flodoardo hist. Rem. lib. 4. cap. 2. Lambertum quoque filium Widonis, anno secundo Patris ipsius, novum Imperatorem factum esse designans.

vacante post mortem Caroli Crassi Imperio,

a Pontifice coronati Imperatores sunt an. 891. Wido,

3 Cum igitur apud Ughellum tomo 2. Italiæ sacræ col. 122. legis Diploma, D. Vidonis Sereniss. Imperat. in favorem Mutinensis Ecclesiæ Datum X. Kal. Decembris, Indictione decima, anno Incarnationis DCCCXCII. regnante Domino Vidone in Italia anno Regni ejus quatto, Imperii primo, intelligas annum censeri Italico seu Pisano more, id est non a Kalendis Januarii (sic enim adhuc decendus fuisset annus LXXXXI) sed a festo Incarnationis Dominicæ præcedenti. Item cum apud Sigonium legis a Lantberto Imperatore datum ecclesiæ Mutinensi prædicta diploma, pridie Kalendas Octobris, anno DCCCXCVII. anno sui Regni septimo; intelligo pariter Widonem, prius etiam quam Imperator fieret, Regis titulum communicasse cum filio; sicuti post biennium cum eo communicandum curavit titulum Imperatoris. Ac denique cum apud Reginonem invenies, quod Guido, qui Italiam regebat & Imperatoria tenebat nomen, moritur: & quod, Lambertus filius ejus Regnum obtinuit, & Romam veniens, Diadema Imperii a Præsula Sedis Apostolicæ imponi sibi fecit: aut apud Luitprandum lib. 1. cap. 20. quod Widonis fideles, eo defuncto Berengarium metuentes, ejus filium Lanbertum Regem constituunt: ea sic intelligo, ut qui vivento patre nudum gesserat titulum, eo mortuo rem ipsam habere cœperit; & Romam profectus se fecerit denuo coronari a tunc adhuc vivente Formoso, vel saltem confirmari.

& an. 893. Lambertus ejus filius,

E

Rex a patre dictus ante biennium.

4 Dum ista in Italia agebantur regnabat, in Germania Arnulfus Rex, de quo Regino scribit ad annum DCCCXCIV. quod valida cum exercitu Langobardorum terminos intravit... pervenit autem usque Placentiam: inde conversus per Alpes Penninas Galliam intravit, graviterque attrita regione inter Juram & Montem Jovis, Wormatiam venit. Huic primæ Arnulfi in Italiam expeditioni Guidonis Imperatoris mortem subjungit Regino: cui consentiens Anonymus Beneventanus, in Historia Longobardorum a Camillo Peregrino productus, post ulla anni DCCCXCIII. subsequenter vero, inquit, Arnulfus Rex Gallorum (sic Transalpinos Burgundiones Franconesq; Arnulfo subjectos appellat) intravit Italiam, cum multa multitudine veniens usque ad Ticinum, cupiens pertingere Romam. Sed idem fame & intemperie aeris compulsus, reversus est ad propria. Eo autem tempore Guido, qui cum Berengario Forojuliensi diu civilia egerat bella, Rex erat Italiæ, & tunc aufugerat in partibus Spoletii; qui post paululum vomitu sanguinis ab hac luce subtractus est. Lambertus denique, ipsius Guidonis filius, patri successit in regnum. Sed hujus nomen suscipere recusavit Tusciæ Marchio Adalbertus, qui Arnulfum acciverat: unde factum, inquit Florentinius in Memoriis Comitissæ Mathildis lib. 3. pag. 27. ut Lucæ inciperent instrumenta publica hoc modo notari: Anno ab Incarnatione

F

deinde Arnulfus, non an. 894.

Contra quos anno 894. frustra venit Arnulfus,

excitus a Tusciæ Marchione

A no octingentesimo nonagesimo quarto, post ovito Domioi nostri Guidoni Imperatoris anno primo, tertio Kal. Januarii, Indictione decima tertia: *quibus nihil certius haberi potest ad firmandam undequaque Chronologiam, circa annum quo* Guido Imperator *obiit.*

Reginonis in obitu Lamberti error correctus,

5 *Sed quia principia allogatus Regino, anno post eam mortem secundo, alteram longe celebriorem Arnulfi in Italiam expeditionem describens, qua is urbem* Romanam armis cœpit, & a Formoso Apostolicæ Sedis Præsule cum magno honore susceptus est, & ante Confessionem S. Petri coronatus Imperator: *quia inquam Regino, his narratis, continuo subjungit:* Eodem an. DCCCXCVI. Lambertus filius Guidonis vita decedit, & Ludovicus filius Bosonis a Provincia egressus Italiam intrat: *quæ constat primum accidisse eunte an.* DCCCXCVIII. *aut sequentis ineunte; suspectus aliquando mihi Regino fuit, ut etiam* Guidonis *mortem toto biennio anticiparit; maxime cum Luitprandus uno quidem seculo serius sed ipsa in Italia Ticini scribens.* Guidonis *obitum manifesto conjungat cum morte* Arnulfi, *quem obsessa ab eo uxor* B Guidonis, *Lamberti mater, veneno potandum curavit; remque sic referat, quasi non diu lætata illa facinoris sui fructu, prius etiam quam infirmatus Arnulfus mortem obiret, ipsa viduitatem tacuerit,* Guidone *ejus marito, dum abeuntis* Arnulfi *vestigia premit, ad Tarum fluvium extincto. Verum, considerantis præmissis Peregrini & Florentinii auctoritatibus, evidens apparuit, Luitprandum, ut geminam Arnulfi expeditionem conflavit in unam, nulla facta mentione prioris, ita etiam duos confudisse* Guidones: *quos evidenter distinguens Anonymus Beneventanus, post relatam mortem* Regia Guidonis, *consequenter describit, quomodo* Guido, Dux & Marchio *Spoletinus, in Apuliam tetendis, Beneventanos juga Græcorum liberavit, Adelferium Principem Salernitanum capto Avellina prævenit ne ab ipso caperetur; ac denique Spoletum redit,* Imperatorem Lambertum, ejusque matrem Imperatricem cernere cupiens. *In eumdem cum Luitprando errorem impegit Anonymus Salernitanus, qui inchoatam ab Erchemberto historiam Longobardorum ad integrum porro seculum protraxit; quando occupatum a* Guidone *Samnitium Principatum, captumque Avellinum retulit ad tempus morientis in Gallia Caroli, quasi eo abeunte occasione tali ad regnum Franciæ capescendum,* Imperatrix Rachelstruda nomine (*alii* Agelitrudam *appellant*) Beneventum regendum susceperit, *tanto scilicet prius quam vir suus Imperator crearetur, &* Guido Marchio C *Beneventum obtinuisset Græcis expulsis. Nempe, quemadmodum postea* Guido Marchio, *Græcos expulit Benevento: quo deinde ingressa Imperatrix Lamberti mater anno* DCCCXCVIII. *ipsum germano suo Radelchi restituit, qui inde fuerat annis duodecim exclusus, teste Anonymo Beneventano; ita, teste Erchemperto, prior* Guido *Lamberti pater,* cognoscens Carolum seminecem jacere, cupiditate regnandi devictus, reliquit Beneventanam provinciam sibi subactam & Spolitensium Ducatum, abiitque Galliam regnaturus; *unde* Beneventi tellus capitur a Græcis, Spoletium ab Agarenis vastatur, *Maneat ergo* Guidonem Imperatorem *obiisse anno* DCCCXCIV. *alterum vero, qui illius uxoris & filii partes defendens biennio post excessit e vivis,* Marchionem *dumtaxat Spoletinum ac* Ducem *Beneventanum fuisse: qui qua ratione priorem contingeret quærenti mihi (nec enim poterat ejus filius concipi & frater Lamberti, si qui supra dicitur* Lambertum ejusque Matrem, *utique non suam, cernere cupivisse) respondit Illustrissimus Cosmus della Rena, in Genealogiis: loretinis perquirendis ex fratre Lamberto filium; atque adeo non fratrem sed patruelem* Lamberti Imperatoris; *rogatus autem exhi-* D *bere documenta, humanissime indicavit Epistolam Ioannis, Papæ VIII. scribentis Indict.* XIII. *id est, Christi anno* DCCCLXXX. *Carolo Crasso Regi se pressum a Saracenis,* una cum Guidone Comite, Lamberti filio, loqui *voluisse.* Lamberto *autem fratrem* Guidonem *fuisse, demonstratur ex* Chronico Cassinensi *Leonis Marsicani, asserentis, Carolum Regem eidem Ioanni auxilio misisse* Lambertum Ducem & Guidonem ejus fratrem, *& similiter in Chronico S. Vincentii de Vulturno narratur, quomodo idem* Carolus, cum Romæ sceptrum suscepisset, *id est, anno prædicto* DCCCLXXX. Lambertum Ducem & Guidonem germanum ejus Joanni Papæ dedit in adjutorium, *cum quibus Neapolim & Capuam profectus est: per quæ manifeste* Guidones *duo, eodem tempore viventes, distinguuntur; patruus, postea* Imperator; *& nepos, semper* Comes.

Eo; qui Anonymi Salernitani

confundentium duos Guidones,

patruum & nepotem.

& Luitprandi in morte Guidonis,

6 *Sic distinctis inter se* Guidnoibus, *& discussa quam rerum nominumque similitudo induxerat confusione, redeo ad* Aroulfum Imperatorem, *quem fuit in* E *Italia regni Epocham duxisse a primo istuc ingressu, pro eo quem Regino statuit anno* DCCCXCIV. *vel saltem a morte* Guidonis, *quasi Lamberti coronatio nulla fuisset, probat Privilegium, quod, ut extat apud Ughellum Tom. 3. Ital. sacræ Col. 3. Amiatino prope Clusium monasterio dedit* Arnulfus, divina favente Clementia Imperator Augustus...... Kalendas Martii, anno Incarnationis Domini DCCCXCVI. Indictionis XIV. anno Regni in Francia nono, in Italia tertio. *Ubi quod non addat,* Imperii Romani primo, *signum mihi est, Imperatoris nomen ab eo usurpatum prius quam a* Formoso *Coronam suscepisset; & privilegium istud datum cum Romam tenderet, expulsurus inde viduam* Guidonis, *quæ urbem pro filio* Lamberto *tenebat. Non ita* Stephanus, *Formosi successor, sed Arnulfo Archiepiscopo scribens,* in mense Augusto Indictione XIIII. *Epistolam signavit,* imperante Domino piissimo Augusto Arnulpho, a Deo coronato magno Imperatore anno primo. *Dum autem victricia, sed sacrilegiis infamata arma, per omnia defuncti* Guidonis *oppida,* Lamberto *latitante, & hujus patruelo* Guidone Marchione *in Apulia agente, circumfert* Arnulfus, *veneno ut dictum est ab obsessa* Lamberti *matre potatus fuit, correptusque paralysi; quare coactus obsidionem dimittere, fortassis etiam verentis contra se* Guidonis Marchionis *timore perculsus, dum iter trepide relegit, brevi quidem eo metu* F *solutus fuit,* Guidone, *ut scribit Luitprandus, ad Tarum fluvium mortuo, sed & ipse non diu post vitam amisit: atque ita resurgere cœpit* Berengarii *regnum.*

Ipse Arnulfus ab anno 894. Imperatorem se scribit,

sed Romanis solum agnoscitur ab an. 896. quo coronatus fuit.

Ex digressu

7 *Cum enim* Lantbertus Maginfredum, *Mediolanensem Comitem,* qui sibi quinquennio rebellis extiterat, non solum urbem, in qua erat, Mediolanum scilicet, defendens; verum etiam vicina loca, Lantberto servientia, depopulans, ... post paulo jussisset capitis damnari sententia, per sæpe antea auditus illud Psalmographicum ruminare, Cum accepero tempus ego justitias judicabo; terrorem cunctis Italiensibus non minimum incussit: unde & Legatos Veronam dirigunt, & Regem Berengarium ad se venire, Lantbertum expellere petunt. *Venit igitur ille, seque Imperatorem coronari fecit, si non a* Stephano VI. *qui omnia* Formosi *acta resciderat, in quibus ipsa etiam* Lantberti Coronatio; *certe ab ejus Successore* Romano. *Verum elationem ejus cito repressit* Lantbertus, *relata insigni victoria de ejusdem genero Adalberto Tusciæ Marchione & Hildebranda Comite, præcipuis adversæ partis Ducibus,* Joanne IX. *Romanam jam Sedem obtinente.*

Coronam Imperii extorquet Berengarius;

Ps. 74. 2.

quo liceret esse, solam q̃ Lantberti unctionem valere,

8 *Hic porro sicut in Synodo Romæ habita,* Formosi *Acta restituit,* Stephani *nulla esse decrevit: sic notis-*

p. de

A 6. de Imperio disponens, Unctionem, inquit, sacri Chrismatis in spiritualem filium nostrum, Dominum videlicet Lambertum, excellentissimum Imperatorem actam, perpetua stabilitate dignitatibus decoratam, firmam & in æternum stabilitam esse, sancto suffragante spiritu decernimus. Illam vero barbaricam Berengarii, quæ per subreptionem extorta est, omnimodis abdicamus. Talis sententia contra Berengarium pro Lantberto lata, novis & maximis turbis involvit Ecclesiasticum statum, quorum causa, ad Synodum Ravennæ coram ipso Lantberto celebrandam, eodem anno vel sequentis initio egressus Pontifex, in ea petiit tum alia quædam, tum ut impietates, quas per territoria sua viderat in tractationibus, deprædationibus, incendiis, rapinis, & violentiis ob eo diligentissime inquirantur & legaliter emendentur; itemque ut Augustali Decreto omnimodis & synodaliter prohibeantur illicitæ conjunctiones, quas Romani & Longobardi simul & Franci, contra Apostolicam & Imperialem voluntatem facere præsumpsere in territoriis B. Petri. Quibus omnibus prætextum dare potuit violenta ejectio Sergii, post Theodori Papæ mortem electi, ordinato in ejus locum Joanne: cujus proinde Pontificatus in controversiam trahi B poterat; ipsaque Lamberti Coronatio, ut a non legitime Papa facta, reputari nulla.

an. 898. decessit ꝓ annus 9.

Post Lambertum, extinctum an. 899.

9 Sed nihil horum facere Lambertus potuit: etenim anno DCCCXCIX. non valde provecto sublatus e vivis est, quemadmodum probatur evidenter ex supracitata Benedicti IV. Bulla, in causa Angrini Lingonensis, data II. Kal. Septembris Indictione III. id est anno Christi DCCCC. & anno II. post obitum Lantberti Imperatoris Augusti. Vivebat quidem post Lantbertum adhuc Arnulfus, & Imperatoris titulo utebatur; utpote dumtaxat mortuus anno DCCCXCIX. III. Kal. Decembris uti scribit Regino, sed postquam ab Italia excessit dissolutus paralysi, qua & contabuit, nulla amplius ratio ejus habebatur apud Italos & Francos. Berengarius vero, quo machinante (uti postea ipse confessus est) Hugo Maginfredi Mediolanensis filius, in ultionem mortis paternæ, Lantbertum, in venatione solitarium fuste capitis impacto mactarat, ut mortem credi posset ex equo lapsus obiisse; Berengarius, inquam, Regis titulo contentus vivebat: & hujus etiam æmulum mox habuit Ludovicum, Bosonis filium, tamquam juri Regni Italici propinquiorem, evocatum ab Italis, ipsoque Berengarii genero Adalberto. Bosonis enim Soror Carolo Seniori sive Crasso C nupserat, unde Marianus Scotus ad annum DCCCLXXX. vocat eum fratrem Caroli; & ipse Boso, ducta conjuge Ermengarda, Ludovici olim in Italia regnantis filia, post Ludovici Balbi excessum Rex Provinciæ coronatus, ex ea hunc Ludovicum genuerat: qui vocantibus temere credulus, in ipso Italiæ ingressu obvium sibi habuit reconciliatum cum Adalberto Berengarium, a quo in summas redactus angustias, eidem jurejurando promisit, quod si se dimitteret, quibuscumque pollicitationibus accitus, amplius in Italiam non veniret.

Ludovicus Bosonis F. an. 900. coronatur.

10 Ipso quo Lantbertus obiit anno cœpeam hanc contentionem scribit Regino, multaque deinceps certaminum discrimina successisse, reverso contra fidem datam in Italiam Ludovico: qui demum victor Berengarium fugavit, & Romam ingressus, ibique a summo Pontifice coronatus, Imperator appellatus est. Factum id sub Benedicto IV. post Augustum quidem anni DCCCC. quo data est ejus Bulla superius allegata, cum nullus adhuc in Italia haberetur Imperator; ante finem tamen ejusdem anni, quemadmodum probat monumentum duplex ex monasterio Nonantulano: unum apud Sigonium, solo tempore suo sic indicatum, Anno adhuc in Italia primo, Papiæ Kalendis Junii anno nongentesimo primo; alterum integre productum D ab Ughello, tomo 3. Italiæ sacræ col. 605. ex Bergomensis Ecclesiæ tabulario, cui subjungitur signum Domni Hludovici serenissimi Imperatoris Augusti: & post recognitionem Arnulfi Notarii, factam ad vicem Liutardi Episcopi & Archicancellarii, additur; Datum x. Kal. Junii anno Incarnationis Dominicæ DCCCCI. Indict. IV. imperante Domno Hludovico Serenissimo Imperatore in Italia. Actum Vercellensi civitate.

11 Iamque sub imperio Ludovici, totum Berengarii regnum obtinentis, jactata tot mutationibus Italia videbatur quietura; cum ille, cernens nullum esse aut posse nocere, ultra quam oportebat de securitate præsumens, ea quæ pacis & quietis sunt cœpit cogitare; absolutoque exercitu eum per paucis Veronam ingressus est, adhortante Adelardo præfatæ urbis Episcopo. Cives autem hoc Berengario, summa cum festinatione, notum fecerunt, qui eo tempore in Bojaria exulabat. Ille nil moratus, contractis undique copiis Veronam pervenit, atque improvidum virum dolo cœpit, & captum luminibus privavit. Siquidem cives, qui partibus ejus favebant, portas civitatis ei aperientes, eum nocturno tempore intra E muros receperunt; & sic insperate & absque præmeditatione, Ludovicus, non solum regno, sed etiam oculis privatus est. Hæc Regino ad annum DCCCCIV. cum præmisisset, quod eo anno Ludovicus Berengarium de Italia expulerat, atque omne illud regnum sibi subegerat. Cum autem non insolitum sit Reginoni sub uno eodemque anno referre res inter se connexas, quamvis in alterum annum protractas; non absurde quis fecerit neque contra mentem Reginonis, si catastrophen Ludovici differat in annum DCCCCV. atque ita supra memorata Christophori Papæ Epistola, in causa Angrini Lingonensis (quarum occasione hanc Dissertationem instruimus) scripta mense Decembri Indictionis, non VII. (tunc enim necdum Sedem occupaverat Christophorus, in eaque adhuc sedebat Benedictus IV.) sed VIII id est anno DCCCCV. exeunte, præcessissent totis octo mensibus Ludovici ruinam. Se tamen etiam posteriorum annorum adferentur exempla, quibus Sergius IV. in suis epistolis usus fuerit nomine Ludovici Imperatoris, dicendum foret; hunc, quamvis regno oculisque privatum, a Romanis tamen non fuisse abdicatum; & sic nihil causæ haberetur, ob quam ejus infortunium differre deberet ultra annum DCCCCIV. Accedit quod propter errorem in numero In- F dictionis commissum, non satis certa sit epistolarum Christophori sinceritas.

quem Berengarius Veronæ interceptum oculis privat.

anno 904. vel 905.

12 Berengarius, porro, Principibus Italicis ad officium redeuntibus, satis quieto potitus est regno: putatque Sigonius, haud exiguam Ecclesiæ operam navasse in expugnando Garitiano, munitissimo Saracenorum castro; ipsisque inde profugis & ad pugnam compulsis, mense Augusto anni DCCCCXV. ad internecionem cædendis. Ut ut sit, haud levibus officiis promeruisse videtur, ut (mortuo forsitan Ludovico cæco) ipse, cui solus deerat Imperatorius titulus, potestas vero pridem obtigerat, jam dicto anno per Joannem Papam IX. ungeretur & coronaretur Imperator. Annos ergo Imperii ab hoc principio numerans, & proximo anno Papiæ agens, signabat diplomata (quorum unum allegat Sigonius) sub anno Regni seu XXIX. Imperii vero adhuc primo Kalendis Decembris, in gratiam ecclesiæ Cremonensis. Idem allegat alterum, Modoetiæ scriptum, sub anno Regni sui XXXI. Imperii vero IV. VII. Kal. Octobris.

& ob navatā Ecclesiæ operam an. 915. demum coronatur.

13 Berengario autem intra annum XXXVI. Regni sui, Christi DCCCCXXIII. moriente, Imperatorum nomen in Italia desiit; cum biennio ante nobiles Itali, ac Berengarium fastidientes, & (ut ait Luitprandus

A *alia occasione lib. 1. cap. 10*) geminis semper uti Dominis volentes, quatenus alterum alterius terrore coerceant; Rodulfum *Burgundiæ Regem Veronam invitaverunt, & schisma in regnum Italicum induxerunt. Anno deinde* DCCCCXXV. *accersiverunt e Provincia* Hugonem Comitem *Arelatensem, natum ex Bertha, & fratrem uterinum* Widonis *Tusciæ Marchionis, ex eadem Bertha &* Adelberto *postea procreati; eumque dixerunt Regem: quo titulo & filius* Lotharius *usus est usque ad annum* DCCCCLIX. *Tum* Berengarius II. *ex* Berengarii I. *filia Gisila & Adelberto Eporegiæ Marchione procreatus, cum filio suo* Adelberto *regnavit: contra quos denique, dira tyrannide Italiam opprimentes,* Ottho *primus in Italiam invitatus a* Joanne Papa XII. *tyrannis subactis & Saracenis Fraxineto pulsis, Imperii nomen ac titulum in suo capite feliciter restaurati commeruit, Natalitiis festis anni* DCCCCLXII.

Post Berengarium Reges duntaxat fuerunt usque ad coronationem Ottonis an. 962.

14 *Hucad confirmandam prægressorum Pontificum successionem, & sequentium ordinandam, necessario deducenda fuere, atque ex authenticis singulorum Imperatorum instrumentis probanda, ne in perpetuis te-*
B *nebris hujus ætatis* (*quam* seculum ignorantiæ *appellant Eruditi*) *cogamur palpando oberrare cum* Baronio, *fallacibus quibusdam luminibus abducto a recta Chronologiæ tramite. Etenim* Lamberti *Imperium, per Coronationem* Arnulphi *pro extincto & abrogato habens, primum exorditur ab anno, quo* Ludovicum *excacavit* Berengarius; *quasi hic tum demum a* Ioanne Papa IX. *declaratus tyrannus fuerit in Synodo Romana, &* Lambertus, *in quem libera vota Romani Pontificis conspirassent, legitimus judicatus Imperator; qui etiam in ipsius sententia usque ad annum* DCCCCX. *vixerit. Id autem sequi putat ex Luitprando, cum ait,* quinquennio illi adversatum fuisse Maginfredum Mediolanensem Comitem, cum antea idem Imperator aliquantisper pulso Berengario Imperasset. *Sed hæc omnia ex clarioribus Romanorum Pontificum Epistolis refutantur, satisque apparet Luitprandum accuratius legenti,* Berengarium *sæpius fugatum fuisse; ac primum a* Widone, *ante annum* DCCCXCII *qui prius etiam quam esset Imperator, Regni consortem adoptaverit filium, Lombardiam ei administrandam committens; quo in regimine juvenis Rex, ac deinde cum patre Imperator, passus adversarium Maginfredum, de eodemque sumpsit ultionem,*

Solvitur ratio qua Baronio suasit ortũ Lamberti differre in annum 910.

mox ut tempus & potestatem habuit mortuo patre; & D *hac severitate avertit a se animos Italorum, atque ad* Berengarium *revocavit.*

15 *Iam quod idem* Baronius *ad annum* DCCCXCII. *quo constat Imperatorem factum esse* Widonem, *addat, ipsum quindecim annis prius Imperiali titulo in signandis Diplomatis uti solitum; etsi eo adferat exemplum petitum ex Chronicis monasterii S. Vincentii ad fontes Vulturni, non tamen fidem nobis facit. Iam enim supra in* Stephano VI. *animadvertimus; quam male transcripta & collecta fuerint Diplomata illa; quod idem huic factum esse potuerit. Cum enim notaretur charta,* data Idus Novembris Indictione x. *quæ eadem Indictio currebat ipso anno quo* Wido *Imperator coronatus est, sed finiebatur mense Septembri; promtius nihil fuit, quam ut sciolus scriptor, audax æque ac imperitus veræ Chronologiæ, titulum* Imperatoris Augusti divina Clementia, *supponeret pro titulo* Ducis *seu* viri illustris. *Hic tamen titulus, anno* DCCCLXXVI. *exeunte & Indictione x. inchoata, solum competebat* Widoni, *quando ei credi potest natus filius* Lambertus, *cujus causa tertio post pueri nativitatem die facta est* Leoni *Abbati donatio ibi expressa. Parum utique fuit felicius ille scriptor, ut quæreret, an saltem in Novembri Indictioni x Imperator fuerit* Wido, *quod non fuit; aut, an jam Imperatori primum natus sit filius, quod verum nec est, nec esse potuit. Alias enim hic moriente patre solum fuisset triennis, qui tamen dicitur tunc fuisse apud Luitprandum lib. 1. cap. 10.* Elegans juvenis, adhuc ephebus, minusque bellicosus, *hæc autem de viginti saltem annorum homine debent intelligi: qui necdum conjugatus quidem sit, ideoque dicatur* adhuc ephebus; *habuerit tamen ætatem bello aptam, sed exiguam ad illud propensionem in ipsis occasionibus monstrarit, ut potuerit* minus bellicosus *judicari. Atque his motum crede* Baronium, *ut annis xv. citius, quam Chronici Collector videatur æstimasse, Diploma illud diceret a Widone signatum: sed in hoc recte sentiens, debuisset consequenter titulum* Imperatoris, *adeo præpropere usurpatum, de vitio suspectum habere. Quanta enim & quam certa auctoritate opus foret, ut prudenter crederetur aliquis in Italia, viventibus* Carolo Calvo, Ludovico Balbo, *&* Carolo Crasso, *coronatis a Pontifice Imperatoribus, sese scripsisse* Imperatorem *per totos quindecim annos, sine corona, sine unctione.* E

& evidenti titulum Imperatoris dare ab an. 876.

C CXXII. SERGIUS III.

SERGIUS, natione Romanus ex patre Benedicto, S. R. E. Presbyter, deposito Christophoro tempore Berengarii Regis & Leonis Imperatoris, ordinatus anno DCCCCV. IX. Junii in Dominica, post VII. annos, menses III. ab Electione facta anno DCCCXCVIII. VI. Martii; sedit annos VII. menses III. dies XVI. obiit XXIV. Septembris, sepultus in restaurata a se Lateranensi Basilica, anno DCCCCXII. & cessavit Episcopatus usque ad IV. Octobris. F

Ab an. 905. ad 912. an. 7. men. 3. dies 16.

Temporis ratio.

PONTIFICATUI Christophori annos VII. menses III. *cum Hermanno Contracto, Rollewinck, Ms. nostro & Stella assignavimus: dies XVI Ms. nostrum, & Rollewinck habent, Stella solum XV. sed Hermannus* XXIII. *adq; etiam secuti Gotfridus Viterbiensis & Platina, secundo numero quatuor menses posuerunt; præter quos solus Gotfridus* annos sex *dumtaxat ei adscribit: Baronius vero tantum* tres, *eosq; incompletos, quia ejus initium adscripserat anno* DCCCCVIII *& mortem ejus assignans anno* DCCCCXI. *id manifeste consequi ratus ex iis quæ de* Joanne X. *dicendo habebat. Nihil autem pro isto anno habuit, nisi auctoritatem Chronici Cassinensis, quo dicitur* triennio ante *quam Saraceni ad Gariglianum delerentur anno* DCCCCXV. *Sedem fuisse a* Joanne *invasam, id est anno* DCCCCXII. *Nos autem auctoritate Chronici, post ducentos primum annos scripti, non movemur ad evertendam* Catalogorum *fidem, &* Joannis *isti* (*quem ipse Baronius, ex Flodoardo coævo fatetur, depositum anno* DCCCCXXVIII.) *plures annos quam* XIV. *tribuendos.*

2 *Equidem existimo illum de septennio* Sergii *dubitaturum non fuisse, si prælaudati Flodoardi Pontificale Metricum videre potuisset; ibi enim legisset, ex Titulo inferius dando sumpto Versus hos:*

ex Flodoardo indubitabilis.

SERGIUS inde sedit, dudum qui lectus ad arcem
Culminis, exilio tulerat rapiente repulsam,
Quo profugus latuit septem volventibus annis.
Hinc populi remeans precibus, sacratur honore
Pridem assignato, quo nomine TERTIUS extat
Antistes. Petri eximia quo Sede recepto

Præ-

A Præside, gaudet ovans annis septem amplius Orbis.
Ipse favens, Cleri censura in Culmine rapto
Falce ferit pervasores. ....

Placet nihilominus utriusque septennii Acta paulo distinctius explicare.

DISSERTATIO XXXIII.

Utriusque septennii Sergio exuli & Pontifici attributi acta, & quorumdam circa ipsum errores correcti.

Initiū ejus male alicubi anticipatum;

1 Ughellus *tom. 1. Italiæ Sacræ col. 106. ex registro* Gregorii IX. *profert privilegium ab hoc* Sergio, *datum Hildebrando Episcopo Silvæ-candidæ*, Scriptum per manus Melchisedech, Protonotarii Sedis Apostolicæ, in mense Majo Indict. VIII. datum Kal. Junii, per manus Theophylacti Cancellarii Sedis Apostolicæ. Anno Deo propitio Pontificatus Domni Sergii summi Pontificis & Universalis Tertii Papæ in sacratissima Sede B. Petri Apostoli tertio, in mense & Indictione supradicta. *Indictio ista* VIII. *notaret annum* DCCCCV *cujus mense Majo currente necdum Pontifex erat* Sergius, *nedum agebat annum in Sede Petri tertium.* B *Sed subreptitium vel saltem interpolatum additione istius clausulæ esse Privilegium hoc, persuadent tituli* Protonotarii *&* Cancellarii, *Romanæ Curiæ hoc sæculo non usitati ad ejusmodi subscriptiones, & perperam notatus annus* Pontificatus tertius, *loco* primi, *quem Indictio* VIII. *manifeste signat.*

etiam postea melius agnitū a Baronio,

2 *Quantum autem hic peccatur anticipando initium hujus Pontificatus; tantum exerravit* Baronius *differendo, dum extra metam abreptus cum Pontificibus præcedentibus, initium* Sergii *hujus in annum* DCCCCVIII. *contulit, exemplo forsitan Sigeberti, qui illud composuit cum anno* DCCCCVII. *Hoc tamen idem postea* Baronius *improbavit in Appendice ad Tomum* III. *Cum enim ad annum Christi* DCCCCVI. *aliud nihil dixisset, quam quod is annus* rerum gestarum nulla face perspicuus, penitus remansit obscurus, *hæc addi jubet, quod* ex post additis monumentis haud mediocrem lucem accepit, qua temporum offusam caliginem, quæ irrepserat ea antiquorum scriptorum inopia, procul eapellat; & manifestetur Sergium III. hoc anno sedisse Pontificem, non autem Benedictum, *quem tamen* C *usque sequentem annum sedisse dixerat, alterum deinde annum* Leoni Christophoroque *adscribens, prius quam* Sergium *Pontificem faceret.*

ex veteri inscriptione

3 *Vetus inscriptio in Append. antiqu. inscriptionum pag. 1162. num. 2. unde hanc insperatam lucem accipere se putavit* Baronius, *ita habet.* Hic S. Primi Martyris corpus venerandum in Christo humatum quiescit: quod Deo dignus Sergius Papa Junior, Ermberto illustri viro concessit ab urbe Roma. Cum hymnis ac laudibus, spiritualibusque canticis dum esset translatum; quem inter Sanctos ejus spiritus teneat principatum, in multis virtutibus & signis est declaratum. Reconditum est corpus B. Primi Martyris cum Reliquiis S. Feliciani, anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi DCCCCVI. Kal. Augusti Indictione IX. ordinante Domno Angilberto Archiepiscopo an. XXIII. Passio Sanctorum * VI. Id. Jun. *Gratias agimus Baronio, qui nobis talem lucem indicavit; magis tamen quod nobis hac erroris confessione ingenua declaraverit, velle se sua quæcumque asserta exigi ad fidem antiquorum monumentorum: quibus si inveniantur adversari, cupiat ipse primus esse ad inducenda quæ scripserit, quamvis propterea oporteret invertere totum Chronologiæ a se quomodocumque constituta ordinem, uti hic præcipit faciendum in* Sergio *& Decessoribus ejus. Nemo igitur nos arguat ut injurios* Baronio, *dum aliquid in ejus laudatissimis Annalibus corrigendum monemus, sed ex ejus mente ac voluntate fieri id* D *intelligat, cum omni qua scriptori vero Eminentissimo debetur reverentia.*

* *ante Id.*

sed ad probationem inefficaci, cum agat de Sergio 2. non 3.

4 Quandoque bonus dormitat Homerus, *inquit ille: idem* Baronio, *etiam dum evigilare videtur, hic accedit: neque enim pro* Sergii III. *Pontificatu tanta lux illa est, quanta ei visa. Nam* Sergii Junioris *nomine semper intelligitur* Sergius II. *cujus etiam notum est insigne studium circa cultum sacrarum Reliquiarum, quarum plurimas ex cœmeteriis produxit decentissimeque collocavit.* Angilbertus *etiam Archiepiscopus, cujus anno* XXIII. *facta dicitur translatio,* Sergio II. *non* III. *coævus fuit. Certo igitur erratum est a transcribente in numero annorum Christi; & annus* DCCCCVI. *quando currebat Indictio* IX. *ponitur pro anno* DCCCXLVI. *quando eadem fuit numerata Indictio, quæ etiam cum anno* XXIII. *Angilberti Archiepiscopi convenit, utpote ordinati* DCCCXXIV. *quemadmodum apparebit in proprio meo de Archiepiscopis Mediolanensibus Tractatu. Plenius etiam res eadem explicabitur ad diem* IX. *Junii, quando prædicti Sancti* Primus & Felicianus *coluntur: nunc satis est demonstrasse, eorum translationem ad* Sergii III. *tempora nequaquam pertinere: quod varii Mediolanenses Scriptores intelligentes, vitiosæ illi transcriptioni centenarium unum detraxerunt, & legi jubent* DCCCVI. *tantum peccantes defectu, quantum prior descriptor excessu.* E

Acta male confusa cū Actis Stephani 6.

5 *Is qui antea* Baronium *a tramite vero abduxit Sigebertus, ad annum* DCCCCVII. Sergii III. *initium ponens; in eo quem is ad Pontificatum attulit Ordine nominando, nihilo exerravit levius; quando scripsit, eum* Formosum Episcopum *ante factum, quem Acta Synodalia dicunt solum fuisse* Presbyterum. *Et vero quomodo aliter potuisset* Formosi *promotionem judicasse nullam, quia ab Episcopatu Portuensi fuerat assumptus, si ipsemet etiam Episcopus erat cum assumebatur? Porro ex his quæ dixit, sequitur Luitprandum memoria lapsum lib. 1. cap. 7 totamque hic Pontificum confudisse historiam, quando scribit* Sergium *ante* Formosum *fuisse electum, sed repulsum; eumdemque ejecto* Formosi *successore invasisse Sedem, & defuncti corpori in judicium adducto ea fecisse, quæ constat facta esse a* Stephano, *ex ipso quod huic* Sergius *posuit Epitaphio.*

Ex titulo ipsi posito sentur,

6 *Prima autem* Sergii *& unica electio atque ejectio (nec enim audiendi qui propter Luitprandum easdem duplicant) clarissime describitur in eo titulo, qui ipsi* F *est positus paulo post celebratam Synodum, qua* Stephani VI. *adversus* Formosum *Acta restituta,* Joannis *vero* IX. *abrogata sunt. Titulus autem in Vaticano positus, & a Romano Presbytero, tamquam* Sergii I. *Epitaphium foret, sub ejus nomine perperam descriptus, hujusmodi est.*

Limina quisquis adis Papæ metuenda Beati,
Cerne Pii Sergi excubiasque Petri:
Culmen Apostolicæ Sedis is, jure paterno
Electus, tenuit, ut Theodorus obit.
Pellitur urbe Pater, pervadit sacra Joannes,
Romuleosque greges dissipat ipse lupus:
Exul erat patria septem volventibus annis,
Post populi multa Urbe redit precibus.
Suscipitur; Papa sacratur: Sede recepta
Gaudet: amat Pastor agmina cuncta simul.
Hic invasores, Sanctorum falce, subegit,
Romanæ Ecclesiæ, judiciisque Patrum.

post Theodorum electus 7. annis exulasse,

ac denique ordinatus esse Pontifex.

7 *Luitprandus, de ejusdem expulsione agens:* descendit, *inquit,* Sergius in Tusciam, quatenus Adelberti potentissimi Marchionis auxilio juvaretur, quod & factum est. *Sigebertus dicit quod* ad Francos se contulit. *Et revera non videtur* Sergius, *toto septennio exilii sui, in sola Tuscia se continuisse, sed etiam in Franciam navigasse. Nam Ughellus in Episcopis Me-*

exularat autem in Tuscia

atque in Francia commorate cū Antiano

A diolanensibus recitat fragmentum cujusdam Epitaphii, Atthoni Archiepiscopo Mediolanensi quondam positi, & in hortis SS. Alexii & Bonifacii Romæ sic legendi, quatenus per temporis injurias licuit.

Discat qui nescit, quod Episcopus hic requiescit,
Attho Oldradus, multa pietate (probatus).
Sergium qui Papam. . . . .
Per mare, per terras sequitur, per ......

Dicit autem ipse Ughellus, Sergium a flore Mediolanensis Nobilitatis deductum fuisse in Galliam, ad Lotharium Regem (debuerat Carolum Simplicem scripsisse, siquidem Lotharius anno DCCCCLIV. primum cœpit regnare) unde verosimile fit, maritimo itinere convertisse in Tusciam Sergium, comitante eum Atthone prædicto; qui ejusdem Sergii, tandem a Romanis recepti, anno III. creatus Archiepiscopus Mediolanensis, anno denique vitæ suæ extremo, Christi DCCCCXIX. Romam, nescio qua causa, profectus, ibique mortuus, istud Epitaphium ibi acceperit.

postea Episcopo Mediolanensi.

B 8 Prædicta confirmationem accipiunt ex eo, quod Joannes Papa IX. anno DCCCXCIX. de Mediolanensium itaque Francorum communibus contra se consiliis, apud Lambertum Imperatorem, Ravennæ in Synodo questus videtur, quod illicitas conjunctiones Romani & Longobardi simul & Franci contra Apostolicam & Imperialem voluntatem facere præsumebant, in quibus verosimiliter agebatur de ipsius Joannis depositione & Sergii restitutione: Romanos autem ad eum revocandum motos credo indignitate gravissimi sceleris, contra innocentem Leonem ab ingratissimo domestico perpetrati. Cum igitur & prima Sergii ad Pontificatum Electio verosimiliter legitima fuerit, certe minus violenta quam Promotio & Consecratio Joannis; & Christophorus manifestus invasor alienæ Sedis, ejusque crudelitate coactus est Leo in carcere mori (si enim vixisset, pro eo restituendo haud dubie laborassent Romani, potius quam pro Sergio recipiendo) non fuit tam mala Sergii hujus principia quam credidit Baronius; nec pudendi fuissent progressus, si non eos infamasset Marociæ nobilis scorti amor, ex qua ipse jam Papa (sic enim fertur) filium genuit, Joannem, postea ejus nominis Papam Undecimum.

Pontifex a incontinentia notatur,

9 Cetera Sergii acta aut excusabilia, aut etiam laudabilia sunt. Tam enim excusari potest laus ab eo impensa Stephano, in iis quæ contra Formosum egit; quam ipse Stephanus severitati illi suæ, omnium posterorum judicio nimiæ, prætexere potuit zelum in speciem justum propter novitatem exempli, in Formoso in Romanam Ecclesiam inducti, præter, imo contra Canonum præscripta. Nam Ecclesiæ Orientalis exempla, quibus Formosi defensores utuntur, Romanæ probata non fuerunt cum fierent; & Gregorii Nazianzeni inthronizationem, propterea quod alium videretur Episcopatum gessisse, improbans S. Damasus, substitutum eidem a populo Acacium pro vero habuit Patriarcha. Auxilius quoque ille, qui Ordinationes a Formoso factas scriptis libris defendit, nisi ex obliquo conatur verosimile reddere ejus, quantumvis a Joanne VI. depositi & ad laicorum Communionem redacti absolutionem, ac deinde Electionem ex alio Episcopatu ad Romanum legitimam fuisse; unum tamen & præcipue intendit, ut probet, Ordinationes a quocumque vere ordinato Episcopo, quamvis deposito quamvis etiam hæretico factas, validas esse, neque magis ordinari denuo ejusmodi debere, quam denuo baptizari, eos qui sic forent baptizati, sed solam illis reconciliationem sufficere. In hoc ergo excedens Stephani zelus, non secundum scientiam, sed secundum consuetudinem esse potuit tum primum controverti cœpta, & apud viros etiam probos ambigua. Denique ipse Joannes, excusans Formosi promotionem necessitate, & Ordinationes ab eo factas ratas haberi jubens, atque in suum gradum restitui, qui eo mo

C

sitera non malus fuit etiam cum laudavit Stephanū 6

quia Formosi ritus non erat tunc indubitatus,

D ti fuerant, tamquam laici a laico ordinati; decrevit tamen statuitque, ut in exemplum id nullus assumat, præsertim cum sacri Canones id penitus interdicant, & præsumentes tanta feriant ultione, ut etiam in fine laicam eis prohibeant Communionem: & addit: quippe quod necessitate aliquoties inductum est, necessitate cessante in auctoritatem sumi non est permissum.

10 Jam quod Invasores Romanæ Ecclesiæ, puta Joannem IX. Benedictum IV. Leonem V. atque Christophorum, Sanctorum Patrum falce judiciisque Synodice subegit, sive resecuit Sergius, atque extra Pontificum legitimorum numerum haberi jussit (id enim videntur verba tituli supra positi sonare) in contravisse potuit, peccasse non item: quippe qui mortuo Theodoro crederet se legitime electum, atque adeo aliorum se vivente factas in Sedem intrusiones nullas & irritas esse. Quod vero Platina scribit, Christophorum e monasterio tractum, in vincula conjectum esse a Sergio, æque sine fundamento scribit, quam quod idem Sergius, rebus confirmatis Gallias profectus, Lotharii gratia fultus, qui tum regnabat, in Italiam redierit, & Christophorum arctiore custodia revinxerit: quodque ea, quæ contra Formosum egisse dicitur, non sine errore, a Lothario facere sit compulsus, quia Formosi opera a Gallis in alienigenas translatum Imperium erat. Nullus enim hoc ævo in Galliis Germaniisve regnavit Lotharius, ut supra vidimus.

comites & successores potuit pro intrusis habere Sergius:

E

quædam etiam temere ei imponuntur.

11. Porro sicut nullum certum est crimen quod obiici Sergio possit, præter incontinentiam; ita certa ejus laus est, quod Basilicam S. Joannis, quæ appellatur Constantiniana, quæ temporibus Domni Stephani VI. ceciderat; a solo reædificavit, & diversis donis & ornamentis ditavit; sicut ex utraque parte parietum litteris exaratum usque hodie legi potest (inquit Petrus Bibliothecarius in nostro Ms.) ante colomnas æreas quæ sunt coram altari. Primo Pontificatus ejus anno hanc reparationem factam putat Cæsar Rasponus, ejusque monumentum aliud ait extare hodieque, in carminibus opere musivo descriptis, intra absidem seu frontem ejusdem ecclesiæ, quæ sic subjicit lib. 1. cap. 5.

Laudari potest saltem a restauratione ecclesiæ Lateran.

Augustus Cæsar, totum cum duceret Orbem,
Condidit hanc aulam Silvestri Chrismate sacram:
Jamque salutifera lepra mundatus ab unda,
Ecclesiæ hic sedem construxit primus in orbem
Salvatori Deo, qui cuncta salubriter egit,
Custodemque loci prodit te, sancte Joannes.
Inclinata ruit senio volventibus annis.
Spes dum nulla foret vestigia prisca secondi,
Sergius ad culmen perduxit Tertius ima,
Cœpiteque ornavit ingens hæc mœnia Papa.

F

Supra fores in parte ecclesiæ interiori, inquit idem Rasponus, item ex opere musivo hæc carmina legebantur:

Sergius ipse Pius Papa, hanc qui cœpit ab imis,
Tertius explevit istam, quam conspicis, aulam.

12 Hoc facto in eamdem ecclesiam transtulisse videtur Stephani a se laudati ossa, in eodemque tumulo sepeliri voluisse: sic enim de eo Rasponus loquitur, in Laterano sibi sepulturam elegit, cum Basilicam hanc instaurasset, terræ motu concussam & labefactatam tempore Stephani Papæ VII. (imo VI.) & juxta Leonis (scilicet V.) tumulum humatus creditur, in cujus urna etiam ossa ejusdem Stephani sepulta sunt: communi forsitan honorato Epitaphio, quod modo non extat, imo pridem extare desiit.

ubi & sepultus est.

13 Ad ejusdem Sergii commendationem & Pastoralis curæ testimonium solicitudinem addi potest, quod cum anno DCCCIX. Trosleium prope Augustam Suessorum, sub Remensi Archiepiscopo Herveo convenissent Episcopi

A *scopi Provinciales undecim; curaveris eis significari*, in partibus Orientis adhuc errores blasphemiasque cujusdam vigere Photii in Spiritum sanctum; quod non a Filio nisi a Patre tantum procedat blasphemantis, *& ideo itaque Herivæus*, hortamur vestram Fraternitatem, ut, secundum admonitionem Domini Romanæ Sedis, singuli nostrum, perspectis Patrum Catholicorum sententiis, de divinæ Scripturæ pharetris acutas proferamus sagittas potentis, ad confodiendum belluam monstri nascentis, & ad conterendum caput nequissimi serpentis. *Quæ verba verosimiliter accepta sunt ex ipsa epistola Sergii, cujus exempla crediderim non tantum ad hanc Synodum, sed passim ad alias Ecclesias omnes fuisse directa: ut si ea sola quæ extant Sergii monumenta considerentur, non modo non debeat* Pseudo-papa *vocari, sed inter Pontifices de Ecclesia bene meritos numerari, etsi suam ipse famam incontinentiæ macula inquinarit.* D

& aeslo contra errores Photii.

CXXIII. ANASTASIUS III.

ANASTASIUS, natione Romanus, ex patre Luciano, tempore Berengarii Regis & sub initium Constantini Porphyrogenetæ Imperatoris ordinatus anno DCCCCXII. IV. Octobris. Dominica die, sedit annos II. mensem I. dies XXII. obiit anno DCCCCXIV. XXV. Novembris, sepultus in Basilica S. Petri: & vacavit Episcopatus usque ad IV. Decembris.

Ab an. 912. ad 914. an. 2. men. 1. dies 22.

B MArianus quidem, Ms. nostrum, Rollewinck, *& Stella rotundo numero* menses duos *signant*, *sed Hermanni Contracti antiquior, & accuratior calculus, nobis visus est præferendus: nec audiendus Gotfridus Viterbiensis, cum solum numerat* mensem I. *emissis diebus; aut Platina, qui dicit* secundo anno *sui Pontificatus mortuum* Anastasium. Baronius *anno* DCCCCX. *recensens* Anastasii *Pontificatum, eumdem finit, ubi nos incipimus, anno* DCCCCXII. *eidemque* annos II. menses II *tribuit*.

Ratio temporis.

2 *Hunc minime poenitendum Pontificem, reperimus laudatum in Epitaphio suo, quod Romanus Canonicus recitat, & in Maolio suo Baronius, his verbis.*

Vatis ANASTASII requiescunt membra sepulcro,
Sed numquam meritum parvula claudit humus
Rexit Apostolicam blando moderamine Sedem,
TERTIUS existens ordine Pontificum.
Ad Christum pergens, peccati vincula sperat
Omnia clementer solvere posse sibi.
Undique currentes hujus ad limina templi,
Ut præstet requiem poscite corde Deum.

Epitaphium.

3 *Epitaphium hoc præ oculis habuit Flodoardus, Pontificale suum metricum ita prosequens post Sergium:*

——— Quo rebus adempto
Humnnis, ANASTASIUM sacra concinit Aula. E
TERTIUS hoc Præsul residet qui nomine Romæ,
Sedis Apostolicæ blando moderamine Rector,
Sentiat ut Christum veniæ sibi munere blandum.

Hic autem fortassis unus versus exordii festinabundo librario, itaque de tempore nihil possumus ex Flodoardo statuere, contra vel pro jam dictis. Eadem autem librarii oscitantia sequentis Pontificis Landonis *nomen Mabilloni occultavit, transformans ipsum in proverbium temporis*, Quando: *quo factum ut vir alias oculatissimus existimaverit*, Anastasio *solum* menses VI. dies X. *assignari a Flodoardo, &* Landonem *ab eo prorsus ignorari, quod sane vel intolerabile sphalma fuisset Auctoris tunc viventis scribentisque, vel ipsum* Landonis *Pontificatum potuisset fictionis suspectum reddere. Sed bene habet. Levi unius litteræ mutatione redit Flodoardo, qui videbatur fugisse*, Lando; *& nos porro cœptam Chronologiam, ipso deducente, securi prosequimur; quando etiam ipse Mabilio correctionem nostram, mox ut intellexit, probavit per litteras*, Landonem, *in Flodoardo feliciter repertum, benevole gratulatus.*

C

CXXIV. LANDO.

F

LANDO, natione Romanus Sabinensis, ex patre Tamo, sub Berengario Rege & Constantino Porphyrogeneta imperante, ordinatus anno DCCCCXIV. IIII. Decembris in Dominica: sedit menses VI. dies XI. obiit XIV. Junii anni DCCCCXV. & vacavit Episcopatus usque in XVIII. ejusdem mensis.

Ab an. 914. ad 915. m. 6. d. 11.

Bar. ab 913.

HUjus Pontificatum Flodoardus nobis sic descriptum reliquit.

Ratio temporis ex Flodoardo.

LANDO dein summam Petri subit ordine Sedem:
Mensibus hanc coluit sex undenisque diebus:
Emeritus Patrum sequitur quoque jura priorum.

Irrefragabili istac auctoritate (in qua tamen pro, ut denisque, *censui legendum*, undenisque) *cessat omnis controversia de numero mensium, qui apud Hermannum & Marianum scribuntur* IV. *& in Ms. nostro atque apud Platinam & Stellam* VI. *medium tenentibus, &* V. *scribentibus, Gotfrede & Rollevinkio. Hic etiam cum Platina dies* XXI. *nostrum vero Ms. & Hermannus*, XXII. *numerant: unde fere movebor, ut prædicatum sphalma corrigerem, scribendo* bis denisque: *sed alia correctio, ut levior, sic verosimilior visa est.*

2 *Eumdem* Landonem, *tacite nomine, designasse videtur Luitprandus Ticinensis lib. 2. cap. 15. quando agens de Theodora, Marociæ in* Sergio III. *prænominata sorore, narrat, quomodo dum illa impudenter versatur cum Ioanne, Petri Ravennatis Archiepiscopi ad Papam legato*, mortuus est Bononiensis Episcopus, & Joannes iste ejus loco electus: paulo autem post, ante hujus Consecrationis diem, nominatus Ravennas Archiepiscopus mortem obiit; locumque ejus Joannes Theodoræ instinctu, priori Bononiensi Ecclesia deserta, ambitiosis spiritu inflatus, contra sanctorum Patrum instituta, sibi usurpavit: Romam quippe adveniens, mox Ravennatis Ecclesiæ ordinatur Episcopus. Modico vero temporis intercapedine, Deo vocante, qui eum injuste ordinaverat Papa, defunctus est.

Permisisse dicitur,

ut Ioannes Theodoræ amator Archiepiscopus Ravennas fieret:

3 *Hæc ultima verba* Landonem *haud dubie spectant, quidquid sit de* Joannis *ad Ecclesiam Bononiensem Electione, cui potius* Anastasius *decessor annuisse crederetur. Fuisse autem Romæ* Joannem, *cum moreretur*

A tur Lando, *non modo ex præmissis Luitprandi verbis, sed etiam ex consequentibus fit verosimile: sic enim immediate subjungit:* Theodoræ autem mens perversa, ne amasii rarissimo concubitu uteretur, ducentorum milliarium interpositione, quibus Ravenna sequestratur a Roma; Ravennensis hunc Sedis Archiepiscopatum cogit deserere, Romanumque (proh nefas!) summum Pontificium usurpare. *Quod sane non videtur consecuturo fuisse, nisi præsens Romæ adfuisset* Joannes. *Nam si Ravenna hic vocandus & expectandus fuisset, quod facile dimidium mensem absumpsisset, nulla tanta concipi posset tali in urbe mulieris unius potentia, quæ tamdiu cohibuisset Romanos a novo Pontifice eligendo ordinandoque: & ideo ad proximam solum Dominicam a morte* Landonis, *dilatam* Joannis *inthronizationem etiam libentius dixi.*

quem illo mox evocavit Papam eligendum.

4 *Apud Ferdinandum Ughellum mirabilis hoc loco in Episcopis, tam* Bononiensibus *quam* Ravennatibus, *est confusio. Nam in Bononiensi Sede ait floruisse* Petrum, *anno* DCCCCIX. *indeque translatum ad Ravennatem Ecclesiam anno* DCCCCXXVII. *in Ravennatibus autem ait,* Petrum (*eum scilicet de quo tacito nomine Luitprandus*) *electum anno* DCCCCIV. *annum fere integrum sedisse, eique suffectum* Joannem, *autea Beneventanum* Episcopum (*quem & confundens cum* Joanne XI. *Marozie ac Sergii filium facit*) *cui successerit anno* DCCCCXIII. Constantinus, *& huic* Petrus *Bononiensis item Episcopus anno* DCCCCXXIII.

Bononiensium & Ravennatum Epp. successio confusa apud Ughellum.

5 *Dixerim ego* Alambertum, *anno* DCCCCXCI. *creatum Bononiensem Episcopum, usque ad* Anastasii III. *Pontificatum superfuisse: eui decedenti suffectus sit* Joannes *Theodoræ amasius; qui dum Ravennæ expectat Ordinationis suæ diem, obierit is a quo ordinari debebat Archiepiscopus nomine* Petrus; *non Bononia advectus, sed ex ipso Ravennate Clero sub annum* DCCCCIV. *suffectus* Joanni Traversario. *Tum vero* Joannes, *nondum Bononiensi Ecclesiæ consecratus, ambiverit in Ravennatem Archiepiscopum eligi, &* Romam *consecrandus discesserit. Dum autem ibi moras apud amicam trahit, etiam post Consecrationem acceptam, mortuus sit* Lando; *atque substitutus* Joannes, *curaverit loco suo Bononiensibus quidem* Petrum *alium substituendum, Ravennatibus vero* Constantinum: *quo mortuo circa annum* DCCCCXXIII. *vel* XXVII. *accersitus sit a Bononiensi Ecclesia prædictus* Petrus. *Hic vero si adhuc in vivis fuit, seque Episcopatu ultro abdicavit post annum* DCCCCLXX. *& Synodum* Ferrariæ *celebratam; oportebit dicere, eum in Episcopali gradu perseverasse plusquam annos* LVI. *priusquam ei succederet* Honestus, *celebratus in Vita S. Romualdi.* D E

hic explicatur.

B

CXXV. JOANNES X.

An. 915. ad 929. an. 14. m. 2. dies 3.

Bar. ab an. 912. ad 928.

JOANNES, natione Ravennas, ex patre Joanne, primum Bononiensis Episcopus electus, tum Archiepiscopus Ravennas consecratus, & mox Romanus Papa inthronizatus, regnante Berengario & imperante Constantino Porphyrogeneta, anno DCCCCXV. XVIII. Junii, Dominica III. post Pentecosten: sedit annos XIV. dies III. obiit in carcere XX. Junii anno DCCCCXXIX. sepultus in basilica Lateranensi: & cessavit Episcopatus usque ad V. Julii.

Ratio temporis correcta ex Flodoardo.

QUæ de exitu hujus Pontificatus dicta sunt, quoad annum quo mortuus in carcere Joannes est, *certissimam fidem habent ex* Flodoardi *Chronico; sub annum* DCCCCLXVI. *finito: sic enim is loquitur:* Anno DCCCCXXVIII. Joannes Papa, dum a quadam potenti femina, cognomine Marocia, Principatu privatus sub custodia detineretur; ut quidam, vi; ut plures adstruunt, angore actus, defungitur. *Hæc dum Baronius, ab anno* DCCCCXII. *Pontificatum* Joannis *exorsus, ad præcedentem annum* DCCCCXXVIII. *retulit, quasi ex Flodoardi auctoritate, nos etiam secum errare fecit; minime suspicatos, adeo male lectum ab eo Flodoardum fuisse. Interim etiam sic contactus* Joanni *an-* C *nos* XVI. *dare, ab ejusdem Flodoardi Pontificali metrico (quod tamen vidisse non potuit, neque nos videramus) refellitur hunc in modum.*

eius Pontificatum describente.

Surgit ab hinc DECIMUS, scandens sacra jura, JOANNES.
Rexerat ille Ravennatem moderamine plebem:
Inde petitus ad hanc Romanam percolit arcem,
Bis septem qua præniruit paulo amplius annis.
Pontifici hic nostro legat Segmenta Seulfo,
Munificisque sacram decorans ornatibus aulam,
Pace nitet: dum Patricia deceptus iniqua
Carcere conjicitur: claustrisque arctatur opacis.
Spiritus ast sævis retineri non valet antris,
Emicat imo, æthra decreta cubilia scandens.

In numero annorum solus Hermannus Contractus cum Flodoardo convenit, ceteri unum minus numerant; sed simul omnes uni isti non possunt prævalere apud eum qui noverit, quantum intersit inter coævos & diu postea natos scriptores. Menses *nihilominus & Hermannus & alii* duos *adjiciunt, quos recipere non audemus; sed bene* dies III. *quos alii omnes assignant; itaque nos credimus ad tò* Paulo amplius Flodoardi *quam proxime accedere.*

2 *Initium* Joannis *Bononiæ dubium fecit Leo Marsicanus, Chronici Cassinensis auctor; qui deinde factus Ostiensis Episcopus vixisse probatur ab Ughello usque ad annum* MCXV. *sed ea auctoritas magna non est pro seculo de quo agimus* X. *credique potest Leo vitiatos hic secutus calculos, ut alibi non raro, in recentiorum atque ac vetustiorum Pontificum temporibus ad historiam suam applicandis: quemadmodum non uno loco notat Abbas Cassinensis Angelus de Nuce, postea Archiepiscopus Rossanensis in suis ad istud* Chronicon *Commentariis; ac nominatim ad caput 3. ubi de Bonifacio Papa, & rursum cap. 54. ubi Adelpertum abbatem anno* DCCCCXXXIV. *ordinatum, fuisse dicit* temporibus Stephani septimi, *ante quinquennium mortui. Sumpserit igitur Leo tres annos pro tribus mensibus, quibus Garilianensis de Saracenis victoria obtenta est, post ingressum* Joannis *in Sedem Romanam, ipso anno* DCCCCXV. *Indict.* III. *mense Augusto.* F

Leonis Ostiensis error circa Joannis initium.

3 Marotia, *alias* Maurozia, *quam* Patriciam *suo in carmine* Flodoardus *appellat, in* Chronico *autem significat recto nomine* Mariam *dictam, sed* Marociam *dixeris veteri Italica phrasi. Ea olim* Sergii Papæ *scortum, tunc vero* Guidoni *Tusciæ Marchioni juncta erat connubio, Theodoræ æque impudentis mulieris filia. Ista autem* Marocia, *sorori eidem Theodoræ succedens in Principatu Urbis, ejus amasium* Joannem *non poterat non odisse. Stimulos utrique addebat insolentia cujusdam Petri apud Pontificem fratrem omnia moderantis, & Romanis Principibus perquam invisi: quam occasionem nactus* Wido, *post mortem Alberici patris sui, qui Theodoræ causa* Joannem *foverat, non caruit gratiose apud doctos indoctosq; prætextu exauctorandi ipsius* Joannis: *qui, p: qui eu* Ra-

Vexationis auctores & causa.



Tab. XXII


CXXVII. STEPHANVS VII.


CXXVIII. IOANNES XI.


CXXIX. LEO VII.


CXXX. STEPHANVS. VIII.


CXXXI. MARTINVS III.


CXXXII. AGAPETVS II.



A *Ravennati Archiepiscopatu assumptus, eodem jure poterat censeri incapax Romani Pontificatus, quo Formosum, quia Portuensis Episcopus antea fuerat, ad summam Sedem promoveri valide potuisse negaverant* Stephanus VI. *&* Sergius III. *cujus postremi acta omnia pro suo affectu salva volebat Marozia, fortassis & pro affectu filium suum evehendi ad Papatum, quod tamen hac vice ei non successit, nec etiam sequente. Prius autem quam in vincula conjiceretur* Joannes, *sub oculis ejus occisus Petrus frater fuit.*

Finis non malus. 4 *Ipse vero præsumi potest non malam habuisse exitum, sicuti nec male suum administravit Episcopatum. Nam & primis Sedis suæ annis*, cum ex pluribus delictis conscientia sauciatus, animi dolore languesceret; inter alia salutis suæ remedia illud excogitavit, ut nomine suo legatum mitteret Compostellam, ad venerandum corpus Jacobi Apostoli; cui & litteras dedit ad Sisenandum loci illius Episcopum, ut juges preces D pro se funderet apud eumdem Sanctum Apostolum, ut propitius sibi esset in hac vita & in hora exitus sui; *pro qua, siquid purgandum adhuc superfuisset, ærumnæ carceris & degradationis ignominia abunde potuerant sufficisse; accedente præsertim etiam crudeli morte. Dicebatur enim ut ait Luitprandus, quod* non multo post *sui fratres cadem* cervical super os ejus posuerint, sicque eum pessime suffocarint. *Hujus, corpus ut ait Cæsar Rasponus*, in porticu ante fores Basilicæ jacuit, *Sepultura.* intra duas portas priores versus meridiem, *nemine scilicet curante illud transferre in Vaticanam Basilicam. Quæ extat illius imago apud Cavalleriam, multum præsefert antiquitatis speciem, in Tiara, Cambuta, Pallio, atque ornatu Planetæ, ut gavisurus sim si intelligam, vere ejusmodi aliquam Romæ extare in genuino ætatis istius monumento.*

B

CXXVI. LEO VI.

E

LEO, natione Romanus, ex patre Christophoro Primicerio, sub Hugone Italiæ Rege & imperante apud Græcos Constantino Porphyrogeneta, ordinatus anno DCCCCXXVIIII. altera post Joannis mortem Dominica, V. Julii: sedit menses VII. dies V. defunctus VIIII. Februarii, & sepultus ad S. Petrum DCCCCXXX. & cessavit Episcopatus usque ad XIIII. Februarii. *Ab an. 929. ad 930. m. 7. d. 5.*

Tempus Sedis. 1 *Pontificatum istum sic nobis describunt metra Flodoardi:*

Proquo (*Joanne*) celsa Petri Sextus Leo regmina sumens,
Mensibus hæc septem servat quinisque diebus,
Prædecessorumque petit consortia Vatum.

Hac autem definitione temporis non dubitabimus stare; quamvis ex omnibus post secutis Auctoribus nemo sit, cui non deficiat Mensis unus. Plerique etiam, præter Marianum Scotum, dies XV. *numerant: sed decadem, ex jam allegata auctoritate, dispungimus. Hermannus Contractus invertens ordinem, & Leonem faciens* Landoni *succedere*, mensem I. dies XXV. *ei adnotavit.* C *apud Gotfridum vero Viterbiensem, etiam fœdior error obrepsit, ut rotundo numero anni* VII. *pro totidem mensibus, signati inveniantur. Ceteri cum Ms. nostro, accuratius notant menses & dies.*

Mors pœnæ & vita laudata. 2 *Nescio porro unde acceperit Baronius, quod etiam ipse, ut Decessor* Joannes, detrusus in carcerem defunctus est. *Flodoardus, in margine citatus, non nisi solius* Joannis, *hanc calamitatem passi, meminit. Stella de vita ejus ac morte sic loquitur:* Vir bonus *fuit*, qui nihil tyrannicum in vita præ se tulit; imo revocare ad concordiam cives, temeritate ac stultitia priorum Pontificum adhuc tumultuantes, componereque res Italicas, pacare externum hostem, propulsare barbaros ab Italiæ cervicibus conatus est. Sed dum in his laudabilibus operibus versaretur, sexto Pontificatus sui mense moritur; & in B. Petri Basilica sepelitur.

3 *De hoc tamen nihil in ejusdem Basilicæ descriptione Romanus Presbyter; unde colligitur, nullum ei ibidem positum fuisse monumentum, cujus adhuc memoria extaret tempore Eugenii III. sed humili ac communi Sepultura mandatum terræ esse.* F

CXXVII. STEPHANUS VII.

STEPHANUS, natione Romanus, ex patre Teudemundo, Hugone regnante & Constantino imperante, anno DCCCCXXX. XIIII. Februarii, in Dominica; sedit annos II. mensem I. dies XII. obiit XXV. Martii DCCCCXXXII. sepultus ad S. Petrum: & cessavit Episcopatus usque ad I. Aprilis. *Ab an. 930. ad 932. an. 2. m. 1. d. 12.*

Ratio temporis, ex Flodoardo. 1 *Certius nihil optare possumus, quam quod Flodoardus his versibus tradidit:*

Septimus hinc Stephanus binos præfulget in annos
Aucto mense super, bis seno ac sole jugato:
Disposita post quod spatium sibi sede locatur.

In nostro Ms. notantur dies XV. *sed, sed licet Flodoardum non haberemus, merito prævaleret consensus plurium, Hermanni Contracti, Stellæ & Platinæ: quibus annumerandus videtur Rollewinck, eo quod apud eum dies* II *pro* XII. *videantur per oscitantiam scripti. Ceteri dierum numerum neglexerunt exprimere.*

Mores ejus. 2 Vita Stephani, *inquit Stella*, mansuetudinis ac religionis plena fuit: moriens autem in B. Petri Basilica sepelitur, *sed nullo quod ad posteros duraverit monumento. Si vera sunt, quæ in Joanne Majoris monasterii monacho sumpta mole applicantur* Stephano, *successori* Leonis VII. *quod profectus in Franciam apud Turonas in dicto monasterio Abbatem Hugonem consecrarit, & patrem ejus. Eodem sive Odonem monastico habitu donarit, ipsique loco contulerit varia Privilegia; deberent ea de hoc* Stephano *intelligi, cum ad Hugonem illum, ut Abbatem, extet Breve* Leonis VII. *infra allegandum.*

CXXVIII. JOANNES XI.

Ab an. 932. ad 935. an. 3. m. 10. d. 15

JOANNES, natione Romanus, ex patre Sergio Papa, Hugone regnante & Constantino imperante, ordinatus I. Aprilis, anno DCCCCXXXII. Dominica Paschæ sedit annum I. menses x. dies xv. obiit in carcere anno DCCCCXXXV. XVI. Februarii, sepultus in ecclesia Lateranensi: & cessavit Episcopatus usque ad xv. Novembris.

Fuit hic Pontifex odiosi semper arbitrii.

1 *PReter juventutem annorum circiter* XXV. *tantæ immaturam muneri, & natalium infamiam, nullo alio notabiles probro videtur fuisse, sed nec aliquid gessisse laude dignum: quippe qui numquam sui juris fuit, sed partim in matris vitricique potestate, partim in custodia fratris Alberici. Mortuo enim Widone, senioris Alberici filio, cui Marozia juniorem Albericum pepererat; cum illa Hugoni Regi, Widonis defuncti uterino fratri, nupsisset, dotemque incestus attulisset Dominium Romanæ urbis; & novo vitrico minus commode aquam infudisset magnanimus juvenis; impactæ sibi ab eo alapæ contumelia provocatus, excitata in populo seditione, Hugonem ab urbe expulit,* Joannem Papam *fratrem suum* sub custodia detinuit, matrem quoque suam Maroziam clausam servans, & Romam contra Hugonem Regem tenens, *sicuti* Missi Remenses, *apud Flodoardum*, Roma redeuntes & Pallium Artaldo Præsuli suo deferentes, *narraverunt anno* DCCCCXXXIII.

ubi etiam mansuetus Flodoardus

2 *Idem Flodoardus, in suo Pontificali metrico, rem totam sic describit:*

Nato Patriciæ hinc cedunt pia jura Joanni,
Undecimus Petri hoc qui nomine Sede levatur:
Vi vacuus, splendore carens, modo sacra ministrans,
Fratre a Patricio juris moderamine raptus;
Qui matrem incestam, rerum fastigia mœcho
Tradere conantem (Decimum sub claustra Joannem
Quæ dederat) claustris vigili & custode subegit:
Papaque obit, nomen geminum fere nactus in annum.

Hæc si ita accipiantur, uti videntur debere sumi, quasi non integrum biennium vixerit a sua Ordinatione Joannes; *necessario persuadeberis erravisse omnes, qui* annos IV. *aut falsum* III. *præter* menses x. dies aliquot *eidem adscripserunt; & solum retinebis* annum I. *cum mensibus & diebus: hos autem plures negligunt; soli Stella & Platina* dies xv. *assignant, Rollevinkius* dies xx. *Pluralitatem sequimur quoad dies: ab annis vero multiplicandis abstinemus, propter auctoritatem Flodoardi, hoc tempore maximam. Neque sane iis multiplicatis opus est, cum absque illis habeatur successio usque ad* Marinum II. *de cujus anno obituali certi sumus; & usque ad* Joannem XII. *de cujus etiam die ultima constat. Isto enim admisso, dicetur* Joannes XI. *obiisse in carcere anno* DCCCCXXXV. XVI. Februarii: *morte autem illius per aliquot menses celata, & Alberico Electionem novam aut Electi Ordinationem impediente aliquamdiu, facile vacasse potuit Sedes usque ad* xv. Novembris. *Quod si placeat Interpontificia, paulum progressa vel subsecuta hunc* Joannem, *sumere laniora, etiam novimestre istud tibi decrescet: nihil enim de istis certum habemus, sed per conjecturam nunc procedimus, habita ratione Dominicarum fere proximarum, quamdiu longioris moræ nulla apparet ratio.*

Bulla aliqua Joannis correcta.

3 *Præsentis Pontificatus monumentum aliquod invenitur Tomo 3. Spicilegii Acheriani pag. 463. Privilegium scilicet confirmativum ejus, quod a* Joanne VIII *datum, a* Stephano VI. *renovatam Abbati & Monasterio Vizeliacensi indicavimus supra*, Aimoni Abbati scriptum, per manum Andreæ Scriniarii S.R.E. in mense Januario, Indictione VI. datum vero VI. Idus Januarii, per manum Gregorii, Deo amabilis Sacellarii Sanctæ Sedis Apostolicæ, anno III. Deo propitio, Pontificatus Domini nostri Joannis summi Pontificis & universalis XI. Papæ in sacratissima Sede beatorum Apostolorum. *Sed aliquis hic obrepsit error vitio transcribentis: ut enim cum antecedentium & consequentium Pontificum Bullis, ex ejusdem monasterii archivo productis, non pugnet hæc Bulla (nam de nostra chronologia, quæ idem exigit, nihil dico) vel legi deberet* annus Pontificatus primus, *quia nullum* tertium *numeravit* Joannes XI. *& sic retineretur* Indictio VI.

Flodoardus secum ipse conciliatus.

4 *Posset hic aliquis Flodoardum sibimet ipsi opponere, in Chronico suo ita scribentem.* Anno DCCCCXXXVI Joanne Papa, fratre Alberici defuncto, Leo quidam, Dei servus, Romæ Papa constituitur: *cum antea ad annum* DCCCCXXXIII. *in eodem Chronico dixisset*, Joannem Papam sub custodia detineri a fratre. *Non consistunt hæc sane cum Pontificatu, ad biennium non integrum gesto: neque dici potest, in Carmine solum istud tempus numerari, quod is extra custodiam paulo liberior egit: non enim tamdiu liber fuisse potuit. Sed neque causæ aliquid est, cur* Joannem *quidem dicamus anno* DCCCCXXXV. *esse defunctum;* Leonem *vero primum anno sequenti, post vacationem mensium circiter* XX. *successisse. Quamvis enim satis turbatæ fuerint res Romanorum, ut id verosimile videri possit, non tamen id valeat sustinere, nisi sequenti* Leonem Stephano *annum unum detrahendo; quod contra omnium aliorum consensum non libenter facero, nulla evidenti ad id necessitate cogente, & tam longam vacationem persuadente. Dicam igitur Flodoardum in Chronico aliud significatum non voluisse, quam quod anno* DCCCCXXXVI *currebat adhuc primus annus* Leonis.

Fons sanguinis Genuæ.

5 *De* Joanne *addit Petrus Bibliothecarius in Ms. nostro, quod* hujus Joannis tempore, primo anno, fons sanguinis largissime fluxit in civitate Januensi, forte demonstrans ejus cladem imminentem: nam eodem anno Sarracenis ex Africa venientibus capta fuit, & hominibus ac thesauris evacuata.

CXXIX. LEO VII.

Ab an. 935. ad 939. an. 3. m. 6. d. 10.

LEO, natione Romanus, Hugone regnante & Constantino imperante, ordinatus anno DCCCCXXXV. xv. Novembris, in Dominica; sedit annos III. menses VI. dies x. obiit XXIIII. Maii, anno DCCCCXXXIX. sepultus in Basilica B. Petri: & vacavit Episcopatus usque ad VIIII. Junii.

De-

A *Tempus,* *Decem istes Pontificatus dies, prætermisses ab aliis, Marianus Scotus, Wernerus Kollewinck, Stella & Platina suggesserunt: postremi etiam duo, sepulturæ locum.*

Epistola, 2 *Profertur autem in Spicilegii Asberiani Tomo* 2. *pag.*375. *bujus Papæ epistola*, ad Hugonem Francorum Principem & monasterii Turonensis Abbatem, *ac novæ Conciliorum editioni inferitur*, per manus Theodori Notarii & Scriniarii S. R. E. in mense Januario Indict. XI. Ludovico Francorum Rege: *id est anno Christi* DCCCCXXXVIII.

plena zeli religiosi, 3 *Eadem Epistola docet, quam insigni zelo curaret bic Pontifex sacrorum locorum cultum & reverentiam. Siquidem intelligens, quod* nulli umquam feminæ intra ambitum monasterii, etiam sub tempore Paganorum, permittebatur accessus; *idque translata illic in urbem jam non observari; negligentiam in boc coarguit Hugonis, obsecrans ut curam adbibeat*, quatenus per totum veteris muri ambitum, usque ad viam quæ juxta latus Basilicæ Aquilonare vergit, nulla deinceps femina licentiam habeat commorandi, sed nec intrandi quidem: siquis vero de ministris hoc Apostolicum interdictum neglexerit, aut aliqua femina intrare præsumpserit, tamdiu excommunicatus vel excommunicata sit, quousque promissa emendatione absolvi mereatur.

B *& Decretalis,* 4 *Eruta etiam recenter est & Conciliis addita, egregia illius Decretalis circa varios abusus, quos adversus veterum rituum puritatem obrepsisse apud Gallos et Germanos, ex Gerardo Laureacensi Archiepiscopo, Pallii accipiendi causa Romam profecto, intellexerat; ipsa vero sic incipit:* Si instituta ecclesiastica, ut sunt a Beatis Apostolis tradita, integra vellent servare Domini Sacerdotes, nulla diversitas in ipsis Ordinibus & Consecrationibus haberetur. Sed dum unusquisque non quod traditum, sed quod sibi visum fuerit, hoc existimat esse tenendum; inde diversa in diversis Ecclesiis aut teneri aut celebrari videntur, & fit scandalum populis.

Laus ejus a Flodoardo. 5 *Flodoardus, Pontificale suum metricum bic finiens, ipsū* Leonem *maximis laudibus extollit boc modo.* D

Septimus exurgit Leo, nec tamen ista volutans
Nec curans, Apicis mundi nec celsa requirens;
Sola Dei quæ sunt, alacri sub pectore, volvens;
Culminaque evitans, oblatu subire renutans.
Raptus at erigitur, dignusque nitore probatur
Regminis eximii, Petrique in Sede locatur.
Sed minime assuetam linquet decoramine curam,
Deditus assiduis precibus, speculamine celsus;
Affatu lætus, sapiens, atque ore serenus.
Qui me, visentem ætberei pia limina Petri,
Jucunde excipiens, animo quæsita benigno
Admisit, sovitque pie, erudiitque * modeste. ** al. Sendus*
Famina grata serens, epulis recreavit utrisque
Corporis atque animæ; benedixit, & oscula libans
Ac geminans, dono cumulatum muneris almi, *per ipsum Romæ be atque excepto,*
Pergere lætantem amplexu dimisit honoro.
Quem Pater omnipotens, alacrem cultuq; venustum
Attollat servetque diu, digno excolat actu,
Et cum Præsulibus sanctis, consortia quorum
Promeruit Sedis, præstet super æthera sedem,
Cum qoibus æternum maneat præclarus in ævum.

aliaque emendatio. 6 *Discrete igitur & benigna cum interpretatione intelligendum, quod scribit de* Leone *boc Stella*, cum esset remissus vir, nihil memoria dignum post se reliquisse. *Nam, ut cetera præteream, ad non parvam commendationem ejus facit, quod Ottonis Imperatoris Bulla aurea, de qua infra*, ad Pontificum irrationabiles erga populum sibi subjectum asperitates retundendas, *statuat, ut is qui deinceps* Canonice *electus fuerit, priusquam consecretur*, talem faciat promissionem, pro omnium satisfactione atque futura conservatione, qualem, *inquit Otto*, Domnus ac venerandus spiritualis Pater noster Leo sponte fecisse dignoscitur: *quod non de alio quam boc* Septimo *intelligi potest: quem Flodoardus* Dei servum *appellat: ejusque interventu factum est, quod Hugo Rex frustra* Romam capere nisus, pacta tandem pace cum Alberico, dans ei filiam suam conjugem, ab obsidione destitit, *uti scribit idem Flodoardus*. E

CXXX. STEPHANUS VIII.

STEPHANUS, natione Germanus, Hugone regnante & Constantino imperante, ordinatus VIIII. Junii, in Dominica I. post Pentecosten anno DCCCCXXXIX. sedit annos III. menses IV. dies XV. obiit XXIII. Octobris, anno DCCCCXLII. & cessavit Episcopatus usque ad XIII. Novembris. *Ab an.939 ad 942. an. 3.m.4.d.15.*

Non fuit Ottone adnitente Electum. Hic cum Pontificatum suscepisset, ita Romanorum seditionibus vexatus est, ut nil memoria dignum ab eo geri potuerit: quia ab eis tam turpiter mutilatus tamque ignominiose mulctatus fuit, ut quoad vixit in publicum prodire non fuerit ausus. *Ita Stella, ex antiquiori (ut mihi quidem videtur) Auctore, quemque præ oculis forte babuit scriptor Pontificalis libri a Baronio laudati. Quod tamen bic velut eodem ex libro scribit, Ottonis Regis opera Electum Stephanum,* C *nationis autem exteræ odio permisisse Albericum, ut ita ab impiis laniaretur; id usquequaque probare non possum; cum Otto Rex Germaniæ catenus nibil juris babuerit in Italia, neque ei electioni se immiscere potuerit, bellis domesticis occupatissimus, & longius absens quam ut nuntium de morte Leonis acciperet ante Electionem successoris: nisi fingere velimus duobus vel tribus mensibus vacasse Sedem.*

2 *Marianus Scotus pro* IIII. *mensibus, sedem* III *habet: sed vincitur consensu ceterorum, uti & Baronius, qui ex suo Codice Vaticano pro diebus* XV. *solos* V. *transcripsit: alioqui in annis successionis plane nobiscum convenit.* F

CXXXI. MARINUS II. alias MARTINUS III.

MARINUS, natione Romanus, Hugone regnante & Constantino imperante, ordinatus XIII. Novembris, anno DCCCCXLII. in Dominica; sedit annos III. menses VI. dies XIIII. obiit XXVI. Maii, sepultus ad S. Petrum DCCCCXLVI. & vacavit Episcopatus usque ad II. Junii. *Ab an.942. ad 946. an. 3.m.6.d.14.*

Vir

A *Ejus virtus.* VIr, inquit Stella, mansuetissimus atque placabilis, qui, omissis bellorum contentionibus, totum se religioni dedit, templa restaurans pauperesque mira pietate fovens, & tandem moriens in B. Petri Basilica sepelitur.

Initium an. 942. ex epistola proposita. 2 *Extat in Tomo 3 Spicilegii jam sæpe citati, Widoni Vezeliacensi Abbati concessum ab hoc Pontifice testimonium, chronologiam hanc nostram confirmans, utpote datum anno* DCCCCXLII. *Ipsum enim est* scriptum per manus Azzonis, Scriniarii S. R. E. in mense Februario Indictiona 1. datum II. Nonas Februarii per manum Benedicti, Episcopi & Bibliothecarii S. Sedis Apostolicæ: anno Deo propitio Pontificatus Domini nostri Marini, summi Pontificis & universalis Papæ, in sacratissima Sede B Petri Apostoli anno 1. mense Februarii, Indict. 1. *Simile Privilegium, Danieli Solenniacensi Abbati concessum, ab Ughello Tom. 1. col. 233. refertur cum hac clausula,* Scriptum per manum Zachariæ Scriniarii S. R. E. mense Majo, Indictione 1. bene valete. Datum pridie Idus Junias, per manum Valentini Portuensis Episcopi. Regnante in perpetuum Domino Deo nostro, anno Pontificatus Domini Marini universalis Papæ 1. Indict. 1. D

Christo regnante signatis. 3 *Tenebant tunc quidem Italiæ regnum* Hugo *&* filius ejus Lotharius: *coronam tamen Imperii numquam obtinuerant, ideoque nullam eorum rationem hic habitam vides, sed formulam* Christo regnante *adhibitam: de cujus formulæ antiquitate majori quam putent aliqui, videri potest eruditus tractatus Joannis Beslii, post Historiam Comitum Pictaviensium & Ducum Aquitaniæ pag. 123. & seqq.*

CXXXII. AGAPETUS II.

Ab an. 946. ad 956. an. 9. m. 7. d. 10. AGAPETUS, natione Romanus, Lotario regnante & Constantino Porphyrogeneta imperante, ordinatus anno DCCCCXLVI. II. Junii in Dominica IIII. post Pentecosten; E
B sedit annos VIIII. menses VII. dies X. mortuus DCCCCLVI. XI. Januarii; sepultus in Basilica Lateranensi: & cessavit solum Episcopatus usque ad XIII. ejusdem mensis.

Spatium Sedis. M*Ensuram Pontificatus hujus accipimus ex consensu plurium, Hermanni Contracti, Gotfridi Viterbiensis, Ms. nostri, Stellæ, Platinæ; nam quod in Ms. nostro, 2. anni leguntur, ex eodem fonte profectum credo, unde & Marianus Scotus eos accepit, alicujus scilicet librarii errore: in mensibus enim & diebus convenit Ms nostrum cum aliis: nec quod mensibus dissentit Gotfridus, rotundo numero menses* VIII. *scribens. In diebus major differentia est, dum apud Hermannum in exemplari uno* dies XXIII. *leguntur. Sed cum aliud ejus exemplar rotundiori numero exprimat* annos ferme 2 *non constat satis de Hermanni sententia. Placet itaque etiam quoad* 2. dies, *plures sequi.* Baronius *anno eodem quo nos creatum & uno anno citius mortuum* Agapetum *statuens, nescio quomodo numeret illius* annos decem, menses & dies decem, *& opinor errore calami* annos decem *pro* novem *obrepsisse.*

Sepulcrum. 2 *Stella* in Basilica B. Petri sepultum, *ait: contra Cæsar Rasponus lib. 1. cap. 18. Pontificibus in Laterano tumulatis eum annumerat, tanto fide dignior quanto signantius exprimit situm tumuli,* pone sepulcrum Lucii II. *qui inter hunc* Agapetum *&* Sergium III. *medius jacuerit.*

Bulla ejus, & successoris. 3 *Joannes Giacchetti Serranus, describens ecclesiam S. Silvestri de Capite, scilicet Joannis Baptistæ, istic (ut creditur) servato, pag. 10. indicat, ibidem haberi hujus Pontificis Bullam, datam* anno Pontificatus IX Indictione XIII. *quod cum chronologia bene convenit; non item quod addit de alia successoris* Joannis XII. *quasi ea data sit anno Pontificatus* VII. *Indictionis* XV. *numquam enim is talem Indictionem numeravit, nisi* Pontificatus sui anno 1.

CXXXIII. JOANNES XII.

C *Ab an. 956. ad 963. a. 7. m. 10. d. 23.* JOANNES, natione Romanus, antea Octavianus, urbis Patricius & Clericus, ex patre Alberico Patricio, Ottone I. regnante & Constantino imperante, ordinatus anno DCCCCLVI. XIII. Januarii, in Dominica eademque Octava Epiphaniæ, sedit annos VII. menses X. dies XXIII. usque ad V. Decembris, anni DCCCCLXIII. & post bimestre exilium revocatus, ante finem Februarii, anno DCCCCLXIIII. non longo vixit tempore, mortuus IIII. Maii: itaque censeretur universim sedisse, annumerato ipso exilii tempore annos VIII. menses IIII. dies V. sepultusque est in Basilica Lateranensi: & cessavit Episcopatus usque ad XXIX. Maii. F

Ordinatio præcipitata. D*E hoc Flodoardus ad annum* DCCCCLIV. *sic loquitur;* Albrico Patricio Romanorum defuncto, filius ejus Octavianus, cum esset Clericus, Principatum adeptus est: qui etiam postea, defuncto Agapito, suggerentibusque sibi Romanis, Papa urbis efficitur. *In quo cum præcipiti ardore actum credam, præcipitatam quoque Ordinationem credens, proxima ab obitu* Agapeti *Dominica eam a Clero autoritam censui, vix biduo interjecto. Hinc porro Pontificatus ejus spatium mensus sum usque ad eum diem, quo ipse in Synodo, post reditum celebrata,* XXVI. *Februarii Indict.* VII. *id est anno* DCCCCLXIV. *latam fatetur suæ depositionis sententiam, &* Leonem *Electum qui suo loco ordinaretur.*

Tempus Sedis. 2 *Annorum numerum, a nobis expressum, habent Marianus Scotus & Wernerus Rollewinck; eumdemque numerum verosimiliter legeremus apud Gotfridum Viterbiensem, nisi hic secutus librarium fuisset, cui pro* VII. *exciderat scribere* IV. *qualiter etiam depravatam scripturam Stella præ oculis habuisse debuit. In dierum aut mensium numero diversa scribunt singuli, ut eorum ratio haberi non potuerit. Hermannus Contractus* annos VIII. menses IV. *Ms. nostrum* annos VIIII. menses III. *habet, & his addit Platina* dies V. *quæ eo faciunt, ut relata ad diem mortis (quem solus nobis indicavit Regino, fuisse* II. Idus Maii) *deducant nos in cognitionem diei, quo ordinatus* Joannes *fuerat, proximum a morte* Agapiti; *supponendo scilicet quod* *& dies obitus.*

ou-

Tab. XXIII


CXXXIII. IOANNES XII.


CXXXIV. LEO VII.


CXXXV. BENEDICTVS. V


CXXXVI. IOANNES XIII.


CXXXVII. BENEDICTVS. VI.


CXXXVIII. DONVS. II





A *auctores prædicti, nulla habita Depositionis Synodicæ ratione, Pontificatum ejus universim metiri voluerint: qua ratione ut ad Dominicam veniretur*, dies v. *Platinæ, mutavi in* ii. *Nunc Vitam* Joannis, *sicuti a Petro Bibliothecario scripta in Ms. nostro legitur, accipe.*

ACTA JOANNIS XII.

Ex Ms. nostro, auctore Petro Biblioth.

Vita a Petro Bibliothecario scripta.

1 HIc fuit tempore primi Ottonis, Imperatoris primi Germanorum, (*deesse hic porro videntur multa, circa promotionem ejus & varia in Pontificatu acta, sic enim, quasi narrationem concludens, prosequitur auctor*). Iste denique infelicissimus, quod sibi pejus est, totam vitam suam in adulterio & vanitate duxit. Cujus temporibus Otto Imperator Romam veniens, ab eo honorifice susceptus est. Cum quo ipse Imperator multum decertans, ab errore & nequitia sua nequiit eum revocare. Consilio itaque cum suis fidelibus inito, iterum Romam venit, quatenus eumdem protervum & sceleratum Pontificem, B cum suis Archiepiscopis atque Episcopis recordaret, ut a tali & tanto scelere resipisceret. Sed ipse iniquus, statim ut de Imperatoris adventu audivit, Campaniam fugiens, ibi in silvis & montibus more bestiæ latuit. Tunc omnes Romani, uno consensu unaque voluntate, Clerici atque laici, rogaverunt Imperatorem ut Sanctæ Matri ecclesiæ dignum Pontificem & pium Rectorem tribueret. Factaque postulatione atque petitione, universus populus tale a Domino Imperatore accepit responsum: Eligite qui dignus sit, & ego libentissime eum vobis concedam. Statimque a cunctis tam Clericis quam laicis electus & expetitus est Leo vir venerabilis, Protoscriniius summæ Sedis Apostolicæ ex patre Joanne item Protoscrinio summæ Sedis Apostolicæ, natione Romanus, de Regione quæ vocatur Clivo-argentarii, vir strenuus & omni honestate præclarus, & consecraverunt eum Romanum Pontificem, mense Decembri in Lateranensi Palatio: qui fecit Ordinationem in eodem mense, Presbyteros VII. Diaconos II. & sedit annum I menses III.

Ordinatio Leonis,

& expulsio.

2 Ipso denique vivente iniquum consilium a Ro- C mano populo expertum est, quemadmodum Dominum Leonem foras ejicerent; & sceleratum illum, qui in Campaniæ partibus latitabat, reducerent: quod & factum est: unde maxima fames & ingens persecutio in hac civitate Romana devenit. Dei itaque opitulante clementia, prædictus Dominus Leo sanus & illæsus (evasit) ab hac civitate: & ubi Dominus Imperator cum suo exercitu in partibus Spoletanæ civitatis erat, advenit. Qui honorifice a Domino Imperatore susceptus est, statimque armavit milites, munivit custodes, & contra Romanorum nuntios maximas insidias præparavit. Qui cum venisset in Reatinam civitatem, Romani nuntii ante suam præsentiam venerunt, qui ei mortem sceleratissimi Joannis nuntiaverunt, & de electione Benedicti Diaconi rogaverunt. Sed nihil ab eo obtinere potuerunt, taleque ab eo responsum acceperunt. Quando dimisero ensem meum, tunc dimittam ut Dominum Leonem Papam in cathedra S. Petri non restituam.

Joannis obitus.

3 Nuntii vero reversi, sine consensu & voluntate Imperatoris, eumdem Benedictum Diaconum in Romanum Pontificem (ordinaverunt). Quod audiens Dominus Imperator magis in furore & ira exarsit: undique circumvallavit civitatem Romanam, per diversas civitates & oppida cœpit deprædari, incendere atque vastare & funditus dissipare; & in tantam penuriam & captivitatem eam adduxit, ut modius surfuris venumdaretur triginta denariis. Coangustati autem & afflicti Romani, & tam pessimum malum sufferre D non valentes, innocentem Benedictum Imperatori tradiderunt, & Dominum Leonem in Romanam & Apostolicam Sedem susceperunt, spondentes ei obedientiam & Domino Imperatori, super corpus B. Petri Apostoli: dimisit enim eis quanta & qualia perpessus est, & ita Dominus Imperator ab hac civitate Romana in partibus Galliæ recessit.

Benedicti ordinatio

& depositio.

4 *Primus* Ottonis, *adhuc Regis dumtaxat, adventus in Italiam incidit in annum Christi* DCCCCLXII. *teste Reginone, & quidem, uti fuse descripsit Luitprandus,* Joanne Papa *per Legatos supplicante, quatenus per eum eximeretur a tyrannide* Berengarii II. *Legatio autem illa missa fuerat ante biennium. Pretium viæ atque operæ in debellandis Ecclesiæ adversariis fuit Corona Imperii,* Ottoni *collata a* Joanne; *cui vicissim novus Imperator per Bullam auream Romanæ Ecclesiæ jura omnia confirmavit, & libertati Pontificiæ Electionis sic consuluit, ut simul etiam prospiceret indemnitati subditorum, vetans Electum consecrari priusquam promissionem fecerit, qualem* Leo (*videlicet* VII.) *sponte fecerat.* Autographum ipsum, aureis litteris exa- E ratum, asservatur Romæ in castello S. Angeli: *& additur in fine,* Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXII. Indictione v. mense Februario, XIII die ejusdem mensis, anno vero Domini Ottonis invictissimi Imperatoris Imperii (I. Regni) XXVII. facta est hæc pactio feliciter: *Ubi verba duo supplevi, verosimiliter ex transcribentis inadvertentia hic omissa: neque enim credibile est Imperii & Regni annos in hoc principio confusos fuisse, cum in aliis Ottonianis bullis, quarum unam in Propylæo ad 2. Tomum Aprilis exhibuimus, ii anni accurate distinguantur.*

Ottonis I. coronatio a Joanne facta,

ejusdem Bulla aurea.

5 *Aliud insigne* Joannis XII. *monumentum extat in Lateranensi olim Secretario, per ipsum extructo, & nunc in sacellum S. Thomæ Cantuariensis conversa, supra portam; ubi scilicet ipse cum Cardinalibus & Clero sacris se induebat vestibus, post persolutas Hora sexta preces processurus ad aram: quo simul & annus* DCCCCLX. *continetur, quando fabrica illa absolutionem accepit, & sacrificalis Casulæ forma, habitusque Diaconalis & Clericalis pulchre exprimitur: quare operæ pretium visum est, ipsum ex Raspono rursus æri incisum hic exhibere, qui nescio cur in designanda Sacrificii hora,* sextam *potius voluerit nominare, quam* Tertiam; *cum Rubricæ, definientes horam celebrandi Missam, jubeant.* Conventualem & solennem in festis Duplicibus ac Semiduplicibus, atque in Dominicis & infra Octavas (*quando Pontificibus potior est* F *causa publice sacrificandi quam alias*) dicta in Choro Tertia, *inchoari:* dicta *autem* Sexta, *solum in* Simplicibus & Feriis per annum: *quando* Joannem, *utique non nimis religiosum, solitum ad Altare comparere, vix crediderim; maxime, si* sexta *tunc adhuc dicebatur ipsa meridies, unde & Hispani tenuerunt, ut meridianum somnum* Siestam *nuncupent.*

Secretarii ab ipso structi monumentum in Laterano,

6 *Sed neque existimo ipsum hic* Joannem *ut sacrificaturum repræsentari, & non potius ecclesiæ illius tunc Archipresbyterum, istic ad solenniora Sacra vestiri solitum. Omnino enim grandævus senex inter juniores Clericos hic exprimitur, cui forte a se tunc recens creato* Joannes Papa *id honoris habuerit prima vice, ut suis ipse manibus Planetam imponeret sacrificaturo, cunctis cum admiratione plaudentibus: cujus rei memoria digna sit visa sic repræsentari. Certe admodum juvenis erat Papa hoc tempore, nec pueritiæ annos egressus cum ordinaretur: de quo, annum jam septimum Pontifice, cum graviter accusaretur, respondit Imperator Otho, apud tunc viventem continuatorem Luitprandi;* Puer est, facile bonorum immutabitur exemplo virorum. *Ipse vero per Legatos emendationem promittens,* haud mirum esse, *mundavit dici,* si hactenus juven-

Joannis ætas exigua.

A tutis igne devictus, puerile quid gesserit; jam tempus instare, cum alio cuperet vivere more. *Adstantes a tergo venerabundi Diaconus & Subdiaconus satis verisimile faciunt, formosulum istum pulchraque comatum Clericali in habitu, Joannem esse, ea ætate qua primi libidinis ignes acrius effervescere solent in adolescentulis, nullius reverentiæ respectuve* [illegible] *citis,* D *qualis erat* Joannes, *annum ætatis* XVIII. *tunc forte, cum istæ pingerentur, necdum egressus, & tamen jam tum in mulieres quascumque insaniens. Atque hæc occasione picturæ istius dicta sunto.*

IOHANNES PP·XII·ANNO·DNI·DCCCCCLX



Indulgentiæ a Joanne XII. concessæ quales.

7 *Idem Cæsar Rasponus lib. 2. caput 14. sic exorditur.* Innumerabilis propemodum est spiritualium thesaurorum omnis generis omnisque præstantiæ copia, quibus hanc Ecclesiam eximia summorum Pontificum liberalitas ac indulgentia locupletavit; ne quid a fidelibus ejus cultus venerationisque studiosis, eorum quæ ad promerendam peccatorum suorum veniam expiationisque post obitum subeundæ remissionem pertinent, aliunde sit requirendum. Quidquid enim insignis atque præcipui, vel ad mercedem justorum vel ad solatium pœnitentium, Apostolica dispensatione umquam obtinuit, aut longinqua S. Jacobi Compostellani peregrinatio, aut periculosa Hierosolymorum Sepulcrique Dominici adoratio, seu quid C aliud usquam sanctimonia ac religione visendum adorandumque est, id omne veteres Romani Pontifices ad augendam hujus Basilicæ venerationem certatim ei detulere; præcipueque Joannes XII. collabentis ejusdem ædificii restaurator, ac Bonifacius VIII. Quibus quidem adeo multa visa sunt Indulgentiarum reliquorumque spiritualium privilegiorum hic attributa beneficia, ut numerum inire opus humana virtute sublimius judicarint. Verum hæc omnia generatim & sine ulla dierum & operum ad hujusmodi gratias spectantium mentione. *Operæ pretium profecto esset ipsa Bullarum verba videre, si placuisset Raspono ea dare legenda: quod autem non dederit ut alias solet, haud caret aliqua suspicione ambigui sensus, in ipsis si exhiberentur facile notandi. Interim observo istam communicationem privilegiorum peregrinationibus Hierosolymitanæ aut Compostellanæ attributorum, non posse nisi a* Bonifacio VIII. *esse, cum primum seculo* XII. *innotuerint Indulgentiæ eas obeuntibus addictæ.* F *Ad* Joannem *omnino spectare debet, quod ejus Bulla nullam mentionem faciat* dierum operumve, *unde confirmatur (quod alibi diximus) necdum tunc usitatas fuisse determinatas certorum dierum ac carenarum Indulgentias; an autem generales termini tales sint, ut in iis deprehendi possit rudimentum aliquod ejus qui sequenti seculo magis explicare se cœpit usus Indulgentiarum, docere nos ipsa deberet Bulla, quam vel ideo plurimum optavi videre, sed obtinere necdum potui exemplar.*

8 *Porro sepultum* Joannem *ait Rasponus,* in ipsa porticu *juxta fores Basilicæ Lateranensis quod facile credidere; non item ejus esse Epitaphium quod recitat, multis magnæ virtutis laudibus plenum, præsertim ab unitate ecclesiastica pulso schismate reformata quapropter etiam* Augustis carus *exstiterit. Certius de eo credimus Canonico Romano, dicenti esse ipsum* Joannis XVIII. *in Vaticano sepulti; quod & Epitaphii istius verba innuunt, & Augustorum pluralis numerus, Duodecimo non conveniens; cujus tempore solus imperabat* Constantinus Porphyrogenneta, *exauctorato jam pridem cum filiis Romano socero & Imperii collega.* *Sepultura.*

CXXXIV. L E O VIII.

Anno 963 ... 964. LEo, natione Romanus, S. R. E. Protoscriniarius, regnante Otthone I. & imperante Nicephoro Phoca, ordinatus proxima post Synodum habitam contra Joannem Dominica, VI. Decembris, anni DCCCCLXIII. expulsus ante XXVI. Februarii, anno DCCCCLXIV. receptus a Romanis fame subactis, post XXIII. Junii; Pontificatus titulum partim Romæ, partim in castris apud Imperatorem, atque iterum Romæ gessit, annum I. menses IV. defunctus anno DCCCCLXV. initio Aprilis.

Præ-

A *Tempus sedis.* PRates annum I. *Pontificatus*, menses IIII. *vetineo cum Mariano Scoto, Wernero Rollewinck, Stella & Platina; quamvis Hermannus Contractus, Gotfridus Viterbiensis, & Ms. nostrum solum III. numerent.* Idem *Viterbiensis* annos II. *habet, quod errori librarii imputandum duxero.*

Successionis ordo. 2 *Gerbertus Remensis Archiepiscopatus invasor, in Actis Remensis Synodi a se vel suo jussu scriptis,* Leonem *identidem appellat* Neophytum, *credo quod sacrorum Ordinum caperet vixisset usque ad suam intrusionem. Ita certe* Neophyti *nomen acceptum fuisse, jam inde a tempore S. Gregorii Magni docet ejus Epistola III. libro 7* Sicut tunc, *id est in primitiva Ecclesia,* Neophytus dicebatur qui initio in Sanctæ fidei erat conversatione plantatus: sic modo Neophytus habendus est, qui repente in Religionis habitu plantatus, ad ambiendos honores sacros irrepserit: *& Hincmarus Remensis,* Neminem ex laicis Neophytum, id est, noviter attonsum & sine disciplina, vel non per tempora constituta ad Ecclesiasticos gradus provectum, Episcopum eligatis. *Cumque hoc vi-* B *tium aeque ac simonia & concubinatus, paulatim involuisset, laudes* Gregorium VII. *Hugo Flaviniacensis,* quia de Sanctuario Dei Simoniacam & Neophytorum hæresim, & fœdam libidinosæ contagionis pollutionem, volebat expellere. *Neque vero absonum est, si* Protoscriniarii *dignitas, non multum a Cancellarii dignitate diversa, penes personas laicas eo tempore fuerit, quales erant etiam ipsi* Scriniarii *sive* Notarii Apostolici, *quibus ille praerat.* Places *autem Gerbertum audire, ubi infelicem Ecclesiæ hoc tempore conditionem, & qualiumcumque Pontificum successionem describens sic loquitur.* Vidimus Joannem, cognomento Octavianum; in volutabro libidinum, etiam contra eum Ottonem, quem Augustum creaverat, conspirasse: quo fugato, Leo Neophytus in Pontificem creatur: sed Ottone Cæsare Roma discedente, Octavianus Romam redit, Leonem fugat, multaque cæde Primorum in Urbe debacchatus cito moritur. Cui Benedictum Diaconum, cognomento Grammaticum, Romani substituunt. Eum quoque Leo Neophytus, cum suo Cæsare non multo post aggreditur, obsidet, capit, deponit, perpetuoque exilio in Germaniam dirigit. *Ita ille, iniquiori quidem in Romanam Sedem animo, cui causam suam probare nequiverat; veraci tamen eatenus calamo, quatenus ordinem successionis modumque declarat.* C

An fuerit verus Pontifex? 3 Baronius, *aliique recentiores, pessime excludunt* Leonem *hunc a numero legitimorum Pontificum: neque sane id esse potuit, quoad vixit* Joannes. *Sed cur non possimus credere,* Benedictum, *quem* Joanni *mortuo suffecerunt* Romani *anno* DCCCCLIV. *virum utique humilem & sanctum, in Romana Synodo depositionis suæ sententiam, licet injustam, ratam tamen habuisse, ne contranitendo nihil nisi malum sibi, Ecclesiæ vero scandalum accerseret? Sentiat unusquisque de* Leone *ut volet: nobis consultius videtur ejus saltem nomen eo ordine ponere, quo antiqui omnes ponendum censuere, suoque usu comprobavere sequentes ejusdem nominis Pontifices. Etsi enim fortassis verus Pontifex non fuit, sub ejus tamen nomine & numero confecta extabant Acta, quæ ne cum alterius Actis confunderentur, debuit sese alius* Leonem IX. *dicere: quod & alios passim fecisse videbimus. Qui autem id facere noluerunt scriptores, in iis qui postea nomen* Joannis *habuerunt, mirum quantum conturbant Lectorem suum aut nescientem aut non recordantem, quod alius nominis numerus in Pontificiis brevibus & veterum scriptis usurpetur, alius ex recentium quorumdam calculo, unius Baronii judicio se aptantium, invectus sit. Extat porro* Leonis VIII. *prater alia alibi apud Ughellum Tom. 5. col. 45. Privilegium Rodaldo Sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ Patriarchæ,* datum, in sacratissima æde Petri Apostoli Idibus Decembris, anno Pontificatus Leonis primo, Imperante Othone anno II. *id est, octavo susceptæ ordinationis Pontificalis die.* D

E *Aquitani in schismate, pro Papa nominant Salomonem regnante* 4 *Est autem hoc notatu digna observatio eruditissimi viri Joannis Beslii, post Historiam supra citatam Pictaviensium Comitum & Ducum Aquitaniæ p. 136. suggerentis, Aquitanos cum vellent anno Regni conjungere annum* Pontificatus, *in hujus temporis perplexitate, cum tres pariter viverent Papæ dicti, scribere maluisse nomen* Salomonis, *sive ut significarent, Deum esse cujus suprema sapientia Ecclesiam regat & Apostolicam Sedem conservet, sive alia quacumque ex causa, movente Aquitaniæ Ducum Cancellarium ad hujusmodi formulam usurpandam. Ita in chartulario S. Hilarii Majoris Pictavis reperiri ait diploma,* Datum mense Martio Feria III. luna XXIV. Lothario Rege, Salomone regnante, *anno* DCCCCLXIV. *Cum autem posthac* Benedictus *&* Bonifacius, *uterque* VII. *unitatem Ecclesiæ iterum distraxissent, aliud legi,* Datum mense Junio, regnante Lothario Rege, anno D. N. Jesu Christi DCCCCLXXIV. Salomone Papa: *ac denique contendentibus de Papatu* Gregorio V. *&* Joanne XVI. *tertium quoque haberi,* Datum mense Februario, regnante Hugone Rege, anno ab Incarnatione Domini Jesu Christi DCCCCXCVI. Salomone Papa. *Ubi nota Aquitanos, qui primum seculo X. sub Guilielmo II. cœperunt annos æræ Christianæ ad publicorum instrumentorum subsignationes adhibere, id fecisse more Gallico, & tale est inter Probationes prælaudatæ historiæ productum pag. 284.* Datum mense Januarii, regnante Lothario Rege anno DCCCCLXIX. Indictione XIII. *quando nos* DCCCCLXX. *numeraremus; unde intelligas tertium diploma ex præcitatis, spectare ad annum* DCCCCXCVII. *a Januario incipiendum.* F

CXXXV. BENEDICTUS V.

BENEDICTUS, natione Romanus, S. R. E. Diaconus, regnante Ottone & imperante Nicephore anno DCCCCLXIIII. ordinatus XXIX Maji in Dominica I post Pentecosten, saltem ultra diem XXIII. Junii verus Pontifex: & rursus, postquam in Saxonia exulantis restitutionem Otto decrevit uno fere anno post: atque ita sedisse dicitur universim menses II. usque ad V. Julii, quo obiit Hamburgi in Saxonia, anno DCCCCLXV. translatus Romam sub Ottone III. anno DCCCCXCIX. Post ejus obitum vacavit Episcopatus usque ad I. Octobris. *Ab an. 964. ad 965.*

Bimestre sui quomodo numerandum? PLatina *inter* Joannem & Benedictum *tantum* XII. *dies numerat: sed potuit fuisse deceptus ab aliquo, qui* II. *descripserat pro* V. *nimis enim expresse Regino dicit, quod* Joannes XI. Idus Maji rebus humanis excessit, *nec credibile est ante Dominicam ordinatum esse* Benedictum. *Ab hoc autem die, usque diem depositionis suæ, non est integre mensis: est ergo verosimile,* bimestre *eidem adscriptum compleri per* men-

menses & amplius, qua vivis anno sequenti, post reditum ei ab Ottone decretum. Quod confirmat opinionem nostram de assensu per eum præstito in suam depositionem, quando sine Imperatoris consensu factam Ordinationem synodus invalidam judicavit. Potuit certe vir Sanctus, ut dixi, quamvis injuste depositus, noluisse ut sua causa schisma fieret; ideoque abdicasse, quod extra gravius malum non poterat retinere. Nullam ei imaginem dederat Cavallerius, quem verum Pontificem fuisse non existimabat: sed dederat unam Stephano, *Electo post* Zachariam, *quem ad numerum facere non arbitramur, tutius antiquitatis exemplum potius quam Baronium aliter facientem secuti. Typographus ergo, nesciens quomodo* Benedictum V. *exprimeret, & habens supernumerariam* Electi *istius imaginem sculptam, hanc illius loco substituit ne nullam poneret; quod ei indulgendum censui.*

Interpontificii ratio. 2 *Quod ad Interpontificium attinet, vacasse Sedem post* Benedictum *dicit Platina dies* XX. *vel* XXX. *quod cum dici nequeat cum respectu ad abdicationem* Benedicti, (*post hanc enim ne ad unum quidem diem vacavit Sedes*) *sed intelligi debeat per respectum ad mortem; præsumere libet, excidisse Platinæ numerum mensium duorum, cui addi debuerint* dies, *non* XXX. *sed* XXV. *atque ita pervenietur ad* 1. Octobris, *qua Dominica fuerit: & habebitur congruum tempus sex fere mensium omnibus rebus digerendis, quæ inter* Leonis VIII *obitum &* Joannis XIII. *ordinationem intercessisse constat. Tota autem ratio temporis confirmabitur in obitu ipsius* Joannis, *qui non finit eum ante Octobrem fuisse ordinatum. Nunc solum adverto, eo tempore quo nondum ordinata erat, ut nunc, veredariorum per dispositas equas commeantium opportunitas, omnia fuisse per missos expressos peragenda: hi autem primum Roma in Germaniam ad* Otthonem *debuerunt venisse, tum ab hoc mitti Hamburgum ad revocandum* Benedictum; *indeque reverti ut mortuum nuntiarent, ac demum cum Legatis Cæsareis redire Romam; quo per æstivos calores non datur accessus nisi cum præsentis mortis discrimine. Quid ergo abs re dicimus, cum putamus non potuisse ad Consecrationem novi Pontificis procedi ante* Septembrem *finitum?*

DISSERTATIO XXXIV.

De Benedicti V. Pontificatu, exilio, sepultura, ac Professione.

Exilium & mors Hamburgi. 1 ADamus *Bremensis in chronica sic de hoc* Benedicto *scribit lib. 3. cap. 6.* Reversus in patriam *Adaldagus*, Archiepiscopus *Hammaburgensis*, duxit in comitatu suo Benedictum Papam ordinatum, sed ab Ottone Imperatore depulsum: quem ille in Hammaburg custodiæ mancipari præcepit: Archiepiscopus vero magno cum honore usque ad obitum eum detinuit. Nam vir Sanctus litteratusque fuisse dicitur: qui & dignus Apostolica Sede videretur, nisi quod per tumultum a populo Romano electus est, expulso eo quem ordinari præceperat Imperator. Igitur apud nos in Sancta conversatione vivens, aliosque sancte vivere docens, cum jam Romanis poscentibus ab Cæsare restitui debuisset, apud Hammaburg in pace quievit: cujus transitus IV. Nonas Julii contigisse describitur. *Ita editio Francofurtensis anni* 1609. *per Erpoldum Lindebrogium curata. Baronius in alia editione* quarto Nonas *legit. Reginonis Continuator tunc vivens videtur* Benedicto *iniquior, dicens de eo, quod* Romanos, ut diutius Imperatori resisterent, animavit; ipseque Imperatori, & suis fidelibus excommunicationem minatus, muros urbis ascendit; & elatiori se fastu, quam Apostolicum decuerat, ostendit. *Non dissimulat tamen, quod* Imperator, celebrata B. Joannis Baptistæ nativitate, *in cujus* Vigilia urbem cœperat, & Sanctorum Apostolorum festivitate, Roma revertens, infeliciori quam speraverat omine in redeundo est fruitus: nam tanta exercitum ejus pestis & mortalitas invasit, ut vix vel sanus quis a mane usque in vesperam se victurum speraverit.

Divina ulcio depositionem secuta. *Dithmarus vero Episcopus Merspurgensis in chronico, quod usque ad annum* MXVIII. *perduxit, agnoscit pœnam fuisse violentiæ, contra* Domnum Apostolicum Benedictum *exercitæ*, quem nullus absque Deo judicare potuit. *Idem dicere de* Joanne XII. *potuisset, quamvis scelesto. Sed commiseratione digniori visus* Benedictus, injuste accusatus (*ut sperare se ait*) *ideoque improbans Imperatoris factum, cum gemitu addit*, quod utinam non fecisset.

Corpus Romam relatum. 2 *Postea vero ad annum* DCCCCXCIX *hæc rursum de eo scribit jam citatus Dithmarus:* Raco, *Electus Bremensis Archiepiscopus, Romam proficiscens ordinandus*, jussu dilecti Senioris sui, *Ottonis videlicet III.* ossa Papæ Benedicti (sicut ipse prælocutus est) de Hamburg Romam reduxit. Namque Pater venerabilis, Domnus inquam Apostolicus, dum in exilio esset in Christi servitio studiosus, & adhuc Aquilonaris hæc pars optata pace gauderet: Hic, inquit, fragile corpus meum debet resolvi: & post hæc omnis ista regio hostili gladio desolanda, ferisque inhabitanda relinquetur, & ante translationem meam non videbit indigena pacem firmam: quandocumque vero domi resideo, Apostolica intercessione Paganos quiescere spero. *Mirum est igitur nullam ejus uspiam Romæ superesse memoriam, vel saltem ex scripto alicujus sciri, in quam ecclesiam delata sacra ossa fuerint: quod tamen non efficit certitudini testis, loco & tempore tam propinqui: & dum alia ecclesia nulla exprimitur, supponere possum ad Decessorum suorum communem sepulturam, id est*, in Apostolicam tumbam *esse depositum, sicuti supra de* Theodoro II. *legimus*.

COENOTAPHIUM. BENEDICTI PP. V.

HAMBURGI IN CATHEDR. EX LATERE COCTILI.

Jodoc. Hamburgensis fe.

4 *Trans-*

Martyrium eidem affictum,

3 *Translationem prædictam ignoravit Albertus Krantzius in sua metropoli, lib. 2. cap. 4. & lib. 3. cap. 21. ac sequentibus, refutans fabulam de* Benedicto Papa IV. *una cum aliis multis in urbe Hamburgensi Martyrium passo a Wandalis, tempore Ludovici Pii. Hanc enim fabulam natam ostendens occasione tumulati ibidem* Benedicti V. *lib. 2. ait, ipsam* in choro majoris ecclesiæ tumulo eminenti conquiescere; *& lib. 3. dicit, quod* in choro Hamburgensis ecclesiæ cernitur tumulatus, extructo postea eminenti sarcophago: *allegat etiam sæpe inscriptionem sepulcri, quæ testetur* animi dolore confectum in pace quievisse, cum Imperatore placato revocandus in patriam ad Pontificatum duceretur. *Hoc indicio admonitus, rogavi nostrum ibidem nunc Sacerdotem, R. P. Henricum* Isaac, *zeli Apostolici Missionarium, ut ipsum tumulum mihi delineandum, & Epitaphium fideliter exprimendum curaret. Fecit is benigne quod rogabatur, misitque imaginem supra positam, ubi exprimitur a saroti seu levigati operis tumulus, paulo plus quam pedem unum communi extans pavimento, neque multo latior quam pedes tres, septem vero cum dimidio longus: in cujus superficie spectatur effigies Episcopi, in actu benedicentis baculoque Pastorali prementis caput draconis sub pedibus strati; in limbo subtus currente, ad caput quidem pedesque visuntur a* Benedicto *prædicti tumulus* bellici, *in uno vero latere mysteria Annuntiati, Prædicantis, Crucifixi & Iudicantis Christi; ex altero ejus duodecim Apostoli.*

quod hodie Hamburgi extat cenotaphium,

4 *Constat universum opus lateribus coctis*, quorum superficies ex stanno polita albicat & splendet instar vitri, *inquit mox plenius allegandus Sperlingus:* quæ incrustatio, vulgo *Glasuring* dicta, admodum nuper ex Indiis ad nos collata, aut in Batavia inventa, ut Porcellanica vasa imitaremur, vix centum annorum ætatem egreditur. Olim nihil tale noverat figlina ulla vel Germania nostra. *Quamquam enim antiquitas illa* Glessum *suum habebat, testibus Tacito Plinioque; ea tamen voce vel* electrum *seu* succinum, *vel* vitrum *significabat, neque noverat ipsum dissolutum lateribus figlinisque vasis inducere: nunc autem novitio huic invento vetus nomen aptavit, & ipsum quod dixi opus* Gleysweek *appellat*, Gleysa-steenen, Gleyse-potten, Gleyse-schotels *lateres, pocula, lances ex Glesso: adeoque res ista frequentiori usu facta est communis, ut etiam mos invaluerit Belgis, istiusmodi laterculis integra aularum pavimenta parietesque obducere. Figuris color albus, fundo viridis: duodecim autem ejusmodi lateres totam cenotaphii superficiem componunt. Epitaphium charactere vetusto, sed optime distincteque, spectabili totius a saroti limbum circumiens, hoc legitur.* Benedictus Papa, qui de Sede Apostolica per violentiam amotus, & post cum revocaretur, obiit Hamburgi anno Domini DCCC. quadragesimo primo; quinto Nonas Julii, & sepultus est hic.

Figlinum & glessum,

cujus occasio sumpta ex cenotaphio hic expresso,

5 *Cæterum ex erroribus chronologicis, quibus scatet hoc Epitaphium, non diem, non annum, aut denique seculum ex vero referens, sed ad* Ludovici Pii *tempora assurgens, satis apparet, non prius constructum fuisse hunc tumulum, quam exoleta jam memoria translati Romam corporis temporisque, quo vere obiit* Benedictus *Hamburgi exul. Error autem sic semel commissus in tempore, fundamentum dedisse potuit prædictæ fabulæ ex* Quinto Benedicto *facientis* Quartum, *& ex* Confessore Martyrem, *occasione plurium Martyrum ibi olim cæsarum ab infidelibus, in quorum comitatu fingitur fuisse* Benedictus, *ad eos convertendos hac Romam cum multa societate profectus.* Volavit, *inquit Crantzius* nænia in parietes, picturis commissa; efferuntur statuæ, de ligno excisæ, velut Martyris pro Christo cæsi. *Petrus Lambecius* vir clarissimus, *postea Cæsareus Viennæ Bibliothecarius, secundo Originum Hamburgensium libro, qui necdum ad nostras manus pervenit, dicitur figuram ejusdem cenotaphii repræsentare sub finem: in primo autem libro quem habemus pag. 37. & sequentibus, annorum esse prolixe probat: &* dubium, *inquit, nullum est quin legendum ibi sit* DCCCCLXV. *deinde censet* ab annis trecentis vel quadringentis, vel extructum vel renovatum esse, sive negligentia sive *ἀνιστορησίᾳ* istis seculis familiari: *mox autem ad fabulam prædictam de* Benedicti *Martyrio confutandam transit.*

sed plurium calculis reprobato.

& ante 3. vel 4. secula facto.

6 *Eumdem lapidem versandum sibi nuper etiam sumpsit prænominatus Otto Sperlingus, in Kiloniensi Holsatiæ Academia* I. V. *Doctor, Dissertatione erudita, Kilonii impressa anno 1675. sub hoc Titulo*, Monumentum Hamburgense Benedictinum, seu de Inscriptione & tumulo Benedicti Quinti Pontificis Romani, qui in choro majoris ecclesiæ B. V. Mariæ apud Hamburgenses olim fuit & hodiedum spectatur. *Hujus Dissertationis exemplum dono Generosi Domini Baronis de Kilmans-egge accipiens, disco; nullas in earum regionum ecclesiis Inscriptiones reperiri seculo* XIV. *antiquiores; tum quia grandiores lapides cædendi nullasdum usus erat; tum quia ad illud usque tempus circumsessæ a gentibus barbaris ecclesiæ, & frequentibus earum irruptionibus vexari solitæ, formidabant ejusmodi indiciis furiosam infidelium rapacitatem & impietatem sacrilegam irritare. Post* Benedicti *quoque adventum, ait, sæpius incendio conflagrasse & urbem & ecclesiam, ut illius si quod fuerit monumentum debuerit funditus periisse. Rem autem eo adducit Sperlingus, ut subiis, quibus etiam nunc nova ecclesia insistit, fornicibus sive cryptis, sepultum fuisse* Benedictum *suadeat; humoque ut moris erat conditum eo loco, unde Othonis III. ætate est erutum corpus Romamque translatum: quo tempore si quæ in pauperrima tunc ecclesia fuissent Inscriptiones, apud Bremenses Hamburgensesque, non existimat Adamum Bremensem eas omnino tacitas fuisse præteriturum suo in opere, quo ætatem & sepulturas Episcoporum, ex aliis monumentis librisque donationum, tam anxie conquisivit.*

ejusdem novitas demonstrata nuper a Sperlingo,

judicante quod in crypta sepultus, indeque Romam translatus Benedictus.

7 *Docet præterea idem Auctor hanc, quæ nunc cernitur, ecclesiam, Schowenburgensium in Nordalbingia Principum ætate & munificentia structam; indeq; conficit, vix ante annum 12 Hamburgi conspici cœpisse* Benedicti *cenotaphium illud, quod vidit descripsitque Krantzius, multo amplius altiusque, & hac fere formula verborum, litteris vero, longioribus multo quam nunc videantur, insculptum.* Anno Domini DCCCXL. IIII. Nonas Julii, beatissimus Pater Benedictus, summus Pontifex, in exilium missus Hammaburgum, cum nunc revocandus esset & reduceretur ad Pontificatum, dolore animi confectus, in pace quievit, atque hic tumulatus est. *Ita Krantzii verba, hinc inde sparsa, ex stylo sec. XIII. disposuit collegitque Sperlingus; qui etiam existimat* monumentum illud non exiguæ molis fuisse, quod Krantzii tempora viderunt homines; ea sola causa a templi Curatoribus deinceps sublatum, quod nimium incumberet jam fornicibus, quibus vel sola vetustas morbus est, vel ipsum sua sponte cœpisset hiare & collabi: pro quo, annis aliquot post Krantzii excessum (*is autem obiit an.* MDXV.) breve illud ac levidense monumentum, in veteris locum suffectum sit, cum inscriptione alia quam olim; ita tamen ut annus & dies ex priore retinerentur, reliqua vel omitterentur vel mutarentur. *Figulus fortassis aliquis, ante abdicatam Hamburgi Catholicam religionem, hoc artis suæ specimen extare voluerit, Ecclesiæque donarit (numquam enim alias visum fuit, ut integrum sepulcrum ex figlina prodiret officina) sed labori sump-*

seculo 13. in nova ecclesia erectum & sic cenotaphium illustre;

pro eoque sublato,

serventis sec. 16. vilius illud,

tuique pepercerit, in mensuram tam exiguam altitudinemque tam modicam opus extendens: cui operi inscriptionem aptare rogatus Canonicorum *aliquis, qui mentem istam forte figulo ipsi injecerat; debuerit tamdem multo breviorem facere. Alia plurima longeque minutiora Sperlingus observat, ut ostendat nihil simile* Benedicti *ævo scribendum fuisse, quibus opus non est immorari, cum rem ipsam habeamus evidentis novitatis convictam. Unum non omiserim, allegari ab eodem narrationem peculiarem de* Benedicto V. *editam a Lindebrogio inter Historicos Septentrionales; de cujus narrationis ætate eo minus possumus definire, quod nihil ex ipsa acceptum profiteatur Sperlingus, neque quidquam ipsemet dicat non alibi inveniendum; nisi forte, quod mortuo Leone missi sint legati a Senatu Populoque Romano,* Azo Proto-scriniarius & Marinus Episcopus Sutrii, *repetituri* Benedictum *ob Imperatore; & hunc ipse putat ab iis inventum Magdeburgi: nam ibi* vi. Kal. *Julii signasse Hamburgensibus invenitur Privilegium quoddam, ipso eodem anno* DCCCCLXV.

Baronius contra eude intellexit Titulum Martyris datum Benedicto.

8 *Baronius videtur existimare,* Benedictum, *statim ab ipso obitu suo cœpisse ab Hamburgensibus coli velut* Martyrem, *propter ea quæ passus est dira & contumeliosa;* uti sancti Martyres iidemque Pontifices, Pontianus atque Martinus, in exilio vita functi: tradunt *enim* nonnulli, *inquit Krantzius,* eumdem, priusquam Imperatori dederetur, a Leone execratum & omnibus ecclesiasticis ministeriis solenniter degradatum & exordinatum fuisse. *Quia autem vera exilii historia notam aliquam videbatur inurere* Ottoni, *ideo putat idem Baronius datam esse occasionem aliam causam Martyrii fingendi. Et hac fortassis conferri potest, quod Asculana Cathedralis Ecclesia in Piceno habeat statuam pectoralem argenteam veteris operis, cui litteris antiquis inscriptum legitur:* Caput S. Benedicti Martyris & PP. *de quo tamen nullum ibi officium fit, non apparet autem cujus* Papæ *id esse possit, nisi hujus.*

Puto id contra de intellectum a Baronio.

9 *Dum apud Chrysostomum Henriquez, in Fasciculo Sanctorum Ordinis Cisterciensis lib. 2. pag. 59. fatetur* R. P. Gaspar Rinckens, Carmelitarum Antverpiensium Prior, se vidisse antiquam Benedicti Martyris imaginem, ubi idem Pontifex in habitu Carmelitarum & pectore transfossus aspicitur, *dum inquam id ille fatetur* Chrysostomo; *fatetur etiam nobis, Ordinem suum eodem fundamento, quo Sanctos* Dionysium *atque* Telesphorum *Pontifices sibi adscivit, id est nullo; adscivisse sibi illum, de quo Hamburgi narrabantur fabulæ; in eoque errore perseverasse, usque dum Joannes Palæonydorus priori figmento substituit aliud, nihilo minus paradoxum (quod tamen etiam nunc mordicus tenent Carmelitani Speculi recudendi auctores, quia Possevinum nostrum aliosque nonnullos ei vident adstipulatos) & de* Benedicto XII. *credi voluit, quod fuit* primo Doctor Theologiæ Ordinis Carmelitarum, deinde assumptus in Abbatem in ordine S. Benedicti anno MCCCXXXIV. *Sed amente amentior sim, si non potius credo ipsimet* Benedicto XII. *de se sic scribenti:* Hujus quoque Ordinis (*de Cisterciensi loquitur*) ab adolescentia nostra perseveranter jugum sustulimus, & in eo alumni effecti, per temporum curricula diuturna crevimus, tam in illo quam extra illum, successivis Prælationis honoribus.

Eidem tremere ingestu habitus Carmelitarum.

Quod tamen transfertur in Benedictum 12.

10 *Bonus Henriquez, unum curans ut suis Cisterciensibus totum vindicet* Benedictum XII. *pacandis Carmelitis offam (ut sic loquar) objicit, itsque Benedictum* V. *relinquit, de eo intelligi patiens hoc epitaphium, a Possevino relatum; & Duodecimo, Avenione coronato ac sepulto, Ordinemque Cisterciensem a juventute professo, nequaquam applicabile;* Hic jacet Benedictus, quem Carmelus protulit, Casinus aluit, Vaticanus coronavit. *Recitat illud Possevinus noster, tamquam in* æde Divi Petri *ætate sua legeretur. De quo cum nihil habeat Canonicus Romanus, antiquas Basilicæ Vaticanæ inscriptiones seculo* XII. *colligens, neque Appendix Antiquarum inscriptionum nescio quo Manlio auctore identidem allegata a Baronio, veluti sub hujus seculi* XVII. *initium primum edita in lucem, verosimile fit vel tale nihil in Vaticano unquam lectum fuisse, sed Possevino id esse ab aliquo impositum, vel contentus fuisse neminem, qui crediderit Epitaphium istud esse alicujus Romani Pontificis. Si in rerum natura fuit aliquando* Benedictus *quidam, professione Carmelita arte poeta, huic dixerim a Pontifice quopiam, bonarum artium fautore, annuam super Cassinense monasterium pensionem assignatam, ne tandem lauream Poeticam in Vaticano datam. Et sic esset facilis intellectus Epitaphii istiusmodi, si vere ullum aliquando exstitit: nobis satis est ostendisse, nihil ipsum facere ad historiam Romanorum Pontificum, relicta Carmelitis libertate divinandi de eo, quem Auctor Epitaphii, si non ex cerebro suo finxit, vero potuit significasse.*

Auctoritas alicujus epitaphii.

Nihil ad Pontifices pertinentis.

CXXXVI. JOANNES XIII.

Ab an. 965. ad 972. an 6 m. 11. dies 6.

JOANNES, natione Romanus, ex patre Joanne Episcopo, ipse Episcopus Narniensis, coronatus I. Octobris in Dominica imperantibus Otthone & Constantino, anno DCCCCLXV. sedit annos 6. menses XI. dies VI. obiit VI. Septembris anni DCCCCLXXII. depositus in Basilica S. Pauli a dextris ingressus; & cessavit Episcopatus usque ad XXIII. Septembris.

Chronologia, in Epitaphio signata, falsa.

E*pitaphium etiamnum legi in prædicta S. Pauli Basilica, cum subjectis die atque anno Depositionis seu Obitus, testatur* Baronius *ipsumque sic recitat;*

Pontificis summi hic clauduntur membra Joannis;
Qui prudens Pastor persolvens debita mortis,
Istic præmonuit moriens sua membra locari;
Quo pietate Dei resolutus nexibus atris,
Inter Apostolicos cœlorum gaudia metat,
Plaudat, & exultet sociatus cœtibus almis,
Dicite corde pio relegentes carmina cuncti,
Christe, tui famuli misertus scelera purga,
Sanguine qui sancto re emisti crimine mundum.

Hic vero summus Pontifex Joannes in Apostolica Sede sedit annos septem; depositionis ejus dies VIII. Idus Septembris, ab incarnatione Domini anno DCCCCLXXII.

2 *Vides hic annos rotundo signari numero: ad confirmandam autem Chronologiam nostram facit instrumentum de erectione Beneventani Episcopatus, per hunc Papam factum, prout ex originali ipsum accuratissime edidit Ughellus tom. 8 col. 92.* Scriptum per manum Stephani Scriniarii S. R. E. in mense Maii Indict. XII. *Post ipsius vero* Joannis Sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ XIII. Papæ, *manu propria factum subscriptionem, &* signum Domni Ottonis piissimi Imperatoris, *atque subscriptiones viginti trium Episcoporum, ac septem S. R. E. Cardinalium additur:* Datum VII. Kalen. Junii per manum Guidonis Episcopi

ex ejus Brevi.

A pi sanctæ Silvæcandidæ Ecclesiæ & Bibliothecarii sanctæ Sedis Apostolicæ, anno Pontificatus Domini nostri Joannis XIII. Papæ quarto, Imperatoris Othonis Majoris VII. & Minoris II. Indictione supra dicta XII. anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXIX.

Acta ex Ms. nostro confirmata

3 *Acta ejus in compilatione Ms. nostri sic enarrantur.* Hic comprehensus est a Rofredo Campaniano Comite, cum Petro Præfecto & adjutorio vulgi, populi, qui vocantur * Decarcones: recluserunt eum in castello S. Angeli; & exinde eum extrahentes mandaverunt eum in Campaniam in exilium: mansitque in exilio menses X. & dies XXVIII. Opitulante autem misericordia Dei interfectus est Rofredus Comes, a quodam Joanne, cum filio; & reversus est Joannes Papa Romam in suum honorem. At ubi deveniens Romam Otto Imperator audivit quanta fecerant Romani prædicto Joanni Papæ; comprehendit Romanorum Consules, & ultra montes direxit in exilium: de vulgi populo, qui vocantur Decarcones, duodecim suspendit in patibulis: Petrum autem Præfectum, per quem omnia mala perpetrata sunt, in potestatem Papæ dedit. Qui prædictus Joannes Papa fecit ei abscindi barbam, & per capillos capitis sui eum suspendit in caballum * Constantini, ad exemplum omnium, B ut videntes deinceps metuerent talia facere. Expoliatum autem miserunt eum super asinum, ex adverso, caput ejus ad caudam asini, & posuerunt utrem in capite ejus pennatum: similiter & in coxis ejus duos utres, & tintinnabulum ad collum asini. Et sic per totam Romam flagellatus & ludibrio habitus, missusque in carcerem, per multa tempora maceratus est: D & postea ad Imperatorem dederunt, & ultra montes direxerunt. De Roffredo vero Comite & Stephano Vestiario, quia mortui erant, jussit Imperator effodere sepulcra eorum, & ossa eorum foras projici.

** an. Decarchones i. Decuriones.*

Pœna de ejus hostibus sumpta.

** imo Antonini.*

Rebellionis causa.

4 *Auctor Appendicis ad Reginonem exilium* Joannis *ad annum* DCCCCLXVI. *ad sequentem vero refert reorum supplicium. Fortassis enim hunc quoque assumptus prætextus fuerit, quod, cum Episcopus Narniensis esset, conjurarentur perduelles fieri non potuisse Pontificem Romanum. Insignem vero Pontificis hujus memoriam quotannis Ecclesia facit in Lect. VI. pro S. Petri ad Vincula Kal. Augusti, narrans miraculum anno* DCCCCLXIX *patratum interventu* Joannis *Papæ, sacra Vincula applicantis Comiti cuidam, ex familia Ottonis Imperatoris, ab hoc ad illum misso, ut liberaretur a spiritu qui eum misere divexabat.*

Interpontificium dierum 13.

5 *Stella & Platina paulatim incipiunt notare dies vacantis Sedis, & hic quidem notarunt* dies tantum XIII. *sed cum de die constet, quo mortuus* Joannes, *nec verisimile sit mutatum aliquid in observatione Dominica, quam posthac etiam plurima certissima exempla probabunt; velim credere, antiquiorum Catalogi, non auctori, sed transcriptori accidisse, ut pro* XVI. *legeret ac scriberet* XIII. *his includendo ipsum diem quo mortuus est Papa, quemadmodum deinceps sæpius usu venit. Itaque ad* XXII. *Septembris Sedis vacationem extendo.* E

CXXXVII. BENEDICTUS VI.

Ab an. 972. ad 974. an. 1. m. 6.

BENEDICTUS, natione Romanus, ex patre Ildebrando, imperantibus Otthone I. & Joanne Tzemisce, ordinatus XXII. Septembris in Dominica, DCCCCLXXII. sedit annum I. menses VI. sub quorum finem depositus, & ordinato contra eum Bonifacio strangulatus est in carcere, fortassis circa initium Aprilis: & cessavit Episcopatus usque ad electionem Doni, puta usque XXVI. mensis præfati.

Benedicti captivitas.

CONTINUATOR *Catalogi in Ms. nostro:* Iste comprehensus est, *inquit*, a quodam Cencio, Theodoræ filio, & in castellum S. Angeli retrusus, ibique strangulatus, propter Bonifacium, quem miserunt vivente eo Papa, *forte* Papam. Centius *autem sic compendio dictus, videtur esse* Crescentius *ille, cujus Epitaphium a* Baronio *profertur ad an. 996. num. 11.* C *ubi dicitur,*

Quis auctor injuriæ?

Eximius civis Romanus, Dux quoque magnus,
Ex magnis magna proles generatus & alta,
Joanne patre, Theodora matre nitescens.

Hic in pœnam sacrilegi istius facinoris immisso divinitus morbo castigatus, ad S. Bonifacii factus est monachus: Theodoram *autem &* Joannem *haud immerito eos hic intelligit* Baronius, *quorum supra turpem nimium vidimus in Apostolicæ demum Sedis erupisse infamiam,* Joanne *ad summum Pontificatum provecto: nec enim natalium illum dedecus* Crescentio, *eorum filio, viam præcludere poterat ad summos in Romana Urbe gradus, opibus maternis paternisque dignitate suffulto.*

Successit ei Benedict. 7.

x *Hermannus Contractus, in correctiori & locupletiori operis sui exemplari, quod post recognitionem & emendationem ab Auctore factam repertum est in monasterio S. Georgii in Hercinia silva, indeque cum prioris operis textu e Sangallensibus Mss. antea vulgato simul editum, inter alios Germanicæ historiæ Scriptores illustres an. 1585. Francofurti; Hermannus, inquam Contractus ad annum* DCCCCLXXIV. *ita habet:* Romæ Benedictus Papa, a Romanis criminatus, strangulatur; & eo vivente Bonifacius Papa ordinatur: sed post annum & mensem expulsus Constantinopolim petiit: & Benedictus VII. Sutriæ Episcopus, Papa F CXXXVIII sedit annis IX. *Causa criminandi, & velut illegitime intrusum deponendi* Benedicti, *quæ fingi potuerit, tacentibus Scriptoribus, non divino: quod depositioni suæ uno solum mense supervixerit, censeo; quia sic videor commode pertingere ad ordinationem* Benedicti VII. *nequaquam differendam ultra Majum anni* DCCCCLXXV.

BONIFACIUS VII. ANTIPAPA.

Ab an. 974. ad 975. an. 1. m. 1.

BONIFACIUS, antea Franco, Romanus, ex patre Ferrutio, in locum depositi Benedicti sacrilege ordinatus anno DCCCCLXXIV. puta XXIX. Martii, in Dominica Passionis, oppositum sibi cito habuit Donum; sed eodem sexto Sedis suæ mense defuncto, perrexit invasæ Cathedræ incubare usque ad Aprilem anni DCCCCLXXV.

Mutatio nominis.

1 SICUT Octavianus, *in ordine Pontificum* CXXXIII. *assumpsit nomen* Joannis: *ita hic proprium* Franconis *nomen convertit in nomen* Bonifacii, *rectius appellandus* Malifacius: *credo autem quod tam hic quam ille*

A *ille nomina mutarint, quia utrumque prorsus Gentile, non videbatur decere Vicarium Christi. Quod si ex nominis sui vero etymo, quo* Frank *Teutonice,* Liber *dicitur Latine, appellationem inter Pontifices haud ignotam sumere* Franco *voluisset; poterat ex Græca lingua* Eleutherius; *vel ex Latina vocari* Liberius. *Patrio nomen, aliis omnibus ignotum, suggessit nobis Mſ. deductum usque ad* Martinum V.

Tempus occupata Sedis.

2 *Non fuisse illum ab urbe pulsum, nisi* post annum & mensem *a sua qualicumque Ordinatione, credimus Hermanno Contracto. Quod uno* solum mense *invasa Sedi absque æmulo incubuerit, Gotfrido Viterbiensi tribuimus eumque hic secuto Auctori Compilationis Chronologicæ; cui si addas mensem, quo in carcere* Benedictus *vivebat; habebit* menses duos, *assignatos in nostro Mſ. præfato, sed perperam notatos* duodecim, *cujus mendi apparet vitium, quod mensibus sic scriptis præponatur* annus I. *quem annum cum hic Auctor, Gotfridus Viterbiensis, Compilatio Chronologica, atque Joannes Stella eidem tribuunt, nihilominus addentes menses v. vel vi. omnino caruisse noscuntur; dum scilicet ipsi anno, quem habuit* Bonifacius *post mortem* Benedicti, *adnumeraverunt eos menses, quos sine æmulo habuit* Bonifacius; *quosque soli verosimiliter inveneruat numeratos ab iis, qui inter ipsum &* Benedictum VI. *collocavere* Donum. D

CXXXVII. DONUS II.

Anno 974. menses 6.

DONUS, natione Romanus, imperantibus Otthone II. & Joanne Tzemiſche, cognita vulgo Benedicti morte, contra invasorem Bonifacium, a meliori Cleri ac populi parte ordinatus anno DCCCCLXXIV. sedit menses VI. puta a XXVI. Aprilis, quæ fuit Dominica II. post Pascha, usque in mensem Octobrem, & sepultus est ad S. Petrum: & cessavit Episcopatus ultra medium Aprilem anni DCCCCLXXV. E

B

A nonnullis præteritur,

1 NEque Hermannus Contractus, neque nostra *Mſs Vitæ Pontificum,* Donum *hunc recensent: credo, quia videbant nullum ei posse tempus relinqui, quod usurpator* Bonifacius *non occuparit: alii vero omnes sic eum nominant, quasi succedens* Benedicto, annum I. & menses VI. *sederit; & nihilominus* Bonifacio *post illum relinquunt* quinque vel sex menses; *videlicet Marianus Scotus, & Wernerus Rollewink, atque Joannes Stella; ut taceam Gotfridum Viterbiensem, & Compilationis Chronologicæ auctorem, qui* Bonifacio *post* Donum *duntaxat assignant* mensem unum, *omisso forsitan per incuriam anno, quem Hermannus dederat, vel eum mensem intelligentes quem ante* Doni *Pontificatum habuit* Bonifacius *vacuum, mortuo* Benedicto. *Ut ut est: nemo nunc* Donum *excludendum putat Pontificum numero; & in eo quem statuimus ordine omnes antiqui conveniunt, ut sederit inter* Benedictum *&* Bonifacium. *Ego ex sesquianno, quem certum est* Dono *non posse competere, propter eitius suffectum magisque legitime ordinatum* Benedictum VII. *solum menses VI relinquo* Dono, *inchoandos* XXVI *Aprilis & protrahendos usque ad ultimos dies Octobris: quo tempore idem hic tenuerit forsasse Lateranense Palatium atque Basilicam;* Bonifacio, *viribus Crescentii nixo, ejus munitissimam domum, quæ hodie Castellum S. Angeli dicitur, cum ponte alrisque munitionibus occupante. Dixi forsassis, quia cum nullum usquam hujus* Doni *monumentum Epistolare appareat; vereor ne ipsum quoque Lateranense Palatium, cum Cancellaria Pontificia, manserit in potestate* Bonifacii, *ad S. Mariæ Majoris vel alibi utcumque commorante* Dono, *& ægre sustinente nomen quod Ordinatio dederat, exercitio Pontificalium munerum vacuum.*

ab ceteris ponitur post Benedictum VI.

sed ante eum ipso & post ipsum sedit Bonifacius VII.

C

2 Hic, *inquit Stella, & iisdem fere verbis Platina,* Benedicto Pontifici suffectus, multæ modestiæ & integritatis vir fuit; & propterea nulla injuria affectus, neque ignominiam notatus; qui tandem moriens, in B. Petri Basilica sepultus est, *permittente id verosimiliter* Bonifacio, *itaque sibi conciliante populum, qui pro vero Pontifice* Donum *habuerat; ut hujus partis jam accedente consensu, potuerit* Bonifacius *tandem verus ac legitimus Pontifex haberi; nisi contrarium postea fuisset judicatum in Synodo, de qua infra.*

per Doni mortem æmulo liberatus.

3 *Imperium Romanum hoc tempore obtinebat* Otto II. *anno* DCCCCLXVI. *in festis Natalitiis coronatus a* Joanne XIII. *præsente & postulante patre* Ottone I. *a cujus morte, anno* DCCCCLXXIII. VII. *Maii obita, annus agebatur secundus, quando obiit* Donus. *Interim non poterant non multæ querelæ ad novum deferri Imperatorem, ab eis qui* Donum *elegerant, contra* Bonifacium *invasorem & homicidam; ut proinde, vitio ordinatum, minime habendum pro vero Pontifice, Imperator crederet. Tali ergo occasione factum esse facillime potuit, ut junior Otto patri suffectus, ejusque mater S. Adalais, ex Burgundia in Germaniam venire ad se fecerint* S. Majolum *Abbatem Cluniacensem, cum eo consultaturi de Romano Pontificatu in ipsum transferendo, quem turbis Ecclesiæ & Urbis componendis aptissimum imprimis esse noverant; uti in Vita ejus ad* XI. *Maii illustrata narrat, non solum Nalgodus, nequaquam (ut Henschenius credidit) coævus Sancto, sed etiam Syrus, revera contemporaneus, in Vita ab Henschenio posita loco 2. ut invenitebatur ab Aldebaldo æque coævo interpolata. Sed hos memoria sua fefellit, cum num. 45. dixerunt, quod Sanctus,* Ottonis secundi juncta cum precibus matris prece, Italiam repetere a partibus est coactus Galliæ. *Neque enim ante annum* DCCCCLXXX. *in Italiam profectus est* Otto Junior; *& toto illo triennio, quo in Italia reliquum vitæ transegit Imperator (ad annum scilicet* DCCCCLXXXIII. *qui vitæ ejus, defuncti* VII. *Decembris, postremus fuit) non vacavit Romana Sedes; vivente etiam tum, qui ipsam octavum jam annum tenebat* Benedicto VII. *Obrepsit ergo illis* Italia, *pro* Germania, *ad quam profectus post* Doni *mortem* Majolus *fit: & hoc suspicarus forsasse posterior in scribendo Nalgodus, caute abstinuit a Provincia nominanda. Porro* Majolo *excusante se, &* Bonifacio *nequaquam segniter per Legatos agente, ut suam Ordinationem Imperatori probaret; fieri potuit ut hujus quoque accederet consensu, & vel saltem tolerantia, quoad usque cum exercitu in Italiam trajiceret,* Bonifacius *cœperit verus Pontifex aut esse aut haberi.*

Interim ab Imperatore accersitus S. Majolus.

in Germaniam, non in Italiam,

F

oblatū Pontificatum recusat.

4 *Baronius, nullo sententiæ suæ allegato auctore (hunc autem scimus primum ac solum catenus fuisse Onuphrium) post* Joannis XII. *mortem collocat trimestrem* Doni *Pontificatum anno* DCCCCLXXII. *circa* XIV. *Kalendas Januarii (ut putat) defuncto, substituit* Benedictum VI. *cui strangulato successerit anno* DCCCCLXXIV. Bonifacius *invasor, Sedemque tenuerit annum unum ac mensem unum, verum uti tyrannus non nominatus ab antiquioribus, anno autem sequenti* LXXXV. *expulsus a* Benedicto VII. *Nobis hæc probari non possunt*

Ordo successionis turbatus ab aliis.



Tab. XXIV


CXXXIX. BENEDICTVS VII.


CXL. IOANNES XIV.


CXLI. BONIFACIVS VII.


CXLII. IOANNES XV.


CXLIII. GREGORIVS V.


CXLIV. SILVESTER II.



A *sunt, propter contrarias antiquiorum assertiones, probatas ac proferendas; quinam autem sint illi qui Bonifacium exclusferint a numero Pontificum, hactenus ignoro; tantum enim abest ut fecerint aliqui eorum quos* D *novimus; ut econtra quidam* Donum *omiserint, sicut vidimus.*

BONIFACIUS VII. ITERUM.

AB exitu Octobris, aut forte die I. Novembris, anni DCCCCLXXIV. festo Sanctorum omnium eademque Dominica, receptus etiam a partiariis Doni defuncti, sedit menses v. usque Aprilem anni sequentis, tum primum Urbe pulsus & declaratus illegitimus. *A Nov 974 ad Aprilem anni 975.*

Nec hic qui dem vicies verus Pontifex. HIc non vererer Pontificem CXXXIX *appellare* Bonifacium, *eorum exemplo qui illum nominant inter* Donum & Benedictum VII. *vel etiam* Donum *praetermittunt, aut* Benedicto VI. *praeponunt; nisi eo facto difficilius foret excusare secutum novi Pontificis Ordinationem post menses non multos, ipso vivente, nec abdicante, sed Synodaliter damnato. Ut igitur veri Pontifices fuerint* Benedictus VII. & *hunc suffectus* Joannes XIV. *maneat Antipapa* Bonifacius *etiam hac vice.*

CXXXIX. BENEDICTUS VII.

B BENEDICTUS, natione Romanus, Sutrinus Episcopus, ex patre David, propinquus Alberici Romani Consulis, imperantibus Otthone II. & Basilio ac Constantino Fratribus, inthronizatus verosimiliter XXV. Aprilis, vel II. Maii, Dominica III. vel IV. post Pascha, anno DCCCCLXXV. sedit annos IX. menses II. dies VII. vel XV. obiit X. Julii anno DCCCCLXXXIV. sepultus in ecclesia, sanctae Crucis in Hierusalem dicta: & cessavit Episcopatus mensem I. dies VI. vel menses III. dies VIII. E *Ab an. 975. ad 984. m. 9. m. 2. d. 8. vel 15.*

Ratio certa temporis JOannes Mabilio *seculo* V. *Benedictino pag.* 770. *in elogio historico S. Majoli num.* 24. *diploma allegat, extans in Bullario Cluniacensi, quo monasterium Lerinensis Sancto ordinandum committitur; quodque datum legitur,* anno IV. Pontificatus Benedicti VII. Imperii Ottonis anno XI. mense Majo, Indictione V. *quibus postremis characteribus cum manifeste notetur annus* DCCCCLXXVIII. *oportet omnino, ut annus* I. Benedicti *numerari coeperit mense ipso Maii, ante diem in Bulla non expressum, vel etiam citius. Cum ista autem tam certa notitia componendus est annus ac dies mortis, sub Epitaphio non dando sic notatus,* D. X. M (*id est,* die decimo mensis) *JULII in APOST. SEDE RESIDENS IX. AN. ABIIT ad CHRISTUM IND. XII. id est, an.* DCCCCLXXXIV. *Ex hac autem compositione non solum efficitur, ut intelligantur in Epitaphio numerati* C *anni pleni* IX. *quot etiam numerant nostrae Mss. Pontificum Vitae (ex quibus solis habetur patris nomen) itemque Gotfridus Viterbiensis; sed etiam evincitur, annis* IX *addendos saltem* menses duos ac dies aliquot; *qui forsan rotundo numero scripti* menses III. & *male transcripti* VI. *fecerunt ut sic eos numeraret Marianus Scotus, non contentus annis* X. *pro quibus Wernerus Rollevink & Compilatio Chronologica male habent* annum I. *Quantum autem excessit Marianus, tantum defectu peccarunt Stella & Platina,* annos VIII. *dumtaxat,* menses V. aut VI. *adscribentes* Benedicto. *Effigies ejus &* Benedicti IX. *tales & eo ordine vide, quales & quo Ordine Cavallerius dedit: quamvis eum ordinem mutaverit posterior editio* Ciccarellae, *appareat tamen sculptoris incuria aliquid id potius esse factum, quam deliberato & fundato* Ciccarellae *judicio.*

2 *Epitaphium qui composuit, insulsus & egenus Poeta ex* Sergii III. & Stephani VI. *epitaphiis mutuatus aliquot versus, ita illud exorsus est, ut refert* Baronius, *quomodocumque potuit illud transcribens ex lapide corroso, posito in aede sanctae Crucis in Hierusalem.*

Hoc Benedicti Papae requiescunt membra sepulcro, *Epitaphium, fistam a morte positum,*
Septimus existens ordine quippe Patrum,
Hic primus repulit Franconis spurca superbi,
Culmina qui invasit Sedis Apostolicae.
Cumque Pater (Benedictus) multum certaret dogmate Patrum
.... *declarat in Synodo nullam fuisse ordinationem*
.... *sacrilegi Franconis, quod forte Donus non fecerat: unde*
Gaudet Pastor ovans, agmina cuncta simul.
Hicce monasterium statuit, Monachosque locavit,
Qui laudes Domino nocte dieque canunt.
Confovens viduas, nec non inopesque pupillos
Ut natos proprios assidue refovens.
Inspector tumuli compuncto dicito corde,
Cum Christo regnes, o Benedicte, Deo.

3 *Erit fortassis qui, ex reliquiis vestigiisque abrasorum vel contritorum versuum quadantenus suppleat hiatum relictum a* Baronio; *sensum interim supplevi ut potui, qualem res exigere videbatur. Et sic quidem, uti jam retuli, videtur Epitaphium istud primitus sculptum fuisse, sed a regresso Romam Francone, omniaque ut volebat disponente (deposito, ut mox dicetur,* Benedicti *successore* Joannes XIV.) *erasum abolitumque totum. Postea vero, cum illud restituendum mandaret* Joannes XV. *idem Poeta judicaverit vel alius nihilo cultior illo, post duo priora disticha, addenda alia duo disticha, quae etiam continerent injuriam* Joanni XV. *factam hoc modo, sicut legere* Baronius *potuit.* F *a Bonifacio 7. abolitum*

Qui Dominumque suum captivum in castro habebat; *sub Joanne 15. restitutu & auctum,*
. . . .
Carceris interea vinclis constrictus in imo,
Strangulatus ubi exuerat hominem.

CXL. JOANNES XIV.

JOANNES, antea Petrus Episcopus Papiensis, defuncti Otthonis II. Imperatoris Archicancellarius, Otthone III. regnante, imperantibus Basilio ac Constantino Fratribus, corona- *Ab aug. 984. ad 985. m. 8*

A ronatur XVII. Augusti vel XVIIII. Octobris utrovis Dominico, anno DCCCCLXXXIIII. capitur a Romanis & castro S. Angeli includitur mense Novembri, vel circa finem anni aut initio sequentis; exauctoratur vero, cum sedisset menses VIII. anno DCCCCLXXXV. circa XVIII Aprilis, ante Dominicam in Albis, vel post medium Junium: & quadrimestri ærumna fameque maceratus, moritur XX. Augusti ejusdem anni DCCCCLXXXV. in proxima Vaticana Basilica verosimiliter sepultus, absque titulo & honore. D

Tempus sedis tum Joannis,

HAc ratione videntur mihi posse conciliari, quacumque a variis perquam varie de Joanne, & successore ejus seu tyranno Bonifacio, dicta inveniuntur. Nam Joannes quidem sic fuerit, quod ait Stella, post assumptum Pontificatum mense tertio captus a Romanis, & in castello S. Angeli diligenti custodiæ mancipatus. Sic (quod ait idem, & consentiunt fere omnes) Benedicto VII. fuerit immediate subrogatus, nec nisi mensis I. dierum VI. spatio Sedes vacaverit, alias vacatura toto dimidio anno. Sic (quod nemine B discrepante habent omnes) sederit solum menses VIII. Sic (quod ait Ms. nostrum) famis inopiam sustinuerit per IV. menses: & intelligetur primum simpliciter in custodia habitus; post Pontificatum vero ei abrogatum, curante qui suffectus erat Bonifacio, fame meri coactus, aut denique occisus XX. Augusti. Quod autem ad Bonifacium pertinet, eadem ratione verum fuerit (quod Hermannus contractus ait, ut ætate proximus, ita auctoritate primus) quod Romam reversus undecim mensibus invasam Sedem occupavit, partim scilicet ut Vicarius, partim ut Pontifex: quod Joannem, non comprehenderit quidem ipse, sicut Ms nostrum habet; sed ante a suæ factionis hominibus comprehensum (accepto de ea re nuntio regressus Constantinopoli) post aliquos menses in negotia disponenda consumptos, denique deposuerit, coacta forsitan ad id pseudo Synodo Episcoporum vicinorum, idque eodem prætextu quo Formosus & Joannes XIII. judicati fuerunt Pontificatum Romanum tenere non potuisse, quia fuerant alterius Ecclesiæ Episcopi, hic Narniensis, iste Portuensis. Sic denique Bonifacius solum mensibus IV supervixerit Joanni, quod in Ms. Vaticano legisse se ait Baronius.

quam invasoris Bonifacii, uno

aut altero modo definitum.

2 Quia autem in antegressis legebatur Bonifacius mensem I. sedisse, dejecto scilicet Benedicto VI. id alii conjungentes cum mensibus XI. ab Hermanno Contracto indicatis, converterant in annum I. alii vero non sic intelligentes (uti auctor Ms. nostri) scripserunt Annum I. menses XI. quos mensis Martinus Polonus contraxit ad quinque, Gotfridus vero Viterbiensis & Wer- C nerus Rolewinck atque Joannes Stella, eo puncto anno, pro XI. mensibus scripserunt VI additis diebus X. vel XII. Hi tamen soli menses VI. cum aliquot diebus, sic etiam salvari possent, si posita inter Benedictum VII. & Joannem XIV. Interpontificio mensium III. & dierum VIII. hic inthronizatus fuerit XVIIII. Octobris in Dominica, captus in Decembri absente adhuc Bonifacio, vel eo jam præsente in Januario; arctius haberi cœptus mense Aprili, depositus vero primum mense Junio, eique absolute substitutus Bonifacius XIV. Junii in Dominica, sederit menses VI. dies X. vel XII. usque ad XXIII. vel XXV. Decembris.

3 Ejus olim extabat Epitaphium in Basilica S. Petri, juxta sepulcrum Joannis VIII. quod primus in lu- E cem Baronius sic protulit, nescio ex quibus membranis acceptum: nam Romanus Canonicus illud suo tempore non invenit.

Epitaphiũ.

Præsulis eximii hic requiescunt membra Joannis,
Extiterat dictus qui antea quippe Petrus:
Sedem Papiæ blando moderamine rexit.
. . . .
Imperatori dulcis fuit atque præcharus.
. . . .
Commissum populum Romanum moribus ornans
. . . .
Eloquio cunctis præsertim dulcis amicis,
Subjectis populis pauperibusque pius.
Defunctus est Joannes Papa mense Augusti die XX.

Dies mortis

Porro mutandi nominis, non ea causa fuit qua Octaviano & Franconi paulo ante progressis, sed alia, plena reverentia erga Apostolorum Principem: ob quam etiam successorum nemo, postquam mutandorum Pontificibus nominum consuetudo invaluit, Petri nomen sibi arrogare præsumpsit. Est autem res omnino admiratione & consideratione digna, quod cum Petri nomen, jam inde a Constantini Magni ætate, fuerit Romæ frequentatum (ut constat ex Romanarum Synodorum subscriptionibus) ad hæc tamen usque tempora nemini contigerit, cui Petri nomen obtigisset, etiam Petri successorem fieri in Apostolica Sede; quod nescio an F mere casui possit adscribi.

Mutatio nominis.

CXLI. BONIFACIUS VII.

An. 974

BONIFACIUS, natione Romanus, antea dictus Franco, ex patre Ferrutio, S. R. E. Diaconus, dejecto Benedicto VI. sacrilege ordinatus anno DCCCCLXXIV. die verosimiliter XXIX. Martii, Dominica Passionis, & oppositum sibi verum Papam Donum menses VI. passus, post annum & mensem invasæ sedis urbe pulsus, fugit Constantinopolim: indeque rediens, Sedem denuo invasit anno DCCCCLXXXV. mense Januario, seditque ex tunc menses XI. partim ut invasor, partim ut successor Joannis XIV. in carcere mortui, usque ad finem fere anni, quando obiit; post mortem fœde concisus raptatusque, & sepultusque in Basilica Lateranensi: cessavitque Episcopatus usque ad XXV. Aprilis annis sequentis DCCCCLXXXVI.

Primum Antipapa an. 974.

AUctor Collectionis in Ms. nostro nomen Bonifacii hujus in ordine Pontificum collocavit post Benedictum VI. ratione Ordinationis suæ qualitercumque usurpatæ: Gotfridus Viterbiensis, Wernerus Rolewinck, Compilatio Chronologica, Stella & Platina, post Donum. Nemo tamen omnium quidquam addit, ex quo intelligatur, quod moriente Dono non fuerit ille mansitque Constantinopoli, usque post mortem Benedicti VII. quando fretus pecunia, ex distracto ibidem ecclesiæ S. Petri thesauro collecta, ad res novandas rediit in Italiam. Itaque Hermannus Contractus eum dicto Benedicto VII. subjungit: nos vero Joanni XIV. nec eum a serie Pontificum putamus expungendum. Etsi enim vi primæ Ordinationis suæ non fuerit

post Joannem XIV. verus Papa.

verus

A verus Pontifex, potest id tamen factus censeri post mortem Joannis, per tolerantiam Cleri, quæ pro consensu habita suffecerit ad valorem Actorum, ab eo ut Romano Pontifice celebratorum.

2 De ejus exitu in Ms. nostro hæc leguntur: Repentina morte interiit: & in tanto odio eum habuerunt sui, ut post mortem ejus cæderent eum, & lanceis vulnerarent, atque per pedes traherent, nudato corpore usque in campum ante Caballum Constantini: ibique projecerunt eum atque dimiserunt: ubi mane venientes Clerici, & videntes eum ita turpiter & cum dedecore jacentem, cæsum, & laceratum, collegerunt & sepelierunt. En tibi rursus nominatum Equum Constantini (quia sic vulgi opinione & usu ferebatur) quam vere fuerit M. Aurelii Antonini, quam ex pluribus olim erectis equestribus statuis unicam servavit Roma, una cum sessore suo ex ære fusum. Is ea ætate haud procul a Laterano stetisse videtur; cum siquidem Paulus III. ad aream Capitolinam deduxit, quem autem Sixtus IV. humili ac sordido loco jacentem, in area Lateranensi collocaverat, teste Alexandro Donato nostro, utique in propinquo repertum. Fioravantes Martinellus, in Trophæo Crucis pa. 136. exhibet formam veteris Patriarchii Lateranensis æri incisam, ipsaque in area, super excelsam basim, repræsentat eamdem equestrem statuam. Cæsar Rasponus de Basilica B Lateran. lib. 1. cap. 18. in eadem jacere inquit, Bonifacium septimum: sed incerto loco, quia tumulum vel in ædis incendio consumptus vel alio translatus sit: dicamus potius, quia nullus ei erectus fuit.

Mors infelix.

3 Gerbertus, Remensis Archiepiscopatus, sicut dixi, D invaserat, quasi personæ indignitas dignitatem Pontificiam exinaniret, & ceteros totius orbis Episcopos ejus jurisdictioni posset subtrahere, Bonifacii hujus indignissimam revera intrusionem, non ipsi Ecclesiæ, sed tyrannis Christi sponsam opprimentibus imputandam, sic explicat: Succedit Ottoni Cæsari Cæsar Otto, ... succedit Romæ in Pontificatu horrendum monstrum (scilicet Benedicto VI.) Malefacius, cunctos mortales nequitia superans, & jam prioria Pontificis sanguine cruentus. Sed etiam hic fugatus, & in magna Synodo damnatus est. En tibi confirmationem Synodi a Benedicto VII. celebratæ, & ex Epitaphio superius indicatæ, nec aliunde notæ. Porro Bonifacius, sive (ut eum Gerbertus appellat) Malefacius, post obitum Divi Otthonis II. qui contigerat VII. Decembris DCCCCLXXXIII. imo & post obitum Benedicti VII. intra octo menses secutum (ut Donum prætermissum non meretur) insignem virum Apostolicum Petrum, Papiensis Ecclesiæ prius Antistitem, dictum Joannem XIV. data sacramentorum fide, ab arce urbis dejicit, deponit, squallore carceris affectum perimit, bis jam patricida, & eo quem vidimus exitu dignus, non tamen pro ultimis quibus sedit mensibus necessario ex- E pungendus e Pontificum numero. Huc facit Malleacense Chronicon ad annum usque MCXXIV. pertingens, cum ante annum DCCCCLXXXV. sic scribit: sequenti anno tres Apostolici apud Romam mortui sunt, videlicet Joannes XIV. Bonifacius VII. & qui sequitur Joannes filius Roberti.

& digno gemini parricidii more.

JOANNES, F. ROBERTI, ELECTUS.

JOANNES, filius Roberti, natione Romanus, post mortem Bonifacii VII. electus, & in Palatium Lateranense inductus, ante finem anni DCCCCLXXXV. regnante Otthone III. imperantibus Basilio ac Constantino fratribus, illud absque Consecratione Episcopali tenuit mensibus IIII. defunctus vel exauctoratus post diem XX. Aprilis, anno DCCCCLXXXVI.

An. 986. men. 4.

Qui eum referant?

HUnc Joannem, cum fuit IIII. mensibus, fortasse non integris, nobis suggerunt Marianus Scotus, Gotfridus Viterbiensis, Wernerus Rollewinck, Auctor Compilationis Chronologicæ, atque Martinus Polonus: Romanum autem omnes faciunt, & post Joannem XIV. ac Bonifacium VII. ab eorum aliquibus prætermissum, nominant. Quod autem Hermannus Contractus, Ms. nostrum ac Stella, eum non noverint; & qui post hæc sequitur Joannes alius, nulla illius habita ratione numeretur in Bullis suis Decimus-quintus, plane mihi persuadet eum numquam C fuisse consecratum, ideoque a Baronio prudenter fuisse præteritum, neque inter Romanos Pontifices collocandum, nisi quatenus notitia ejus ad Chronologiam spectat. Onuphrius Panvinius, qui anno MDLVII. Platinam recognovit, eique addidit Chronicon Pontificum Romanorum; & Ioannes Ciacconius, initio hujus seculi scribens; Roberti filium nominant, eosque sequitur Claudius Robertus, in Catalogo Pontificum, Galliæ ejus Christianæ præfixo. Idem mihi quoque sequi libet, etsi unde acceptum sit nesciam. Ciacconius ipsum ponit post Joannem XV. & quæ huic acciderunt casus, sub tyrannide Crescentii, illi attribuit. Econtra Joannes de Columna apud S. Antoninum tit. 16. cap. 1. art. 17. illum IIII. mensium (ut æstimat) Pontificem dicto Joanni XV. præponit, & vocat decimum quartum.

cur videatur numquam ordinatus fuisse?

2 Quam autem est certum, Joannem vero XIV. eum esse qui obiit in carcere, mensium VIII. ut minimum Pontifex; tam etiam est certum, quod Joannes XV. annis fere X. sederit, quodque inter hunc & successorem ejus Gregorium V. interjici nequeant menses IIII. Restat igitur, ut inter Bonifacium VII. & Joannem XV. quos inter spatium VI. mensium fluxit, Joannes iste fuerit; non computandus in numero Pontificum, quia non erat (sicut dixi) ordinatus, toto fortassis Clero se ei opponente.

Male confunditur cum Joanne 14. aut 15.

3 Hic vero licet interim agere ut Pontifex non potuerit, egerit ut Electus, & quidem avare atque acerbe: unde de eo (non autem de Ioanne XV.) velim intelligere, quod huic perperam adscriptum in Ms. nostro legitur, Iste exosos habuit Clericos, & Clerici eum odio habuerunt: & merito; quia omnia, quæ habe- F re & acquirere poterat, parentibus suis distribuebat. Stella certe hæc adscribit illi, qui solum IIII. mensibus rexit, etsi eum etiam ipse Decimum quintum vocet; æque male ac Platina illum, qui vere est Decimus quartus, assumptus ex Episcopatu Papiensi.

invisus Clero.

4 Num quis vere dicendus sit Decimus quintus dubitare non possumus, cum habeamus apud Ughellum tom. 1. col. 134. privilegium ejus, scriptum in favorem Ecclesiæ Portuensis, per manus Stephani Scriniarii sacri Palatii mense Iunio: cui subscribitur, Datum VII. Kal. Iulii, per manus Ioannis Episcopi Nepesinæ Ecclesiæ, & Bibliothecarii S. Sedis Apostolicæ, anno Pontificatus Domini Nostri Ioannis, Sanctissimi decimi quinti Papæ VII. Indictione V. id est anno Christi DCCCCXCI. idem ergo hic dicitur Decimus quintus, cujus hic numeratur annus VII. proinde nequit poni alius Decimus quintus, qui solum quatuor menses sederit.

Quis vere fuerit Ioannes 15.

A D

CXLII. JOANNES XV.

Ab an. 986. ad 996. antio. d. 6.

JOANNES, natione Romanus, ex patre Leone Presbytero, de regione Gallinæ Albæ, sedit annos x. dies VI. regnante Otthone III. imperantibus Basilio & Constantino fratribus, a die XXV. Aprilis anni DCCCCLXXXVI. quando fuit in Dominica coronatus, usque ad XXX. Aprilis, quo obiit anno DCCCCLXXXXVI. forsan sepultus in Vaticano: & cessavit Episcopatus usque ad diem XVII. vel XXIIII. Maii.

Tempus Sedis.

IN numero annorum x. Scriptores omnes conveniunt; sed menses VI. addunt Gosfridus Viterbiensis, Stella & Platina; VII. Hermannus Contractus, Ms nostrum, & Martinus Polonus; Wernerus autem Rollewinck menses x. ac dies VII. Expungendos menses, solumque dies VI. vel VII. retinendas, evidenter convincit certius aliunde cognitus dies quo obiit Joannes XIV. cujus mortem saltem quarto post mense secuta est mors Bonifacii VII. sub finem anni; & initium Gregorii V. mense Majo, ante festum Pentecostes, quo B Otthonem III. (ut infra constabit) coronavit Imperatorem: adeo ut impossibile sit invenire menses VI. ne dicam plures, quos supra annos x. habuerit Joannes hic, etiamsi expungerentur ex Chronologia IIII. Menses Joannis Roberti, quos interseri debere, cum possint, probavimus.

Baronius deceptus Epitaphio, quod non ipsius,

2 Baronius, incertus quos menses Joanni huic tribueret, aliquos tamen ei concedendos putans, ejus Pontificatum exorsus est anno DCCCCLXXXV. & dies XII. addidit, finiendos cum die VII. Maji, quo mortuum notari in suo Epitaphio credidit Manlio, illud describenti ex monumentis Ecclesiæ S. Petri, ubi in Oratoria S. Mariæ sepulcrum Joannis habeatur. Sed fidelior atque antiquior Manlia testis Romanus Canonicus, in illius Oratorii descriptione nos docet, in Oratorio isto sepultum jacere, non Joannem Pontificem, sed Joannem Cardinalem Presbyterum tit. S. Anastasiæ: qui integro post hunc Pontificem seculo floruit.

sed Joannis Card. est.

Hoc, ut cetera tacerent, probaret stylus Epitaphii rhytmicus, præsenti decimo seculo necdum ad talia usurpari cœptus, paulo autem post secutis temporibus fere ordinarius. Idem inibi expressa probaret Burgundia patria, quæ Joanni Pontifici Roma fuit. Sed Manlius pro Burgundia, legis bene gaudia, absque ullo sensu: quod ut Baronium decepit, ita nos docet, Manlio isti, in iis ubi a Canonico Romano differt, nihil aut parum credere, utpote conjecturis suis nimium in- C dulgenti cum antiquitatis injuria. Ipsum vide.

Clauditur hoc tumulo venerabilis ille Joannes,
Qui legis sacræ diffundere noverat amnes,
Egregius doctor: verbis quæcumque docebat,
Moribus & vita, tribuens exempla, gerebat.
Hunc a Canonici districto jure rigoris
Non timor aut lucrum, non gratia flexit amoris.
Det Deus æternum cælorum lumine plici,
Cui dat Roma mori, dederat Burgundia nasci.
Quando vir iste obiit, si vis cognoscere verum,
Septima lux Maii fuit isti meta dierum.

3 Hæc dum nihil faciunt ad eum de quo agimus Joannem Papam XV. relinquitur nobis libertas de die mortis ejus aliter statuendi. Necesse est porro, ut fateamur, Epitaphium quidem nullum haberi, sepulturam autem verosimilius datam Joanni esse, ubi Decessorum plerisque, videlicet in basilica Vaticana S. Petri. Vitæ epitomen hanc recitat Stella, utique ex antiquis monumentis: Fuit vir tanto magistratu dignissimus: utpote imprimis in re militari exercitatissimus, & insigni doctrina clarissimus, quique & nonnulla edidit librorum volumina. Attamen a Crescentio, urbis Romæ Consule, sibi imperium vindicare conante, & seditionibus & aliis perturbationibus agitatus, in Etruriam, ut ejus cupiditati cederet, exulatum abiit. Sed Crescentius cognita Pontificis indignatione, qua iratus Otthonem Cæsarem contra se cum exercitu in Italiam vocavit; ipsius Pontificis cognatos atque amicos, qui in urbe remanserant, ad Pontificem rogatum mittit, ut omissa accersendi Otthonis cura ad Urbem cum potestate E redeat. Precibus suorum itaque permotus Joannes, ad Urbem, procedente obviam Crescentio cum universo populo, venit: & Pontifice introducto Crescentius cum universis seditiosis Pontificis pedibus provoluti veniam petiere; atque ita ad concordiam redacti vitam simili quiete usque in finem perduxere.

ejus fuga et rediens.

Joannis eruditio litteraria,

4 Hæc Stella: sed vereor, ne ambigua aliqua scriptionis compendiariæ nota deceptus, pro re litteraria, in qua exercitatissimus fuerit Joannes, legere se crediderit & commendari in eo experientiam rei militaris, nihil magnopere conferentis ad dignum Pontificem faciendum, sed neque expectanda a filio Presbyteri, quem scilicet, etiam ante susceptos sacros Ordines cum in matrimonio viveret, & filium istum gigneret, præsumere debemus in toga potius litteratum, quam in sago armatum egisse. Insignem autem Joannis doctrinam, qua fuerit tanto Magistratu dignissimus; negat quidem Gerbertus, jam bis nominatus, Remensis Ecclesiæ invasor, ausus blasphemando contra eum, a quo fuerat deponi jussus, sic interrogare præsentes in Concilio Remensi Episcopos; Hunc in sublimi solio residentem, veste purpurea & auro radiantem, quid esse censetis? Nimirum, si caritate destituitur, solaque scientia inflatur & extollitur, Antichristus est in templo Dei sedens; si autem nec caritate fundatur, nec scientia erigitur, in templo Dei tamquam statua, tamquam idolum est; a quo responsa petere, marmora consulere sit. Negat, inquam Joanni scientiam Gerbertus; & ignorantia inquit, in aliis Sacerdotibus utcumque tolerabilis, in Romano, cui de fide, vita, moribus, disciplina Sacerdotum, deque universali Ecclesia judicandum est, intollerabilis videri potest. Sed qua certitudine illam negat, satis declarat inquiens; cum hoc tempore Romæ nullus pene sit (ut fama est) qui litteras didicerit. Quam enim falsa ea fama esset, si qua erat, præclare S. Abbo Floriacensis Abbas, Gerbertum confutando demonstravit, sic eum aggressus.

temere a Gerberto Remensi negata.

F

eamdem concesso agnoscente ipsius Legato,

5 De hoc te ipsum appello, Gerberte, quod, velis nolis, fateri rogaris, id quod Synodo posteriori Remensi actum est, ubi Leo Apostolicæ Sedis Legatus, Abbas monasterii S. Bonifacii in Urbe, tecum differens, quantumlibet propriam causam agente, Archiepiscopatus Remensis, quem possidebas injuste, ferventissimus disputator existens; te reddidit prorsus elinguem, & vinculis fortissimorum enthymematum vinctum, etiam te Sacerdotalibus vestibus, quas male indueras, spoliavit. Tuo didicisti tunc damno, si, qui sunt Romæ, litteras scirent: Quanta illum opportuit imbutum fuisse scientia, cum non adversus te solum dimicans, sed adversum omnes Episcopos qui huic priori Remensi Synodo interfue-

A fuerunt, & Canonum plaustra in eamdem Synodum invexerunt, disputans, omnes confutaret? Qua dicendi eum oportat præditum esse arte, qui tot Episcopos palinodiam cogerat recantare, a sententia Regis divilleret, & in suam volentes atque consentientes adduceret? Sane quidem haud erat viri non doctissimi tanta præstare. Hac S. Abbo, non solum eo facientia, ut credatue haud dissimilem ministro suo fuisse Pontificem; sed etium ut noverimus, quomnum spectet epistola ejusdem Abbonis, extuns lib. Miscellunearum Baluzii pag. 409. scripta L. sancti Bonifacii carissimo earissimorum Abbati. Ait enim quod cum ambos Remis positos, in istu scilicet Synodo, caritas conglutinaret labiis privatæ collocutionis, tot oratorios rivos, tantos sanctæ Scripturæ favos, bono zelo fulminea lingua ejus eructavit, cotam & lacreto; ut exclamans compellar, inquit, dicere, Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum. Et prosequitur. Ergo ad talia rutilantium verborum fulmina, coactus sum deinceps ubique confitari, vos tonitruum esse Spiritus sancti, qui super Apostolos in linguis ignais descendit; qui etiam vos ardentem romphæum, ad secandos improbos de templo suo, septem donis grattarum decenter elimavit.

viro diserrissimo,

B 6 Non est ergo hic Abbas L. ut in Praefatione sensit vir alias eruditissimus Stephanus Baluzius Fuldensis in Germania monasterii, ubi S. Bonifacius Episcopus & Martyr requiescit, Abbas; multo minus Lambertus, ejusdem monasterii Camerarius (quem aliquando factum Abbatem nulla istic monumenta probant) sed S. Bonifacii Martyris Romæ; uti vel ex ipsa patet Abbonis epistola, gratanter commemorant, quomodo ejus incomparabilis bonitas ad cetera officia etiam hoc adjecit, quod si ipsum Abbonem urgeret super aliqua re domestica voluntas, corroborare privilegia Floriacensis monasterii per Romanæ auctoritatis stylum Apostolicum, fore se in omnibus & per omnia fidelissimum collaboraturem. Romæ commorantem solitum credas qui hæc promiserit; magis autem si legas explicantem Abbonem quomodo illuc veniens affectus sit absentia ejus, quo intercedente prædicta se confecturum fuisse sperabat: quemque eo postea redisse intelligens, eidem per S. P. Benedicti monachos (utique Cassinenses, Romæ tenuisitum habentes) scribit, rogans ut perficeret quæ coram promiserat. Non etiam possum id quod ait Abbo, quando magnifica Principis Apostolorum membra supplex adii, Romanam ecclesiam digno viduatam Pastore, heu proh

Lomo S. Bonifacii de Urbe Abbate,

ad quem, non ad Ab. Fuldensem est epistola Abbonis,

C dolor! inveni; non possum, inquam, cum prælaudato Baluzio id sic intelligere, quasi auctor non voluerit indicatum, se Romam venisse vacante per Joannis mortem Sede; sed Joannem, suo judicio, non fuisse ea dignum. Qui enim primum nosse Leonem coepont anno DCCCCXCV. in Synodis habitis IV Nonas Junii & Kalendas Julii; quid mirum est, si Romanum iter (cujus causa præcipua fuisse videtur Arnulfi restitutio, aliquamdiu frustra sollicitata apud Regem) distulerit usque in Aprilem anni subsequentis? itaque mortuum revera Joannem invenerit, nec capessendam successoris electionem putaverit, urbe per Crescentii factiones turbata, absenteque Leone, fortassis propter easdem turbas?

circa Joannem male intellecta a Baluzio.

7 Notabile est autem, ad commendationem sequentis Pontificis, quod subjungitue. Nuper autem audivi nuntium, qui me lætificavit super aurum & topazium, erectum esse Apostolicum decus per quemdam Imperialis sanguinis virum, totum virtutibus & sapientia præditum, ... Ipse autem, idem Spiritus, inquit ad Leonem Abbo, qui inspiravit omnis eloquentiæ florem Gregorium, scilicet Magnum; inspiret hujus suæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ venerabilem A-

Ex eadem habetur laus successoris,

postolicum Gregorium V. vobisque concedat ut sitis D eidem ipsi dulcissimas a Secretis, ad consolidandam dejectionem Apostolicæ auctoritatis. Idem quod Gregorio tunc erat, verosimiliter etiam Joanni fuerat ipse Leo; eaque occasione factum sit, ut S. Adalbertus, Pragensis Episcopus ac postea Martyr, cujus Acta illustravimus XXIII. Aprilis, Romam advectus anno DCCCCLXXXIX. & a Joanne Pontifice permissus monasticam ibi vitam amplecti, prædictum S. Bonifacii monasterium sit ingressus, insigni tunc disciplina florens sub istiusmodi Abbate: quem suspicari possis etiam ex Saxonia aut saltem ex Germania fuisse oriundum, eoque & cariorem tunc Gregorio, & antea ad susceptionem Adalberti pronsorem.

cujus etiam Secretarius Leo iste fuit.

DISSERTATIO XXXV. al. XX.

De solennium Canonizationum initiis atque progressibus.

QUando loco jam plus quam uno declaravimus, Epistolam, quæ circumfertur sub nomine S. Ludgeri, de Canonizatione S. Suitberti facta a Leone III. E purum ac merum esse figmentum: nec minus fidenter rejecimus illas anteriores Canonizationes, S. Kiliani & Sociorum atque S. Trudperti, a Luca Castellina attributas Zachariæ Pontifici ejusque successori Stephano II. non est nobis prætereundum hoc loco, licet tum in Baronii Annalibus, tum in Conciliorum tomis obvium, exemplum Canonizationis solennis a Romano Pontifice celebratæ, quia primum de quo nequeat dubitari; Sancti scilicet Udalrici Augustani Episcopi, vita hac mortali functi anno DCCCLXIII. die IV. Julii. Hujus actionis tota solennitas in eo consistit, uti ex ipso Canonizationis Decreto habetur, quod anno DCCCCLXXXXIII. Conventus est factus in Palatio Lateranensi pridie Kalendas Februarii, residente Joanne sanctissimo Papa cum Episcopo & Presbyteris, adstantibus Diaconibus & cuncto Clero: quod surgens reverendissimus Luidolphus Augustæ Episcopus petiit, ut omnibus Episcopis & Presbyteris ibi residantibus legeretur libellus, quem præ manibus habebat, de vita & miraculis venerabilis Udalrici, sanctæ Augustanæ Ecclesiæ dudum Episcopi, & quod libitum fuerit decerneretur: quod, eisdem perlectis & receptis, communi consilio decreverint omnes memoriam illius affectu piissimo, devotione fidelissima venerandam, anathemati subjectis iis qui decreto refragari præsumpserint, observatoribus vero ejusdem benedictione cumulatis; quod decretum ipsum, omnibus Archiepiscopis Episcopis & Abbatibus in Gallia & Ger- F mania commorantibus mittendum, scriptum est per manus Stephani Notarii Regionarii & Scriniarii S. R.E. in mense Februario Indictione sexta, ann. DCCCCXCIII. quod subscripserint primum Pontifex hoc modo: Ego Joannes, sanctæ Romanæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ Episcopus, huic decreto a nobis promulgato consensi & subscripsi; tum, Joannes, Episcopus sanctæ Anagninæ Ecclesiæ subscripsi, & sic alii tres Episcopi deinde, Bonizo Archipresbyter & Cardinalis S. Luciæ consensi: itaq; octo alii Presbyteri Cardinales; deniq; Benedictus Archidiaconus, & alii tres Diaconi: additoq; quod Hi omnes consenserunt & subscripserunt, signantur omnia, hac solenni formula, Data tertio [Nonas] Februarii, per manum Joannis Episcopi sanctæ Nepesinæ Ecclesiæ & Bibliothecarii sanctæ Sedis Apostolicæ, anno Pontificatus Domini nostri Joannis sanctissimi Papæ XV. octavo, & Indictione sexta.

Prima de qua constet fuit S. Udalrici an. 983.

in Synodo Laterano ad id collecta,

lectis vita et miraculis,

subscribentibus Papa & aliis.

a Si quis attulerit antiquius exemplum & a quo certum postulata per extraneos Pontificia ditioni Episcopos ab Apostolica Sede canonizationis alicujus, libenter suscipiam: neq; enim existimo nullum extitisse: puto ta-

Nempe eo seculo cœperunt prona, licet etiam exteros Romanum appellare.

A men hujus rei initium non esse a seculo, de quo agimus, decimo valde commovendum. Interim apparet non esse rejiciendum, quod tom. 2. Monastici Anglicani pag. 125. legitur post Passionem SS. Wulfedi & Ruffini, licet alioqui fabulosissimam, quomodo Edgaro Principante atque Pontificantibus SS. Dunstano Cantuariensi Archipræsule & Erchewaldo (imo Ethelwaldo) wentoniensi Episcopo...., studebant plures religiosa devotione patriæ suæ Sanctos exaltare, pia solicitudine vitas illorum investigare, summique Pontificis auctoritate ipsos canonizare. Quamvis autem non fuerit locorum Ordinariis, præsertim Archiepiscopis & Primatibus, diœceses suas visitantibus aut in Synodo propria residentibus, sublata libertas, qua fuerant usi jam inde ab initio Christianitatis, primum Martyribus, deinde etiam Confessoribus impendendi honorem Canonizationis, nomina eorum recipiendo in Diptycha, sub eorumque invocatione ecclesias vel oratoria cum altaribus ad sacrificandum erigendi; corpora de prioribus sepulcris elevandi, aliaque similia, in quibus tunc censebatur Canonizatio consistere, faciendi, vehementer tamen suspicor ejusmodi facultatem, si aliquando fuit penes eos Episcopos qui erant Ordinationis Pontificiæ, sive suburbicarios (ut alii appellant, quia sub Urbis Vicario Pontificio constituti, suam ordinationem immediate suscipiebant ex Pontificia auctoritate & gratia) suspicor, inquam ejusmodi potestatem, si penes eos aliquando fuit, pridem ademptam ipsis fuisse.

ad quod an ٍٍٍvero videntur obligati fuisse soli Episcopi suburbicarii.

B

3 Causam ita suspicandi habeo, quod licet inter formulas Diurni Pontificii ista ætate collectas, nulla reperiatur quæ huc faciat; doceatque illos quid agendum sit, quando in eorum diœcesibus contingeret aliquem ex vita functis, cum magna in vulgo opinione Sanctitatis, divinis illustrari miraculis, quibus ostenderetur dignus Sanctorum cultu: ex iisdem tamen formulis patet, nequidem circa veteres probatosque a majoribus Sanctos eorumve Reliquias aliquid ipsos innovare potuisse absque licentia Apostolica. Etenim Capite 5. de sacris locis & Sanctorum Reliquiis, titulo XVI. de recondendo corpora Sanctorum, indicanti suis in paecibus corpus alicujus Beati (utique veteris) noviter fuisse repertum, quodque genitor ejus in basilica quam noviter ædificavit idem corpus statuit collocandum, petenti autem ut eadem ecclesia solenniter debeat consecrari, respondet Pontifex, ex ordinaria in talibus formula; Si in tua, Frater carissime, parochia memorata constructio jure consistit, nullumque corpus ibi constat humatum, percepta primitus a præfato viro donatione legitima, quæ in luminariis ejusdem basilicæ digne possit sufficere, eamdem ecclesiam convocatis aliis Confratribus & Coepiscopis nostris tibi vicinantibus, stude solenniter dedicare; quatenus devotionis suæ in consecratione quam postulat, potiatur effectu. Ex duabus additis conditionibus patet ratio prima; ne scilicet alieno juri, si quod habet alius, creetur præjudicium: an similiter sentiendum de secunda, ideo nempe adjectam esse, ne præjudicetur Sancto cuipiam alteri, ibidem antiquitus humato, in cujus nomine potius consecranda ecclesia sit, divinet qui potest. Sequenti porro titulo XVIII. de Basilica N. martyris, quæ post ruinam alterius juxta ipsum constructa est, Episcopo petenti facultatem ejusdem dedicandæ, & ut de prædictis ruinis ad novam basilicam, in honorem ejusdem Martyris dedicatam, ipse ejus Reliquiæ transferantur; Pontifex concedit dedicandi locum prædictum licentiam: sed & Reliquias cum honore debito transferendi, atque in ea quæ noviter constructa est Basilica consecrandi. Atque hæc sufficere reor ut credamus, eos quorum potestas, in rebus tanto minoribus quam est Canonizatio novi Sancti, tantopere castricta fuit, ut sicut ex aliis formulis constat, etiam ad cujuscumque oratorii vel baptisterii consecrationem egerent licentia petita ab Urbe; nihil circa illam facere potuisse per se, sine tali licentia.

soliti Romā in rebus multo minoribus recurrere;

C

& ut Diurno Pontificio respondit satisfaceret:

D

4 Interim mirum manet nullas inveniri formulas, quibus eis, saltem in ordine ad faciendam ab ipso Pontifice novi alicujus Sancti Canonizationem committitur informatio sumenda de sanctitate & miraculis, vel quibus eamdem ultro offerentibus respondetur; cum tales occasiones defuisse non potuerint. Mirum etiam, in toto Anastasiano opere, ubi non rara fit mentio antiquorum Martyrum, per Romanos Pontifices ad varias urbes ecclesias translatorum; nullum apparere vestigium cultus cujuscumque decreti alicui Confessorem, ex tam multis qui ab initio ecclesiasticæ pacis, sub Constantino Magno, per proxima quinque secula, venerationem publicam fidelium meruerunt, tam Romæ quam alibi intra Ordinationis Pontificiæ limites, & reipsa etiam obtinuerunt ac possident usque in hodiernum diem. Libera hic cuique manet conjectandi facultas: ego quod Clarissimus Marcus Velserus, in suis ad Monumenta Augustana observationibus, inculcat, velim meo quoque Lectori occurrere, Nos hujus generis suspiciones, uti cogitantibus in mentem venere, verosimilitudinis causa, nequaquam ad necessitatem persuadendi afferre. Igitur Anastasiani de talibus silentii, donec alia verosimilior adducatur, ratio fuisse potuit; quia ejusmodi causarum definitio fiebat in Synodis, quas annue unam aut plures Romani Pontifices celebrari coram se faciebant (nam nec harum ulla etiam habita fuit ratio ab eodem Anastasio) & quia ejusmodi Synodorum Acta vix scribebantur; sed, ut in iis sola voce decernebantur multa, sic etiam approbabatur populorum religio erga eos, quorum annuntiata Synodo sanctitas & miracula fuerant. Cum autem vel supra eorumdem tumulos excitanda essent oratoria, vel ipsa corpora levanda de sepultura priori & sub altari collocanda, verosimile est id intra prædictos Pontificiæ Ordinationis limites factum non fuisse absque rescriptis, qualia jam vidimus in usu fuisse circa Reliquias Sanctorum veterum; quod autem eorum formulæ nullæ modo inveniantur, ideo acciderit, quia res ista non fuerit ex ordinariis & quotidie occurrentibus certoque recurrentibus, quas Diurni ratio solum fere postulabat; unde factum sit, ut hæ, non illæ, fuerint per ejusmodi collectiones servatæ.

in quo tamē Diurno nihil invenitur de Sanctis canonizandis.

nisi nec apud Anastasiū, quia id agi solebat in Synodis.

E

nec erat ex quotidie accidentibus.

5 Ut autem in Romana Provincia Suburbicarii quos dixi Episcopi a Romano Pontifice, sic alibi alii minores Antistites a suis Primatibus & Archiepiscopis censeri possunt in eodem negotio dependisse; & hi vel visitantibus subordinatas sibi ecclesias, vel Synodos Provinciales celebrantibus, vel etiam Regium Comitatum pro illius ævi more sectantibus simul pluribus, decretas aut etiam peractas fuisse plures Sanctorum corporum elevationes depositionesque sub altari; quarum decreta nulla nunc inveniuntur, quia nulla forsitan scribi solita; memoria tamen ab Actorum auctoribus conservata fuit; sæpe etiam, in demoliendis restaurandisque altaribus istiusmodi actio, inventa est lapidi, plumbo vel pergameno insculpta inscriptave. Hoc autem tamdiu duraverit, donec magis magisque invaluit usus, etiam apud extraneas Italiæ nationes, recurrendi pro talibus ad Sedem Romanam: ad quam denique solam hujusmodi declarationes vel assensum pertinere jure optimo sancitum est: eo quod jubere ut quis a tota Ecclesia pro Sancto habeatur, ad eum tantummodo spectat, qui jus habet proponendi toti Ecclesiæ quid credendum agendumq; sit in iis quæ sunt religionis, uti procul dubio est SS. Canonizatio.

Alibi res eadem fiebat in Synodis provincialibus

F

6 Quandonam porro vel a quo sancitum id primo fuit? Laudatus alibi a nobis D. Phœbaus, Alexandrum Papam III. nominet, quia sub ejus nomine in 3. Decretalium per Bonifacium VIII. collecto, tit. 45. de Reliquiis & Venerat. Sanct. cap. Audivimus, præcipitur. Ne liceat aliquem pro Sancto absque auctoritate Ro-

cujus potestas ad Sedē Apost. restricta videtur esse.

A Romanæ Ecclesiæ venerari. *Sed revera id ibi non præcipit Alexander. Quid ergo? Quibusdam diabolica fraude seductis, ad venerationem hominis, in potatione & ebrietate occisi, more infidelium frequentandam ut Sancti, præcipit*, ut illum non præsumant de cetero colere: *& rationem addit*, Cum etiamsi per eum miracula fierent, non liceret ipsum pro Sancto absque auctoritate Romanæ Ecclesiæ venerari. *Hac vero loquendi forma decretum non facit, sed factum & vulgo notum supponit. Quid autem si pro decreto fuerit sola seculorum duorum triumve consuetudo, ut maxime rationabilis, sic facillime recepta, vimque legis obtineat? Hujusmodi conjectura, si vera est, multas evaderet difficultates, aliqui subnascituras ab exemplis seculi x. vel xi. celebratarum a solis Episcopis prout antea Canonizationum: nec enim consuetudo aliqua, & quidem tam universaliter recepta, ut esse pro lege censeatur, paucis annis inducitur. Erat autem absolute inducta ante Alexandrum III. ut jam notavimus, seculo Christi XII. idque expressius etiam agnoscunt Archiepiscopus Viennensis in Gallia & suffraganei ejus anni* B MCCXXXI. *postulantes a Gregorio IX. Canonizationem Stephani Diensis Episcopi, anno MCCVIII. defuncti*; quia nemo, quantacumque meritorum prærogativa polleat, ab Ecclesia Dei pro Sancto, *ut ajunt*, habendus aut venerandus est, nisi prius per Sedem Apostolicam ejus sanctitas fuerit approbata.

non aliquo Decreto Alexandri 3.

sed antiquiori consuetudine vim legis habente;

7 *Quod ad Ceremonias in Canonizationibus observandas attinet, hæ quoque successive accesserunt actui judiciali, ab Ecclesia in talibus exercendo. Prima & antiquissima est, quam supra insinuavi & indicat Alexander Papa III. anno MCLXI. in decreto de Canonizatione sancti Eduardi Regis Angliæ, excusans quod Anagniæ existens, ipsum solus per se expediat*, quamvis negotium, tam arduum & sublime, non frequenter soleat nisi in Conciliis solennibus de more concedi. *Pronuntiabatur autem sententia ab ipso Pontifice* alta voce, *hac vel simili formula*. Ad laudem & gloriam omnipotentis Dei Patris & Filii & Spiritus sancti, & gloriosæ Virginis Mariæ, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & ad honorem Ecclesiæ Romanæ, Beatissimum N. quem Dominus glorificavit in cœlis, venerantes *in* terris, de consilio Fratrum nostrorum & aliorum Prælatorum, in Catalogo decrevimus Sanctorum annotandum, & festum in die obitus sui celebrari. *Hac formula in Canonizatione sancti Francisci Seraphici ordinis Patriarchæ anno* C MCCXXVIII *usum Gregorium IX. testatur Krantzius lib. 7. Metrop. cap. 45. & lib. 8 Saxoniæ cap. 4. Acta est autem res Assisii*, in conspectu maximæ multitudinis, quæ de diversis regionibus confluxerat; *& statim* Cardinales, *inquit ille*, Te Deum laudamus incipiunt, & populi in laudes voces depromunt. Papa de solio descendit, & cum Cardinalibus Sanctum corpus levavit de tumba, mira omnium alacritate. *Quando vero hoc fieri non poterat, ut plerumque non poterat, scribebatur Prælato ejus loci ubi corpus erat: sicut Alexander III. pro sancto Thoma Cantuariensi, scripsit Priori & Monachis Cantuariensis Ecclesiæ*, Discretioni vestræ Apostolica auctoritate mandamus, quatenus corpus ejus devote & reverenter; facta solenni processione, aliquo solenni die, congregato Clero & populo, in altari honorifice recondatis; aut ipsum in aliqua decenti capsa ponentes, prout convenit, elevetis in altum.

quæ antea etiam ordinarium erat generaliter in Conciliis

coram magna multitudine,

8 *Primum autem in aula Concilii, tali in causa celebrati, solebat sententia pronuntiari; deinde ad majorem solennitatem inductum est, ut vel in area ante ecclesiam patenti id fieret, vel intra ipsam ecclesiam. Istud habemus ex Vita sancti Petri Martyris, data XXIX. Aprilis, ubi num. 42. legitur, quod cum Innocentius IV*.............anno Domini MCCLIII. IX. Kalend. Aprili..........apud Perusium *in* platea ecclesiæ D Fratrum Prædicatorum, adstante sibi Cleri Populique ac Religiosorum Nobiliumque ac Magnatum frequentia.........eum solennitate non modica & mirabili cereorum ardentium multitudine, & eximio sacrarum vestium apparatu, Sanctorum Martyrum Catalogo statuit adscribendum. *Alterum, videlicet ut in ecclesia ipsa pronuntiaretur sententia, ideo potuit placuisse, ut eodem statim loco inchoari posset* Te Deum laudamus; *unde de Canonizatione sancti Stanislai Episcopi Martyris, ab eodem Pontifice eodemque anno* VIII. *Septembris Assisii celebrata, in Actis a Longino conscriptis lib. 3. num. 13. dicitur ea facta*, omnibus lætantibus, ardentesque cereos, ut ecclesiam continenti incendio ardere putares, gestantibus; *dum scilicet Missam celebrabat Pontifex, qua expleta ambonem ascendens pronuntiavit sententiam*. Omnibus autem rite perfectis, Cantico Te Deum laudamus a summo Pontifice inchoato, & a Clero universo ad finem expleto, facta est generalis candelarum in homines utriusque sexus distributio.

ac tandem in ecclesia,

9 *Qui Epistolam de Canonizatione S. Suiberti composuit, finxit etiam quod* Leo Papa III. obtulit eccle- E siæ *Werdensi* spirituales Indulgentias cunctis fidelibus, celebrantibus festum S. Suiberti Episcopi & ad divina confluentibus. *Ita scilicet in usu erat cum istæc comminisceretur impostor audax; qui autem tali occasione vere largitus sit aliquas Indulgentias, hactenus nullus invenitur a D. Phebeo ante* Honorium III. *qui in litteris Canonizationis sancti Laurentii Archiepiscopi Dublinensis, datis Reate anno* MCCXXV. omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui ad ecclesiam sanctæ Mariæ de Augu, ubi corpus ejus feliciter requiescit, in die solennitatis ejusdem gloriosissimi Confessoris vel infra Octavas, cum devotione accesserint, ejus orationum suffragia petituri, viginti dies de injunctis sibi pœnitentiis misericorditer relaxat. *Gregorius IX. in Canonizationibus S. Antonii de Padua, Spoleti anno* MCCXXXII. *& S. Dominici anno* XXXIV. *ecclesias ubi quiescunt similiter visitantibus* annum *unum indulsit; & mox anno* MCCXXXV. S. *Elisabetham adscribens Sanctorum Catalogo*, annum unum, & quadraginta dies *Deinde* Innocentius IV. *infra quindenam sequentem festum S. Petri Martyris, visitantes ecclesiam ejus voluit* quadraginta dies *lucrari anno* MCCLIII. *sed* Clemens IV. *sursum tempus restrinxit ad dies* infra O- F ctavam, *Indulgentiam vero ampliavit, & statuit dies* centum, *ut in S. Hedwigis a se Canonizatæ. Magis eamdem gratiam extendit* Calixtus III. *in litteris de S. Vincentii Ferrerii Canonizatione a Pio II. expeditis anno* MCCCCLVIII. *quando* in die festo *concessit* septem annos & totidem Quadragenas; *quibus* Sixtus IV. *in Canonizatione S. Bonaventuræ anno* MCCCCLXXXII. *adjecit* Dominicis singulis per annum dies centum: *Cupit sic semel augeri annorum numero*, Leo X. *ad corpus S. Francisci de Paula, anno* MDXIX. *assignavit* quadraginta annos & totidem quadragenas; *ac denique* Hadrianus VI. *in Canonizatione S. Bennonis, anno* MDXXIII. *solennitati ejus præsentibus* Indulgentiam plenariam *dedit*.

Ad majorem solennitatem superadditæ Honorius 3. Indulgentiarum dierum aliquot dare.

Gregorius 9 indulsit annum unum,

plures alii,

ac denique plenariam.

10 *Ceremoniæ sacræ, in ejusmodi actionibus observari solitæ, primum descripta reperiuntur, teste Phœbeo, in Ceremoniali antiquo, quod vetustissimo Ordini Romano succedens in usu fuit usque ad* Leonem X. *sub quo Marcellus, Electus Archiepiscopus Corcyrensis, modernum Ceremoniale edidit. In illo autem assignatur Rubrica*, De modo qui communiter servari consuevit in Canonizatione Sanctorum. *Quærenti autem, quo tempore ordinatum Ceremoniale istud fuerit, verius putat, quod sub* Clemente VI. *anno circiter* MCCCXLVII. *quia in Bibliotheca Vaticana reperitur Ms. Codex, sub eodem Pontifice exaratus, signatus anno.*

Ritus sacri in Canonizatione SS. observandi

cur absint ab Ordine Rom. vetustissimo?

A 4757. *unde putat cetera postmodum exemplaria accepta esse. Si porro quaeras, cur ea antea non fuerint etiam Ordini Romano inserta; dicam, existimare me, quia prius quam Sanctorum Canonizatio cepisset inter sacrorum solennia fieri (quae antea fiebat in aula Concilii ad ipsam collecti) nihil ea res spectabat ad Ordinem sacrorum. Postquam autem spectare eo cœpit, auctore forsitan Alexandro III. (qui primum omnium dicitur inter Missarum solennia peregisse Canonizationem S. Thomæ Cantuariensis) scripto quidem earum ordo mandatus fuisse debuit, sed scripto particulari tamdiu servari potuit, quoadusque abolito Ordinario antiquiori, successerit Ceremoniale, quod dixi.*

11. *Denique observat Phœbeus, Canonizationem S. Rochi, anno* MCCCCXIV. *factam a Patribus Constantiæ congregatis, universalisque Concilii (quod tamen tunc nondum erant) nomen sibi auctoritatemque arrogantibus, dum adhuc in tres partes scissa Ecclesia erat; observat, inquam, ex Notis Baronii ad Martyrologium Romanum Phœbeus, prædictam Canonizationem hoc peculiare habuisse, quod Sancti noviter canonizati imaginem*, solenni pompa, omni comitante populo, per urbem detulerunt Patres. *Putat autem, quod* inde vexillorum usus in Canonizationibus, eorumque solennis processio, initium sumpsit; quamvis tunc id factum fuisse constet ad arcendam pestiferam luem, quæ per totam urbem grassabatur, impetrata a Deo S. Rochi intercessione, non sine insigni miraculo, sanitate, votis omnium expetita. D

Vexillorum in Canonizationibus origo.

CXLIII. GREGORIUS V.

A 17. vel 24 Maii 996. ad 4. vel 18. Febr. 999.

GREGORIUS, antea Bruno, natione Saxo, ex patre Ottone Marchione Veronensi, ordinatus XVII. vel XXIV. Maii, Dominica ante, vel post Ascensionem anno DCCCCXCVI. regnante ac mox coronato Imperatore Ottone III. Constantinopoli vero Basilio & Constantino fratribus; sedit annos II. menses VIIII. dies II. vel menses VIII. dies XII aut XIX. aut XXVI. defunctus IIII. vel potius XVIII. Februarii, anno DCCCCXCIX. sepultus in Vaticana S. Petri Basilica: & cessavit Episcopatus usque ad II. Aprilis. B E

1 NEscio ubi invenerim, *nec tamen nisi inventum in prima Conatus hujus editione allegare potui, decretum quoddam* Gregorii V. *in favorem* Arnulfi, *jubente ipso in Cathedram Remensem restitui Palliòque donati, quasi* Scriptum per manus Petri, X. Regionis Notarii & Scriptoris S. R. E. mense Majo, Indictione nona. . . . anno I. Pontificatus Domni Gregorii summi Pontificis & universalis Papæ, Imperii vero Domni Otthonis Tertii Imperatoris anno undecimo. *Sed ubicumque illud habeatur, saltem in numeris vitiatum fuisse oportuit: siquidem causam istius* Arnulfi, *agentibus Rege & Episcopis Galliarum solenniter degradati, non potuit cognoscere & definire* Gregorius, *paucis illis diebus, quos reliquo post suam Ordinationem Majo habuit; adeoque intelligenda est pars prima sequentis Maii, quando non jam amplius* nona, *sed* decima Indictio *numerabatur, Otthonis autem III. annus, non* duodecimus, *sed primus* Imperii, Regni *vero a morte patris* decimusquartus. *Sic autem correctum in numeris Decretum, ut ad Majum anni* DCCCCXCVII. *pertineat, nihil facit ad dirimendam quæstionem de mense, quo anno priori ordinatus Pontifex, Imperator est coronatus. Baronius, cum eo quod refutavimus argumento mortuum* Joannem XV. *statuisset die* VII *Maii*, post mensem, *inquit*, unum, dies sex, in locum ipsius mense Junii subrogatur Gregorius V. *adeoque* XIII. *Junii, uti Baronii calculos subducit sequiturque Labbæus, Dominicam habiturus, si diem* XIV. *dixisset.*

Decretum pro Arnulfo Remen. vitiatum in Data.

non servit Chronologiæ.

C

2 *Habemus insignia Chronica duo, quæ Baronius vidisse non potuit, unum Hildensheimense, uno post hæc seculo scribi cœptum, & jam typis inter Francisci du Chesne vulgatum; Saxonicum alterum, anno* MCLXXXVII. *finitum, acceptum beneficio R. P. Henrici Turckii p. m. cum esset Rector Treverensis, pro seculo* XI. *ac* XII. *magno nobis usui futurum, propter accuratam nec alibi sic inveniendam rationem Saxonicorum Episcopatuum ac monasteriorum. Utrobique sic agitur de Coronatione Otthonis III. ut omnino ea facta intelligatur mense Majo, sub nonnulla tamen diei diversitate. Hildensheimense rem ita narrat.* Anno DCCCCXCVI. Indictione IX. Joannes Papa obiit. Unde Imperator in Italia positus, rumore incitatus, præmissis quibusdam Principibus, publico consensu & electione, fecit in Apostolicam Sedem ordinari suum nepotem, Dominum Brunonem Ottonis filium, qui Marchiam Veronensem servabat, imposito nomine Gregorii: a quo & ipse proximo solenni Pentecostes Imperator & Patricius consecratur. *Celebratum fuerat anno isto Pascha die* XII. *Aprilis, atque adeo solennitas Pentecostes die ultima seu* XXXI. *Maii: quo posito satis fuisset* Gregorium *ordinatum die præcedenti Dominica, die* XXIV. *ejusdem mensis. Sumenda autem erit Dominica ante Ascensionem, si placeat magis credere Chronologo Saxoni, rem eamdem sic narranti; Ottho III.* omni Italico Regno potitus, Romamque veniens, beatæ memoriæ Joannem Papam defunctum reperit: cui nepotem suum Brunonem, virum valde præclarum, non solum Cleri, sed & omnium Romanorum civium unanimi voce Pontificem electum, subrogari, pie consensit: quem Romani, dempto Brunonis nomine, Gregorium vocaverunt. Hic ergo Sede inthronizatus Apostolica, Domnum, hactenus Regem vocatum, non solum Romano, sed pene totius Europæ populo acclamante, XII. Kalendas Junii, in ipsa Ascensionis Christi festivitate, Imperatorem consecravit Augustum. *Pergens porro Hildensheimense Chronicon*, Imperator, *inquit*, habito cum Romanis placito, quemdam Crescentium, quia priorem Papam injuriis sæpe laceravit, exilio statuit deportari. Sed ad preces novi Apostolici Imperator omnia remisit. Sed non multo post Imperatore Urbe excedente, idem Crescentius Dominum Apostolicum, nudum omnium, Romana Urbe expulit. Imperator in Francia hiemavit. *Hodie Franconiam dicimus: & Pontificem eo accessisse indicat Stella, cum ait, quod* in Etruriam primum, deinde in Germaniam confugit ad Ottonem. *Prius tamen (ut habet idem Chronicon)* Anno DCCCCXCVII. Papa Ticini, adunato complurium Episcoporum Concilio, præfatum Crescentium anathemate perculit. *Contra quem sibi prospectum Crescentius volens, sicut Stella narrat*, Urbis portas ac mœnia quam diligentissime obfirmare fecit, ac molem Adriani munivit, quod deinceps ea moles non Adriani, sed Crescentii arx, appellata est.

Ordinatus mense Majo Gregorius;

Coronavit Otthonem tertium in Pentecoste 31. Maii,

vel in festo Ascensionis 21. ejusdem

F

deinde a Romanis pulsus, ad eum in Franconiam fugit.

3 *Annum* DCCCCXCIX. *lineis aliquot mutilum exhibet Hildensheimense Chronicon; solamque nobis indicat successionem* Silvestri: *huic defectui succurrens Chronologus Saxonis, quod* Gregorius Apostolicus, Imperatoris cognatus, II. Nonas Februarii migravit

defunctus anno 999. 4. Februarii

A vit ad Dominum. *Sed ne hujus diei scrupulum dubitemus facit Epitaphium, quod omnino videri possit compositum præsente adhuc Romæ, vel saltem in Italia, Imperatore; funusque per se aut Legatos curante, ubi diverso phrasi bis dicitur,* Gregorius mortuus XVIII. Februarii. *Quapropter vehementer suspicor, invenisse Saxonem compendio scriptum* x. nona, *pro* x. octava; *cumque existimaret, Latino more* Nonas *dici, ante quas solum possunt quatuor dies numerari; putaverit scribendum* II. Nonas. *Eo, dierum diversitas, concurrens cum incertitudine diei, qua ordinatus Pontifex fuit, facit ut definiri incunctanter nequeat tempus mensium atque dierum, quibus supra duos annos sedit* Gregorius. *Ego, quia Epitaphio magis credendum censeo, idque solum numerat* menses circiter octo; *libentius ordinatum illum dixerim* XXIII. *Maii, ut in Pentecoste Imperatorem coronarit, atque ita ultra* annos II solum sederit menses VIII. dies XXVI. *Epitaphium ipsum, apud Baronium ex Maffeio, tale est.*

vel potius 18. ejusdem

juxta Epitaphium quo vita explicatur.

Hic quem tegit humus, oculis vultuque decorum,
  Papa fuit Quintus nomine Gregorius:
B Ante tamen Bruno Francorum regia proles,
  Filius Ottonis de genitrice Judith.
Lingua Theutonicus, Wangia doctus in urbe:
  Sed juvenis cathedram sedit Apostolicam,
Ad binos annos & menses circiter octo,
  Ter senos Februo connumerante dies.
Pauperibus dives, per singula sabbata, vestes
  Distribuit, numero cautus Apostolico.
Usus Francisca, vulgari, & voce Latina,
  Instituit populos eloquio triplici.
Tertius Otto sibi Petri commisit ovile,
  Cognatis manibus unctus in Imperium:
Exuit & postquam terrenæ vincula carnis,
  Æquivoci dextro constitoit lateri.
Decessit XII. Kal. Martii.

adnotato die mortis:

Æquivocum ejus intellige S.Gregorium Magnum, *qui fuit* Sepultus ante Secretarium, inter columnas Porticalium, *inquit Romanus Presbyter: alibi autem de hoc* Gregorio V. *agens*, Requiescit ante Secretarium, *inquit*, juxta Pelagium Papam, *scilicet ejus nominis* Primum, *de quo similiter dixerat; sepultus est ante* Secretarium B. Petri. *Hujus Pontificis statua conspicitur usque hodie, Corbejæ in Saxonia, inter alios Sanctos ibidem aliquando monasticen professos, cum subscripto,* S.GREGORIUS V. P.M. *Sed recentioris ævi imagines eæ sunt, quam ut indubitatam fidem faciant, Monacham ibi Gregorium fuisse, nullo antiquori Auctore id attestante: verosimilius tamen istud crederetur ex Monachorum ibi traditione haberi, quam, quod idem aliquando fuerit ibi aut alibi cultus ut Sanctus.* D

Locus sepulturæ.

Corbejæ pictus ut Monachus & Sanctus.

4 Ceterum, *quando ex dictis jam constat, plus quam* octo menses *sedisse* Gregorium, *apparet quo sensu Poeta, versui suo serviens, scripserit* menses circiter octo, *quatenus scilicet* octo *est medium inter* septem & novem: *non autem sic ut solum intelligantur pauci dies octavo mensi vel defuisse vel superfuisse, qui tamen maxime obvius & familiaris talis locutionis sensus fuisset. Hinc igitur merito excusandi veniunt auctores fere omnes, qui simpliciter* Gregorio *adscripserunt* menses octo; *quemadmodum post illos etiam faciens* Baronius, *credidit se illius Ordinationem recte differre in mensem Junium. Gravius errarunt Gotfridus Viterbiensis & Wernerus Rollewinck, qui solum* menses VI. *Stellaque & Platina, qui* menses V. *scripserunt. Accuratissimus autem hoc loco Hermannus Contractus;* Venerabilis, *inquit*, Papa Canonicam disciplinam separare satagens, sedit annis II. mensibus VIIII. E

Tempus Sedis.

5 *Huic Pontificatui adscribunt aliqui institutionem Collegii septemviralis Electorum Germanicorum, & quidem quasi ejus rei auctor fuisset* Otto III. *desperans prolem, in quam Germaniæ regnum, jusque obtinendæ a Romano Pontifice coronæ Imperialis, transferret. Sed erat hic (ut recte notat Alexander Natalis Dissert. 17. ad hoc x. seculum) annos dumtaxat sex supra viginti natus, uxoremque duxerat ex qua sperare liberos poterat. Electores autem post eumdem agnoscuntur passim omnes Imperii Principes populique, uti in eadem Dissertatione per ordinem probatur in secutis postea electionibus usque ad seculum* XIII. *quando Septem Electorum notitia prima invenitur apud Albertum Stadensem ad annum* MCCXL. *Unde rursus refelluntur, qui ad Lugdunense Concilium, anno* MCCLXIV. *celebratum, referunt illam numeri restrictionem. Manet tamen quod* Innocentius III. & Clemens V. *docuerunt, ipsique Electores* Nicolao III. *scribentes anno* MCCLXXIX. *agnoverunt, scilicet quod jus eligendi Imperatorem, a Sede Apostolica quodammodo emanarit, quatenus illa, usu potius quam constitutione aliqua, se obligavit ad eum coronandum Imperatorem, qui fuerit rite Electus Germaniæ Rex, per quam Coronationem primum inter Principes Christianos locum teneat, atque Ecclesiæ Defensor ex officio sit & agnoscatur.* F

Electorum institutio ab illo non est.

Sed ad sec. 13 pertinet

C

JOANNES XVI. ANTIPAPA.

JOANNES, cognomento Philagathus, natione Græcus ex Calabria, patria Rossanensis, ex Casinensi Monacho & forsan Abbate Nonantulano, sub annum DCCCCLXXXII. factus Placentinus Episcopus, atque ex indulto Joannis XV. dictus Archiepiscopus; corrupto pecunia Crescentio Romano, qui anno DCCCCLXXXXVI. Gregorium Papam, mox a recessu Imperatoris ab Italia, Urbe expulerat, in ejus locum substitutus est anno DCCCCLXXXXVII. sequenti autem anno, & mense Sedis occupatæ decimo, pulsus obsessusque in arce S. Angeli, ac denique obsidentibus traditus, oculis, lingua, naso truncatus, deprecante pro eo S. Nilo ægre vitam servavit; haud diu post mortuus, & in Laterano sepultus.

Ab an. 997. ad 998. m. 10.

C*onstant hæc, partim ex Chronico Hildesheimensi, partim ex Vita S. Nili, patria Rossanensis, ubi ipse* Philagathus Archiepiscopus *intitulatur, & S. Nili αὐτοπολίτης* concivis; *at nesciam quo Auctore Ciacconius scripserit*, Cariatæ natum, Eradotio Diametino Patre. *Est tamen* Cariata *ejusdem Calabriæ citerioris civitas etiam Episcopalis, Geruntinensi Ecclesiæ nunc unita, simulque cum illa Archiepiscopo, non Rossanensi, sed San-Severinati subjecta, & huic metropoli quam isti paulo vicinior, licet utrimque fere media, ad mare Ionium. Porro cum S. Nilus inter causas deprecandi pro eo allegaverit, quod iste* Philagathus, *tam Imperatorem* Otthonem III. *quam* Gregorium Papam V. ex fonte baptismatis suscepit. *Quærendum est nobis, quomodo & quando. Lego igitur in dicto Chronico, quod* anno DCCCCLXXII. XVIII. Kalendas Maii Octava Paschæ, Ottoni Imperatori Juniori venit Imperatrix Romam de Constantinopoli

Post baptizatos anno 971. Ottonem 3. & Gregorium 5.

A ..... & eodem anno Otto Junior cum Seniore venit de Italia, *ac sequenti anno* DCCCCLXXIII. Quidelingaburg, ibique celebraverunt Pascha x. Kalendas Aprilis: & illuc venerunt ad eos Legati Græcorum, Beneventanorum, Ungariorum, Bulgariorum, Slavorum, Ranorum cum Regiis muneribus; *gratulari credo de nato illis nepote ac filio, Ottone III. quem etiam in eo tot Legatorum conventu baptizatum verosimile est.*

cum illius matre venetat in Germaniam, Abbatia Nonantulana donatus;

2 *Illorum Legatorum unum fuisse* Philagathum *non crediderim; sed ab Imperatrice, Græca, & Monachis pro Græcorum Principum more plurimum usi solita, Cassinum transeunte cognitum, adamatumque propter linguæ Græcæ peritiam, patris spiritualis loco esse eidem cœpisse, atque deductum in Germaniam, cum titulo Abbatis Nonantulani. Nec enim apparet quo alio jure potuerit sibi jam Episcopus Placentinus Abbatiam istam, in alia diœcesi id est Mutinensi sitam, Romanæque Sedi immediate subjectam, vindicare, uti Ughellus asserit eum fecisse, ex instrumento (ut videtur) anni* DCCCCLXXXVIII *Sic ergo Imperatorum Compater, & Imperatricis ac Principis filii Pater spiritualis promotus fuit ad Ecclesiæ Placentinæ Cathedram; sed non* B *ideo minus frequens in Aula aulicisque negotiis, in quibus missum Constantinopolim suspicor, quando prædicta* anno LXXXIII. Theophanu Imperatrix, mater Regis, Romam perrexit, ibique Natalem Domini celebravit, *uti dicitur in Chronica. Porro Roma Constantinopolim ab eadem missus, cum titulo Legati Regii, ibidem adhuc videtur fuisse cum Pontifex creatur alter ejus filius spiritualis* Bruno, *Othonis Veronensis filius & Imperatoris cognatus, dictus* Gregorius. *Hujus autem juventutem (annum enim XXIV. forte necdum compleverat) despiciens* Crescentius, *& contra Canones intrusum prætexens, facile eum* odium omnium urbe Romana expulit. *Expulsus autem* Gregorius, *sequenti anno*, Ticini, adunato complurium Episcoporum consilio, prælatum Crescentium anathemate perculit. Interea Joannes Placentinus Episcopus, Constantinopoli remeans, & Romam intromissus, Apostolicam Sedem factione Crescentii invaserat (*Stella ait, quod* grandi pecunia Constantinopoli allata corruperat *illum*) unde ab universis Episcopis Italiæ, Germaniæ, Franciæ & Galliæ excommunicatur. Imperator quoque ut Romanorum sentinam purgaret, Italiam perrexit. Anno *vero* DCCCCLXXXXVIII. prædictus invasor Joannes, ab Imperator C cæcatus & truncatus deponitur, & Crescentius decollatus cum duodecim suis ante urbem suspenditur.

tum Episcopus Placentinus & CP. Legatus Regius,

unde Romam remissus, fit Antipapa,

3 *Hactenus Chronicon illud, quæ in sua ad Cadalaum similiter Antipapam epistola x. sequenti seculo confirmans S. Petrus Damianus, & ad illum terrendum exaggerans; postquam* Joannem *etiam ea eo gravasset, quod* cum Imperatrice, quæ tunc erat, obscœni negotii dicebatur habere mysterium; *quod sane a Mariæ Aragonæ (sic enim vocabatur) moribus non abludit: qua demum impudicitiæ suæ convicta, sicuti ex Gotfrida Viterbiensi narrat Baronius, judicante marito flammis exusta fuit Mutinæ, qua iter Imperatori tunc erat, Romam ad restituendum* Gregorium *eunti. Addit S. Petrus Damianus, quod* Joannem *vulgus Romanum, jam pœnitens defectionis suæ, &* zelo ultionis actum, oculis, auribus, naribusque præciderunt eum (*licet alii id ipsi Imperatori tribuant*) mox autem ante & retro conversum in asello gloriosum equitem posuerunt, tenentemque sui vectoris caudam in manibus, per publicam urbis viam, hæc ut caneret impulerunt: Tale supplicium patitur, qui Romanum Papam de sua Sede pellere nititur.

meritorio supplicio plectitur,

Prior ... Ver... ex Chron... Saxo...

4 *Omnia jam dicta præclare confirmat & explicat nostrum Ms. Saxonicum Chronicon, ad annum Christi* DCCCCXCVII. *his verbis*. Hoc etiam anno Crescentius D quidam, diabolica fraude deceptus, Romam, absente Papa Gregorio, invasit; Joannemque quemdam Calabritanum (quem Domnus Imperator Otto III. pro Græci Imperatoris filia sibi matrimonio acquirenda, cum Bernwardo Episcopo, Constantinopolim miserat, & inde revertentem cum Græcorum Legatis, se indigno suscepit honore) eumque, non tam Papam Apostolicum, quam Apostatam constituens, Legatos Imperatoris sub ejus custodia Romæ retinuit. Hic ergo Joannes, natione Græcus, conditione servus, astu callidissimus, Imperatorem Augustum Ottonem II. sub paupere adiens habitu, ob interventum suæ dilectæ conlectalis Theophanu Augustæ, Regia primum est alitus stipe: dehinc percurrente tempore, vulpina qua nimium callebat versutia, præfatum eatenus circumvenit Augustum, ut pro loco ac tempore, satis clementi ab eo gratia donatus, pene inter primos, usque ad defunctionem suam, carus haberetur. Post dormitionem vero II. Ottonis, regnante E jam III. Ottone filio suo, quem ab ipso matris utero divina sequebatur miseratio, præfatus Joannes ingenita sibi circa eos calluit securius astutia, quod Regis infantia & Primatum ejus permittebatur incuria. Ad hæc defuncto Placentinæ Urbis Episcopo, vir bonæ indolis ei subeligitur: quo indecenter ejecto, præfatus Joannes, non pastor, sed mercenarius, eamdem, non regendam, sed devastandam suscepit Ecclesiam; quam cum aliquot annis teneret, avaritiæ diabolicæ inebriatus veneno, tantum se extulit supra se, ut etiam Romæ ipsam B. Petri Apostoli Sedem, uti prædictum est, Antichristi membrum vere effectus, fornicando potius pollueret, quam venerando insederet.

5 Anno Domini DCCCCXCVII. Imperator, tantis præsumptionibus compertis, secundam profectionem paravit in Italiam. Cui venerabilis Papa Gregorius Papiæ obviam factus, dum ei pessima Joannis & Crescentii narrasset gesta: ille divino commotus zelo, Romam quantocius perrexit cum Apostolico. Quod audientes præfati ministri satanæ, Joannes quidem fugam iniit, Crescentius vero præsidio, quod veterem Romam & Leonianum attingit Castellum, se cum suis inclusit. Tunc quidam, non tantum Imperatoris, quantum Christi amici, insequentes Joannem, comprehenderunt eum: sed timentes, ne, si eum ad Augustum destinarent, impunitus abiret, linguam ei & F nares amputarunt, oculosque pariter eruerunt. Hoc ita mulctato divinitus, Domnus Papa Gregorius Sedem Apostolicam honorifice recepit, eamque usque ad obitum suum libere insedit. Imperator igitur Romam adveniens, sanctissimam illic Christi Resurrectionem celebravit, statimque post Albas, scalis & machinis arcem, quam Crescentius insederat, hactenus omnibus inexpugnabilem, fortiter expugnat: illumque captum decollari, & e summo præcipitatum in patibulo pedibus jussit suspendi. *Sic ille, ex parte Imperatorem excusans, reliqua subticens. Idem facit Auctor vitæ S. Nili, & magis* Gregorium *gravat, tamquam præmemoratæ traductionis auctorem, postquam adducta ante se Sacerdotales vestes lacerasset suis manibus; deinde subjungit pœnam, a Sancto seni illis prædictam, quod quem Deus ipsarum tradiderat manibus, adeo inclementer habuissent; & pœnituisse quidem Imperatorem facti, ejusque expiandi causa in montem Garganum peregrinatum; de Pontifice vero audivisse se ait Auctor, quod etiam ipse* non multos post dies e numero vivorum exturbatus sit quasi tyrannus, & effossis sibi oculis, quos pendentes ad genas ferebat, ea pompa sepulturæ mandatus.

Sedis Romanæ invasio,

& in eum atque Crescentium exercita crudelitas,

quæ non impune auctoribus cessit,

6 *Falsum hunc de* Gregorio V. *rumorem fuisse, merito per marginalem notam judicavit, qui Græcolatine Vitam edidit, interpres Jo. Matthæus Caryophilus Archiepiscopus Iconiensis; putatque eo ex natum, quod Pseu-*

Tab. XXV


CXLV. IOANNES XVII.


CXLVI. IOANNES XVIII.


CXLVII. SERGIVS IV.


CXLVIII. BENEDICTVS VIII.


CXLIX. IOANNES. XIX.


CL. BENEDICTVS IX.



A *Pseudopapæ ipsi accidit: Revera tamen cito ille vita atque Papatu excidit; & Imperatori, intra triennium quo supervixit, multa evenerunt adversa, ac mors denique sine liberis obtigit; ut in eo impletum fuerit illud Psalmi* LIV. Viri sanguinum non dimidiabunt dies suos: *quod eis, aliquis bonis, speramus ad purgationem profuisse. Interim licet* Joannem *in Germania mortuum Ughellus dicat, magis opinor intra dies paucos Romæ ex vulnerum dolore extinctum, ibique tumulatum.*

& sepelitur in Laterano 7 *Ubi autem? Existima quod in Laterana, & quidem hoc addito Epitaphio:*

Hic tumulus, (falso) qui Præsulis dicitur esse
Summi: Joannes hic quoque dictus erat.

Refert illud, pede uno mutilum (quem per conjecturam supplevi) Cæsar Rasponus, tamquam ex schedis vetustis Lateranensis acceptum; utique multos putare quod sit Joannis XIV. *sed hunc in Vaticano sepultum fuisse vidimus: idemque verosimilius æstimamus de Joanne* XV. *Quis autem credat laudatissimum istum, &* B *ab iniquo Crescentio tantopere vexatum Papam, post decennem Pontificatum adeo simplex duorum versuum Epitaphium habuisse, quodcumque demum verbum adjicias ad integrandum metrum? Econtra, addita voce* falso, *convenientissimum illud est Pseudopapæ, neglectim humato nec majori honore digno. Tempus autem quo Sedem occupavit definimus fuisse* mensium x. *sequendo Gotfridum Viterbiensem, Martinum Polonum, Wernerum Rollewinck, Stellam & Platinam.*

numeratus in ordine Joannes 16. 8 *Martinus Polonus, Rollewinck, & Stella, propter* Joannem filium Roberti *quem numeraverant nominis sui* Decimum quintum, *eum qui revera talis fuit & dicitur, appellantes* Decimum sextum, *hunc nominarunt* Decimum septimum. *Platina vero, qui* Joannem XII. *post* Leonis VIII. *Antipapæ bimestrem Sedem, quadam pristino restitutum, tamquam a seipso diversum, nominaverat* Decimum tertium, *reliquos numerum consequenter, Antipapam* Joannem *censuit* Decimum octavum, *itaque progressus est. Sed quam certo constat decessorem immediatum* Gregorii decimum quintum *in suis Bullis subscribi; tam certa scimus, quod qui* Gregorio *post* Silvestrum *successit (uti infra videbimus)* Decimus septimus *numeretur in Bulla Vaticana ecclesiæ data, & sic deinceps; idque optima ratione. Licet enim non fuerit umquam verus Pon-* C *tifex hic* Joannes XVI. *tamen extabant sub eo nominis numero sparsa toto orbe, pro occasionum diversitate, epistolæ ac bullæ: quæ ne cum veri deinde Pontificis Actis confunderentur, si hic quoque diceretur* XVI. *necesse habuit* Silvestri *successor permittere, ut vocaretur* Joannes XVII. *Hoc vero etiam nos sequimur, ne si cum* Baronio *& recentioribus passim velimus, expuncto Pseudopapa, imminuere numerum, perpetua nos contingat adversari publicis ac privatis eorumdem ac sequentium temporum Actis Romanæque Curiæ Stylo, propter prædictam causam non excludentis a numero eos qui falso nomen Papæ gesserant.*

& male conjungit cum Arnul- 9 *Ciacconius in* Gregorio V. de Joanne *agens,* Adeobaldum seu Arnulfum *vocatum ait,* ex Episcopo Placentino Archiepiscopum Mediolanensem: *& hoc* D *facere videtur, quod in Chronica Farfensi Ms. Bibliotheca Vaticana, allegetur Diploma Otthonis III. cum hac clausula,* Acta duodecimo Kalendas Octobris, Indictione duodecima, anno tertio Domni Gregorii V. promulgata per manus Gerberti, S. Ravennatis Ecclesiæ Archiepiscopi, * in ea Synodo, in qua Mediolanensi Episcopo, Arnulpho nomine, Papatus ablatus est in Basilica B. Petri, quæ vocatur ad Cœlum-aureum, *utique Ticinensi in urbe. Verum hæc verba* * in ea Synodo &c. *non sunt verba Diplomatis e auctorem vero Chronici decepisse videtur Titulus Ar*chiepiscopi, *Joanni Placentino attributus a Joanne* XV *sed a Gregorio V. successore abrogatus per Epistolam, quæ extat, data ad Joannem Ravennatis Ecclesiæ Archiepiscopum, cujus jurisdictioni subtracta injuste Ecclesia Placentina eidem restituitur,* in mense Julio Indictione decima, *id est, anno* DCCCCXCVII. *Petrus-Maria Campi, post Historia Placentina Tomum* I. *producit instrumentum Commutationis, quam fecit* Donnus Joannes Archiepiscopus sanctæ Placentinæ eccle- E siæ, anno ab Incarnatione D. N. J. C. DCCCCLXXXIX. *so Archiep. Mediolan.*

& sententiam, cui subscripsit DCCCCXC. JOHS DI GRA ARCIEPUS. *Hoc autem non intelligens Auctor Chronici Farfensis, sciensque Antipapam, contra quem in Synodo Ticinensi æque ac contra promotorem ejus Crescentium processum fuerat,* Archiepiscopum *fuisse; nec alium in Lombardia Archiepiscopum noscens quam Arnulfum Mediolanensem, hunc cum Joanne Placentino male confuderit. Certe nulla est apparentia, quod castigato* Joanne *& restituto* Gregorio, *aliquis ausus se fuerit in Antipapam prorudere, nedum Mediolanensis* Arnulphus, *Imperatori subjectissimus, cujus nominis Primus abiit anno* DCCCCXCIII. *Secundus vero, non ante annum* XCVII. *creatus, supervixit usque ad annum* MXVII. *nulla uspiam infamia notatus; & æque ac prior Mediolani mortuus sepultusque.* *occasione tituli Archiepiscopalis ipsi Placentino concessi.*

10 *Rem ergo sic actam concipio, ut Imperatorem anno* DCCCCXCVI. *in festo Ascensionis vel Pentecostes Coronatum, secutus in Germaniam mense Julio sit exul* Gregorius; *annoque vertente regressus in Italiam, Ticini celebraverit Synodum circa Pascha, actam* XXVIII *Martii; in qua & Crescentium excommunicaverit ipse, &* Joannem Antipapam, *non tantum anathematizari fecerit ab omnibus Episcopis, sed etiam Placentino Ar-* F *chiepiscopatu privatum declaraverit; atque in ejus locum, cum solo Episcopi Titulo, alium eligi fecerit. Electus autem fuit Sigefridus, cui, eodem anno eodemque mense Julio, Ottho Imperator temporale dominium civitatis attribuit, teste Petro-Maria Campi; quo* Gregorius *Ravennati Archiepiscopo sicut vidimus suum in Ecclesiam Placentinam jus reddidit: simul autem ambo profecti Romam, anno sequenti,* Crescentium *&* Joannem *multis mensibus obsessam habuerunt: quibus tandem deditis castigatisque, nulla alia Synodus Ticini acta esse videtur: ista illac rediens in Germaniam Imperator, ibidem dederit diploma illud, cujus sub nota Indictionis* x. *meminit Farfense Chronicon.*

CXLIV. SILVESTER II.

SILVESTER, natione Aquitanus, antea Gerbertus, a Remensi Archiepiscopatu, ut male occupato, auctoritate Joannis XV. depositus, & anno DCCCCXCVIII. mense Aprili, ad Archiepiscopatum Ravennensem per Gregorium V. receptus; denique Romanus Pontifex coronatur, Imperantibus Otthone III. & Basilio ac Constantino fratribus, uno post anno, qui fuit Christi DCCCCXCIX. II. Aprilis in Dominica Palmarum; sedit annos IIII. mensem I. dies XI. defunctus anno MIII. XII. Maii: sepultus in Basilica Lateranensi: & cessavit Episcopatus dies XXIV.

Aqui-

A *Genus ejus.* AQuitanum *dixit Ms. nostrum*, Gallicum *Stella & Platina*, Francigenam *Epitaphium*. *Est autem notabilis imprimis locus Chronici Aurilacensis ad annum* MCXXVIII. *finiti, ubi Raimundo, ejus loci Abbate quarto hæc leguntur Tom. 2. Analectorum Mabillonii pag.* 241. Curat erudiendum Gerleotium, adolescentem obscuro loco natum: & quia ingenio erat vafer, præclarus in litteris evasit. Hic impetrata licentia, propter aviditatem scientiæ, multa circumibat regna, & ad notitiam Imperatoris pervenit: qui eum Remis statuit Episcopum, deinde Ravennæ, postea in summum Pontificem evexit: *ubi nomen* Gerlentii *pro* Gerberto *positum variis conjecturis campum aperit, quibus non lubet immorari. Chronici Malleacensis Auctor, prædicta quadamtenus confirmans, ait, quod fuit* Monachus Aureliacensis S. Geraldi ecclesiæ, *&* causa Philosophiæ primo Franciam, deinde Cordubam lustravit. *Erat* Cordubæ *Maurorum totius Hispaniæ Academia, in qua postea suas scientias professi Avicenna & Averroes magnam eidem claritudinem acquisiverunt, seculo* XI. *&* XII. *Cum autem Astrologicarum rerum studia præcipue inter Arabes istos flore-*
B *rent, hinc factum, quod* Gerbertus, *ut ait Chronologus Saxo*, optime callebat astrorum cursus discernere, *eumque* a finibus suis *esset* expulsus, Ottonem petiit Imperatorem; & cum eo diu commoratus, in Magdeburg horologium fecit, illud recte constituens, considerata per fistulam quadam stella nautarum duce. *Ista* Stella *satis intelligitur Polaris esse, Astrologis omni ævo notissima*. Fistula *dicitur specillum seu tubus opticus, cujus, ut jam tum noti, appellationem & usum operæ pretium fuerit hic notare. Sed hæc minoris momenti sunt: ad rem nostram, id est, ad Pontificiam Chronologiam, magis facit Epitaphium præcitatum, ipsi a* Sergio IV. *successore positum; quod licet jam relatum a Baronio, lubet tamen hic integrum transcribere.*

Epitaphiū.
Iste locus mundi Silvestri membra sepulti
Venturo Domino conferet ad sonitum.
** Distichō hoc explicet qui potest.*
Quem dederat mundo celebrem doctissima virgo *
Atque caput mundi, culmina Romulea.
Primum Gerbertus meruit Francigena Sedem
Remensis populi, metropolim patriæ:
Inde Ravennatis meruit conscendere summum
Ecclesiæ regimen nobile, sitque potens:
Post annum Romam mutato nomine sumpsit,
Ut toto Pastor fieret orbe novus.
Cui nimium placuit, sociali mente fidelis,
C Obtulit hoc Cæsar Tertius Ortho sibi.
triplex promotio;
Tempus uterque comit clara virtute Sophiæ,
Gaudet & omne seclum, frangitur omne reum.
Clavigeri instar erat cœlorum, Sede potitus
Terna, suffectus cui vice Pastor erat,
Iste vicem Petri postquam suscepit, abegit
Lustrali spatio sæcula Morte sui
Obriguit mundus; discussa pace, triumphus
Ecclesiæ nutans dedidicit requiem.
Sergius hunc loculum miti pietate Sacerdos,
Successorque suus compsit amore sui.
Quisquis ad hunc tumulum devexa lumina vertis.
Omnipotens Domine, dic, Miserere sui.
Obiit anno Dominicæ Incarnationis MIII. Ind. I.
M. Maii. D. XII.

Ipse, Helgado Floriacensi coævo teste in vita Roberti Francorum Regis, in triplicem suam promotionem hoc versu lusit:

Scandit ab eR Gerbertus ad eR, post Papa viget eR.

Sepultura aquam stillans; 2 *De Sepultura illius apud Cæsarem Rasponum hæc leguntur pag.* 75. In porticu ante fores Basilicæ conditus fuit Silvester secundus, ex cujus marmoreo sepulcro, cum non esset humido loco situm, nihilominus sereno etiam cœlo aquæ guttatim manabant, non sine plurium admiratione. Hujus postea sepulcri tabula D
marmorea, tumulo effosso, intra Basilicam, citra minorem ejus portam, ubi nuper erat effigies sanctissimi Crucifixi, collocata fuerat. *Recitat deinde Rasponus jam expositum Epitaphium, eidem tabulæ inscriptum, excepta linea ultima chronographica, inter illam loco aptandam forsitan sublata: ac denique addit,* quod anno MDCXLVIII. dum pro ecclesiæ reparatione nova jacerentur fundamenta, repertum fuit Silvestri ejusdem cadaver in marmorea capsa, palmis duodecim sub terram defossum, integrum, Pontificiis vestibus amictum, brachiis in crucis modum conformatis, capite sacro tiara obtecto: sed confestim loco motum, aere permeante, in cineres resolutum fuit: e quibus tamen, fortassis ob aromata quibus corpus conditum fuerat, suavis odor fragravit: neque præter argenteam crucem & Pontificalem annulum, aliud incorruptum remansit. *corpus anno 1648. repertū.*

3 *Tempus Sedis fuisse* lustrale spatium, *id est quinquennium, dicit Epitaphium: & sic etiam Hermannus Contractus rotundo numero* annos quinque *scripsit: alii* annos IIII *solum scribunt, quibus addit Ms. nostrum* menses VI. v. *Gotfridus Viterbiensis. Sed* XVIII *Tempus Sedis.* E
Februarii, quo Decessor; & XII. *Maii, quo ipse* Silvester *noscuntur obiisse ex Epitaphiis ejusmodi numerum omnino respuunt, & ultra quadriennium non nisi unum mensem relinquunt. Necesse est igitur, ut ex Epitaphii sensu dicamus,* IX. *menses anni* DCCCCXCIX. *pro anno numerari, &* v. *menses anni* MIII. *similiter pro anno. Accuratius autem notatum tempus invenerint Marianus, Rolewinck, Stella & Platina, unum solum mensem addentes quadriennio pleno, cum diebus aliquot. Dies Ms. nostri auctor* XII. *Platina* X. *scripsere, alii solum* VIII. *nos autem maluimus* dies XI. *notare, quia licet pridem ante ordinatum Episcopum non oportuerit denuo ordinari, non tamen ad Coronationis in Vaticana Basilica faciendæ solennitatem crediderim præteritam fuisse Dominicam, ex antiquo circa talia usu. Sedis post ejus mortem vacantis tempus accipimus ex Ciacconio:* Baronius *supponit* Gregorio *absque mora substitutum* Silvestrum, *& in obitu solum generice notat Pontificatus annum quintum inchoatum ei fuisse.*

4 *Calumniam* Silvestro II. *impactam ab hominum mendacissimo Bennone, centum annis ab obitu, & a* F
Martino Polono improvide renovatam, atque ab hodiernis hæreticis Pontificii nominis hostibus sæpe decantatam, Gretzerus noster argumento negativo, sed efficaci, sic refutat in Examine Mysterii Plessæani cap. 43. Silvester II. ante Pontificatum Gerbertus, erat ille nimirum qui ejecto Arnulfo Remensem Archiepiscopatum occupaverat, vir Plessæo valde bonus & pietate conspicuus, quamdiu renitente Apostolica Sede alienam Sedem occupavit. At ubi tandem mortuo Gregorio V. Gerbertus ad Cathedram Petri evectus est, jam magus & necromanticus esse cogitur, velit nolit, eamque in rem citantur scriptores, Silvestro omnes posteriores: quorum (ut in fabula de Joanne Papa) ita & in commento de magia Silvestri, dux & antesignanus est Martinus Polonus in Chronico. Bennonem enim, qui figmenti hujus primus auctor est nec S. Antoninus, nec Vincentius, nec Platina, nec Erfordienses viderunt (ut equidem mihi persuadeo) ex Bennone autem forsitan & Malmesburiensis illud hausit, de quo nihil prorsus vetustiores annalium Scriptores, Dithmarus, Rodulfus Glaber, Helgaldus, Lambertus, Marianus Scotus, & alii. *Hæc Gretzerus: cui quis credat negativum omne argumentum stramineum videri? unum hic pro multis sit, qui pari fide allegantur contra argumenti negativi efficaciam: expendantur loca singula & invenientur alio prorsus in casu illud rejicere.* *Calumnia Bennonis contra Silvestrum, argumento negativo refutata.*

5 *Ma-*

A

Sermo ejus ad Episcopos.

5 *Mabillionus præcitato Tom. 2. Analect. pag. 215. agit de variis illius scriptis, post ejusdem Epistolam de sphæræ constructione ad Constantinum Monachum Floriacensem, sub titulo* Gerberti Scholastici: *Deinde ex Ms. Thuanæo producit Sermonem* Girberti Philosophi, Papæ Romæ, qui cognominatus est Silvester, *de informatione Episcoporum; ubi qualitates, ab Apostolo requisita in Episcopis, pulcherrime exponuntur; majorique cum energia, quam idem fecerit Auctor prolixioris Vitæ S. Richardi Episcopi Cicestrensis, edita a nobis ad diem* III. *Aprilis; quod prafato mense juverit notasse. Hic vero satis sit indicasse, statim in principio apparere, quod Sermo iste sit alicujus, saltem ad Archiepiscopalem gradum evecti: nam profitetur, prædicandi necessitatem sibi impositam,* qui Gregem Christi alendum nutriendumque suscepit; *metuendumque sibi væ,* si claustra humanæ imperitiæ per claves illas regni cœlorum, quas, *inquit,* in beato Petro Apostolo cuncti suscepimus Sacerdotes, minime reseraverit: unde ...... (*pergit*) non jam ad subditum loquar vulgum, quos jugiter monere soleo, sed ad ipsos jam prædicatores vulgi mea convertam verba; & meis conservis, velut obediens servus, id est Episcopus Sacerdotibus, audaciter prædicare salutis munia non retardabo...... Audite me beatissimi Patres, &, si dignum ducitis, sanctissimi Fratres. *Hæc tamen nomine non voce, sed scripto tradita fuisse, liquet ex eo, quod* libelli *prolixitate coarctari se dicat, alloquens Episcopos a suo Archiepiscopo simoniace ordinatos: nihil tamen addit, quo cum cum scriberet plus quam Archiepiscopum extitisse certum fiat etsi verosimile videri id aliquatenus posset, pro assumpta omnes Episcopos alloquendi auctoritate. Ceterum oportet eum, qui hæc scribere ausus est, ipsummet a Simoniæ labe mundissimum se credidisse.* D

B

CXLV. JOANNES XVII.

E

JOANNES, qui dicebatur Sicco, natione Romanus, de Regione Viveretica seu Biberatica, anno MIII. regnante S. Henrico & Imperantibus Basilio ac Constantino, ordinatus VI. Junii in Dominica, sedit menses IV. dies XXVI. defunctus MIII. XXXI. Octobris: sepultus in monasterio S. Sabæ: & cessavit Episcopatus usque XIX. Martii, anni MIV. *An. 1003. m. 4. d. 26.*

Ratio temporis.

ANno MIII. Pridie Kalend. Nuvembris, *obiisse hunc Pontificem scribit* Ciacconius, *quod credimus in ipsa S. Sabæ ecclesia aut monasterii monumento quopiam sic scriptum reperisse; indeque melius definitum tempus Sedis, quamvis Stella & Gotfridus Viterbiensis rotundo numero menses* V. *numeraverint, Hermannus vero* Contractus annum unum: *eo scilicet modo, quo successori (quem nemo ultra quinque annos & semis sedisse ait)* annos sex *tribuit* Baronius; *huic* Joanni *concedens*, menses V. & dies aliquot, *eidem* XII. Kal. Decembris eodem anno creatum successorem *ait: cujus chronologiæ nullam hactenus invenire potuimus rationem.*

Quæ turba ejus confirmata.

2 *Ughellus Tomo* I. *Italiæ sacræ col. 72. allegat* Bullam, quam Joannes XVII. ecclesiæ Vaticanæ indulsit an. MIII. *ubi* Joannem *dici* XVII. *non ex arbitrio Ughelli, sed ex stylo Curiæ, probat mox integre ab eo prolata subscriptio sequentis* Joannis, *cum expresse addito numero* Decimi octavi, *uti tunc moris erat ad longum istum numerum scribi. Utinam tamen eamdem Bullam aut ejus saltem subsignationem integre protulisset. Utinam & plura extarent alia quibus hujus temporis caligo discuteretur, & intelligeretur, quæ & quantæ turbæ,* Silvestri Papæ *obitum secutæ fecerint, ut Ecclesia, eatenus in pace triumphans, requiem desideraret, uti in ejus Epitaphio indicat Successor* Sergius. *Existimandum est,* Ottone III. *mortuo initio anni* MII. *cum ejus successori* S. Henrico *Bavariæ Duci, per integros* XII. *annos, non vacaret Romam venire, ad suscipiendam Imperii coronam; difficillimas extitisse factiones in electione Pontificum, maxime post mortem* Joannis XVII. *Godefrido Hugonis Tusciæ Marchionis filio ex una, Comitibus Tusculanis ex alia parte sese immiscentibus Electioni faciendæ; ita ut hoc ratione facile dilata esse potuerit Ordinatio ultra* IIII. *menses.*

C

CXLVI. JOANNES XVIII.

F

JOANNES, qui dicebatur Fasanus, natione Romanus, de regione secus Portam Metronii, Regnante S. Henrico, & Imperantibus Basilio ac Constantino, ordinatus Dominica III. Quadragesimæ XVIIII. Martii, anno MIIII. sedit annos V. menses IV. defunctus XVIII. Julii, anno MVIIII. sepultus in Vaticano: & vacavit Episcopatus usque ad II. Octobris. *Ab an. 1004 ad 1009. an. 5. m. 4.*

Initium,

QUod non multo serius, quam jam diximus, potuerit fuisse ordinatus hic Joannes, *liquet ex Privilegio ejus, concesso ecclesiæ SS. Cosmæ & Damiani ad Micam-auream, quod allegat Ughellus Tom* I. *col.* 72. Datum IV. Kal. Aprilis, per manus Gregorii Bibliothecarii S. R. E. atque Episcopi sanctæ Ostiensis Ecclesiæ, anno Deo propitio Pontificatus Domni Joannis summi Pontificis & universalis octavi decimi Papæ in sacratissima Sede B. Petri Apostoli II. in mense & Indictione supradicta III. *id est anno Christi* MV.

et Tempus Sedis.

2 *Hermannus Contractus, uti jam dixi, inchoatos annos pro integris sumens,* VI. *annos ei adscribit: & sola littera numeralis obscuritate factum videtur, ut Gotfridus Viterbiensis, aut ejus librarius,* III. *pro* VI. *videre se putarit. Marianus Scotus & Wernerus Rolewinck, rotundo similiter numero* annos V. *scripserunt: inter quos mediam viam viderentur ostendisse Stella & Platina;* menses IV. *exprimendo, nisi solum* annos IV. *scripsissent. Dum aliud tamen nihil certius occurrit quod sequamur, admittimus illos* menses IV. *eosque componentes cum* annis V. *Pontificatum hunc extendimus cum Baronio & Ciacconio usque ad* XV. Kalendas Augusti anni MIX. *quo obiisse scribunt* Joannem, *utinam & ex antiquiori auctore probaret.*

ac dies obitus,

3 *Potuit tamen ea notitia jam olim hausta fuisse ex Epitaphio, cum illud adhuc integrum esset ante tempora Eugenii III. nam sub hoc Papa inventum est primis duo-*

A *duobus versibus mutilum, ac verosimiliter etiam linea ultima, tempus Sedis mortisque notante. Sic autem a Romano Presbytero describitur, ut cum ipse* cujusdam Joannis Papæ *esse dicat, verosimiliter ex indiciis nominis, in primo versu needum integre extriti, & ex unione Græcæ Latinæque ecclesiæ per ipsum curata, intelligatur esse hic XVIII.*

Forsassis ex Epitaphio. 4 *Versus, qui legi tunc integre atque describi potuerunt,* inter Portam argenteam & Portam Romanam, videlicet in Porticali, *sunt hujusmodi.*

. . . .

. . . .

Quam soles Domino placuit, quam mente fidali,
Præsul Apostolicus, orbis & omne decus:
Hic statuit tumulo claudi sua membra sub isto,
Hæc eadem sperans ut sibi reddat humus.
Ardua qui sulsit cunctis per sidera cœli,
Augustis carus, gentibus, & tribubus:
Doctrinis comptus sacris & dogmate claro,
Per patrias sancta semina fudit ovans.
B Nam Græcos superans Eois partibus, unam,
Schismata pellendo, reddidit Ecclesiam.
Principis hinc Petri sed quisquis tendis ad aulam,
Dic supplex, idem regnet ut arce poli.

Græcum schisma sublatum. Augusti *bis indicati erant Constantinopolitani Imperatores,* Basilius & Constantinus *fratres: sub quibus unitam se invenisse cum Romanis Constantinopolitanam Ecclesiam anno* MIX. *testatur apud Baronium Petrus Episcopus Antiochenus, in epistola quam anno* D MLIV. *scripsit ad Michaelem Cerularium, sic loquens:* Cum Constantinopolim quadraginta quinque ab hinc annis venissem, inveni tempore beatæ memoriæ Patriarchæ Domini Sergii, prædictum Papam Joannem in sacra Missa, una cum aliis Patriarchis sanctissimis, relatum.

Interpontificium fere trimestre. 5 *Annos istos* XLV. *si præcise sumas, oportet ut anno* MIXI *quemadmodum statuimus, adhuc in vivis fuerit* Joannes: *post cujus mortem mensibus ferme tribus vacasse Episcopatum, fateri coget initium sequentis Pontificis, cetera vix inventbile. Dilationis autem causa videtur fuisse penes Romanos. Tusculanorum Comitum jugum pertæsos, atque ad libertatem recuperandam adspirantes; quod videbatur fieri non posse, quamdiu haberetur Pontifex, ex eorum vel familia vel nutu electus. Illis vero sic contendentibus, tertia factio Regiorum (in Italia potentissimorum, ex quo Langobardici Regni Coronam anno* MVI. *Papiæ susceperat S. Henricus Germaniæ Rex) obtinuisse videtur, ut non invitis Tusculanis Romanus civis eligeretur, qui esset factionis nullius, sed solius boni publici studiosus.*

E 6 Baronius *vacationem non agnoscit longiorem quam* unius mensis & XIII. dierum, *post quos* pridie Kal. Septembris *fuerit creatus successor: licet ultima dies Augusti, non Dominica, sed feria* IIII. *eo anno fuerit.*

CLXVII. SERGIUS IV.

Ab an. 1009 ad 1012. an. 2. m. 9. d. 12. SERGIUS, natione Romanus, ex patre Martino, antea Petrus Episcopus Albanensis, coronatus II. Octobris in Dominica, anno MVIIII. regnante S. Henrico, imperantibus Basilio & Constantino, sedit annos II. menses IX. dies XII. defunctus XIII. Julii, anni MXII. sepultus in ecclesia Lateranensi: & cessavit Episcopatus dies VI.

Varii variorum calculi. P*Rasignatum tempus Pontificatus suggerunt Ms. nostrum & Ciacconius, quod rotundo numero annorum* III. *fuisse dicit Gotfridus Viterbiensis; Hermannus vero Contractus (per enormem excessum, librariorum errori imputandum)* annorum ferme XII. *aut* annorum XI. dierum XII. *Placet prior sententia, potius quam Joannis Columnæ apud S. Antoninum,* menses VII. *dumtaxat numerantis, cum Martino Polo-*C *no; aut Stellæ, ponentis* menses VI. *aut Platinæ, omissis mensibus, solum numerantis* dies XV. *supra* annos II. *Placet autem ea sententia, ne cogamur longum Interpontificium hoc loco ponere, nulla id suadente necessitate, & propter rationes mox deducendas.*

2 *Cæsar Rasponus, de Basilica Lateranensi lib.* I. *cap.* 18. Non longe ab introitu, *inquit,* & ab oratorio S. Thomæ, quiescebat Sergius Papa quartus, cum hoc elogio

Epitaphium.
Quisquis ad hæc tendis sublimia limina, lector,
Et caperis tantæ nobilitate domus;
Intentis oculis aulæ percurrere raras
Desine materias, arte juvante manus.
Lumina cum gressu pendente arguta coercens,
Respice solicitus, quid velit hic titulus.
Hic tumulata jacent Pastoris membra sereni,
Quem decus Ecclesiæ contulit Omnipotens:
Pauperibus panis, nudorum vestis opima,
Doctor & egregius qui fuit in populo.
Jura Sacerdotii, lætas dum vidit aristas,
Cœtibus æquavit naviger Angelicis.
Albanum regimen lustro venerabilis uno
Rexit: post summum ducitur ad Solium:
In quo mutato permansit nomine, Præsul
Sergius ex Petro: sic vocitatus erat.
Ductus mente pia, Jesu, dic, parce Redemptor:
Usque vicem capiat, dic, Deus, hunc habeas.

Tempus Sedis verosimilius definitur. 3 *Sequebatur deinde notula chronica; quæ si legentium oculis satis clare patuisset, non fuisset apud Baronium, Ciacconium, Rasponum descripta tam diversimode: nunc omnes in plerisque numeris variant, quare non possumus ex ipsa formare chronologiam: sed ex chronologia aliunde stabilienda, putamus eam sic legi debuisse.*

F Qui sedit annos II. & menses VIIII & dies XII. obiit mensis Julii die XIII. Indictione X anno Dominicæ Incarnationis MXII.

Obitus mense Julio, non Majo, anno 1012. 4 *Ubi corrigitur primo Rasponus, legens* annos XI. *qui manifestissimus error est. Deinde ex Ms. nostro & Ciacconio & Rasponi consensu corrigitur Baronii lectio, qui solum habet* menses VIII. *Tertio corrigatur* dies XIII. *quos solos habet Baronius. Quarto pro mense* Majo *(quem Baronius omisit, quia suo tempore ex residuis litterarum vestigiis nemo potuit eruere; quemque proinde fateri oportet per meram conjecturam postea descriptum ab aliis fuisse) pono mensem* Julii, *quia video facillime fieri potuisse, ut tres primæ hujus nominis litteræ, quadantenus apparentes, scilicet IV speciem aliquam facerent litteræ* M, *indeque factum sit* MAII *pro* JULII. *Pro numero* diei XII. *qui ponitur a Raspono, sed similiter Baronii tempore non legebatur clare, ideoque omissus fuit, lego* diem XIII. *ut Coronatio* Sergii *cadere potuerit in Dominicam. Quinto retineo* Indictionem X *cum Baronio, qua autem ratione alii postea putaverit se videre* XII. *non intelligo; nam tunc certo Pontifex erat* Benedictus, *imo & per totam Indictionem* XI. *Denique pro* anno MXIII. *licet apud Baronium, Rasponum, Ciacconium descripto, pono* MXII. *Indictione* X.

A ni x. convenientem, tam enim facile potuerunt illi omnes accipere finale punctum, pro nota unitatis, non integre comporentis; quam id in numero dierum xiii. loco xii. fecit Baronius supra.

probatur ex Indict. 10

5 Non placet autem quod hic ad componendam Indictionem x. cum anno MXIII. suggerit, fuisse eo tempore, qui annos a festo Incarnationis inchoarent, novem scilicet mensibus citius quam nos soleamus, ut scriptus in Majo anno MXIII. nobis tantum sit MXII. Valere hoc posset si in Etruria juxta Stylum Pisanum positum fuisset hoc Epitaphium: nunc cum morem valuisse Romæ non modo non probat Baronius; sed ipsemet suggerit contrarii multa exempla, cum describit Epitaphium Silvestri II. ab hoc Sergio positum: & Joannis Canaparii, ex viro nobilissimo & opulentissimo ad SS. Alexium & Bonifacium monachi facti, titulum sepulchralem cum hac clausula. Ab Incarnatione D. N. Jesu Christi anni sunt mille iii. obiit mense Octobri, die vii. Indictione iii. ex quibus patet annos sic Romæ solitos numerari, ut cum Majo vel Martio anni MXIII. non possit alia Indictio quam xi. computari. Quid quod D ipsemet anno MXII cujus mense Maio mortuum Sergium Baronius statuit, invenerit ipse inter Bibliothecæ Vaticanæ monumenta, & integre extat apud Ughellum Tom. 7. col. 528. ejusdem Sergii diploma de Pallio, concesso Michaeli Archiepiscopo Salernitano sub hac clausula, Scriptum per manus Joannis Scriniarii S. R. E. in mense Junio Indictione x...... Datum xv. Kalendas Julii per manum Gregorii, Episcopi & Bibliothecarii Sanctæ Sedis Apostolicæ, anno Domino propitio, Pontificatus Domini Sergii quarti Papæ in sacratissima Sede B. Petri Apostoli tertio, Indictione decima. Ob hanc ergo auctoritatem censuit Baronius certum esse, quod anno MXII. non vero XIII. (uti habent Marianus Scotus, Hermannus, & Sigebertus) mortuus sit Sergius; idemque potest confirmari ex successoris Bulla, ab eodem allegata, quæ octavum annum Pontificatus mense Decembri componit cum Indictione iii. adeoque cum fine anni MXIX. ut oporteat, Benedictum sedere cœpisse ante Decembrem anni XII.

ejusque & successoris Bullis.

E

B

CXLVIII. BENEDICTUS VIII.

BENEDICTUS, natione Tusculanus, ex patre Gregorio Comite Tusculano, antea dictus Joannes Episcopus Portuensis, coronatus anno MXII. XX. Julii in Dominica, Imperantibus Basilio & Constantino, & mox etiam S. Henrico coronato, sedit annos XI. menses XI. dies XXI. obiit X. Julii, anno MXXIV. sepultus in Basilica B. Petri: & cessavit Episcopatus dies VIII.

Ab an. 1012 ad 1024. an. 11. m. 11. d. 18

Ejus pater Comes Tusculanus.

QUod ad parentem Benedicti Gregorium attinet, eum fuisse Comitem Tusculanum satis convenit inter auctores; quando Albericum hujus nostri Benedicti & successoris Joannis XIX. fratrem, Romanum Consulem, appellant etiam Comitem Tusculanum: proinde frater fuit Alberici, eumdem Comitatum mortuo patre tenentis. Ipsemet Episcopus Portuensis fuit, ut scribit Platina; priori vero nomine Joannes, uti docet Ughellus Tom. 1. col. 135. adeoque primas tenebat inter Episcopos Pontificali electioni præsidentes. Nihil igitur mirum, si tanta auctoritate pollens, & tam potenti fultus auxilio, nec non favore factionis Regiæ Tusculanis a Sergio conciliatæ subnixus, prævaC luit alteri, quem Romani Electum maluissent: quod tamen prodesse ei non potuit, quo minus eodem quo ordinatus fuit anno coactus sit cedere factioni populari, seque recipere in Germaniam.

Profectus ipse in Germaniam

2 Ditmarus in fine lib. 6. facta memoria Joannis cognomento Phasani: huic, inquit, succedebant Sergius atque Benedictus, ambo præclari & consolidatores nostri. Papa Benedictus Gregorio cuidam in Electione prævaluit; ob hoc iste ad nativitatem Dominicam ad Regem in Palithi venit, cum omni paratu Apostolico, expulsionem suam omnibus lamentando innotescens. Librum deinde 7. sic orditur: Decursis a Dominica Incarnatione post millenarii plenitudinem numeri annis XIII. & in subsequente anno, secundo mense ac hebdomada tertia, anno autem regni ejus tertio decimo & die Dominica ac VI Kalendas Martii, Henricus Dei gratia Rex inclitus, a Senatoribus duodecim vallatus, quorum sex rasi barba, alii prolixa mystace cum baculis, cum dilecta suimet conjuge Cunigunda, ad ecclesiam S. Petri, Papa expectante, venit: & antequam introduceretur ab eodem interrogatus, si fidelis vellet Romanæ patronus esse & defensor Ecclesiæ, sibi autem suisque Successoribus per omnia fidelis, devota professione respondit: & tunc ab eodem innunctionem & coronam cum contectali sua accepit. Natalem Domini, a quo annos auspicantur Chronica Germanorum; ante nostri anni MXIII. initium, in Palidi egerat S. Henricus, uti scribit Chronicon Hildesheimense: totum autem illum annum in apparatu itineris Romani, expediendisque quæ illud hactenus fuerant remorata negotiis, impensum intellige; præmisso interim cum auxiliis congruis Papa: quem haud difficulter receptum a Romanis existimo, eo adfuturi mox Regis metu ad pœnitentiam versis. Quia autem Benedicti æmulus Gregorius verarum hoc nomine Pontificum seriem non interpolavit, sicuti fecit Joannes XVI. de quo supra; ideo non existimo ausos factiosos, absente Benedicto, ad schismaticam Electi sui Ordinationem procedere, vel certe a Regiis genecesse id prohibentibus fuisse impeditos: quare nullum etiam hic schisma agnosco.

addunt & ungit Imp. S. Henricum,

an. 1014.

F

cœpisse anno 1012 probatur ex Bullis.

3 Interim ex Ditmaro confirmatur Chronologia, qua statuimus anno MXII. ordinatum fuisse Benedictum. Idem, probat diploma in Bibliotheca Vaticanæ monumentis repertum a Baronio, ad Amatum Juniorem Salernitanæ Ecclesiæ Archiepiscopum, Scriptum per manus Stephani Notarii regionarii & Scriniarii S. R. E. mense Decembri, Indict. III. Datum VI. Kalendas Januarii, per manus Benedicti Episcopi Portuensis & Bibliothecarii S. A. S. anno, Deo propitio, Pontificatus Domini Benedicti Sanctissimi VIII Papæ octavo, Imperante Domino piissimo Imperatore Augusto Henrico, VI. Indict. III mense Decembri die XXVI. Hoc diploma cum spectet ad annum MXIX. oportet eodem anno ante hiemem mutatum fuisse annum Benedicti septimum in octavum: sic enim conciliari debet cum eo prius aliud, quo Amati decessori Benedicto anno MXVI. Pallium missum Baronius indicat, estque Scriptum per manum Benedicti Notarii regionarii & Scriniarii S. R. E. mense Aprili Indict. XIV & Datum VII Kalendas Maii, per manus Petri Episcopi Ecclesiæ Prænestinæ & Bibliothecarii S. R. E. Indict. XIV. anno, Deo propitio, Pontificatus Domini nostri Benedicti summi Pontificis & universalis VIII. Papæ in sacratissima Sede B. Petri Apostolici quarto, Imperii Domni Henrici Imperatoris Augusti anno III. Indict. XIV. mense jam dicto Aprilis die VII.

4 Ma-

Obiit triduo ante S. Henricum Imp.

A 4 *Marianus Scotus* annos XII. *rotundo numero assignat* Benedicto *huic: Hermannus cum quadam restrictione habet* annos ferme XII. *Gotfridus Viterbiensis, & Joannes Stella* annos XI. menses XI. *ponunt: omnibus autem illis accuratiores Wernerus Rollewinck, & auctor Mss. nostri insuper addunt* dies XXI. *atque ita obitum* Benedicti (*quem sine auctore scribit Baronius* obiisse XII. Kalendas Martii, *nos vero usque ad* X. Julii *superfuisse tenemus*) *processit mortem* S. Henrici *Imperatoris, defuncti* XIII. *Julii, solo triduo. Hoc ipsum vero* (*scilicet quod Pontifex ante Imperatorem obierit*) *videntur supponere Hermannus Contractus & Marianus Scotus, eodem quo nos ordine utriusque obitum referentes. Errat igitur insigniter Stella, & Stellam secutus Platina, cum scripserunt, quod* Benedictus, *defuncto* Henrico Cæsare, eujus in omnibus defensione otebatur, e Sede sua pulsus est: verum postea inita cum inimicis concordia, pulsoque adulterino Pontifice, in urbem cum dignitate regressus est, pauloque post mortuus. *Videntur autem illi prima ultimaque* Benedicti *hujus tempora inter se confudisse.* D

Tempus Sedis.

5 *Mirum est qua ratione* Baronio, *asserenti, obiisse* Sergium XXIII. *Maii, exciderit dicere de successore* Benedicto *ad annum* 1024. *eum non annos* XI. *ut habet Hermannus, sed* XII. *sedisse, usque ad penultimam Februarii; cum inter Majum anni* MXII. *& Martium anni* MXXIV. *solum possint intercessisse anni* XI. *menses* IX. *Propius nos ad* XII. *annos accedimus: quippe quibus ad eum numerum explendum solum desunt dies* X.

CXLIX. JOANNES XIX.

Ab an. 1024 ad 1033. an. 9. m. 3. d. 21.

JOANNES, natione Tusculanus, ex patre Gregorio Tusculano Comite, frater Benedicti VIII. hactenus laicus regnante Conrado II. & imperante Constantino Porphyrogenneta solo, ordinatus XIX. Julii in Dominica, anno MXXIV. sedit annos IX. menses III. dies XXI. obiit VIII. Novembris MXXXIII. & cessavit Episcopatus mensem I. dies II. E B

Erat, licet ante Papatum laicus, bonus.

QUamvis de eo dicat Hermannus Contractus, *quod ex Laico Papa factus sit; & Stella, quod nullis initiatus Sacramentis, id est Ordinibus sacris*, Pontificium munus suscepit; *exemplo in Romana Ecclesia necdum viso, ut eligeretur aliquis, qui nec Clericus quidem esset; id tamen, si cetera virtutes eo gradu digno non defuerint, haud magis verti eidem in vituperium debet, quam S. Ambrosio, quem adhuc Catechumenum, ex Præfecto urbis Imperiali, Deus ipse eligi & ordinari jussit, aperto miraculose infantuli ore ad Ambrosium Episcopum enuntiandum. Attestatur autem eidem Stella, quod* vita ejus mirifice ab omnibus laudata fuit. *Hoc tamen ei non profuit, quo minus* eum Romani seditionibus & apertis præliis plurimum vexaverint: *a quibus* tandem Conradi Cæsaris auctoritate & potentia liberatus fuit.

Coronatus ab eodem Conradus Imperat.

2 *Hunc ille Romæ Imperatorem coronavit anno* MXXVII. *in festo Paschæ, coram Canuto, Daniæ, Norwegiæ, Angliæque, nec non Rudolfo, Burgundiæ, Regibus: liberatus autem ab eo fuit anno* MXXXIII. *Cum enim, ut scribit Rodolphus Glaber*, die III. Kalendarum Julii sexta feria, luna vigesima octava, facta esset eclipsis seu deliquium solis, ab hora ejusdem diei sexta usque in octavam nimium terribilis ..... eadem die, videlicet Natali Apostolorum in ecclesia B. Petri, quidam de Principibus Romanorum conspirantes in Papam Romanum, cupientes illum interimere; sed minime valentes, a Sede tamen propria expulerunt: sed tam pro hac re quam pro aliis insolenter patratis Imperator illuc proficiscens, propriæ Sedi restituit. *Quæ res cum moram aliquam temporis requirat, cogimur fateri*. Joannem, *ultra novem annos, sedisse* mensibus *minimum* tribus (*quos forte auctor Mss. nostri reperit, sed pro* III. *perperam scripsit* VI.) *his autem si addamus* dies XXI. *loco* IX. *quos suggerit Stella, venietur ad* VIII. *Novembris seu* VI. Idus, quo diem obiisse liquet *Baronio: qui deinde, supponeat ipso die creatum successorem num. 6. appellat* antiquas Vaticanas series Romanorum Pontificum, *quæ id doceant. Utinam earum ipsamet verba nobis dedisset. Interim ex talium Catalogorum usu supponere libet, solum* Joannis *diem mortualem ibi notatum inveniri, & hunc tenemus ut certum, quamdiu certius aliunde nihil offertur.* C

3 *Extant varia hujus Pontificis & nominis monumenta, quibus probari possit XIX. hunc* Joannem *dictum fuisse, propter adnumeratum ceteris Pseudo-papam* Joannem XVI. *itemque confirmari quod ejusdem respectu decessores proximi appellati sint* Decimus septimus, & octavus; *sed minime audiendos qui propter* Joannem Roberti *numerum adhuc augent, & hunc de quo agimus appellant* Vigesimum. *Istorum monumentorum unum valde notabile extat apud Ughellum tomo* 1. *col.* 108. *privilegium scilicet Petro Silvæ Candidæ Episcopo*, scriptum per manum Georgii Notarii Regionarii atque Scriptoris S.R.E. in mense Decembri, Indictione X. *atque post subscriptionem Præsulum & Cardinalium nominatorum viginti*, datum XVI. Kal. Januarii per manus Benedicti Episcopi Portuensis & vice Peregrini Coloniensis Archiepiscopi, Bibliothecarii sanctæ Apostolicæ Sedis, anno Pontificatus Domni nostri Joannis, summi Pontificis & universalis XIX Papæ in sacratissima Sede B. Petri Apostoli tertio, mense Decembri, Indict. X. *Christi scilicet anno* MXXVI. *exeunte. Nec minus notabile est etiam alterum Privilegium, initio Septembris ad eamdem Indictionem, sed ad annum Christi sequentem pertinens tom.* 5. *col.* 48. *Popponi Patriarchæ Aquilejensi concessum, in præjudicium Patriarchatus Gradensis*, scriptum: per manus Joannis Cardinalis & Cancellarii vice Petri Diaconi, mense Septembri Indictione decima. Datum per manus Bosonis Episcopi & Bibliothecarii S.R.E. in mense & indictione suprascripta, in Sacratissima Sede B. Petri Apostoli anno quarto Deo propitio Pontificatus Domini Joannis summi Pontificis & universalis noni decimi Papæ. *Ast quod idem Ughellus habet tom.* 1. *col.* 140. *datum* Benedicto *Episcopo Portuensi, quatenus notatur* Indictione III. *corrigi debet: quia talem in suo Pontificatu nunquam numeravit* Joannes, *sed bene* XIII *respondentem an.* MXXX. F

Interpontificium unius mensis.

4 *Defuncto* Joanni *suffectum* Theophylactum *nepotem, extra controversiam est. Absque ulla dilatione id factum, plerique supponunt. Ego non dubito, quin saltem Dominica proxima fuerit ad consecrationem ejus expectata: hæc autem fuisset* XI. *Novembris. Quia tamen Mss. nostrum annis, quos tribuit* Benedicto IX. *quosque finiendos docebimus* XXIX. Aprilis MXLIV. *adnumerat* menses IV. dies XX *puto Sedis vacationem prorogari posse ad integrum mensem & dies* II. *qui facile effluxerunt, priusquam defuncti Pontificis frater electorum animos eatenus expugnaret largitionibus suis, quatenus opus fuit ut coempta per nefas suffragia in favorem filii, omnimodis ad eale munus inepti, superarent justam refragationem meliorum & saniorum.*

BE-

A D

CL. BENEDICTUS IX.

BENEDICTUS, natione Tusculanus, (filius Alberici Comitis, antea dictus Theophylactus), supradictorum Benedicti & Joannis Pontificum nepos, (imperantibus in Occidente Conrado II. in Oriente Romano & Zoe, ordinatus IX. Decembris in Dominica anno MXXXIII. post undecimum suæ sedis annum) expulsus est de Pontificatu (circa Natalem Domini anni MXLIV. propter spurcissimam & scandalosissimam vitam) : & constitutus est in Apostolicam Sedem (III. Kalend. Januarii in Dominica) Joannes Sabinensis Episcopus, cui imposuerunt nomen Silvester : qui injuste tenuit Cathedram Pontificalem dies LXIX. (usque ad VIII. Martii MXXXXV.) & ejectus inde prædictus Benedictus recuperavit & tenuit Pontificatum mensem I. dies XXI. & ille ipse (cum sedisset annos XI. menses IV. dies XX.) eum dedit Joanni, Archi-canonico S. Joannis ante portam Latinam, patrino suo, IV. Kal. Majar. cui imposuerunt nomen Gregorius : qui etiam Pontificatum tenuit annum I. & menses VIII. præter dies XI. & per Imperatorem legaliter eum perdidit, & ductus extitit in Transalpinis partibus anno MXLVI.

Ab an. 1033 ad an. 1045. an. 11. m. 4. d. 10.

B

Tempus sedis.

I *Ta verbotenus fere auctor nostri Ms. exceptis verbis quæ ( ) inclusa vides, Chronologia explicandæ ergo fere adjecta; paucisque mutatis, quorum reddenda hic ratio. Ac primum quidem, quia a* Benedicto IX. *immediate progredi volebat Auctor transcriptus in nostro codice, ad* Clementem II. *non annumeratis seorsim* Silvestro *atque* Gregorio, *eorum totum tempus inclusit Pontificatui* Benedicti; *quia hic, etiam post resignationem istam ultroneam, non desiit identidem resumere nomen, & partem saltem honorum ecclesiasticorum ut Pontifex retinere; ut colligitur ex Dialogis Desiderii Abbatis, postea* Victoris Papæ III. *narrantis quomodo Rex Henricus solicitus fuerit pro statu Ecclesiæ componendo,* quæ tres simul Pontifices habere videbatur. *Hinc factum ut loco* XI. *annorum, quos usque ad voluntariam abdicationem definire oportuerat, anni* XII. *notarentur in Ms. nostro: & sic videntur etiam antiqui plures Catalogi annos* XII. *dedisse* Benedicto, *quos Leo Ostiensis & alii repetentes in principio post nomen ex more scriptos, etiam exactos crediderunt ante intrusionem Pseudo-silvestri.*

2 *Hunc autem cum idem Desiderius dicat, quod* tribus non amplius mensibus Romæ usus est Cathedræ sessione, *quando* cum dedecore pulsus ad suum Episcopatum reversus est, *dies* XLIX. *in Ms. nostro repertos verti in* LXIX. *Cur autem maluerint auctores, quos auctor codicis nostri cum hoc errore transcripsit, numerare dies* LXIX. *quam menses duos & dies aliquot, causa assignari potest ratio peculiaris Februarii mensis, solum* XXVIII. *dies numerantis, quando Bissextilis non est, uti non fuit anno* MXLV. *Sic autem per* mensem I. dies XXI. *quos reductus in Sedem* Benedictus *habuit, usque ad voluntariam cessionem, venitur ad* IV. Kal. Majar. *sed hoc non satis distincte scriptum inveniens Ms. nostri librarius, expressit* III. Januar. *Cum hac autem correctione per* annum I. menses VIII. minus dies XI. *quos Gregorio adscribit idem Ms nostrum, venitur ad tempus Sutrinæ Synodi, in qua ipse se abdicavit, vel saltem in sui abdicationem consensit, uti mox apparebit.*

** xxxiii.*

C

An fuerit puer ordinatus?

3 *Glaber Rodulfus, hoc ipso tempore vivens ac scribens, de hoc Pontifice agens,* intercedente thesaurorum pecunia, puer ferme decennis electus extitit, *inquit: lib. 4. cap. 5. lib. 5. cap. similiter 5.* Fuerat, *inquit,* ordinatus quidam puer annorum circiter duodecim contra jus fasque, quem scilicet sola pecunia auri & argenti plus commendavit, quam ætas aut sanctitas. *Hinc dubites, an librario vitio non sit superius scriptum* decennis *pro* duodennis. *Nec hoc contenti aliqui sunt, sed considerantes quam facile erretur in numeris, præsertim literaliter expressis, dubitant, an non melius scriberetur* XV. *& quindennis ille tunc fuerit. Sic dubitantium præcipuus Baronius, nullum tamen annorum numerum definire præsumens dubitare se profitetur, tum quia ex Adamo Bremensi lib. 2. cap. 50. constat eum hoc ipso anno Pallium concessisse Hermanno Archiepiscopo Hammaburgensi; tum quia S. Petrus Damiani testatur,* ab exordio suæ creationis usque ad finem semper luxuriis inquinatum, *quod non videtur impuberi adhuc puero convenire. Sed eum nihil cogit* initium creationis *apud S. Petrum Damiani accipere in summo verborum rigore; sic nec opus est credere, quod per se exercuerit Pontificalia munia. Existimo certe clariori opus esse contradictione, ut auctor, rem scribens suo tempore notissimam, propter exemplum abominabile novitatem, notabiliter exerravisse credatur in ætate* Benedicti *definienda. Gallonius, in Vita S. Philippi Nerii ad annum* MDLIX. *ac deinde Barnabæus num. 444. narrant, quomodo Sanctus* Thomam *quemdam, adolescentem* annorum circiter sexdecim (septimum enim & decimum non expleverat) *laicali in habitu ad se adductum, agnovit Sacerdotio initiatum; quia videbat ejus* faciem eo splendore fulgentem, qui e Sacerdotali charactere fluit. *Quod si ætate ista ordinandum illum persuadere consanguineis potuit desiderium amplæ (ut ibi dicitur) hereditatis, aliàs ad ipsos non perventuræ; eaque justa satis causa Episcopo ordinatori videri; cur dubitabimus, an Alberici potentia, toti Urbi formidata, persuaserit Episcopis, ad quos ex jure Ordinatio Pontificia pertinebat, ne hanc cunctarentur conferre puero decenni, duodenni, vel saltem quindenni.*

E

F

SILVESTER III. ANTIPAPA.

SILVESTER, antea Joannes Episcopus Sabinensis, Laurentii filius, Imperantibus Henrico II. & Constantino Monomacho, expulsoque Benedicto IX. illegitime coronatus, anno MXXXXIIII. in Dominica XXX. Decembris; sedit dies LXVIIII. ejectus a Benedicto præfato, die VIII. Martii anno MXXXXV. ac deinde in Sutrina Synodo absolute depositus circa finem anni MXXXXVI.

A 30. Dec. ad 8. Martii 1045.

A *AD hunc, in suam regressum Ecclesiam, omnino videtur spectare id quod Ughellus in Episcopis Sabinensibus tom. 1. Italiæ sacræ col. 182. habet ex Ms. Farfensi Chronico, ad annum* MLII. Temporibus Leonis Papæ, *scilicet* III. Joannes Sabinensis Episcopus, qui insidiabatur monasterio Farfensi, pro decimis & oblationibus mortuorum, maxime pro ecclesia S. Angeli in Toncia, de qua olim fecerat iniquam conventionem cum Domno Ugone Abbate, qui eamdem ecclesiam S. Angeli tenuit & possedit in dominium hujus monasterii: quam conventionem ideo diximus iniquam, quia temporibus Domni Hadriani I. Pontificis Ildebrandus Dux per suum Præceptum monasterio concessit. Hæc omnia ignorabat præfatus Ugo Abbas, utpote alienigena, & prædictam concordiam ab Episcopo suscepit nesciens. Itaque prædictus Episcopus insurrexit post hoc, & ad eamdem ecclesiam S. Angeli armata manu perrexit, & altare amovens destruxit, & Reliquias ex illo abstrahens secum asportavit. Sed cum inde ad Episcopatum reverteretur, subito, cœlo optime serenato, orta est aquæ, grandinis & fulguris maxima tempestas. Quo viso Episcopus secessit a via in quemdam locum, ubi dicitur Area, & moram aliquantam ibidem cum Reliquiis fecit. Accidit tunc grande miraculum: in ipso loco, ubi Reliquiæ manebant, nihil pluviæ vel grandinis cecidisse. Cessante vero tempestate rediit ad Episcopatum cum magno pavore. Altera autem die cum hoc audiret Domnus Bernardus Abbas Ortanus, elegit quemdam Episcopum, qui tunc forte hospitabatur in hoc monasterio de ultramontanis partibus, & collectis Abbatiæ viris & fidelibus militibus, cum maximo honore reædificare studuit ipsum altare, magnis & præcipuis ibi conditis Reliquiis. Super quam rem D prædictus Episcopus Sabinensis Ecclesiæ valde condoluit: & quia altare illum destruxerat & Reliquias asportaverat, ipsa nocte percussus est, & unum totius corporis latus obstupescens quoad vixit periit. Post hoc veritus & pavens super hoc, & nimis dolens pro ædificatione quam Domnus Abbas noster fieri studuerat, ad eumdem locum perrexit: & abstractis inde novis quas invenit Reliquiis, priores illic honorifice recondidit. De ipsis vero novis Reliquiis in suo Episcopio altariolum construens, consecravit: & denuo in Domnum Abbatem in Synodo proclamationem fecit.

Hic regressus ad sedem Farfense Monasterium an. 1052.

B *Et destructo altari quodam aufert Reliquias;*

ob quod castigatus est & eas refert.

a *Existimat quidem Ughellus, hunc Joannem a Leone suffectum ipsi quondam* Silvestro, *ab eoque diversum esse: sed qui ab* olim *prædictam fecerat iniquam conventionem, in favorem Ecclesiæ Sabinensis; utique ejus jam Episcopus erat, etiam ab* olim*; quod longius omnino tempus significat, quam annorum duorum, Porro ex dictis collige, vel majores illos sex Episcopos, qui nunc constituunt primum ordinem Cardinalium, magis absoluto jure quam alios Suburbicarios usos fuisse, circa loca sacra suarum diœceseon & Reliquiarum translationem; vel rigorem observantiæ veteris, quam formulæ in Diurno præscriptæ supponunt, languidum omnino fuisse, cum ista* Joannes *faceret.* E *In eo autem quod hic sibi duxerit scrupulo, occasionem dedisse, ut eo ubi aliæ Reliquiæ jacuerant loca novæ substituerentur; subolfacio aliquid usui ecclesiastico contrarium, cui cautum in Diurno voluerit* Pontificia *formula, ita permittens loco aliquo reponi corpus sanctum nuper inventum*, si nullum corpus ibi constat humatum; *ut supra notavi.*

An hic distinguendus alius Joannes Sabinensis?

CLI. GREGORIUS VI.

GREGORIUS, antea Joannes Gratianus dictus, Archipresbyter S. Joannis ad portam Latinam, imperantibus Henrico III. & Constantino Monomacho, ultro cedente Benedicto, ordinatus XXVIII. Aprilis in Dominica, anno MXLV. sedit annum I. menses VII. dies XV. abdicavit ultro sese anno MXLVI. in Sutrina Synodo, XVII. Decembris: & cessavit Episcopatus dies VII.

Ab an. 1045 ad 46. an. 1. m. 6. d. 10.

Tempus Sedis ex Bulla probatur

EXpresse *Auctor Ms noster tempus definit, ut diximus,* annum I. menses VIII. minus dies XI. *neque quoad menses dissentit Desiderius in Dialogo, eorundo* C *numero* menses VIII. *definiens, omissa scilicet restrictione. Sed quod apud eumdem Desiderium legeretur, abdicatio Gregorii facta,* cum annis duobus mensibus octo Sacerdotium administrasset, *id propter auctoris vetustatem diu me sollicitum atque perplexum habuit: donec apud Ughellum tom. 3. col. 84. inveni ipsius Gregorii Privilegium,* Rolando Florentinæ Canonicæ Præposito *indultum cum his clausulis:* Scriptum per manum Joannis Scriniarii &. Notarii nostri Lateranensis Palatii. Bene-valete. Datum XII. Kalendas Martii, per manus Petri Diaconi Bibliothecarii & Cancellarii sanctæ Apostolicæ Sedis, anno Pontificatus Domni Gregorii Papæ Sexti primo, Indict. XIV *id est anno Consuli* MXLVI.

ex ea multa [illegible]

2 *Ex [illegible] clausula* Privilegii *jam indicati tres eruuntur [illegible] nostram veritates. Prima, quod* Gregorius *[illegible]* septimum *scripserit, qua [illegible] vel librariorum ejus incuria notandus [illegible]: Secunda, quod recte posuerim eum non III. Januarias, sed* IV. Kalend. Majas *auspicatum esse Pontificatum suum: tertia, eaque præcipua, quod [illegible]* MXLVI. *adhuc et curreret annus ejusdem [illegible] primus: adeoque omnes pariter errare, qui scripsere* Gregorium *scripserunt annis* I. *mensibus* V. VI. *vel* VII. *& solos Hermannum Contractum & Gotfridum Viterbiensem,* annum I. *recte adscripsisse illi cum aliquot mensibus.*

F

sed anni 1. m. 7. d. 10.

3 *Ex horum mensium diversis numeris numerum ampliorem sumo a Martino Polono & Platina, dies autem ab aliis omnibus prætermissos propter illius temporis confusionem, addo de meo; quia Sutrinam synodum non puto ad* Gregorii *depositionem processisse ante* XVI. *Decembris, dicit enim Leo Ostiensis, quod* hoc facto Imperator exultans, Romam cum omnibus ipsius Concilii Episcopis venit, *non nisi* XXII. *P. M. distantem,* & in ecclesia B. Petri Apostoli congregato Clero populoque Romano, quid Sutrii gestum esset exposuit: de hinc de ordinando Romanæ Ecclesiæ Pontifice tractari communiter cœpit. *In quibus, urgente ad finem inceptum Rege, non multi dies poni potuerunt; cum ad ordinationem mox Electi non fuerit Dominica expectata, sed ipsa Dominica nativitatis die, tunc in feriam V. cadente, celebrata sit Coronatio* Clementis II. *Quod autem addit idem Leo, hunc* de gente Saxonum Episcopum Babenbergensem *esse electum,* eo quod Romæ non reperiretur idoneus: *hoc inquit Baronius,* velamentum fuit fraudis & adinventus prætextus, quo eligeretur peregrinus: nam quis magis idoneus ipso Gregorio, quem viri sanctissimi atque doctissimi ejus temporis summis laudibus prædicarunt?

DIS-

Tab. XXVI


CLI. GREGORIVS VI.


CLII. CLEMENS II.


CLIII. DAMASVS II.


CLIV. S. LEO IX.


CLV. VICTOR II.


CLVI. STEPHANVS IX.





A

DISSERTATIO XXXVI. al. XXI.

Qua ostenditur legitimum Papam, nec ullo modo Simoniacum, fuisse Gregorium, neque potuisse deponi, nisi ultro cessisset.

Ingressus ejus ad Pontificatum legalis fuit indubitatus

VErum Pontificem fuisse vix quisquam nunc dubitat; & S. Petrus Damiani, litteris gratulatoriis ad eum datis, maximam suam de ejus promotione lætitiam testatur, quia de Apostolica Sede bona semper audire avidis desiderii faucibus sitiens, largum præconii ejus poculum multis propinantibus bibebat; sperabatque, cessante commercio perversæ negotiationis, Ordinationes Episcoporum deinceps Canonice & citra simoniam processuras. Desiderius sive Victor Papa laudat eum verbis mox referendis. Hermannus Contractus in accuratiori sui operis exemplari, e regione antiquioris editionis expresso in altera editione anni 1585. cum ad annum MXLIV. scripsisset, Romani Be-
B nedictum Papam pro sceleribus suis expellunt, & quemdam Silvestrum Papam CL. temere constituunt: quem tamen Benedictus Papa postmodum quorumdam auxilio expellit: ipseque suæ Sedi redditus, sponte a Papatu discessit, & Gratianum nomine, Gregorium Papam CLI. pro se ordinari permisit; ad annum deinde MXLVI. sic scribit: Henrico Regi cum expeditione in Italiam venienti, Gratianus Papa, quem Romani expulsis prioribus statuerant, Placentiæ obvians, honorifice suscipitur: qui tamen postmodum apud Sutriam in Synodo non invitus Pastorale officium deposuit. Pro quo Svidgerus Babenbergensis Episcopus, nimium reluctans, omnium consensu eligitur. In tempore hujus Apostolici innumerabiles terræ motus & maximi in Italia sunt facti: & hoc fortassis ideo, quia idem Apostolicus non canonice subrogatus est Antecessori suo, non canonice deposito: videlicet quem nulla culpa deposuit, sed simplex humilitas ab officio cessare persuasit.

Regi et suis visus illegitimus,

2 *Ast desiderius seu Victor in Dialogis, narrato* Benedicti *post* Silvestri *expulsionem regressu*; Cum, *inquit*, Benedictus se a Clero simul & populo propter nequitias suas contemni conspiceret, & fama suorum
C facinorum omnium aures impleri cerneret; tandem reperto consilio (quia voluptati deditus, ut Epicurus magis, quam ut Pontifex vivere volebat) cuidam Joanni Archipresbytero, qui tunc in Urbe religiosior ceteris Clericis videbatur, non parva ab eo accepta pecunia (*Ms. nostrum in Leonem IX.* mille libras denariorum Papiensium *fuisse ait*, *Benno* mille quingentas *numerat*) summum Sacerdotium relinquens tradidit: ipse vero in propriis se castellis recipiens urbe cessit. Interea Joannes, cui Gregorius nomen inditum est, cum duobus annis & octo mensibus Sacerdotium administrasset, Henricus Rex, qui tunc Germaniæ, Pannoniæ & Italiæ imperabat, ad suscipiendam de manu Pontificis Imperialem Coronam, quatenus deinceps Augustus appellari posset, Italiam ingressus, Romam adiit urbem.

a Sutrina quoq; Synodo reprobatus,

3 Sed antequam Urbem ingrederetur, plurimorum Episcoporum, nec non Abbatum, Clericorum quoque ac religiosorum monachorum in Sutrina Urbe Concilio congregato, Joannem, qui Gregorius dictus est, missis ad eum Episcopis, ut de Ecclesiasticis negotiis maximeque de Romana Ecclesia, quæ tres simul tunc Pontifices habere videbatur, ipso præsidente tractaretur, venire rogavit. Sed hæc de industria agebantur: jam enim dudum Regio animo insederat, ut tres illos, qui injuste Catholicam Sedem invaserant, cum consilio & auctoritate totius Concilii juste depelleret, & unus, qui juxta Sanctorum statuta Patrum Dominico gregi solicite præesset, Clero & populo eligente, ordinaretur. Prædictus igitur D Pontifex, exoratus a Rege ceterisque Pontificibus, Sutrium, ubi Synodus congregata erat, allectus spe quod aliis depositis sibi soli Pontificatus confirmaretur, gratanter perrexit. Sed postquam eo ventum est, & res agitari ac discuti a Synodo cœpta est, agnoscens se non posse juste honorem tanti Sacerdotii administrare, ex Pontificia Stella exiliens, ac semetipsum Pontificalia indumenta exuens, postulata venia, Summi Sacerdotii dignitatem deposuit.

volunt Simoniacus.

4 *Cur autem* non juste? *An quia consentiente & verosimiliter urgente Romano Clero, pecuniam* Benedicto *dederat? Bona certe fide id egit, tum ipse tum Clerus, esto Simoniam commiserit* Benedictus. *Videri enim iis potuit, injuria Ecclesiæ juste redimi quantovis impendio; ut cedente, qui per vim dejici non poterat, indignissimo homine, dignum illa haberet Pontificem. Quod autem aliter senserit Synodus, solum facit, ut ingressus* Gregorii *in Pontificatum, principio indubitatus Romanis, ceteris pluribus, tanto post contrarium sentientibus, factus sit dubius, atque ipsimet etiam* Gregorio; *qui proinde maximam est laudem commeritus ultronea cessione, per quam factum, ut* E *omnino indubitatus suffectus sit Pontifex; etsi nonnullis (in quibus Hermannus Contractus) non satis justa fuerit visa sententia Synodi: quod enim huic defuit, supplevit consensus* Gregorii, *non ignoratus Hermanno.*

ipso humiliter cedente,

**Frisingensis minus solida de his relatio,*

5 *Otto Frisingensis, Hermanno, usque ad annum* MLIV. *scribente, proinde in his quæ dicta sunt potiori longe teste, junior annis circiter centum, quia usque ad annum* MCXLVI. *suum Chronicon perduxit, prædicta omnia sic exponit lib. 6. cap. 23.* Circa idem tempus pudenda confusio Ecclesiæ Dei in urbe Roma fuit: tribus ibi invasoribus, quorum unus Benedictus dicebatur, Sedem illam simul occupantibus, atque ad majoris miseriæ cumulum divisis simul cum redditibus Patriarchiis, uno ad S. Petrum, altero ad S. Mariam majorem, tertio id est Benedicto in Palatio Lateranensi sedente, flagitiosam & turpem vitam (ut egomet in Urbe Romanis tradentibus audivi) duxere. Hunc miserrimum statum Ecclesiæ religiosus quidam Presbyter, Gratianus nomine, videns, zeloque pietatis matri suæ compatiendo animadvertens, præfatos viros adiit, eisque a Sede sancta cedere pecunia persuasit, Benedicto redditibus Angliæ, quia majoris videbatur auctoritatis, relictis. Ob ea cives præ- F fatum Presbyterum, tamquam Ecclesiæ Dei liberatorem, in summum Pontificem elegerunt, eumque mutato nomine Gregorium * septimum vocaverunt. **Invasorem*
Quod audiens Rex procinctum movit in Italiam. Porro Gratianus, Regi apud Sutrium occurrens, ad leniendum ipsius animum diadema pretiosum obtulisse dicitur. Quem Rex primo, ut decuit, honorifice suscepit: postmodum autem collecto Episcoporum conventu, a Pontificatu pro nota Simoniæ cedere persuasit: eique Svidegerum Babenbergensem Episcopum, qui & Clemens, consensu Romanæ Ecclesiæ substituit. Hunc Gratianum Alpes transcendentem, secutum fuisse tradunt Hildebrandum, qui postmodum summus Pontifex factus, ob ejus amorem (quia de Catalogo Pontificum remotus fuerat) se Gregorium VII. vocari voluit, & sicut in Lucano habes:

Victrix causa Diis placuit, sed victa Catoni:

Ita & huic Hildebrando, qui semper in ecclesiastico rigore constantissimus fuit; causa ista, in qua sententia Principis & Episcoporum prævaluit, semper displicuit.

6 *Hactenus Otto, non ex iis quæ apud coævos scriptores legerat, sed quæ post annos centum narrantibus Romanis audiverat; proinde non existimo quod* Baro-

A nius, si verba Hermanni Contracti eique coævi Desiderii Abbatis legere majori cum attentione potuisset, prælaturus eis fuerit auctoritatem Ottonis, errorisque redarguturum eos qui ante Gregorium VI. alium non agnoscunt quam Benedictum, & qui ejus Pontificatum mensibus tribus non integris interpelavit Silvestrum; Joannem autem Archipresbyterum non distinguunt ab eo quem Benno ejusdem ævi scriptor appellat Joannem Gratianum. Hoc tamen ejus cognomen, quo solo usi sunt S. Petrus Damiani & Hermannus Contractus, occasionem quibusdam dedit confundendi eum cum Gratiano monacho, qui centum post hæc annis Bononiæ in monasterio SS. Felicis & Naboris composuit Decretum, in quo, sicut Labbeus noster habet, discordantes invicem Canones in concordiam studuit revocare ex sanctorum Patrum scriptis, Romanorum Pontificum sanctionibus & epistolis, legibus etiam secularibus non omissis, ipsum opus per Distinctiones, Causas, Quæstionesque disponens; apte omnia, nisi quod fictitias Decretales a veris nescivit distinguere; usque locum dedit in jure Canonico. Hoc tamen ea B earum reprobatione nihil patitur: quia Pontifices, Gratiani istius Decretum eatenus needum corrigentes reliquerunt omnia in eodem quo passim habebantur auctoritatis gradu.

Immerito coævis scriptoribus prælato.

7 Daturus ad XXV. Maii Vitam præfati Ildebrandi dicti in Pontificatu Gregorii VII. explicabo quomodo is ab hoc suo Decessore ex monasterio ad Clerum Romanum translatus, eumdem postea deduxerit ad ipsum, in quo religiosiorem disciplinam junior hauserat, Cluniacense monasterium: ubi etiam verosimile nobis esse diximus, quod pro eodem, post subsistuti Clementis mortem, in Romanam Sedem restituendo sollicitus Ildebrandus, jam Prior Cluniacensis, Wormatiam ad Cæsarem se contulerit; itaque ei & noviter electo Leoni IX. notus factus, jussus sit sequi Romam, relicto Cluniaci Gregorio VI. jam iterum Joanne Gratiano: cujus ibidem paulo post sepulti miramur nullum superesse monumentum. Interim valde erravit qui Leonis istius elogium texens, quale in Ms. nostra legitur; ad laudem ei tribuit, quod præfatum Gregorium, qui Archicanonicus ecclesiæ S. Joannis portæ Latinæ fuit, C & Papatum Romanum pecuniam dando (videlicet mille libras denariorum Papiensium) a Benedicto nepote Benedicti Tusculani emit, de Papatu Romano ejecit. Non enim dejectus est, sed ipse se ultro abdicavit Gregorius; & Papatum non tam emit quam redemit pecuniam dando: nec alium per Italiam de eo sensum fuisse usque ad tempus Sutrinæ Synodi, patet ex gratulatione S. Petri Damiani: qui si audivisset Simoniace ingressum in Sedem Romanam fuisse Gregorium, aut aliter quam per Canonicam electionem, gemuisset potius quam jubilando scripsisset, Lætentur cœli, & exultet terra, & antiquum sui juris privilegium se recepisse sancta gratuletur Ecclesia. Conteratur jam mille forme caput venenati serpentis, cesset commercium perversæ negotiationis: nullam jam monetam falsarius Simon in Ecclesia fabricet; nulla Giezi, D præsente providi doctoris absentia, furtiva dona reportet...... reprimatur avaritia ad Episcopales infulas anhelantium, evertantur cathedræ columbas vendentium nummulariorum.

Non emisse sed redemisse Ecclesiã docendus;

S. Petri Damiani gratulantis;

8 Extra Italiam tamen alia longe fama sparsa fuerat, & hæc verosimiliter movit Brunonis Episcopum Tullensem, postea Leonem quem dixi IX. præcipuæ apud Henricum Regem auctoritatis, ut eunti in Italiam comes hoc faciendum suaderet, quod Sutrina Synoda convocanda propositum habuisse vidimus; idemque Bruno verosimiliter fuit caput eorum, qui negabant Papatum a Gregorio juste posse retineri. Nempe sic comparatum a natura est, ut homines probi, quo longius abesse nituntur a vitio, in oppositam partem ferantur vehementius, quandoque etiam ultra æquitatis limites, tum maxime cum illi necdum definiti habentur; quemadmodum eo tempore, quo Simoniaca pestis libere & sine fræno vagabatur per omnes conditiones ac status nemo sollicitus fuerat anxie quærere quis vere Simoniacus esset contractus, quis non. Mihi Gregorii factum videtur & potuisse & debuisse extra culpam haberi: sic enim rem actam existimo. Videns Joannes-Gordianus quod Benedictum, jactationis Urbanæ & E dignitatis nimium sibi gravis tæderet; eumdem impulerit, ut sub pacto præsentis alicujus pecuniæ, vel certæ pensionis annuæ, vel etiam utriusque, ex bonis ecclesiasticis percipiendæ, cum Romano Clero transigeret de Papatu in eorum manus consignando in ordine ad liberam Electionem: atqui ita nihil suo privatim nomine, nihil sibi egerit Joannes-Gratianus. Dixerim autem non nisi illa pactione jam constituta, electum esse eum ipsum qui tam salutaris consilii auctor fuerat: atque ita dici, quod Benedictus in Gregorium transtulerit summum Sacerdotium, & ipsum suo loco ordinari permiserit.

Nec videtur reprobandus fuisse.

9 Quia autem mille libræ Papienses, ut Ms. nostrum, aut etiam mille quingentæ, ut Benno, homini, qualis Benedictus erat, potentis & Comitis Tusculani filio, exigua fuit summa; censea annuam fuisse, & ex proventibus Angliæ solvi decretam, uti habet idem Frisingensis. Quidquid autem tunc alii cum Henrico judicarint; nunc certe, constituto siquidem Canonico jure, nemo est, qui Simoniæ arguat eum qui ex justa causa suadet resignationem Beneficii, faciendam sub pacto pensionis annuæ, ex ipsius Beneficii fructibus præstandæ, ad sustentationem ejus qui Beneficium resignat in manus Episcopi sive Ecclesiæ. Alii tamen aliter factum acceperint, & parati fuerint in Sutrina Synodo contra Gregorium judicare: contra quem nisi F hoc titulo actum esset, nihil vel per umbram fuit ob quod de alio substituendo cogitaretur. Quare qui Gregorium excusare nituntur, faciendo eum diversum, a Joanne, qui a Benedicto dicebatur Pontificatum emisse, evertunt totum novæ Electionis fundamentum, ideoque non videntur audiendi.

attenta æquitate pensionis Benedicto concessæ.

CLII. CLEMENS II.

Ab an. 1046 ad 47. m. 9. d. 16.

CLEMENS, natione Saxo, antea Babenbergensis Episcopus Suidigerus dictus tempore Henrici III. & Constantini Monomachi anno MXLVI. (in ipso Natalis Domini die, Apostolicæ Sedi CLII. ex more consecratus est: qui mox ipsa die Henricum Regem, cum conjuge sua Agnete, Imperiali benedictione sublimavit) Sedit mensibus IX. diebus XV. vel XVI. obiit anno MXLVII. IX. vel X. Octobris, & (ad Episcopatum suum Babenbergam reportatus tumulatur): vacavitque Sedes usque ad VIII. Novembris.

Scribentibus Babenbergensis;

Jacobus Gretserus noster, in libro quem scripsit de Divis Babenbergensibus, ad Vitam S. Henrici Cap. 16. exhibet Breve Babenbergam statim a sua Coronatione expeditum, hujusce tenoris ... Clemens Episco-

A scopus, servus servorum Dei, sacratissimæ nostræ Babenbergensi Ecclesiæ, in filiis & filiabus ejus, Clero videlicet ac Populo, perpetuam in Domino felicitatem.

1 Dispensatio seculorum venit de Principe cœlorum, qui, antequam secula perficerentur, præscivit qualiter dispunerentur. Inde fit, ut non possit non impleri, quod ab æterno illius oculo potuit provideri. Tanti Numinis nutus te suam carissimam filiam Babenberg, nobis in Sponsam legitimam desponsavit, & arte regere (quantum in nobis fuit) sua propitiatione donavit. Certe nulli marito erga suam uxorem fides purior & amor ardentior, quam circa te, nobis: nec umquam vel in mentem venit te destituere, & alii adhærere. Sed nescio quo divino consilio actum est, ut Matri tuæ omniumque Ecclesiarum consociarer, & aliquatenus, tamen* omnino, a te separarer. Ecce enim cum illud Caput mundi, illa Romana Sedes hæretico morbo laboraret, & carissimi Filii nostri Domni Heinrici Imperatoris Augusti præsentia ad hoc invigilaret, ad hoc instaret, ut hujusmodi ægritudinem propulsaret; explosis tribus illis quibus idem nomen Papatus rapina dederat, inter tot agmina Sanctorum qui aderant Patrum, dignatio cœlestis gratiæ nostram indignissimam mediocritatem,

** An, ante.*

** an, non omnino?*

significat ei suam promotionem.

B cunctis nisibus refragantem, voluit eligi, & altissimi Apostolorum Principis vice fungi. *Videtur autem sanctus Pontifex non dimisisse Titulum* Episcopi Babenbergensis, *uti neque paulo post secuti*, Victor II. *&* Nicolaus II. *dimiserunt Titulos* Aistettensis *ac* Florentini: *idque etiam magis intelligitur ex sequentibus ejusdem Brevis verbis.*

2 Avulsum me tuo a tuo gratissimo latere, Sponsa dulcissima, quis dolor apprehenderet, quis mœror confecerit, quo pacto exprimam nescio, cum nobis omnem modum videatur transgredi. Plus honoris est, plus decoris, plus inquam virium Matri quam Filiæ; utpote cui omne genu terrestrium flectitur, pro cujus arbitrio janua cœli aperitur & clauditur, adversus quam nec portæ prævalent inferorum. Non tamen tantæ dominationis cupido ostio nostræ mentis irrepsit, cordisque cervicem libenter inflexit. Satis nobis erat. Tecum activam, bene; contemplativam, quoquomodo ducebamus vitam: præsertim cum perfectus amor nec speciem alterius unquam, nec intueretur opulentiam. Testem invocamus aciem divinam, non commentari nos apologiam: illa enim secreta cordis rimatur, cui nulla mox obtenebratur. Prote-

graviterque spontione ab ea divelli,

C ste quoque utimur ipsa conscientia, ubi sua est sollicitudo continua. Interiorem pupillam nec terrarum spatiositas, nec tot retundunt opposita; quin Amicam meam, Sororem meam, Sponsam meam, Columbam meam diligentiori cura circumspiciam & undique munitam faciam. Concessum nobis est divinitus, non ex nostris meritis, ut jam diximus, jus illud Apostolicum, quo & cœlis imperatur & terris. Undo & dignum duximus, & accommodum decrevimus, ut de profectu nostro Tu quoque proficias; & inde Tibi amplius consulatur, unde nobis illa potestas ampliatur. *Exhinc commemorans Pontifex, quomodo Ecclesiam illam fundator suus S. Henricus curaverit Apostolicis Privilegiis muniendam, per Prædecessores suos Pontifices, Joannem & Benedictum; hunc scilicet Octavum, qui ipsum S. Henricum coronavit; istum Decimum octavum, qui erectionem novi Episcopatus primus probavit, ut triplici tuitione circumcincta, per virtutem sanctæ Trinitatis nihil unquam patiatur læsionis; statuit etiam ipse, ne quis ipsam fraudare in aliquo præsumat eorum, quæ vel ipse sanctus Fundator, vel quorumcumque post eum fidelium religio obtulit vel oblatura est &c. Nulla ad finem addita diei vel anni data.*

ejusque commodis nihil omnino studens.

memorat Pri Pontifices, privilegia,

3 *Joannes Cygnæus, Episcopi Bambergensis Actuarius, asserit, quod idem Pontifex* Babenbergensem Ecclesiam ab omni jugo Archiepiscopali exemit, & multis præclaris privilegiis & immunitatibus adauxit: *quorum instrumenta dum non producuntur, dubitare nobis de veritate licebit; attentis verbis earum Bullarum, quas postea* Leo IX. *in ejusdem Ecclesiæ favorem dedit, post lecta Prædecessorum suorum Privilegia. Non multa certe potuerunt condi tam brevi, quo Pontificatum* Clemens *tenuit, tempore. Etenim* Leo *Ostiensis* post novem menses *defunctum ait, sed* ultra montes: *quod alius nemo: imo Hermannus Contractus (cujus ex posteriori & meliori exemplo verba transcripsimus ( ) inclusa) expresse dicit,* Clemens qui & Svidegerus Papa, in Romanis partibus, nono mense promotionis suæ diem obiens, ad Episcopatum Babenbergam reportatus tumulatur. *Prius autem sic scripserat:* Clemens, qui & Suidegerus, Papa, VII Idus Octobris obiit. *Ob hanc porro auctoritatem factum puto, quod (sicut ait prælaudatus Cygnæus, Episcopi Bambergensis Consilii aulici Actuarius)* Anniversarius *ipsius* in festo S. Dionysii (quo die quotannis ex privilegio Leonis IX. Bambergensibus nundinas celebrare permissum est) solennis habetur. *Hac autem ratione* Clementi *dandi essent supra* menses IX. *non solum* dies VII. (*quos habent Rolewinck, Stella, & Platina*) *sed omnino* XV. *Nostrum vero Mſ.* dies XVI *habet, qui ad* X. *Octobris pertingerent; quo etiam die obiisse legitur in hoc ejus Epitaphio* Reverendissimus in Christo Pater & Dominus D. Suiderus a Mayendorf, Saxo, X. Episcopus Bamb postea summus Pont. Clement secundus dictus, obiit Romæ 10. Octob. An. 1047 *Potior sine dubio auctoritas hæc esset, si antiqua & certa: sed quia nova est, non audeo contra antiquiorem antiquitatem definire quidquam, diemque indecisum relinquere malo.*

exemit omni jugo Archiepiscopi Moguntini

Tempus, Sedis,

Anniversarium 9. Oct.

D

E

4 *Extant alibi duo Pontificatus hujus monumenta; unum in favorem Archiepiscopi Ravennatis apud Ughellum tom. 2. alterum continens Salernitani Episcopatus in Archiepiscopatum evectionem, apud Baronium & Binium: utrumque, teste Oldoino, aut saltem postremum,* Scriptum per manus Joannis scriniarii & Notarii sacri Lateranensis Palatii, *&* datum XII. Kalendas Maii per manus Petri, Diaconi & Bibliothecarii & Cancellarii sanctæ Apostolicæ Sedis, anno Domini Clementis secundi Papæ primo, indictione decima quinta. *Ad hujus quoque Pontificis Acta attinet, quod* II. *Maii ante Vitam S. Wiboradæ num. 1. notavit Henschenius ex Burchardo Sangallensi, seculi* XI. *scriptore, quod* Norpertus Abbas S. Galli, adminiculante etiam Henrico Imperatore & conjuge ejus Agnete, obtinuit apud Domnum Apostolicum Clementem II. recitata Vita B. Wiboradæ ejusque miraculis; de tamdiu neglecta re ab ipso Papa redargutus; quatenus ipsam, præsente Theodorico Constantiensi Episcopo canonizaret, & pro Sancta habenda præciperet, & anniversarium ipsius diei solennizandum institueret.

F

DISSERTATIO XXXVII.

De sepulcro Clementis II. Babenbergæ, & huic Ecclesiæ concessis ab Leone IX. privilegiis pro illius reverentia.

H*Æsisse me fateor ad primum Epitaphii præcitati aspectum, cum ex una parte vetus esse monumentum intelligerem, ex altera legerem Epitaphium nullius antiquitatis notis insignitum. Scripsi ergo ad R. P. Augustinum Borler, Collegii nostri Bambergensis, anno* MDCLXXVIII. *Rectorem, ut ipsius tumuli lapidisque impositi delineationem mihi curaret. Missa*

sepulchrum vetus, sed inscriptio nova.

A *ille primo qualem Pontificio suo triumpho P. Cornelius Hazart inseruit; cujus ectypon cum vidisset dictus Pater, valde abludens a vero (quia figurarum ductus obscuros longe aliter sculptor acceperat quam erant) aliam novam accuratioremque submisit, quam hic spectandam per omnia quatuor latera exhibeo.*



C *Idem vero Pater per Epistolam suam insuper me docuit, tumulum quidem antiquum esse (quod ipsa tuditos sculptura etiam in delineatione monstrat) sed lapidem novum, prout ea Romanarum litterarum forma, eo ævo non solum apud Germanos, sed & apud Romanos exoleta, nec multo plus quam ab annis centum restitui paulatim cœpta cognosci potest. Recentiora etiam sunt* Suiderus *pro* Suidigero, Bambergensis *pro* Babenbergensi, *zyfra in numeris, aliaque similia, sed imprimis familiæ additum nomen, & nescio unde sumptum, quandoquidem cognominum usus tunc nedum ullus Germanis erat in publicis scripturis; adeoque ea sola traditione haberi post tot secula potuerit.* Mayendorffiam *familiam ad* Suidigeri *Episcopi majores genus suum referre. Addebat Epistola, ex seniorum narratione haberi hæreticos hostes, cum rerum Bambergæ potirentur, spe inveniendi thesauri alicujus, refregisse tumbam, ossa dissipasse, lapidem quo claudebatur fregisse vel avexisse; sed non impune; omnes enim, qui sceleris participes fuerant, actos in rabiem esse: hoc autem seculo repositum lapidem novum ex simili marmore, sed cujus integritas atque color diversus diversam ætatem satis indicant.*

2 *Dolendum profecto, quod cum isto lapide perierit vetus Epitaphium, versibus fortassis circum oram descriptum; neque ipsum dumtaxat, sed etiam effigies tanti viri, quam eidem insculptam fuisse verosimile mihi est. Placuit tamen ad aliquod jacturæ solatium, ipsius tumbæ cælaturam ære incidere, servandam memoriæ posterorum: cujus quidem latus dexterum gemina habes ex veteri ac novo Testamento victoriæ finalis Symbola, priscorum Christianorum monumentis haud insueta; Sampsonis videlicet leoninos rictus divellentis; & Mulieris Apocalypticæ Draconi fauces elidentis. Alterum latus habet tres præcipuas Pontificis ibidem conditi virtutes, Justitiam, Temperantiam, Largitatem: quibus & de duplici morte victoriam, in priore latere expressam retulerit, & Christum judicem meruerit invenire placatum; qui ad caput cum romphea exprimitur, terrarum orbem, vincente per crucem Agno salvatum, sinistra complexus. Ad pedes videre videor Angelicam revelationem, factam alicui Saracenorum Principi (quantum quidem ex capitis integumento colligitur) fortassis de viri ejus morte, cujus jam in cælo gloriosi meritis ac precibus movendi essent Christiani Principes, quadraginta post annos, ad Terram sanctam de manibus infidelium eruendam. Alia si cui occurrat felicior conjectura, huic ego meam libens cedam;* D *multoque libentius certiori explicationi, ex historia sacra aut profana petitæ. Interim quod superest mensuram tumbæ hujus accipe, quæ talis est, ut paulo plus quam dimidium pedem elevata a pavimento, longitudine septem cum dimidio pedes, altitudine duos cum quadrante, latitudine ternos quadrante uno minus, extimis limbis suis complectatur, adeo ut interior cavitas corporis unius tantum, sed proceri, sit capax.* E

explicatio figurarum in ea sculptarum.

3 *Præcitata S. Henrici Vita a Gretsero edita, cap. 17. producit Bullam* Leonis IX. *qua, occasione Pallii missi* Hartwico, Babenbergensis Ecclesiæ venerabili, *post Suidigerum seu Clementem,* Episcopo, *mentionem facit Babenbergensium Nundinarum, in Anniversario ejusdem* Clementis Papæ, *ut prædictum est, institutarum: cujus Brevis, quod incipit,* Si Pastores Ovium *partem referre propterea placet, ubi sic ait ......* Pallium itaque ad Missarum solennia celebranda Fraternitati tuæ transmittimus: & quod Antecessoribus tuis numquam ante concessum, Tibi primo concedimus, rogatu filii dilectissimi nostri Imperatoris Henrici, & pro veneratione Antecessoris nostri piæ memoriæ Domini Papæ Clementis, primum ejusdem Sedis Episcopi, ibidem in Christo quiescentis; & pro memoria Henrici Imperatoris primi, præfatæ Ecclesiæ constructoris benignissimi: quo tibi ter in anno uti permittimus, salva auctoritate Dominæ Metropolitanæ Moguntinæ Ecclesiæ, scilicet in die sanctæ Resurrectionis, & in Natalitiis Apostolorum Petri & Pauli, & in solennitate S. Dionysii; eo quod tunc anniversarius dies celebratur Domini Papæ Clementis supra memorati: hancque diem Apostolica auctoritate statuimus celebrem esse per totum Episcopatum. Data III. Nonas Januarii, an. Leonis Papæ IX. (*quinto*), Indictione VI. *qui fuit annus Christi* MLIII. *Hinc etiam deficientem in Gretsero anni Pontificalis numerum supplere nobis licuit; non tamen sine scrupulo; habemus enim a Joanne Gamansio nostro ejusdem Brevis aliud ectyphum, in quo sic legebatur:* Data ..... Januarii anno Domni Leonis Papæ quarto, Indictione XV. *Non erat tam obesæ naris Gamansius, neque tam parum scrupulosus in transcribendis ad litteram antiquis instrumentis, ut numerum nominis Pontificalis acciperet pro numero anni, annumque Leoni sciens numquam obtigisse nonum, pro IX. legeret IV. idque ad longum extendens, scriberet,* quarto; *aut in numero Indictionis* XV. *pro* V. *hæc enim anno Leonis quarto respondisset. Oportet igitur ut non ex ipso originali sumpserit ectyphum nobis missum, sed ex alia antiquiori ac minus sincera copia. Certe Indictionem decimam quintam numquam habuit* Leo *iste; habuit sextam, ut infra apparebit.* F

Leo IX. Pallium Babenbergensi mittit.

sed per Breve, non sic ut mendis transcriptum:

4 *Hoc autem posito, mirum est, quomodo Auctor* *qui autem*

Vitæ

A *Vita S. Henrici, Bulla isti non præposuerit, sed postposuerit aliam, quam idem Leo scripsit eidem* Hartwico sibique Canonice in Sede Episcopatus successuris in perpetuum. *Ibi enim æternam in Domino salutem apprecatus, testatur recognitum sibi fuisse primæ fundationis instrumentum, ad instantiam prædicti Episcopi, querentis* quia locus suus a Clericis Adalberonis Episcopi temeraria præsumptione invasus esset. *Cui satisfaciens Adolbero,* de omnibus quæ ad bannum & episcopalem justitiam & potestatem Babenbergensis Ecclesiæ pertinerent, ex tunc & deinceps renuntiavit. *Ipse vero Pontifex prædecessorum suorum Privilegia sic confirmavit,* ut sit ille Episcopatus liber, Romano tantum mundiburdio subditus ..... sed tamen idem Episcopus suo Metropolitano Episcopo Moguntino, in Canonicis causis tantummodo, sit subjectus & obediens. Denique ductus amore & reverentia Clementis piæ memoriæ prædecessoris sui, quem Deus miro dispensationis ordine a Prælatione hujus loci, ad san-

ibi emissum susceperat in professionem S. R. E.

B ctæ Romanæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ apicem dignatus est avertere; & mirabilius e Romanis finibus defunctum ejus corpus reducere; volens hanc Ecclesiam quasi novam tanto decoratam esse Patrono, & Romanam contentam & sufficienter præteritis & futuris Patribus manere ornatam; quin etiam amore & desiderio Fratrum *Canonicorum*, qui *ipsum, Babenbergæ existentem* (*ubi* in die natalis B. Lucæ Evangelistæ verbum Dei ad populum habuerat, *&* præsente Henrico *Imperatore* prælecta *fuerant* Prædecesso-

ejusque sibi lecta privilegia confirmarat,

rum *Pontificum* Privilegia) *in suis recepere ecclesiasticis stipendiis & quotidianis; iis Presbyteris & Diaconis, quos honestiores ac digniores Episcopus providerit,* mitras gestare concedit licentia. ... in Natali Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi, & in cœna Domini, & in Sabbato sancto, & in die gloriosæ Resurrectionis ejusdem, & in die S. Georgii; & in die SS. Petri & Pauli, & Assumptionis beatissimæ Mariæ, & S. Dionysii, pro reverentia prælibati Prædecessoris Domni Clementis Papæ, cujus Anniversarius dies tunc ab eisdem Fratribus agitur; & *in* Anniversario die Domni Heinrici Imperatoris, ejusdem loci venerabilis constructoris. His vero concedit hanc dignitatem, qui tantum specialiter excubant & deserviunt apud prædicti Prædecessoris sepulcrum ...... Data per manus Friderici Diaconi, Bibliothecarii & Cancellarii sanctæ Romanæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ, Anno Dominicæ Incarnationis MLII. anno vero Pontificatus Domni Leonis Noni Papæ quarto. *Nec locus nec dies data Bullæ additur; verosimile tamen est ibidem Babenbergæ datam, & quidem mense Octobri, haud diu post festum S. Lucæ; adeoque plus quam duobus mensibus, prius quam daretur altera de Pallio, nullo quoque loco adscripto etiam ipsa; necdum fortassis* E *Romam regresso Pontifice; quippe quæ istam primam sic exorsus reperiatur:* Cum exigente cura Pastorali totius sanctæ Ecclesiæ Dei, nobis Dei providentia commissæ, in partes Germaniæ venissemus; quæ Orientali Franciæ adjacent.

D

& Canonicis monstrantibus ad sepulcrum Clementis mitras concesserat.

BENEDICTUS IX. ITERUM.

BENEDICTUS, tertio reversus in Pontificatum, tenuit eum menses VIII. dies X. id est a festivitate Sanctorum quatuor Coronatorum (VIII. Novembris Dominica die anno MXLVII.) usque ad festum S. Alexii, (XVII. Julii anni MXLVIII.

Abdicat 1048.

HÆc ad verbum, *præter pauca* ( ) *inclusa Ms. nostrum tam accurate, ut ab Auctore ejus ævi ita esse scripta vix possis ambigere: qui tamen alterum extremorum non computans, solum numeravit* dies IX. *alias X. habituras, Baronius & Ciacconius aliique* Benedictum *hoc loco non aliter describunt, quam violentum Apostolicæ Sedis invasorem. Quod minus certum*

Ejus regressus, sicut fertur non violentus,

C *mihi videtur: aliis enim absque Imperatoris consensu nihil agere volentibus & uno circiter mense in ea contentione acto, potuit absque alia vi prævaluisse eorum factio, qui, reformationis a* Gregorio *&* Clemente *cœptæ metu,* Benedictum *restitutum cupiebant; itaque is receptus fuisse ab universo Clero; Imperatore factum, saltem ad tempus, dissimulante, cum ejus causa nullos exercitum in Italiam duceret, domesticis implicatus turbis, a Theoderico Marchione sibi rebellante, & Gotsfredo Lotharingiæ Ducatum armis vindicante, uti apud Hermannum Contractum videre est.*

2 *Quia tamen ea factio, quæ* Benedicti *restitutionem cupiit, Simoniacorum aut Simoniacis faventium fere fuit, nec sine largitionibus res verosimiliter peracta sit; merito a plerisque creditus fuit regressus* Benedicti *non fuisse legitimus. Neque velim contrarium sustinere: dico tamen posse alicui videri eum hac quoque vice, æque ac priori, verum Papam fuisse, & pro tali ab Italis habitum. Puto etiam magnam morum emendationem promisisse, sub eaque spe receptum a Romanis; sed cum consuetus vitiis in eadem revolveretur, excitatum zelum S. Bartholomæi Crypto-ferratensis, ut hominem manifeste Simoniacum & luxuriosum, & quem Pontificatus curarum fastidium haud leve præferre apparebat, induceret ad aliquem respectum animæ suæ, salvandæ per dimissionem Pontificatus: sic enim in illius Vita ad 11. Novembris danda, a Pan-*

ere creditus illegitimus,

cratio discipulo & Crypta-ferratæ Præposito scripta, legitur:

4 Qui tunc temporis, *quo scilicet egregia Bartholomæi sanctitas clarescere manifestius cœpit,* Apostolicæ Sedi præerat, cum juvenis esset (quod utinam Deus avertisset) voluptatibus deditus, humanæ fragilitati se dedit. Sed eum tandem ab hoc malo resipuisset, & male gestorum solutionem & veniam sibi quæreret, B. Bartholomæum sibi fore mediatorem agnovit, & intercessorem illum sibi futurum decrevit. Quapropter advocavit illum, majori qua poterat veneratione & honore: huic rem totam aperit, & opportunum remedium quærit. Bartholomæus vero non est Throni celsitudinem veritus, non dignitatis præstantiam respexit, neque munera & honores (quod plerique spiritualium medicorum facere solent) sed mali gravitatem: & propterea opportunam mali abscissionem illi tradens, ita inquit: Non licet tibi sacra facere, sed potius abstinere, & Deum placare, quem peccando irritasti. Ille vero neque tardans, neque procrastinans, sed quam primum deposita Sede instar privati hominis se habebat. *His consonat auctor Canonis sacri, in die festo recitandi sic, canit, Ode* IX. Præsidem Romæ Episcopum, Pater, ut cognovisti supplantatum, sapientissimis tuis verbis induxisti, ut renuntiaret throno, & eum cum vita solitaria commutaret.

& improbitatis S. Bartholomæo Crypta-ferratæ Abbati:

F

4 *Veriorem sincerioremque conversionem hæc indicant, quam in abdicatione apparuit, qua Pontificatum antea Gregorio cessit. Hæc enim ex motivo minus laudabili provenit, quantum quidem ex Auctoribus eam describentibus scimus. Itaque de secunda hac abdicatione poterit tota res commodius intelligi, quam secuta sit emendatio & (quantum ex Canone apparet) etiam*

cujus sensu serio pœnituit.

A *etiam secessus ad solitariam vitam, in proprio aliquo juxta Cryptam-ferratam castello agendam, sub directione sancti sui praeceptoris. Felix ille si in bene cœpto pœnitentiæ cursu perseverasset! Sed ea post secutis intelligitur, mutabilitate sibi consueta rediisse ad ingenium, mortuo verosimiliter Bartholomæo, ejusque Vita jam descripta. Nam & Glaber dicit, quod,* intercedente thesaurorum pecunia, *primum* electus extitit a Romanis: a quibus exinde frequenter ejectus ac inhoneste receptus, nulla potestate viguit: *& Benno, qualiscumque fidei, hujus tamen temporis Actor, asserit eum* perturbasse, post Leonis obitum, Romanam Ecclesiam, *id est post dimidiatum Aprilem anni* MLIV *utique regressum tentando. In hoc autem conatu infeliciter mortuum possumus credere cum Baronio, quandoquidem nulla ejus post annum prædictum mentio fiat amplius: cui vero damnationi fuerit subjectus post mortem, legi potest apud S. Petrum Damiani, & ex hoc apud Baronium, aliosque.*

Num postea reversus ad romanum,

B 3 *Quod porro* Benedictus *non fuerit a Sede sua violenter expulsus hac vice, sed voluntate cesserit; verosimile etiam fieri potest ex eo, quod idem dies, qui ei dicitur nunc fuisse in Pontificatu ultimus, a Ciacconio & aliis dicatur fuisse primus successoris, scilicet* XVII. *Julii idemque Dominicus: ut omnino videatur legitime ac simul facta esse &* Benedicti *abdicatio & installatio Damasi. Neque obsunt præcitata verba, quibus dicitur, quod* Benedictus, neque tædans neque procrastinans, quam primum deposita Sede instar privati hominis se habebat. *Intelligendum enim est quam primum voluntatem relinquendæ Sedis indicasse & Clero populoque, sed ex hujus voluntate tamdiu in ea perstitisse, donec ab Imperatore (cujus arbitrio rem deferre placuerat ad turbas evitandas) submitteretur alius rite eligendus & consecrandus: quæ res cœpta agi verosimiliter circa Pascha.* III. *Aprilis celebratum (quo tempore peccatores non prorsus desperati facilius solent ad pœnitentiam commoveri) protrahi potuit usque in Julium: siquidem Imperator, post Pentecosten,* XXII. *Maii Soloduri in Helvetia celebratam, per Franconiam abiverat in Saxoniam, unde ex suo comitatu misit Episcopum Brixinensem, de quo mox. Interim nulla extant* Benedicti *hujus Acta, ex quibus possimus discere, quomodo sui Pontificatus tempus tunc numeraverit.* D

Successori per Imperatorem misso Paparum consignavit

E

CLIII. DAMASUS II.

An. 1048. dies 23.

DAMASUS, natione Noricus, antea Poppo Episcopus Brixinensis seu Sabionensis, imperantibus Henrico III. & Constantino Monomacho, coronatus XVII. Julii in Dominica MXLVIII. sedit dies XXIII. defunctus VIII. Augusti, sepultus in ecclesia Sancti Laurentii extra muros: & cessavit Episcopatus usque ad XXII. Februarii anni MXLIX.

Missus ab Imperatore,

H*Ermannus Contractus de eo sic loquitur:* Sequente Julio (*post Junium scilicet anni* MXLVIII. *quo obierat Hermanni Abbas Bernhardus*) Poppo Brixiensis Episcopus, ab Imperatore electus, Romam mittitur: & honorifice susceptus, Apostolicæ Sedis Papa CLIII. ordinatur: sed paucis diebus exactis defunctus, & ad S. Laurentium extra urbem sepultus est. *Leo Ostiensis similiter ait lib. 2. cap* 81. Benedictus, iterum in Pontificatum reversus, per octo circiter menses illum retinuit, donec ab Imperatore transmissus ex Germania Damasus, Brixeonorum Episcopus, illi in Papatu successit: qui etiam post viginti tres dies apud Preneste vita decessit. *Ciacconius*, animi causa & ad fugiendos urbanos æstus *illuc eum se contulisse hariolatur: quidni potius causa ecclesiasticorum jurium restaurandorum; vel certe, quia per ipsos Julii mensis calores advectus in urbem, non cœperit habere male; judicatumque sit mutationem aeris necessariam esse periclitanti de vita.*

moritur Preneste; C

2 *Ms. nostrum in Catalogo, cum dixisset,* natione Noricus, *addit,* qui alio vocabulo Bagnarius dicitur; *ex quo vel alio simili textu* Platina, cognomento Bagoiarium fecit. *Æstimo, aliam antiquorum ita scribentium mentem fuisse, & intelligi voluisse, quod qui antiquiori voce & Italis notiori* Noricus, *Germanis dicatur* Bajoarius, *uti nunc* Bavarus: *sic enim idem auctor agens de* Nicolao II. fuit, *inquit* natione Allobrogus, quod alio nomine Burgundion dicitur. *Baronius ex* Brixiensi, *fecit Episcopum* Brixiensem, *quæ valde diversa sunt. Invenit etiam qui Aquilejensem Patriarcham fecerint, & hos secutus est Wiguleius Hundius in Metropoli Salisburgensi atque Ciacconius: sed manifestissimo errore, nato ex sola homonymia. Nam* Poppo Aquilejensis Patriarcha, *quod videre est apud Ughellum, obiit anno* MLIV. *Pontificatus sui* XXVIII. *Aquilejæ tumulatus in* Patriarchali *Basilica, uti testatur Epitaphium, quod recitat idem Ughellus: eidem autem suffectus frater suus Eberardus, anno* MXLVII. *Romano Concilio interfuit, sub* Clemente II. *Refutari porro non merentur, qui Martinum Polonum secuti, jam dictum* Clementem, *& hunc* Damasum *traducunt ut* invasores Apostolicæ Sedis, *ideoque cita morte sublatos volunt.*

an cognomento Bagnarius?

an antea Patriarcha Aquilejensis fuit?

F

3 *Sunt etiam qui veneni, a* Benedicto IX. *propinati, suspicionem admisceant. Et hunc iterum Romanæ Sedi incubuisse, donec mitteretur Tullensis Episcopus Bruno, censet* Baronius. *Sed cum id nullius antiquorum dicat, non debet ea tam levi fundamento revocari in dubium, quod de illius pœnitentia ad tempus diximus ex vita B. Bartholomæi. Potuit tamen tam cita duorum ex Germania Pontificum mors, Imperatorem, pejus aliquid fortassis de Romanis suspicatum, lentiorem reddidisse ad nominandum successorem, accedentibus præsertim negotiis aliis: atque ita res esse dilata usque ad mensem fere Decembrem, & in Wormatiensibus demum Comitiis peracta. In quo sane magis festinandum fuisse credo, si vere extitissent ea Romæ turbæ, quas Benedicti regressum violentum præcedere & subsequi oportuisset.*

an Benedictus 9. iterum Sedem invaserit?

CLIV. S. LEO IX.

Ab an. 1049 ad 1054. ann. 5. m. 2. d. 8.

LEO natione Theotonicus, ex patre Hugone, Imperatoris Conradi consobrino, antea dictus Bruno, Tullensis Episcopus, Wormatiæ anno MXLVIII. Papa designatus, iterumque Romæ electus liberrime anno MXLIX. II. Februarii, consecratus XII. prima Dominica Quadragesimæ; sedit annos V. menses II. dies VIII. obiit & colitur XIX. Aprilis, MLIV. sepultus in ecclesia S. Petri: & cessavit Episcopatus usque ad XIII. Aprilis anni sequentis.

Ad

A *Error Electio*. AD *fabulas, quibus, annis post hac ducentis & pluribus, Pontificiam historiam aspersit Martinus Polonus, referas licet, quod dicat* Imperatorem, cum Romani ex quadam prava consuetudine petiissent ab eo Pontificem sibi dari, & nullum Theutonicorum ad hoc ut reciperet posset inducere, Episcopum Tullensem, virum simplicem, ad hoc inclinavisse. *Neque enim de alio potius videtur cogitasse Imperator quam de* Brunone, *tantæ nobilitatis, prudentiæ & sanctitatis viro: neque credibile est Theutonicos Episcopos omnes, ita Clementis & Damasi morte sic fuisse consternatos, ut inter eos nemo inventus fuerit, qui, si eligeretur, Romanus Pontifex fieri vellet. Quam autem urguit pravam consuetudinem, si prava fuit (quod tali rerum statu fuisse non videtur, sed ad magnum Ecclesiæ commodum spectasse, ideoque & Romani a Ciacconio putantur juramento tunc obstricti fuisse, ne sine Imperatoris consensu Pontificem ordinarent) si* prava *inquam fuit,* consuetudo *non fuit, solum enim præcesserant exempla duo, ad consuetudinis appellationem nequaquam sufficientia.*

B *Vita scripta*. 2 *Vitam scripsit* Wibertus *ejus Archidiaconus, quam una cum Appendice miraculorum, a coævo etiam auctore & Desiderio Abbate Casinensi scriptorum, illustratam vide in nostro Aprili; cui hoc solum addo sententiam a* Leone *in favorem Dominici Gradensis latam, qua ei Primatus relinquitur supra Episcopos Istriæ & Forojulii (quam Dandulus in historia Veneta et eaque Baronius referunt ad annum* ML. *Ughellus ad Synodum Vercellensem eodem anno habitam) spectare potius ad Synodum Romanam, anni* MLIII. *Indictionis* VI. *idque ex ipsis* Leonis *verbis liquere. Quam supra in* Clemente II. *dedimus hujus ejusdem Leonis bulla, ea, ut in contextu sincera sit (de quo nunc incipimus dubitare) manifeste corrupta est quoad numerum Indictionis:* anno *enim ipsius* Leonis quarto *mense* Januario, *idest anno Christi* MLIII. *solum numerabatur* indictio VI. *non* XV. *& is, cui scribitur,* Hartwicus (*Bruscio* Hardovidus, *sinceriori nominis scriptione*) *sequenti mox anno obiit, æque ac ipse Leo. Quod* paucos post annos ab obitu suo canonizatus fuit S. Leo, *legitur in Obituario Abbatiæ* S. Leonis *Tullensis, quam sub ejus nominis invocatione construxit eidem ante Pontificatum carissimus Luthulfus, Canonicus ac deinde Decanus Tullensis Ecclesiæ, præficiens ei primum Abbatem Soberum,* C *evocatum, e Castelleto, antiqua ad Romaricimontis radices domo Regularium, qui obiit anno* MCXXX. VIII. *Idus Maii, simul etiam Calmosiacensis Abbas, vulgo Chaumosy, ubi sepultus est. Ego de formali Canonizatione nihil ubibi legi: ad probandum autem cultum ei statim a morte delatum, satis est vel sola nomenclatura monasterii, hodiedum perseverans.*

mors. 3 *Hermannus Contractus, qui paucis solum mensibus* Leonis *supervixit, aut ejus Continuator usque ad annum* MLXVI. *ita de* Leonis *morte scribit:* Dominus Papa, cum apud Beneventum divino intentus servitio diu demoratus, Romam ægrotans reversus esset; invalescente indies languore, glorioso exitu, cunctis prius benedicens & admonitis valedicens, sanctoque Petro peccata sua confessus, & devote se illi commendans, XVI. (imo XIII.) Kalendas Majas obiit, & in Basilica S. Petri, juxta sepulcrum Sancti Papæ Gregorii sepultus, miraculis claruisse memoratur.

encomium ex Ms. 4 *Continuator Catalogi in Ms. nostro sic eum laudat.* Hic a Deo Electus Pontifex, ex Tullensi Ecclesia assumptus, ad urbem devenit Romanam, secum deducens Hildebrandum, qui cum Papa Gregorio ad partes illas ierat .... Hic ejusdem Hildebrandi consilio omnia in itinere & in hac civitate fecit, cui postea ad regendum ecclesiam S. Pauli Apostoli tradidit, pro quadam visione quam viderat; videlicet quia B. Petrum in prædicta visione hilarem videbat, D Beatum quoque Paulum tristem & turbulentum erga se prospiciebat. Prædictus quoque Pontifex largus, pius, innocens, benignus, amator justitiæ, & plebis ferventissimus gubernator, divinarumque Scripturarum indeficiens perscrutator, vigiliis & orationibus semper intentus fuit. Qui etiam sua admonitione & prędicatione omnes Normannos & Francigenas (excitavit) ad destruendam eorum superbiam, qui in partibus Apuliæ commorabantur, quoniam superbia eorum in tantum excreverat, quod totam terram in suo posuerant dominio, & B. Petri Vicarii nihil ibi juris aut dominii retinebant. Qua denique victoria facta & tota terra suo dominio reddita, ad urbem rediens Christi Confessor, XIII. Kalendas Majas migravit ad Christum.

5 *Coævus auctor, qui morti præsens etiam miracula a se visa describit, uti ea dedimus ex variis Mss. inter extrema verba sic precatum Leonem ait:* Magne Deus, *Zelus contra Simoniacos* humani generis redemptor, qui per Apostolos tuos E Petrum & Paulum Simonis perfidiam de alto (cadere) præcepisti, invocato tuo nomine: sicut eos exaudire dignatus es, ita exaudire dignare me servum tuum: & ad te converte Theophylactum, & Gregorium, & Petrum, qui in toto mundo Simoniacam hæresim solidaverunt; & ita fac eos cognoscere viam veritatis, ut derelinquant errorem suum, & ad te, mitissime Deus, revertantur. *Cœperat ergo jam tum novas iterum res moliri* Theophylactus (*neque enim modeste agente eo tali deprecatione fuisset opus*) *& quæ perperam egerat Pontifex, eadem rursum acturus si gradum pristinum recuperasset, hanc minime vanam solicitudinem incusserat* Leoni; *socios (ut videtur) pravorum consiliorum habens* Gregorium *&* Petrum, *quos crediderim & olim in Curia* Benedicti IX. *præcipuos fuisse, omnisque Simoniacæ nundinationis auctores; & a Gradu suo per* Gregorium VI. *aut ipsum* Leonem *depositos, non desiisse sua facta tueri, ut divino juri nequaquam adversantia.*

6 Sacrum corpus *primo* juxta sepulcrum S. Gregorii Papæ *conditum, deinde propter miracula sub pro-* *Translatio corporis anno 1606. 18. Januarii.* *prio altari;* postea, *inquit Aringus lib. 2. Romæ Subterraneæ cap. 8.* in Vaticanæ Basilicæ demolitione re- F pertum, erat miræ proceritatis, a capite nimirum ad pedes longitudine novem palmorum constans: quod quidem in novam Basilicam translatum est, & sub altari absidis, quæ ad meridiem respicit, in plumbea quadam arca, altera pariter cypressina circumdata, conditum fuit, hac ad perennem sanctissimi viri memoriam addita inscriptione: Corpus S. Leonis Papæ Noni, virtutum & miraculorum gloria insignia, sub altari Mortuorum, sito in Basilica Vaticana, inter portas Argenteam & Ravennianam, die XI. mensis & anni infrascripti, intra marmoream arcam repertum; cum ea pars ecclesiæ rueret, Pauli V. Pont. Max. jussu in novum templum processionali pompa delatum, hac sub ara ritu solenni collocavit Evangelista Palliottus, tit. S. Laurentii in Lucina Cardinalis Cusentinus, dictæ Basilicæ Archipresbyter, anno Domini MDCVI. ejusdem Pauli Pontificatus primo, die XVIII. Januarii, festo Romanæ Cathedræ S. Petri. *Quadam mortui miracula, ex ore Gregorii Papæ VII.* *Miracula post mortem.* *accepta, narrantur a Desiderio Abbate Casinensi, postea Victore Papa III. lib. 3. Dialogorum, quod hic notasse sufficit: nam plurium miraculorum testem habemus Chronologum Saxonem, ad annum Christi* MLIV. *his verbis:* Religiosus Brunus Papa, qui & Leo, gloriose præsentis vitæ diem clausit, honorificeque sepulturæ traditus Romæ, miraculis coruscat.

DISSERTATIO XXXVIII.

De quibusdam circa Bullas Pontificias novitatibus, hoc tempore cœptis.

Sub eo inductus in Bullas annus Incarnationis.

JOannes Mabillo lib. 2. de re Diplomatica Cap. 24. *quærens, quis Pontificum primus inceperit Bullis suis adnotare annum* Incarnationis, *censet Leonem hunc* IX. *fuisse: certe nullum Pontificium diploma sibi visum ait, ante id tempus tali calculo notatum, quod sincerum videretur, quidquid dicat Aventinus, usum illum a* Paschali I. *deducens. Si autem verum est, Leonem eo in genere primum fuisse, id inde factum putat, quod tum ipse esset ex genere Imperatorum Germaniæ, qui annos Incarnationis usurpabant; tum Tulli fuisset Episcopus, ibique eo calculo frequenter in litteris usus; tum denique Cancellarium haberet Tullensem Primicerium, eidem calculo assuetum. Sic ergo sub autographa Bulla, pro Metensi S. Arnulphi cœnobio, scriptum legi testatur Mabillonius.* Data v. Id. Octob. per manus Udonis, Sanctæ Apostolicæ Sedis Cancellarii & Bibliothecarii & Tullensis Primicerii, anno Domini Leonis IX. Papæ 1. Indict. III. anno vero Dominicæ Incarnationis MXLIX. *Ubi etiam notat τὸ* Incarnationis, *idem valere quod* Nativitatis: *aliàs enim incipientibus annum a* XXV. *Martii præcedentis, jam numerabatur annus* ML. *&* Indictionem *non innovari mense* Septembri, *ut præcedentibus seculis omnibus factum fuerat (sic enim scribi debuisset* Indictio III.) *sed uno cum anno protrahi usque ad Dominicum Natalem: unde hic etiam videtur constitui posse initium Indictionum, quas vocant, Pontificalium, una cum anno Ecclesiastico incipientium, quidquid dicat Ciacconius in Isagoge, asserens, in Concilio Constantiensi primum observari cœptum commune istud annorum Indictionumque initium. Istud tamen non fuit statim tam universale, quia subinde adhuc variarent Notarii, &* *sic Bulla quædam* Gregorii VII. *apud Mabillonem data legitur,* Non. Septemb. Indictione incipiente XV. *idest anno nobis adhuc* MLXXVI. *Germani vero usque hodie retinuerunt usum* Cæsareæ, *seu* Constantinianæ Indictionis, *incipientes ab* XIII. Kal. Octob.

Ut Indictio, incipientes a Natali Domini.

Non autem sub Eugenio 4.

2 *At, inquies, si ista ita se habent, &* Leo IX. *aliique post illum Incarnationis annos suis Bullis apponi faciebant; quid Paulo Middelburgio Episcopo Forosemproniensi, sub initium seculi præcedentis scribenti, in mentem venit, ut lib. 13. Paulinæ suæ cap 6. affirmaret,* præsidente Eugenio IV. adhortante Blondo Foroliviensi, Pontificii Collegii a secretis Notario, in Bullis atque Rescriptis Pontificalibus annorum a Christi Incarnatione supputationem scribi primum cœpisse? *Movit hac auctoritas Ciacconium in Isagoge sui operis, movit etiam me in Propylæo Aprilis, suspectasque fecit interpolationis omnes ante* Eugenium *Bullas sic notatas, quia non credebamus viro tali obrepsisse, ut id ita scriberet asseveranter, nisi ex ipsius Blondi certissimo testimonio id habuisset. Malo tamen hanc Regulam abdicare ut falsam, quam fidem abrogare Mabillonii, tot autographarum Bullarum a se conspectarum, nullaque ex parte suspectabilium testimoniis moto ad aliter statuendum. Id vero eo libentius facio, quod post Aprilem editum cognoverim omnium fere auctorum historicos, qui Pontificias Bullas producunt integras, aliquas tales habere* Eugenio *longe antiquiores: durum autem esset opinari, rationes illas universim conspirasse in istud additamentum sinceris alias & genuinis Privilegiis subjungendum, cum periculo eorumdem in suspicionem falsi inducendorum. Notatu porro dignum est, quod observavit Mabillon; Bullas seu Constitutiones Pontificias, Bullatas sigillo Papali,* *quæ præferunt voces* in perpetuum, *expressas ut plurimum Monogrāmatice, colligatis inferne duabus litteris*

qui ut summum extendit annum usum etiam ad Brevia.

PP *hoc modo:* IN. PR M.

pro quibus seculorum posteriorum usus habet verba Ad perpetuam rei memoriam, *passim subnotatum inveniri anno Incarnationis; Epistolas vero, & quæcumque in* forma Brevis *ut loquuntur* sub annulo Piscatoris *expedita, rarius eumdem calculum habere. Cum autem nunc habeant eum indifferenter tam Bulla quam Brevia, quid ni dicamus hoc esse quod Blondo suadente* Eugenius *induxit, quodque hactenus non semper fiebat? Certe hic Pontifex in Constitutione sua* anno Dominicæ Incarnationis MCCCCXXXV. septimo Idus Junii, Pontificatus anno quinto decimo *signata, quæ incipit,* Sicut prudens pater familias, *cujusque copiam se nactum Mabillonius ait, informans Notarios, hoc solum eis videtur inculcare;* ut sint diligentes in scribendo litteras in bona forma, & virgulent, & sequantur & studeant stylum Cancellariæ antiquum & laudabilem in omnibus servare; *tantum abest ut aliquid novi atque antea prorsus inusitati instituerit.*

an. 1445.

Testium Bullis subscribendorum initium

3 *Fuerit porro operæ pretium videre apud Meurissium in Episcopis Metensibus pag. 354. ipsum quod supra allegavimus Privilegium,* Warino *ejusque successoribus in Abbatia S. Arnulphi datum, post quam* Leo *Monasterium istud,* rogatu præfati Abbatis Warini, in memoriam B. Joannis Evangelistæ ac prænominati S. Arnulfi Confessoris Christi, quinto Idus Octobris Christo *consecraverat. Nihil istic omittitur, quod ad augendam vel Abbatis dignitatem, vel loci majestatem commodumque, vel festivitatem Dedicationis annuæ celebrandæ possit conducere, præter Indulgentias, quarum scilicet istiusmodi occasionibus tunc adhuc nullus usus erat. In eodem privilegio Lector inveniet initium quoddam subscribendorum Pontificiis litteris testium, quod superioribus seculis solum fiebat quando ejusmodi litteræ in Synodo Episcoporum signabantur: hoc tamen in ista Dedicatione factum est occasione falcem Synodi, paulo ante Metis celebratæ, unde remanserant Episcopi aliquot qui subsignare etiam possent. Simili etiam occasione Romanæ alicujus Synodi, sub* Benedicto VIII. *possumus factum credere, ut apud Diagum in historia Comitum Barcinonensium pag. 152. inveniatur Fundatio Bisaldanensis Episcopatus, Bullata* in mense Januario Indictione decimaquinta, *id est anno* MXVII. *atque ab octo Episcopis signata* VII. Kalen. Februarii. *Teste autem Mabillono lib. 2. cap. 20. maxime hic usus invaluit (qui etiam hodie in Bullis solenniter signatis obtinet) a Pontificatu* Urbani II. *ex quo tempore, quod antea non fiebat, subscribere cœpit etiam ipse Pontifex, hac formula* ✠ Ego N. Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi: *tum Cardinales ex ordine sic* ✠ Ego N. Basilicæ duodecim Apostolorum Presbyter Cardinalis subscripsi, *& ita consequenter alii.*

Benevalete additum signo Papali.

4. *Denique notabile est, quod hic idem Pontifex, illam clausulam* Benevalere, *a Romanis Pontificibus usurpatam saltem a tempore Caroli Magni, in Monogramma redegerit, prout illud exhibet Mabillo tab. L. ex autographo Remigiano ad Herimarum Abbatem,* Dat. III. Non. Octobr. per manus Petri Bibliothecarii ac Cancellarii Sanctæ Apostolicæ Ecclesiæ, anno Domni Leonis Noni Papæ I. Indict. III. *in Septembri anni* MXXXXIX. *inchoata. Ipsos temporis illius ac* Paschalis II. *characteres operæ pretium fuerit in prædicta Tabella contemplari: hic sigillum* Leonis *cum ipso monogrammate accipe, forma tamen duplo contractiori quam est in originali membrana.*

5 *Hinc*

A D





item Symbolum, 5 *Hinc porro existimare possumus, donec aliud vetustius exemplum proferatur, fluxisse consuetudinem Romanorum Pontificum, assumendi propriam quamdam gnomen* (symbolum *vocant*) *e sacris ut plurimum litteris acceptam, qualis hæc* Leonis *fuit*, Misericordia Domini plena est terra *Ps.* XXXII. *Talis autem, primum circumscribebatur per circulum seu orbem ipsius*
B *signaturæ, quemadmodum reperitur etiam* Alexander II. *descripsisse suam hanc*, Exaltavit me Deus in virtute brachii sui; *& alii alias.* Paschalis II. *præter gnomen in orbiculo circumscriptam*, Verbo Domini cœli firmati sunt *inter Crucis latera primo nomina Apostolorum, tum suum nomen scribi fecit; nonnullosque imitatores in eo habuit. Et hujusmodi quidem schemata litterata, cum nomine Pontificis intus vel circumscripto, in ipsa charta vel papyro pingebantur, serviebantque pro chirographo. Deinde etiam (quantum ex Ciacconio colligimus) ipsis quoque sigillis plumbeis insculpi similia verba placuit: cumq; ejusmodi plumbea sigilla geminam*

SCS PETRUS	SCS PAULUS
PASCH PP	ALIS II

Cruces una aut plures *haberent faciem, visum est, Pontificio nomine in alteram sigilli faciem rejecto, per quatuor angulos Crucis, totum orbem percurrentis, solam gnomen describere in altera facie, uti factum cum hac* Gregorii VII. *quam circulo inscriptam tibi oportet imaginari, ut sculpturæ parcam minime necessariæ, est autem accepta illa ex Ps.* CXLIV. *Denique seculo* XII *invaluit, ut pro majori una totumque orbem implente Cruce, una aut plures*
C *minores adhiberentur, subque ea vel inter eas notaretur Sententia: cui etiam aliqui circumduci voluerunt coronam quernam, Civium salvatorum symbolum, uti* Adrianus IV. *&* Innocentius *etiam* IV. Gelasio *autem* II. *placuit cum minoribus Crucibus etiam majorem usurpare, sententiamque accipere ex Ps.* LXVI. *hoc modo.*

MISERATIONES	TUÆ DOMINE
SUPER OPERA	OMNIA TUA

✠ DEUS	✠ IN LOCO
SANCTO ✠	SUO ✠

Nominis numero, 6 *Ipsum quoque eumdem* Leonem IX. *cujus occasione Dissertationem præsentem exorsi sumus, suspicor primum fuisse, qui sub nomini sui numero cudi monetam fecerit. Antiquius certe exemplum non invenio, sed invenio mox illud secutos esse* Victorem, Nicolaum, *&* Alexandrum, *omnes sui nominis* Secundos. *Non enim sigilla, sed vere pecuniarios nummos exprimi censeo a Ciacconio, dum adjunctas hoc loco figuras exhibet; verum ex eo quod doceo, Neminis Pontificii numerum hac ætate cœpisse, vel nummis vel plumbeis Bullis imprimi, consequens esse ne putes, hujus seculi Pontifices, aut etiam proximorum ante vel post seculorum, in more habuisse, ut initio suorum rescriptorum poni juberent ac scribi*, Leo Papa Nonus, Victor Papa Secundus, &c. *quia nulla talis usus exempla certa habentur. Quamquam enim in Bullario Cherubini Laertii inveniantur* Urbanus Papa Quintus, Clemens Papa Quartus, Bonifacius Papa Octavus, *prætitulati Bullis Canonizationum SS. Richardi, Hedwigis, Ludovici; itemque* Gregorius Papa X. *Epistolis ad Michaelem Palæologum ejusque primogenitum Andronicum: vereor tamen ne id fecerint ii qui transcripserunt exempla Laertio communicanda: nec facile credam, nisi certiori convictus exemplo, Pontificum prænominatorum quemquam omisisse usitatissimos in talibus titulos*, Episcopi, *&* Servi servorum Dei. *aliisque singulis emblematicis.*

E

7 Victor II. *in sigillo suo hoc novum fecit, quod in una facierum ejus vel S. Petrum expresserit, vel potius seipsum rasa barba Monachum, qui manu velata suscipit clavem, quam altera nuda cœlitusque demissa eidem porrigit, hoc lemmate circumscripta.*

Tu pro me navem liquisti, suscipe clavem.

Idem non multo post imitatus prænominatus similiter Alexander, *in eo solum differt, quod barbatus sit qui clavem suscipit, adeoque aptior S. Petrum repræsentare, circumscripto ejusdem formæ hexametro:* F

Quod nectis nectam, quod solvis ipse resolvam.

Inter ipsos autem duos Victorem *&* Alexandrum secundos, *medius* Stephanus IX. *voluit sese ipsum exprimere in habitu Episcopali, cum pede in dextera genuflexum, pascentibus ante eum agnis; de quibus apparens ei ex nubibus dimidius Christus, brachiis manibusque expansis, videtur præcipere, quod habet circulus ambiens unicam sigilli ipsius faciem.*

Si diligis me, Petre, pasce agnos meos.

CLV. VICTOR II.

VICTOR, natione Noricus, antea Gebehardus dictus, Episcopus Aistettensis, Imperatoris Henrici III. consiliarius intimus & proximus consanguineus, Constantinopoli imperante Theodora Constantini Porphyrogenetæ filia, coronatus Romæ anno MLV. in Cœna Domini, XIII. Aprilis; sedit annos II. menses III. dies XVI. obiit XXVIII. Julii *Ab an. 1055 ad 57. an. 2. m. 3. d. 16*

A

DISSERTATIO XXXVIII.

De quibusdam circa Bullas Pontificias novitatibus, hoc tempore cœptis.

Sub eo inductus in Bullas annus Incarnationis.

J*Oannes Mabillio lib. 2. de re Diplomatica Cap. 24. quærens, quis Pontificum primus inceperit Bullis suis adnotare annum* Incarnationis, *censet Leonem hunc* IX. *fuisse: certe nullum Pontificium diploma sibi visum ait, ante id tempus tali calculo notatum, quod sincerum videretur, quidquid dicat Aventinus, usum illum a* Paschali I. *deducens. Si autem verum est, Leonem eo in genere primum fuisse, id inde factum putat, quod tum ipse esset ex genere Imperatorum Germaniæ, qui annos Incarnationis usurpabant; tum Tulli fuisset Episcopus, ibique eo calculo frequenter in litteris usus; tum denique Cancellarium haberet Tullensem Primicerium, eidem calculo assuetum. Sic ergo sub autographa Bulla, pro Mettensi S. Arnulphi cœnobio, scriptum legi testatur Mabillonius.* Data v. Id. Octob. per

B

Indictio incipiens a Natali Domini.

manus Udonis, Sanctæ Apostolicæ Sedis Cancellaris & Bibliothecarii & Tullensis Primicerii, anno Domini Leonis IX. Papæ 1. Indict. 11. anno vero Dominicæ Incarnationis MXLIX. *Ubi etiam notat τὸ* Incarnationis, *idem valere quod* Nativitatis: *alias enim incipientibus annum a* XXV. *Martii præcedente, jam numerabatur annus* ML. *&* Indictionem *non innovari mense* Septembri, *ut præcedentibus seculis omnibus factum fuerat (sic enim scribi debuisset* Indictio III.*) sed una cum anno protrahi usque ad Dominicum Natalem: unde hic etiam videtur constitui posse initium Indictionum, quas vocant, Pontificalium, una cum anno Ecclesiastico incipientium, quidquid dicat Ciacconius in Isagoge, asserens, in Concilio Constantiensi primum observari cœptum commune istud annorum Indictionumque initium. Istud tamen non fuit statim tam universale, quin subinde adhuc variarent Notarii, & sic Bulla quædam* Gregorii VII. *apud Mabillonem data legitur,* Non. Septemb. Indictione incipiente XV. *id est anno nobis adhuc* MLXXVI. *Germani vero usque hodie retinuerant usum* Cæsareæ, *seu* Constantinianæ Indictionis, *incipientes ab* XIII. Kal. Octob.

C

non autem sub Eugenio 4.

2 *At, inquies, si istæc ita se habent, & Leo IX. aliique post illum Incarnationis annos suis Bullis apponi faciebant; quid Paulo Middelburgio Episcopo Forosemproniensi, sub initium seculi præcedentis scribenti, in mentem venit, ut lib. 13. Paulinæ suæ cap. 6. affirmaret,* præsidente Eugenio IV. adhortante Blondo Foroliviensi, Pontificii Collegii a secretis Notario, in Bullis atque Rescriptis Pontificalibus annorum a Christi Incarnatione supputationem scribi primum cœpisse? *Movit hæc auctoritas Ciacconium in Isagoge sui operis, movit etiam me in Propylæo Aprilis, suspectasque fecit interpolationis omnes ante* Eugenium *Bullas sic notatas, quia non credebamus viro tali obrepsisse, ut id ita scriberet asseveranter, nisi ex ipsius Blondi certissimo testimonio id habuisset. Malo tamen hanc Regulam abdicare ut falsam, quam fidem abrogare Mabillonio, tot autographarum Bullarum a se conspectarum, nullaque ex parte suspectabilium testimoniis moto ad aliter statuendum. Id vero eo libentius facio, quod post Aprilem editum cognoverim omnium fere nationum historicos, qui Pontificias Bullas producunt integras, aliquas tales habere* Eugenio *longe antiquiores: durum autem esset opinari, rationes illas universim conspirasse in istud additamentum sinceris aliis & genuinis Privilegiis subjungendum, cum periculo eorumdem in suspicionem falsi inducendorum. Notatu porro dignum est, quod observavit Mabillon; Bullas seu Constitutiones Pontificias, Bullatas sigillo Papali,*

qui ut summum extendit eum ad ipsa etiam ad Brevia.

D

quæ præferunt voces in perpetuum, *expressas ut plurimum Monogrammatice, colligatis inferne duabus litteris*

PP *hoc modo:* IN PERPETUUM.

pro quibus seculorum posteriorum usus habet verba Ad perpetuam rei memoriam, *passim subnotata invenire anno Incarnationis; Epistolas vero, & quæcumque in* forma Brevis *ut loquuntur* sub annulo Piscatoris *expedita, rarius eumdem calculum habere. Cum autem nunc habeant eum indifferenter tam Bullæ quam Brevia, quid ni dicamus hoc esse quod Blondo suadente* Eugenius *induxit, quodque eatenus non semper fiebat?* an. 1445. *Certe hic Pontifex in Constitutione sua* anno Dominicæ Incarnationis MCCCCXXXV. septimo Idus Junii, Pontificatus anno quinto decimo *signata, quæ incipit,* Sicut prudens pater familias, *cujusque copiam se nactum Mabillonius ait, informans Notarios, hoc solum eis videtur inculcare;* ut sint diligentes in scribendo litteras in bona forma, & virgulent, & sequantur & studeant stylum Cancellariæ antiquum & laudabilem in omnibus servare; *tantum abest ut aliquid novi atque antea prorsus insolitati instituerit.*

E

Testium Bullis subscribendorum initium

3 *Fuerit porro opera pretium videre apud Meurissium in Episcopis Mettensibus pag. 354. ipsum quod supra allegavimus Privilegium, Warino ejusque successoribus in Abbatia S. Arnulphi datum, post quam* Leo *Monasterium istud,* rogatu præfati Abbatis Warini, in memoriam B. Joannis Evangelistæ ac prænominati S. Arnulfi Confessoris Christi, quinto Idus Octobris Christo *consecraverat. Nihil istic omittitur, quod ad augendam vel Abbatis dignitatem, vel loci majestatem commodumque, vel festivitatem Dedicationis annue celebrandæ possit conducere, præter Indulgentias, quarum scilicet istiusmodi occasionibus tunc adhuc nullus usus erat. In eodem privilegio Lector inveniet initium quoddam subscribendorum* Pontificiis *litteris testium, quod superioribus seculis solum fiebat quando ejusmodi litteræ in Synodo Episcoporum signabantur: hoc tamen in ista Dedicatione factum est occasione saltem Synodi, paulo ante Mettis celebratæ, unde remanserant Episcopi aliquot qui subsignare etiam possent. Simili etiam occasione Romanæ alicujus Synodi, sub* Benedicto VIII. *possumus factum credere, ut apud Diagum in historia Comitum Barcinonensium pag. 152. inveniatur Fundatio Bisuldunensis Episcopatus, Bullata* in mense Janurio Indictione decimaquinta, *id est anno* MXVII. *atque ab octo Episcopis signata* VII. Kalen. Februarii. *Teste autem Mabillone lib. 2. cap. 20. maxime hic usus invaluit (qui etiam hodie in Bullis solemnites signatis obtinet) a Pontificatu* Urbani II. *eo quo tempore, quod antea non fiebat, subscribere cœpit etiam ipse Pontifex, hac formula* ✠ Ego N. Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi: *tum Cardinales eo ordine sic* ✠ Ego N. Basilicæ duodecim Apostolorum Presbyter Cardinalis subscripsi, *& ita consequenter alii.*

F

Benevalete additum signo Papali.

4. *Denique notabile est, quod hic idem Pontifex, illam clausulam* Benevalete, *a Romanis Pontificibus usurpatam saltem a tempore Caroli Magni, in Monogramma redegerit, prout illud exhibet Mabillio tab. L. ex autographo Remigiano ad Herimarum Abbatem,* Dat III. Non. Octobr. per manus Petri Bibliothecarii ac Cancellarii Sanctæ Apostolicæ Ecclesiæ, anno Domni Leonis Noni Papæ I. Indict. III. *in Septembri anni* MXXXXIX. *inchoata. Ipsos temporis illius ac* Paschalis II. *characteres operæ pretium fuerit in prædicta Tabella contemplari: hic sigillum* Leonis *cum ipso monogrammate accipe, forma tamen duplo contractiori quam est in originali membrana.*

5 *Hinc*

A D













E

itum Symbolum, 5 *Hinc porro existimare possumus, donec aliud vetustius exemplum proferatur, fluxisse consuetudinem Romanorum Pontificum, assumendi propriam quamdam gnomen* (symbolum *vocant*) *e sacris ut plurimum litteris acceptam, qualis hæc* Leonis *fuit,* Misericordia Domini plena est terra *Ps.* XXXII. *Talis autem, primum circumscribebatur per circulum seu orbem ipsius*
B *signatura, quemadmodum reperitur etiam* Alexander II. *descripsisse suam hanc,* Exaltavit me Deus in virtute brachii sui; *& alii alias.* Paschalis II. *præter gnomen in orbiculo circumscriptam,* Verbo Domini cœli firmati sunt *inter Crucis latera primo nomina Apostolorum, tum suum nomen scribi fecit; nonnullosque imitatores in eo habuit. Et hujusmodi quidem schemata litterata, cum nomine Pontificis iatus vel circum scripto, in ipsa charta vel papyro pingebantur, serviebantque pro chirographa. Deinde etiam (quantum ex Ciacconio colligimus) ipsis quoque sigillis plumbeis insculpi similia verba placuit: cumque ejusmodi plumbea sigilla geminam*

SCS PETRUS	SCS PAULUS
PASCH PP	ALIS II

Cruces una aut plures *haberent faciem, visum est, Pontificio nomine in alteram sigilli faciem rejecto, per quatuor angulos Crucis, totum orbem percurrentis, solam gnomen describere in altera facie, uti factum cum hac* Gregorii VII. *quam circulo inscriptam tibi oportet imagineris, ut sculptura parum minime necessaria, est autem accepta illa ex Ps.* CXLIV. *Denique seculo* XII *invaluit, ut pro majori una totumque orbem implente Cruce, una aut plures*
C *minores adhiberentur, subque ea vel inter eas notaretur Sententia: cui etiam aliqui circumdari voluerunt coronam querneam, Civium salvatorum symbolum, uti* Adrianus IV. *&* Innocentius *etiam* IV. Gelasio *autem* II. *placuit cum minoribus Crucibus etiam majorem usurpare, sententiamque accipere ex Ps.* LXVI. *hoc modo.*

MISERA-TIONES	TUÆ DOMINE
SUPER OPERA	OMNIA TUA

✠ DEUS	✠ IN LOCO
SANCTO ✠	SUO ✠

Nominis numero, 6 *Ipsam quoque eumdem* Leonem IX. *cujus occasione Dissertationem præsentem exorsi sumus, suspicor primum fuisse, qui sub nomine sui numero cudi monetam fecerit. Antiquius certe exemplum non invenio, sed invenio mox illud secutos esse* Victorem, Nicolaum, *&* Alexandrum, *omnes sui nominis* Secundos. *Non enim sigilla, sed vere pecuniarios nummos exprimi censeo a Ciacconio, dum adjunctas hoc loco figuras exhibet; verum ex eo quod doceo, Nominis Pontificii numerum hac ætate cœpisse, vel nummis vel plumbeis Bullis imprimi, consequens esse ne putes, hujus seculi Pontifices, aut etiam proximorum ante vel post seculorum, in more habuisse, ut initio suorum rescriptorum poni juberent ac scribi,* Leo Papa Nonus, Victor Papa Secundus, &c. *quia nulla talis usus exempla certa habentur. Quamquam enim in Bullario Cherubini Laertii inveniantur* Urbanus Papa Quintus, Clemens Papa Quartus, Bonifacius Papa Octavus, *præstitulati Bullis Canonizationum SS. Richardi, Hedwigis, Ludovici; itemque* Gregorius Papa X. *Epistolis ad Michaelem Palæologum ejusque primogenitum Andronicum: vereor tamen ne id fecerint ii qui transcripserant exempla Laertio communicanda: nec facile credam, nisi certiori convictus exemplo, Pontificum prænominatorum quemquam omisisse assitatissimos in talibus titulos,* Episcopi, *&* Servi servorum Dei. *aliisque figuris emblematicis.*

7 Victor II. *in sigillo suo hoc novum fecit, quod in una facierum ejus vel S.* Petrum *expresserit, vel potius seipsum rasa barba Monachum, qui manu velata suscipit clavem, quam altera nuda cubituque demissa eidem porrigit, hoc lemmate circumscripta.*

Tu pro me navem liquisti, suscipe clavem.

Idem non multo post imitatus prænominatas similiter Alexander, *in eo solum differt, quod barbatus sit qui* F *clavem suscipit, adeoque aptior S.* Petrum *repræsentare, circumscripto ejusdem forma hexametro:*

Quod nectis nectam, quod solvis ipse resolvam.

Inter ipsos autem duos Victorem *&* Alexandrum *secundos, medius* Stephanus IX. *maluit sese ipsum exprimere in habitu Episcopali, cum pedo in dextera genuflexum, pascentibus ante eum agnis; de quibus apparens os ex nubibus dimidius Christus, brachiis manibusque expansis, videtur præcipere, quod habet circulus ambiens anticam sigilli ipsius faciem.*

Si diligis me, Petre, pasce agnos meos.

CLV. VICTOR II.

VICTOR, natione Noricus, antea Gebehardus dictus, Episcopus Aistettensis, Imperatoris Henrici III. consiliarius intimus & proximus consanguineus, Constantinopoli imperante Theodora Constantini Perphyrogenetæ filia, coronatus Romæ anno MLV. in Cœna Domini, XIII. Aprilis; sedit annos II. menses III. dies XVI. obiit XXVIII. *Ab an. 1055 ad 57. an. 2. m. 3. d. 16*

Julii

A Julii MLVII. in Tuscia, fortassis sepultus Florentiæ in Cathedrali: & cessavit Episcopatus dies V. D

Ab invito Imperatore

MArtinus Polonus ad alias suas fabulas adjicit de Victore, *quod etiam* hic timore Imperiali factus est Papa. *Multum, & forte nimium dixisset, si dixisset arbitrio. Audi Leonem Ostiensem lib. 2. cap. 90* Defuncto sanctæ memoriæ Papa Leone, Hildebrandus tunc Romanæ ecclesiæ Subdiaconus, ad Imperatorem a Romanis transmissus est; ut, quoniam in Romana Ecclesia persona ad tantum officium idonea reperiri non poterat, de partibus illis, quem tamen ipse vice Cleri populique Romani in Pontificem elegisset, adduceret. Quod cum Imperator fuisset assensus, & Gebehardum Aistettensem Episcopum Hildebrandus, ex industria & consilio Romanorum, expetivisset, tristis super hoc valde Imperator effectus est; nimis enim illum carum habebat. Et cum eumdem sibi omnimodis necessarium Imperator assereret, & alium atque alium huic officio magis idoneum judicaret: Hildebrando tamen, ut alterum reciperet, persuaderi nullatenus potuit. Erat enim idem Episcopus, super id quod prudentia multa callebat, post Imperatorem potentior ac ditior cunctis in regno. Hunc ergo Hildebrandus, invito licet Imperatore, invito etiam eodem ipso Episcopo (propter quod utique postea dictus est monachos non amasse) Romam secum adduxit: eique Victoris nomen imponens, Romanum Papam cunctorum assensu constituit, cum jam ferme a transitu Papæ Leonis annus elaberetur.

ponitur & imperatore. B

contra molitiones depositi pridem Benedicti.

Ex quibus etiam intelligitur quæ fuerit causa tam diu vacantis Sedis, cujus partem in Tusculanorum Comitum, pro Theophylacti restitutione satagentium liberamque Electionem Romæ faciendam impedientium, haud ægre retulerit prudens lector. Ille vero finem vivendi fecit, prius forte quam Stephanus eligeretur, æternum damnandus juxta ipsiusmet revelationem a S. Petro Damiani descriptam, sicut jam supra indicavemus.

Tempus Sedis.

2 *Hermanni continuator primus de Electione hæc habet anno* MLIV. Conventus ab Imperatore Moguntiæ factus est (*credo circa Natalem Domini, ex more Regibus Germaniæ pridem usitato*) in quo Gebehardus, Eistettensium Episcopus, ab Episcopis electus Romamque missus, ibique honorifice susceptus, in cœna Domini Papa ordinatus, Victoris II. nomen accepit. *De obitu vero Lambertus Schafnaburgensis sic loquitur ad annum* MLVII. Rex natalem Domini, *Januarium anni prædicti progressum*, Ratisponæ celebravit, præsente adhuc Victore Papa: qui exinde, confectis mediocriter, prout tunc copia erat, regni negotiis in Italiam regressus, V. Kalendas Augusti migravit ad Dominum. *Chronologiam, nemini hactenus dubiam, confirmat ejusdem Papæ Privilegium, Humberto Silvæ Candidæ Episcopo* scriptum, per manus Gregorii Notarii & Scriniarii S. R. E. in mense Maii, Indictione X. & datum VIII. Idus Maii, per manus Aribonis Diaconi anno III. Domini Papæ Victoris II. Indict. X. *id est anno Christi* MLVII. E

mortis & sepulturæ locus.

3 Leo *Ostiensis lib. 3. Chronici Cassin. cap. 8 citatur a Baronio, quasi dicat* defunctum Florentiæ & sepultum Victorem; *nihil autem simile habet* Leo; *sed hoc dicit de ejus successore* Stephano; & Victoris *nullum monumentum invenitur Florentiæ, memoria apud Scriptores nulla. Pro Baronii tamen opinione argumentum haud leve sumi posse videtur, ex præfati Leonis Ostiensis lib. 2. cap. 97. ubi dicitur, quod* Bonifacius Albanensis Episcopus, festinus a Tuscia rediens, obitum Romani Pontificis, *Victoris scilicet*, Urbi nuntiavit: *in Tuscia autem si obiit* Victor, *quid ni Florentiæ, saltem sepultus? ubi vero potius quam in Cathedrali? Sono noster Chronologus de hujus Pontificis morte & successoris electione sic scribit*: Gebehardus, qui & Victor, iter universæ carnis ingressus est, Romanus Pontifex laudabilis: pro quo Fredericus nobilis, monachicam professus religionem, communi omnium, procerum utriusque partis electione, Romanam gloriose suscepit regendam Ecclesiam.

CLVI. STEPHANUS IX.

Ab an. 1057 ad 18. m. 7. dies 27.

C STEPHANUS, natione Lotharingus, filius Gothelonis Ducis, antea Junianus Fridericus Cardinalis S. Chrysogoni, Electus in festo S. Stephani Papæ, & postridie festo inventionis S. Stephani Protomartyris III. Augusti, eodemque Dominico die anno MLVII. consecratus Pontifex, sedit menses VII. dies XXVII. defunctusque Florentiæ MLVIII. XXIX. Martii, in ecclesia Cathedrali juxta tumbam S. Zenobii sepultus est; & post dies VI. sacrilege ordinatus est Benedictus X. cessavit autem revera Episcopatus menses X. dies I. F

Occasio festinæ successionis.

MOrs Henrici, *Imperatoris* II. *Regis Germaniæ* III. *obita Augusto præcedenti, libertatem Romanis præbuit vacante Imperio, maturandæ & suo arbitrio faciendæ Electionis & Consecrationis: cujus modum ac tempus prolixe describit Leo Ostiensis lib. 2. cap. 97. & ex Leone Baronius; exequiarum autem eidem a sui Ordinis monachis Florentiæ privatim curatarum invenitur hujusmodi monumentum, nunc ad palatium Magni Hetruriæ Ducis translatum*. D. O. M.

funus Florentiæ curatum a Monachis:

Stephano Papæ IX. olim Juniano Friderico, Gozelonia Lotharingiæ Ducis filio, Apostolicæ Sedis Cancellario, monacho & Abbati Casinensium, Cardinali tit. S. Chrysogoni, Pontifici Opt. Max. Pio, Felici, sanctitate & miraculorum gloria illustri, Gothifredus Hetruscorum Dux, ut defuncto fratri domi suæ & inter proprios amplexus, quas potest caritatis suæ vices rependat, non sine lacrymis parentat. Monachi Abbatiæ Florentinæ in ædibus ad Divi Joannis Baptistæ efferunt, & justa solvunt, IV. Kalendas Aprilis, MLVIII. *Ita Placidus Puccinelli in Chronica Abbatiæ Florentinæ, ubi credit singulariter actas exequias, quarum in hac inscriptione mentio.*

ossa inventa an. 1357.

2 *Ego vero dubitare vix possim, quin hæ exequiæ, licet a monachis curatæ, factæ sint in ecclesia Cathedrali tertio post* XXIX. *Martii die, ibique positus lapis iste. Cum autem vetus S. Joannis Baptistæ ecclesia destrueretur, & nova S. Reparatæ quam hodie S. Mariæ floridæ vocant conderetur, alio translatus lapis iste sit, anno scilicet* MCCXCIV. *aut saltem* anno MCCCLVII. *quando* reserata tumba, corpus inventum est incorruptum cum suis ornamentis Pontificalibus, *uti inquit in præcitato opere Placidus Puccinellus pag. 17. sed quem allegat Matthæum Villanum Joannis fratrem, & historiæ ab illo scriptæ continuatorem usque ad an.* 1471.

A 1471. *quo obiit, non invenio verbum unum habere de incorruptione corporis aut vestium, sed sola ossa nominare, tum mitram, fibulam, annulum, utique corruptioni minus obnoxia. Verba Matthæi, a Magliabechio, ex impresso apud ipsum extante transcripta, sic sonant l.7.* Quomodo inventa sint Ossa Papæ Stephani Florentiæ, *Caput* XCI. Hoc mense Augusti, MCCLVII. cum foderetur ad latus altaris S. Zenobii in ecclesia Cathedrali Florentiæ, ad jaciendum fundamentum unius ex majoribus pilis novæ ecclesiæ, inventum est monumentum versus Septemtrionem, in quo erant ossa Stephani Papæ Noni, in Lotaringia nati; idque attestabantur litteræ sculptæ in sepultura: supra pectus autem inventa est fibula Papalis, lapidibus pretiosis ornata, cum stylo aureo, & mitra in capite, & annulo in digito: omnes autem Reliquæ illæ depositæ sunt apud Cannonicos, ad honorabilem sepulturam eis suo tempore extruendam. *Nomine* Fibulæ *Cionaccius infra nominandus intelligit*, Pallium, *nulla aut rei aut nominis similitudine id suadente. Vide sepulturam* Adriani Papæ V. *inferius exprimendam, ubi is describitur jacens in* Cappa *pluviali*, cujus fibula rotundo ac radioso monili prætexta Agnum Dei continet; *vide autem Cavallerianas Pontificum imagines plurimas in Cappis, fibulas gemmatas & orbiculari monili prostructas habentibus; & intelliges*, stylum aureum, *pariter repertum, ad ipsam fibulam pertinuisse; quæ non habuerit uncinos committendos cum ansulis, ad oras Cappæ catantibus; sed vertebras, mutuo incardinandas, transfixo per earum commissuras perpendiculariter stylo isto. Tali autem casu, cum scilicet Cappam induebatur Pontifex, nullus erat usus Pallii, quod ex pura lana, nullisque gemmis & pretiosis lapidibus intexta, compositum, aciculis aureis affigebatur, & solum adhibebatur, cum ritu sacrificoli Papa induebat Planetam: alterutro autem in cultu sepeliebatur corpus defuncti, ut ex prædictis ipsisque sepulcralibus statuis apparet.*

cum fibula Cappæ pluvialis, mitra annulo,

non cum Pallio,

B

3 *Quod ad Sepulturam designatam ossibus sic repertis attinet, ea numquam facta videtur fuisse, proinde neque scitur quid ipsis Reliquiis postea factum sit. Nam quod hodie ostenditur Monumentum, & ipsius esse vulgo creditur, esse D. Antonii Ursi Episcopi Florentini, anno* MCCCXXI. *mense Julio vita functi, docuit me Illustriss. Antonius Magliabechius, testante id Urso familiæ insigni super tumulum expresso: cui tumulo per* C *heredem curato nullam additam inscriptionem testatur Ughellus, unde pronius fuit circa ipsum errari. Extat apud eumdem D. Magliabechium Ms. Chronica, in qua confirmatur quod* Stephanus *hic ante Pontificatum fuerit Benedictinus monachus & Abbas Casinensis; expressius autem Antonius Scipio Placentinus inter elogia Abbatum Casinensium, quorum is fuerit* XXXVI. *addit, quod a Leone IX. creatus Cardinalis, eo mortuo pileum cucullo mutaverit, & post biennium, scilicet anno* MLVII. *abdicanti Prælaturam Petro suffectus, dum confirmandus se confert Florentiam, a Victore non solum Abbas sed Cardinalis etiam denuo esse jussus sit dumque ad suos reverti festinat e Tuscia, retractum ex itinere ut Victori succederet: atque ita solum decem mensibus Abbatem fuisse. Petrus Bonin signius, Historiæ suæ Florentinæ lib. 1.* natum Bramante *ait*, Brabantiam *forte scribere voluit, quæ veteris Lotharingiæ pars aliqua est.*

ubi fuerit ignoratur.

4 *De die mortis quia fuerit* XXIX. Martii, *nemo dubitaret, cum ita dicat Leo Ostiensis; & cum exigat numerus dierum* XXVIII. *qui apud Wernerum Rollewinck & in Ms. nostro* Stephano *tribuuntur supra menses* VII. *nisi scrupulum injicerent verba Epitaphii, ambigua quo referenda, & prima fronte potius intelligenda de die solennium exequiarum, tertio ut minimum die post mortem. Verum Ordinatio Pseudo Papæ, paucis*

Anniversarium 29. Martii.

post Stephani *mortem diebus facta, nec tamen citius* D *quam* V. *Aprilis, cogit fateri, Epitaphii auctorem voluisse in fine, absque ullo ad priora respectu, indicatum verum diem mortis, non sepulturæ. Certe miraculorum, quibus defunctus claruit, mentio patitur, aut etiam exigit, ut scriptura ista sculpta sit aliquamdiu post diem mortis, imo & sepulturæ: dies autem notatus is, qui anniversarii faciendi debebat memoriam renovare; solebat enim eo ævo, atque etiam nunc solet, anniversarium recoli ejus diei quo quis obiit, non quo sepultus fuit. Porro miraculis brevi cessantibus, videtur etiam cessasse apud Florentinos veneratio* Stephani, *eoque factum ut non nominetur inter Sanctos Ecclesiæ Florentinæ Patronos.*

5 *His ita deductis, cum mihi suspicio incidisset, quod corpus* S. Stephani Papæ, *nuper Trano Pisas translatum, posset esse, non* Primi, *sed* Noni, *postliminio revectum in Hetruriam; unde proximo post inventionem anno suspicabar avectum a custodientibus illud Canonicis, fortasse cum Magistratibus Gibellinæ factionis in exilium inde pulsis; cumque istam suspicionem meam typis mandatam legisset Claudius Castellanus, sæpe a me laudatus; revocavit sibi in memoriam, quod*, cum anno MDCLXIX Senis Pisas tendens V. E Maii, Senensium aliquem, non incuriosum ut videbatur, interrogasset de iis quæ Pisis essent notatu digniora; audivit inter alia reperturum ecclesiam S. Stephani, quæ non esset Martyris, sed Papæ eo nomine Noni. Verum, *inquit in epistola ad me sua*, ingressus illam ipso die (erat enim ad Metropolitanam eunti prætereunda,) & inveniens in ea appensam ante Chorum tabellam, atque in hac descripta suffragia Patronorum istius Ecclesiæ ad Vesperas & Laudes recitanda; notavi, primam quidem Antiphonam esse de S. Stephano Papa & Martyre, secundam vero de S. Benedicto. Prima faciebat me opinari, quod Senensis meus instructor erravisset in numero Nominis, Nonumque dixisset loco Primi: ad secundam, mirabar, quid ad ecclesiam ut nunc est equestrem, quæ non administratur a Monachis, sed a secularibus Presbyteris per Equites S. Stephani conductis; quid, inquam ad ecclesiam talem faceret patronatus S. Benedicti, nec fuit qui causam reddere idoneam posset, sed solus usus allegabatur. Nunc vero cum lego quæ moves in favorem Stephani IX. sic ego mecum: Quid si eam ecclesiam non omnino a fundamentis erexit Dux Cosmus Medicæus, sed collapsam ideo restauraverit, quia inveniebat S. Stephano Papæ dedicatam, quem ipse quidem putaverit Pri- F mum, pro suo erga hunc speciali affectu; fuerit autem revera Nonus, cujus ibi cultum instituerint Benedictini, istic olim morati, tamquam sui Sancti; & hinc porro factum sit, ut ibi S. Benedicti patrocinium perennarit, etiam post locum aliis traditum: sed ablatis inde jam pridem Monachis, exoleverit etiam distinctior illa notitia numeri Pontificalis, itaque nunc de Pontifice Martyre fiat, quod olim fiebat de Confessore. *Ita Castellanus, conjectura sane haud inverisimili: cui si addi posset alia, de ipso corpore paulo post prænotatam anno* MCCLVII. *inventionem, non Tranum in Apuliam (hæc enim mea suspicio evanuit, postquam repertum est Tranenses prætendere, quod inventum apud se corpus possederint jam inde ab anno* MCLX.) *sed Florentia Pisas immediate translato; solum optandum foret, ut talis conjectura, vel producto ejusmodi translationis monumento, vel invento sub aliquo altarium corpore verificaretur; haberentque Pisani, quod gratularentur sibi, in una* S. Stephani *ecclesia, possidere corpora duorum istius nominis Pontificum Romanorum.*

Pisis ecclesia S. Stephani, ut nunc quidem creditur Primi,

forte tamen istius Noni, a Benedictinis condita,

ibidemq; istius corpus translatione.

6 *Sed contra conjecturam, de corpore Florentia ablato, facit Cosmus Minerbetti, Archidiaconus Flo-*

A *reminus, in edita nuper a Francisco Cionaccio Relatione de Reliquiis Metropolitanæ ecclesiæ, Magno Duci Cosmo II. inscripta anno* MDCXV. *ubi cum dixisset, quod* in duabus capsulis, ex ligno inaurato fabricatis & Crescentii Diaconorum S. Zenobii, & reliquiæ SS. Abdon & Sennen: *addit;* Et multa ossa distincta ab aliis, quæ apparet unius integri corporis esse: quæque verosimiliter sunt Stephani Papæ IX. *Verosimilitudinem ille ex eo trahit, quod licet ejusmodi Reliquiæ istic solum positæ sint anno* MDXC. *de mandato Cardinalis Archiepiscopi Florentini, postea Leonis XI. per Vicarium ejus Beneivenium; inventæ tamen fuerunt intra altare Crucis, in capsula plumbea, cum prædicto Pallio & hac inscriptione*, Reliquiæ SS. Eugenii & Crescentii, & SS. Abdon & Sennen Martyrum, & aliorum Sanctorum. *Verum hanc verosimilitudinem (quæ alioquin summa foret, quia præter S. Antoninum alibi cum Pallio suo sepultum, nemo vel Papa vel Archiepiscopus Sanctus Florentiæ sepultus fuit) infirmat Villanius*, fibulam gemmatam *id nominans, quod pro Pallio properam accepit Cionaccius. Eamdem etiam*

B *infirmat Joannes Fabri apud ipsummet Cionaccium, in memoria visitatarum anno* MDLXXXIV *Reliquiarum, existentium in tabernaculo S. Crucis; ubi solum dicitur, quod in aperta illius altaris area, ipsi altari commensurata, sologne gossypio referta, reperta fuit* capsula plumbea, ex latere posita, continens Reliquias SS. Eugenii & Crescentii Abdonis & Sennen, cum Pallio Archiepiscopali absque ullo nomine: *ubi nulla fit mentio ossium ab aliis distinctorum, & corpus integrum constituere aptorum;* Pallium *autem haud difficulter concessero fuisse* Stephani IX. *postquam jam ostendi ipsum eidem non esse consepultum. Nempe merebatur illud etiam seorsim inter Reliquias custodiri; & sic enit tota Cionaccii ratiocinatio: manet tamen adhuc causa suspicandi, quod, si revera habeantur Florentiæ integri alicujus corporis ossa tamquam Sancti, &* *corpus* Stephani IX. *numquam alio ablatum sit, sed in Cathedralem elatum; ipsa, quæ nunc anonyma habentur, illius credi haud inverosimiliter possint.*

DISSERTATIO XXXIX. al. XXIX.

C
De Legatione Stephani ad Imperatricem, & reconciliatione Mediolanensis Ecclesiæ schismaticæ ei tributa.

PRiusquam Florentiam proficisceretur Pontifex, *ex quodam imminentis sibi mortis præsagio*, congregatis intra ecclesiam Episcopis civibusque Romanis, Clero & populo, hoc sub districti anathematis excommunicatione statuerat, ut si eum de hoc seculo migrare contingeret, antequam Hildebrandus Romanæ Ecclesiæ Subdiaconus, qui cum communi omnium consensu mittebatur, ab Imperatrice rediret, Papam nullus eligeret, sed Sedes Apostolica usque ad illius reditum intacta vacaret. *Ita Petrus Damiani, ad Henricum Episcopum Ravennatem scribens de schismatica successoris electione. Legationis mittendæ ad Agnetem, Henrici tertii viduam, quærit matrem, causam Cardinalis Baronius num. 17. hanc assignat*, quod jugi ægritudine confectus ac moribundus Pontifex, sciret haud posse diu vivere; post mortem autem suam Ecclesiæ Romanæ optavit esse consultum, mittendo Hildebrandum. *Non defuit Baronio argumentum in quo hanc suam conjecturam fundaret: dicit enim Leo Ostiensis lib. 2. cap. 95. quod* Stephanus, post ... menses *quam in Augusto anni* MLVII. *Casinus ... circa initium anni* MLVIII. gravi languore detentus & ad extrema fere deductus, *potestatem ... Casinensibus Abbatis eligendi.*

2 *Sed contra conjecturam illam idem Ostiensis ... facit, cap. 99. haud obscure indicans, quod idem* Stephanus, *post suum istum morbum, & post tam præsens periculum vitæ, restitutus fuerit integræ sanitati. Narrat enim, quomodo Florentiam sit profectus, eo quod* disponebat fratri suo Duci Gotifredo apud Tusciam in colloquium jungi, eique, ut ferebatur, Imperialem coronam largiri; demum vero ad Normannos Italia expellendos, qui maximo illi odio erant, una cum illo reverti: *cumque ea fiuem mandarat* Præposito *Casinensi*, ut omnem Ecclesiæ ejus loci thesaurum, in auro dumtaxat atque argento, festinanter sibi & quam posset latenter per seipsum deferret, multo potiora in brevi se retransmissurum promittens. D

Non sunt hæc hominis moribundi consilia: qui licet thesaurum mox intactum remiserit, divinitus terrefactus priusquam Roma excederet; dehinc *tamen* in Thusciam properans, non multo post subito languore depressus, Dei judicio apud urbem Florentiam obiit. *Ecce ut hic non* jugi ægritudine, *sed* subito languore, *correptum extinctumque dicat Ostiensis;* Dei *autem* E judicio, *quia thesaurum S. Benedicti vel cogitaverit ad usus profanos transferre, licet alias vir Sanctus; &* ad cujus sacratissimum corpus, meritis ejus intervenientibus, plurima Christus signa ostendit.

3 *Non igitur, ad decernendam totius Ecclesiæ nomine & voluntate legationem istiusmodi, Pontificem movit præsagitio proximæ suæ mortis. Addo quod nec voluntas efficiendi, ut quieti futuræ post eam Electionis libertatique consuleretur. Non certe hanc probat missa post mortem ejus altera legatio, qua, ut Lambertus Schnaffnaburgensis ait*, Romani Principes ad Regem miserunt satisfactionem, se scilicet fidem, quam patri dixissent, *circa Pontificum Electionem consecrationemque*, filio quoad possent servaturos; eo autem animo vacanti Romanæ Ecclesiæ Pontificem usque ad id tempus non subrogasse, sed ejus magis super hoc expectare sententiam, orantes sedulo, ut quem ipse velit, transmittat: nihil ejus ordinationi obstare, si quis non per legitimæ ordinationis ostium, sed aliunde, ascendisset in ovile ovium. *Quibus verbis* Benedictum *invasorem Sedis Apostolicæ notantes, verosimile quidem nobis faciunt, ejusmodi satisfactionem respondere querelæ, de* Stephano *citra consensum ad Regiam consecrato, quod suum filiique contemptum Imperatrix vidua interpretata fuerit: sed ex nullo capite apparet, quod ea querela Romam allata fuerit vivente* Stephano; *multo minus quod hic voluerit, nascentibus a regia indignatione incommodis occurrere mittendo Hildebrandum, & futuræ Electionis arbitrium offerre mulieri puerque.* F

4 *Econtra jam vidimus longe alia consilia* Stephanum *agitasse animo, quando statim post missum Hildebrandum Tusciam petiit. Nec vero erat quod amicum ullum factum responsumve ab iis expectaret, quorum consiliis* Henricum *Imperatorem defunctum, tanto inflammaverant odio contra ejus fratrem Gothifredum, ducta in uxorem Beatrice Tusciæ Comitissa jam tota Italia præcipuum effectum, ut nimiam ejus invidiosamque potentiam modis omnibus subversam volens, etiam fratrem S. R. E. Cancellarium & Archidiaconum, postea* Stephanum *Papam*, a Victore *Papa tradi sibi in mortem petierit, quam ille ægre evadere tunc potuit factus Casini monachus. Proinde credibile fit, nihil gravius sensisse* Agnetem, *quam quod is potissimum fuisset factus Papa, quem illa familiæ Cæsareæ credebat offensissimum.* Stephanus *e contra, quanto minus sibi a Regiis metuebat, fraterna fretus potentia; quantoque inversos erat ab eo nexu, quo illis obstringebantur, quotquot Romanum Pontificatum illorum favori retulerant acceptum; tanto etiam credi potest fidentius liberiusque Ecclesiæ jura tuenda suscepisse, verumque* esse

A esse quod in elogio ejus in Mſ. nostro solum præcipuumque notatur, quia primus propter Investituram cœpit declarare hæreticum Imperatorem Henricum.

5 Hoc ergo cum Romæ in Suffraganeorum Episcoporum Cardinaliumque conventu mature discussum, & firmiter constitutum haberetur; crediderim præcipuum Legationis prædictæ argumentum fuisse Investituras, ut harum usurpatum jus cum hæresi conjunctum esse declararet Hildebrandus; denuntiaretque Imperatrici, quod filius ejus nunquam esset a Papa suscepturus coronam Imperialem, nisi ei juri renuntiaret ipsa ejus nomine. Quin imo præsentiens eo non cessuros Germanos, Regisque sui pupillarem ætatem excusaturos, cogitaris de Imperio transferendo in fratrem, cujus potentia nunc contra Normannos, deinde contra Teutonicos uteretur, si pertinaciter recusata Investiturarum dimissione, coronam vellent vi extorquere. Cum ergo res tanta ageretur (quæ tamen tota posset evanescere, si eo qui cœperat Pontifice moriente, sufficeretur aliquis, animo minus forti constantique præditus) magnæ fuit prudentiæ Legati reditum expectandum decernere, neve ante

abrogaturus videbatur.

B eum ad Electionem procederetur: ut ex responso quod is afferret, sumi possent consilia cautiora. Quid autem putas retulisse Hildebrandum, nisi querelas adversum Cardinales S. R. Ecclesiæ & civitatis Principes, non sine minis? His ergo metu plerique, mortuo Stephano jam languidiores, placandam sibi putaverint Regiam, ea quam Schaffnaburgensis refert fidei contestatione, & humili subjectione, in ipsius Electionis negotio, in quo jus suum negligi præcipue queri videbatur Majestas Regia, & quod vacante Sede præ aliis omnibus curandum erat.

6 Addit ad Stephani Commendationem Stella, quod statim ubi Pontificatum iniit, curavit ut Mediolanensium Ecclesia, quæ a Romana ducentis ferme annis se subtraxerat, prima inter alias eam majorem superioremque cognosceret: quæ etiam nunc usque maximarum obedientia perseverat. Sed errat, non solum cum Mediolanensem id ait fecisse primam, quod certissimum est ab omnibus in Occidente Ecclesiis semper factum fuisse, si paucas excipias, quæ sese ad modicum tempus subtraxerunt temporibus variis: verum etiam quia id quod ab aliquo antiquiori scriptore, commodiori verosimiliter phrasi, scriptum repererat de Joanne XIX. applicavit Stephano IX. Etenim sub illo Mediolanensem ecclesiam rexit Heribertus seu Aribertus, vir omnino sanctissimus, consecratus anno MXVIII. & mortuus anno MXLV. cujus corpus post decem

Subjectio Mediolanensis Ecclesiæ huic Pontifici tributa,

C menses integrum, cum summo vigore, ferulam dextra portante, oculis apertis, videntibus universis repertum fuit: & cujus effigies parva & antiqua ex ære ducta, ad pedes posita imaginis Salvatoris cruci affi-

videtur pertinere ad tempus Joannis 19.

xi, inter utriusque pedis clavos, repræsentatur, ab Ughello Tom. 4. col. 146. amicta Pallio Archiepiscopali. Hoc autem mihi argumento est, primum hunc fuisse, qui usum poscendi Romæ Pallii, in signum subjectionis, per annos fere ducentos prætermissum, renovarit anno x. Episcopatus sui, Christi MXXV. D

7 Etenim rebellionis istius auctorem Sigonius, Blondus, Ripamontius, aliique faciunt Engelbertum, creatum (sicut proprio de illis Episcopis Tractatu doceo) anno DCCCXXIV. eodem circiter tempore, quo Romæ initio mensis Junii creatus fuit Eugenius II. & vincente Nobilium parte ordinatus, repulso quem Populus sub contentione elegerat; unde Baronius existimat, haud leves turbas extitisse; ob quas necesse habuerit Ludovicus Imperator Lotharium filium in Italiam mittere. Confirmatur hoc etiam ex auctore Synchrono, de Rebus istius Imperatoris ad dictum annum, dum ait, quod Lotharius, post medium Augustum in Italiam profectus, statum Populi Romani, jamdudum quorumdam Præsulum perversitate depravatum, memorati Pontificis benevola assensione ita correxit, ut omnes qui rerum suarum direptione graviter fuerant desolati, de restitutione bonorum suorum, quæ per illius adventum provenerat, magnifice essent consolati. E Inter istas ergo Romanæ urbis turbas ordinatus Engelbertus, primum distulerit, deinde neglexerit, vivente Eugenio, ob alias graviores curas minus ad eum attento, Pallium petere: illo autem post triennium extincto, mortuo etiam Valentino unius solum mensis Pontifice, ac suffecto Gregorio, plane contempserit; fretus gratia & potentia Lotharii, gravissime dissidentis a patre suo Ludovico, & a Gregorio, hujus partes contra rebelles filios tuenta. Cumque ea pervicacia, longo annorum XXII. tractu, quibus Engelbertus præfuit, velut in jus præscriptum transisset; videntur successores Episcopi simili modo potius abstinuisse a Pallio, quam illud cum subjectionis professione peterent. Nec enim verosimile mihi est eo usos esse auctoritate propria: hæc enim manifestior fuisset culpa, quam potuisset a Romanis Pontificibus tacite ferri. Conatur quidem Puricellius ejusmodi defectionem Angelberti totque successorum explodere ut commentitiam: sed ejus rationes aliud non evincunt, quam eam non fuisse positivam, ut ajunt, quæ vere schismaticos constitueret; sed mere negativam, sitam in omissione nuda petendi Pallii: & hæc ipsa post annos circiter ducentos correcta ab Heriberto, permansit obedientia Mediolani, saltem quoad eam populi partem, quæ in fide & unione Romana constans permansit post Heriberti mortem, contra Simoniacos quosdam, subinde intrusos ab Henrico Rege, ac deinde Imperatore schismatico, per quos in ipsa Mediolanensi Ecclesia factum est schisma. F

quando Pallium, quod Engelbertus petere neglexerat,

post an. 200 iterò petiit Heribertus.

BENEDICTUS X. PSEUDOPAPA.

BENEDICTUS, natione Romanus, ex patre Guidone, antea Joannes Episcopus Veliternensis, regnante Henrico IV. Isaacio Comneno imperante ab Archipresbytero Ostiensi sacrilege coronatus, v. Aprilis in Dominica Passionis, anno MLVIII. sedit menses IX. dies XX. depositus XXIV. Januarii, anno MLIX. & impetrata præsumptionis venia jussus est apud S. Mariam Majorem manere, Sacerdotali privatus officio, Mincius exinde cognominatus.

Alias an. 1058 ad 39. m. 9. d. 20.

Videndus Leo Ostiensis lib. 2. cap. 101. & lib. 3. cap. 13. ex eoque rem gestam transcribens Baronius: quibus prætermissis, nota tempus usurpatæ Sedis, sicut descripsi, definitum repertum in Mſ. nostro, eoque nos a prima post Stephani obitum Dominica deduci ad XXIV. Januarii: quo Sutrii in Synodo ad id collecta Benedictus illegitimus declaratus sit, Nicolaus ad Pontificatum Electus. Et quidem, statim ab audita Romæ Stephani morte, promotum esse qualitercumque Benedictum, patet ex eo, quod monachi, qui priorem fuerat Florentiam comitati, hoc defuncto & tumulato ibidem, redituri Cassinum, per Romam regredi formidarunt, utique propter famam promoti jam Benedicti: & admonentibus ac deducentibus Florentinensibus per Marchias revertendo, ut dicit Leo cap. 100. lib. 2. juxta ejusdem lib. 3. cap. 9. appulerint Casinum,

Romæ Electus, mox ubi audita mors Stephani.

A *ipsa die quo istuc pervenit nuntius Desiderii Abbatis, Constantinopolim legati, significans eum tempestate prohibitum apud Barium morari: ad quem proinde missi de communi consilio nuntii*, ipso Palmarum Dominico, *id est* XXI. *Aprilis, circa vesperum advenerunt Barium; ubi jam stabat in procinctu Desiderius*, asserentes defunctum Apostolicum, seque ad revocandum illum festinanter transmissos ab universis Fratribus.

2 *Coævus uti videtur auctor, continuans Pontificum Vitas in Ms. nostro, de* Benedicto *sic loquitur*. Hic expulsus & depositus fuit ab Archidiacono, qui vocabatur Hildebrandus, de Papatu suo; quoniam eo tempore, quo Stephanus prædictus Papa migravit ad Christum, Romæ non erat, sed ipse extra urbem ierat, præcepto Episcoporum & Cardinalium, omnes ei dantes pacem & fidem, quod si Papa, antequam ipse rediret, ex hac luce subtractus esset, ipsi nullo modo se de Electione intromitterent, donec ipse ad Urbem remeasset. Cum vero in partibus Tusciæ apud Florentiam esset, audivit de morte Papæ, secumq; deduxit ejusdem civitatis Episcopum qui vocabatur Gerardus. B Regressus itaque Romam invenit sicut sibi relatum fuerat, cœpitque quærere ab Episcopis & Cardinalibus, si bene promissionem quam fecerant observassent. Quidam se non defendentes dicebant: Non bene factum est; & nostro consilio, quod factum est, non fecerunt: quidem vero quod fecerant defendebant, quoniam bonus, sapiens, humilis, castus, benignus, & quidquid boni in aliquo reperitur monstratur in illo: & ideo quod fecimus bene credimus fecisse. Sic denique contentione inter illos diu persistente, nullo modo animum Archidiaconi ad hoc quod fecerant, propter sacramentum, flectere quiverunt: sed quando major pars Clericorum & laicorum cum Archidiacono erat, deposuerunt & ejecerunt prædictum Benedictum de Papatu suo, & elegerunt Papam Gerardum Florentinum Episcopum, cui imposuerunt nomen Nicolaus.

contra fidē discedenti Hildebrādo datam;

qui ideo curavit eli. gendum Nicolaum;

3 *Hunc porro sic leviter nominatum transiliens noster Auctor, velut intrusum; solo spatio temporis quo in Papatu vixit definito, progreditur ad* Alexandrum II. Nicolai *successorem; hoc ipso & studiosa veritatis obumbratione satis indicans, se ex eorum parte stetisse qui* Benedictum *susceperant, & velut legitimum tenebant.* C *Etenim constat ex S. Petro Damiani, qui sacrilegæ Ordinationi suum Portuensis Episcopi officium negarat, imo a suo Presbytero ordinatum cum adhærentibus omnibus excommunicatum declararat; quod Joannes iste*, Cardinalibus Episcopis reclamantibus, obsistentibus, & terribiliter anathematizantibus, nocturno tempore cum armatorum turbis undique tumultuantibus inthronizatus est...... ita stolidus, deses, ac nullius ingenii, quod credi potuerit nescisse pro se pervadi Petri venerabilis arcam, *indeque acceptam* pecuniam per regiones, andronas vel angiportus in populum erogari, *ad eum in obedientia* Benedicti *retinendum. Constat ex eodem, ordinatorem* Benedicti, *non solum hominem fuisse indoctum, sed quia sibimet sui Episcopi privilegium usurpavit, juxta Canones a gradu Presbyterii deponendum. Constat denique Episcopos & Cardinales plerosque ab urbe in diversa fugisse celebrandi Paschatis causa; deinde convocatos ab Hildebrando Senas convenisse, ad faciendam Electionem Canonicam, quam* Henrico *Regi confirmandam offerrent. Præterea, non est credibile, Hildebrandum tunc primum cognovisse de Pontificis morte, cum apud Florentiam fuit, aut intellecta* Benedicti *intrusione mox Romam advolasse cum* Gerardo.

Cardinalibus Senas evocatis;

4 *Quid ergo? Cum Cardinalibus Romæ degentibus per epistolas missosque occultos egit Hildebrandus, donec tandem plerisque in suas partes prudenter inductis, annitente potissimum S. Petro Damiani, & adjuvante* D *comminatoria Regi* Henrici *epistola, convenerunt Senas, ubi conspirantibus in Gerardum suffragiis, expedita in Germaniam est legatio excusatoria, de qua supra egimus ex Schaffnaburgensi; qua accepta*, & habita cum Primoribus deliberatione, Rex Gerardum, Florentinum Episcopum, in quem & Romanorum & Teutonicorum studia consenserant, Pontificem designat, Romamque per Godefridum Marchionem transmittit. Ita Benedicto, qui sine Regis & Principum jussu Sacerdotium usurpaverat, reprobato, Gerardus, qui & Nicolaus, Pontificatum obtinuit. *Hæc Lambertus, non obscure significans, per* Stephani *mortem majori ex parte sopitas fuisse controversias, quæ inter Romanam Regiamque Curiam vertebantur; cum illinc cura amoliendi schismatis, inde pupillaris ætas Regis suaderent pacem utrimque servandam, admisso etiam in eam Gothefrido Duce, jam potentiore, quam ut contra eum prævalere se posse sperarent Regii: nam & hunc reconciliatum fuisse persuadet cura instituendi Pontificis eidem demandata. Eodem fere modo* E *quo Lambertus, narrans rem gestam Leo Ostiensis, ait lib. 3. cap. 13. quod* Hildebrandus, ab Imperatrice reversus, cum invasam a pessimis hominibus Ecclesiam comperisset, Florentiæ substitit; suisque litteris super hoc Romanorum meliores conveniens, eorumque ad omnia consensum recipiens, mox annitente Gotfrido Duce, Gerardum Florentinum Episcopum in Papam elegit, simulque cum ipso & Duce Romam mense Januario venit, ubi præfatus Electus a Romano Clero & populo Apostolica Sede inthronizatus & Nicolai nomen adeptus est.

cum consensu Regis

& auxilio Godefridi Ducis inthronizatur,

5 *Nicolaus Aragonensis Cardinalis apud Baronium, in gestis Pontificum a se collectis*; Celebrata, *inquit*, in pace Electione Senis *die forsitan* IX. *Maii, quando* S. Nicolai *Barium in Apuliam translatio recolitur (nam ab hoc eventu factum credo, ut* Nicolai *nomen Electus optaverit) & assensu Regis allato circa autumnum (hoc enim suadet ratio temporis & nuntiorum ultro citroque missorum mora)* dictus Pontifex cum Archidiacono & Cardinalibus consilium habuit, ut pro causa jam dicti Velitrensis intrusi apud Sutrium Synodum celebraret; ad quam non solum Episcopos Tusciæ & Lombardiæ, sed & Magnum Godifridum & Guibertum Cancellarium convocare deberet. Quod absque dilatione factum est. Prædictus autem Mincius, ubi Nicolaum Papam, cum Personis quæ apud F Sutrium convenerant, in Synodo residere cognovit; Sedem, quam invaserat, conscientia remordente, reliquit (*puta* XXIV. *Januarii in Dominica, quo magis publica & ad scandali remedium notior esset cessio*) & in domum propriam remeavit. Quod factum postquam Nicolaus Pontifex rei veritate cognovit, consilio cum Fratribus habito ad Urbem una cum eis, non cum potentia, sed tamquam bonus & humilis Pastor accessit. Unde auctore Domino factum est, quod a populo & Clero digno honore susceptus, juxta consuetum ordinem a Cardinalibus in Sede Apostolica positus est. Transactis autem paucis diebus, memoratus Mincius ad præsentiam Nicolai Papæ veniam petiturus accessit, & ad ejus vestigium procidens, violentiam se fuisse perpessum asseruit, sed invasionis crimen & perjurii reatum non negavit. Ea propria igitur confessione digna facta recipiens, Episcopalis & Sacerdotalis officii depositionem incurrere meruit.

ultro cedit Benedictus,

6 *Quoniam autem ad S. Mariæ Majoris Basilicam, quæ ex quinque Patriarchalibus Romæ ecclesiis una est, permissus fuit habitare* Benedictus *iste* X. (*ubi & sepultum jacere* in terra, inter altaria Præsepis & D. Hieronymi, *testatur e veteri Ms. Sirletus Cardinalis, apud Paulum de Angelis in istius Basilica descrip-*

& ad S. Mariā majorem manere permisso.

prio-



Tab. XXVII



CLVII NICOLAVS. II



CLVIII ALEXANDER II.



CLIX S. GREGORIVS VII



CLX VICTOR III



CLXI VRBANVS II.



CLXII PASCALIS II



A ptione pag. 157.) hinc fortasse natum est, ut cum in ore vulgi versaretur aliquid de tribus qui simul titulum Pontificis hoc ævo gerebant, scilicet Benedicto IX. Silvestro II. & Gregorio VI. dictus fuerit eorum unus suum sibi habuisse Patriarchium, prout post centum annos audivit narrari Otho Frisingensis. Vulgus enim facillime confundit nomina, & cumnominibus tempora. Istum porro de Benedicto X. locum Nicolai Aragonensis, in qua Gerardus, etiam ante suam ordinationem identidem vocatur Nicolaus Papa & Pontifex, per prolepsim haud insuetam scriptoribus, integrum hic placuit transcribere ex Baronio, ut specimen praeberem auctoris sane accurati & conversorum scriptorum monumenta verosimiliter secuti, cujus apud integrum Romæ in Vaticana extat bibliotheca. Floruit D autem seculo XIV. ultra medietatem provectus, sub annum MCCCLII. in Ordine Prædicatorum & Provinciæ lata Aragoniæ ad Cardinalatum assumptus, a quo ad XXV. Maji, dabimus Acta S. Gregorii VII.

CLVII. NICOLAUS II.

NICOLAUS, natione Burgundus, antea Gerardus Episcopus Florentinus, Electus Senis, Isaaco Comneno Imperante, & regnante Henrico IV. atque hoc annuente B Pontifex declaratus IX. Decembris MLVIII. Romæ deinde inthronizatus XXXI. Januarii anno MLIX. in Dominica; sedit annos II. menses IV. dies XXV. defunctus Florentiæ XXIV Junii MLXI. & sepultus ibidem in ecclesia S. Reparatæ: cessavit autem Episcopatus menses III. dies V.

Electus Senis anno 1058 ad 6 Id. ... ad diem ...

Tempus Sedis varie definitum ut vario respectu;

SPatium Pontificatus definivi eum respectu ad diem Coronationis seu Inthronizationis Romæ factæ, ipsiusmet Nicolai stylum in hoc secutus, prout infra apparebit: eos autem qui propter annos duos & semis, quos in Pontificatu peractos a Nicolao scribit Leo Ostiensis lib. 3. cap. 20. numerant annos II. menses VI. dies XVI. uti faciunt Auctor Ms. nostri & Rollewinck (quibus accenseri possent Stella & Platina, correcto errore quo annos tres pro duobus scripsere) credo sic loqui cum respectu ad diem, qua sua electionis confirmatione accepta a Rege, cœpit Pontificale munus exercere, Italiæ Lombardiæque Episcopos convocando ad Synodum, quem diem videmur posse statuere IX. Decembris MLVIII. ita ut mortuus fuerit XXIV. Junii. Hunc enim diem, non sua propria, sed antiqua vetusti auctoris phrasi indicat in Episcopis Florentinis Ughellus, dicens col. 93. quod Gerardus, tametsi ad summum Pontificatum ascendisset, dum tamen vixit Ecclesiam Florentinam gubernare perrexit; decessit vero Florentiæ, se convolvente Junio die VII. anno MLXI.

Obiit die 24. Junii,

convolvente se mense die 7.

2 Ubi nota stylum Notarialem Hetruscorum, menses bifariam dividentium, sic ut primi quindecim dies numerentur ab initio mensis, quem vocant intrantis; alii C retrogrado ordine a fine mensis quem vocant exeuntis, sive ut hic scribitur se convolventis: convolvitur enim quodammodo mensis, dum numerandi initium sumitur a fine, sic ut dies trigesimus mensis sit primus exeuntis seu convolventis se mensis, vigesimus nonus secundus & sic consequenter. Utinam Ughellus, ut alibi solet, ita quoque notitiæ istius auctorem nominasset. Interim habemus eidem sententiæ faventem Baronium, cum mense Junii in fine ipsius obiisse Nicolaum scribit.

3 Diximus supra, Synodum Sutrii videri collectam Januario, ad ejusque famam motum Pseudopapam seipsum abdicasse XXIV Januarii: ut autem ex Italia Lombardiaque justus Episcoporum numerus conveniret, una ut minimum mense præcessisse debuit Synodi indictio; neque hæc facta prasumi debet nisi post allatum ab aula consensum Regis. Merito ergo censui videri hunc allatum X. Decembris, ut ab eo potuerint scriptores præfati annos II. men. VI. dies XVI. numerasse. Nos tamen eos non sequimur, certi quod ipse Nicolaus annos Pontificatus sui solum cœperit numerare a die suæ Inthronizationis Romæ XXXI. Januarii. Etenim habemus apud Baronium & Ughellum privilegium, monasterio S. Felicitatis datum Florentiæ VI. Idus Januarii anno ab Incarnatione D. N. Jesu Christi MLIX. (in stylo scilicet Florentino quo annus ultra Januarium protenditur usque XXV. Martii) per manus Humberti, Sanctæ Ecclesiæ Silvæ-candidæ Episcopi & Apostolicæ Sedis Bibliothecarii, anno primo Domini Papæ Nicolai II. Indictione decimatertia, qui fuit vulgaris æra MLX. quando, si die VIII. Januari adhuc numerabatur annus primus, consequens fit, ejus initium non posse haberi ante IX. Januarii præcedentis. Opponi posset Bulla alia ejusdem Nicolai, quam habet Ughellus to. 5. in Append. ad tom 3 Col. 1628. data XV. Kalendas Februarii ...... anno Domini MLVIIII. Pontificatus autem primo, Indict. 12. quæ utique Indictio finienda est saltem mense Decembri, nec potest protrahi ad Martium sequentem, una cum anno, sumpto secundum stylum Florentinorum. Sed respondebo, suspectas mihi semper cyphras esse, quas earum loco numeralium Latinorum originaliter scriptas; quasque inter transcribendum variasse: variaverit autem, quia anni MLIX. loco substituere solutus aliquis, potuit inter transcribendum ... a Januario, videbat eum mensem initium perperam sumens a Januario XIII. quam insumsi sic non posse componi cum Indictione XIII. protrahere usque ad Martium, si annum scrivisset ... In priori autem Bulla ad longum tiam anno ... nostri MLX. minus obnoxiis est ejusmodi suspicioni.

ut probat Bulla anno 1060. 8. Jan. data.

vicesima Pontificatum numerare non a 10. Decembris,

sed a 26. Januarii,

neque contrarium evincit alia negligentius transcripta.

E

F 4 Idem Ughellus tom. 7. Col. 1420. in Append. ad tom. 3. miratur, qua ratione Isidorus Ugurgerius, lib. 1. Pompa ... Sanensium Italice scripta, potuerit asseverare, Gerardum, postea Nicolaum Papam, prius fuisse Senensem Episcopum, quam Florentinus Episcopus crearetur, cum satis constet, Joannem in ibrana Senensi Antistitem, ab anno MXXXV. ad MLVIII. Actanem vero sedisse ab anno MXXXII. ad MXLVI. Episcopatum tenuisse; quod Florentinum, cui immediate successit Gerardus, ab anno ... cui immediate Gerardus successerit, liquere autem ex vetustis Florentinorum monumentis.

Non fuit is prius Senensis quam Florentinus Episcopus.

5 Putat vir eruditus, occasione Electionis hujus, a solis Cardinalibus factæ Senis, abrogatum fuisse jus, quod Clero Populoque Romano universim catenus fuerat ad illam concurrendi & suffragia conferendi; camque potestatem sic contractam deinceps remansisse; confirmantibus id postea & in perpetuum valere jubentibus Alexandro III. Gregorio X. & Clemente V. Quomodo egitur in Chronica Casinen. lib. 3. cap. 13. dicitur, quod Hildebrandus reversus ab Imperatrice, cum comperisset invasam a pessimis hominibus Ecclesiam, Florentiæ substituit; suisque litteris super hoc Romanorum meliores conveniens, eorumque ad omnia consensum recipiens, mox, annitente Gotfredo Duce, Gerardum Florentinum Episcopum in Romanum Papam elegit, simulque cum ipso & Duce Ro-

Jus Electionis restrictum ad Cardinales,

A Romam mense Januario venit; ubi præfatus Electus a Romano Clero & Populo Apostolice Sede inthronizatus est? *Numquid vero jus Cleri & Populi adhuc integrum exprimitur etiam clarius ab ejusdem Chronici auctore Petro Casinensi lib. 4. cap. 2. ubi dicitur quod Episcopi, dispersi post* Victoris III. *mortem*, tandem rursum undique coadunati, miserunt litteras Romanis Clericis & Laicis S. Petri fidelibus, ut quotquot ex eis possent prima hebdomade Quadragesimæ Terracinam venirent; quotquot vero non possent, assensum suum in persona quam ipsi concordi voto eligerent, propriis litteris repræsentarent? *Respondere videtur Angelus de Nuce, in Notis ad hunc ultimum locum, id ideo factum, quia periculum schismatis suberat, & ideo hoc ultimo casu scriptum similiter fuisse* universis circumquoque per Campaniam, Principatum atque Apuliam manentibus Episcopis atque Abbatibus, *quos tale jus habuisse nemo dixerit.*

Sit tamen ut esset consensu populi sopiendo;

6 *Quod autem ad Cardinales solos (quorum etiam B aliqui tunc fuerint minorum Ordinum, cum nunc ut minimum sint Diaconi) quod, inquam, ad Cardinales pertinuerit Electio hoc tempore, ad Populum nuda Electi approbatio, probat Decretum de Electo* Gregorio VII. *conceptum hoc modo*: Nos Sanctæ Romanæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ Cardinales, Clerici, Acolythi, Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri, præsentibus venerabilibus Episcopis, Abbatibus, Clericis & Monachis consentientibus eligimus *&c. Sed & ab hoc jure Clerus Cardinalibus inferior, Populusq; deinde exclusus fuit, occasione sua contra* Innocentium II. *contumacia, in Electione* Cælestini II. *sed rursum admissus, si non in Electione mox secuti* Lucii II. *saltem in proxima* Eugenii III. *nam & hunc Otto Frisingensis* Communi voto Cleri & Populi Electum *ait. Quid autem postea* Alexander III. *in contrarium statuerit, vellem ipsis ejus verbis discere. Certum tamen esse puto, quod circa hoc tempus vel paulo post, desierit omnino Clerus inferior Populusque audiri: nam qui postea nominantur* Gregorius X. & Clemens V. *non tam ordinasse videntur ut soli eligerent Cardinales, quam supposuisse id juris ipsis solis esse, quando ordinaverunt leges Conclavis, in quo illi soli ad Electionem faciendam clauderentur.* D

Sed & hoc paulatim ei ablatum est.

7 *Vacantis Sedis tempus, post mortem* Nicolai, *explicans Leo Ostiensis lib. 3. cap. 21. post tres circiter* menses *creatum Successorem ait. In hoc autem secutus est S. Petrum Damiani, asserentem*, tres plus minus menses intercurrisse, ex quo sanctæ memoriæ Papa Nicolaus occubuit, usque ad Kalendas Octobris, cum iste successit. *Causam moræ, & necessitatem Ordinationis, cum ea protraheretur, absque Regis consensu faciendæ, legere quilibet apud* Baronium *poterit ex S. Petro Damiani & aliis. Chronicon Malleacense Tomo 2. Bibliothecæ Labbeanæ notat, quod* in hujus *Pontificis* Concilio Berengarius fuit accusatus de fide Christiana, & post accusationem juravit se credere, sicut fides Catholica habet. Huic successit Alexander, & Sedem Romanam regendam feliciter suscepit: cui similiter respondit, & de fide sua rationem reddidit.

Interpontificium trimestre.

E *Berengarii retractatio.*

CLVIII. ALEXANDER II.

ALEXANDER, natione Mediolanensis, ex patre Anselmo, dictus ipse Anselmus & Lucensis Episcopus, in Sede S. Petri coronatus in Dominica, XXX. Septembris MLXI. regnante Henrico IV. Constantino Duca imperante, sedit annos XI. menses VI. dies XXII. defunctus anno MLXXIII. XX. Aprilis; sepultus XXII. ejusdem in ecclesia B. Petri Apostoli: & cessavit Episcopatus menses II. dies IX.

Ab an. 1061 ad 73. an. 11 m. 6. dies 22

Ratio temporis.

CAtalogi, *passim metientes tempus vacationis a morte decessoris ad Electionem successoris, plerumque hoc loco tres dies numerant, sed comprehenso utroque extremo: nam ex Decreto, quo Electus successor* C Gregorius VII. *declaratus ipse* XXII *Aprilis, constat eum fuisse diem tertium a morte* Alexandri; *& ex ejusdem* Gregorii, *dum solum Electus esset, Epistola ad Guilielmum Papiensem Episcopum, data* III. Kal. Julii (*quam sequitur alia jam ordinati cum* salute & Apostolica Benedictione *ad Manassem Remensem Archiepiscopum, aliaque Deinceps Pontificaliter inscriptæ) concluditur, Interpontificium fuisse, quale dixi*, mensium II & dierum IX.

2 *Laudatur hic Pontifex a Prosecutore Catalogi in Ms. nostro, quod* a primævo juventutis suæ castus, humilis, largus, benignus, mansuetus fuit. *Plures ejus laudes legere qui volet, habet Annales Ecclesiasticos. Unum tamen hic addatur in quo finit Ms. Chronica quædam Mediolanensis, Datii Episcopi nomine perperam inscripta, revera autem successive compilata a Landulfo Seniore, Arnulfo, & Landulfo Juniore: qui ultimus cum scripsisset, quod* Passus est B. Arialdus V Kalend. Julii anno MLXVI. *non addit & finit*, de cujus morte doluit Alexander Papa. Verum anno sequenti, scilicet MLXVII. cum idem Papa iret ad Synodum quam Mantuæ celebravit, Mediolanum venit, multaque fecit statuta de statu Mediolanensis Populi & Cleri; Beatumque Arialdum Sanctorum Martyrum catalogo annotavit. *Leguntur hæc ex autographo Codice tom. 1. Analectorum Joannis Mabillonii pag. 6.*

B. Arialdus M. Mediolani canonizatus.

3 *Stella & Platina in Lateranensi ecclesia sepultum hunc Pontificem statuunt, & hoc sequitur Rasponus, nullo adducto quo id confirmet Epitaphio vel monumento. Ibidem in oratorio S. Nicolai absis visitur, aut certe non ita pridem adhuc visebatur, a* Callixto II. *extructa exornataque picturis; quarum ectypon infra dabimus, prout eædem picturæ fuerunt ab* Anastasio IV. *absolutæ aut reformatæ. Ibi* SCS ALEXANDER *ad dextrum latus S. Nicolai, in medio eminentis, assistit proximus* S. Gregorio Magno, *cum successoribus duobus* Gregorio VII. *atque* Victore III. *a sinistris vero post* S. Leonem, *item* Magnum, Urbanus, Paschalis, Gelasius, *suarum quoque appellationem* Secundi, *omnes cum eodem* Sancti *titulo, omnes lucido circulo redimiti caput. Id an sufficiat, ut iidem omnes, quamvis eorum nullus alius extet cultus, tamquam* Sancti, *Pontificio judicio probati, inferantur operi nostro, dijudicet sacra Rituum Congregatio. Conatur id multis suadere* Constantinus *Abbas Cajetanus, ad Vitam* Gelasii II. (*ubi primus illam Absidem produxit*) *auctoritate tot Pontificum, qui ibi quotidie sacrificarunt, nec quidquam mutari jusserunt. Fatetur tamen, quod* Sanctitatis tituli duorum vel trium Pontificum, quia ob vetustatem agnosci nequibant, immutati nunc videantur, temeraria pictoris manu; *ejus utique, qui totam picturam aliquando refecit, idque superiori forsan seculo; nec enim majorem antiquitatem profert forma litterarum, perfecto Latinarum, & ab usu seculi* XII. *diversissimarum. Itaque plura de his vide in Appendice hujus 2. partis, quæ Appendix nunc fiet Dissertatio XI.*

Sepultura Alexandri 2 F

huic & 5. successoribus in Sacello Pontificis imagine additur ab Anastasio 4. titulus Sancti.

4 Ma-

A 4 *Mabilio lib. 2. de re diplomatica cap. 24. cum docuisset (uti jam diximus) sæpius hac ætate a Romanis Pontificibus numerari annos* Incarnationis, *operæ pretium esse judicavit etiam monere, quod anni isti communiter initium sumerent* a Kal. Januarii, *atque adeo confundi solerent cum annis* a Nativitate Christi, *quamvis ii non nominarentur: quæ res quoniam majoris momenti est, ipsam exemplis sequentibus confirmat. In Metropoli inquit, Salisburgensi legitur Bulla* Alexandri II. *bis Chronicis affecta notis*, Data Lateranis XII. Kal. April..... anno ab Incarnatione Domini MLXX. Pontificatus vero Domini Alexandri Papæ II. nono, Ind.VIII. *Data est quatriduo ante Annuntiationem, & tamen more nostro vulgari computat annum ab Annuntiatione MLXX. cum Indictione VIII. cum dicendus fuisset annus MLXIX. si anni initium ab Annuntiatione trimestri spatio dilatum esset; aut annus MLXXI & mensibus novem Nativitatem, Pisanorum ritu, prævenisset. Idem calculus servatur in diplomate* Urbani II. *apud Chiffletium;* Datum Turonis ..... XIII Kal. April. Ind. III. Incarnationis Dominicæ anno MXCVI. Pontificatus autem Domini Urbani secundi Papæ VIII *& in alio Paschalis II.* Datum Laterani ..... IX. Kal.

Annus incar. Dominicæ a Kal. Januar. incepti.

B April. Indict. IX. Inc. Dominicæ anno MCXVI. Pontificatus Domini Paschalis secundi Papæ anno XVII. *Ad has Bulla* Callisti II. *habetur* Data XV. Kal. Martii, Ind. XIII. Incarn. Dominicæ anno MCXX. Pontificatus autem Domini Callixti secundi Papæ anno II *Item ejusdem aliud diploma eo spectat*, Datum Laterani XIX. Kal. April. Ind. XV. Incarn. Dominicæ anno MCXXII. Pontificatus ..... anno IIII. *Denique (ut alia aliorum Pontificum diplomata omittantur) sic legitur in Diplomate litteris* Innocentii II. *apud Perardum:* Datum Cluniaci VI Id. Febr. Ind. X. Incarnationis Dominicæ anno MCXXXII. Pontificatus vero Domini Innocentii Papæ secundi anno II.

5 *Observat nihilominus idem eruditissimus Mabilio, prælaudati* Callixti *Papæ quasdam inveniri Bullas, quarum annus more Pisano novem mensibus prævenit Christi Nativitatem, Kalendasque Januarii annum nostrum vulgarem inchoantes; quasdam etiam Paschalis* II. *quæ (quod mirum) integro anno eundem annum dat præveniat, dum scribuntur data XV. Kalendas* Martii, Indict. X. Incarnationis Dominicæ an. MCXI. Pontificatus autem Domini Paschalis Papæ secundi anno XII. *quæ non nisi in annum nostrum MCXI. possunt cadere: quas & alios multas curiositates huc spectantes in præclaro isto opere lector inveniet. Hæc vero non prætermiserim laudare ejusdem diligentissimi viri aliud recentius opus, sub titulo Musæi Italici evulgari, præmisso Itinerario, cujus pag. 53. indicatur, Paulinæ extra Urbem Basilicæ tres æneas esse portas, constructas (ut habet inscriptio)* Anno millesimo septuagesimo ab Incarnatione Domini, temporibus Alexandri Papæ II. & Domini Ildebrandi venerabilis Monachi & Archidiaconi, adjuvante Pantaleonne Consule, qui fieri jussit: *quod non solum ad* Alexandri, *sed etiam ad* Ildebrandi *memoriam faciens, visum est annotare; cum hic Ildebrandus deinde fuerit, is qui mox sequitur,* Gregorius VII. *de ista ecclesia (ut in Vita habetur) optime meritus.* E

HONORIUS ANTIPAPA.

CADULUS, cum nomine HONORII II. ex Episcopatu Parmensi assumptus a Schismaticis, die XXVIII. Octobris MLXI. Romanam Urbem & Sedem anno MLXII. XVIII. Aprilis invadere frustra nisus, & condemnatus in Synodo Osboriæ sive Osnabrugi celebrata per S. Annonem Archiepiscopum Coloniensem MLXII. XXVII. Octobris; deinde in duobus Conciliis Romanis, hoc & sequenti anno factis, & potissimum in Synodo Mantuana; Vaticanam nihilominus Basilicam occupavit anno MLXIV. sed ut ibi se coronari faceret tempus non habuit, mox expulsus a populo; ægreque in castello S. Angeli salvatus, & inde fugam pecunia redimens, perseveravit sese pro vero Pontifice gerere, licet a nemine fere recipere-

C tur: quoad sub annum MLXV. aut serius, vitam infeliciter terminavit. F

Assumptus 1061.

HIstoriam hujus imperfecti schismatis sic prosequitur Continuator in Ms. nostro: Non multis evolutis diebus, postquam (*Alexander*) hujus Cathedræ gubernationem suscepit, Romani, quorum mala consuetudo semper fuit, eum odio habere cœperunt. In tantum denique crevit malitia eorum, quod apud potentiam Teutonici Imperatoris, *sive Regis*, obtinuerunt quod ipse per nuntios suos Cadulum Parmensem Episcopum Romam super Alexandrum misit. Qui Cadulus mense Aprilis die XIV. Romæ cum suo apparatu appropinquans, magnam cædem de prædictis Romanis, tam de amicis quam de inimicis fecit: hoc vero factum fuit anno Dominicæ Incarnationis MLXII. Indictione XV. Qua dicti Imperatoris & Romanorum malitia non diu persistente, Alexander in suo permansit Episcopatu cum gloria, laude & honore. Infelix vero Cadulus cum magno dedecore repedavit ad propria. His vero peractis, multo post vivens tempore, Christi Confessor, universæ viam carnis ingrediens, quievit in pace, & x. Kal. Maii sepultus est in ecclesia B. Petri.

Sed numquam coronatus.

2 *Nulla aspiam Pseudo papæ hujus Acta vidi; nec si tantarent aliquo eorum ratio habendo fuisset sequentibus sub eodem Honorii nomine Pontificibus; cum satis absque constaret Cadulum, nec per vim quidem, in sede Petri collocatum fuisse.* Chronologus *Sanensis in Ms. nostro, rem ita narrat;* Nicolaus Papa obiit: cui Alexander Lucensis Episcopus successit: quodam tamen Parmensi Episcopo Papatum turpiter ambiente, & usque ad sanguinis effusionem Ecclesiam Christi scandalizante. Sed per Annonem Coloniensem Archiepiscopum, Ultramontanarum partium tunc Legatione fungentem, ac universos Italiæ Præsules, eadem est controversia dirempta, Parmensis abdicatus, Alexander (ut jus erat) confirmatus.

Acta ejus nulla.

CLIX. S. GREGORIUS VII.

GREGORIUS, antea Hildebrandus S. R. E. Archidiaconus, natione Thuscus ex Patre Bonizo, regnante Domino nostro Jesu Christo anno clementissimæ Incarnationis MLXXIII. In-

Ab an. 1073 ad 1085. an. 12. m. 1. d. 26.

A III. Indictione & Luna XI. X. Kalend. Maii, Feria II. die III. sepulturæ Domini Alexandri bonæ memoriæ electus, consecratus est XXX. Junii, Dominica VI. post Pentecosten; sedit annos XI. menses X. dies XXVI. anno MLXXXV. XXV. Maii defunctus Salerni, & in ecclesia S. Matthæi ibidem sepultus, ubi & colitur. Cessavit autem Episcopatus annum I. menses XI. dies XIII. D

Dies electionis, *Tempus Electionis notavi ipsis quibus Decretum inchoatur verbis, quod æque ac totam sancti hujus Pontificis Vitam, a Bernardo Bernriedensi conscriptam ad XXV. Maii Tom. 6. illustratum invenies. Leo Ostiensis lib. 3. cap. 65. in Chronico Casinensi & alii, qui propter electionem, III die post obitum* Alexandri *factam, tres solum dies vacantis Episcopatus scripsere, huic Pontificatui consequenter dederunt annos XII. mensem I. dies III. & hunc stylum in aliquot antecedentibus consequentibusque Pontificibus observant auctores Catalogorum, ex quo scilicet jam usitatius esse cœperat, ut ad Romanum Pontificatum assumerentur, qui antea alibi Episcopi fuerant, & Ordinatione nova non egebant, sed solum Coronatione.*

B 2 *Non existimo hunc Pontificem in ordinandis sui Pontificatus annis aliud initium habuisse quam majores sui, etsi ad manum non sint Bullæ Majo & Junio mense uno cum anno Pontificatus signatæ, quibus id patere deberet: nam in registro Epistolarum anni quidem Indictionis, sed non Pontificatus notantur. De die interim Ordinationis constare satis certo potest, ex Epistola XII. & XIII. inter se collatis. Nam qui primam scripserat* III. Kal. Julii, *tanquam* in Pontificem Romanum Electus; *secundam datam* II. Kal. Julii *orditur, velut jam* Episcopus, servus servorum Dei. *Dies denique mortis notatur in Vita num. 102. idem esse, qui* Urbani prædecessoris sui festivitas extitit, *id est* XXV. *Maii, quando ipsa* S. Urbani Papæ & Martyris *Acta explicuimus.* *Dies Ordinationis.* *& mortis.*

3 *Mabilio lib. 2. Rei Diplom. c. 5. notat, præcipuum ac fere primum fuisse* Gregorium *hunc, qui Pontificatus sui Indictionibusque annos notare contentus, omiserit notare annos Imperatorum, quorum nomen ob Investituras cœperat esse invisum, cum antiquiores prius quidem solum annum Indictionis & Imperii notare sint soliti, aut medio ævo alii annum sui Pontificatus aut etiam Incarnationis apponere cœperint. Sed Cantelius noster pag. 177. multa multorum anteriorum Pontificum diplomata citare ait, in quibus nulla sive Imperatoris sive Imperii sit mentio.* Nec enim, *inquit,* est apposita est nota a Clemente II. in Privilegio Ecclesiæ Salernitanæ, nec a Leone IX. in diplomatibus de corpore S Dionysii, deque privilegiis monasteriorum tum Corbejensis tum Cluniacensis. Omissa etiam est a Victore II. Stephano IX. & Alexandro II *Ex his tamen amplius non sequitur, quam annis XXX. ante hunc Gregorium id cœptum usurpari, quod animadvertisse haud parum juvenit ad veri falsique discrimen faciendum, maxime cum alia quoque criteria accesserint.* *Non fuit primus, qui neglexerit annos Imp. notare.* C

4 *Præter Vitam a Paulo Bernriedensi, ut dixi, editam, etiam illustravimus Gregoriani Pontificatus Acta duplicia, ex Chronico Bertholdi Constantiensis & libro censuali Cencii Camerarii, postea Honorii III. excerpta. Priora num. 18. narrant, quomodo* Gregorius Papa Synodum Romæ mense Februario collegit, anno MLXXIX. in qua Beringarius, jam tertio convictus, hæresim suam abjuravit & anathematizavit. *Quia autem totius Galliæ intererat, etiam in ipsa palam fieri, sententiam mutasse Berengarium;* Anno MLXXX. fuit Concilium Burdegalense, in quo Berengarius reddidit fidei suæ rationem, *uti ex Malleacensi Chronico refert Beslius, in Probationibus ad historiam Comitum Pictav. & Ducum Aquitan. pag. 363. Post quæ cum idem Berengarius, Andegavos reversus, nonnullas molestias nihilominus a Comite Fulcone pateretur;* R. (*Rodulfo*) Turonorum Archiepiscopo, & Eusebio Andecavorum Pontifici, *ipso anno* MLXXX. *vel sequentis initio (nam circa Majum vel Junium Eusebius obiit) scripsit Gregorius in hæc verba:* Audivimus F. Comitem Andecavensem, quorumdam instinctu, qui filio nostro carissimo B. Sacerdoti inimicantur, in ejus odium exarsisse. Quapropter Fraternitati vestræ mandamus; quatenus ipsi Comiti nostra vice præcipiatis, ut non ulterius supradictum virum inquietare præsumat. Nec solum, sed & contra omnes inimicos & perturbatores rerum ipsius vicem nostram ad ferenda illi auxilia suscipiatis, præcipiendo præcipimus, ex auctoritate Apostolorum Petri & Pauli. Valete, & nulla ratione quæ præcipio contemnite. *Ubi Berengarium intelligi verosimile fit, ex alia epistola quæ sequitur, & nomen integre exprimit, quomodo utramque profert ex veteri Ms. S. Albini Andegavensis, Franciscus de Roye, Antecessor Andegavensis, in libello de vita, hæresi, & pœnitentia Berengarii.* *Celebrato Romæ concilio, Berengarius, abjurata hæresi receptus.* *defendit ab injuria an. 1080.* E

5 *Quin tamen etiam tertia illa retractatio vel ficta fuerit, vel per relapsum irrita, dubitare Mabilionum, tom. 2. Analect. pag. 489. non sinit* ipsius Berengarii scriptum; quod in Ms. Codice legi, *inquit:* quandoquidem in eo scripto perfide rescindit tertiam fidei professionem, iisdemque fere argumentis convellit, quibus primam sub Nicolao Papa editam labefactaverat. Tum subdit, quemadmodum ad subscribendum ultimæ fidei professioni inductus sit, nimirum metu mortis, sibi certo imminentis; quove sensu eam asseruerit. *Id ipsum confirmat Bertholdus Constantiensis, iterum de eo sub annum MLXXXIII. ita scribens:* Berengarius, novæ hæresis de corpore Domini auctor, eo tempore deficiens, abiit in locum suum: qui, licet eamdem hæresim sæpissime in Synodo abjuravit, ad vomitum tamen suum canino more non expavit redire. *Quæ cum Romam referrentur, denuo citatus Berengarius, eodem videtur ab Episcopo Comiteque remissus, & unum fere annum retentus, adhortanteque* Gregorio *& pro ipso orante, tandem serio resipuisse. Ejus in Galliam reversuri securitati atque idemnitati consultum voluit clementissimus Pontifex,* & omnibus B. Petro fidelibus Salutem & Apostolicam benedictionem *impertiens,* Notum, *inquit,* vobis omnibus facimus, nos anathema fecisse ex auctoritate Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, omnibus qui injuriam aliquam facere præsumpserint Beringerio Romanæ Ecclesiæ filio, vel in ejus persona, vel in omni possessione sua, vel qui eum vocabunt hæreticum. quem post multas, quas apud nos, quantas voluimus, fecit moras, domum suam remittimus, & cum eo fidelem nostrum Fulconem. *Undenam vero? Quantum conjectura assequor, ex monasterio Casinensi, quo, capta ab Henricianis urbe & a Normannis recepta, post celebratam Romæ Synodum,* Gregorius *se receperat, causa securitatis, persuaso verosimiliter illuc secum ire Berengario, ubi cœptæ conversionis negotium quietius tractari & securius peragi posset.* *Quin & rursum lapsum an. 1083.* F *ac domum remittit.*

6 *Certe ex conversatione tam religiosa factum credi potest, ut Berengarius, quem conceperat pœnitentiæ spiritum tandem parturiret: prout fecisse eum censeo, mense post obitum* S. Gregorii *quarto: obiit enim Berengarius anno* MLXXXVIII. *vel* VI. *Januarii; & vete-* *qui anno 1083. reversus Turones*

res

A res membrana Laureacensis apud Franciscum de Roye sanctiori ejus conversationi definiunt viginti octo menses; si quidem recte corrige manifestum errorem, per quem scriptum legitur annos; quos omnino nec octo possis invenire, si de ultimo ejus relapsu sub annum MLXXXIII. verum est relator Bertholdus. Verba Ms. Laureacensis hæc sunt. Tunc Berengarius Roma discedens Turones venit, ibique in Insula quæ S. Cosmæ dicitur, seculi pompis abrenuntians, fere per viginti & octo annos (*octo menses lege*) Domino militavit: aliique plures Canonici S. Martini, sancto Spiritu nec non salutari ejus admonitione instructi; mutatis vestibus (*quod Monachici habitus assumptionem haud inepte interpretatur Mabilio*) sese ad insulam contulerunt. *Fuit vir, si hæresim excipias, omni laude cumulatissimus, quod ex Wilhelmo Malmesburiensi aliisque ejus ævi scriptoribus liquet*, Amator pauperum, eleemosynis approbatus, largarum possessionum dispertiendo dominus: *propter quæ in eo totiens relapso possis impletum videri Evangelicum istud*; Beati misericordes, quoniam misericordiam consequentur. *Hildebertus, postea Episcopus Cenomanensis, Epitaphium Berengario texuit omnigena refertum laude, quod ita concludit*:

Vir vere sapiens, & parte beatus ab omni,
Qui cœlos animo, corpore ditat humum.
Post obitum vivam secum, secum requiescam;
Nec fiat melior sors mea, sorte sua.

quo fit, inquit Malmesburiensis, ut, qui ita resipuit, sine retractatione a quibusdam habeatur Sanctus: *& teste Mabilione*, Turonensis ecclesiæ S. Martini Canonici justa Berengario persolvere sunt soliti, hujusque rei gratia quotannis ad tumulum (qui in claustro S. Cosmæ nigro lapide stratus, detrito Epitaphio, visitur) feria Paschæ tertia conveniunt, ubi recitant

fassusq; ibi Monachus sancte obiit in Januario 1088.

Psalmum De profundis pro defuncto, Collecta adhibita. *Hactenus de Berengario. Nulla tamen D id mirari etiam subit, adeo robustæ complexionis fuisse hominem studiosissimum, ut quâ ante annum MXVII. de quo qua S. Fulbertus factus Carnotensis Episcopus est, ejus in scholis discipulus fuerat, unus ex carioribus (sicut ex condiscipulis Adelmanni Brixiensis Epistola ad Berengarium liquet) potuerit vir octogenario major intra sexennium tertio Romam proficisci.*

7 *Revertor ad* Gregorium *Papam, post cujus Vitam a nobis illustratam invenies lector, nostram sepulturæ in ecclesia Salernitana, atque incorrupti postmodum reperti corporis; nec non præsentis venerationis in eadem Ecclesia, qua duplex ejus festum solennissime celebrat die IV. & XXV. Maii, Prior sacer est Translationi Reliquiarum ejus ad Sacellum S. Michaelis Archangeli, in novum sub ara ipsa sacra monumentum. Ipsius vero rei gesta memoria hujusmodi sculpta legitur in marmore*: Gregorio VII. Soanensi Ponc. Opt. Max. Ecclesiasticæ libertatis vindici acerrimo, assertori constantissimo: qui dum Romani Pontificatus auctoritatem adversus Henrici perfidiam strenue tuetur, E Salerni sancte decubuit A. D. MXXCV. VIII. Kal. Junii, Marcus Antonius Columna Marsilius, Bononiensis, Archiepiscopus Salernitanus, cum illius corpus, post quingentos circiter annos, sacris amictum ac fere integrum reperisset, ne tanti Pontificis sepulcrum memoria diutius careret

M. P.

Factum id esse anno MDLXXXVIII. *aliunde didicimus, pleniusque docebimus ad ipsa Acta; ubi & Officium dabimus sub initium hujus seculi a Joanne Beltramino Archiepiscopo compositum; & agemus de Capite ac Brachio inclusis elegantibus Hierothecis; deque aliis esse, de licentia* Gregorii XIII. *Soanensibus concesso.*

S. Gregorii Papæ tumulus.

Tumulus.

veneratio corporis.

CLEMENS ANTIPAPA.

GUIBERTUS, Argenta, oppido inter Ferrariam & Ravennam, oriundus, ex Henrici Regis Cancellario, Archiepiscopus Ravennæ ordinatus ab ipsomet Gregorio Papa, schisma contra eumdem excitat: atque in pseudo-Synodo Brixiensi eidem illegitime deposito sacrilege substitutus sub nomine CLEMENTIS, anno MLXXX. XXV. Julii, coronationem execrabilem suscipit Romæ in basilica S. Petri anno MLXXXIII. ut volunt aliqui, Feria VI. ante Pentecosten die XXVI. Maii; secundum alios vero anno MLXXXIII. Feria VI. ante Dominicam Palmarum XXXI. Martii, quando in ipso Ascensionis festo, vicissim Henricum IV. Imperatorem coronavit, & a variis Pontificibus successive anathematizatus, pervicax in scelere obiit anno MCI.

Intrusus an. 1080.

1 P*Atriam hujus monstri indicavit nobis in suo Italico Itinerario diligentissimus Mabilio. Plura de eo videri possunt in Annalibus ecclesiasticis, quorum auctor Card. Baronius, explicans quomodo Donnizo coævus Poeta in Vita Mathildæ de eo dicat, quod per* viginti tres annos denique, Christi

Ecclesiam nimium turbarat iniquus;

monet, non esse hujus temporis initium petendum in anno, quo est electus pseudo-Pontifex; sed sumendum ab eo tempore, quo cœpit Gregorio *sese opponere anno* MLXXVIII. *ad Romanam citatus Synodum & obedientiæ jugum excutiens, scilicet biennio prius schismaticus quam Antipapa.*

2 *Hic autem omnibus Antichristis prægressis & hactenus secutis deterior, voluit ceteris videri religiosior, excogitato Sigillo, forma prorsus singularis; cujus orbem percurrens Crux ampla, & formata ex duabus lineis perpendiculariter duabusque aliis parallele ductis, in parte transversali continet has litteras*, CONFIRMA HOC DEUS, *& harum litterarum sententia continuatur per litteras a summo deorsum sculptas* QUOD OPERATUS ES IN NOBIS *Psal.* LXVII. *Inter quatuor deinde angulos ejusdem Crucis, divisim legebatur istud Psal.* XXXII. VERBO DOMINI CÆLI FIRMATI SUNT. *Per orbem denique exprimebantur hæc verba*, DOMINUS NOSTER JESUS CHRISTUS. *Ipsam figuram Sigilli quærat in Ciacconio, cui id tanti est: mihi videor absque ea satis clare explicuisse formam, quam vel ideo nemo imitari voluit, quia auctorem tam impium habuit.*

3 *Mortuo nullus curavit monumentum aliquod ponere, adeoque omnis ejus memoria periit, ut nec locus quidem nominari posset, in quo execrabilem vitam finivit, nisi Ordericus Vitalis, Hist. Eccl. lib.* 10. *nobis consignatum reliquisset Epitaphium, quod Petrus Leonis eidem insultanda scripsit, & est hujusmodi.*

Nec tibi Roma locum, nec dat, Guiberti, Ravenna;
In neutra positus, nunc ab utraque vacas.
Qui Sutriæ vivens maledictus Papa fuisti,
In Castellana mortuus Urbe jaces.
Sed quia nomen eras sine re, pro nomine flano,
Cerberus inferni jam tibi claustra parat. Nem-

quomodo annis 23 Ecclesiam turbarit

usus signo perquam religioso.

A *Nempe, ut idem Ordericus lib.8. scripserat.* Odo Comes Sutriæ nepos ejus erat, & Ecclesiasticæ pacis fautores pluribus pressuris coercebat. *Igitur Alba pulsus* Guibertus *a Paschali Papa, ut in hujus Vita dicitur, ipso forte ossis adhuc Autumno anni* MXCIX. *quo iste in Augusto Ordinatus est, contulit se* Sutrium, *atque inde in proximam* Civitatem Castellanam, *antiquis* Fescennium *dictam* x. p. m. *distantem, ac forte Comiti prædicto subjectam, velut in locum munitiorem, ibique obiit anno* MCI.

4 *Sunt qui ab hujus nomine natum putant* Ghibellinorum *nomen, factionis per Italiam funestissimæ seculo subsequenti; aptata ad faciliorem elocutionem voce, quæ, magis integre pronuntiata, sonat* Guibertinos, *vel (sicut in Vita Paschalis II. scribit num. 26. P. Pisanus)* Gibertinos: *ita ut qui profitebantur partes Cæsarum Pontificibus Romanis adversantium, sic per contemptum initio vocarentur: sicut & pars altera a Cæsareis vocata est* Guelforum, *idest,* Catulorum (*hoc enim nomen* Welf *Germanice sonat*) *occasione accepta* a Guelfone V. *Bavariæ Duce ac Veronensi Marchione,*

A Guiberto dicti videntur Gibellini, ut a Guelfone Guelfi,

B *anno* MLXXXIX. *ex voluntate* Urbani II. *conjuncto cum Comitissa Mathilde, Pontificiarum partium studiosissima. Sed nomina, primum per injuriosam dicacitatem jacta, honori deinde sibi pars utraque duxit; maxime cum inter Pontifici adversantes clarere cœpit* Henricus V. *quem ajunt quodam Germaniæ oppidulo* Ghibel *dicto, in quo natus & educatus fuerat, sic delectatum, ut inde vulgo cognominaretur* Ghibellinus. *Imo sunt qui utrumque nomen primum volunt audiri cœpisse circa annum* MCXXXIX. *in Wirtzenburgensis urbis obsidione. Verum, uti verosimilius est, Henrico isti agnomentum accessisse a pridem coalita & nominata factione, cujus erat caput, potius quam ab ignobili oppido, quod nescio an satis probetur uspiam aliquando fuisse; sic &* Guelfos, *longe prius censeo appellatos, occasionem dante Ducis ipsius nomine.*

5 *De origine* Guelforum, *inter Germanos Principes, præsertim Bavaros, ætate illa æstimatissimorum, circumfertur seu fabula seu historia, fusius relata a* *Gabriele Bucelino, tom. 2. Germaniæ sacræ & profanæ, in Historia Agilolfingica pag. 363. videlicet, Irmentrudem Suevicam, S. Hildegardis Carolo Magno nuptæ sororem, Isenbardo Principi Alemanno junctam, ob imprecationem pauperculæ, trina prole simul editæ gravatæ, ter trinos simul peperisse; quæ verita adulterii suspicionem octo ex iis fluvio mergendos dederit ancillæ. Hanc autem Isenbardo domum redeunti occurrentem, interrogatamque quid capite gestaret in canistro,* Guelfos *respondisse fluvio mergendos; quos dum cunctatur ostendere, deprehensa in crimine, jussa sit tacere, mandatumque expletum esse, referre Dominæ. Interim a fideli rustico educatos omnes, cum jam septenes essent, exhibitos in geniali epulo matri, eodem quo unus quem ipsa servaverat cultu; qui propterea* Guelfi *dicti sint in memoriam facti. Rem huic simillimam apud se contigisse tradunt Arelatenses, nisi quod pro novem catulis, totidem dicuntur* nefcendes, *ancillæ mendacia appellati infantes, in* Rhodanum *mergendi, nisi eorum unus ad heri interrogationem manum de cophino protendisset; unde ipsa ubi partus talis editus fuerat ædes,* Scrofæ domus *usque hodie appelletur;* E *testibus Bellefortio & Gaulardo Scriptoribus Francis, asserentibus in perpetuam rei memoriam etiam nunc ibi videri insculptum lapidem; matrem vero perpetuo carceri mancipatam fuisse, in pœnam sui crudelis mandati. De* Guelfi *nomine alii aliter narrant, dicuntque, Isenbardo venanti una cum Carolo allatum de partu uxoris nuntium; quare cum is multum festinaret reverti domum, Carolus joco dixerit, quid tantum festinaret, ob* Guelfum *unum sibi natum? Ipse vero pari joco responderit; ita sane, vocaretur* Guelfus, *modo eum Rex ipse de fonte susciperet, sibique compater fidei dignaretur.*

D

6 Clementem *Antipopam, brevi temporis intervallo, secuti sunt alii tres, schismatis criminisque heredes; qui quia ad* Paschalis II. *Pontificatum spectant, commodius post illum referentur; hinc, ubi primum eos locaverim, ablati.*

CLX. VICTOR III.

An. 1087. m 4 d. 7.

C VICTOR, ex Principibus Beneventanis primum Monachus, deinde Abbas Casinensis & S. R. E. Presbyter Card nomine Desiderius, diu multumque reluctatus, electus tamen anno MLXXXVI. in die Pentecostes XXIV. Maii, & tandem ordinatus anno MLXXXVII. IX. Maii Dominica post Ascensionem Domini, imperantibus Henrico IV. & Alexio Comneno, sedit menses IV. dies VII. defunctus Casini XVI. Septembris anni ejusdem MLXXXVII. tumulatus in Capitulo: & cessavit Episcopatus usque ad XII. Martii MLXXXVIII. F

T*Otam vitæ ejus seriem eleganti Epitaphio complexi sunt monachi Casinenses, quod, quia Chronologiæ multum continet, hic attexo:*

Epitaphii.

Quis fuerim, vel quid, qualis, quantusque, doceri
Si quis forte velit, aurea scripta docent.
Stirps mihi Magnatum, Beneventus patria, nomen
Est Desiderius, tuque Casine decus.
Intactam sponsam, matrem, patriamque, propinquos
Spernens, huc propero, monachus efficior.
Abbas dehinc factus, studui pro tempore totum,
Ut nunc aspicitis, hunc renovare locum.
Interea fueram Romana clarus in urbe
Presbyter ecclesiæ, Petre Beate, tuæ.
Hoc senis lustris minus anno functus honore.
Victor Apostolicum scando dehinc solium.
Quatuor & semis vix mensibus inde peractis.
Bis sex lustra gerens, mortuus hic tumulor.
Solis Virgineo stabat lux ultima Signo,
Cum me sol verus hinc tulit ipse Deus.

1 *Triduo ante mortem suam, consultantibus de futura electione Cardinalibus, tres* Gregorius VII. *proposuerat: quorum primus* Desiderius, *alter* Hugo *Lugdunensis Archiepiscopus: qui quo magis serio constanterque reluctari a suscipiendo Pontificatu nitebatur* Desiderius, *eo propriorem se tantæ spei esse existimans, cum præter opinionem intellexit quod* Desiderius *Pontificatum acceptasset, vehementissime commotus est animo, atque Comitissæ Mathildi scripsit epistolam, quæ in Labbeana editione Conciliorum prodiit, excepta ex Chronico Virdunensi. Ejus epistolæ absurditates nonnullas Triumpho Pontificio P. Cornelii Hazart insertas suggessimus, & plures facile reperiet quivis, in historia ecclesiastica vel mediocriter versatus. Notabilis autem imprimis est objectio sumpta a laude, quam mor-*

Hugonis Lugd. altera cum epistola,

A *mortuo Athoni Mediolanensium Archiepiscopo dederit* Victor, *quamvis per* Gregorium VII. *excommunicato, sententiam subscribente ipsomet* Desiderio. *Confunditur enim* Atho, *vir vere sanctus, cum* Theobaldo *schismatico & Simoniaco: quem Rex* Henricus *Archiepiscopum fecerat loco Gotsfredi aque schismatici, & populi orthodoxi odium diutius sufferre non valentis. Sed ipsum Hugonem tam intemperantis scripti haud diu post pœnituit, uti apparet ex Epistola ad eamdem Comitissam scripta, qua ibidem extat, quaque protestatur, se, utcumque fuerit erga* Victorem *affectus, quod fere dissimulat, non tamen ab ejus & Ecclesiæ Catholicæ communione descivisse.*

& fabula de ejus morte sparsa per Gallias. a *Eamdem epistolam* Hugonis *Chronico suo Verdunensi Flaviniacensis Abbas Hugo inseruit: ne deinde, gentili suo nimium favens & credulus, ex rumusculis post mortem* Victoris *in Gallia sparsis scripsit, quod* cum Missas apud S Petrum diceret, infra Actionem judicio Dei percussus est: & quamvis tarde, cognoscens se errasse, seipsum deposuit: & accitis Fratri- B bus de monte Casino qui secum aderant, præcepit se illo deferri, & in Capitulo, non ut Papam, sed ut Abbatem sepeliri. *Nihilo certius digesta sunt, quæ confuso rumore accepit Odericus Vitalis, & lib. 8. sic proponit:* Victor Papa, postquam apicem Pontificatus ascendit, primam Missam in die sancto Pentecostes solemniter cantare cœpit: sed occulto Dei nutu, gravem morbum subito incurrit. Nam diarrhœa cogente ter ad latrinam de Missa ductus est, & sic in Papatu vix una tandem Missa perfunctus ...... In ægritudine tamen a Pentecoste usque ad Augustum languens, defunctus est. *Interim constat ex Leone Ostiensi lib. 3. cap. 73. quod non sit Romæ aut infirmatus aut mortuus: sed concilium Beneventi celebrans*, in eodem graviter infirmatus, post actum per tres dies concilium, festinanter Casinum rediit ...... atque post diem tertium feliciter emigravit ad Dominum XVI. Kal. Octobris, anno Dominicæ Incarnationis MLXXXVII. cum præfuisset in monasterii regimine annis XXIX. menses IV dies XVI. in Sede vero Apostolica, ab ipso suæ electionis exordio, anno uno; sacrationis menses IV. dies VI. *non annumerato scilicet die mortis:* D *quem si adnumerari omnino a Leone quis velit, oportet, ut dicat Ordinationem factam fuisse, non in ipsa Dominica Pentecostes, sed feria II. ejusdem festivitatis: quod nec absurdum foret, nec ritui Pontificiarum Ordinationum contrarium. Malui tamen sequi Ms. nostrum de Vitis Pontificum, ubi dies VII. numerantur, & sic Dominicam retinere. Scripsit adhuc Abbas Casinensis libros 4. Dialogorum de miraculis S. Benedicti & aliorum variorum Patrum: quos libros in suis Annalibus delibat Baronius; ipsos vero ex Ms. Vaticano edidit J. B. Marus, Canonicus Romanus, sed mutilos in fine libri 3. & toto quarto destitutos; qui defectus utinam aliunde suppleatur! Quia autem sub Missa dicebatur correptus morbo, atrocior quoque alius sparsus est rumor, quem S. Antoninus, Stella, Cacanza, aliique nonnulli arripuerunt, quasi obiisset* præbito sibi in calice veneno *per Henrici Imperatoris ministros, quod non audens asserere Platina, satis habet* suspicionem veneni *agnoscere.*

3 Sacrum tanti viri corpus ab antiquo sepulcro ad E sacellum D. Bertharii translatum est anno MDXV. Instaurata scilicet nuper veteri basilica, novoque sacello in honorem ejusdem sancti Martyris erecto & augustius adornato, magnifica molitione atque pietate Reverendiss. Hippolyti Salsarelli, reposita ibidem fuerunt ad dexteram Lipsana Desiderii seu Victoris, ad sinistram vero sancti Abbatis Apollinaris, impositis super tumulos onychinos utriusque plasticis signis, opere inchoato sub regimine Ampliss. Abbatis Anastasii Perroni, anno vero MDCLXVI. ad umbilicum perducto quarto Nonas Februarii: quo die, convenientibus undique populis, sacrorum pignorum translatio solenni pompa rite est celebrata. *Ita Angelus de Nuce, in suis super Leonis Chronicon Notis. Malleacense Chronicon, annum* MLXXXVII. *finiens:* Eodem, *inquit*, anno obiit Victor Papa: *& sequentem exordiens*. Ordinatus est Urbanus Papa: *quo Chronologia nostra valde firmatur, propter ætatem Chronici ipso tempore scripti.* F

Translatio corporis 1666.

CLXI. URBANUS II.

C URBANUS, natione Gallus, ex oppido Castellionis quod est supra Matronam in Archiepiscopatu Remensi, antea Otho Episcopus Ostiensis, Pontifex creatus Terracinæ anno MLXXXVIII. XII. Martii, festo S. Gregorii Papæ & Dominica II. Quadragesimæ, imperantibus Henrico IV. & Alexio Comneno; sedit annos XI. menses IV. dies XVIII. defunctus XXIX. Julii MXCIX. sepultus in Basilica S. Petri; & cessavit Episcopatus dies XV.

Ab an. 1088 ad 99. an. 11 m. 4. d. 18.

Parentes, IN *Necrologio Abbatiæ Molismensis notantur* Nonis Junii, Eucherius & Isabellis, pater & mater D. Papæ Urbani. *Odericus Vitalis Hist. Eccl. lib. 8.*

Virtutes, *sic eum breviter laudat,* Ætate mediocris, corpore magnus, modestia discretus, nobilitate & mansuetudine clarus, religione maximus, sapientia & eloquentia præcipuus .... misit Legatos & Epistolas Romanæ auctoritatis Francis & Græcis, aliisque gentibus per orbem constitutis, ut in fide Catholica irrefragabiliter persisterent, & omnem scissuram a lege Dei & corpore Christi, quod est Ecclesia, callide præcaverent. *Tum libro 9. ejusdem in Gallias profectionem, & Acta Synodi Arvernensis seu Claromontanæ refert, quæ istic legi possunt. Elogium in Ms. nostro, ex auctore perquam antiquo, multa alibi non legenda continens, hoc accipe.*

2 Vir strenuus *fuit*, & divinis scripturis eruditus atque ecclesiasticis traditionibus imbutus, & in earum observationibus constantissimus perseverator, *ob quas virtutes inter tres, quos* Gregorius VII. *suæ in morte dignos Pontificatu nominarat, unus hic fuit; &* Victor *Papa moriens Episcopos & Cardinales adstantes tantum non adjuraret, ut eum Pontificem electum vellent, prout maxima cum concordia factum, quam primum dispersis vacavit ad Electionem convenere Terracinæ.* Audierat iste præclarus Pontifex, prædecessorem suum Gregorium Papam prædicasse Ultramontanis, Hierosolymam pro defensione fidei Christianæ pergere, & Domini sepulturam e manibus inimicorum liberare: quod facere minime potuit, quia persecutio Henrici Regis nimium eum undique urgebat. Quod vero prædecessor ejus facere non potuit, ideo a Deo electus, Dei gratia fretus, implevit; ad partes illas videlicet Ultramontanas properans, quatenus ad liberandum sepulcrum Domini venirent, ipseque cum eis esset properaturus. Reversus itaque Romam, concursusque populi eum sequens, penitus dictum Pontificem secum ducere non potuerunt,

Elogium ex Ms.

Expeditio transmarina sub eo cœpta,

A runt, quoniam sota Dei Ecclesia pergere illum cum eis non permittebat. Sed aucti benedictione ejus atque absolutione peccatorum suorum accepta, sub eo Principe & B Petro militavernut. Victoria itaque facta, (*ad Nicaeam Bithyniae*), Deo & B. Petro ejusque Vicario totus mundus laudes reddere cœpit.

3 Eodem vero annn (*scilicet* MXCV.), quo iter ad eripiendum sepulcrum geos illa arripuit, stellæ visæ sunt de cœlo cecidisse: atque Joannes Paganus (*de quo alibi nihil*) qui multa mala Romanis fecerat, decollatus est, caputque suum Romæ deductum: ita miserabiliter ille infelix in sterquilinio & sepultura asinorum est sepultus. Temporibus istius Pontificia A. (*Arnulphus Mediolonensis*) qui ab uno tantum Catholico Episcopo fuerat consecratus, assentientibus quibusdam aliis Episcopis, sed manum non imponentibus, quod schismatici essent & a Romano Antistite excommunicati; & post electionem Canonicam a Rege baculum sumpserat (*anno* MXCIII.), B per Legatum Sedis Apostolicæ sponte depositus est. Cumque mox mutato habitu io cœnobio vixisset sanctissime, necessitate cogeute, per D. Urbanum Papam ad Episcopatum redire præceptus & compulsus, ei atque Romanæ Ecclesiæ Sacramentum pro more Episcoporum juravit (*anno* MXCV.) Cui post Pallium suppliciter petenti a Domino Urbano Papa, cum his verbis, per Herimannum Presbyterum Cardinalem transmittitur: Pallium Fraternitati tuæ, præter consuetudinem Romanæ Ecclesiæ, quæ nulli hoc dignitatis genus nisi præsenti concedit, tuis litteris exorati, ex Apostolicæ Sedis benedictione transmittimus.

Joannes Paganus punitus.

Investitura correcta.

4 Hoc tempore Toletanus Archiepiscopus Bernardus Romam ad D. Urbanum Papam venir, eique pro Episcoporum more juravit, Palliumque & Privilegium accepir, regnisque Hispaniarum Primas institutus est. Tunc etiam in Gallicia omnis diœcesis S. Jacobi ab omni officio est excommunicata, eo quod S. Jacobi Episcopus in Regis carcere positus fuerat. Hoc tempore Henricus Suessionensis Episcopus Romam sponte veniens, qui a Rege Francorum Philippo investituram acceperat, judicio Domini Papæ Episcopatum in ipsius manibus refutavit; cui postea necessitate cogente nolenti atque recusanti idem E- C piscopatus per D. Urbanum restitutus est, & pro Episcoporum more juravit, & Episcoporum præter solitum istud adjecit: Excommunicatis ab hac Sede, & me sciente, communicabo minime. Consecrationibus eorum, qui investituram accipiunt Episcopatuum vel Abbatiarum de laica manu, me sciente, non interero. Sic me Deus adjuvet. Tunc etiam de Belvacensi Episcopo idem actum est.

Primas Hispaniæ institutus.

5 Iste almus Pontifex quemdam factum Diaconum a Guilberto, reordinavit: quod videns se minime bene fecisse, damnavit ne aliquis deinceps faceret: illi autem cui manum imposuerat sub interminatione præcepit, ne ad sacrum Ordinem ascenderet, quod & factum est. Qui sex Concilia celebravit, unum apud Clarum montem (*anno* MXCV. *cui ex tota Hispania, utpote Schismatica, interfuit unicus S. Oldegarius, Episcopus Barcinonensis, in cujus Vita num. 40. ex Diago indicavimus, summam Actorum in Concilio per ipsum delatam Barcinonam servari in utroque Archivio, Regio scilicet & Capitulari; quod hic iterum noto, quia operæ pretium facturum censeo, qui istic servata conferre dignabitur cum editis in Labbæana Conciliorum collectione, & quæ insuper invenerit publici juris facere.*) Alterum apud Guardestallum Longobardiæ (*ignotum Conciliorum editoribus*), in quo fecit Præfationem B. Mariæ Virginis; aliud vero apud Melfiam, & alterum Romæ in ecclesia B. Petri; aliud apud Trojam in Apulia, & aliud apud Placentiam (*& hoc quidem ultimum Claromontano supra nominato prius, eodem anno habitum est, cetera anno* MLXXXIX *ascribuntur, secutumque est illa Trojanum alterum, & alia Romana duo*) In quibus Conciliis D quidquid prædecessor suus Gregorius de stabilimento Ecclesiæ fecerat, & ipse firmavit. Qui fecit ordinationes quam plurimas, Diaconos, Presbyteros, Episcopos per diversa loca.

Reordinationes reprobatæ.

Concilia celebrata.

Pius obitus.

6 Iste præclarus Pontifex, beatam vitam ducens, suo tempore bene regendo, contra hæreticorum dogma suas opponendo doctrinas, multas sustinuit persecutiones: & ad ultimum satis hanc Romanam Ecclesiam deliberavit, quoad Christi Confessor & athleta apud S. Nicolaum in carcere, in domo Petri Leonis, IV. Kalend. Augusti animam Deo reddidit: atque per trans-Tiberim, propter insidias inimicorum, in ecclesia B. Petri, ut moris est, corpus ejus delatum est, & ibi honorifice humatum.

7 *Horum aliquid indicat Baronius ad an. 1099. num. 24. allegans Vitæ auctorem coævum ex Codice Vaticano. Sed in eo codice vel non prorsus primigenia phrasi habentur omnia, vel si idem est textus (necdum enim eum invenire potuerunt, qui quærendum sibi nostri causa susceperant) Auctoris illius verba, dum suis Annalibus aptat Baronius, mutavit; uti apparet in Vita sequentis Pontificis, ubi in tertia persona habentur, quæ noster Auctor de se dicit in prima; ut hoc quoque titulo nostrum Ms. faciendum sit pluris, omninoque operæ pretium videatur plura ex illo deinceps transcribere integre, quando ad clariorem historiæ lucem accedentibus nobis minus jam erit in Chronologia laborandum. Itaque huc etiam transcribo, quæ habet hujus temporis Chronicon, vulgo dictum Malleacense, ubi ad annum* MXCV. *sic legitur:* Urbanus Papa tenuit Concilium III. Idus Novembris: & inde Lemovicas veniens, deposuit Umbaldum Episcopum ejusdem Urbis. *Tum anno sequenti:* Urbanus Papa veniens ad festivitatem S Hilarii, fuit Pictavis, XI. *Januarii.* Post hæc perrexit Andegavos, & benedixit monasterium S Nicolai. Inde abiens, Turonis tenuit Concilium in monasterio S Martini: in quo inter alia restauravit Abbatiam S. Mauri, & præcepit habere Abbates...... inde reversus est Sanctonas civitatem, & celebravit ibi sanctum Pascha: & inde remeavit Ro- F mam: & in eundo remeavit Nemausum civitatem, ubi item tenuit Concilium, & reconciliavit Philippum Regem Francorum. Ubicumque fuit, præcepit Cruces facere hominibus, & pergere Jerusalem, & liberare eam a Turcis & aliis gentibus. *Denique ad annum* MXCIX. En anno, *inquit*, fuit factum Romæ Concilium, quod novissime tenuit Romanus Papa VII. Kal. Maii, in quo confirmavit viam Sancti Sepulchri D. N. Jesu Christi; & decrevit in ipsa Synodo omni feria VI. jejunare pro peccatis suis omnibus Christianis, & maxime pro illis de quibus non confessi sunt immemores. Eodem anno obiit ipse III. Kalendas Augusti, & successit ei Paschalis II.

Quis auctor vitæ apud Baronium? E

Acta ex Chronico Malleacensi.

8 *Ordericus Vitalis prælaudatus, hoc tempore vivens libri sui 10. initio mortem ejus exponit, & addit:* Ejus opera quam laudabilia fuerunt, nitore famaque magnitudinis suæ, per orbem late divulgata, inimicorum etiam eo defuncto lamenta testata sunt. Petrus Leo tres elegiacos versus super ipso edidit, & memoriam ejus breviter sic commendavit.

Epitaphium.

Canonicum Remis, Monachum Cluniacus, Odonē
Roma vocat, facit hunc Ostia Pontificem:
Cumque fit Urbanus, mutato nomine Papa,
Redditur expulsus integer Urbis honor.
Exequias hujus celebres hic Roma peregit,
Augusti quarto præveniente die. *Subintellige* Kalendas.

Alter quoque insignis versificator, præfati Papæ vitam, mores & occasum consideravit, &

alterum ex Orderico Vitali.

inde

A inde carmen hujusmodi compaginavit.

Canonicus Remensis Odo, quem Cluniacensis
Hugo facit Monachum, Papa fit eximius.
Hic vivens, lux Urbis erat; defunctus eclipsis:
Urbs stetit, Urbano stante; ruente, ruit.
Lege regens, & pace fovens te, Roma, beavit;
Servans, a vitiis intus; ab hoste, foris.
Non flexit, non extulit hunc, non terruit unquam;
Dives, fama, potens; munere, laude, minis.
Eloquium linguam, sapientia pectus, honestas
Mores ornabant, exteriora decor.
Ecce per hunc Urbs-sancta patet, lex nostra triumphat,
Gentes sunt victæ, crescit in orbe fides.
Sed citius rapitur rosa, quæ plus vernat in horto;
Sic & florentem fata tulere virum.
Mors hominem, requies animam, cisterna cadaver
Suscipit; inter nos nil nisi fama manet.

Sepulcrum

8 *Romanus Canonicus, agens de oratorio S. Hadriani, ait juxta esse* sepulcrum Domini Urbani Papæ secundi satis pulchrum: *nulla facta alicujus Epitaphii* B *mentione, quod rebus adhuc turbatis omissum, postea neglectum fuisse videtur: potentes enim in urbe erant qui factionem Guibertinam sustinebant, adeo ut etiam non dubitaverint Synodum ibidem celebrare schismaticam, uno fere anno ante mortem* Urbani: *qui deinde plures ipsis munitiones eripuit ac nominatim Castrum S. Angeli. Tandem tamen aliquis eidem sepulcro, sito in transversa navi ad dexteram absidis, uti refert Aringus, inscripsit breve, sed nobile hoc elogium*, Urbanus II. auctor expeditionis in infideles.

Ejus apud Casinenses Bullæ,

9 *In Bullario Casinensi extant hujus Pontificis Bullæ duæ pro Cavensi monasterio, quibus subscribitur,* Datum Salerni, per manus Joannis S. R. E. Diaconi Cardinalis XIX. Kal. Februarii Indictione quinta, & octavo decimo Kalendas Octobris quinta decima Indictione; *utrobique autem*, anno Dominicæ Incarnationis millesimo nonagesimo secundo, Pontificatus Domini Urbani Papæ secundi anno quinto. *In posteriori recte se habent omnia; in priori excusare posset librariisque imputare errorem* quintæ Indictionis, *posita pro* quinta decima: *sed non convenit* annus Pontificatus quintus, *qui anno MLXXXXII. primum cœpit numerari mense* Martio, *ut vel mutandus mensis* Januarius *sit, vel dicendus* annus quartus. *Quæ ibidem se-* C *quitur tertia ejusdem* Urbani *Bulla, narrat prolixe, quo modo de existentia corporis S. Benedicti in monasterio Casinensi certificatus fuerit Pontifex, tum miraculosa sui curatione, tum apparitione ipsius Sancti; ea deinde sic progreditur.* Ob quam rogamus & obsecramus in Domino Jesu, qui pro nostra salute incarnari & mori dignatus est, ex auctoritate B. Petri Apostolorum Principis, cujus vice Romanæ Ecclesiæ præsidemus, & in virtute Spiritus sancti expresse præcipimus; ne quis ulterius falsam Patris Benedicti Translationem celebrare præsumat. Contradictoribus hujus nostri Apostolici constituti divinum judicium intentantes, & anathematis vinculo innodantes. *Bulla hæc, ubi aut quando data sit, studiose reticetur in Bullario, solumque ponitur* Dat. &c. *Baronius ad an.* 1088 *num. 7. accepit exgraphum, sic finitum:* Dat. Capuæ Kal. Aprilis per manus Joannis Cardinalis, Indictione decima tertia, anno Domini millesimo nonagesimo tertio, Pontificatus Domini Urbani Papæ secundi anno nono: *iisque verbis* non levia de impostura signa contineri *judicat; tum quia constat* Urbanum *anno nono sui Pontificatus fuisse in Galliis, immo natum conciliis celebrandis, tum quia nulla est cohærentia in appositis temporum notis; tum denique quod Venerabilis Petrus Cluniacensis Abbas paulo post hæc ediderit Hymnum, canendum in Translatione S. Benedicti in Gallias. Laurotus, in proprio de hac quæ-*

definiens existentiam Corporis S. Benedicti ibidem,

suspecta Baronio,

stione libello, ut a discordantibus temporis notis se ex- D *pediat, primum negat in originali Bulla legi quæ habet Baronius; sed datam ait esse*, anno MLXXXXI. Urbani IV. Indict. XIV. *deinde utrumque numerum posteriorem jubet corrigi, & legi* annum V. Urbani, Indictionem XV. *Quis putet Lauretum credere, quod Bulla ista originalis sit, quam ipsemet fatetur correctionis egere?*

& contrariis aliorum Bullis refutabilis,

10 *Mabilio cui ex adverso non deerant quas opponeret pro Floriacensibus, corpus S. Benedicti sibi arrogantibus, Bullæ, primum* Alexandri II. *scribentis* Guilielmo Venerabili Abbati Floriacensis monasterii, ubi venerabile corpus B. Benedicti requiescit; *deinde* Eugenii III. *scribendi* Macario Abbati Floriacensis monasterii .... in quo, sicut Romanorum Pontificum testantur Privilegia, gloriosi confessoris Benedicti corpus requiescere creditur: & Clementis III *centum dierum Indulgentias largientis iis, qui ecclesiam istius monasterii* in honore S. Benedicti dedicatam, in die Natalis ejusdem Sancti & Translationis ipsius *visitaverint* (*pro quibus centum diebus novissime plenariam Indulgentiam concessit* Clemens VIII.) E *ac denique* Urbani V. *pro loco Montis-pessulani, in quo Monachus fuerat, jubentis sibi mitti* partem vel circa capitis, & unum os brachii dextri ejusdem Sancti, cujus corpus in isto *Floriacensi* monasterio requiescere dicitur: *hæc, inquam omnia Brevia pro se habent Mabilio, quæ & ipsa originalia esse prætenduntur, & nihil adjunctum habent unde merito possint suspecta reddi, sicut habet Casinensis ista* Urbani II. *in Dissertatione tamen prævia ad historiam Translationis præfata Sec. 2. Benedict. pag.* 338. *prudenter supersedendum sibi judicavit argumentis inde petendis; sed agendum ex solis antiquorum scriptorum domesticorum externorumque testimoniis, inter se collatis:* quod, *inquit* facimus, non litterarum nostrarum robori diffisi, sed ab odiosis falsi nominis elogiis abhorrentes. *Huc autem venire cogit is, qui in materia historica, aut alia simili ad judicium Pontificum non spectante, omnia & singula Pontificum verba valere vult. Quamvis enim nemo ignoret Catholicus, quam firma sint quæ ex illorum Bullis petuntur*, modo, *sicut ait, Mabilio*, ex certa scientia datæ ac legitimæ sint: *quamdiu tamen alterutrum dubitari potest (sicut in talibus quæstionibus, præsertim circa res antiquas, quarum certa probatio nulla suppetere potuit post fluxum plurium seculorum, ejusmodi probationes nescientium, dubitari semper potest) prudentius eæ non allegantur.* F *Si enim allegentur, necesse est, ut qui aliunde certam causam dissentiendi habere se credit, vel legitimas esse urgeat ejusmodi Bullas, & sæpe evincat, cum confusione eas allegantium; vel demonstret non esse ex satis certa scientia profectas, quod maluisset non dicere, nisi coactus fuisset: quorum alterutrum si altercationem generat, penes eum est culpa qui coegit.*

prudenter præteritur a Mabilione,

exemplo aliis mutando.

11 *Idem Mabilio lib. 2. cap. 20. agens de Testium subscriptionibus, de quibus jam aliquid dictum ad Pontificatum* Leonis IX. *num. 9. sive (ut nunc institui dividendum Commentarium illum) Dissert.* XXXVIII. *num. 3. idem, inquam, Mabilio notat, hoc potissimum Pontificatu invaluisse, ut Bullis, etiam extra Synodum dandis, Episcopi Cardinalesque subscriberent. Addit autem, non solum in Pontificiis, sed etiam Regiis cujuscumque generis, nec non inferioris ordinis hominum scripturis, frequens olim fuisse, ut etiam absentibus futurisque volentibus eas sui nominis subscriptione firmare, spatium relinqueretur. Hoc porro institute factum, ait, in ejusmodi instrumentis multis, ut post primitus scripta sua ordine nomina testium initio rogatorum, inveniantur alia multa, nullo ordine varioque charactere, adjecta: quæ cum postea a Chartulariorum ecclesiasticorum aut monasticorum collecto-*

Testes bullis subscripti,

Et locus diu post subscriptionis relictus.

A *vibus, una continua manu transcripta reperiuntur; magnam prima fronte solicitudinem ac suspicionem fraudis accessisse est injiciant viris eruditis, habentibus aliquam personarum ibi annotatarum, temporumque ac locorum cuique propriorum, interque se enormiter discrepantium notitiam. Operæ pretium sane fuerit, tanti momenti doctrinam (qua nescio an alia ulla utilior in re antiquaria sit) videre probatam auctoritatibus & exemplis certissimis, ad plurimas irrefragabilis auctoritatis chartas, periculo damnationis certæ alioqui eximendas, atque a turpi suppositionis evidentis nota vindicandas,* D

CLXII. PASCHALIS II.

Ab an. 1099 ad an. 1118. an. 18. m. 5. d. 5.

PASCHALIS, natione Flaminiæ Provinciæ, patriæ Bledæ, ex patre Crescentio, matre Alfatia, Ragingerius sive Rainerus dictus, Presbyter Cardinalis tit. S. Clementis, ordinatus MXCIX. XIV. Augusti in Dominica, imperantibus Henrico IV. & Alexio Comneno, sedit annos XVIII. menses V. dies V. mortuus XVIII. Januarii, MCXVIII. sepultus in Basilica Lateranensi XX. Januarii; & vacavit sedes dies XII.

Ratio temporis.

HErmanni Contracti Continuator, finiens cum primo hujus Pontificis anno, præcedenti quo creatus est, sic scribit: Romæ venerabilis Papa Urbanus, hujus nominis secundus, postquam sedem Romanam XI. annos, menses V. gubernavit, post multas tribu- B lationes, tandem IV. Kal. Augusti de hac luce migravit. Post cujus obitum Dominus Paschalis, qui & Regingerus, in ordine CLXII. Papa, ordinatur: & hoc ex divina revelatione factum ubique divulgabatur. Ordinatus est autem a Clero & populo, post decessum sui prædecessoris die XVI. & Nativitatem Domini Romæ cum magna pace celebravit. *Dicitur autem hic Pontifex* Provinciæ Flaminiæ, *quatenus Tuscia Suburbicaria, in qua procul dubio* Bleda *est, antiquis* Blera, *24. P. M Roma distans, ad sinistram viæ Flaminiæ jacet. Historiam ejus, quamvis prolixam ut a coævo auctore P. scripta extat in Mf. nostro, legere placeat. Ordericus Vitalis ait*, quod de Valle-Brutiorum, Monachus fuit. *Fuisse* Monachum, *mox constabit ex Vita*: Brutios, *vetustum Calabriæ Populum, novi*; Vallem-Brutiorum *in Tuscia, nullam hactenus reperi: monasterium esse, clarius idem indicat cum ait lib.* 10. Defuncto Urbano Papa Reinerius, Vallis-Bruciorum Monachus, in Paschalem Papam electus est, & XVI. die a transitu Prædecessoris, *id est, a die* XXIX. *Julii*, canonice consecratus est; *quod cum* C *dictis & dicendis optime congruit, eademque postea in progressu ejusdem libri ante medium idem Vitalis confirmat*.

Patria.

VITA

Auctore Petro Pisano coævo ex Mf.

Ex Cluniacensi monacho.

HIc puer monachus factus (Cluniaci), philosophantium artibus eruditus, pro monasterii sui causis agendis, ab Abbate sibi injunctis, vigesimo suæ ætatis anno Romam venit: quem & monastici ordinis sui gravitas, & morum honestas, & solertis ingenii circa commissum prudentia, Domino Gregorio, qui summi Pontificatus monarchiam Catholica soliditate tunc regebat, notum fecit: & vidit eum, & expertus est: placuit, retinuit certis temporibus, in templo S. Clementis in Urbe Presbyterum consecravit. Quanta huic postmodum bona successerint, in sequentibus audietis.

Presbyter Card. tit. S. Clementis.

2 Domino Urbano Papa magnanimo defuncto, Ecclesia quæ erat in urbe Pastorem sibi dari expetiit. Ob hoc Patres Cardinales, Episcopi, Diaconi, Primoresque urbis, Primiscrinii & Scribæ Regionarii, in ecclesia S. Clementis conveniunt. Hic cum de multis agitur, subito de hoc commodius placuit. Quod compertum viro bono displicuit, volensque vitare fugit, latuitque. Sed non diu potuit invisus humano latere consilio, quem in multorum salutem divini Numinis gratia revelare disposuit. Invenitur, trahitur in conventum, & convenitur, de fuga arguitur a Patribus. Fugere, inquit ille, me magis oportuit, Patres, quam inæqualis sarcinæ pondus immoderata animi præsumptione subire: nec decebat me Sacerdotem illius honoris cingulo accingere, cujus oneris vinculo involutus succumberem. Non sic, ajunt Patres, non sic facias oportet: sed illuc tua se debet cobibere intentio, quo divini intuitus cognoveris se infigere sapientiam. Ecce te in Pastorem sibi elegit dari populus Urbis, te eligit Clerus, te collaudant Patres, denique in te solo totius Ecclesiæ quievit examinatio. Divinitus ista proveniunt: divinitus hic congregati in nomine Domini, te ad summi Pontificatus apicem & eligimus & confirmamus. E

invitus electus ad Pontificatum,

3 Sic eo diu renitente a Primiscriniis & Scribis Regionariis mutato nomine ter acclamatum est, responsumque: Paschalem Papam S. Petrus elegit. His aliisque laudibus solenniter peractis, chlamyde coccinea induitur a Patribus (*Nempe violaceus sive cerulens color tunc adhuc solum cernebatur in habitu Cardinalium: uti ex vetustis monasterii sui Cosinensis picturis docet Angelus de Nuce, in notis ad Leonis Chronicon lib. 3. cap. 66. ubi Desiderius electus in Pontificem*, cappam rubeam *induerre consensit: atque hæc est quæ hic*) Chlamys coccinea *dicitur*) & thiara capiti ejus imposita; comitante turba cum cantu Lateranum vectus, ante eam portam quæ est ab Australi plaga ad Basilicam Salvatoris, quam Constantinianam dicunt, adducitur: equo descendit, locaturque in Sede quæ ibidem est. Deinde in Patriarchale ascendentes palatium, ad duas curules devenit. Hic baltheo succingitur, cum septem ex eo pendentibus clavibus & septem sigillis: ex quo sciat se secundum septiformem Spiritus sancti gratiam Sanctarum Ecclesiarum, quibus Deo auctore præest, regimini, in claudendo aperiendoque, tantam rationem providere debere, quanta solennitate id quod intenditur operatur. Et locatus in utrisque curulibus (*Sedes Eburneas esse explicationis causa additur in Mf. Vaticano, quarum ut usum intelligas melius, juverit legere eruditum Valerii Chimentelli commentarium de* Honore Bisellii *Romanis usurpato*) data sibi ferula in manu, per cetera Palatii loca, solis Pontificibus Romanis destinata, solus jam Dominus, vel sedens vel transiens, electionis modum implevit, die altero, mensis sesti XIV. die primo (*id est Dominico*) consecrandus in Pontificem. F

installatur,

& ordinatur.

4 Consecraturi Pontificem Pontifices, cum frequentia populi plebisque Basilicam B. Petri adeunt, quorum nomina sunt, Oddo Ostiensis, Mauritius Portuensis, Galterius Albanensis, Bozo Lavicanus, Milo Prenestinus, Otto Nepesinus: & inter Missarum

A rum solennia, loco & termino quo decuit, manum sibi imponunt. Primus in consecratione Oddo Ostiensis, qui ad hoc utitur Pallio, & benedixit & linivit eum Chismate. Catholice igitur a Catholicis & orthodoxis Episcopis in Pontificem consecratus, translato in se Pallio, expletisque quæ restabant Missarum solenniis, cum plenitudine laudum, cum ingenti applausu populi plebisque, cum alacritate Patrum ac devotione, Dominus Paschalis Papa II. coronatus in urbem rediit, *a Basilica scilicet Vaticana S. Petri: qua quia tam tota Leonina civitate trans Tiberim in Hetruria est, ac nunc quidem urbi accensetur, sed ad eam ex Burgo S. Petri ituri, dicunt se* ire Romam, *uti sæpe ipsemet audivi*.

Res tota absenti Episcopo Aletrino revelatur,

5 Dum hæc Romæ agerentur Albertus Episcopus Aletrinus, quidquid affuturum esset per oraculum vidit. Religioso cultu quædam persona sibi apparuit, quæ, interroganti quis Domino Urbano succederet, respondit, Rainerius. Ut quid? inquit. Propter fidem & constantiam, ait ille, elegit eum Dominus. B Et iterum, Putasne, inquit ille, vivet? Vivet ait, sedebitque (& ostendit id scriptum) quater quaterni ternique. Episcopus, sciturus rem, Romam venit: quem ut vidit inthronizatum & Papam, Quod vidi, inquit, Deo gratias, video: & tu quantum vives, videas. Et ait, Quater quaterni ternique. Hoc numero decem & novem annorum tempus exprimitur: nam cum tot dies, hebdomades, & menses eo superstite jam transierint, vitam ejus ad totidem annos perduci per Dei gratiam expectamus. Robur autem & successus ejus, in his quæ Dei sunt hominumque, multiplicabatur atque crescebat devotione solenni, spe meliori, gratia certa. Cuncta prospera, cuncta salubria in urbe inveniebantur: quies pro tumultu, pax pro bello, pro seditionibus concordiæ gratæ indissociabilesque connectebantur. Omnes gaudebant, & cœlitus eum advenisse clamabant, & merito dominari dicebant debere, qui statum urbis, mores hominum, copias egestatesque cognoverit. Is multorum hominum saluti publice privatimque providere cœpit: omnibus erat amabilis, ab omnibus diligebatur, ut tanto affectu in Pontificio quisque sibi applauderet, quanta familiaritate in Sacerdotio cuique fuerat conjunctus.

& annis 19 sessurus prædicitur.

C 6 Jamque instabant causæ, multiplicabantur consilia, densioribus turbis hinc inde plebs populusque ad eum confluere cœpit, in aurem loqui, nova afferre nunc certa, certiora undique nuntiare. Providendum sibi nunc quisque commodius cœpit existimare: turpe sibi nunc merito videri debere dicebant, hæresiarcham Guibertum, ab ecclesia toties in capite damnatum, gloriosæ memoriæ Domino Gregorio, Urbano magnanimo, & Victori religioso, prædecessoribus suis, miræ virtutis Pontificibus, diu acriterque adversarum, machinari: atque pati eum se non posse clamabant omnes. Et Patres, Si pecuniæ, inquiunt, desunt, auro argentoque subveniemus. Dumque hujus depositio acriter urgeretur utrimque, Legati Rogerii Comitis in urbem veniunt, curiam intrant, & more Domini ex parte Comitis officiosissime Papam salutant; inclinatique ad pedes ejus posuerunt auri uncias mille. Id tam devote susceptum est, quam opportune mandatum. His auxiliis ad expugnandum prædictum hæresiarcham de superioribus collatis, audaciam adeptus Dominus Pontifex; Operari, inquit, jam, Deo gratias, magis quam consiliari possumus. Albæ erat Guibertus: dedit operam: expulit eum ab Alba. Defectio Albæ exterminavit eum ab Urbe, suosque Obstitit homo dum potuit, prævaluit Deus cum voluit. Miser Guibertus, jam non Papa, quin nunquam Papa, dimissa Urbe, nec adhuc securus, in castellum se proripuit: (*nomen* D *credo potuit de industria reticuisse Auctorem, quam illud socordi librario excidisse: quamvis autem varia agri suburbicarii nominentur Castella, ac nominatim haud procul Alba* Castellum Gandulfi, *Pontificiæ rusticationi nescio quam pridem dedicatum, nuperque ab* Alexandro VII. *mira venustate restauratum exornatumque; propendet tamen conjectura ad* Castellum Romanum, *situm inter Albam & Ostiam, quod inde versus mare propinquior pateret fuga. Fuit tamen &* hic, *ubicumque sito loco*) minus (tutus), & merito. Nam dum superbe Deum, quem in servis suis offenderat, fugere nititur; infelix subita morte præventus, diabolum, cui contumaciter servivit, invenit. Transitus, imo mortis illius diem scire existimo indignum fore mortalibus, ejusque memoriam in terris scribere, cujus nomen Deus in cœlis de libro vitæ delevit. Heresiarcha fuit: hic sibi sit titulus.

Omnibus eum contra Antipapam juvantibus,

eumdem expellit,

Dissert. Tom. II.

7 Divino igitur judicio de medio sublato Guiberto, & Ravennas superbia cecidit, & Romana respiravit Ecclesia: nec tamen inventori malorum diabolo defuit materia, qua & unitatem divideret & turbaret Ecclesiam. Duo statim eliguntur Papæ, alter post E alterum. Et unus quidem eodem, alter vero post centesimumquintum electionis suę diem a fidelibus captus; qui Albertus vocabatur, apud S. Laurentium retrudi; & qui Theodericus, apud sanctam Trinitatem in Cava eremiticam vitam addiscere, Patrum judicio adjudicati sunt: sicque dejecit eos Dominus dum allevarentur. Eligitur & tertius, Maginulfus nomine. Hic quia nigromantiæ fabulis simplicem populum, illos maxime qui conscientia scelerum vel ambitu futuri successus ad eum refugium fecerant, allicuerat, gravem in Ecclesiam calcem impressit. Sed dum auguriis fisus, Pontificium adipisci nititur; quod ex diabolo dari non potuit, divinis destitutus auxiliis merito amisit: & Sacerdotium, quod sine Deo arripuit, tenere non licuit misero: amisit & urbem, ut exul gravi inopia miseriisque afflictus (corrosa, ut ajunt, lingua) vitam cum * carne finiret. Sic uno, altero, & tertio impiæ Sedi cedentibus, deficientibusque, confessis hæresim suam; quæ pie præerat (universis Ecclesia) in uno, qui erat Dominus Paschalis Papa; convaluit quievitque.

ejusque tres successores.

** an. crimine?*

8 Eo tempore Dominus Papa Civitatem Castellanam per suos aggressus, locum satis natura munitum, nutu Dei auxilioque in virtute obtinuit: parum post obtinuit & Beneventum. His diebus Petrus de Columna Cavas, oppidum de jure B. Petri, invaserat: F sed dum aliena contumaciter retinere nititur, turpiter amisit & propria. Egressus Urbe Dominus Papa Cavas recipit: Columna & Zagarolum, oppida juris illius, sapienter expugnata, prudenter sunt capta. Aiunt & prodigia his annis fuisse. Mare locis quibusdam passibus viginti plus solito littus occupasse, quibusdam passibus plus minus centum in altum tumuisse: Cœlum, papilionis in modum, zonis rubeis subrubeisque a superiori ad inferius insignitum apparuisse: Iris totum fere id comprehendit.

recuperat loca Ecclesiæ ablata,

9 In meridie per dies XXIX. cometa apparuit, miræ potentiæ longitudinisque, ut quod superesset cœli quartam partem occuparet, & ante occasum solis cum sole appareret. Sed & adhuc fumigat sceleratorum Æthna, Paschalicis superata virtutibus: tantoque frequentius interius æstuat, quanto solidius exterius compilatur: quoniam Corsorum (vici), videlicet Stephani & filiorum & fratrum ejus jam per Dominum Papam Paschalem omnes destructi erant. Qui Stephanus nimis in ira exarsit, Ecclesiam B. Pauli cum omnibus bonis apprehendit; omnesque reos sibi consociabat, sicque civitatem confundebat: nihil in Urbe tutum, nihil extra securum; fasque nefasque simul. His stimulis Primores Curiæ instigati, eccle-

Corsorum familiam rebellem domat,

A ſiam B. Pauli & oppidum quod Stephanus occupabat, clavibus Ulyſſice expreſſis in ceram, & ad earum exemplar de ferro confectis, noctu diſpoſitis inſidiis, caute aggrediuntur: dumque illi interius negligunt, quod exterius timent; noſtri exterius fingunt, quod interius machinantur; capta turri, patentibus portis, copiis introductis, ſentiunt ſubito quod non ſuſpicabantur. Utrimque pugnatum eſt acriter: illis interior turris & ardua porticus ſervabat vires, illis facilis ingreſſus & certa auxilia augebant audaciam. Mane Dominus Papa cum plenitudine civium oppidum aggreſſus, cepit quoque; & Stephanum ſacrilegum ejecit: quem, quia monachus videbatur, illæſum abire dimiſit.

Concilia celebrat.

10 Hoſtibus Eccleſiæ ſic exterritis, & urbe ſedata ex parte, eo anno Dominus Papa in Tuſciam apud Florentiam Concilium celebravit: in quo cum Epiſcopo loci de Antichriſto, quia eum natum dicebat, ſatis diſputatum eſt: ſed ob frequentiam populi, qui B ob rei novitatem audiendam hinc inde confertim tumultuatimque confluxerat, nec Concilium finem, nec diſputatio deliberationem habuit. In Longobardia etiam apud Guardaſtallum celebravit Concilium, in quo quidem de inveſtituris, de hominiis & ſacramentis Epiſcoporum, laicis exhibitis exhibendiſque, certis capitulis ſtatutum eſt. Sic pertranſivit uſque in Franciam, & Trecis Concilium celebravit: in quo multa quæ ordinanda erant, ordinavit; & quæ abroganda erant, bona fide deſtruxit.

Iterum rebellantes Corſos patitur & diſſimulat,

11 Reverſus itaque Dominus Papa, ut ſolet eſſe in abſentia Principum, Urbem turbatam invenit: ſuperiorem (ſcilicet) Maritimam per eum quem dimiſerat Stephanum deſeciſſe, & in ſui ditionem attractam occupari. Crevit indulgentia malus: quia pietatis affectu mulceri (non) poteſt quo ſit bonus, qui numquam deſinit eſſe malus. Superbe ſcilicet armavit exterius, quæ turpiter intus perdiderat: Ponteclem & Montemaltum, oppida de jure B. Petri, copiis munivit & armis. Hæc Dominus Papa aggreſſus, alterum quidem cepit; alterum, ob impatientem in locis (iſtis) autumnum, depopulatis quæ extra erant, dimiſit. His pavoribus (conſternabantur) ſimplices populi novas ſeditiones oriri, antiqua bella reſuſcitari, alterum in necem alterius paſci exiſtimantes; cum nihil eis timendum foret, ob latrocinia factioneſque eo deficiente. Hæc æquo animo ferebat Dominus Papa, tum quia inæqualitas temporis tunc eum prohibebat, tum quia C in Apuliam tranſire diſpoſuerat. Ob hoc accitis fidelibus, Lavicano Epiſcopo, eccleſiarum curam; Petro Leonis & Leoni Frangipani, Urbem & urbana; Ptolomæo, cetera quæ extra Urbem erant B. Petri patrimonia & Principem Militiæ nepotem ſuum Galfredum, tuenda commiſit: ipſe diſpoſitionis ſuæ articulo uſus, tranſivit: moratuſque ut debuit, quod decuit fecit, cum debuit rediit.

atque in Apuliam abit

Inde regreſſus, Albam obſidione liberat,

12 In itinere erat, (quando) audivit in Urbe ſeditiones innumeras terribileſque connecti: extra, Anagniam, Preneſtem, Tuſculanum, ipſas etiam Sabinas deſeciſſe: hujus defectionis caput roburque Ptolomæum fore: aſciviſſe ſibi Petrum de Columna, Abbatem Farſenſem: Romanorum copiam, Albam Maritimamque fidem ſervantium, hoſtilibus irruptionibus depopulatam: ipſum Ptolomæum ſubmurmuraſſe (occupandam Albam) ne inde aditus pateret Domino Papæ redeunti ad urbem. Sed Dominus, qui B. Petri fide Eccleſiam ſolet tueri, reditum dedit proſperum. Accito Gajetano Duce Ricardo de Aquila, ut hujus itineris dux ſibi doceret, injunxit. Triduo poſt in Maritimis nos aſſecutus eſt, atque ſic Dei & B. Petri auxilio (Albam) uſque pervenit. Albæ vero Dominus Papa tanta devotione ſuſceptus eſt, quanto deſiderio expectatus: & ſoluto donativo, quod hereditariis militibus debebatur, Romam venit. Quos hic hoſtes, quos fideles ſocioſque invenit, plene cognoſci non D potuit: dum vero eum ſuis conſedere cœpit, omnes B. Petri poſſeſſiones recepit: inter quas cum magno labore & multa nece hominum Tyburtinum ſuſcepit. Parum poſt Capitolium aſcendit: Hic, inquit, Montalto & cetera B. Petri patrimonia de Stephani Abbatis manibus evellenda ſunt: & ob pertinacem ejus ſuperbiam, in propriam perſonam vindictam ſine miſericordia dignum eſt irrogare. Parvo igitur prælio, ſed horrendo ſatis, captis domibus ſubverſiſque turribus adeo ſunt exterriti, ut & patrimonia B. Petri & ceterarum eccleſiarum, quæ injuſte uſurpaverant, redderent; & obſides, tactis ſacroſanctis Evangeliis, darent, ſe de perpeſſis nec vindictam ſumere, nec ultra turpibus conditionibus Eccleſiam afficere. Victor igitur in toto Dominus Papa comprovincialibus pacem dedit, fidam ſatis ſolidamque: & ſuis erat quiſque contentus.

& hoſtes ſuos domat.

Pacem habuit uſque ad Henrici R. adventũ,

13 Viguit autem pax, quoadusque exterminatorem terræ Henricum, Henrici filium, divinæ ultionis ira in Italiam traxit. Quid vero prædictus hoſtis Eccleſiæ in itinere operatus eſt, longum eſt per ſingula ambulare atque enuntiare: tamen in quantum poſſumus E ſub brevitate poſteris ſignificare curamus. Civitates multas & caſtra in itinere, dolo pacem oſtendendo, ſubvertit; eccleſias deſtruere non ceſſavit; religioſos ac catholicos viros capere, quos invenire poterat; quos vero habere non poterat, a propriis ſedibus expellere non deſiſtebat. Sic impie agendo per Longobardiam & Tuſciam uſque pervenit. Cum vero Romam pervenit, quid mali in ea, quæ caput eſt totius mundi, operatus eſt, res ipſa clare demonſtrat. Prius juravit, ſed pejerare deinde minime dubitavit: quod facere potuit, non renuit: quod facere non potuit, non pro Deo ſed hominum timore dimiſit. Ut dictum eſt, cum cœpit civitati appropinquare, ubi admoniti erant Majores Urbis, uti moris erat, & Clerici a porta civitatis, quæ juxta Caſtrum S. Angeli ſita eſt, uſque ad Eccleſiam B. Petri, omnes planetis, cappis atque dalmaticis induti, eum ad proceſſionem ſuſceperunt. Majores vero, videlicet Cardinales, Epiſcopi & Presbyteri, cum Diaconis atque Subdiaconis ceteriſque Ordinibus, eum Domino Papa Paſchali, intra eccleſiam B. Petri expectaverunt. Proceres vero, videlicet Judices, Advocati, Scriniarii, omnes cum eo in comitatu venerunt eamdem laudem ei ut alii ferebant referentes, atque F dicentes, Henricum Regem S. Petrus elegit.

A quo fraudulenter occupata eccleſia S. Petri.

14 Suſceptus itaque a ſummo Pontifice non prius eccleſiam intrare voluit, quam eam ſuo jure ſuoq; dominio a ſuis fidelibus detineri vidiſſet. Deliberata eſt itaque ei eccleſia, & omnes munitiones circumquaque ſitæ: & in hac deliberatione obſides dedit, videlicet nepotem ſuum & alios Barones, oſtendendo fidem ſervaturum, quam penitus male ſervavit. Dominum Papam Paſchalem dolo & fraude, cum Epiſcopis & Cardinalibus ceteriſque ordinibus, & cum Proceribus quam multis, apprehendit: de aliis vero maximas ſtrages fecit: Clericos vero, Archipresbyteros, Presbyteros expoliavit, planetas & thymiamata eis auferendo: & proprias veſtes, ex quibus veſtiti erant, minime dimittebat, nec etiam ſubtalaria atque femoralia eis habere permittebat. Hæc vero acta ſunt menſe Februarii II. Idus, anno Dominicæ Incarnationis MCXI. Ind. IV. Eodem namq; die Dominica qua legebatur Evangelium, Aſſumpſit Jeſus XII. &c. & ait illis, Ecce aſcendimus Hieroſolymam & conſummabuntur omnia quæ ſcripta ſunt per Prophetas de Filio hominis, quoniam tradetur gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conſpuetur. Aſcenſio iſta deſcenſio fuit: quoniam ut Dominus a malignis perpeſſus eſt injuriam, ſic & iſte a barbaris malitioſe captus eſt. Conſummata ſunt in Chriſto, quia a Prophetis prænuntiatum eſt eum paſſurum Hieroſoly-

capti vos detinetur cum ſuis a 12. Febr.

lymis: in isto, quoniam jam multis vicibus dictum erat, non itusum, si vero ivisset, nnn prius rediturum quam omnia quę vellet faceret. Traditus fuit videlicet a suis & nnn ab extraneis: flagella multaq; opprobria diu ab eis perpessus est. A prædicto namque die, videlicet a II. Idus Febru. usq; in v. Kal. Maii, devotus Dei Pontifex multis affectus est cruciatibus: tamen ad ultimum, pro deliberatione Ecclesiæ & multorum captivorum qui cum eo detenti erant, quamdam cum prædicto exterminatore pacem composuit: sed (non) diu duravit.

ad 27. Aprilis,

15 Discedente igitur eo, videlicet Henrico, Romam paa rediit: nnn illa quam insimul composuerant, quoniam minus boni continens erat: sed terræ pax est reddita, quia omnes possessiones B. Petri, quas abstulerat, B. Petro sunt collatæ. Viguit autem pax annis plus minus novem, posteris vix credenda: quam prnfecto vidi tantam, quantam & timidus bubuleus exnptat, & audax perhorrescit latro, ut quisque locus depositum tueretur. Quid autem egregia Pisanorum industria & admirabilis pertinacia per eumdem Dominum Papam Balearibus insulis Efisæ & Majoricæ contulerit; quem apparatum, quas copias supplementumq; quemve Legatum ipsi habuerint, quo Consule, sub quo Imperatore militaverint, cujus vexilli indicia secuti fuerint, quisve eorum fortiter (fecesit), quot navibus & quomodo jerint, quid naufragii quidve laboris in seficiendis ratibus passi sint; illud etiam gloriosum admirandumque subsidium quod non desperaverint; quomodo etiam evulsis captivis, direptis spoliis, subversis urbibus victores redierint, quia digno volumine comprehendere disposui, suo loco & suo tempori distuli.

gaudet deinde novennali pace,

& Pisanorũ victoria in Balearibus,

16 Hujus temporis Prodigia. Apud Mamistram terræmotus muros omnes domosque subvertit, majoremque partem hominum ruina involvit; quam dum miles quidam fugere nititur ad Antiochiam properans, subito hiatu terræ cum equo absorptus, prius est sepultus quam mortuus. Ibidem alio hiatu terræ bos interceptus, dum corpore inferius fluxit, cornibus superius hæsit. Romæ in Basilica Lateranis fulmen sacram turrim percussit, partem culminis & gallum æneum vento versatilem campanasque dejecit; & quassato angulo ejusdem Basilicæ, sepulcrum Papæ quod erat inferius omnino destruait. Ædem S. Pauli es tribunali, igne de cœlo tactam, destruxit, ut & secti plumbum conflaretur, & trabes visibiliter arderent; profecto arderet tota, nisi aqua & auxilio Apostolorum confluentes populi Urbis obstarent: monstrant indicia trabes. Beneventi bicipitem sine pedibus natum (audivi) Romæ in porticu Gallæ vidi id quoque prodigium, Gloriosam nomine & virtute, Boum filium, juvenem audacissimum, tunc gladium secentem & bastam, in armo dextro cepisse: suscipiensque eum, Tune es ille, ait, nequam, qui virum meum interfecisti? & abstracto cultro de supparo, quem tenuit, evisceravit: volentibusque sumere vindictam, Ut quid ille, inquit, virum meum interfecit? Sic pro pœna gloriose (sumpta) gloriosa mansit.

Post varia hujus temporis prodigia

17 Anno XVII. Pontificatus dicti Domini Papæ, anno pacis X. mense primo* XXVI. die mensis, die transitus Domini, ira Dei de manu calicis ejus de terra ascendit. Porro Urbis Præfecto defuncto, homines scelerati, seditiosi, proni ad malum, privatis negotiis male, publicis pessime providentes, inconsultis Patribus Primoribus, puerum adolescentem in Urbis Præfectum eligunt: cujus modus, imo excessus hic est. Dum domi in cilicio pater Præfectus moritur, extra in gradibus filius Præfectus eligitur: patris cadaver ad ecclesiam ducitur, filii fastus ad loca Præfectoria destinatur: patri exequias funeris in ecclesia, filio laudes Præfectoriæ in atrio applaudunt: illi patrem Deo rationem redditurum in sepulcro deponunt, isti filium juraturum populo in ambonem ponunt & sublevant. Miserabilis casus utrorumque! Et tu exequias funeris pro comitiis filii perdidisti, pater: & tu comitiosum applausum pro patris exequiis amisisti, fili. Concludat igitur qui vult, dicatque, malo patrem terminasse exitu, cujus in morte uxor gaudeat, lætetur filius, domus tota exultet filium principiis inchoasse nequam, cujus in comitiis mater laceratis crinibus plangat, filius scissis vestibus gemat, tota domus tristetur.

** id est Martio*

mortuo Petro Præfecto Urbis,

pro filio ejus subsistuendo

18 Turbavit Dominum Papam totamque Curiam simul & patris mors, & excessus filii. Initoque consilio, Quia nostra, inquit, ante tempus occupant, merito & non sua in tempore perdunt. Vade P.* & te Constantine, & ex omnibus quæ ad Præfecturam pertinent, ad Curiæ commodum, in testimonium hujus nostri venerabilis Diaconi, te investias. Parui jussis: in reditu tumultum insidiasque in Domini Papæ necem persensi: providi auxiliis in subsidiis positis, loco ac tempore egregie facturus: deinde sic sibi adfuturum fore denuntiavi. Jamque ille, cum tumultu populi plebisque, Constantinianæ basilicæ limen pede tetigerat; cum subito oleum consecrandum in Chrisma, jam infectum balsamo confectumque, fracto vase diffusum est. Turbari Patres, mirari Dominus: nec credebant prodigium, eo quod in prosperitate positi, nullius periculi casum affuturum timebant. Ac iterum alio oleo confecto, Dominus Pontifex, ad exequendum tantæ solennitatis mysterium, ad altare ascendit. Jamque ea tribunali sede Orationem, Deus a quo & Judas reatus sui pœnam & latro confessionis suæ præmium sumpsit, inceperat; cum illi puerum scissis vestibus, inter altare & tribunal, sibi opponunt, confirmari eum in Urbis Præfectum petunt. Cumque, ut ejus Domini moris erat, ob inceptum Officium respondere differret; irasci illi, magnis acclamare vocibus, Deum sibi testem facere, in vota jurare, ni responderit; aliterque si senserit, atrocis fati miserias eo die visurum. Tandem Dominus: Quid, inquit, confirmari eum in Præfectum petitis, quem nec nos digne dare, nec vos hodie honeste petere potestis? cum vos hodierni funeris exequiæ a comitiis merito subtrahant, & nos solennis diei charismata ab hujusmodi juste removeant? quibus peractis respondebitur digne. Et illi: Pro velle nostro nos dispositis utemur: tumultuantesque discedunt: fecissentque dispositis viam, nisi eorum, quæ ira tumuerat, nostrarum copiarum timore enervaretur audacia.

** Petro*

tumultuante Populo,

Papæ inter sacra puer ut offert, confirmandum in officio:

19 Die altero, die Parasceve, cum omnium civium hujus Urbis, maxime vetusti moris sacra devotio per loca sancta, per Martyrum cœmeteria, per votiva solennia, pedibus discalceatis in urbe suburbiisque confertim diffunderetur; illi simplicem populum plebemque infactionis suæ charibdim sub armis jurare compellunt: itidem die magni Sabbati: die Paschatis gravius. Secunda feria eunti Domino ad Basilicam B. Petri, juxta radicem pontis Trajani, cum tumultu se puer ille opposuit, confirmari petiit. Quod quia adeptus non est, sequentis familiæ alios cepit, alios affecit injuriis. In reditu, coronato Domino Papa, ut ejus diei mos est, & Patribus solenniter procedentibus in curiam, & Capitolio, strepitu, clamore, lapidibus eos prosequuntur. Nec adhuc satis: delegant post eum: nec antea vestes sacras eum exui licuit, quam respondere oportuit, sequenti Feria v. de confirmatione communi consilio deliberandum. At ille non contentus termino, eo die quæ restabant Præfectualia, a quibus potuit, in se compleri fecit. Feria VI. in tantam exarsit audaciam, ut eorum domos subverteret, quorum religio fidei in Dominum Papam perfide agere noluisset. Providens autem Dominus

qui iis tantisper dilatis videns tumultum crescere.

Albano secedit

A huic ruinæ absque multa cæde resisti non posse, in Albam secessit. Furor illius fautorumque in ecclesiam & domum Petri Leonis, quæ illam tueri videbatur, omnino conversus; nec posse pati nisi reverso eo suorum fulciretur auxilio. Reversus tanto copiosius Principibus Curiæ largitus est munera, quanto laboriosius suis bellicis sudoribus pro se subjiciendos fore cognoveras; Ptolomæo Ariciam, ceteris aurum, argentum, alterius supellectilis copiam.

Interim ejus copiæ primum victrices vincuntur;

20 Hac spe boni auxilii, nostri ferati, ad congrediendum eis Tiberim copias exponunt: præsto fit prælium; & quasi Urbis totius milites cum nostris hereditariis paucis belli fortunam sortiri debuissent, magno ausu, sed subito nostri victores, illorum alios ad jusjurandi religionem in receptionem Domini reversuros adstringunt, alios & ipsum puerum secum captivos ducunt. Jam nostri ad Fumonem properantes Albam transierant; jam terram Ptolomæi uti securi, molles, dissoluti, inermes intraverant; Al-
B gidum jam devenerant: cum Ptolomæus veniens in eos, & captos abstulit, & capientes cepit, non veritus Dominum Papam, ob noviter susceptum beneficium triplicata jurisjurandi religione. Hac Ptolomæi perfidia in exemplum suscepta, perjurii contagium omnes fere infecit, adeo ut ob participationem consortibus sceleris, in urbe & ceteris hinc inde, perjurium nec infamia nec crimen haberetur. Execrabile dictu! horribile auditu! Hoc ausu, hac indulgentia criminis Sarminetum, Nymphas, Tiberiam, & omnem Maritimam enormitas defectionis involvit, simul & totam Urbem: vix unus in multis, quem factionis reum vel dicta vel facta verosimilibus indiciis non demonstrarent. Ebullire tota machinis & tormentis, ea parte qua Capitolii rupes ædibus Petri-Leonis imminet contigue; ordinans quidquid armis, igne, manu inferri poterat: invidia magis quam ratio moliebatur: factumque ut solus ex parte pateretur in toto, quidquid undique ab omnibus poterat conferri in unum. Hujus tamen impetus fluctus cœpit tandem detumescere, vel divinis operibus, vel rusticanis, pro maturitate illius temporis, omnibus fere instantibus; ipsa etiam Curia, ob impatientem in locis istis æstatem, in Campaniam Maritimamque secessit.

passim omnes.

21 Altero namque anno Rex Henricus in Italiam
C rediit, manifestus hostis Ecclesiæ, tantoque infestior bonis ac religiosis, quanto benignior malis seditiosisque. Hujus consiliarii familiaresque, Abbas Farfensis, qui ob sacrilegium factionemque ab Ecclesia bis ter in capite damnatus, Joannes maledictus, Ptolomæus, horumque fautores. Tunc simul atque Latium intravit, B. Petri fidelibus bellum injecit. Magno conatus est, famosa ferit, sed parva. Ob hujus victoriæ gloriam quam fecerat, videlicet quia apprehenderat quædam castra, populus plebsve Romana triumphum sibi instituit. Coronata Urbe, Rex & Regina per medium: magnus apparatus, parva gloria. Huic nullus Patrum, nullus Episcoporum, nullus Catholicus Sacerdos occurrit: fit ei processio, empta potius quam indicta. Iturus ad basilicam S. Petri navi transivit, non ponte. Trajectus coronari petiit: respondetur, in ea basilica a Papa vel Patribus coronandus coronari debet, aliter nequit: quod si velis, ab eis fore petendum. Fit consultum: delegat in hunc modum.

ad Henrici defectionem;

22 Si divinitus datum fuisset, Patres conscripti, rerum publicarum statum digno moderamine gubernari, dignaque reverentia earum Rectores alter ab altero prævenirentur, pax foret, nec Pontificalibus obesset orbis Imperator, sed alter alterius gloria fulciresur, gloria alterius gloria utriusque foret; & robur utrorumque, amorque utrorumque, timor omnium: totaque se converteret civitas: nos Patres, nos Consules, nos Primores, nos omnes bonis urbis & orbis intuerentur, Gothi, Galli, Hispani, Afri, Græci & D
Latini, Parthus & Indus & Arabs aut timerent nos aut diligerent. Nunc autem, cum secus agitur, fis aliter: dimissis ceteris, invicem angimus, invicem angimur; ab omnibus merito hæc patimur, maledicimur, exterminamur. Convertimini igitur, & mei, licet peccantis, votum correctionemque suscipite; ne, dum per vos in me rigescit justitia; multiplicatis sceleribus in aliis, sine me qualiter rigescat non habeat. Ecce a patre Romanæ Ecclesiæ Domino Papa e Galliis in urbem coronandus adveni: eum abesse in infortuniis meis reputo: nunc autem a vobis id exposco. Tantoque id recipienti fiet gratius, quanto ut id mihi fieret gravius elaboravi. Solent accuratius excolere homines, quod diuturnis quæsitum periculis adinvenitur. Sit Pax. Et quidem erit, si velitis. Sine crimine loquor. Profecto sedatis ventis, quiescent maria. Hæc Rex.

qui frustra coronari petens a Clero, ...

23 Ad hæc Ecclesia, quæ eras in Urbe: Inhonestum satis arbitramur ac indignum, Rex, ut aliquando nos dulcibus dictis convenias, quos fellitis actibus indies circumvenire (non cessas) Credisne credamus, Rex, te ad pœnitendum satisfacturumque advenisse; per quem acerba ira continuaque irruptiones barbaricas, rapinas sacrilegas, ordinationes exerrabiles, exordinationes impias, seditionesque assiduas conflari fierique cernimus? Simul ac Latium intrasti, Rex, B. Petri fidelibus bellum injecisti: si non successit voto, id [debemus] Deo, non Regi. Age, qui sunt pro quibus agitur? Abbas Farfensis & Ptolomæus, uterque anathematizatus. Qui sunt contra quos agitur? BB. Petrus & Paulus. Quibus locis agitur? In eorum patrimoniis, in domo propria. Oblitus horum, Rex, illis ducibus audax audacter ecclesiam B. Petri intrasti: quibus Clericis (comitatus), quibus Patribus, cum quibus Episcopis? Quomodo sitendum, quomodo agendum est? Adde, qui sunt, qui nunc ante ejus fores excubant: nonne seditiosi, nonne hæretici? Heu! heu! Expulsis Catholicis reverendam cunctis populis B. Petri ecclesiam per te hæretici occupant. Hæccine est via illa, Rex, qua pœnitens veniam merearis? satisfactio, qua Ecclesiæ conformeris? pax, qua bella quiescant, seditiones cessent, venti sedentur, mare detumescat? Profecto nisi conversus, immemor mali, aliter cum Deo sederis Rex, aliter Rex Regum cum Rege sentiet Deus. F
Comitiari cum excommunicatis, Rex, nosti nos nec debere nec posse; eo maxime cum contremiscat comitiis tuis interesse secundis, quicumque nostrum interfuit primis.

id sui juris esse negãt, &c.

24 Diffisus hinc Rex, accito Mauritio Bracharensi Archiepiscopo, qui ob superbam levitatem curialis effectus, per biennium, extra Ecclesiam propriam, opulentissimo cultu & regio, hac & illac molliter & dissolute vagabatur, ante corpus B. Gregorii coronari se fecit, sicque ab Urbe comitiatus abscessit. In itinere erat: æque distabat ab Urbe & Sutrio: audivit Principem Apuliæ cum expeditis equitibus Campaniam intrasse, Pillumque ob defectionem ab illis depopulari. Fit consilium eos vel amoveri posse, si antediem a regio exercitu incautis subveniatur. Nec mora: totum robur belli cum agilitate eo destinat. Et quidem succederet voto, ni quædam nobilis matrona ex Plumbinaria, dum sic properantem exercitum vidit, periculum quod timebat accito veredario affuturum Principi annuntiaret: sicque dum cavit uni, providit utrisque, ut duo tam feroces exercitus, jam fere contigui, alter in vicum Mauritii, in Acutæ arcem indemnis se alter conferrent.

coronari se facit ab Archiepiscopo Bracarensi.

25 Dominus Papa celebrato Concilio, quod in partibus Apuliæ congregaverat, rediens in Campaniam, Pillum Pillanumque in maritimis, & oppidum S. Sil-

Papa a morbo periculoso repẽte sanatus

A S. Silvestri in sui ditionem convertit. Jamque autumnus instabat, cujus calore vel æstu exterius constipatus, ioterius dissolutus, uti senex & qui erat in castris debilior, in Anagoiam se convertit: hicque adeo infirmitas eum oppressit, ut qui aderant medici morti eum magis quam vitæ adjudicarent. Sed auctor vitæ Deus vitam ejus produxit in longum: & dum dissolutis interius membris compaginis soliditatem injecit, exustis exterius fomenti robur diffudit: factumque est ut qui ante in lecto alterius auxilio suspensus vix sedere poterat, postmodum ante altare per se erectus Missarum soleonia celebraret. Hac valetudine venit in Preneste, & B. Agapiti ecclesiam ibidem dedicavit. Nativitatis Domini vigilias Romæ, Ordinis Missas, & Matutinum post Missam, & iterum Missam Processionemque, cum omni voto & solenoitate ei diei debita, Octavas etiam & Epiphanias devotissime celebravit: & data licentia legatis Constantinopolitani Imperatoris, quos ibidem receperat, deliberaturus B. Petri Basilicam, in tantis hostibus, Romam io * portica venit. Ob cujus inopinatum adventom subitumque, taotus terror Ptolomæum & Præfectum invaserat, ut ante alter quam nollet Dominus Papa pacem dare, pateret quod desperans de gratia, dimissis peoatibus, in urbe latitare pararet.

Romam redit inopinatus.

B

** id est Leonina*

26 Jamque bonus Pontifex ad perficiendum quod inceperat, machinas & tormenta & quæque oecessaria bello, incredibili agilitate, per biduom per suos parari fecerat. Vicisse eum (potius) diceres quam victurum. Sed dum quod voluit fecit, Dominus vitam ejus, quam ob gratiam distulit, ob debitum terminavit. Biduo post reditum tanto arctius ob laborem itineris populique frequeotiam infirmitas convaluit, quanto remissius ob quietem assiduitatis amœnitatemque obsequii aote defecerat. Vir Sanctus moriebatur & operabatur. Convocatis Patribus, ut in constantia fidei & sinceritate veri eum sequerentur, injunxit: in cautela doli ab his qui intus forent & extra, in executione Gibertinorum & enormitatis Teutonicæ: ut invicem se diligerent & invicem idem dicerent, & ipsum verum quem diligerent Deum in omnibus tenerent. Post hoc unctus Oleo sacro, facta Confessione, peractis in eo omnibus prout decuit Sanctum, psallendo cum psallentibus; nocte media, ut qui de tenebris properabat ad lucem, senex honestus, imo ipsa honestas, carnis debitum solvit XV. Kalendas Februarii.

Ibidemque dito moritur.

C

27 Corpus ejus balsamo infectum, & ut ordo habet sacris indutum vestibus, cum obsequiis debitis & honore digno, cum frequentia Cleri & populi, non cuilibet tanta gleba deportanda imposita est, sed ab ipsis Patribus honorifice est deportata in Basilicam Salvatoris, in Sede propria, in Patriarchio, in dextro latere templi, in mausoleo purissimi marmoris mirifico opere sculpto, XI. Kalendas Februarii collocatus. Qui beatissimus quam plures fecit ordinationes per diversos menses, Presbyteros L. Diaconos XXX. Episcopos numero centum, consecravit ecclesias XX. Romæ ecclesiam S. Hadriani in Tribus-fatis, II. anno sui Pontificatus, dedicavit: & ecclesiam S. Mariæ in regione Areolæ, in loco qui vocatur Mooticelli, similiter consecravit. Verum etiam ecclesiam SS. Quatuor Coronatorum, quæ tempore Roberti Guichardi Salernitani Principis destructa erat, a fundamentis refecit atque consecravit, anno Pontificatus sui XVII. mense Januario die XX. Celebravit Concilium apud Guardastallum in Longobardia, aliud apud Trecas civitatem in Francia. Postea defuncto en cessavit Episcopatus dies III. *Malleacense Chronicon duorum ex prædictis Conciliorum meminit: primo*, Anno MCVII. apud Trecas in Francia fuit Cooncilium, quod tenuit Paschalis Papa, in quo decrevit ut per nullam guerram incendia domorum fierent, nec oves aut agni caperentur. *Utile & Christianæ militiæ legibus dignum decretum, sed heu! quam alienum ab usu & praxi calamitosissimæ nostræ ætatis! Et rursum* Anno MCXVI. Romæ fuit Concilium, quod tenuit novissime Paschalis. *Et*, Anno MCXVIII. XII. Kalend Februarii obiit Paschalis Papa, & successit ei Gelasius. *Sepulcri in Laterano positi meminit Cæsar Rasponus, eique locum assignat* versus oratorium S. Thomæ.

Sepelitur in Laterano.

D

8 *Auctorem Vitæ, cujus nomen initiali dumtaxat litteræ P. scriptum invenimus*, Petrum *vocat Baronius: & est verisimile fuisse* Petrum Pisanum, *quem Ciacconius appellat* Papæ Scriptorem: *pro cujus reconciliatione, eo quod* Anacleto Antipapæ *contra* Innocentium Papam *adhæserit schismaticus, laborandum S. Bernardo fuit. Hic* Pisanus, *ut dixi, de Pisanorum gestis scribere proposuerit, postea quidem Presbyter, tuae autem Cardinalis Diaconus; cum forte necdum Clericus esset* Pandulfus, *a cujus stylo, multum aliis differenti, habebimus duorum sequentium Pontificum Vitas. Differt autem ie hoc etiam a jam memorato Petro Pisano (cum quo alioqui habet initialem nominis litteram P. communem) etiam patria, siquidem hanc eamdem verosimiliter habuit cum suo avunculo Hugone de Alatro, sicut in altera hujus lucubrationis parte videbimus.*

Auctor Vitæ Petrus:

E

29 *Quod Bullas hujus Pontificis attinet, Doublettus in Historia Sandionysiana pag. 475. primum Paschalem fuisse ait, qui plumbeis Bullis, solo Pontificis nomine antea notari solitis, in parte adversa imprimi fecerit* SS. Petri & Pauli *capita, cum media inter utrumque Cruce, sicut originaliter videre est apud Mabilionem pag. 447. quod tamen non statim secuti sunt posteri, cum Dominicus Raynaldus, Bibliothecæ Vaticanæ Custos, apud Cangium in Glossario, similia curiose scrutatus, neget se taliter signatas bullas antiquiores vidisse* Hadriano IV. *qui primum anno* MCLIV. *sedere cœpit. Cur vero in iisdem Bullis imago* Petri *sinistram*, Pauli *dextram partem occupet, pluribus disserit Leo Allatius lib. I. de Consensu utriusque Ecclesiæ cap 6.*

Bullis addit capita Capita Apostolorum.

30 *His ita observatis, licet denique ad hujus Pontificis memoriam addere quoddam ejus Breve, de canonizatione S. Petri Episcopi Anagnini, veluti ad Sanctorum historiam plurimum in commune faciens*, datum Venerabilibus Fratribus Episcopis Anagniæ & aliis, per Campaniam constitutis *hoc tenore*. Dominum excelsum habentes præ oculis, qui in amicis suis laudatur & benedicitur; & considerantes propterea strenuæ probatæque vitæ merita, quibus vir Sanctus, Petrus quondam Anagniæ Episcopus, de Regula monachorum assumptus, in Pastorali officio pure, simpliciter, solerti vigilantia & exemplo Deo deservivit; admirantes etiam miraculorum iosignia, quibus Sanctum suum ante & post obitum Deus decoravit, prout per Bruoonem Episcopum Signiensem fideliter annotatur, & usque ad nostra tempora decorare non desinit: auctoritate præsentium vobis licere volumus & mandamus, quatenus tertio Nonas Augusti, diem Natalem ejusdem Confessoris & Præsulis memorandi, Sanctorum Catalogo congrue celebrem, recolatis; quatenus in præsenti gratiam, & in futuro, opitulante divina clementia, piis ejus intercessionibus, mereamur gloriam sempiternam. Datum Signiæ II Nonas Maii, Pontificatus nostri anno X. *Christi* MCX. *nec ulla alia hactenus, major solennitas, præ simplici ejusmodi declaratione, post auscultationem attentam vitæ & miraculorum fide digna relatione collectorum, fertur fuisse adhibita.*

Canonizatio S. Petri Ep. Anagnini.

F

31 *Porro* Paschalis II. *uno aut sesquianno ante* Guiberti *seu* Clementis *Antipapæ mortem electus; eo defuncto tres ejus successores, Num. 7. Vitæ indica-*

A *ectos, ideo solum habuisse videtur sibi oppositos, ut veri Pontificis gloria major esset, qui omnes tam cito ac facile vicit. Sunt autem istis jam nominati.* D

ALBERTUS ANTIPAPA.

An. 1101. ALBERTUS, natione Atellanus, Guiberto, qui eum Diaconum Cardinalem creaverat, anno MCI. suffectus, sedente jam Paschale II. ipso electionis suæ die captus est, & reclusus apud S. Laurentium, antequam vel sacrilege ordinaretur.

TEODORICUS ANTIPAPA.

An. 1101. THEODORICUS, ex Abbate Farfensi, Presbyter Cardinalis creatus a Guiberto, Pontificis Romani titulum sub nomine Silvestri III. sacrilege tenuit diebus centum & quinque: captus deinde & in Cavense monasterium retrusus ad pœnitentiam.

E

B MAGINULFUS ANTIPAPA.

An. 1101. MAGINULFUS, natione Romanus, præstigiis magicis frustra confidens, exul moritur, eodem anno quo Guibertus, qui eum Diaconum Cardinalem fecerat, aut proxime sequenti.

Picturæ Calixti 2. de eorum suppressione. SOla horum nomina recitat Baronius; quod autem de iis scimus amplius, id debes jam dimmus Auctori Vitæ Paschalis *Papa: cetera sumpsimus ex Ciacconio: qui licet non ceperit, quod nomen sibi optaverint* Albertus, *&* Maginulphus; *credibile est tamen etiam ipsos, consuete jam pridem ac fere in legem traducto more, statim ac electi fuerunt, aliud a primo sumpsisse, ipso die suæ protrusionis; sed magis non esse nescire, quale. Inter picturas, quibus Calix*tus II. *ornavisse dicitur Lateranensis Palatii quædam a se extructa conclavia, quasque apud Rasponum videre est, sed ex prototypis recentiori opere, forsan sub* Sixto IV. *reformatis; ea quæ ordine secunda est,* Guibertum *devictum exprimit; tertia vero successores ejus tres, hoc disticho subtus adscripto comprehensos,*

Ecclesiæ decus Paschalis Papa Secundus,
Albertum damnat, Magiouldum, Theodoricum.

ubi ordinem temporis non fuisse servatum in nominibus, excusat metri necessitas; Maginulfum *autem jussus exarare Chalcographus, exerravit in littera, ut faceret* C Maginuldum: *cum eadem describens Onufrius* Mabioulfum *legat, in alia littera, simili typothetæ incuria, corruptum.*

DISSERTATIO XL.

De forma Pallii aliorumque Pontificalium indumentorum, medio ævo mutata.

Forma Pallii usque ad seculum 12. eadem, JOannes R. E. Diaconus, *qui circa annum* DCCCCLXXX. *quatuor libris complexus est Vitam* S. Gregorii Papæ I. *lib. 4. cap. 84. indutum eu vetustis picturis repræsentatas (ut supra vidimus)* Pallio mediocri, a dextro videlicet humero sub pectore super stomachum circulatim deducto, deinde sursum per sinistrum humerum post tergum deposito: cujus pars altera super eumdem humerum veniens, propria rectitudine, non per medium corporis, sed ex latere pendet. *E his verbis haud obscure colligitur, Pallium Pontificale seculi decimi, quo is scribebat, & latius fuisse quam istud Gregorii,* & sua rectitudine, non ex latere, sed per medium corporis pendere *solitum. Hujusmodi Pallium videre est in Lateranensis triclinii Musivo (quod ad Pontificatum Leonis Papæ III. expressum habes) ita ut jam* per medium corporis *pendeat Petro pars illa, quæ Gregorio pendebat ex latere: aliud nihil magnopere mutatum seculo* IX. *invenitur.* *et tunc mutari cœpta,* *Formam prorsus aliam video seculo* XII. *quando anterior tenia, non a tergo per humerum circumducta, nec posterior similiter per humerum circumducta a pectore pendebat, in modum longioris teniæ ante ac retro innodatæ: sed eadem tenia utrimque bifida, sive duplex, in duas utrobique veluti assutas tenias desinebat.*

ut apparet in absida oratorii S. Nicolai 2 *Specimen habes in abside Transtiberina, quam vidistis ad Pontificatum* Innocentii Papæ III. *anno* MCXCVII. *ordinatis in parte 2. hic vero imaginem accipe alterius absidis, desumptæ ex libro, quem de Vita Gelasii Papæ II. edidit Constantinus Abbas Cajetanus, hac auctoritate vindicaturus ei titulum* Sancti. *Extabat ea Absis picta in Lateranensis Palatii Oratorio, de quo apud Cæsarem Rasponum, Onuphrii Panvinii verba in libello de* VII. *Ecclesiis pag.* 173. *transcribentem, hæc lege, lib. 4. cap. 1.* *Ubi Callixtus 2. pingi fecit suos 6. decessores 2* Calixtus Papa II. post conciliatam cum Henrico V. ejus nominis Imperatore gratiam, Patriarchii Lateranensis ædificia restaurare aggressus, excitavit in medio interiori Palatio Oratorium, seu ædiculam perelegantem & forma oblongam, cum tecto ligneo imbricato; exornavitque picturis, in honorem S. Nicolai Episcopi. In hujus ædiculæ abside F pingi curavit, etsi opere parum eleganti, Romanos Pontifices qui se proxime antecesserant, initio ab Alexandro II. ducto. Erant vero, ipse Alexander II. Gregorius VII. Victor III. Urbanus, Paschalis & Gelasius Secundi; iisque adjunxit ex antiquioribus S. Leonem & S. Gregorium, cognomento Magnos: semet vero in testudine absidis ad Salvatoris pedes effingi curavit. *Verum in media abside pro* Salvatore, *quem nobis describit anno* MDLXX. *Onuphrius, ex eoque post annos* LXXX. *Rasponus, invenio in imagine Cajetani* *In parte absidis inferiori.* *Deiparam, atque ad hujus pedem unum inclinari* Calixtum II. *ad alterum similiter* Anastasium IV. *Ea propter pene cogor dicere; Onuphrium memoria lapsum esse, & Rospono defuisse diligentiam inspiciendi propius ipsam Absidem; cum medio inter utrumque tempore Cajetanus, anno scilicet* MDCXXXVIII. *aliter invenerit. Quamquam autem idem Cajetanus (ut supra notavi in* Alexandro II.) *indicare videatur, ipsam picturam recentiori manu innovatam fuisse; ac forte post editum Onuphii libellum; quod etiam persuadet litterarum minime vetustarum forma; Virginis tamen* in-

Absis Oratorij S. Nicolai In Urbe ab Anastasio Papa IV exornata

SCS SILVESTER

SCS ANASTASI[US]

CALLISTUS PP. II

ANASTASIUS PP. IIII

PRESIDET AETHEREIS PIA VIRGO MARIA CHORIS

SCS NICOLAUS EPS

SCS GELASIUS PP. II — SCS PASCHALIS PP. II — SCS URBANUS PP. II — SCS LEO

SCS GREGORIUS — SCS ALEXANDER PP. II — SCS GREGORIUS PP. VII — SCS VICTOR PP. III

Apostolicum Venerandae Memoriae Monumentum, quod etiamnum extat in Abside Oratorij S. Nicolai Epi, quinq. ab hinc Seculis a B. Callisto PP. II a fundamentis extructi intra Lateranense Patriarchium, nunc solo aequatum; hos,

Evides Sanctorum Summorumq. Ponti-ficum Imagines repraesentas. Idque nunc tandem a R. P. D. Constantino Abbte Caietano ad Maiorem Rom. Sedis Ap. Gloriã è tenebris erutum, ac commen-tarijs illustratum. 1638



A inter duos Angelos residentis; filiumque in gremio tenentis lineamenta ejusmodi sunt, ut antiquitatem omnino sapiant, esto colores sint innovati.

ipsumq; & se in parte ejusdem superiori Anastasius 4.

3 Itaque, hac innovatione non obstante, existimo, præter colores litterarumque formam, mutatum veteris picturæ esse nihil: sed hujus duplicem partem facie, quarum inferior auctorem habuerit Callixtum prænominatum, qui in Superiori parte solum fecerit pingi seipsum, ad pedes Salvatoris, medium solium insidentis; cum autem Anastasio IV. placuisset ampliori pictura totum spatium implere, seque ipsum ex parte altera pingendum curare, reliquisse prædictum Callixtum ut erat; itaque ad caput ejus, tamquam viventis, etiamnum cerni tabellam quadratam, æque ac post ipsius Anastasii caput; pro Salvatore autem rudius expresso substitutam opere elegantiori Deiparam; & utrimque collocatos SS. Silvestrum atque Anastasium, hunc nominis a restauratore assumpti primum, istum Lateranensis Patriarchii primum inquilinum. De titulo SCS, omnibus defunctis æqualiter nunc adscripto, deque luminoso circum eorumdem capita circulo, itane fuerint ab initio, nolim divinare. De nominibus carminibusque adscriptis, etsi nova sit characterum for-
B ma, non dubitem tamen, quin primitus descripta eadem fuerint, usitatis XII. seculo litteris; idque suadet ipse versuum stylus, quos medio ex limbo, sic legere oportet,

Sustulit hoc primo templum Callixtus ab imo,
Vir clarus late Gallorum nobilitate:
Verum Anastasius, Papatus culmine Quartus,
Hoc opus ornavit, variisque modis decoravit.

additis versibus Leoninis tunc primum coeptis æstimari.

Florebat eodem quo Anastasius iste tempore Poeta quidam, Leo nomine, unde poesis ejusmodi rhythmica nomen Leoninorum versuum accepit; non quia primus illos excogitavit (jam enim exemplum vidimus in sigillo Victoris II. integro seculo antiquius) sed quia præcipuam ei famam conciliavit suorum elegantia versuum; eorumque usum ex Italia in Galliam traduxit, ubi nomen Leoninorum natum videtur. Illum ergo ipsum Leonem, vel ex discipulis ejus aliquem, suspicor auctorem fuisse Anastasianæ istius Epigraphes. Quid autem causæ habuerit ipse Anastasius, ut argumentum designata a Calixto II. pictura quoad superiorem ejus partem immutaret, non video; nisi vel imperfectum opus prior dimiserit, vel vitium faciente fornice absidis corruptum illud citius fuerit. Est ergo pars illa su-
C perior absidis, Anastasiana fere tota; ejusdemque Auctoris stylo, a quo versus priores sunt, etiam medius iste, sub Deipara throno, scriptus fuit.

Præsidet æthereis pia Virgo Maria Choreis.

4 Atque hæc fusius deducere placuit, ne picturæ isti, non undequaque vetustissimæ, omnem adhibere fidem videar; quamquam in ea totics expressa cernatur forma Pallii, qualem hoc seculo XII. fuisse omnino censeo. Dubito tamen de numero cruciularum, eidem tunc intexi solitarum; hic enim seculo illo atque sequenti auctior fuit, vel saltem arbitrarius; prout ex imagine Gelasiana apparet, nec non ex ea qua nobis exhibetur Innocentius V. anno MCCLXXVI. electus; quamquam postea visum fuerit antiquum numerum constantem resumere, qui etiam nunc servatur. Quæri porro circa eamdem picturam posset Mitramne Episcopalem hic in capite S. Nicolaus, & talis etiam sit quæ spectatur in capite Sancti Silvestri aliorumque Pontificum; an vero Tiaram Pontificalem, quæ ideo sit etiam sancto Nicolao imposita, ut meritorum ac sanctitatis paritas declaretur. Respondeo, postremum mihi videri. Mitræ enim Episcopales eo tempore humiliores longe erant, uti vide-

qualis 12. seculo forma Mitræ Episcopalis



D

re est in omnibus iis quæ in sacrariis ecclesiarum variarum asservantur, vel in antiquis picturis, ante secula tria vel quatuor, inveniuntur expressa. Idem certe Abbas Cajetanus, qui nobis prædictam absidem delineatam exhibuit; ante vitam Gelasii II. a Pandulpho Pisano ejus familiari conscriptam, ejusdem Gelasii effigiem suprapositam, lignea forma expressam ibidem dedit, qualem in Codice Vaticano illius temporis ante prædictam Vitam reperit; quamquo hic etiam juverit forma paulum contractiori dedisse. Ecce confirmatam Mitræ veteris genuinam humilitatem; ejusque coronam, sed multo quam, nunc obtusiora ac fere nulla: quia & in fluitantibus post cervicem Infulis agnosce earum veram originem, omnino talem qualem indicat Festus, F
Infulas definiens filamenta lanea, quibus Sacerdotes ..... velabantur: cui consonans, remque distinctius explicans Isidorus, lib. 19. cap. 30. Infula, inquit, est fasciola Sacerdotalis capitis, alba, in modum diadematis, a quo vittæ ab utraque parte dependent, quæ Infulam (sive Mitram) vinciant capitique adstringant. Quoniam vero Mitra, non Tiara, utitur Romanus Pontifex dum sacrificat, sacrificioque peracto populum benedicit de faldistorio seu sella Pontificali; & eo in actu noster Gelasius sua in imagine exprimitur; oportet ut manus altera id etiam teneat, quod tali in actu apprehendere solent Episcopi, Pontificale scilicet Pedum, cujus sola pars inferior & recta hic cernatur, potius quam Crucem, quæ præferri Pontifici, non ab eodem gestari solet. Formam autem veteris Cambutæ (sic enim appellabatur) optime exprimunt mox subjiciendæ S. Disibodi imagines. Quamquam autem operosiorem curvaturam præferat in Anastasiana Abside S. Nicolai sinistræ manui insertus baculus: id tamen ingenio pictoris, ipsum ultimo innovantis, adscripserim potius, quam vero usui illorum temporum, nisi certioris vetustatis exemplis illam viderim confirmatam.

Infularum

& Pedi in Italia,

5 Alexander Wilthemius noster piæ memoriæ, is qui Divæ Consolatricis sacellum, a suo fratre Joanne Wilhelmo (nisi fallor) nostræ item Societatis Sacerdote, in conspectu Luxemburgensium mœnorum extructum anno MDCXXVII. mortuo intra novennium conditore

itemque in Germania.

porro

A *porro curandum atque amplificandum suscepit; in eamque celebritatem adduxit, sedulitate & zelo suo, in qua illud superiori anno reperverunt Franci, urbem obsessuri; quique mœroris sui, ex illius & patriæ destructione hausti, hoc solatium habuit octogenarius senex, & ab annis aliquot paralyticus; quod ipso Assumptæ Deiparæ festo translatus eo sit, uti confidimus, ubi neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra: Pater, inquam noster Alexander Wilthemius, sæpe in hoc opere laudatus, laudandus sæpius, inter alia antiquitatis sacræ monumenta insigne quoddam ex ære inaurato, habuit sibi commodatum, quo liber de Vita S. Disibodi a S. Hildegarde conscriptus, eadem curante fuerat exornatus sub annum* MCLXX. *Ibi Sanctus iste, sexies exprimitur, cum humili valde* Mitra, *nec non cum* Pallio *Archiepiscopali; quamvis Hibernia, unde creditur seculo* VII. *advenisse, nullos ea ætate habuerit Archiepiscopos. Istud porro* Pallium *est plane ex usu seculi* XII. *sed rudi expressum ære, sicut in triplici specimine apparet quod hic conspicitur.*

B 6 *Vides autem ut Archiepiscopale* Pallium, *quod olim aut lunatum, aut ad modum* V *vel* Y *furcatum supra pectus ab humeris descendebat, hic incumbens; nunc affixum Planetæ, atque infra scapulas reductum in brachia, ambiat Præsulem per modum positi in plano circuli, eo fere modo, quo duo post secula ipsum conformatum cernitur in sepulcrali statua* Honorii IV. *anno* MCCLXXXVIII. *sculpta, & jussu Pauli III. ex eminis Basilica Vaticana ad Basilicam Aracæli translata: quæ quia egregie totum illius temporis habitum Pontificium repræsentat, apponenda hoc loco visa est, inter figuras, ad hujus dissertationis*

Seculo 12. Pallium aliter gestabatur,



usum unam in tabulam coadunatas. Et tunc quidem cernebatur forma divaricata supra transversam lineam tenia: quæ etiam cernitur in juxta posita statua D
Bonifacii IX *anno* MCCCCIV. *tumulati. Sed & istud paulatim observari desiit; ut probat positum in Basilica Lateranensi, æreum monumentum* Martini Papæ V. *anno* MCCCCXXXI. *sublati e vivis, & inter duos istoc repræsentati. Talem quoque formam reperio observatam in* Palliis *Pontificalibus, usque ad initium seculi* XVI. *in eo monumento quod* Julius II. *sibimet ipsi viventi posuit circa annum* MDX. *in æde S. Petri ad Vincula. Exinde vero Pontifices omnes, in suis tam nummis quam statuis, videas Sacerdotalem dumtaxat stolam sub Cappa seu Pluviali indutos, quos interim crediderim inter Missarum solennia, ejusdem formæ* Pallio *uti cœpisse, cujusmodi aliis per Orbem Archiepiscopis mittebant, tenuis scilicet fascia lanea humeros ambiente; cum modica ante pectus & post tergum lacinia, loco ejus quæ ante ultra genua propendebat latior multo ornatiorque.*

Sec. 16. malunt Pontifices in Pluviali exprimi.

7 *Nescio ego, quis Pontificum initium fecerit procedendi in publicum, absque ullo eorum paramentorum, quibus in Sacris uti mos est. Primus a Cavallerio sic exprimitur (ut* Eugenium IV. *taceam, cujus numquam consecrati coronatique alia fortassis ratio fuerit.)* E
Primus, inquam, ab illo sic exprimitur Clemens VI. *super linteum Clericale seu Canonicale (Superpelliceum vulgo dictum) solum indutus* Mantellum *si* Mozettam, *a communi Episcopis omnibus Canonicisque Regularibus opemodo differentem rubeo colore, albaque pellicula per extimas oras apparentis ornatu, tamquam Pontificibus unice proprio. Simili pellicula instructa calantica, utrumque tempus & cervicem muniens, quibusdam rheumaticis senibus eodem fere tempore placuit: sed inventum istud longo antiquius videri fecit Cavallerius, quando ipsum præsumpsit pro Mitra imponere* Sabiniano, Sergioque II. *& nonnullis aliis ex antiquis, una cum Cappa seu Pluviale. Opinor ego, &* Mozettæ *&* Pileoli *pellicei usum, privatim intra palatium cœpisse seculo* XIV. *aut* XV. *& hoc jam provecto aliquos cœpisse etiam ita prodire in publicum: nam de* Julio II. *creato sub initium seculi* XVI. *legitur infra num. 3. quod* MDIV. XVII. Januarii, equitavit sua sanctitas ad S. Antonium, cum Amictu & Cingulo albo, atque Capucio bolesserici rubeo, ac Stola rubea. *Et rursum de* Adriano VI. *lego in Historia Conclavis num.* 23. quod urbem invectus est equo, cum Galero & Stola, *necdum coronatus. Ubi noto initium aliquod largæ illius Stolæ, quæ hoc seculo usurpatur, velut ornamentum Pontificibus proprium nullique alteri sacri Ordinis commune, ex panno ut plurimum aureo, confibulatumque ad pectus, ne ex alterutro latere defluat. Hanc tamen Stolam, dum propius considero, conferoque cum Cappa seu Pluviali (de quo infra) adeo frequenti in Cavallerianis Iconibus, cui semper ad oram interiorem prætexitur largus opere phrygionico limbus; suboritur suspicio, quod ipse ille limbus, qui seorsim sumptus pendensque de collo formam haberet largioris Stolæ, cœperit seculo superiori in processu publico usurpari pro Cappa seu Pluviali, tamquam ejus pars præcipua (erat enim ipsa ad frequentiores usus incommoda nimis) quemadmodum vetus Toga Romana, totum corpus operire solita, paulatim fuit attenuata in lorum superius explicatum. Primi autem* Alexander VII *& post eum* Clemens IX. .... *sic ...... conspiciuntur. Nec facile est in vera antiquitatis monumentis istius* Pontificiæ *ac latioris* Stolæ *similitudinem aliquam invenire, nedum originem. Solæ Cavallerianæ imagines tale quid exhibent (sed multo amplius atque instar largi scapularis, humerorum tenus utrimque ductum, indeque arctiori paulatim mensura ante pectus desinens, & intentum Cruce largiore, Christi ac Sanctorum imaginibus ornata) exhibent, inquam tale quid a principio seculi* VI. *in* Hormisda *&* Joan-

Rubra Episcopis & Pontificibus pellicula sunt propria.





HONORII PP IV · MARTINI PP V · BONIFACII PP IX





A Joanne; *quod videri possit loco* Pallii *adhibitum, si constaret aliquando usurpatum fuisse: est autem similius Planetæ sacrificali, humerorum tenus in lateribus excisa, sed præter morem antiquorum, casulis rotundis utentium, sicut infra dicam.*

Barbirasium quibus fuerit usurpatum.

8 *Ut autem ad Absidem Anastasianam reflectam oculos, ex eadem observo, ipsius auctorem, primum inter omnes sui seculi Pontifices, mento raso expressum conspici, exemplum sequentibus ex ordine pluribus, quorum extant monumenta usque ad* Julium II. *qui barbam aluit, & varios exinde habuit imitatores. Non tamen* Anastasius IV. *radendæ barbæ primus fecit exemplum: nam &* Leonem III. *vidimus anno* DCCXCVII *barba rasa expressum, in Musivo triclinii Lateranensis a se constructi; quando jam abdicato penitus Græcorum in Italia Imperio,* Barbirasium (*sic Petrus Damiani appellat*) *Occidentali Clero Monachisque tunc commune, videtur Pontifici isti placuisse, præ intonsa barba, quam hodieque tam studiose nutriunt Episcopi* B *omnes & Monachi Græci. At* Joannes XII *pro anno* DCCCLX. *rursum barbatus affertur nobis; idque fortassis inductum fuit, quando Imperatores Germanicos respicere & venerari Roma cœpit, cui nationi cariores quam Francicæ ab antiqua Barba suæ fuere, tamquam virilis capitis præcipuum ornamentum.*

Simplici initio Tiara;

9 *De Pontificia quoque* Tiara *retractandum hic quidpiam, postquam in* S. Silvestro *dixi, fieri potuisse, ut in signum libertatis, quam Ecclesiæ datam gratulabatur, Pileum assumpserit libertatis insigne; eique* Phrygium *sive* Diadema *inferne appinxerit; quod placuit pictoribus convertere in* Coronam; *licet Diadematis & Coronæ magna sit differentia, tam quoad formam quam quoad materiam. Errare eos, qui* Constantini, *Romæ baptizati, illudque suo capiti detrahentis, donum illud fuisse existimabant, jam alibi dixi: satis autem constat, nec ipsum quidem Constantinum* Diademate *usum quamdiu substitit Roma, ubi Regium tam nomen quam insigne minus gratum erat. Ædificata Constantinopoli, primum cœpit secundum morem Orientalium uti diademate, etiam gemmato.*

Phrygium seu Corona,

Quisquis autem Pontificum primus Tiaram *assumpsit, sive* S. Silvester, *sive posterior alius, simplicem omnino, nec ullo* Phrygio *prætextam assumpsit.* Nicolaus I. *anno circiter* DCCCLX. *circulum aureum, civilis potestatis insigne addidisse creditur ab aliquibus, cum jam Roma, Ravenna, aliæque tum Romani Ducatus tum Exarchatus civitates summo Pontifici ut Domino pare-* C *rent; unde ejusmodi* Tiara, Regnum *quoque dici cœpit.*

ante Nicolaum I. additum fuisse oportet.

Ast, si verum est (quod ad amoliendum argumentum, ex Constantini fictitia Donatione ductum, assumpsit Otto III.) Joannis Diaconi ipsam esse figmentum, cum is floruerit integro ante Nicolaum seculo, eaque & Phrygii & Coronæ *meminerit, fateamur necesse est, illa quæ istic indicantur, ut a Constantino concessa, pro majori saltem parte usitata Pontificibus fuisse seculo* VIII. *sic enim ibi dicitur;* Sanctis Apostolis, Dominis meis beatissimis, Petro & Paulo, & per eos etiam Beato Silvestro Patri nostro, summo Pontifici & universali Urbis Romæ Papæ, & omnibus ejus successoribus Pontificibus ...... contradimus Palatium Imperii nostri Lateranense: deinde Diadema, videlicet Coronam capitis nostri; simulque Phrygium, id est Mitram; nec non & Superhumerale, videlicet Lorum quod Imperiale circumdare assolet collum; verum etiam & Chlamydem purpuream atque Tunicam coccineam, & omnia Imperialia indumenta.

Pallii loco usus per motum lori circumductum collo

10 *Hic mihi nota audaciam hominis, non solum* Diadematis *sive* Coronæ *Papalis initia referentis ad Constantinum; qui illis, non tunc quidem, sed tamen postea aliquando est usus; verum etiam* Superhumerale Lorum, *id est,* Pallium, *quo quis unquam vel* Con- D stantinum *vel aliquem ex vetustis Imperatoribus usum somniavit? Excute omnes Antiquariorum officinas, evolve Familias Byzantinas Cangii, omnis ætatis numismatibus jam inde a Constantino usque illustratas. Primus ibi pag. 77. cum* Loro (*ut appellat Cangius*) *circum collum, id est in habitu Consulari sui temporis, occurrit* Leo Magnus, *anno* CCCCLVII. *seculo plusquam integro post Constantinum, exorsus imperare: tum paulatim alii aliique, forma tamen semper a Pontificalibus* Palliis *diversissima, uti videre licet in integro habitu Consulari, quem refert Ordinarius anni* DXVII.

effertur ex Diptycho Consulari,

Consul in Oriente Anastasius, *non* Augustus (*uti male sibi persuasit Bucherius noster in fastis Consularibus ad Victorii Canonem Paschalem*) *sed* Comes Domesticorum Equitum. *Habetur ejusmodi titulus integer ex Diptychi sui inscriptione, cujus universam cælaturam ejusque explicationem, sub titulo* Diptychi Leodiensis, *Alexander Wiltheimius prælaudatus pridem edidit, omnibus antiquariæ rei amantibus æstimatissimum opusculum, unde faciem unam in hanc nostram laminam transfero.*

E

exprimente omnem Consulis novi ornatum

11 *Et ut omnes partes ornatus tam spectabilis intelligas distinctius, quidque in eo fuerit cum* Pallio *Pontificio commune, quid diversum; audi Valerianum Augustum, in Vita Aureliani Imperatoris a Fl. Vopisco descripta, dicentem ipsi Aureliano, cum moturus in Persidem anno* CCLIX. *Consulem designaret (quod tamen Valeriano a Persis capto, & Galieno patrias ordinationes parum curante successu caruit) audi, inquam sic loquentem Aureliano postea Imperatori Valerianum.* Cape Tunicam palmatam, Togam pictam, Subarmalem profundum, Sellam eboratam: nam te Consulem hodie designo, scripturus ad Senatum ut tibi deputet Scipionem, deputet etiam Fasces: hæc enim Imperator non solet dare, sed a Senatu, quando fit, Consul accipere. *Fascibus, quas Lictores præferebant Consuli, locus in hac tabella non erat:* Sellam eboratam *satis eleganter expressam vides: vides &* Scipionem; *jam non simplici instructum* Aquila, *ut in vetustioribus Consularibus nummis, sed coronata, seu (ut est in formulis)* Victoriali, *Theodosiique ac Filiorum Honorii & Arcadii coimperantium imaginibus instructum: quod autem altera manu effert est* F Mappula, *qua explicata Circensibus inchoandis signum dabat novus Consul, unde & invenies* primam *aut* secundam Mappulam *dici pro* primo *aut* secundo Consulatu.

imprimis Togam Palmatam,

12 *Præterea* Calceos, *seu verius* Caligas, *ut pote ad calces religatas, de quibus alibi: ad vestes venio; ex quibus quæ infima apparet, omnibus communis, atque ad corpus & brachia adstricta* Tunica, *non erat Consuli singularis: singularis erat* Toga, palmata *antiquis, hic variegato opere floridoque adornata, largis, ut ad dextrum brachium apparet, manicis: cui* Togæ, *ejusdem materiæ atque texturæ adhærens a tergo* Subarmalis profundus, *de sub axilla dextra emergit; primoque sinu trans humerum sinistrum circumvolutus per terga, & plicas suas paulatim explicans* (Paludamentum *antiquitas appellasset*) *dextrum per latus adnectitur; & postquam ampliori sinu gremium implevit, extrema denique sui parte excipitur a sinistro brachio, deque eo pendet. Supra* Tunicam *& infra* Subarmalem, *quod ex humero dextro ante pectus recta angustiorique tramite defluit, per modum* Scapularis, *credibile est similiter ex humero sinistro descendere, ejusdem quasi Scapularis extremitatem alteram (ut faciat* ⅄ *formam Y quamdam, latere etiam a terga, & sit* Λ *quasi Y geminatum cornibus inter se obversis,* Y *per quæ caput transeat) verosimiliter judicat Wiltheimius; atque adeo perquam simile esse Pontificali* Pallio, *quale seculo* XII.

supra Tunicam & infra Subarmalem, in modum ɸ

in

A *in usu fuisse Absides prænotatæ docent. Græci* Omophorium, *id est* Superhumerale, *vocabant; Monachi* Scapulare *appellant; ab Omophorio autem, per consuetam deficientis Græcismi aphæresim,* Maphorium *&* Mafortium *ac* Mafortem *dici haud absurde credas.*

13 *Ita varia nomina rem pro diversitate personarum variam, sed origine & quadamtenus etiam forma eamdem significant: originem autem sumptam dico a veteri Romanorum* Toga; *quæ licet antiquioribus vestis rotunda fuerit, unica injectu totum corpus ambiens, ut olim* Planetæ *seu* Casulæ *Sacerdotales; sicut tamen hæ, ad commodiorem usum explicandorum brachiorum, paulatim excisæ ad latera, in hodiernam denique formam prorsus dissimilem abierunt, priori nomine remanente; sic & Consulari* Toga, *tandem ad formam Scapularis transierit,* Togæ *tamen nomen retinuerit, sitque* Toga picta, *quam supra Aurelianus mediam numerat inter* Tunicam *&* Subarmalem. *Hanc certe non nisi paulatim restrictam fuisse, ut Donationis Constantinianæ figulus* Lorum *appellare ex sui temporis usu potuerit, patet ex nummis Consularibus anteriorum* B *seculorum, tum* Constantini Magni *ac filii* Crispi *tum patris ejus* Constantii Chlori, *quem ultimum hic etiam apposuimus, cum altera simili nummo, qui* Leonis Magni *Consulatu aliqua casus fuit, prima fortassis, quem is anno* CCCCLVIII. *gessit. Quomodo autem idem habitus, inter Constantinopolitanos Imperatores, fuerit sub aliqua mutatione conservatus (postquam enim Imperatores, suppressis Consulibus Ordinariis, perpetuum cœperunt gerere Consulatum, indumenta quoque Consularia perpetuo gestanda assumpsere) vide in imagine* Leonis Despotæ, *imperante adhuc patre Basilio Macedone efficta, qui anno* DCCCLXX. *factus est Imperator, & cognomentum Philosophi tulit, ob singularem in litteras humaniores & Philosophica studia propensionem: item in altera* Michaelis Palæologi Comneni, *qui anno* MCCLXXXII. *obiit.*

quæ sois denotat etiam forma Pallii.

quæ ac ipsa Toga olim ampla sic paulatim restricta.

14 *Utramque in lucem produxit Eruditissimus Cangius; ego autem in Leonina considerans* Subarmalem *sinuosum, ejusdem cum* Superhumerali *contextus ac pene etiam latitudinis, diversi autem a contextu* Tunicæ, *inducor ut credam, contra quam sentit Wiltheminus,* Subarmalem *ipsam, seculo saltem* VIII. *fuisse postremam & dorsualem ipsius* Togæ *Consularis partem: quæ ne longo sirmate post vestigia traheretur, retracta in partem anteriorem per dextrum latus brachio* C *sinistro excipitur: in qua quidem servata sit similitudo cum Palliis Patriarchalibus Græcorum, nisi quod ea serpere permitterentur; unde factum, ut S. Germani Patriarchæ* Omophorion *pone incedens Anastasius calcare potuerit, sicut apud Zonaram in Copronymo legitur. Quamvis autem* Subarmalis *idem in Wilthemiano Consule ejusdem sit cum* Tunica *textus, & diversi ab* Omophorio; *adeoque verosimile fiat, quod hujus ille pars non fuerit, sed solum eidem a tergo affixus, quia multo latior & in principio sui corrugatus: nihil tamen video, cur, sicut postea, ita etiam tunc, non suppleverit vicem illius teniæ, quæ jam inde ab exordio dissectæ in lacinias angustiores* Togæ *seu* Pallii, *retro corpus defluebat usque in terram.*

Ex illo defluens a tergo Subarmalis.

videtur ipsi ... Togæ sirma dorsuale fuisse?

15 *Atque ita apparet, ejus, quod in civili Magistratu* Toga, *in ecclesiastica* Pallium *dicitur, unam eamdemque fuisse originem, progressum ac mutationem, in forma aliquantum dissimili. Nec absurde a* Consulibus, *in Republica Romana primis, præcellentem istum habitum mutuati Episcopi sunt, præsertim Romani, qui id in Republica ecclesiastica erant, quod isti in civili. Recte etiam concipietur, quod, sicut Episcopale* Pallium, *unica olim taxo constans ita circum scapulas obvolvebatur, ut pars una longior antrorsum, altera retrorsum defluerit: sic & factum sit in* Toga *Consu-*

& ab initio Togæ Consularis assumptum Pallium Patriarchale.

lari, quæ fuerit Constantiniano ævo similis longo largoque baltheo, & circumducebatur per corpus, defluentibus hinc inde extremitatibus; cum hac tamen differentia, quod Pallium *utrique scapulæ circumduceretur;* Toga, *ab humero sinistro sub axillam dexteram adduceretur, in eumdem sinistrum humerum reditura: item quod Consules defluentem a tergo partem colligerent antrorsum, non item Pontifices & Patriarchæ. Atque huc facit Joannes Diaconus, in Vita S. Gregorii Magni lib. 4. cap. 8. animadvertens, quod, cum annis post obitum* CXXV. *corpus ejus effoderetur, integris adhuc vestibus,* pallium ejus, bysso candente contextum, nullis fuisse cernebatur acubus perforatum; sicque dignoscebatur circa scapulas obvolutum fuisse, non autem confixum, sicut vetustissimis picturis vel musivis ostenditur. *Proinde multo serius in* Pallium *quam* Togam Consularem, *dimissa unius simplici lori seu panni forma, per sectionem inducta est alia quæ duplici denique* Y *responderet; nec ante* XI. *seculum admittenda in Pontificum imaginibus sunt* Pallia *bifurcata. De usu Acicularum dubitare possit aliquis an non fuerit Gregoriana ætate antiquior; eo quod supra corpus* S. Leonis Papæ I. *qui Gregorium præcessit plus* E *quam integro seculo, cum anno* MDCVII. *aperiretur area,* in medio pectoris conspiciebatur aurea una Spinula Pallii, infixa Planetæ. *Verum hoc potius mihi est indicium alicujus anterioris translationis, nobis incognitæ, qua veteribus indumentis consumptis, novis indutum sit corpus mirabiliter integrum,* Pallioque *ad normam seculi* X. *efformata indutum, quando acus adhiberi solitas indicat Joannes.*

D

quod solum simpliciter obvolvit.

postea etiam cœpit affigi Planetæ,

16 *Restat ut de* Cappa *seu* Pluviali, *quo Cavallerius complures Pontifices induit, incipiens ab* Innocentius I. *sub annum* CCCCII. *ordinato, dicamus pauca. Fuit illud (uti ipsamet demonstrant nomina) ex necessitate, non ad magnificentiam, receptum ab Ecclesia; quando cœptæ institui Processiones aliæque functiones subdivales, in quibus Sanctorum Reliquiæ ab Episcopis Parochisque gestandæ erant, opportunaque videbatur hujusmodi vestis, contra pluviam quæ poterat obvenire; unde etiam habebat retro affixum capucium, capiti obtegendo comparatum: uti hodieque cernimus in bardocucullis nautarum, rusticorum & excubitorum militarium. Hoc vero capucium, in veteribus & a Carolo Magno Aquisgranensi ecclesiæ donatis Cappis, pro modulo capitis dimensum acuminatumque erat; licet nunc habeat formam tesseratæ parmæ, bene ample inferiusque rotundæ, manente adhuc, qui capucii acumen terminabat, flocco. Proinde, licet in Pontificum* F *Romanorum electionibus post seculum* XI. *inveniamus, moris fuisse, ut Electus* Cappa rubea *indueretur, sicque adoraretur ab Electoribus suis; numquam tamen inveni ullius veteris Pontificis imaginem, in* Cappa *expressam, ante seculum* XIII. *Ratio autem cur recens Electum* Cappa, *potius quam alio quovis vestimento ecclesiastico, induendum Romani censuerint, hæc fuisse videtur; quod, cum Pontifex ex quovis Cleri gradu deligi posset, nec conveniret adorationem Electi differri usque dum ad eos, qui forte deficerent, Gradus successive ascendisset; opportunissima omnium videbatur* Cappa, *commune Gradibus omnibus etiam inferioribus indumentum, sicuti videmus sæpe in Processionibus, etiam Cantores & Symphoniacos ecclesiæ,* Cappas *indutos procedere: rubea autem sive* purpurea *decebat Pontifices Electos, ob præcellentiæ dignitatem.*

Pluviale seu Cappa,

nusquam in vetustioribus Pontificum monumentis apparet.

in eur induatur Electus.

17 *Dixi, non invenisse me quemquam Pontificum veterum, in* Cappa *expressum ante seculum* XIII. *neque ut antiquius etiam ita expressas credam, persuadent picturæ, quibus Rasponus lib. 4. cap. 1. ait a Calixto II. ornata conclavia, per ipsum in Lateranensi Patriarchio extructa; quamvis illarum picturarum formas, ubi semper in* Cappa *Pontifex cernitur, accepisse se dicat*

Cernitur quidem ... in ... clavium Calixtinorum.



Forma Casularum sēu Planetarum Romæ Post an. Christi MCCC









Forma earumdem in Francia Seculo Christi XII










Habitus Canonici Diaconi



Gio Paolo Pinauzi Sculp.



A *cat a Felice Contelerio, Vaticanæ Basilicæ Canonico, utriusque Signaturæ Referendario, viro eruditissimo,* ipse venerabilis antiquitatis memoriæ pro virili *sua* consultum esse cupiens. *Laudo studium: sed requiro judicium, existimantis, eam esse posse* graphicam *ipsius veteris* picturæ delineationem, *postquam legit Onuphrium Panvinium, describentem ejus picturæ vestigia,* quæ *illo vivente, id est uno ante Rasponum seculo,* adhuc vetustate exolentia pene cerni poterant. *Ita enim ait*: Sub Alexandri II. tabula, in qua ipse pictus est cum Cardinalibus, pedibus Cadolum conculcans, sunt hujusmodi Versus

D

REGNAT ALEXANDER, CADOLUS CADIT ET SUPERATOR.

. . . . NIHILATUR.

Non tamen ea qua fec. 16. utcumque superat qualem Panvinius describit.

In Rasponi autem imagine residet quidem inter septem Cardinales Alexander, *sed* Cadolus *conculcatus apparet nusquam: secundus autem Versus integer, sed alio fine terminatus, adscribitur in eadem Rasponi imagine hoc modo*

B TUNC EI HENRICUS OBEDIT ET INCLINATUR.

Rursum Onuphrius: Sub Gregorii vero, Victoris III, & Urbani II. signis, sunt hujusmodi Versus.

GREGORIUS, VICTOR, URBANUS, CATHEDRAM TENUERUNT:

GIBERTUS CUM SUIS TANDEM DESTRUCTI FUERUNT.

Rasponus eadem verba habet, nisi quod Wibertum, *pro* Giberto; deserti *scribat, pro* destructi: *sed duos tantum Pontifices, in medio seu Cardinalium considentes, ipse habet, tertius nusquam comparet, nusquam* Gibertus *cum suis. Tertio, idem Onuphrius describit Versus eosdem, quos sub tertia imagine Rasponus: sed ait, eos esse* sub Paschalis & Gelasii II. simulacris, quosdam schismaticos Pontifices sub pedibus tenentibus: *Onuphriusque asserunt Abbas Sugerius,* Alexandro *Papæ coævus, irrefragabili confirmat testimonio, mox infra ad Antipopatum Burdini, aliaś Gregorii proponendo. Et tamen apud Rasponum iidem sic stant, ut omnino nihil alterutee eorum sub pedibus habeat, præter marmoreum pavimentum. Dico igitur, delineationes, quas nactus est Rasponus, non esse similitudines veterum, sed conceptos novarum picturarum, eo tempore formatos quo de reparandis Palatii Lateranensis ruinis cogitabatur, post editum Onuphrii libellum tempore Sixti IV. quando, sicut Rasponus asserit, præter raros parietes miræ crassitudinis, & rudera tectis carentia, adhuc* extabant vestigia aulæ Leonianæ, & cubiculorum Innocentii II. & Calixti item II. & ædiculæ S. Nicolai, & conclavium Cælestini III. quæ ex insignibus picturis cum elogiis ipsorum cognoscebantur: mox tamen dejecta sunt omnia, excepta minori parte triclinii Leoniani (*addo & ædicula S. Nicolai a Cajetano adhuc visa*) quando Sixtus V. novæ totius Patriarchii ædificationi manus admovit.

Sed qualem designavit sub Sixto V. Palatium innovaturo aliquis.

C

18. *Itaque jam non miror in istis Rasponi iconibus, in quibus ipsa aularum ædiumque figura maximam sapit novitatem, tota ad Vitruvianæ architectonicæ leges exacta; non miror, inquam, Pontifices & Cardinales omnes videri in* Cappis; *& quidem talibus, quales hodie formantur, cum lato infernèque rotundo post dorsum scuto, potius quam cappucio. Interim veteris* Cappucii, *veram ac genuinam formam videre si places, en tibi illam ex Romano Breviario, sub annum* MDXXII. *Venetiis excuso, intra primam Psalmi Invitatorii litteras. Primus porro Pontificum, quem certo reperi expressum*

Non veteres Cappæ habebant cappucia acuminata.



in Cappa, *est* Honorius Papa IV. *in suo numismate, quod en Musæo Equitis Gualdi sic exhibet novissimus Ciacconii locupletator Oldoinus, cujus habitus rationem infra in ipso* Honorio *dabo. Similem etiam*

E

A tempore Honorii IV. in Cappis expressi PP. visuntur.



nummum Innocentii IV. *annis* XL. *vetustioris* Honorio *prænominato, exhibet idem Oldoinus, sed isti nummo aliquid credere prohibet triplex tiara coronamentum, evidens argumentum novitatis, tunc adhuc ignotæ.*

19 *Pene exciderat loqui de* Planeta, *seu* Casula, *extra quam neminem Pontificum videre nobis in vera imagine hactenus contigit primis* XII. *seculis. Hanc fere constanter invenimus in antiquis monumentis undique clausam, instar rotundæ togæ, nisi qua caput transmittitur, cum superinjecto Pontificali* Pallio, *secundum formas supra descriptas. Eadem forma Romæ tenuit etiam* XIV. *seculo, quemadmodum demonstrare possunt tria hæc Presbyteralia monumenta, etiamnum Romæ in Ecclesia S. Mariæ trans Tiberim & S. Cæciliæ visenda, quorum primum anni* MCCCXIII. *habet circumscriptum hujusmodi Epitaphium.* Hic requiescit Domnus Presbyter Petrus Bellus, Canonicus hujus ecclesiæ, qui dimisit huic ecclesiæ unam domum bonam: cujus anima requiescat in pace. Obiit sub anno Domini MCCCXVI. Pontificatus Domni Joannis Papæ XXII. anno I. Octobr. die IV. *Alterum est annis* XLIV. *priori recentius, & sic circumscribitur*: Hic requiescit Domnus Petrus Francisci de Cinthiis, Canonicus Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, Vice-dominus Portuensis & S. Rufinæ, qui obiit anno Domini MCCCLX. mensis Sept. die XXVIII. Pontificatu D. Innocentii Papæ VI. Amen. *Octennio vero post sculptum est tertium, quod hæc dicit*: Hic requiescit Domnus Nicolaus Joannis Riccardi de Riccardinis, de Transtiberim Canonicus, Neapolitanus, cujus anima requiescat in pace. Amen. Obiit sub anno MCCCLXVIII Pontificatu Domni Urbani Papæ V. Indictione VII. mensis Maii die X. *Quibus consideratis in ordine ad mox observanda, placeat etiam ad eumdem finem videre* Archiepiscopalis, *apud Mediolanenses,* Casulæ *formam, in imaginibus* SS. Ambrosii

Planeta seu Casula antiquitus clausa undique.

F

Istiusmodi fec. 14. ut probant effigies sepulcrales.

A atque Mortini, *Mediolani sculptis, quomodo illa hic subitus exprimuntur, ex Missali Mediolanensi anni* MDXXII *formata ad miniaturas (ut existimo) antiquiores in Missali aliquo Mʃ. Earum inferior, posita in fronte libri, repræsentat S. Ambrosium, in habitu Archiepiscopali vrius ad sacrificium, cum Pallio supra Planetam, qui ipsum Missale tradit Archipresbytero & Primicerio Capituli Metropolitani (nisi fallor) atque Canonicis ad genua flexis suo quibusque in habitu; superior intra litteram* O *designata, inchoat ordinem Missarum, incipientem a Vigilia* S. Mortini, IV. *Idus Novembris; estque initium Orationis super Populum,* Omnipotens sempiterne Deus &c.





In quibus videntur notari aliqua solis Majoribus Canonicis propria.

30 *Plura in istis* Casulis, *præsertim* Canonicalibus, *sunt ab hodierno usu remota; &, quantum ego suspicor, aliqua solis Majoribus Canonicis sic propria, ut vulgoribus Presbyteris Romæ non competerent. Atque imprimis, quod loco Stolæ Sacerdotalis, infra Planetam ante pectus decussatæ, cujus extremitates utrimque debebant infra genua apparere, si ipsa ibi esset, videtur supra ipsam Planetam affixum veluti pectorale acupicti operis, unde quædam quasi* Stola *defluit: ut Cruce, quam vulgares Casulæ totam assutam habebant in parte anteriori vel posteriori, habeatque etiam nunc; Canonicales illæ haberent solum superne affixam; & ne videatur habere aliquid accedens ad Pallium Pontificale, quod ipsum super P.anetam superius duntaxat ejus parte affigebatur. Fortassis etiam Majoribus istis Canonicis, sive Presbyteris sive Diaconis, solis proprium fuit absutum seu togæ sua* interiori, *sive ipsimet* Planeta *vel Dalmaticæ collare* D *pretiosioris operis, reflexum in humeros, in signum præcellentiæ: quale etiam apparet in effigie* Clementio V. *quem putamus a Cavalerio exprimi in eodem Archidiaconali habitu, in quo pictus fuerat antequam fieret Archiepiscopus Burdegalensis.*

& quadamtenus communia Episcopis.

21 *Ut autem digressionem, ad Canonicales effigies institutam, prosequar, animadverto quod* Nicolaus de Ricardinis *collum, alius etiam Mediolanensibus nudum, perquam secularitèr ornatum habeat, rotulo lineo crispato, quali nostra memoria viri ac matronæ graves in Belgio Galliaque utebantur, ut fere in picturis paulo quam nunc fiunt antiquioribus tempore Alberti & Isabella videre est. Atque hæc Canonicis, ut dixi, majoribus propria fuerint. Non æque ausim affirmare,* Petiam *illam supra pedes quadratam, quæ phrygionico rigens textu Albæ affigitur, propriam Canonicis iisdem fuisse: memini enim ex senioribus audivisse, quod apud majores nostros passim in usu fuerit, affigere Albæ Sacerdotali cuicumque* Petias, *ejusdem cum* Planeto *coloris & textus, ubi illa pedes manusque attingit extima sui parte, repræsentandis (ut ajebant) vulneribus pedum manuumque* Crucifixi; *& quintam similem pro* Corona *spinea, supra Amictum, quo caput induebat sacrificaturus. In Pontificum Romanorum Sepulcralibus statuis nihil simile videbis, quare illis saltem id in usu non fuisse intelligitur. Denique qua-* E *dratum illud capitis tegumentum, quod vidis in sarcophagis* Petri de Cinthiis & Nicolai *prædicti, aliud esse non videtur, quam* Almucium, *quod pileis loco Canonici erat per æstatem: nam hieme cappis pelliceis utebantur, & utuntur etiam nunc; sed* Almucium, *ut usum, sic formam antiquam amisit, ejusque loco* Pileus *quadratus consutusque successit. Sic etiam æstimare possis Almutia esse, Epomidis illas majores minoresque flectentium ad pedes S. Ambrosii in Missali prædicto.*

aliaque Presbyteris tunc passim usitata.

22 *Verum ob hic, ex occasione potius quam proposito dictis, circa insignia Canonicalia, redeo ad considerationem* Planatarum, *unde digressus sum; atque observo, in tribus istis omnino non apparere indicium alicujus scissuræ lateralis; sed solum videri tenuem ac bombiciam simplicis textus* Casulam, *qualis fere antiquiorum fuit, adductam super brachia, sicut opus erat eam adduci tempore Sacrificii. Quia tamen sæpe describit Anastasius operosius pretiosiusque compositas* Plancias, *credo paulatim inductum ut latera modice* F *exscinderentur, ad brachia commodius explicanda; uti in ea casula, qua* Joannas XII. *induit Archidiaconum suum videre est pag. 162. pro anno* DCCCCLX. *Mesito tamen dubito, an ullo unquam seculo, paulo antiquiori quam nostrum sit, fuerit usu Romæ receptum, ut* Casulæ *ad humeros aperirentur tam alte, quam eas video apertas fuisse in Gallia & Anglia seculo* XII. *unde inferius subjunctas formas accepimus: quarum quæ latior est, composita ex panno serico flavo, segmentisque argenteis textis ornata, fultaque rerutro, servatur in Abbatia Marchianensi, eo nomine quod ipsa usus fuerit S. Thomas, Cantuariensis Archiepiscopus & Martyr; altera, nescio ubi inventa, aut ad cujus Sancti facta usum, pervenit ad nos, isto modo delineata, dono Joannis Jacobi Chiffletii. Utriusque vero formam placuit conjunctim exhibere.*

Capertæ tamen Casulæ.

23 *Ad implendam porro tabulæ operi nostro proportionatæ mensuram, placet etiam in speciem habitus Diaconalis, pro seculo* XIV. *exeunte, unum addere ex Romanis istis sarcophagis, sic inscriptum:* Hic requiescit Domnus Petrus de Sordis, Canonicus sanctæ Mariæ Majoris de Urbe, qui obiit anno Domini MCCCC. mensis Aprilis dia XVI. cujus anima requiescat in pace ... ... Amen.

Sec. 10. etiā in lateribus apertæ.

CO-

CONATUS CHRONICO-HISTORICI PARS TERTIA.

A Gelasio II. usque in præsens.

PRÆFATIO.

De mutatione styli, in hac altera Parte, circa mensuram possessæ & vacantis Sedis.

Notanda mutatio circa successionem Pontificum,

Nihil adeo in humanis constans est ac firmum, quod non aliquam subinde patiatur mutationem; idque non solum in politico & ab hominibus constituto regimine, sed etiam ecclesiastico experimur. Siquidem etiam hoc, licet a Christo Dei filio ordinatum, pro varietate tamen temporum aliquam formæ suæ varietatem accepit, circa ipsos ejus Vicarios, manente tamen indivulsa semper Capitis supremi unitate. Etenim initio nascentis Ecclesiæ, primus Romanus Pontifex Petrus *non incongruum, imo necessarium duxit, plures pro sola urbe Roma consecrare* Episcopos; *qui ipso vivente, sed ad prædicationem Evangelii diutius absente, Episcopalia obirent munia intra extraque Urbem; mortuo autem sibi succederent, accedente tamen novo Cleri Romani populique consensu. Non transiit quidem ad posteros exemplum plures simul ejusmodi* Episcopos *consecrandi: quamdiu tamen Gentilium Imperatorum persecutionibus pressa Ecclesia, periclitabatur quotidie de subita orbitate incurrenda, per sui Pastoris captivitatem mortemve; tamdiu, sicuti vidimus, duravit consuetudo, unum saltem* Episcopum Vicarium *mature ordinandi in spem successionis: & quoties id neglectum fuit, diutius absque Pontifice Ecclesia fuit; deficientibus qui* Electum *consecrarent externis Episcopis. Tanti autem fiebat Episcopalis illa Ordinatio, licet non conjuncta cum suprema potestate, ut Auctores primi vetustissimique Catalogi, ab ejus die, non autem a die initi supremi Pontificatus, numerandos putaverint annos, menses, ac dies, quibus eorum quisque sedit.*

qui tempore persecutionis prius fere ordinati Episcopi Vicarii,

postea non nisi defuncto priore electi,

2 *Sublatis persecutoribus facta sui juris Ecclesia, creandorum* Vicariorum *istiusmodi usum, jam minime necessarium, abolevit, quo liberior electio foret. Et quamquam subinde sic* Electo *primas deferebat, etiam antequam ordinaretur, in Ecclesiasticis negotiis, sicut in* S. Gregorio Magno *aliisque nonnullis fecit extraordinaria aliqua de causa;* Pontificem *tamen non credebat se habere, prius quam ille ordinatus esset* Episcopus. *Et hunc secuti stylum hactenus, quantumcumque diu ante* Electum, *non adnumeravimus Pontificibus, priusquam ordinaretur: itaque ab horum numero exclusimus* Stephanum *illum, qui* Electus *post* Zachariam, *tertio post die necdum consecratus obiit; noluimusque cum Baronio ejusdem nominis suffectum mox alterum vocare* Stephanum Tertium; *sed* Secundum, *uti omnis retro antiquitas fecerat. In confinitis porro quinti seculi, iidem Barbari, qui Imperium Romanum in Occidente conculcaverant, etiam Ecclesiasticam libertatem violarunt, auctore Odoacre Rege; qui sibi* Confirmationem *factæ a Clero* Electionis *sibi posterisque Regibus arrogavit. Ac primo quidem ad sui* Electi *Ordinationem procedebant Romani, deinde offerebant Regi confirmandum quod fecerant, ita ut rursum prius viderentur* Episcopi, *quam* Pontifices *esse: sed cum semel iterumque, duobus simul sub contentione electis ordinatisque, schisma conflatum in Ecclesia fuisset; utiliter constitutum est, ut Ordinatio differretur, donec Rex causam cognovisset. Hac occasione habere cœpimus* Interpontificia *longiora, maxime cum* Decretum confirmatorium *expectandum erat Constantinopoli: quod deinde jus, a Constantinopolitanis remissum, denuo arripuerunt Imperatores Occidentales post* Carolum Magnum; *& rursus antiquatum renovavit* Ottho Primus.

nec absque consensu Regio soliti ordinari.

3 *Denique mortuo* Henrico III. *& filio* Henrico IV. *per Antipapæ suscitationem scindente Ecclesiam, ne illo extra communionem piorum facto, certoque non agnoscere quemcumque pars sana elegisset S. Petri successorem legitimum, ipsa vero orthodoxoque Capite careret; asseruit sese in libertatem, cœpitque simul eligere, simul creare* Pontifices; *ab eoque die æstimare, quanto quisque tempore sederit, & (quod consequens) quanto post cujusque obitum tempore* Sedes Pontificia *vacaverit. Quod cum Auctores tum* Catalogorum *tum* Epitaphiorum Pontificiorum *secutus inveniamus, congruum censemus, iisdem nostram quoque aptare* Chronologiam. *Ideo qui antea veteri phrasi constanter diximus, quanto tempore* cessavit Episcopatus; *posthac utemur phrasi nova, dicemusque quamdiu* vacavit Sedes. *Cum enim ante* ordinationem Episcopalem *nemo vere ac proprie sit* Episcopus, *esto* jurisdictionem Episcopalem *exerceat, merito censetur* cessare Episcopatus, *quoad ordinatus fuerit is qui* Electus *erat. Et hoc secuti videntur* Pontifices *multi, quos invenimus, non obstante novo illo usu, diem* Ordinationis *suæ præ die* Electionis *pro suo* Natali *habuisse, eoque solitos transitum facere ab* anno Pontificatus, primo *v. g. ad* secundum, *uti ex eorum Registris docebimus.*

Hic consensus postquam requiri desiit,

cœpit initium Pontificatus nominari a die Electionis.

4 *Novi porro, quem dixi, styli initium aliquod invenio in Ms. nostro, jam inde a morte* Stephani IX. *quem inconsulto Rege electum* II. *die Augusti, & postridie ordinatum, ac* XXIX. *Martii mortuum, sedisse dicit Ms. nostrum* Menses VII. dies VIII. *utique ipsum diem Electionis adnumerando.* Alexandrum II. *postea, sub quo cœpit Ecclesiæ Henricus IV. rebellare, dicit sedisse* annos XI. menses VI. dies XXII. *qui tamen haberi nequeunt incipiendo a die* Coronationis, *factæ in Dominica* XXX. *Septembris, cum ipse obierit* XIX. *Aprilis; nisi electum seu potius creatum dicamus die* XXIX. *dicti mensis, ab indeque exordiamur ejus* Pontificatum. *Similiter &* Alexandri *successor* Gregorius VII *creatur* XXIII. *Aprilis, licet primum ordinatus* XXX. *Junii & mortuus* XXV. *Maii, sedisse tamen dicitur* annos XII. mensem I. dies III. *aut potius* IV. *cui ab* Ordinatione *incipiendo solum dandi fuissent* anni XI. menses XI. dies XXVI. *Post hunc* Victor II. *multo quidem citius electus fuit quam ordinatus: sed quia* electioni *suæ toto fere anno assentiri distulit, non potuit* Pontificatus *ejus inchoari nisi a die quo consentiens ordinatus fuit. Idem vero fuit electi & in sedem locati* Urbani II. *dies: sed Terracinæ res acta est, adeoque absque ceremoniis, in plena perfectaque Pontificis installatione solitis usurpari. Has autem servatas invenimus quidem in* Paschali II. *die* XIII. *Augusti in Sabbatho, sed mox altero die eoque hebdomadæ* primo, *id est Dominico, secuta* Ordinatio *facit, ut non sit opera pretium unius diei causa quidquam mutare.*

primo usitatum constanter,

5 *Ast in* Paschalis II. *successore* Gelasio *etiam* II. *discrimen notabile, inter diem* Electionis Coronatio-

A nisque, *conjunctum cum evidenti auctoritate Epitaphii*, Pontificatus *spatium metientis a die* Electionis, *novum stylum suadet in usum adducere. Etenim in* Epitaphio, *infra integre dando, expresse legitur, quod*

postea constanter,

----- Rapuit mors atra virum, cum Pontificatus
Vix ageret primum Pastor venerabilis annum:

cui scilicet adhuc bina dies restabat, *ut plenus haberetur. Creatus nempe* XXXI. *Januarii unius, obiit* XXIX. *Januarii alterius. Quod si ejus* Pontificatus *æstimandus esset a die* Ordinationis *factæ* XXIV. *Februarii, non solum* bina dies, *sed mensis fere totus, integritati unius anni defuissent. Secundum priorem ergo calculum dicitur* Gelasius *tum in nostro Ms. tum passim ab aliis, sedisse* annum I.

6 *Ea porro, quam nunc explicui styli post hac tenendi mutatio, occasionem mihi dedit partiendi hic operis; quodque ipsum voluerim bipartitum poni, ante quartum ac quintum Tomum Maii, per modum Tractatus præliminaris. Sed neque mutato postea consilio, & utraque Parte in unum volumen contracta, displicuit facta alio respectu divisio; eo quod mutanda necessario esset forma Chronographicarum tabularum, deficientibus Baronianis Annalibus; cum quibus placuerat*
B *nostram Chronologiam una in tabula componere, quæ comparatio hic fere debebat finem accipere,*

7 *Interim exhibendo Pontificum imagines senas &* D *senas* retinere placuit, ubi prius locatæ erant, binas imagines SS. Constantini & Helenæ, *a quibus amplitudo Pontificiæ Majestatis, quoad externam & secularem potestatem, suum accepit principium; cum antea, sub Gentilibus Imperatoribus ac fere tyrannis, duram servitutem servivisset Ecclesia, obnoxia eorum sæpe iniquissimis legibus. Auctor libertatis fuit Imperator iste; non quidem primus Christianus (nam* Philippos *fuisse Christianos, sub* S. Fabiano Papa, *alibi est demonstratum) sed primus, qui publice Christum professus, idolatriam jussit ejus fidei cedere, Martyrum corpora honorifice condi, & super iis Basilicas atque Ecclesias erigi, dotator ipse earumdem munificentissimus: qua in re adjutricem habuit matrem* Helenam, *Dominicæ Crucis inventricem. Ab hoc initio aucta paulatim potestate Pontificum, ad Jurisdictionem sacram etiam secularis accessit, in ipsam Urbem Romam & plures per Italiam provincias, post extinctum Regnum Longobardorum & abdicatum Græcis in Occidente Imperium: quod speciali Dei providentia & consilio factum, soli negant, qui invideant, hæretici. Curavi* B *ergo ut utriusque tales effingerentur vultus & habitus, qualem viventibus fuisse probatum est ex eorum nummis ad* XXI. *Maii ærea lamella explicitis,*

Cur hic positæ imagines SS. Constantini & Helenæ?

CLXIII. GELASIUS II.

Ab an. 1118. ad 19. m. 11. d. 19.

GELASIUS, natione Campanus, antea Joannes Cajetanus, S. R. E. Archidiaconus anno MCXVIII. imperantibus Henrico V. & Joanne Comneno, XXXI. Januarii creatus Romæ, & XXIV. Februarii ordinatus Cajetæ, sedit menses XI. dies XXIX. defunctus Cluniaci XXIX. Januarii anno MCXIX. ibique sepultus: & vacavit Sedes dies V.

1 PONTIFICATUM *hunc Ordericus Vitalis in Historia Eccles. sic describit initio libri* 10. Anno ab Incarnatione Domini MCXVIII. Indictione XI. defuncto Paschale Papa, Joannes Cajetanus, Romanorum Pontificum antiquus Cancellarius & Magister, in Gelasium Papam electus est; &, contradicente Imperatore, a Romano Clero canonice consecratus. *Et infra*, Gelasius Papa eruditione litterarum apprime instructus fuit; & longa exercitatione, (utpote qui Præsulum Apocrisiarius fere XL. annis extiterat) calluit: sed non plene duobus annis Romanæ Ecclesiæ
C præfuit. *Imo nec uno integro: nam infra iterum ait,* Anno ab Incarnatione Domini MCXIX, Indict. XII. Gelasius II. Papa, IV. Kalend. Februarii, apud Cluniacum mortuus & sepultus est. *Diem mortis habemus ex Chronico Beneventano auctoris coævi, scilicet* IV. Kal. Februarii: *cumque in Epitaphio mox dando dicatur* bina *dumtaxat* dies *defuisse integro Pontificatus ejus anno, consequens fit electum fuisse ultimo Januarii præcedentis anni. Denique quia Vitæ auctor, præsens vidensque, ordinatum dicit* infra Kalendas Martias, *quæ anno isto occupabant Feriam* V. *intelligo eam ceremoniam factam Dominica præcedenti, id est* XXIV. *Februarii, eademque S. Matthiæ Apostolo sacra.*

Ratio temporis.

2 *Ex Chronico Cluniacensi habemus, quod* Gelasius *Papa Cluniaci sepultus sit*, inter Crucem & altare, quod post crucem magnæ basilicæ *est. Ejus hoc Epitaphium, veluti ex eodem chronico acceptum, recitat Oldoinus noster hisce verbis*. D. O. M. Gelasius II. Pontifex maximus, Henrici IV. Imperatoris, clades ultimas Italiæ inferentis, & Mauritium Bracharensem Pontificem esse contendentis, furorem timens, in Galliam cum meliori S. R. E. Cardinalium parte ad Ludovicum VI. fugiens, cum Plagoniam appulisset, valetudinarius ex pleuriti factus, properante illi obviam Ludovico, Cluniaci moritur: & ibidem hoc in loco sepelitur, circa annum Christi MCXIX. & Pontificatus sui primo: cui mox Guido, Viennensis Antistes, Burgundiorum Ducis filius, in Pontificem Romanum, sub Callisti II. nomine, a sacro Cardinalium cœtu, suffectus est.

Epitaphii recens,

3 *Sed Epitaphium hoc novæ prorsus compositionis, atque hoc seculo antiquioris esse, nemo non videt. Pluris igitur faciendum, quod ibidem fortassis antiquitus legebatur, & etiamnum habetur sub nomine auctoris Petri Pictaviensis monachi, hoc tenore.*

Vir gravis & sapiens actu verboque, Joannes,
Cum prius ex Monacho pro multa strenuitate
Archilevita foret & Cancellarius urbis,
Præsule Paschali meritis ad sidera rapto,
Promeruit tandem sacram conscendere Sedem,
Dignus post primum *GELASIUS* esse *SECUNDUS*,
Sed quia Rege fuit non præcipiente levatus,
Horrendum fremuit Princeps: & filia dulcis,
More suo, profugum suscepit Gallia Patrem.
Si licuisset ei (pro certo credo) sub ipso
Virtus, & pietas, & honestas cresceret omnis,
Et pax Ecclesiæ toto floreret in orbe.
Jam rapuit mors atra virum, cum Pontificatus
Vix ageret primum Pastor venerabilis annum,
Bina dies jam restabat, cum Cluniacensi
Dormiit in proprio Romani juris asylo.
Hic igitur positus, dilectos inter alumnos,
Cum Patribus sanctis requiescit: & optat, ut orbis
Conditor & Judex veniat quandoque potenter.
Et cineres lapsos sub pristina membra reformet.
Felix inde nimis semper, Cluniace, manebis,
Quod Pater orbis Apostolicus, summusque Sacerdos
Ecclesiæ, Matrisque tuæ specialis, apud te
Transiit ad Superos, in te requiescit humatus.
Nec minus hinc etiam felicem credimus illum,
Cui dedit ipse pius magno pro munere Christus,

antiquum aliud. E

Ut mo-

Tab. XXVIII







CLXIII GELASIVS II



CLXIV CALLISTVS II



CLXV. HONORIVS. II.



CLXVI. INNOCENTIVS II



A Ut monachi monachum, patrem quoque pignora cara
Jugiter aspicerent, lacrymisque rigando sepulcrum,
Sacris in precibus specialem semper haberent.

4 *Miror porro, quomodo Martinus* Polonus *&* *Wernerus Rollevink* Gelasio *adscripserint*, annos 51. dies v. *Gotfridus Vitrebiensis*, annum 1. dies vi. *Stella*, annum 1. menses v. *Vitam illius accurate descripsit prælaudatus* Pandulfus, *Hugonis de Alatro*, *Cardinalis* Presbyteri *SS. Apostolorum nepos, tunc apud* Pontificem *vivens*, *& omnibus præsens: quam Baronius quidem pene integram Annalibus suis inseruit, sed (prout Annalium ratio exigebat) sæpius interrumpere debuit, quare opere pretium censui eam continua serie hic integram dare ex nostro Ms.*

VITA

A Pandulfo Aletrino familiari composita.

In Casino educatus in-stitutusque.

& monachus factus tempore schismatis Guibertini,

B GElasius, qui & Joannes, natione Gajetanus, sedit anno uno. Hic a nobilibus juxta seculi dignitatem parentibus feliciter educatus, litterarum studiis pura mentis intentione est traditus: in quo parvo satis in tempore quæque sunt puerorum addiscens, ultra coævos suos omnia memoriæ commendavit. Hinc a sanctæ recordationis D. Oderisio Abbate petitus ad serviendum inibi, tamquam in monasteriorum omnium capite ac principio, est assignatus devote, & devotius a iam dicto Abbate susceptus, ac cum non paucis aliis regulariter conversatus. Ubi viris ad omnia peritissimis, quorum in monasterio non parva copia inerat, ad liberales artes addiscendas adjunctus, & ipsas, præ omnibus fere aliis diversarum regionum præclaræ indolis pueris, artes in brevi, & monasticum ordinem plene addiscit; & per aliquantum tempus in monasterio Patris Benedicti sanctissimi irreprehensibiliter conversari curavit. Hoc tempore Romana Ecclesia non modicum consuetis tergiversationibus fatigata, fluctu plurimo laborabat. Siquidem Guilbertus quidam, olim Ravennatium dictus Archiepiscopus, homo litteratus & nobilis, & qui Deo forsitan placuisset nisi hoc piaculum fecisset, ab Imperatore Teuconico Henrico Majore, contra Papam Gregorium, in ipsa Petri Cathedra & violenta est intrusione locatus, & non parvis temporibus tyrannice incubavit: qui præter innumera prava quæ gessit, quamdam suæ fæcis plantam adeo temerariam & sub vulpe quodammodo latentem reliquit, ut totus mundus hodie ejus
C poma mortifera mandere cogatur. Destruat illam ergo Omnipotens: de quo attamen invasore in gestis Papæ Paschalis est aliquatenus præhabitum.

Urbano 2. adhuc Episcopo Portuensi carus,

eiusdem deinde Papæ Cancellarius,

5 In diebus illis, non (sicut credo) absque Spiritus consolatoris oraculo, Fr Joannes Gajetanus, jam adolescens, monachus Casinensis, ab omni simul Catholica Ecclesia & Urbano Papa, qui præerat, in tantarum perturbationum auxilium ac consilium partemque solicitudinis est evocatus; ut sic tandem aliquando in summæ plenitudinem potestatis, divina suffragante clementia, prout manifestabunt sequentia, levaretur. Gratia sit B. Petro, Apostolo Jesu Christi, qui tam probum juvenem, in primis quidem filium, sibique dignum postea adoptavit Vicarium. Ecce Dominus Urbanus, primum Ostiensis Episcopus, postea Papa Romanus (qui, veluti jam dictum est, Joannem Gajetanum accivit) irruente persecutione Alamannica in tantum miseriarum per Gibertum est adstrictus, quod, prætermissis aliis, a quondam famosissimo viro atque illustri Petro Leonis in insula Lycaonia, inter duos egregii Tiberis pontes, via ab inimicorum insidiis sustentatus, matronarum Romanarum & aliquando muliercularum pauperum eleemosynis regebatur. Tunc Papa litteratissimus & facundus Fr. Joannem, virum utique sapientem ac providum sentiens, ordinavit, admovit (Curiæ), suumque Cancellarium ex intima deliberatione instituit, ut per eloquentiam sibi a Domino traditam, antiqui leporis & eloquentiæ stylum, in Sede Apostolica jam pene omnem deperditum, sancto dictante Spiritu, Joannes Dei gratia reformaret; ac Leoninum cursum lucida velocitate reduceret. D

ac postea etiam Paschali 2.

3 Decedente itaque Papa de hac vita, successit illi Pascalis: cui Cancellarius ipse individua semper in infinitis adversitatibus caritate cohæsit, ejusque senectutis baculus in omnibus & per omnia perduravit. A quo sane Pontifice, inter alia sancta quæ fecit, Gregorium de Ciccano, Aldonem de Ferentino, Petrum Pisanum, Chrysogonum & Hugonem Pisanos, Hugonem de Alatro, Crescentium atq; Domnum Saxonem de Anagnia, Gregorium Gajetanum, Scriptores suos omnes ac Capellanos, Presbyteros, Diaconos & Cardinales, cum non paucis aliis, in his & Ordinibus minimis, fecit certis temporibus promoveri. Romanos omnes Clericos, majores atque minores, Abbates & Abbatissas, sanctimoniales & Monachos, omnesq; insimul pauperes, & dulcibus resovebat sermonibus, & necessaria corporis, ipsis & multis aliis, de his quæ honeste E acquirere poterat, ministrare studebat. Quanta vero in captivitate Teutonica, ab impio compatre suo Henrico tyranno pertulerit; qualiter eidem pater viduarum & orphanorum, nervo constrictus, in faciem ipsam restiterit, ea benefactis aliis quilibet studiosus advertat; eumq; Petrum alterum contra novum Simonem nominet. Diaconiam Romæ, quam S. Mariam in Cosmedim vulgariter nuncupant, sibi Cardinali Diacono a D. Paschali commissam, (quomodo) in auro vel argento, in libris seu paramentis, in domibus innumeris, in fundis atq; casalibus, in religione præcipue, in quantum Roma patitur, super omnes alias inaltaverit, requirenti sagaciter luce clarius enitescet. Casinensi cœnobio, tum ob B. P. Benedicti ecclesiam & meritam reverentiam, tum quia in ipso monasticæ religionis habitum sumpserat, conversionis suæ primordia reducens ad animum, sanctamq; vitam Patrum inibi Domino servientium sedula mentis cogitatione pertractans, non tantum in his quæ ad Deum pertinent irremissius gubernare; verum etiam extra, contra repugnantes insidias malignantium, turrim inexpugnabilem semetipsum exponere omni conamine & omni nisu curabat. F

egregiorum operum & laborum socius,

eo mortuo accersitur ad electionem,

4 Interim autem Paschali Papa defuncto, Venerabilis P. D. Petrus Portuensis Episcopus, qui Primatum post Papam per longa jam diutius tempora detinuerat; cumq; eo omnes Presbyteri ac Diaconi & Cardinales, de eligendo Pontifice & in communi communiter & singulariter singuli pertractare cœperunt de D. Cancellario, in monasterio Casinensi commanenti. De his sic gestis modis omnibus inscio nuntius comparuit, qui Cancellarium ipsum, juxta quod acceperat in mandatis, ad Cardinales Romam cum omni faceret celeritate redire. Quid moræ? Tristis Fr. Joannes, mortemq; tanti Patris voce porrectiori rememoratus, prout erat obedientiæ filius, paruit, mulam ascendit, maturatoque itinere Urbem intravit, Fratres ac Filios commonuit, adjuravit. In crastinum vero, secundum quod condixerant, (convenerunt) Honorabilis Pater C. Portuensis, Centius Sabinensis, Vitalis Albanensis, Lambertus Ostiensis Episcopi, Diviso S. Martini, Bonifacius S. Marci, Desiderius S. Praxedis, Petrus Pisanus S. Susannæ, Joannes de * Crema S. Chrysogoni, Saxo de Anagnia S. Stephani in Cœlio monte, Amicus S. Crucis, Sigizo S Sixti, Amicus SS. Nerei & Achillei, * Joannes S. Cæciliæ, Deusdedit s. Laurentii in Damaso, Anastasius S. Clementis, Ranerius Ss. Marcellini & Petri, Benedictus s. Petri ad vincula, Chunradus s. Pudentianæ, N Ss. Joannis & Pauli, Theobaldus S. Anastasiæ, * Guirardus S. Priscæ, Guido S. Balbinæ, Gregorius

** Bar. Domnizo.*
** Bar. de Cervis*
** Bar. T.*
** B. Gerardus,*

A S. Laurentii in Lucina, & sex alii Presbyteri Cardinales (nam Hugo de Alatro, Presbyter Cardinalis vicesimus * octavus, arcem Circæam pro Papa Paschali tenuerat, qui paulo post rediit) item Gregorius S. Eustachii, qui & Abbas S. Andreæ; Oderisius * Sangretanus S. Agathæ, qui postea Abbas Casinensis est effectus, Roscemannus S. Georgii; Henricus S. Theodori, qui & Mazariensis Decanus; Aldus Ss. Sergii & Bacchi, Petrus Leonis Ss. Cosmæ & Damiani, Comes S. Mariæ in Aquiro, Chrysogonus S. Nicolai in Carcere Tulliano, Stephanus S. Luciæ de Silice, Gregorius S. Angeli & octo alii Diaconi Cardinales; Nicolaus Primicerius cum schola Cantorum, Subdiaconi Palatii omnes, Archiepiscopi complures, sed & alii minoris Ordinis Clerici multi, Romani de Senatoribus ac Consulibus aliqui, præter familiam nostram.

** imo septimus nisi excidit aliquis.*
** Ciacc. de Sangro B. Asericõpus,*
omnibusque in Palladio ad eum convenientibus,

5 Hi omnes, vitantes scandalum, quod in hujusmodi electionibus pro peccatis nostris accidere (etsi secus, sicut postea probavit eventus, ac sint omnes rati, provenerit) credentes locum tutissimum, velut qui Curiæ (vix) cedit, in monasterio quodam quod Pal-
B ladium dicitur, infra Domos Leonis & Centii Frajapane pariter convenerunt, ut juxta scita Canonum de electione tractarent. In quo loco videlicet, post disceptationem diutinam ac voluntates diversas, nunc hæc nunc illa petentes, tandem aliquando communicato consilio, illo etiam mediante qui fecit utraque unum, pari voto ac desiderio in hoc unum unamiter concordarunt, uti D. Joannem Cancellarium in Papam eligerent & haberent. Nec mora; captus ab omnibus, laudatur ab omnibus, approbatur nec non & ab Episcopis: quorum prorsus nulla est alia in electione Romani Pontificis potestas, nisi approbandi vel contra, & ad communem omnium, Cardinalium primum (deinde) & aliorum petitionem Electo manus solummodo imponendi. Sic invitus ac renitens D. Joannes Gajetanus hodie est in Papam, ut Gelasius, Spiritus sancti gratia mediante, electus, & ab omnibus communiter in summa Sede locatus, cunctis Dei magnalia collaudantibus.

Invitus eligitur.

6 Hoc audiens, inimicus pacis atque turbator, præfatus Centius Frajapane, more draconis immanissimi sibilans, & ab imis pectoribus trahens longa suspiria, accinctus ferro gladio, sine mora cucurrit, valvas ac fores confregit, ecclesiam furibundus introiit: inde custodes remoto Papam per gulam accepit, distraxit,
C pugnis calcibusque percussit, & tamquam brutum animal intra limen ecclesiæ acriter calcaribus cruentavit; & latro tantum Dominum per capillos & brachia, Jesu bono interim dormiente, detraxit, ad domum usq; deduxit, inibi catenavit & clausit. Tunc præfati Episcopi, Cardinales omnes ac Clerici, & multi de populo qui convenerant, ab apparitoribus Centii modo simili vinciuntur, de caballis ac mulis capite verso præcipitantur, exspoliantur, & inauditis undiq; miseriis affliguntur, donec aliqui semivivi ad domum tandem propriam remearunt. Malo suo venit, qui fugere non potuit. Facta autem hac voce convenit multitudo Romana, Petrus Præfectus urbis, Petrus Leonis cum suis, Stephanus Normannus cum suis, Stephanus de Petro cum suis, Stephanus de Theobaldo cum suis, Stephanus de Berizone cum suis, Stephanus Quatrale cum suis, Bucca Pecorini cum suis, Bonesci cum suis, Berizasi cum suis; Regiones XII. Romanæ civitatis, Transtiberini & Insulani, arma arripiunt, cum ingenti strepitu Capitolium scandunt, nuntios ad Frajapanes iterato remandant. Papam captum repetunt. Nil moræ territi Frajapanes, præsertim Dominus Leo, impietate subdola pius, Papam illico reddidit, pedes ejus amplexans clamat irremissius, Domine miserere: & sic peccatis nimiis exigentibus, ut iterum Ecclesiam elatis cornibus ventilaret, evasit.

Supervenit se Centio prostus in ecclesia,
accursu procerum ac populi liberatur.
** alias Beccoporsina*

7 Tunc sanctus Papa levatur, niveum ascendit, equum; coronatur, & tota civitas coronatur: per viam sacram gradiens Lateranum ascendit, bannis insignibusque aliis eum præcedentibus pariter & sequentibus, juxta Romanum ritum moremque. Sedit itaque Papa, sicut videbatur, in pace frequentabant eum Comites & Barones: & qui pro responsis aliquibus veniebant, recipiebantur benigne; &, donec finito negotio pro quo cuncti convenerant accepta benedictione redirent, tamquam a patre filii benigne per omnia tractabantur: itaque Curia tota in pace habebat omnia, quæ per Dei gratiam possidebat. Rediere omnes illinc atque istinc extra Urbem morantes; rediit inter alios Hugo magnus ac nimium honorabilis a Circæa arce, quam ei, ob rabiem Teutonicam iterum præcavendam, ad omnia providus quondam Pascalis Papa homini nobili & illustri noviter commendaverat: quamquam Papa novus (quod utinam non fecisset! nam paulo post ultra modum pœnituit) reddi Terracinensibus per nuntios apicesque mandavit. 17

& inducitur in Palatium:

8 Omnibus igitur undique congregatis, conferebatur ab omnibus, quando certis temporibus Papa & E
promoveri pariter & consecrari deberet: equidem Diaconus, non Presbyter erat. Sed antiquus hostis, cen fecit olim in cœlo, pacem tantam in longum nulla durare penitus ratione permisit. Nam cum hæc agerentur, quidam intempestæ noctis silentio ad dictum D. Hugonem Cardinalem directus est (ab uno videlicet, cui eatenus non parva copia inerat, amicorum) qui & Henricum, dictum Imperatorem Romanum, armatum contra Papam in S. Petri Porticum diceret adventasse. Quid morer? nec opus est. Papa per Cardinalem præscivit: & (sicut, jam pene senio & infirmitate confectus, fugere tam repente non poterat) manibus adducitur famulorum: & sic caballo subvectus, ad domum Bulgamini nocte ipsa confugiens, latuit.

jamque ordinandus, supervenit ei Henricus,

9 Fugimus & omnes cum eo. Mane autem facto turbati omnes atque stupefacti (quia nec tute remanere in Urbe, neque per terram, via undique spinis septa, fugere poteramus) fuit nempe consilium ut fugam caperemus per mare, quod & factum est: siquidem flumen Tiberim maturato intravimus, & per galeas duas ad portum usque descendimus. Cœlum & terra & mare ubique, & pene omnia quæ in eis sunt, adversum nos conjurarunt: nam cœlum gravem pluviam, grandines & tonitrua, coruscationes ac fulgura frequentabat: mare ac Tiberis tam duris tempestatibus Petri Vicario rebellabant, ut vix in portu vivi remanere possemus, nedum mare intrare. Sæva insuper jam F
per ripam Alamanorum barbaries tela contra nos mixto toxico jaciebant: minitabantur etiam nos intra aquas natantes * pinnacei igne cremare, nisi Papam & nos in eorum manibus redderemus: &, credo, capti essemus, si nox & ira fulminis illos non impedisset. Quid ad hæc, quid miserrimi facerent? Ceperunt, imo cepit D. Hugo Cardinalis & Presbyter Papam nostrum in collo, & ad castrum S. Pauli Ardeam de nocte sic portavit. Die vero altero in aurora rediere Teutonici, prædam de nobis facere gestientes. Juratum est eis tandem quia Papa fugisset, &, Deo tibi gratias, recesserunt a nobis.

ergo evadit cum suis per mare.
** empicco?*

10 Interim retentavimus si mare adhuc valeremus intrare: Papam de nocte reduximus, cum eo non sine periculo marinos fluctus attigimus, & die tertio ripæ Terracinensi vivi vix applicuimus, & in quarto portum Gajetanum intravimus: ubi ab illis hominibus nimis honorifice & suscepti fuimus & benigne tractati. Discurrit fama per terram & per vicinias illas. Convenerunt Archiepiscopi, Sennes Capuanus, Landulfus Beneventanus, Alfanus Salernitanus. Maximus Neapolitanus, Riso Barisanus. Hubaldus Tranensis, Bajalardus Brundisinus, & quam plures alii de Apulia &

Terracinam:

Ca-

A Calabria, cum Guiliermo Trojano & diversarum regionum Episcopis, Gibaldus Abbas Casinensis, & Sigenulfus de Caveis cum Abbatibus aliis. In præsentia quorum idem Dominus Papa, per manus Lamberti Ostiensis, Petri Portuensis, Vitalis Albanensis Episcoporum, cooperantibus Archiepiscopis & Episcopis multis, assistentibus aliis viris religiosis, & cum eis Guillermo Duce Apuliæ, Roberto Principe Capuano, Roberto de Aquila, aliisque Baronibus pluribus, qui tunc ei omnes fidelitatem fecerunt, existente Clero ac populo infinito, sancto dictante Spiritu, & effectus est Presbyter, & in Papam Gelasium infra Kalendas Martii consecratus: ubi Petrum Rusum Diaconum Cardinalem, Baronem Subdiaconum, & me Pandulfum Hostiarium (qui hæc scripsi) in Lectorem & Exorcistam promovit, & plures alios in minoribus gradibus ordinavit: Lætum nomine, Verulanum Episcopum, a D. Pascale Papa factum atque depositum, suæ dignitati restituit; Chrysogonum Diaconum, Cancellarium fecit: ibique per totam Quadragesimam demorantes, festivitatem Paschalem Capuæ solenniter celebravimus.

ubi solemniter ordinatus. *ipse Ordines varios confert:*

11 Nobis vero sic jam quomodolibet respirantibus, B supervenere qui dicerent, quod Gajetæ per susurrum primum senseramus, Henricum illum barbarum, quemdam Mauritium nomine Bracharensem Episcopum, quasi novum simulacrum, in loco Papæ struxisse: & sic illum intrusum Papam suum Gregorium nominasse. Ecce de recidivo vulnere recidimus in typum antiquum. Addidit nuntius inde, quod castrum prope turriculam, a Fratribus S. Andreæ detentum, idem barbarus obsideret. Resumpsit Papa vires: Duci Guillermo ac Principi Capuano Roberto aliisque Baronibus dedit firmiter in mandatis, ut omnes contra barbarum arma cito pararent. Dixit, & factum est. Paratur Papa ad reditum: redeunt Barones cum eo. Inde ad S. Germanum, videlicet Casinense cœnobium, devenimus; ubi Guillermum Ducem per dies aliquot expectavimus. Interim Laudo Dominus de Turricula, Oddo, Costus ac Gilolphus fratres ejus cum eo, acriter cum Rege pugnabat: faciunt contra machinas, vimina, balistas & arcus. Ibi primum rete contra petrarias ab astuto illo tyranno, ad turres operiendas, damnum plurimorum & proficuum multis ingenium, exquisitum & inventum est. Ibi, mirabile dictu! canis, fidele animal, * armico cuidam ipsorum Dominorum Castellulo, breves suspensas a collo, modo Turriculam intrans, modo de eadem ad Runcum C festinato egrediens, alternatim illis Dominis, extrema multotiens quæcumq; sibi dictaverant utens quodammodo ratione, fideliter quotidie reportabat.

intelligit Romæ creatum Antipapam; *& castrum Turriculæ obsessum,* ** an Arnimo ... Castellano.*

13 Venit Dux ad Papam interea: tum cœperunt reditum maturare. Quod Henricus persentiens, infecto negotio ab Castello remotus est, & via ipsa qua venerat, irato sibi Domino, Alamaniam rediit, idolo quod plasmaverat in urbe relicto. Tunc Papa vellet multum, quam reddi nimis inconsulto præcepit, Circæam arcem habere. Igitur Dux & Princeps cum Baronibus rediere: Papa in propria, scilicet in Campaniam, veniente, sui eum non sine pretio receperunt: & ita pedetentim, magis peregrini quam domini, Romam, sicut Deus novit, intravimus. Latuit Dominus Papa, melius quam hospitatus est in ecclesiola quadam, quæ S. Mariæ in Secundo cereo dicitur, inter domos illustrium virorum Stephani Normanni, Pandulfi fratris ejus, & Petri Latronis Corsorum: ibique de imminentibus periculis, præsertim de intrusione Burdini, cum tota scilicet Ecclesia diligentius conferebat. Cui quidam de Cardinalibus, Desiderius S. Praxedis, prope etenim erat festivitas (quod utinam non cogitasset!) ad cantandum in ipsamet ecclesia Missam simpliciter cum quodam vespere invitavit, sed nimium simplicius a Papa est concessum. Die autem crastina, D etsi displicuerit multis, quia ecclesia esset in fortiis Frajapanum; freti tamen Stephani Normanni & Crescentii Gajetani, ejusdem Papæ nepotis, antiquis strenuitatibus, itum est et cantatum.

Digresso deinde Henrico Romam clam redit; *ubi temere se exponens ad festum S. Praxedis,*

13 Necdum adhuc celebratis Officiis, ecce cum non parva manu militum & peditum & aliorum procacium impii Frajapanes apparent, irruunt, lapides & spicula mittunt, nostros affligunt, multi pauculos atterunt. Resistit miles Normannus & Crescentius gloriosus cum eo: resistunt undique nostri. Jacula mandata remandant, ensis atteritur ense, lancea retusa retunditur;

denuo invaditur,

Hinc pedites, illinc miles cadit undique stratis:
Undique pugna gravis. Papam cupit iste tenere,
Iste tuetur eum; miles utrimque cadit.

Turba ruunt, pedites saliunt muros, capiuntur ex nostris aliqui, non tamen eximii. O quantus luctus omnium! quanta præcipue lamenta matronarum! quæ Papam solum, tamquam scurram, per campos, sacris pro parte vestibus restitutum, quantum equus poterat, E fugientem viderunt. Hunc Crucifer sequitur: cecidit: muliercula quem tunc invenit, abscondit, sonipedem Crucemque recondit, & in sero reduxit.

14 Jam quota parte diei acriter est ab utrisque pugnatum! Cum Stephanus Normannus, credens papam in tuta fugisse, taliter Frajapanes alloquitur: Quid, inquit, facitis? quo ruitis? papa, quem quæritis, jam recessit, jam fuga elapsus est: numquid & nos perdere cupitis? Et quidem Romani sumus, similes vobis, & si dici liceat, consanguinei vestri. Recedite, rogo, recedite: ut & fessi pariter recedamus. Ad hanc itaque vocem nepos ejus Leo Frajapane gemebundus, audiens papam liberatum, cum insano fratre Centio aliisque recessit: redierunt & nostri, non omnes. Interim papa, utrobique petitus, demum intra campos, S. Pauli ecclesiæ adjacentes, fessus, tristis, & ejulans inventus est & reductus. Die illo prandium cum cena fit unum: inter spem & metum animi cunctorum nutabant dolentes. Et quantum ad diem, per longa tempora memorabilem, consiliatum est: nox consilium dirimit.

& fuga elapsus,

15 Sane die altero quique secundum libitum hæc & illa audentes, papa post omnium sententias dixit: Viri fratres & filii, sicut non longe malum est, ita non longo opus est nec novo sermone: sequimini patres nostros, quoniam valde bonum est antiquos sequi parentes: sequamur nihilominus Evangelium; quandoquidem vivere in ista civitate non possumus, fugiamus in aliam: fugiamus Sodomam, fugiamus Ægyptum. Veniet, crede mihi, veniet aliquando tempus, cum vel omnes pariter, vel quos Deus permiserit, flante Austro, redibimus, & tempora meliora redibunt. Ego coram Deo & Ecclesia dico, si unquam possibile esset, mallem unum Imperatorem quam tot: ubi unus nequam, saltem perderet nequiores, donec quoque de illo evidentem justitiam faceret Imperatorum omnium Imperator. Ad hoc omnes pariter una voce clamaverunt, Fiat sic; Fiat, jungentes tertio, Fiat. Singula itaque singulis, juxta modum omnium ac mensuram, omni tarditate seposita, Ecclesiæ ministeria personis assignata sunt & concessa. Venerabilis D. Petrus Portuensis Episcopus loco papæ Vicarius constitutus: Cardinales aliqui ei sunt in auxilium sociati. Viro reverendissimo & sagaci, Domino & avunculo meo, Hugoni Cardinali Apostolorum, Beneventanæ Urbis custodia, prout postea videbimus, non sine Spiritus sancti oraculo, est commendata. Nam paulo post deficiente papa, nisi ipse resisteret & mille modis sagaciter obviasset, Normanni illam hodie, & non papa, tenerent. Nicolao seni Cantorum Schola conceditur; Petro dicto Præfecto, per quem Do-

decernit secedendum in Galliam, *Officiisque in Urbe ab sentiam ordinatis,*

A Domino nostro sanctæ memoriæ Papæ Pascbali plurima mala provenerunt, occasione ista (etenim aliter vix fecisset) Præfectura Urbis, nequam & indignissimo homini, stabilitur. Princeps & clypeus omnium pariter Curialium, Stephanus Normannus, collaudantibus omnibus Protector ac Vexillifer, in Dei Patris nomioe, nimis efficaciter ordinatur, & ad Urbis custodiam cum jam dictis aptatur.

die 2. Septemb. juxta Chroni. con Beneveno Pisas appulit,

16 Navibus interea pluribus aliis pro tempore præparatis, quia per terram non poterat, nobis Beneventum jungentibus, Papa mare intravit, * atque post dies aliquot Pisas prospere applicuit. Exierunt cum eo Domnus Joannes Cremensis, Guido S. Balbinæ, & de Diaconis Cardinalibus Domnus Petrus Leonis, Gregorius S. Angeli, Rosæmannus atque Chrysogonus. Sed & de Romanis Nobilibus Petrus Latro & Joannes Bellus, frater Petri Præfecti, & quidam minores alii Clerici sive laici, præter ipsorum domesticos & custodes. Hi omnes cum Papa simul, honorifice satis atque solenniter ab innumera Cleri ac populi multitudine Pisis recepti sunt & tractati. Ubi idem B Papa inter alia multa super verbo Psalmistæ, Dixi pronuntiabo adversus me injustitias meas Domino, & tu remisisti impietatem cordis mei, sermonem talem habuit, qualem certe vix faceret Origenes in carne. Ibidem igitur aliquamdiu commorans, quæque sui officii libertate plenaria tractans, mare iterum introivit, & sic ducente Domino portum S. Ægidii sanus cum suis omnibus & incolumis attigit: ubi a venerabili Abbate Hugone ac illius monasterii Fratribus undecumque confluentibus cum maxima laude est & honore susceptus. Qualiter quoque inibi, quam bene, quam largissime ab eis fuerit diutius pertractatus, satis manifestum est. Illic omnes Episcopi atque monachi, nobiles atque ignobiles cujuscumque ordinis, pari modo conveniunt, quique pro suo modulo deservire parati. Abbas Cluniacensis D. Pontius adveniens, cum munusculis aliis, triginta equitaturas præparavit, decem vero Abbas S. Ægidii cum donariis aliis: cum quibus & cum aliis equitavit Domnus Papa per terram illam. In viciniis quoque illis, cooperantibus urbium vicinarum plurimis Episcopis, ecclesiam S. Cæciliæ de Stagello, ecclesiam S. Silvestri de Fillavo, S. Stephani de Tornaco dedicavit, & C terminos lapideos infixit, quos absque maledictione perpetua, nulli unquam ad damnum vel loci vel alicujus rei transgredi quandoque licebit.

Inde in Provinciam,

ac denique Cluniacum

17 Inde Papa ingrediens absque mora, per Podium in Franciam properavit: & inter villas alias, ubi fuit vice B. Petri susceptus, Cluniacense adiit monasterium: in quo, juxta tanti loci potentiam & secundum quod Apostolicum virum condecuit (receptus est) omnesque bene & optime intrarunt cum eo: Archiepiscopi & Episcopi terræ, sed & Reges & Principes, tamquam si Petrum viserent, tam per se quam per nuntios, cum non parvis muneribus sedule eum frequentabant. Qui omnes unanimiter a tanto Patre ac Domino plenioribus brachiis caritatis amplexi, de lætis qui veniebant lætiores effecti, demum cœlestibus ferculis medullitus epulati, redibant. Tractabat vir laudatissimus, qualiter & his quos secum duxerat, & quos in urbe reliquerat, in omnibus & per omnia provideret. Et quidem multa jam ad libitum Domino juvante peregerat; cum jam quasi in portum fere le deductum congaudens, subita passione correptus, quam a costa Græci pleuresin appellari jusserunt, suis ac multis Fratribus undique convocatis, facta Confessione ac sumpto Corpore cum Sanguine Redemptoris, & juxta formam monasticam strato terræ corpusculo, sancta illa anima carne soluta est, hinc ad cœlum Petro duce conscendens. Corpus honorabiliter intra limen Cluniacensis cœnobii requiescit in pace.

ubi pleuresi correptus moritur;

Amen. Quem Romani, qui aderant & qui Romæ D remanserant, Clerus omnis ac populus, & defleverunt tunc, & quasi patrem justitiæ nolentes consolari deflebant: & cessavit Episcopatus dies xv. *scilicet usque ad Creationem successoris: nam ejus Ordinatio non prius facta est, quam Roma redissent, qui electionem illic approbandam eo pertulerant.*

18 *Porro ex duabus hujus Papæ Epistolis apud Baronium, quarum altera pridie quam discederet ab Urbe, Pisas indeque in Galliam navigaturus, data legitur* Romæ, per manum Chrysogoni S. R. E. Diaconi Cardinalis, Kalendis Septembris, Indictione duodecima, anno Dominicæ Incarnationis MCXIX. Pontificatus autem Domini Gelasii Secundi Papæ anno Primo; *altera* apud Sanctum Ægidium VII. Idus Novembris, *usdem Indictione & anno, intelligitur stylo Curiali tunc usitatum fuisse ut Indictio ab ipsis Kalendis Septembris inchoaretur, & annos more Pisano novem mensibus præverteret Kalendas Januarii. Ast ejusdem Epistolam, post Antipapæ promotionem data Cajetæ ad Episcopos Galliæ, mendose subscribitur* decima septima Kalendas Februarii, *quando adhuc vivebat decessor Paschalis; ideoque recte corrigitur a Baronio, substituente mensem* Aprilis. E

Ratio anni & Indict. in bullis.

19 *Alphonsus Ciacconius, Cardinalium quotquot potuit nomina primus aggressus colligere sub suo quæq; Pontificatu; incipit in hoc* Gelasio, *distincte enumerare eos, qui cujusque Pontificis electioni interfuerunt, eo quo a Decessorum aliquo creati sunt ordine; primum E*piscopos, *deinde* Presbyteros, *tertio* Diaconos. *Sed per prolepsim intelligendus est hic auctor Episcopis concedere jus electionis, & eos Cardinalibus annumerare: cum neutrum illis hac ætate competeret, uti intelligitur primo ex hujus ipsius Pontificis Vita, valde expresse id testante: deinde ex epistola* Petri Portuensis *Episcopi ad Episcopos quatuor Innocentianæ partis contra Anacletum, ubi quod circa Pontificem officium sit Episcoporum suffraganeorum Romanæ Sedis iisdem fere, quibus hic Petrus, verbis explicat, cum ait:* Nec vestrum, sicuti nec meum, fuit eligere: sed potius electum a Fratribus (*Cardinalibus scilicet*) approbare. *Atque ita in epistola quam ad sui justificationem direxerunt* Lothario Romanorum Regi Fratres qui Romæ sunt, *primum nomina sua scribunt* Cardinales Presbyteri & Diacones *universim viginti quinque, deinde* Petrus Senex Portuensis Episcopus ...... cum reliquis Romanæ Ecclesiæ suffraganeis, Subdiaconi omnes, Primicerius cum omni Schola Cantorum, Petrus Basilicæ Salvatoris quæ appellatur Constantiniana, Archipresbyter ...... cum reliquis Romanæ Ecclesiæ Archipresbyteris, & cum omni Clero Romano, Anastasius Abbas S. Pauli ...... cum reliquis Abbatibus. F *Ubi vides accurate servatum, cujusque ordinem, quoad Electiones: nam in subscriptionibus Synodalibus, & Pontificiorum Privilegiorum subsignationibus, videas semper priori loco nomina Episcoporum, utpote in sublimiori gradu positorum, deinde Cardinalium: & hunc ordinem etiam tenet Petrus eos recensens, qui ad hanc Electionem convenerunt.*

S. R. E. suffraganei Episcopi quomodo Cardinalibus accensi.

20 *Hic vero addiderim ex Italico itinere Mabillonii pag. 147. prædictos Pontificis Romani Suffraganeos, aut eorum saltem duos, media ætate vocatos* Episcopos Urbis, *ut qui in sui tituli civitate vix unquam, in Romana semper residebant, tanquam Episcopi (ut nunc appellantur) Vicarii. Id autem eruit ille ex hac inscriptione, Romæ in ecclesia S. Mariæ de Capella, olim ad Pineam dicta;* Anno Dom. MXC. Ind. XIII. mense Mart die XXV. dedicata est hæc ecclesia S. Mariæ quæ appellatur ad Pineam, per Episcopos Urbis, id est, V. (*Ugkello, Ubaldum*) Savinensem, & Joannem Tusculanens. tempore D. Urbani II. Papæ, in qua sunt Reliquiæ &c. *Atque ita idem Mabillo notat ex Chartario Farfensi,*

quod

A *quod* Dodo, Episcopus sanctæ Romanæ Ecclesiæ, dedit libras quinque pro rebus post mortem, mense Octobri, temporibus Benedicti VIII. *id est intra annum* MXII. *&* MIV. *eumque putat etiam fuisse Sabinensem Ugbello præteritum, qui proinde fuisset successor Rainerii anno* MLII. *ex Chronico Farfensi. Denique aliud diploma sibi visum ait, ubi iidem vocantur* Romani Episcopi. D

GREGORIUS ANTIPAPA.

MAURITIUS BURDINUS, natione Gallus, Episcopus Bracharensis in Lusitania, ab Henrico V. Germaniæ Rege, contra Gelasium II. elevatus sub nomine GREGORII, anno MCXVIII. XVI. Martii, feria VI. & verosimiliter coronatus XVII. in Dominica, anno sequenti ad famam venientis Callisti Sutrium se recepit, unde post usurpatæ Sedis annos III. mensem unum, dies III. vel IV. circa XX. Aprilis anno MCXXI. relegatus in monasterium Cavense ad pœnitentiam, denique in castro Fumonis obiit, ignobili sepultura conditus. *Intrusus an. 1118.*

TEmpus, *quo intrusus est, indicat* Gelasius *Papa Ep. 1. sic scribens:* Ille, *scilicet Henricus*, die post electionem nostram quadragesimo quarto, Mauritium Bracarensem Episcopum, anno præterito a Domino prædecessore nostro Paschali Papa excommunicatum, in matria Ecclesiæ gremium ingessit. Qui etiam cum per nostras manus Pallium accepisset, eidem Domino nostro & Catholicis successoribus, quorum primua ego sum, fidelitatem juravit. *Cetera in sequentis Pontificis vita aliquanto prolixius explicantur: unde hic addo, ex Chronici Beneventani auctore coævo, diem quo Romam super Camelum captivus perductus* Burdinus *est, fuisse* 12. Kal. Majaa. B *relegatus 1121.*

2 *Stephanus Baluzius Miscellaneorum suorum tomum 3. finit cum ejusdem* Burdini *vita, ex variis auctoribus erudite prolixeque collecta; ubi primo* Mauritium *nomine, familiæ cognomento* Burdinum, *censet dictum; priori dumtaxat usum ex more Episcoporum, mox utque Episcopus factus est; posterius Romanis magis arrisisse, quia in eorum lingua* joculare *aliquid significabat. Veresimile etiam putat* Usercæ, *modico oppido in Lemovicibus, natum, ibidem monachum Benedictinum fuisse; unde nihil prius curarit quam monasterio illi confirmare & augere privilegia sua, statim ac Sedem Pontificiam & auctoritatem cœpit usurpare. Docet virum doctrina virtutibus & auctoritate apud Paschalem Papam insignem fuisse, priusquam schismati consensisset. Objecta etiam crimina satis efficaciter diluit; imo & in ipso Papatu, ex auctoritate Imperatoris suscipiendo, quadamtenus eum nititur excusare: certe inter scriptores antiquos nonnihil dubitatum fuisse de causa ejus demonstrat. Baronii atque Roderici Toletani varios circa eumdem errores chronologicos solideque refutat, ac denique tragicam ejus dejectionem exponit, quam* Callistus II. *in antiqua Camera Lateranensis palatii depingi curavit: ubi inquit Suggerius*, ad tantæ ultionis memoriæ conservationem, sub pedibus Domini Papæ conculcatum depinxerunt: *omnibus autem per encyclicas suas significavit datas ipso die* Sutrii V. Kal. Maii. *Negat porro in monasterio Cavensi obiisse, sed ab* Honorio II. *eductum anno* MCXXIV. *in arcem Fumonis translatum esse (eadem in qua postea S. Petrus de Murrone post depositum cum* Cœlestini V. *nomine Pontificatum, a Bonifacio VIII. clausus vitam finivit) & esse ex recentioribus, qui (sed absque ullo veterum testimonio) scribunt, usque ad* Eugenii III. *tempora vixisse. Ita ille de viro* quem multum quilibet revereri *(ut ait Malmesburiensis lib. 5.)* & pene adorare pro viva & magna industriæ specie debuisset, nisi tam famoso facinore enitescere maluisset. C *Vita a Baluzio scripta.* E

3 *Idem Baluzius ex Pandulfo aliisque haberi putat, quod* Gelasius *electus fuerit* VIII. Kal. Februarii, *id est,* VII. *die post obitum Paschalis; adeoque intrusum pro eo* Burdinum *fuisse* VII. Idus Martias *in sabbato. Septem dies videntur quidem sufficere potuisse, ut audita Cassini Paschalis morte Romam accederet Joannes: sed cum constet, non nisi* post disceptationem diuturnam, nunc hæc nunc illa petentes Cardinales, tandem aliquando concordasse ut D. Cancellarium Papam eligerent & haberent, *standum auctoritati Epitaphii, collati cum Chronico Beneventano, unde sequitur, sub ipsas Kalendas factu electio* Gelasii, *atque adeo intrusio* Burdini *differenda ad* XVI. Martii; *quam si Dominica proxima secuta est (uti secuta videtur) Coronatio sacrilega, non potest ea facta fuisse nisi die* XVII. *Dominica* III. *Quadragesimæ.* *Ratio temporis.* F

CLXIV. CALLISTUS II.

CALLISTUS, natione Francus, Filius Guilielmi Burgundionum Ducis, antea Guido Archiepiscopus Viennensis, imperantibus Henrico V. & Joanne Comneno, creatus Cluniaci anno MCXIX. XIV. Februarii; coronatus ibidem, post reditum nuntiorum Roma, adulto Martio aut fortassis ipso die Paschatis, XXX. ejusdem; præfuit Ecclesiæ annos V. menses IX. dies XXVIII. defunctus XIII. Decembris MCXXIV. sepultus in Laterano XIII. ejusdem mensis: & vacavit Sedes dies III. seu verius XI. vel etiam XV. *Ab an. 1119. ad 1124. an. 5. m. 9. d. 28.*

1 GEnus *ejus sic expresse notat Ordericus Vitalis in fine libri 2. & lib. 12. sic de eo loquitur:* Guido Archiepiscopus Viennensia, in Callixtum Papam, IV. Nonas Februarii, electus est. Ibi Lambertus Ostiensis & Boso Portuensis, Cono Prænestinus & Joannes Cremensis, aliique plures de Romano Senatu Clerici affuere, quibus spectabilis prærogativa concessa est Papam eligere & consecrare. Inthronizatus est itaque Guido, ab adolescentia castus, religiosus, largus; in opere Dei fervidus, & multis pollens virtutibus. Hic filius fuit Guilielmi Testhardie (*id est Audax-caput*) Ducis Burgundionum filius, quem Rainaldo Duci peperit Adeliza filia Ricardi II. Ducis Normannorum. .... Sic de Regali progenie ortus, frater Ducum, consanguineus Regum & Augustorum, laudabilium imbutus nectare morum, provectus *Magna ejus nobilitas,*

ctus est ad summum Pontificatum. *Suggerius Abbas S. Dionysii, hoc seculo scribens, vocat* Imperialis & Regiæ celsitudinis derivativa consanguinitate generosum, multo generosiorem moribus, strenuum virum, ac incomparabiliter genere nobilem. *Similiter fere Auctor Vitæ*, consanguinitatis lineam a Regibus Alemanniæ, Franciæ, Angliæ ducentem *describit: quæ sic explicant Sammarthani, in Archiepiscopis Viennensibus*: Guilielmi II. Burgundiæ Comitis (*nec enim Duces adhuc vocabantur*) ex Gertrude Matisconensi quintus natu filius, frater Raioaldi & Stephani, Comitum Burgundiæ, Hugonis Bisonticensis Archiepiscopi, Raimundi Comitis Burgundiæ & Galliciæ, Mariti Urracæ filiæ Alfonsi VI. unde Hispaniæ Reges stirpe materna propagati sunt. Inter alias sorores habuit Gislam, Comitis Mauriennæ Humberti uxorem, e qua Sabaudiæ Comites & Duces, ipsaque Adelais Ludovici VI. Grossi uxor prodiere.

Ratio anni Pontificalis

a *Conditio sub qua acceptavit Pontificatum die* XIV. *Februarii, fecit ut is qui ordinatione Episcopali non egebat, vere ac plene ab illa die Episcopum Romanum se crediderit: quare in scribendis Bullis, bujus potius quam Coronationis diu post secutæ babuit rationem; sicut persuadent ea quæ inter Epistolas ejus sunt, 3. 13. & 22. datæ,* XV. VIII. *&* V. kalendas Martii, *omnes convenientes in eo quod sint expeditæ* Indictione XIII. Incarnationis Dominicæ anno MCXX Pontificatus autem Domini Calixti II. Papæ anno secundo: *qui adhuc primus debuisset nominari, si circa finem Martii præcedentis solum inchoatus censeretur Pontificatus. Sunt quidem inter easdem epistolas duæ quæ ambiguam id alicui facere possent, scilicet 17. & 12. quia datæ notantur anno* Incarnationis MCXX. Pontificatus I. *idque* VI. *Idus* Maii *&* II. Kal. Julii: *sed utrobique annotata Indictio* XII. *conveniens anno* MCXIX. *non* XX. *probat, non hunc, sed istum originaliter scriptum fuisse, qui erat Pontificatus primus, quomodocumque is inchoetur. Hoc tamen quia non sunt secuti ceteri deinceps annos, ex Ordine Episcopali assumpti, sed plerique majorum more annos sui Pontificatus protrahebant usq; ad anniversarium ordinationis suæ; ideo, quoties ex ipsorum Bullis demonstrare potero ab utro die quis duxerit initium annorum suorum, decrevi in Synopsi Chronologica, cujusque nomini subjecta, diem talem signare asterisco*, atque hic incipio. Vitam* Pandulfus (*uti sese ipse hic nominat*) *scripsit, sed quantum ex transcriptis apud Baronium possumus intelligere, copiosius quam extet in nostro Ms. eam tamen, uti apud nos est, ita hic damus, donec plenior contextus integer prodeat,*

VITA

Auctore Pandulpho coævo.

Electus in Gallia,

CAlixtus II. qui & Guido, natione Francus, consanguinitatis lineam a Regibus Alemaniæ Franciæ atque Angliæ ducens, præfuit Ecclesiæ annos V. menses ..... Hic a Cardinalibus, qui cum Papa Gelasio, jam Cluniaci sepulto, in Franciam venerant, dum esset Archiepiscopus Viennensis, in Papam Calixtum est electus. Qui se indignum iterato reclamans, idcirco modis omnibus resistebat, quia incertum habebatur a multis utrum Romæ ratum, factum hujusmodi teneretur. Propter quod vix cappa rubea amiciri sustinuit, donec nuntii redeuntes a Roma per D. Petrum Leonis (nam iste nimium laboravit in verbo, propter Diaconum filium suum Petrum Leonis, qui potissimum Franciæ (adeundæ) peregerat causam) per Præfectum & Consules, per Clerum atque populum, una voce ac litteris electionem ipsam canonice vereque firmarent. Hoc igitur omnium subscriptionibus optime roborato, tunc Papa solenniter a Lamberto Episcopo Ostiensi & aliis quamplurimis in Dei nomine consecratus, simul cum omnibus Romanum iter incepit. *Non tamen ita cito, ut hisce lectis videri alicui possit; non enim abiit nisi sequenti anno. Patet hoc primo ex Chronico Malleacensi, asserente, quod Callixtus* ipso anno *suæ Electionis* tenuit duo Concilia, unum Tolosæ & alterum Remis, in quo excommunicavit Regem Teutonicorum Henricum: *deinde ex Orderico Vitali, sub medium libri sui* 12. *narrante, quomodo* Callixtus Papa mense Novembris in Neustriam venit, & Gisortii cum Rege Anglorum *Henrico* colloquium habuit, de reformanda pace *cum Rege Franciæ Ludovico VI. quod etiam ei successit*. Anno *autem* MCXX. Indictione XIII. Ecclesiasticis rebus in Gallia bene dispositis, Italiam adiit, & ingens Nobilium utriusque Ordinis agmen secum duxit. *In hoc autem itinere (ut ad Auctorem Vitæ redeam)* ventum est in Provinciam, in qua S. Juliani ecclesiam, cellam Psalmodiensis cœnobii, idem Papa nimium celebriter dedicavit. Inde per S. Ægidium Romam non multo post sanus & incolumis rediit.

Roma confirmatus,

illuc redit.

& pace facta cum Henrico Imperat.

5 Ubi a dicto Petro Portuensi ejus Vicario, Cardinalibus Clero ac toto populo, cum tanta gloria est & honore susceptus, quanta diebus nostris nullus unquam fuit Præsul de Roma tractatus. Ibi aliquamdiu commorans, Hugonem Cardinalem a Benevento vocavit. Idem D. Hugo Beneventum tenebat. Cum quo simul & aliis pariter per Campaniam & Casinense cœnobium ipsum adiit Beneventum, ubi fere ac Romæ fuisset gloriose receptus fuit. Venerunt ad eum illico Guillermus Apuliæ Dux, Princeps Capuanæ urbis Jordanus Comes, Rodulfus de Arcola, Jordanus Comes de Ariano, Robertus Comes de Locotello, & innumeri alii, qui eidem ibi hominium fidelitatemque fecerunt. His ita dispositis paulo post Romam per Maritimam rediit. Tunc a Spiritu sancto admonitus, Lambertum Ostiensem Episcopum, D. Saxonem Cardinalem Presbyterum S. Stephani in Cælio-monte, & Gregorium Diaconum S. Angeli, ut pacem in Regno & Ecclesia reformarent, ad Henricum Imperatorem in Alamaniam delegavit. Sed quid plus? Imo totum volo dicere verbo Legati missi in scriptis pacem offerunt: & quemadmodum in Lateranensi palatio tabula privilegio repræsentat, pax ad velle Papæ ab Imperatore simul & recepta est, & perpetuo annuente Domino stabilita. *Rem clarius explicat noster Ms. Chronologus Saxo, his verbis*: Anno Domini MCXXII. Henrici XVII. Callistus Papa revocavit in communionem Ecclesiæ Henricum Imperatorem, dudum ab antecessoribus suis, Paschali & Gelasio excommunicatum. Canonica autem auctoritate sancitum est, ne amplius sibi Regalis potestas usurparet investire spiritualia, sed libera electio fieret a Clero & populo, & sic insigniretur Regalibus per sceptrum. Quod utique confirmaverunt; & sic facta est pax & concordia.

abolitisque investituris

Ad Apuliā tuendam infeliciter avitu.

3 *Pergit porro prior Auctor*: Inde in Apuliam *Callistus*, legatis jam ad Urbem regressis, iterato descendit. Nam Comes Rogerius de Sicilia tunc, nunc autem Italiæ Rex (*ab anno scilicet* MCXXX. *quo titulum hunc ei* Anacletus *Antipapa concessit*) Calabriam & Apuliam ideo licenter intraverat, quoniam Guillermus Apuliæ Dux, ut acciperet Alexii quondam Imperatoris Constantinopolitani filiam, quæ postea ea data non est) in uxorem, Constantinopolim iverat, & terram quæ ei competit Domino Papæ in eundo commiserat. Cumque jam dictus Comes arcem de Calabria, quæ * Miceforis dicitur, obsideret; Dominus Papa ad eum, ut ab obsidione cessaret, Dominum Hugonem Cardinalem direxit. Ivit Cardinalis, & infecto negotio rediit: Papa autem in Comitem

** an Nicephori?*

tem

A tem tali omine surgit, quali & Barenses post eum, sicuti ipsi vidimus, erant insurrecturi: nam fere omnes Cardinales meliores quos habuit in temporibus illis, sed & magnum Hugonem Cardinalem nobilem & industrium, mortuos cum non paucis ex domesticis perdidit: & demum quidquid voluit ipse Comes Rogerius cum Papa semivivo peregit. Rediit ad Urbem in lecto: evasit: & illo anno nongentorum nonaginta septem Episcoporum siva Abbatum numero Lateranum Concilium calebravit: in quo vir Regali stirpe progenitus, sera jam daperditam mundo pacem restituit.

Concilium Lateran. celebrat,

4 Fecit ordinationes in Urbe Cardinalium & Episcoporum quamplures. Primo in Dominum Petrum Leonis, Cardinalem S. Mariæ in Transtiberim, oleum fluxit; Domnum Cresfcentium SS. Marcallioi & Petri, Amicum sanctæ Crucis, Guidonem, S. Balbinæ, Theobaldum S. Anastasiæ, Robertum S. Clementis, cum aliis Presbyteris Cardinalibus: sed & Diaconos Cardinales, Jonatham SS. Cosmæ & Da- B miani, Matthæum S. Adriani, Amcricum S. Mariæ novæ, Angelum S. Mariæ in Dominica, Georgium qui & Tarquinus S. Sergii; Joannem Danserii, virum nobilem de Salerno, S. Nicolai da carcare Tulliano: Sobdiaconos aliquot, meque Pandulphum usque ad Subdiaconatum ipse promovit: innumeros minoris officii Clericos ordinavit. Nemo hunc unquam vidit B. Petri Basilicam absqua donis intrara, nec Missam inibi nisi primitus assignato dono cantare. Hic pro servanda pace turres Centii, domus [tyrannidis] & iniquitatis, dirui, & ibidem non reparari præcepit. Saxa optimæ fortitiæ a Mortaldo Comite emit, & honori S. Petri adjunxit. Cortinas moltas & pallia, candelabra de arganto, * campanas & pavimenta, fundos atque casalia B Petro donavit, & multa per ecclasias alia beneficia contulit. Aquam ad Urbem reduxit: molendina cum vineis juxta lucum aptavit: ecclesiam S. Nicolai in Palatio fecit; Cameram ampliari & pingi, sicus hodie apparet, miro modo præcepit.

Ordinationes facit,

ecclesias ornat,

** id est solaria, tecta plana.*

5 Interea Burdinus in Sutrio prope Romam Ecclesiam persequi, peregrinos prædari, in Papam & in alios maledicta congerere, quæque alia hujuscemodi porerat tam per se quam per alios facare non cessabat. Tunc Papa, fretus abunde, jamque ab omni parte securus, parat magnum exercitum: Joannem Cremensem Cardinalam S. Chrysogoni Sutrium contra Burdinum præmisit: ipse eum e vestigio sequitur. D Demum Sutrii convenitur, pugnatur atrentius: vincitur, capitur Burdinus: adducitur camelo subvectus. Ivit cum victoria Papa contra Gofredum, Landum & Raynaldum, Comites de Ceccano rebelles: & nisi Ranulfi Comitis de Airola intercessisses proditio, fecisset inde Papa qualem justitiam debuisset. Non tamen sine pace custos pacis abscessit: Burdinum in Cavensi cœnobio trudi præcepit: Romam rediit, & in alta paca sedit & resedit.

Antipapam vincit,

aliosque rebelles.

Gaudebat mundus fieret dum Papa Secundus.

6 Sed nulla potentia longa: nam fere antiqua Octaviani tempora redundabant. Jam Christus continue in mentibus fidelium * nascebatur, dum febris inopina proveniens Papam repente consumit, & caput nobis omnibus in solo Papa cecidit. Nec mora, confessus & ordinatus, omnibus ululantibus, obdormivit in Domino: & sic pacis pater cum ipsa pace recedit. Sepultus est Laterani juxta Dominum Paschalem in festivitate S. Luciæ, XIII. *Decembris; adeoque saltem* XII. *ejusdem mensis mortuus. Quare tantæ auctoritatis teste, qualis hic est Pandulfus, id scribente, nequaquam audiendus est, quisquis apud Baronium scripsit quod Callixtus II.* moritus XIV. Kalendas Januarii. E

** id est Adventus tempore.*

7 *Pandulfo testis accedit coævus auctor Chronici Beneventani, cum ait, quod* Papa Callistus duodecimo die stante mensis Decembris migravit ad Dominum, *ubi* τὸ stante, *idem est quod alias* intrante, *opponiturque ei quod supra in* Nicolao II. *dicitur* se convolvente. *Nec mireris, si* XII. *die mortuus*, XIII. *dicatur sepultus: propter periculum quod tunc temporis esse videbatur in mora facienda Electionis; ad quam tamen non solebat procedi nisi post defuncti sepulturam. Porro, ne quis Ordericum Vitalem, quamvis hujus temporis Scriptorem, objiciendum nobis putet, ubi ait, quod* Anno MCXXV. Indictione III. Callixtus Papa defunctus est: *Chronologus enim Saxo expresse annum* MCXXIV. *notavit, quo &* eclipsis solis facta est III. Nonas Augusti, hora quasi sexta, *qualis etiam a Calvisio ex Anglicis scriptoribus adnotatur. Dici quidem posset, quod Annum ab Adventu, Indictionem a Septembri, Kalendas Januarii præcedentibus, ordiatur Vitalis: sed hanc excusationem non recipit annus* MCXXXI. *mortis sequentis Honorii per eundem adscriptus; pateatque ipsum in ejusmodi minus accuratum haberi, vel suo vel transcribentium vitio.* F

Dies mortis

C

CLXV. HONORIUS II.

HONORIUS, patria Bononiensis, antea Lambertus Episcopus Ostiensis, imperantibus Henrico V. & Joannes Comneno, intrusus in Sedem XVI. Decembris MCXXIV. in eadem deinde rite confirmatus post VII. vel XII. dies, & coronatus proxima Dominica a dicta confirmatione, XXVIII. Decembris vel IV. Januarii sequentis; sedit universim annos V. mensem I. dies XXX. defunctus XIV. Februarii MCXXX. sepultus in Basilica Lateranensi, & vacavit Sedes dumtaxat dies II.

Ab an. 1124 ad 1130. an. 5. m. 1. d. 30.

CHronici Beneventani auctor Synchronus, juxta usum a Normannis e Gallia advectum in Italiam, annum MCXXIX. protrahens usque Martium sequentis anni: Eodem, *inquit*, anno Dominus Papa Honorius, medio mense Februarii viam universæ carnis ingressus est ad Dominum: *quod (nescio an ex seipso, an vero ex aliquo veteri Mf.)* XVI. Kal. Martii *interpretatur Baronius, & convenit cum successione sequenti. Interim hujus Pontificatus historiam a Pandulfo descriptam habeat Lectos ex Mf. nostro; ubi eadem forsitan, æque ac superioris Pontificis Vita, contrahitur in epitomen.*

Dies obitus.

2 Hic de mediocri plebe Comitatus Bononiensium genitus, bene tamen litteratus, a D. Paschali receptus est, & in Episcopum Valletrensem promotus. Religiosæ autem memoriæ Calixto Papa defuncto, omnes Patres de Curia, Cardinales & alii, præsertim Petrus Leonis & Leo Frajapane, pariter condixerunt, ut usque ad tertium diem, una simul exinde secundum scita Canonum pertractatent, interim nulla de electione mentio haberetur. Hoc idcirco potissimum Leo Frajapane statuerat, ut infra datum spatium, quod de Lamberto diutius cogitaverat, aliquando quietius perfiniret: nam totus ab hoc populus Saxonem Anagninum S. Stephani in monte Celio Cardinalem, futurum Papam petebant: quos ut de-

Ante constitutum electionis diem

ci-

A ciperet nptius Leo Frajapane, idem simulabat. In sero autem præsenti idem Leo per nuntios unumquemque seorsum de Capellanis Cardinalium præmonet, ut mane summo, cum pluviali rubro sub cappa nigra retento, venirent; & ita, non ignorante Domino, eumdem suum Dominum inducerent. Istud vero ingenium propter hoc adinvenerat, quatenus singulos pro accipiendo de manibus ejus Papatu attentiores redderet, & saltem absque timore venirent. Etenim quidam factum Papæ Gelasio recordantes, convenire timebant.

3 Tandem in crastinum ita illecti, Papam facturi conveniunt; & intra B. Joannis Basilicam, in ecclesiam quæ S. Pancratii dicitur, Episcopi & Cardinales intrarunt: ibique post verba aliquot, Jonathas, SS. Cosmæ & Damiani Diaconus, collaudantibus omnibus, ipso etiam D. Lamberto Episcopo, Theobaldum Cardinalem Presbyterum S. Anastasiæ, in papam Cœlestinum cappa rubea cœlitus induit. Sed patitur Cœlestinus: ego nescio, cur aliquando noluerit. Inceptum est te Deum laudamus gaudendo, Lamberto pariter nobiscum alta voce cantante in ecclesia. Non tamen dimidiato adhuc, Robertus impius Frajapane verti fecit in luctum citharam. Etenim ipse, cum aliquibus consentaneis suis & aliquibus de Curia, Lambertum Ostiensem Episcopum Papam acclamaverunt: deinde in Simiis, quæ ante oratorium B. Silvestri sitæ sunt, sine mora eum composuerunt. Unde licet maxima discordia & tumultus emerserit, tamen postea pacificatis omnibus, & ad concordiam redactis, in Papam Honorium sublimatur, *Cœlestino (ut alibi habetur) eodem quo electus est die, se abdicante.*

violenter abrasus, B

4 *Baronius, ex quodam Codice Vaticano, quem optaremus inventum, rem sic explicat distinctior:* Sed quia electio Honorii minus canonice processerat, post septem dies in conspectu Fratrum, sponte mitram & mantum refutavit atque deposuit; Fratres, tam Episcopi quam Presbyteri & Diaconi Cardinales, videntes ipsius humilitatem, & prospicientes in posterum, ne in Romanam Ecclesiam aliquam inducerent novitatem; quod perperam factum fuerat in melius reformarunt: & eumdem denuo advocantes, ad ejus vestigia prociderunt; &, tamquam Pastori suo & universali Papæ, consuetam obedientiam exhibuerunt.

utroque se abdicante, liberè assumitur.

C *Eadem iisdem verbis referens Wilhelmus Tyrius lib.* 13 *cap.* 15. *pro* VII. *diebus legit* XII. *& ita solum fuisset confirmatus Honorius* XXIX. *Decembris, quo ipso die seu* IV. Kalendas Januarii anno Pontificatus V. *invenitur data Epistola ad Regem Daniæ. Cum autem saltem ab hac die, si non ab alio anteriori, annos sui Pontificatus numerasse* Honorius *dicendus sit, apparet dictam epistolam ad finem anni* MCXXVIII. *scriptam esse; & minus recte fecisse Baronium, cum eam ad annum sequentem distulit. Ad hujus temporis annique jam dicti Acta pertinet, quod de* Honorio *suggerit Chronologus Saxo, qui cum anno* MCXXVII. *narrasset, quod* Eodem anno XV. Kalend. Januarii Conradus, frater Friderici Ducis Suevorum, Regium nomen, machinantibus quibusdam Principibus, tyrannice sibi imposuit; propter quod a tribus Archiepiscopis Moguntino, Salzburgensi, Magadaburgensi, & Suffraganeis eorum excommunicatus est, & ab omni Ecclesia anathematizatus: *hæc, inquam cum narrasset pro fine anni prædicti, pro anno* MCXXVIII. *scribit, quod* Conradus, falso nomine Rex, & Fredericus frater illius cum suis complicibus, a Domno Honorio Papa, in Paschali die, extinctis luminibus, in sancta Ecclesia damnati & excommunicati sunt: Lothario autem Regi, expansis in cœlum manibus, benedicebant & eum collaudabant, vitam & salutem, pacem & victoriam ei a Domino exoptantes.

Lothario Regi rebelles excommunicati.

5 Anno *autem* MCXXX. Honorius Papa obiit. Tunc D Romani divisi elegerunt duos Cardinales, Gregorium, & Petrum Leonem: factaque est inde magna perturbatio & dissensio per totam Ecclesiam. *Parva acta Honorii in Pontificatu paucis sic absolvit Pandulfus:* Hic fecit ordinationes in urbe quamplures plurimorum Diaconorum & minorum Ordinum. Petrum S. Anastasiæ, Comitem S. Sabinæ, Gregorium S. Balbinæ, Matthæum S. Adriani, Hugonem S. Theodorici, Guidonem S. Mariæ in Via-lata, & Episcopos aliquot extra vel infra urbem. Hujus temporibus Pontius quidam Cluniacensis Abbas, ab eo Romæ retentus, ibi defunctus est & in monasterio S. Andreæ sepultus. Non post multum tempus idem Papa, Laterani infirmatus ad mortem, ad dictum monasterii S. Andreæ se deferri jussit, ibique in pace defunctus est. *Cæsar Rasponus in descriptione Lateran. Basilicæ lib.* 1. *cap.* 18. *addit, quod* in Basilica Lateranensi intra urnam marmoream voluit tumulari: *ibidem etiam eum sepultum ajunt Stella & Platina: hic vero subjungit,* Nescio ego quid sibi velit marmor illud, suo nomine inscriptum, quod ante ædes S. Praxedis E adhuc extat. *Rem Platinæ ignoratam discere volui ex Tiberio Petraccio. Ordinis Vallumbrosani Abbate Pistorii, qui ejusdem sui Ordinis Procurator Generalis pluribus annis ad S. Praxedis commoratus fuerat: eoque digresso quæsivi etiam ex aliis, sed nemo hactenus ad S. Praxedem ejusmodi marmor invenire potuit, nedum ejus sensum explicare.*

ejus mors & sepultura.

6 Martinus Polonus, Domini Papa, *Innocentii IV. ut quidam dicunt, alicujus certa ex successoribus,* Pœnitentiarius & Capellanus, *ex Ordine Prædicatorum, non Cisterciensium; ad Archiepiscopatum non Cusentinum in Calabria (ubi aliquem tunc hujus nominis fuisse nulla probant indicia) sed Gnesnensem in Polonia delectus a* Nicolao Papa III *dum eo proficiscitur, Bononiæ in sui Ordinis conventu mortuus sepultusque est anno* MCLIX *sub hujusmodi epitaphio:* S. (*id est Sepulcrum*) Fratris Martini Archiepiscopi Provinciæ Poloniæ. *Hic Romanæ suæ commorationis monumentum minime contemnendum reliquit,* Opusculum ex diversis gestis & Chronicis summorum Pontificum & Imperatorum, per annos Incarnationis Domini, ab ipso Pontifice Jesu Christo & ab Octaviano primo Augusto sive Imperatore, per Pontifices & Imperatores descendendo usque ad Joannem XXI. Papam inclusive; in una pagina ponendo Pontifices eo anno quo creati fuerint; in alia pagina econtra sub eisdem annis, eo anno quo quisque creatus fuit, ponendo F Imperatores. *Idem in Præfatione enumerat Auctores* XI. *quibus potissimum usus est, in quibus præter vulgo notos, & Gotfridum Viterbiensem sæpius citatum, prorsusque ignota Methodii & Gilberti Chronica, laudat* Chronicon Richardi Monachi Cluniacensis, *qui in Vita Venerabilis Petri Abbatis, hujus tempore dicitur floruisse, & scripsisse* ab Adam usque ad tempora Frederici, *scilicet Ænobarbi, id est ultra annum* MCLX. *Laudat item* Chronicon *cujusdam* Gervasii; *sed hunc ignotum mihi esse æque ac alios priores duas fateri malim, quam eumdem facere cum* Ricobaldo Ravennate, *de cujus Pomerio (sic enim appellat, usque ad ann.* MCCC *perducto, pluribus agit Vossius in libro de Historicis Latinis. Etenim chronicon, quo Martinus est usus, multo prius editum legebatur. Utinam vero, tam hoc* Gervasii, *quam istud* Richardi *haberetur, & quid ex iis Martinus sumpserit scire possimus! Nam ipsius Martini Chronicon paucis mutatis, additis, omissis, incipiendo ab* Innocentio III. *qui sequitur, totum fere in suum Ms. transtulit auctor codicis nostri. Fuerit tamen opera pretium Ms. nostri contextum integrum dare, alias fortassis usui futurum accuratiori Martini Poloni editioni. Hoc ergo deinceps fiet, non ut ex Martino, sed ut ex eodem Codice.*

Gesta Pontificum a Martino Polono scripta.

abhinc inserta Ms. nostro.

IN-

A D

CLXVI. INNOCENTIUS II.

INNOCENTIUS, natione Romanus, ex Patre Joanne de regione Transtiberim, antea Gregorius Cardinalis S. Angeli, regnante Lothario per ipsum deinde coronato Imperatore, Constantinopoli vero Comneno, creatus anno MCXXX. XVII. Februarii, & sequenti Dominica XXIII. mensis ejusdem ordinatus coronatusque, sedit annos XIII. menses VII., dies VIII. defunctus anno MCXLIII. XXIV. Sept. sepultusque in Laterano: & vacavit Sedes diem I. *Ab an. 1130 ad 1143 an. 13. m. 7 d. 8.*

1 ANno MCXXXIII. *inquit Saxo Chronologus*, Rex *Lotharius* celebravit natalem Domini in Italia apud castrum quod dicitur Medicina... inde autem progressus, sanctum Pascha celebravit apud S. Flavianum, ac postea III. Kalend. Maii Romam veniens, ad S. Joannem in Lateranis, a Papa & Clero ac Romanis honorifice suscipitur, ibique Pentecosten celebravit, & in ipso sancto die in monte Aventino ad S. Sabinam coronatus processit. Ibidem ergo per sex B continuas hebdomadas commoratus, tandem ex consilio & voluntate Principum, mediante Norberto Archiepiscopo, in præfata Basilica Constantini Imperialem suscepit benedictionem, cum conjuge sua, II. Nonas Junii die Dominica, quæ tunc tertia extitit post solennitatem adventus Spiritus sancti. *Coronatio Lotharii Imp.* *Otto Frisingensis lib. 7. cap. 17. narrat, quomodo* Innocentius *adversus Romanos, Senatum restituere satagentes, laboravit usque ad mortem*; sed invalescente populo, dum proficere nihil posset, lecto cubans, juxta quosdam de futuris visione sibi monstrata, in pace quievit; eique Cælestinus, vir religione & litterarum scientia præditus, cum magna unanimitate electus, successit.... *Ratio temporis.* *Ita ille absque ullius diei expressione, quem tamen ab eo accepisse videtur indicare Baronius, ambigua nimium phrasi utens: indicat autem, nescio unde acceptum* VIII. Kal. Octobris: *quo si vere obiit* Innocentius, *& eo præcise sedit spatio quod ex nostro Ms acceptimus, Episcopatum iniisse debuit* XVII. *Februarii, sicut diximus tertio die post obitum* Honorii *electus, & proxima Dominica fuisse consecratus. Neque contrarium habetur ex Chronico Beneventano, ejus mortem & alterius electionem* medio Februario *ascribente: hac enim phrasis aliquam latitudinem admittit, & ut minimum tres dies complectitur, ante ac post diem* XV. *quorum uno, sub noctem videlicet diei* XIV. *obiisse prior, C & altero, die scilicet* XVII. *eligi posterior potuit summo mane, prius quam extra Palatium sciretur vacare Sedem, sicut infra dicitur factum esse, atque occasio data confiandi schismatis, electis uno eodemque* XVII. *die, hinc* Innocentio, *inde* Anacleto, *tandem habito pro Antipapa. Melius igitur Ciacconius, cum quo facimus, statuit* XIII. kalendas Martii *creatum* Innocentium: *sed erravit cum* X. kal. Martii Dominico *die consecratum ait: littera enim Dominicalis eo anno fuit* E, *atque adeo Dominica primum haberi potuit* VII. Kal. Martii.

2 *His præmissis retinemus diem mortis a Baronio & Ciacconio indicatum, olim fortassis lectum sub Epitaphio, quod in æde S. Mariæ trans Tiberim ab illo restaurari cœpta, & a fratre ejus Petro Episcopo Albanensi absoluta legebatur, postquam illuc ex Laterano illata ossa sunt: cujus quod legi potuit Epitaphii initium sic recitat Floravantes Martinelli.* *translatio corporis an. 1148.* Hic requiescunt venerabilia ossa sanctissimæ memoriæ D. Innocentii Papæ II. de domo Paparescorum, qui præsentem ecclesiam ad honorem Dei genetricis Mariæ, sicut est, a fundamentis sumptibus propriis renovavit..... S.A.D. MCLII. & An. D. MCXLVIII. *post quæ, aliaque nonnulla hic deficientia verba, verisimiliter addebatur spatium sedis, & dies obitus. Verum nec si adessent quidem hæc, & omnia integre legerentur, auderem Epi-* *non satis certo probatur ex Epitaphio olim interpolato,* *taphio toti indubitatam habere fidem; tum, ut litteras* S. A. D. MCLII. *benigne corrigas, scriptumque fuisse putes.* Sepultus anno Domini MCXLIII. *ut etiam translationem ossium factam intelligere velis*, Anno Domini MCXLVIII. *quo possent trahi numeri ultimi; cui non merito suspecta sint verba illa.* De Domo Paparescorum, *cum in nullius hactenus Episcopi, nedum Romani Pontificis Epitaphio inveniatur cognomentum familiæ? Quantumcumque igitur Martinello antiquus visus is lapis sit, vereor tamen, ut probari possit minus quam ducentis annis post* Innocentii *mortem positus, loco alterius vetustioris, & ex hoc cum ista additamento transumptus, numeris etiam per ignorantiam corruptis.* E

3 *Extat ille lapis etiamnum hodie, sed propter altitudinem situs, ac loci obscuritatem, characterumque vetustatem, nemini legibilis, qui scalas non admoverit. Neque id necessarium sibi credidit meo rogatu illuc ingressus Jauningus noster: invenit quippe sub exiguo illo ac vetustiori, marmor aliud amplum, candidum quadratum, cui antiquius Epitaphium, quatenus legi potuit, inscribitur hoc modo:* Innocentii II. Pont. Max. ossa, olim in Basilica Constantiniana prænobili sepulcro condita, & post illius incendium sub Clemente V. huc deducta, ut in æde Virgini sacra cultor etiam mortuus viveret, simplici ac nudo superimposito lapide diu tecta quieverunt, hac tantum inscriptione nota: *nuperque renovato cum incremento elogiorum.*

Hic requiescunt venerabilia ossa sanctissimæ memoriæ D. Innocentii Papæ II. de domo Paparescorum, qui præsentem ecclesiam ad honorem Dei genitricis Mariæ, sicut est, a fundamentis, sumptibus propriis renovavit S.A.D. MCXL & An.D. MCLVIII.

Tam præclaro Pontifici, ad imperium Orbis Christiani sola virtutis voce evocato, tamquam Religionis vindici, defensori Ecclesiæ, Schismatis debellatori, religione in Deum, pietate in pauperes, prudentia ac solertia agendi incomparabili; Regibus, Cæsaribus, aliisque cujusvis Ordinis hominibus per XIII. annorum, mensium VII. dierum VIII. spatium probato, hujus Basilicæ Capitulum & Canonici, accepti beneficii memores, Parenti benemerentissimo, cultæ in Virginem pietatis monumentum, obsequentissimi restaurarunt, an. sal. MDCLVII. *a Canonicis S. Mariæ trans-Tiberim.* F *Juxta hoc ectypum nihil deficeret in veteri Epitaphio ante*, S. A. D. MCXL. *sed legi posset* annum Domini, *atque referri ad* renovavit: *suspectusque fieret Martinellus, ne, volens annum mortis intelligi, de conceptu suo addiderit* II.

4 *Certius quam istud sit, & undequaque sincerum Pontificis hujus monumentum habemus in abside prædicta Basilica, opere musivo expressum, quod licet jam semel comparuerit* X. *Maii ad Acta* S. Calepodii Presbyteri *eodem translati; placet tamen pagina versa iterum exhibere, propter adjunctam memoriam tum* Calixti Papæ I. *cujus primum etiam nomine dicebatur, tum* Cornelii Papæ, *ibidem conditi, &* Julii papæ, *a quo velut ab instauratore appellata quoque fuit* Basilica Julia. *Cur autem iisdem addatur* S. Laurentius, *haud facile causam assignaverit alteram a speciali* Innocentii papæ *erga hunc Sanctum devotione: neque enim ejus*

A D

Ex abside Basilicæ S. Mariæ trans-Tiberim

CALIXTVS PP

PETRVS.

INOCENTIVS PP. LAVRENTIVS. CORNELIVS. PP. IVLIVS PP. CALEPODIVS PBR

Versus hi supremi, in limbo subter imagines ducto et duo subim ordines habentur medio limo

IN QVA, CHRISTE, SEDES MANET VLTRA SECVLA SEDES

DIGNA TVIS DEXTRIS EST QVAM TEGIT AVREA VESTIS

HÆC IN HONORE TVO, PRÆFVLGIDA MATER HONORIS,

REGIA DIVINI RVTILAT FVLGORE DECORIS

CVM MOLES RVITVRA FORET VETVS, HINC ORIVNDVS

INNOCENTIVS HANC RENOVAVIT PAPA SECVNDVS.

ibi Reliquiæ sunt, aut major quam alibi cultus. Excusatum porro me habeant rei antiquariæ studiosi, si litterarum formas non eas videant quas illa ferebat ætas, sed perfectè Latinas: qui enim delineationem curarunt, satis habuerunt prolixiorem scripturam suis communibus litteris ad me transmittere, nec licuit properanti operi ea de causa moram injicere: semel autem sic sculpta abolere, novamque ea sola causa sculpturam curare, non videbatur operæ pretium futurum.

5 *Porro continuatorum ex Martino Polono in Ms. nostro Elogiorum novum hic continuo notamus stylum novumque auctorem quia tempus cessantis post cujusque mortem Episcopatus, hactenus Elogiis seu Actis subjunctum ipso in fine, ponitur sub initium statim post numeratos annos, menses ac dies Sedis: illoque indicato de ipso* Innocentio II. *hæc adduntur:* Hic perrexit ad Rogerium Ducem Apuliæ cum exercitu Romanorum: sed cum suis, cum quibus fugam cepit, captus est ab eo. Hic condemnavit totam partem Petri Leonis cum ordinatione sua. Iste Petrus, Petri Leonis filius, a Cardinalibus paucioribus est electus, & Anacletus est dictus; hostiliter fecit aggredi castra & loca, in quibus se Innocentius cum Cardinalibus receperat. Sed quia sic nihil profecit, cum manu armata ecclesiam B. Petri adiit, & per violentiam habitam aureum crucifixum pendentesque coronas, cum toto *Antipapa Anacletus.*

the-

A thesauro auri & argenti & lapidibus pretiosis, spoliavit. Ciborium quoque, quod S. Leo Papa construxerat, destruxit. Hoc idem ad S Mariam majorem, magno thesauro ditatam, & aliis Urbis ecclesiis fecit. *[margin: ...git Innocentium fugere in Frā...iam,]* Cum quo thesauro postquam pene omnes Romanos corrupisset, Innocentius Papa, nullum in Urbe subsidium habens, cum Cardinalibus in duabus galeis transivit in Galliam, & a Rege Francorum honorifice susceptus est. Postquam in Claromonte & Remis celebrasset Concilia, in reditu pacificatis omnibus Januensibus & Pisanis. Attendens quæ sibi & Ecclesiæ fecerant servitia magna, Januensem Episcopum, qui sub Mediolanensi fuerat Archiepiscopo, fecit Archiepiscopum & Primatem totius Sardiniæ. Post hoc coronato Laterani Lotherio Imperatore, ambo simul intraverunt Apuliam: & fugato Rogerio Siculo, qui Domino Papæ rebellis erat, Lotherius Christianissimus rediit Theotoniam; Papa Romam: *[margin: hujus Romam reversi sepultura.]* ubi solenni celebrato Concilio, sepultus est Laterani in concha porphyretica, miro opere sculpta. *Rasponus, loco jam sæpe citato:* Post Cœlestini sepulcrum, *inquit*, D erat altare dicatum sanctis Quadraginta Martyribus, juxta quod sepultus est Innocentius II. in urna Porphyretica, olim in Adriani mausoleo collocata: quæ deinde urna, corrupta incendio basilica, extra ejusdem vestibulum posita est.

6 *Quod in Bibliotheca Cluniacensi col.* 1396. *extat hujus Pontificis Privilegium, SS. Facundi & Germani monasterio in Hispania* datum Bononiæ, per manum Aymerici S.R.E. Card. Diaconi Cancellarii, Idibus *[margin: & bulla.]* Decembris, Indict. x. Incarnationis Dominicæ anno MCXXXIII. Pontificatus Domini Innocentii Papæ II. anno III. *vitiatum a transcribente fuit in numero Indictionis, quæ* XI. *numeranda erat. Patet correctionis hujus necessitas ex altero ibidem Privilegio, quod scribitur Petro Cluniacensi*, datum in monte Tiburtino, per manum Gerardi S.R.E. Presbyteri Cardinalis ac Bibliothecarii, XIV. Kal. Junii, Indictione V. Incarnationis Dominicæ anno MCXLII. Pontificatus vero Domini Innocentii Papæ II. anno XIII.

E

ANACLETUS ANTIPAPA.

B

PETRUS, natione Romanus, filius Petri Leonis, Cardinalis SS. Cosmæ & Damiani *[margin: Occupavit sedem an. 7. m. 11. d. 22.]* electus a paucioribus anno MCXXX. XVII. Februarii; & XXIII. in Dominica assumpto ANACLETI nomine consecratus; sedit annos VII. menses XI. dies XXII: obiit VII. mensis Februarii anno MCCXXXVIII. in latebris sine pompa sepultus.

[margin: Occasio schismatis nati anno 1130. 17. Februarii,] O*Ccasionem schismatis nemo clarius quam Sugerius Abbas his verbis explicat:* Venerandæ memoriæ summo Pontifice & universali Papa Honorio viam universæ carnis ingresso, cum Ecclesiæ Romanæ majores & sapientiores, ad removendum tumultum, consensissent, apud S. Marcum & non alibi, & non nisi communiter more Romano, celebrem fieri electionem: qui & assiduitate & familiaritate propinquiores Apostolici fuere, timore tumultuantium Romanorum illuc convenire non audentes, antequam publicaretur Domini Papæ decessus, personam venerabilem, Cardinalem de S. Angelo Diaconum Gregorium, summum eligunt Pontificem. Qui autem Petri Leonis parti favebant, ad S. Marcum, pro pacto alios invitantes, convenerunt: Dominique Papæ morte serius comperta, ipsum eumdem Petrum Cardinalem Presbyterum, multorum & Episcoporum & Cardinalium & Clericorum Romanorum nobilium consensu, votive elegerunt.

C

a *Auctor vero Chronici Beneventani successum schismatis sic describit:* Post Innocentium electum, die ipso ad horam tertiam Petrus Portuensis Episcopus, Petrum, filium Petri Leonis elegit pro Anacleto. Deinde Innocentii illius electionem damnantes, Anacleti Pontificis electionem confirmabant. *[margin: ejusque progressus.]* Cumque Leo Frangens-panem qui partem Innocentii sequebatur, cœpit Romanos, cives & fideles suos & amicos, hortari, ut ejus faverent auxilio. Inde Leo, germanus præfati Anacleti, ærario aperto, totum fere populum Romanum rogavit, ut justa vires fratris electionem tueretur: quod & factum est. Sicque ab utraque parte graviter civile bellum sævissimum inceptum est. *Tunc, ut scribit noster Chronologus Saxo*, habita est anno MCXXXI. Synodus Generalis in Quadragesima apud Leodium, præsidente Papa Innocentio, cum numerosa multitudine Episcoporum, Abbatum, & Clericorum diversorum Ordinum, præsente Rege Lothario & Regina Richsa: ibique ab ipso Apostolico & omni Ecclesia inibi collecta excommunicati sunt, Petrus Leonis, Conradus & frater suus Fredericus, cum omnibus, illis faventibus. *Deinde* *[margin: & condemnatio,]* Innocentius papa, iterum collectis ecclesiasticis viris & fidelium turbis, apud Remensem urbem in festo S. Lucæ Evangelistæ, generali Synodo per aliquot dies præsidebat.

3 *Cetera huc spectantia apud Baronium lege: solum ad chronologiæ probationem, ex prædicto Chronico, accipe, quod* anno MCXXXVII. *stylo scilicet Normannorum*, Anacletus, qui sub nomine Pontificatus advixit, septimo die stante mensis Januarii mortuus est: qui sedit annis VII & mensibus XI & diebus XXII. *Quæ verba dum allegat Baronius, pro nobis probat electionem* Anacleti *non esse factam* XIV. Februarii (*ut ait ipse*) *sed* XVII. *totoque biduo celatam fuisse* Innocentii *mortem, donec scilicet in eligendum Successorem convenissent suffragia præsentium in Palatio Cardinalium, & tamquam vivo adhuc Pontifice, sed in horas moribundo, cuncta agentium, ad rem occultandam eis quæ foris erant. Mortem Anacleti Chronologus Saxo his verbis consignavit, anno prænotato;* Petrus Leonis, qui contra Innocentium Papam Apostolicam sedem usurpavit, obiit: *successoris autem post eum electi nullam facit mentionem, credo, quia fama ejus Alpes non transierit.* F

VICTOR ANTIPAPA.

GREGORIUS, natione Romanus, Presbyter Cardinalis Sanctorum Apostolorum, *[margin: Finis an. 1138. 29. Maii.]* mortuo Anacleto suffectus a schismaticis anno MCXXXVIII. circa XVI. Martii; & verosimiliter ordinatus Dominica proxima Passionis, die XX. ejusdem mensis, sub nomine VICTORIS; post duos menses, die XXIX. Maji, subjecit sese Innocentio cum sibi adhærentibus Cardinalibus.

A *Iacconius*, *existimans* Anacleto *absque mora suffectum* Victorem, *ait eum sedisse* menses v. & diebus aliquot; *sed Beneventanum Chronicon, anno proximo finitum, dicit, quod schismatici petito & accepta a Rogerio Rege potestate successorem* Anacleto *subrogandi*, medio mense Martio Gregorium Cardinalem Presbyterum, sibi Papam, imo invasorem constituerunt. *Cui loco si addatur S. Bernardi Epistola* 320 *nuntiantis Gotifredo Lingonensi Episcopo, quomodo in* Octavis Pentecostes, *quæ tunc fuerunt* XXIX. *Maii*, complevit Deus desiderium *suum*, Ecclesiæ unitatem, urbi dando pacem; *apparebit quod* Victor *iste duos ut summum menses cum dimidio sederit*. *In Chronico præfato solum dicitur quod* hæresis illa & invasio pauco tempore regnavit. Diebus autem non multis evolutis, fratres prædicti Anacleti, tantam cognoscentes turbationem, in se reversi, Domino favente, eum prædicto Domino Innocentio Papa pacis firmamentum composuerunt; & ipsi & omnes Innocentii adversarii ad ejus fidelitatem conversi sunt; & sceleratus ille, qui sub Victoris nomine apparuit, vestem & mitram deposuit, & ad voluntatem Pontificis Innocentii pervenit. *Auctor Vitæ S. Bernardi, Antipapam constitutum ait*, non tam ex pertinacia schismatis, quam ut opportunius per aliquam temporis moram Papæ Innocentio reconciliarentur: quod sine mora per manum servi sui *Bernardi* Christus effecit: nam & ipse ridiculus Pontifex, Petri Leonis hæres, ad eumdem virum Dei, nocte se contulit: & ille eum, nudatum usurpatis insignibus, ad Domini Innocentii pedes adduxit. *Quamdiu autem postea hic* Gregorius *vixerit, quomodo, quando & ubi mortuus vel sepultus sit, nusquam legi*. D

CLXVII. CÆLESTINUS II. B

Ab an. 1143 ad 44. m. 5. d. 13.

B CÆLESTINUS, antea Guido dictus, natione Tuscus de castro S. Felicitatis, ex Presbytero Cardinali S. Marci, regnante Conrado III. & imperante Manuele Comneno, electus an. MCXLIII. XXVI. Septembris in Dominica, & verosimiliter proxima Dominica die III. Octobris ordinatus coronatusque; sedit menses V. dies XIII. defunctus anno MCXLIV. Bissextili, die IX Martij, & sepultus in Laterano. Vacavit Sedes ad sequentem dumtaxat diem.

Unde hoc sumpta.

C*Ontinuator Catalogi in Ms. nostro, præter numerum annorum (scribendum erat mensium) & dierum supra assignatum, patriamque & sepulturæ locum, nihil dicit: cetera habentur ex Ciacconio. Vaticanus Codex a Baronio laudatus dicit, quod* defunctus est apud Palladium (*an istic ubi nunc* supra Minervam *dicitur*) octavo Idus Martii. *Chronologus Saxo, qui anno* MCXLIII. *ejus electionem sic notaverat*, Inno centius Papa obiit, cui Cardinalis Wido, qui & Cœlestinus, successit; *similiter anno mox sequenti scribit*: Obiit Papa Cœlestinus, eique successit Cardinalis Gebehardus, mutato nomine Lucius: *alii tamen* Gerardum *nominant*.

Male dicitur creatus sine populi suffragio.

2 *Circa* Cœlestinum *autem, nescio quid in mentem venerit Cæsari Rasponio, ut indicans quod sepulcrum ejus in Laterana fuerit*, ante altare dicatum Quadraginta Martyribus, *velut pro insigni elogio adderet, quod* primus absque populi Romani conventu atque suffragio Pontificatum adeptus est. *Non hoc in eo laudat eique gratulatur Petrus Abbas Cluniacensis; sed* C *quod Pontificem eum*, non humanus fastus, non sibi providens humana cupiditas, non Romanus turbo, sæpe auditus, orbemque terrarum suo impulsu sæpe concutere solitus, effecit; sed adversa pacificans, diversa uniens, discissa redintegrans Spiritus . . . , *Quis autem, inquit*, non miretur a tempore Alexandri II. Papæ, per Gregorium, Urbanum, Paschalem, Gelasium, Callistum, Honorium, Innocentium, summos Ecclesiæ Dei ac præclaros Pontifices, ecclesiasticam pacem pertransisse: sed in nullo præter vos quievisse. *Agnoscit tamen* eum, sine cujus nutu nec passer ad terram, nec folium cadit arboris, non sine certo inexhaustæ sapientiæ consilio, hanc pacem eorum primordiis subtraxisse, ipsius contulisse. *Non est igitur credibile, huic tam quietæ pacatæque electioni, ex parte populi defuisse id quod ad eam conferre ipse poterat aut solebat*.

quod in solo consistebat applausu.

3 *Quid autem hoc esset quod conferebat Populus, explicat Petrus Damiani in epistola ad Cadoloum Pseudopapam, dum suæ creationis vitium, quæ nullam habuit electionis speciem, illi demonstrat, eo quod* electio illa per Episcoporum & Cardinalium fieri debeat principale judicium; secundo loco, jure præbeat Clerus assensum; tertio, popularis favor attollat applausum: sicque suspendenda est causa, usque dum Regiæ Celsitudinis consulatur auctoritas, nisi periculum fortassis immineat, quod rem quantocius accelerare compellat. *Ubi nemo intelliget comitialiter convocatum ad suffragia populum, id enim infiniti ambitus incertique fuisset; sed hunc Electionis fuisse ordinem, ut ea principaliter a Cardinalibus fieret, confirmaretur ab Episcopis (quos propterea Petrus, utpote Episcopus, præponit Cardinalibus, quamvis jam viderimus horum secundas dumtaxat fuisse partes ordine temporis) tum aperto Secretario, prodibant cum Electo Electores ad Clerum inferiorem in ecclesia præstolantem; inde populo turmatim expectanti ante atrium denuntiabatur Electus: nec unquam vidimus factum fuisse, ut Electioni cuicumque non assentiretur Clerus, non applauderet populus, ipso quo enuntiabatur momento temporis. Tota difficultas erat circa consensum Regis; quem ipsum tamen esse absolute necessarium ostendit Petrus; & si quid ad eum juris olim fuerat, ex mera Ecclesiæ indulgentia, id ætate* Cœlestini *prorsus abolitum erat, per ipsorum Regum culpam, ea indulgentia contra ipsam Ecclesiam abutentium*. E

CLXVIII. LUCIUS II.

A. 1144, 12 Mart. ad 45. m. 11. d. 4.

LUCIUS, antea Gerardus, Presbyter Cardinalis, patria Bononiensis, ex patre Alberto, regnante Conrado III. & imperante Manuele Comneno creatus X. Martij, & consecratus XII. ejusdem in Dominica Passionis, anno MCXLIV. sedit menses XI. dies IV. defunctus XIII. Februarii anno MCXLV. sepultus in Laterano, & vacavit Sedes ad sequentem dumtaxat diem.

Conti-

Tab. XXIX


CLXVII CÆLESTINVS II


CLXVIII LVCIVS II


CLXIX EVGENIVS III.


CLXX. ANASTASIVS IV.


CLXXI. HADRIANVS. IV.


CLXXII. ALEXANDER III.





A *Continuator Catalogi Martinus Polonus in Mſ. noſtro, poſt numerum menſium ac dierum, addit:* Hic ante Presbyter Cardinalis ſanctæ Crucis, totam illam eccleſiam & clauſtrum a fundamentis renovavit. *Stella præterea ſubdit.* Et initio Pontificatus nihil prætermiſit quod ad expeditionem Hieroſolymitanam putabat neceſſarium. *Raſponus locum ſepulcri in Laterano aſſignat, inter ſepulcra* Joannis XI. *&* Agapiti II.

a Baronius, *quia alicubi legerat dies* XIV. *ſupra menſes* XI. *Pontificatum hunc extendit uſque ad* XXV. *Februarii, eoque cogitur ſequentem Pontificatum ad dies pauciores reſtringere. Nobis vero juxta Continuatorem in Mſ. noſtro liquida erit progreſſio. Dies autem* Lucii *quatuor notantur etiam in Faſciculo temporum Rollewinck non apud Platinam. Stella, ſolus diverſus a cæteris,* dies IX. *ſcripſit pro* IV. *facili unius litteræ aberratione. Mabilio pa.* 199. *Itineris ſui Italici, ab iſtorum calculis non multum recedit;* B *ſed quoad nomina menſium primi ac ultimi diverſiſſima refert, totamque hujus temporis* Chronotaxim *everſura, ſi tam certa foret, quam prima fronte videri poſſunt. Cum enim dixiſſet, quod* Lucius II. aſſumptus ad Pontificatum fuit ex Abbatia B. Mariæ de Rheno, Congregationis S. Salvatoris, quatuor a Bononia paſſuum millibus, *addit etiam, quod ejus* mentio eſt in Necrologio loci, tum ad XI. Kalendas Octobris, quo die coronatus eſt anno MCXLIV. tum ad VIII. Kalendas Septembris, qui dies ejus ſupremus fuit. *Continet utrinque terminus* menſes XI. & dies IV. *& primus, ſcilicet* XXI. *Septembris, licet eo tunc anno, habente litteram Dominicalem A, Dominica non fuerit, ſed Feria* V. *fuit tamen Apoſtolo Matthæo ſacra, adeoque non prorſus inidonea Pontificiæ tali functioni.*

Ipſe tamen primum 21. *Sept. coronatus ſit,*

3 *Sed quidquid ſit de Coronatione (quæ potuit uſque in ſeptimum ab electione menſem dilata fuiſſe, impediente inteſtino ac civili bello, ab Arnaldi Brixienſis ſectatoribus, Senatus Romani auctoritatem reſtituere per ſeditionem aggreſſis, & aditus, ad Vaticanum ducentes cum arce S. Angeli inſidentibus, vivente etiamnum* Cœleſtino, *quorum quanta & potentia & inſolentia fuerit ex ejus temporis ſcriptore Ottone Friſingenſi eumque tranſcribente Baronio intellige) quidquid, inquam, ſit de tempore* Coronationis; *de Or*dinatione *tamen Pontificia, licet forſaſſis minus ſolenniter tumultuarieque, multo tamen citius facta, dubitare nos non ſinit Bulla, quam in opere de Primatu* C *Toletano refert Caſtejo, ex eoque Labbæus in nova Conciliorum editione, ubi* Lucius Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, *Raymundo Toletano Archiepiſcopo ejuſque ſucceſſoribus Canonice ſubſtituendis* in perpetuum *confirmat,* ut per univerſa Hiſpaniarum regna Primatus obtineat dignitatem: *Subſcribitur enim:* Datum Laterani per manus Baronis, Capellani & Scriptoris, III. Idus Maii, Indictione VII. Incarnationis Dominicæ anno MCXLIV. Pontificatus Domni Lucii Papæ II. anno I. *& huic Bullæ mox conſonat altera, ſub iiſdem notis data* per manum Baronis, Eccleſiæ Subdiaconi, XI. Kalendas Junii, *cui ſubſcribit* Lucius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus, *cum quindecim Cardinalibus, confirmando Privilegia Cluniacenſis Monaſterii.*

conſtat tamen fuiſſe diu antea ordinatum,

4 *Jam porro, evicto ſemel, quod initium hujus Pontificatus nequeat uſque in Septembrem differri, conſequens eſt, nec mortem poſſe differri ad Auguſtum; aſſerente Ottone Friſingenſi lib.* 7. *Chronici cap.* 31. *quod ipſe Lucius,* quotidianis cruciatibus ac tædio vitæ affectus, infra anni ſpatium Pontificatus ſui, diem obiit. *Hunc ergo qui Necrologio iſti adſcripſit* XXV. *Auguſti; non potuit id feciſſe ex certa ejuſdem temporis ſcientia; ſed longe poſtea ex ſua calcula, immo auctoribus, menſes ac dies Pontificii illius definientibus ex*

adeoque non eſſe mortuum 25. Auguſti.

die Coronationis, certius fortaſſis ab antiqua deſcripta. D *Ex eodem Necrologio etiam notavit Mabilio, quod* X. kalendas Novembris anno MCLXXXVIII. obiit Faita, filia olim Domini Alberti ab Urſo de Cazinimicis, fratris Domini Lucii Papæ II *unde intelliges quomodo in Codice Vaticano legere ſibi viſus ſit Baronius,* Hic fuit ex Provincia Æmiliæ, patria Bononienſis, ex patre Viſeo, *ubi ſcriptum erat, vel ſaltem ſcribi debuerat,* Urſeo. *Nec prætereundum, quod annotat idem Baronius ex Capitolii Romani monumentis, Romanos Senatores* ex anno iſto, *quo creatus eſt Lucius,* tempus reſtituti Senatus numerare conſueviſſe.

Patris cognomen ab Urſo,

5 *Sub hoc aut præcedenti Pontificatu Romanæ Curiæ uſu receptum fuiſſe ut anni numerarentur a* XXV. *Martii Kalendas Januarias ſubſequenti, ſuaderi poteſt ex privilegio, quod in Bibliotheca Cluniacenſi* datum legitur Romæ per manus Baronis (*ſeu potius* Boſonis) S. R. E. Subdiaconi XIV. Kal. Februarii Indict. VIII. Incarnationis Dominicæ anno MCLIV. Pontificatus vero Domni Lucii Papæ II. anno primo: *quando a Kalendis Januarii annum inchoantibus, numerandus fuiſſet annus* MCXLV. *Et hic uſus non aliis ſucceſſoris exem-* E *plis confirmabitur. Quid dico ſucceſſoris? Non ſolum pro hoc, ſed etiam pro duobus Deceſſoribus inſignia ſuggerit liber an.* 1606. *Mediolani impreſſus ſub hoc titulo:* Indulta ac privilegia Pontificia Canonicorum Regularium Congregationis Lateranenſis, mandante Celſo Dugnano Abbate & Rectore Generali collecta. *Nam pag.* 40. Innocentii II. *Bulla ultima, data legitur* Idibus Februarii Incarn. Dominicæ anno MCXLIII Indict. VI. Pontificatus vero anno XIII. *ubi patet annum a Kalendis Januarii inchoari: mox autem ſequitur* Cœleſtinus II. *proximam Bullam edens,* quarto Idus Januarii, Indictione VII. Incarn. Dominicæ anno MCXLIII. Pontificatus anno I. *ubi patet annum ultra Januarium protrahi, cum ipſe Cœleſtinus creatus ſit in Septembri ejuſdem anni, inchoata jam Indictione* VII. *qua alias ſolum numerari potuiſſet* VI. *Ut recte dictum a me ſit, ſtylum Curiæ mutatum fuiſſe ſub Pontificatu* Lucii II. *aut præcedenti* Cœleſtini II *Ipſius autem* Lucii *etiam extat exemplum, ſignatum* XVI. Kalendas Martii, Indict. IX. Incarn. Dominicæ anno MCXLIV. Pontificatus vero primo: *fuerat enim Lucius creatus ipſomet Martio, immediate ſequenti Januarium, quo Cœleſtinus prænotatam Bullam dederat. Eodem autem conſequenter facit in iſto libro Bulla* Adriani IV. *pag.* 79. *data* XVI. Kalendas Aprilis, Indict. tertia, Incarnationis Dominicæ anno MCLIV. Pontificatus primo: *fuerat enim is ſolum creatus præcedenti* F *Decembri ejuſdem Indictionis & anni; item, correctis corrigendis,* Alexandri III. *pag.* 94. *data* X. Kalendas Februarii Indictione, *non* II. *ſed* XI. Incarnationis Dominicæ anno MCLXXVII. Pontificatus XIX. *non* XIX *cujuſmodi vitiis pluribus inquinatur impreſſio iſta, Caſone curata. Quid enim inconcinnius, quam ibidem pag* 103. *inveniri Bullam* Lucii III. *ut datam* V. Non. Martii Ind. XV. Incarnationis Dominicæ anno MCLXXVII. Pontificatus I. *cum* Lucius *creatus ſit anno* MCLXXXI. *menſe Auguſto, & quatuor dumtaxat annis ac menſibus tribus ſederit? Sed ex anno* I. *Pontificatus & Indictione* XV. *liquet ſcribi debuiſſe* MCLXXXI. *uſque ad Incarnationis feſtum protrahendo annum, uti jam uſu invaluerat: prout mox ibidem fit in Bulla* Urbani III. *data* VI. Februarii Indictione quarta, anno MCLXXXV Pontificatus primo; *& ſic de aliis conſequenter, quarum exempla ulterius proſequi nihil attinet. Solum noto* Clementis III. *duas haberi, quæ annum incipiant a Kalendis Januariis; plures deinde ſequi, quibus annus Chriſti per cyfram ſit additus ab editore, ex uſu communi, conformiter ad annum Pontificatus qui ſolus exprimebatur.*

Annum Incarnationis notandi ſtylus mutatus in curia.

A

DISSERTATIO XLI.

De ætate & auctoribus Prophetiarum B. Joachimo Abbati & S. Malachiæ Episcopo imputatarum circa successiones Romanorum Pontificum.

Primarum infulsus Auctor tempore Sixti 5.

1 *Video nonnullis curam fuisse, ut ad hæc usque progressi tempora, animum adverterent ad Prophetias, ut vocant de Romanis Pontificibus editas, sub nominibus* S. Malachiæ *Episcopi Hiberni*, *&* B Joachimi *Abbatis Calabri*. *Fuerat sane de his nobis agendum ad cujusque diem*, Malachiæ *quidem* III. *Novembris*; Joachimi *vero ad* XXX. *Maji*, *in mensis istius Supplemento*. *Sed hic tam proprius de Pontificibus Romanis*, *Tractatus*, *præoccupare jubet argumentum istud*, *ipsumque hic tractare*. *Ne scilicet miretur vel etiam indignetur quispiam*, *tantopere jactatas prædictiones*, *& in Dedicatoria nostra ad* Clementem IX. B *non omnino contemptas*, *hoc suo loco*, *nec semel quidem nominari*. *Primarum ordine argumenti*, *sed ætate fictionis posteriorum Auctor*, *qui sibi nomen* S. Malachiæ *assumpsit*, *quamvis non valde operoso nugatus*, *multum tamen operis reliquit futuris post se Oedipis*. *Videtur autem scripsisse de præteritis usque ad* Sixtum V. *quem designat hoc symbolo:* Axis in medietate signi: *quia scilicet* Leonem, *unum ex Signis Zodiaci*, *pro insigni habet*, *scabe transversa velut* axe *transfixum per medium*: *& sic cum aliqua allusione ad insignia, nomen, patriam*, *familiam, professionem procedunt* Sixti *illius decessores*, *incipiendo a* Cælestino II. *qui creatus est anno* MCXLIII. *& quia Tipherno natus*, *quod est castrum ad ripam Tiberis situm*, *designatur hoc symbolo*, Ex castro Tiberis. *Rectius autem fabulator hic mensus est tempora*, *quam iste prior: cœpit enim ab aliquo Pontifice*, *cujus electio cecidit in ætatem S. Malachiæ*, *defuncti primum anno* MCXLVIII. *ut habet in ejus Vita S. Bernardus: sed absque ulla alicujus ab illo relictæ prophetiæ mentione*. *An autem vel alius quispiam ejus meminit ante* Urbani VII. *Pontificatum? Omnino nullus*.

de progressis & secuturis commentus est aliquid.

2 *Arnoldus Wion Benedictinus*, *in opere quod Lignum Vitæ appellat*, *hoc potissimum satagens*, *ne quid undecumque acceptum præteriret*, *quod ad Ordinis sui laudem trahi qualitercumque posset*; *lib.* 2. *inter Episcopos ad litteram* D *pertinentes nominans S. Malachiam*, C scripsisse fertur, *inquit*, & nonnulla opuscula, de quibus nihil hactenus vidi, præter quamdam prophetiam de summis Pontificibus: quæ quia brevis est, & nondum (quod sciam) excusa, & a multis desiderata hic a me apposita est. *Incipit ergo eam proponere Wion hoc modo*.

editum ab Arnoldo Wion,

Ex castro Tiberis. Cælestinus II. Typhernas.
Inimicus expulsus. Lucius II. de familia Caccianemica.

& sic consequenter usque ad Sixtum V. *post quem ultimus*, *cum addita symboli explicatione*, *refertur:*

De rore cæli. Urbanus II. qui fuit Archiepiscopus Rossanensis in Calabria, ubi manna colligitur.

Tum additis dumtaxat a Wione nominibus alii tres,

Ex antiquitate urbis. Gregorius XIII.
Pia civitas in bello. Innocentius IX.
Crux Romulea. Clemens VIII.

Denique triginta quatuor reliqui futuri indicantur sine nominibus, *& additur*: In persecutione ultima S.R.E. sedebit Petrus Romanus qui pascet oves in multis tribulationibus: quibus transactis civitas septi-collis diruetur, & Judex tremendus judicabit populum suum. Finis

velut acceptum a Fr. Alphonso Ciaconio.

3 *Subjungit Wion:* quæ ad Pontifices, *id est ad symbola Pontificum*, adjecta, non sunt ipsius Malachiæ: sed R. P. F. Alphonsi Ciaconis Ord. Prædicatorum, hujus Prophetiæ Interpretis. *Unde is illam* D *habuit? ex quo Manuscripto? quam antiquo? ubi inveniendo? qua fide transcripto? Nihil horum quærere curavit Wion*, *nihil alii post eum illius pseudo-prophetiæ assertores*. *Quis autem iste Fr. Alphonsus Ciaconis? Utique idem ille*, *qui Patrui sui*, *ejusdem secum nominis & Ordinis*, *sed Magistri titulo in eodem præminentis*, *opus insigne de Vitis summorum Pontificum & S. R. E. Cardinalium Romæ anno* 1601. *evulgavit*, *sex annis post editum Lignum Vitæ*, *& decem post obitum* Urbani VII. *qui ultimus explicatur*. *Quomodo autem hic talis neque patruo suo persuadere unquam potuit*, *ut illius vellet meminisse in suo opere*, *nec ipse est ausus saltem ad calcem libri rem a Wione vulgari captam attexere*, *& variis ubique sermonibus exceptam propugnare aut stabilire? cum sine dubio fides ejus appellaretur a multis*, *eamque liberare moneretur*. *Nempe ad præsagium* Urbani VII. *torquens se ingenium Ciaconis ægre aliquid explicationis invenerat*, *tribus vero aliis nulla dabatur vel per umbram tolerabilis explicatio: quod idem reperies in iis qui hactenus secuti sunt*. *Si quis tamen singula velit expensa videre*, *adeat Francisci Carriere Chronologiam Pontificiam*, *ad cujus calcem*, *breviter quidem*, *sed in re tam futili satis abunde*, *id agitur*. E *Puto autem quod si quis de secuturis quinque vel sex Pontificibus*, *experimenti causa*, *velit penes se comminisci aliquid*, *excogitaturus ea sit*, *quæ multo commodius valeant electis quandoque applicari*, *quam applicari possint ea quæ habentur de* Urbani VII. *successoribus usque modo*, *tanta opus est ad id violentia*, *quemadmodum curiosius examinanti patebit*.

qui postea non est ausus fidem ejus inventi facere.

Antiquiores istis sub nomine Ab. Joachimi conficta sunt

4 *Alterius generis multoque operosiores nugæ*, *sub nomine* B. Joachimi, *jam pridem a seculis aliquot reperiuntur in Codicibus Mss. & ex his habentur impressæ*; *continent autem imagines symbolicas*, *& explicationis*, *seu verius implicationis majoris causa*, *subjecta singulis imaginibus lemmata*; *quæ omnia operose defendere est conatus Gregorius de Laude*, *Abbas Sagittariensis*, *in opere ingenti*, *cui titulum fecit*, B. Joannis Joachim, Florensis Ordinis Institutoris, Ergasiarum Alethia apologetica, sive mirabilium veritas defensa. *Equidem non existimo quod opus istud ob ipsum*, *quod tractandum assumpsit*, *argumentum*, *id est ob defensam* Joachimi *sanctitatem*, *Ecclesiæ Romanæ displicuerit: sed ob aliquam aliam quæstionem ea occasione dumtaxat ibi tractatam aliter*, *quam tractari eam huic tempori conveniebat*. F *Puto tamen sub sancti illius Abbatis nomine plurima circumferri fictitia*, *in quibus nihil dubitem etiam numerare illas quindecim quasi præsagitiones*, *a* Nicolao III. *qui electus fuit anno* MCCLXXXVIII *usque ad* Urbanum VI. *anno* MCCCLXXVIII. *ordinatum*; *cujus severitas*, *fortasse nimia*, *occasionem dedit ei Schismati*, *quod totis* XX. *& amplius annis tantopere Ecclesiam conturbavit*, *electo contra eum* Clemente, *qui se dicebat* Septimum *ejus nominis*.

forsitan ab Anselmo Ep. Marsicano,

5 *Pingitur ergo horribilis & alatus draco igni incubans*, *humano capite*, *asininis auribus*, *coronatam tiaram* (*qualis est Veneti Ducis*) *gestans*; *cujus cauda in serpentem ensivomum desinens*, *novem stellas implicat*, *quasi detracturus de cælo*; *dum circa lunam aliæ adhuc octo splendent*, *& subjicitur:* Hæc est fera ultima, aspectu terribilis, quæ detrahet stellas. Tunc fugient aves, & reptilia tantummodo remanebunt. Fera crudelis, universa consumens, infernus te expectat. *Pluribus opus non esse reor*, *ut judices*, *auctorem ex Schismaticis unum fuisse*; *qui* Urbano *voluerit odium invidiamque tali figmento auctam apud Italos*. *Fundanus Comes vel Joannæ Neapolitanæ ad Antipapam transgressæ partiarius*, *aut forte verum est nomen Anselmi Episcopi Marsicani*, *quod exemplaria quædam referunt ut auctoris*. *Quisquis autem fuit*, *apparet eum memoriæ* Bonifacii VIII. *perquam infe-*

ſtum

A *flum fuisse. Et illi quidem non fuerit difficile, ex iis quæ cuique prospera adversaque acciderunt, quæque vulgo probata aut improbata egerunt, aliquid comminisci ad plausum: seipsum tamen turpiter prodidit, cum Joachimi nomen assumens, omnes Pontifices triplici coronamento ornavit, etiam duodecim illos qui* Urbanum V. *talis coronamenti inventorem, præcesserunt. Cur autem a* Nicolao III. *incepit, non vero a proximo aliquo post annum* MCCI. *quo Joachimus obiit, Pontifice, puta ab* Honorio III. *Vereor profecto ut notam satis ejus ætatem habuerit, cujus nomine abutebatur.*

Et ab alio continuata usq; ad Innocentiu 8. 6 *Quæ deinde sequuntur quindecim alia ejusmodi Schemata, usque ad* Innocentium VIII. *similis rursum farinæ sunt; eique sub quo fuerunt adinventa non parum blandiuntur ob compositam denique inter Ursinos & Columnenses pacem susceptumque Zizimum, Bajazethi Turcarum Imperatoris fratrem, expressum sub figura Leonis coronati, sed fugitivi, ideoque cornibus cervinis instructi: cui protegendo & restituendo ut omnes Pontificiæ potestatis vires offerre Pontifex significetur, pingitur capitis sui tiaram dextera apprehensam* D *tenere elatam supra illius caput; initia autem ipsius Innocentii & factiones in urbe cruenta, illosque ad eas compescendas conatus, tandem effectum sortitus quidem, sed quoad ille viveret dumtaxat; sic indicatur.* Bonam vitam invenisti ub inglorīatione (*junior enim ab incontinentia notatus fuit, Pontifex autem castissime vixit*) a virtute autem accepisti plus quam u fortunu: sed nequaquam virtuosam gratium lucraberis: invidia enim contingent judicia sibi nocentia: non privaberis a sorte desuper. Veh! civitas sanguinum, universa mendacii dilaceratione plena: non recedet a te rapina, vox impetus rotæ & equi frementis. *Ita mortalium nugacissimus, obscuritate affectata imponere conatus mundo, etiam obventura Urbi Romanæ mala visus est prophetare, non omnino falsus in successore A*lexandro VI. *cujus filius Cæsar Borgia Dux Valentinos, bellis gerendis & regulis Italicis opprimendis, tantum non totius Italiæ regnum obtinuit.* E

B

CLXIX EUGENIUS III

EUGENIUS, natione Pisanus, antea Bernardus Abbas S. Anastasii, Ordinis Cisterciensis, Romæ creatus Pontifex anno MCXLV. XIV. Februarii, Rege & Imperatore prædictis, ordinatus in monasterio Farfensi in Dominica sexagesimæ XVIII. Februarii, MCXLV. sedit annos VIII. menses IV. dies XXV. obiit Tibure VIII. Julii, MCLIII. sepultus in Basilica S. Petri, & non vacavit Sedes nisi in diem sequentem. *Ab an. 1145 ad 1153. an. 8. m. 4. d. 25.*

Ejus ordinatio. MOrtuo Lucio repente *fuisse* successorem electum, ob periculum imminens, *testatur S. Bernardus: de ejus autem Ordinatione ex suo codice Vaticano, quem optaremus integrum videre, ita scribit Baronius*: Electus, deductus est ad Lateranense palatium, & in Apostolica Sede secundum morem positus est, & nominatus Eugenius Papa III. Qui cum proxima die Dominica Consecrationis munus apud S. Petrum, sicut consuetudinis ordo poscebat & dispositum fuerat, deberet suscipere, C præcognito Senatorum perverso consilio, quo ejus electionem violenter retractare disposuerant, nisi eorum voluntatem faceret, & usurpatum Senatum eis Apostolica auctoritate confirmaret; noctis silentio urbem cum paucis Fratribus exiit, & ad arcem Monticelli se in tutum recepit. Congregatis vero alia die cunctis Patribus, qui dispersi fuerant propter metum furentis populi, processit ad Farfense monasterium, *in* Sabinis positum, cum domestica familia: & Consecrationis gratiam in sequente Dominicu, pro plenitudine sui Apostolatus, secundum morem Ecclesiæ, Domino auctore suscepit.

receptio, 2 *In continuatione Martini Poloni apud auctorem codicis nostri, eadem eos brevius, & reliqua Actu vitæ sic perstringuntur:* Hic cum Abbas S. Anastasii esset, ex insperato apud Ecclesiam S. Cæsarii est electus a Cardinalibus; & propter metum Senatorum, qui contra voluntatem prædecessorum fuerant electi a populo, ud Farfense monasterium se transtulit: ibique vocatis ad se Cardinalibus & Prælatis munus Consecrationis accepit. Hunc, cum simplex fuerit, Deus mirabili gratia perfudit & eloquentia. Huic redeunti ad urbem Clerus & populus Romanus cum magna lætitia occurrit, cantans Benedictus qui venit in nomine Domini. *sepultura,* Hic a Rege Ludovico in Franciam vocatus, cum ipsum transmarina Cruce signasset, & Concilium celebrasset, Romam rediit. *Chronologus Saxo, pluribus ista explicans, ait;* — In media Quadragesima, Eugenius Papa Concilium Remis celebravit; ubi quidam ei repræsentatus est, qui spiritu pravissimi erroris seductus, nomen sibi imponens Eus, in Gasconia & finitimis regionibus se Deum esse prædicaverat; qui & plures Episcopatus destruxerat, & plurima religiosorum virorum claustra, errori suo favere nolentium, dissipaverat. Hic in medio Concilio interrogatus, errorem suum confessus est; & in caveæ captivitatem deputatus, perpetui exilii supplicio deputatus est. In eodem Concilio Magister Giselbertus scripta sua, contra omnes calumniatores suos, magnis auctoritatibus sanctorum Patrum defendit ut Clericus, *id est, tamquam vir eruditus: sed frustra: quia eu vita S. Bernardi, potentissime contra disputantis, constat,* Gilbertum Porretanum Pictaviensem Episcopum (*de hoc enim agitur*) *communi Concilii sententia damnatum;* F *errores suos, sicut promiserat se facturum si damnaretur, humiliter retractasse, eoque meruisse ne hæreticus censeretur, qui pertinax in errore non fuit, sed Ecclesiæ judicio acquievit. Quæ apud Cavallerium est Eugenii III. imago, videtur omnino ex vera effigie sumpta; utpote nullo Pontificio insigni addito suspectabilis, sed plane Cucullam talem repræsentans, qualem ferebat Abbas Cisterciensis, quemque fortassis perrexit gerere toto Pontificatus sui tempore, quando non erat necesse sacratiori habitu ipsum induui, monasticæ humilitatis semper memor, etiam in Pontificia dignitate. Plus tamen auctoritatis habebit, si aliquis doceat, an & ubi prototypon extet, certa suæ vetustatis indicia referens, ex peritorum pictorum sensu. Dum enim simili prorsus habitu ac pene similibus lineamentis idem Cavallerius nobis exprimit* Joannem XXI. *de quo nulla est ratio suspicandi, quod antequam fieret Cardinalis Monachus Cisterciensis fuerit, ac porro etiam in Papatu Ordinis illius vestem gestaverit; incerti hæremus circa judicium absolutum etiam de priori ferendum.*

3 *Extat Viterbii in ecclesia S. Angeli, a Spada cognominati, insigne Pontificis hujus monumentum, in tunc sculpto marmore, quod ab inferiori sacræ istius ædis parte ad superiorem translatum, nunc cernitur ad latus aræ principis & cornu Evangelii, extra chorum Canonicorum, pilæ cuidam arcum sustinenti affixum, nobisque a P. Bernardino Coccovagino S. I. transcriptum. Ita od-* *Viterbii ex-sculptum in ecclesia S. Angeli de Spada.*

ver-

A *verbum legitur :* Anno ab Incarnatione D. N. Jesu Christi MCXLV. Indict. VIII. Eugenius venerabilis Pontifex III. ad honorem B. Michaelis Archangeli, una cum Episcopis & Cardinalibus hanc dedicavit ecclesiam VIII. Idus Maji, præsidente in eadem domo Biterbo venerabili Priore, sita in burgo Biterbo: in qua tria sunt altaria, mirabiliter dedicata: majus vero ad honorem S. Michaelis Archangeli; in quo recondita sunt patrocinia SS. Protomartyris Stephani, Calixti Papæ & Martyris, Cornelii Papæ & Martyris, & de venerabili ligno Crucis Domini: Septemtrionale autem altare ad honorem SS. Savini & Eugenii (*primus Urbis-veteris Episcopus; alter Diaconus Florentinus existimantur*, XXX. *Octobris & XVIS. Novembris recolendi*) quorum ibidem requiescunt Corpora: Meridionale, quod ad honorem S. Fortunati Confessoris (*an Episcopi Tudertini* XIV. *Octobris?*) & Illuminatæ Virginis (XXIX. *Novembris commemorandæ*) Reliquiæ quorum ibi requiescunt. Presbyter Petrus hæc scripsit, filius Bensivenga.

4 *Vitam Eugenii auctor Codicis nostri cum Martino Polono sic concludit:* Hic obiit Tiburi, & per mediam urbem fere cum totius Cleri & populi turba, cum B maximo luctu, ad ecclesiam B. Petri deductus, contra altare sepultus est. *Scilicet in choro Canonicorum, intra oratorium B. Mariæ, ubi & Gregorius Papa III. ejusdem Oratorii fundator sepulcrum habuit:* in quo etiam sepulcro, *inquit Romanus Canonicus S. Petri*, desuper recondidimus venerabile corpus D. Eugenii Papæ III. octavo Idus Julii: & fecimus ei sepulcrum ex diversis lapidibus. *Ea dicta autem die, quam potius mortis quam sepulturæ dicere oportuerat, ut clares ex epistola Hugonis Episcopi Ostiensis, plane consequitur ad numerum dierum* XX. (*quos supra annos* VIII. *menses* IV. *transcriptos habemus in Ms nostro*) *addi debere adhuc alios* V. *Epistola vero, cujus modo memini, Abbatibus & Capitulo Cisterciensi scripta, ex Ms. Marimundensi in diœcesi Mediolanensi excepta, tota profertur a nostro Oldoino in suis ad Ciacconium Additionibus, atque inter alia habet hæc notabilia verba:* Decus Ecclesiæ, pater justitiæ, amator religionis & patronus, qui superborum & humilium corda propria virtute calcaverat, qui super solium David & super regnum ejus sedebat, ut Ecclesiam sibi commissam, quam ad sublimem statum reduxerat, confirmaret & corroboraret: Pater, inquam, noster ac defensor, felicis memoriæ Papa Eugenius, trabea carnis exutus, octavo Idus Julii, carne immaculatus migravit ad C Christum .... Cujus exequiæ præter spem omnium (jam enim fere Senatum annihilaverat) præter morem consuetum, ita per biduum sunt a Clero & populo celebratæ, ut jam crederetis regnantem in cœlis, qui mortuus in terris colebatur.

Dies mortis.

5 *Hac Epistola accepta, scripserunt Cistercienses Epitaphium, cujusmodi variis forsan locis composita sunt varia (nam sepulcro ejus aliquod revera insculptum fuisse, prohibet credere silentium Romani Canonici) reperitur autem apud Angelum Manrique parte 2. Cisterciensium Annalium pag. 224. ex auctore Chronici Belgici transcriptum his verbis.*

Epitaphium ex Chron. Belg. quale?

Hic jacet EUGENIUS defunctus (cerne sepulcrum)
Cui pia cum Christo vivere vita fuit.
Pisa virum genuit, quem Claræ vallis alumnum
Exhibuit, sacræ Relligionis opus.
Hinc ad Anastasii translatus Martyris ædem;
Ex Abbate, Pater summus in orbe fuit.
Eripuit solenne jubar mundique decorem
Julius, octavum sole ferente jubar.

Aliud haud paulo elegantius, & forsitan Romæ compositum, ac deinde cum miraculis in Galliam missum, mox proponemus.

6 *Prædicto Romano Presbytero*, Felicis memoriæ B. Eugenius Papa III. *appellatur: & non de* Actibus D ejus *hæc adduntur*. Hic sanctissimus Præsul Eugenius III. Papa, quando celebravit primam Missam in B. Petri ecclesia, obtulit super venerabili altari ejus optimum Serantasmum (*an ab Ante & Serico formatum vocabulum?*) ad altari ornatum: & semper cum veniebat celebrare solennia Missarum in hac sancta Dei & B. Petri Basilica, non vacua manu veniebat: sed satis devote offerebat, vel vestem super altare, vel optimam Casulam, vel aliud Papale donum. Condidit quoque privilegium, in quo concessit Canonicis hujus Basilicæ, quartam partem oblationis quæ venit in ecclesia B. Petri, præter oblationem S. Leonis IX. Papæ. *Ipsum Privilegium, in Annotationibus ad textum Romani, subjungit Paulus de Angelis: apud quem legi potest, inscriptum* Dilectis filiis Bernardo Presbytero Cardinali S. Clementis & ecclesiæ B. Petri Archipresbytero, atque ceteris ejusdem ecclesiæ Canonicis, tam præsentibus quam futuris, canonice substituendis in perpetuum: *Subscriptum*, ✠ Ego Eugenius Catholicæ ecclesiæ Episcopus subscripsi, *& ita consequuntur* Conradus Sabinensis, Igmarus Tusculanus, Hugo Ostiensis, Episcopi, *nec dum addito titulo* Cardinalis, *sed tamen ante Cardinales: hi vero* E *simili etiam forma subscribunt* Presbyteri Cardinales *sedecim*, Diaconi Cardinales *septem*; *ac denique additur:* Datum Romæ apud S. Petrum, per manum Bosonis S. R. E. scriptoris, quarto Idus Aprilis, Indictione I. incarnationis Dominicæ anno MCLIII. Pontificatus vero Domini Eugenii III. Papæ anno nono.

liberalitas erga ecclesiam S. Petri.

7 *Dies* IV. Idus Aprilis, *Indictione & anno Incarnationis prænotatis cadebat in Feriam* V. *ante Dominicam Palmarum: non igitur præcedentem annum protrahebant usque ad Pascha, qui sic numerabant: protrahebant tamen usque ad* XXV *Martii seu Incarnationis Dominicæ festum. Hoc enim demonstratur gemino inter Epistolas* Eugenii *hujus Papæ exempla: quorum alterum continetur Epistola* 10. datum Signiæ per manus Bosonis S. R. E. Scriptoris VI. Idus Januarii, Indict. XV. Incarnationis Dominicæ anno MCLI. Pontificatus vero Domini Eugenii Papæ III. anno septimo; *alterum Epistola* 7. Romæ .... Idibus Februarii, Indict. I. Incarnationis Dominicæ anno MCLII. Pontificatus ... octavo: *ubi notandi fuissent priori loco annus* MCLII. *posteriori annus* MCLIII. *nisi ultra Kalendas Januarii deberent anni, more jam supra notato, protrahi.*

Anni ratio sub hoc Pontifice:

8 *Gofridus monachus, in Vita S. Bernardi Claræ-vallensis, lib.* 5. *cap.* 2. *circa finem, relato ipsius sancti obitu & sepultura;* F Facta sunt hæc, *inquit*, eodem anno quo beatus Papa noster Eugenius III. ejusdem Patris sancti in sancta conversatione filius, ab hac luce, vel magis ab caligine, migravit ad lucem: cujus merita in ipsa, cui tam insigniter præfuit, urbe, miraculis pluribus illustrata coruscant. *Hinc Kalendariis Cisterciensibus primum ad* VIII. Julii *inscriptus est, cum titulo* Beati; *ac deinde etiam a Bucelino, sed ad diem* IX. *Menologio Benedictino: a nobis ad utrumque diem Prætermissis apponendus, propterea quod publicus ejus cultus neque nunc supersit ullus, neque olim fuisse probetur, sed intra privatam venerationem res tota stetisse videatur. Itaque quod in opere nostro non licebit, ejus hic miracula damus, quia Chrysostomus Henriquez in Fasciculo primus vulgavit ex Ms. Dunensi, & nos in Codice Reginæ* 1644. *post libros S. Bernardi de consideratione scripta reperimus, rursumque accepimus ex codice parvo sed antiquo monasterii Ursicampi in Picardia; ubi eisdem præmittitur* Epitaphium Eugenii III. Papæ Romani, compositum a Gerardo de Lege; *in cujus auctoris cognomine suspicor* Leodium *intelligi, quod medio ævo* Legia, *& vulgo* Liege *dicitur.*

ejusdem miracula ex MSS.

9 Urbis

A 9 Urbis & orbis honor, sed jam dolor urbis & orbis;
Rector in orbe potens, pulvis in urbe jacet.
Et epitaphium. Hoc in vase sacro pia pleni gratia fontis
Infudit gratis munera grata polo.
Magne Deus, dare magna potens, per te fuit illi
Lingua docere fidem, rem dare docta manus.
Mores Angelici, devotio, finis honestus
Hunc tibi dant famulum: da requiem famulo.

Deinde sub hoc titulo, Incipit de miraculis ad sepulcrum Domini Eugenii III. Papæ Romani, *notantur miracula septem; præfixa semper ad nomen appellatione* Beati, *cum præfatiuncula, præsentem ac videntem Auctorem declarante*. Pauca de pluribus, quæ Dei operatione & virtute diebus istis facta vidimus, & visa vera probamus, sicut memoriæ sic & scribi digna judicamus. Dei enim virtutes quas audivimus, quas vidimus, non loqui possumus, qui virtutibus laudem, qui laudi confessionem debemus.

Sanatur contractus tri anno, I. Joannes quidam nomine, cognomine Ritinet, natione autem & civitate Castellanus, manus & brachia; B pedes cum cruribus, contractus fuit. Qui cum fide & devotione plenus ad sepulcrum Domini Eugenii III. Papæ Dominum pro infirmitate sua fletibus & suspiriis multis precaretur; subito compunctionem fletus, gaudium, & infirmantis precem, sanitas experita subsecuta est. Hoc Canonicis Vespertinam horam canentibus publice factum & visum est ab omnibus. Hic passus erat tribus annis.

Item alius mensium 5 II. Alius quidam, Petrus nomine, de Castello Formello, manum sinistram debilem habebat & rigiditate extensam; ita ut ad nullum usum curvare eam vel flectere posset. Sed & brachium dextrum sic contractum habuit, quod nec erigere nec movere illud valuit ad usum aliquem. Huic eodem die, & hora eadem, scilicet dum Vespertina laua agebatur, ante præfati Domini Eugenii sepulcrum, Dei misericordia ad integrum membra debilia restituta sunt. Hic passus fuerat, mensibus quinque, & sanatus est in Vigilia B. Apollinaris.

Et puella. III. In secunda die post hoc, puella quædam, nomine Romana, annorum ferme duodecim, cujus pater * Retius, mater vero Clara nominata est; cum ad sepulcrum memoriæ Eugenii decubaret, plorans & ejulans & orans, sanitatem brachii contracti, & manus dextræ penitus inutilis curationem, crurum etiam & maxime tibiarum quas amiserat, & pedum simili- C ter, non fraudatur a desiderio suo. In Matutinis namque, in festo sancti Apollinaris, operatione & virtute Spiritus sancti, ab infirmitate sua curata est, & officiis suis membra sunt reddita: ita ut & ambularet, & omnia quæ necessaria sunt faceret. Hæc nativitate fuit de Reviano.

** an Renpius?*

Ac puer sinistro latere capsus: IV. In eadem die puer quidam nomine Romanus, filius Saxonis & Beatæ matris ejus, de Regione quæ vocatur pons S. Petri, ante sepulcrum Patris prædicti recubans, sanatus est. Infirmitas autem qua detinebatur hæc fuit. Sinistrum latus & manum sinistram maxime, quæ fere arida fuerat, amiserat, & sinistro pede claudicabat: a qua omnino modicum ante horam matutinalem sanatus est.

Manu & brachio aridus, V. Quadam autem die quidam, Romanus genere, nomine Stabilis, cum jaceret in Choro nostro, apparuit in somnis Dominus Eugenius, dicens: Stabilis, At ille: Domine. Cui beatus Eugenius: Cognoscis me? Et respondit, Optime, Domine. Tu es Dominus meus Eugenius. Cui ille. Quare non visitasti me? Et respondit: Ubi possum visitare te, cum dicatur quod mortuus sis? Et ille apprehendens eum per manum, adducit eum ad sepulcrum suum, dicens; Si hic me quæsieris sine gratia non redibis. Qui mox, cum pulsaretur signum ad Nonam, surgens ad sepulcrum festivus accessit: promissamque a supra dicto Domino Eugenio gratiam cum lachrymis & suspiriis multis postulans, meruit per misericordiam Dei impetrare. Nam brachium sinistrum & manus, quæ per multos anno arida habuerat, quod ad nullum usum & utilitatem ea movere poterat, misericordia Dei & meritis Beati Eugenii, ita ex integro sanitati restituta sunt, quod ad omnem usum & utilitatem moveri possent, quasi nihil infirmitatis in brachio & manu aliquando passus fuisset. Et quod per multas expensas a medicis consequi non potuit, a Domino Jesu Christo, per merita supradicti sanctissimi Eugenii, consecutus est. D

VI. Quidam Romanus, Todinus nomine, cum tertianas febres acriter pateretur; timens de morte, cum fiducia maxima ad sepulcrum prædicti Pontificis accedens, misericordia Dei & meritis beatissimi Eugenii sanitati integræ restitutus est. *Febricitans.* E

VII. Quidam de quodam Castro quod vocatur Casa-Matni, per viginti annos a dæmonio crudeliter vexatus, ita quod nullatenus aliquam ecclesiam sine maximo sui miserrimi corporis detrimento & tribulatione intrare poterat, cum ecclesiam Apostolorum Principis intraret, cœpit clamare. Quo ducitis me? Qui tandem adductus est ad sepulcrum memorati viri Dei, licet invitus: & protinus liberatus est. *Item alius: * an Casa-Matti?*

VIII. *His septem miraculis in duplici Mss. repertis, ex suo Ms. Dunensi addit Henriquez lib. 1. dist. 6. cap. 31. octavum*: Romæ quidam Presbyter erat, qui vitam reprehensione dignam agebat. Hunc ergo beatus Papa Eugenius, ut pravitatem suam desereret, admonere solebat: & aliquando etiam, culpis suis exigentibus, acrius corripiebat. Ille vero infaustus non solum monitis Sancti non acquiescebat, verum etiam malum pro bono reddens, quantum valebat Sancto Dei detrahebat, convitia ei ingerendo, & semper eum hujus rei causa odio habendo. Contigit ergo quadam die ut ad sepulcrum viri Dei, præ fama sanctitatis ac venerationis, præque miraculis, quæ per eum Dominus ibidem operatus est, multitudo magna populi cum pia devotione accurreret: inter quos & præfatus Presbyter, pellibus amictus novis, advenisse perhibetur. Cumque omnes Sanctum Dei, præ sanctitate vitæ suæ & miraculis quæ fiebant, glorificarent & vocibus extollerent; indignatus Presbyter ille furibundus, omnibus dixit: Putatis quod miracula Eugenius faciat? Non hæc facit Eugenius, sed Petrus Diaconus. Erat enim Petrus beatæ memoriæ S. Gregorii Papæ Diaconus: nam cum eo in suo conditus est Papa Eugenius sarcophago. Vix ille verba finierat: & ecce ultio divina repente blasphemum subsecuta est: nam lampas desuper pendens super eum cecidit; & effuso oleo super pelles, quas secum novas detulerunt, vindice Deo, oculis omnium qui aderant confusibilem reddidit. Ille vero vindictam, Deo tribuente, super eum venisse sentiens, nimio pudore suffusus, subsannationem & derisum populi insultantia sibi non ferens, cum magna confusione latenter aufugit. *Hactenus Mss. si quid amplius eruatur alias addi poterit.* *Blasphemus in S. Eugenium punitus.* F

CLXX. ANASTASIUS IV.

ANASTASIUS, antea Conradus Episcopus Sabinensis, natione Romanus de regione Saburræ, ex patre Benedicto, regnante Frederico Ænobarbo & Manuele Comneno *Ab an. 1153. ad 1154 ann. 1. m. 4. d. 23.*

A mneno imperante, creatus MCLIII. IX. Julii; & coronatus XII. ejusdem in Dominica; D sedit annum I. menses IV. dies XXIII. defunctus MCLIV. II. Decembris; sepultus in Basilica Lateranensi; & vacavit Sedes diem I.

Ratio temporis. I*Dem apud omnes annorum ac mensium numerus est:* dies XXVIII. *notat Ms. nostrum; sed hi transgrediuntur diem* IV. Non. Decembris, *idest diem* II. *mensis, quo obiisse Anastasium reperit in Ms. Vaticano Baronius. Quod si verum est, etiam* dies XXIV. *a Rollewinck, Stella, & Platina concorditer notati, uno die imminuendi erunt, scribendique solum dies* XXIII. *Quia autem jam cœpimus vacationem sedis, potius quam cessationem Episcopatus, nominare, non est operose exquirendum, rectene cessatio Episcopatus in nostro Ms. tam ante creationem, quam mortem* Anastasii *hujus, notetur, utrobique alias correctionis alicujus indiga. Constat autem ex præcitato Vaticano Ms.* secundo die, *post obitum scilicet Anastasii, electum Successorem, atque adeo solum* uno die *vacasse sedem.*

B 2 Hic fecit apud S. Mariam Rotundam novum Palatium: hic dedit ecclesiæ Lateranensi Calicem pulchri operis, ponderantem XX. marchas, & plura alia; & ibidem in tumba porphyretica sepultus est. *Acta.* *Hæc nec plura Continuator Catalogi in Ms. nostro: Ottonis Frisingensis Continuator ab anno* MCXLVI. *ad* MCCIX. *aliud non dicit, quam quod* Eugenius Papa, vir justus & religione insignis, ab hac luce transiens, Anastasio, homini veterano, & in consuetudine illius Curiæ exercitato, Sedem reliquit.

3 *De sepulcro ejus Cæsar Rasponus sic loquitur, in descriptione Basilicæ Lateranensis pag.* 77 Ad lævam, prope portam sanctam juxta altare, quod erat S. Antonini Martyris, in tumulo porphyretico præclari admodum operis, jacebat Anastasius quartus Pontifex, qui eum tumulum, tempore Innocentii II. a latronibus violatum expilatumque, & cineribus Divæ Helenæ Augustæ, quibus asservandis initio extructus est, orbatum; ex ejus antiqua extra urbem Basilica huc transtulerat sibique paraverat ..... sed hoc ejus sepulcrum, incendio depravatum, illud est quod jam post absidem & chorum Canonicorum spectatur: *exuviæ autem D. Helenæ in alia elegantissima porphyretica arca apud Franciscanos ad Aram-cæli nunc creduntur servari; alii in Galliam translatas volunt ab Ecclesia SS. Petri & Marcellini, ubi eas Constantinus locaverit (quod tamen negare videtur Eusebius, & Constantinopoli tumulatam dicere) circa annum* DCCCXXX. *ad Altum-villare, Ordinis Benedictini monasterium in diœcesi Remensi.* *Sepulcrum ejus urna, creditur olim fuisse S. Helenæ.*

4 *Ex ejus epistolis, duodecim, quæ novæ Conciliorum editioni inseruntur, sola ultima plenam exhibet quæ hic observari mereatur subsignationem; estque privilegium* Raimundo Magistro Xenodochii civitatis E Hierosolymitanæ *expeditum quo* Fratres S. Joannis Hierosolymitani, *idest Hospitalarii, recipiuntur in tutelam Apostolicæ Sedis*, datum Laterani per manum Rolandi S. R. E. Presbyteri Cardinalis & Cancellarii, XII. Kalendas Novembris, Indictione IV. Incarnationis Dominicæ MCLIV. Pontificatus Domni Anastasii IV. anno II. *ubi, sicut vides, ut cum anno Pontificatus & Incarnationis conveniat Indictio, non* IV. *sed* II. *legi debet. Fuit* Raymundus *iste*, de Podio *nuncupatus, loco nativitatis suæ in Delphinatu Galliæ provincia, primus Ordinis istius Magister, Ademari Podiensis Episcopi, in sacri belli historia nominatissimi, propinquus: numquam sine titulo* Beati *relatus in Historiis Ordinis ipsius, & cum radiis depictus in Melitensi Insula atque ecclesia Vallettæ: cujus tamen obitualis dies ignotus scriptoribus est, qui etiam nullum proferunt indicium cultus publici, unquam vel usquam ipsi delati. Si fallor, docebor libenter, ut locum ipsi faciam in nostro opere.* *Epistola.* *In quibus notabilior una data P. Raymundo de Podio, Hospitalariorum Magistro.*

CLXXI. HADRIANUS IV. F

Ab anno 1154. ad 59. an. 4. m. 8. d. 28

HADRIANUS, natione Anglicus, antea Nicolaus Episcopus Albanensis, electus IV. Decembris anno MCLIV. coronatus V. ejusdem in Dominica, sedit tempore Friderici Ænobarbæ & Manuelis Comneni, annos IV. menses VIII. dies XXVIII. defunctus I. Septembris, anno MCLIV. sepultus in Vaticano in Basilica B. Petri, juxta sepulcrum Eu- C genii Papæ Tertii in optima concha: & vacavit Sedes dies V.

Ratio temporis. R*Ollevinck rotundo numero annos* V. *Stella annos* IV. *menses* X. *Ms. nostrum, menses* IX. *habens: sed tempus præcisius notant* Kalendæ Septembris, *quas morti ejus assignat auctor Vitæ prolixioris a Baronio lectæ in Ms. Vaticano: ex quo etiam habemus, convenisse Cardinales* in secundo die *post mortem Eugenii, quando* non sine divini dispensatione consilii factum est, ut in ejus personam unanimiter concordarent; &, Papam Hadrianum a Deo electum tam Clerici quam laici pariter conclamantes, eum invitum & renitentem in sedem B. Petri inthronizarent, *non* quarto Nonas Decembris (*uti perperam transcriptum, cum ibidem antea legatur tali die mortuus* Anastasius) *sed* pridie Nonas Decembris, Dominicæ Incarnationis anno MCLIV. Indictione III. *Continuatores, quos antiquissimos habuit Auctor Ms. nostri usq; ad Gregorium X. & annum Christi* MCCLXXI. *ab æra Christiana annis in Pontificum electione exprimendis abstinent. Quare mihi persuadeo, illum Vaticani auctorem, a quo Baronius habuit Vitas Pontificum ab Honorio II. usq; ad prædictum Gregorium & deinceps continuatas, seculo* XIII. *euntute aut etiam* XIV. *floruisse. Est autem & stylo cultior, & verbis prolixior, & in iis quæ vitam* Hadriani *priorem concernunt, ipsisque actis ejus in Pontificatu describendis multo accuratior, quam antiquior in codice nostro continuator: cujus tamen verba ex Baronio non transcribam, ne actum agam: solum ergo accipe quæ MS. nostrum habet.*

2 Hic primum Episcopus Albanensis, in legatione Norwegiam est missus pro verbi Dei prædicatione. Ipse vero gentem illam barbaram in lege Dei diligenter instruxit: post reditum, defuncto Anastasio est in Papam electus. Hic propter vulnerationem unius Cardinalium totam urbem, usque ad condignam satisfactionem, posuit sub interdicto. Hic Guillermum Regem Siciliæ, tamquam rebellem, excommunicavit: qui post absolutus, homagium Domino Papæ faciens, terram ab ipso suscepit. (Hic primus dicitur Papa fuisse, qui in Urbe-veteri cum sua Curia moram traxit). Hic fecit gyronem * in Radicofano, & turribus munivit. Hic Castrum & multas possessiones circa lacum S. Christinæ a Comitibus comparavit. *Hactenus Ms. nostrum, in quo verba de commoratione Urbevetana, propter additam particulam* dicitur, *consui* [] *inclu-* *Acta ex Ms.* ** i. ambitum murorum.*

A *cludenda, ut verbis coævi auctoris verosimiliter ab alio adjecta, & ex margine fortassis translata in textum. Hadriani actis meretur addi, quod, sicut Chronologus Saxo scribit*, Anno Domini MCLVI. Fridericus rex Imperiali benedictione ab Adriano Papa sublimatur, & coronatus, cum victoria & gloria magna, revertitur.

Data in quibusdam ejus Bullis corrigenda.

3 *Pleræque hujus Pontificis Epistolæ solo mensis die notatæ inveniuntur, omittentibus formulas alias librariis qui Regestum collegerunt, ut fere solent: quæ tamen in ordine est* XXX. *ad Ioannem Toletanum Archiepiscopum, Primatem illum constituens universæ Hispaniæ, quo firmius Privilegium sit, solemnius quoque subnotatur*, datum Beneventi per manus Rolandi S. R. E. Presbyteri Cardinalis, & Cancellarii, XIV. Kal. Martii, Indictione IV. Incarnationis Dominicæ anno MCLIV. Pontificatus vero Domni Hadriani Papæ IV. anno II. *Sed annus* II. *Pontificatus indicat transcribentem erravisse in notando Incarnationis anno, ac legi debere annum* MCLV. (*nam huic respondet Indictio IV.*) *& quidem more Florentino ultra Kalendas Ianuarias protensum, cum hodierno usu le-*

B *geretur* MCLVI. *& sic alia ad Henricum Gradensem Patriarcham, epistola scilicet* XXXIX. *subsignatur* Data Laterani per manum Rolandi S R. E. Cardinalis Cancellarii, Idibus Junii, Indictione V. Incarnationis Dominicæ anno MCLVII. Pontificatus Domni Hadriani Papæ IV. anno III. *Privilegium etiam concessum Leonati Abbati monasterii S. Clementis de Insula Piscaria, quæ Casa-aurea vocatur, ejusque Fratribus tam præsentibus quam futuris*, regularem Vitam professis, in perpetuum, *quod extat to. 5. Spicilegii Acheriani*, datum Laterani, per manum Rolandi S. R. E. Presbyteri Cardinalis, II. Idus Martii, Indict. VI. Incarnationis Dominicæ anno MCLVIII. Pontificatus vero Domni Hadriani Papæ IV. anno V. *hoc inquam Privilegium, vitio aliquo non caret in numeris: si enim recte scriptus est annus Pontificatus* V. *legi debebit Indictio* VII. *ut annus Christi numeretur stylo Florentino sitque nobis* MCLIX *quam anni rationem etiamnum durasse probabunt exempla sub* Urbano III. *proponenda.*

4 *Asserit Ciaconius, Hubaldum Cardinalem Presbyterum* S. Praxedis, *ab hoc Pontifice factum esse Episcopum Ostiensem, eum scilicet qui postea fuit* Lucius Papa III. *Ita qui in Appendice Labbeana ad tom.* 10. *Concilior. col.* 1852. *epistola* Anastasii Papæ IV. *ad Episcopos & Abbates Provinciæ Burdegalensis, anno* MCLIV. *subscriptus invenitur post Episcopos, secundus inter Presbyteros*, Hubaldus Presbyt. Card. tit... Praxedis; *anno* MCLVIII. *sub epistola* Hadriani IV. *præcitata ad Leonatem Abbatem Casauriensem post Pontificem, loco inter Episcopos secundo, signat* Hubaldus Hostiensis Episcopus. *Pessis ergo credi* Hadrianus *vel potius*, Eugenius III *de quo supra, suffraganeos Episcopos, quibus ex officio competit ordinare Pontificem, aggregasse Cardinalibus, atque sic factum; ut qui tempore* Innocentii II *&* Anacleti *Antipapæ, non nisi post Cardinales omnes subscribebant Electioni, uti supra vidimus; jam ante illos subscribere inciperent, constituerentque novam & dignitate primam Cardinalium classem, quemadmodum apparet in subscriptionibus epistolæ, de* Alexandri III. *electione scriptæ, apud Radevicum lib.* 2. *cap.* 53. *summatim dumtaxat recensitis, in quibus* Hubaldus Ostiensis: *quem tamen ut ab ordine Cardinalium non exivisse credam, certius optarem documentum, & aliquam istius temporis subsignationem, ubi junctim appellentur* Episcopi Cardinales, *sicut passim scribitur* Presbyter Cardinalis, Diaconus Cardinalis. *Interim vix dubitari potest, quin saltem circa finem hujus seculi cœperint* Cardinales *promoveri ad dictos Episcopatus, retento* Cardinalis *titulo. Ita in Supplemento gestorum B. Mariæ Ogniacensis*, Venerabilis Jacobus dudum Acconensis Episcopus, nunc vero Tusculanus Præsul & Romanæ Curiæ Cardinalis, *circa annum* MCCXL. *vocatur a coævo Canonico Cantipratensi; uti videbimus ad præfatæ Mariæ diem natalem* XXIII. *Iunii; & longe antea pro anno* MCLXXXIII. *in veteri marmore Mutinæ invenitur ecclesia consecrata*, Cum sanctus Papa Lucius III. Mutinam veniret tum decem Card. Theod. Portuen. Theobal. Ostien. Episc. Jo. S. Marci &c. *ubi citra controversiam duo jam dicti Episcopi Cardinalibus annumerantur; saltem ex usurpatione vulgi. Sciendum porro est titulum* Cardinalis, *qui primum seculo* IX *cœpit adhiberi ad significandam præcellentiam dignitatis in Clero Romano; antea communem fuisse cuicumque Presbytero vel Diacono, titulum aliquem sive ecclesiam ut proprie sibi addictam curanti, qui dicebatur eidem ecclesiæ* incardinatus. *Quin etiam si quem Episcopum contingeret ecclesia sua barbaris invadentibus spoliari, huic moris erat aliam proxime vacantem commendari tamquam ejus proprio Sacerdoti; qui ei etiam dicebatur* Incardinari.

Episcopi Cardinalibus adnumerati. D

CLXXII. ALEXANDER III.

C F

Ab anno 1159. ad 81. an. 21. m. 11. d. 19.

ALEXANDER, natione Tuscus, patria Soanensis, ex patre Rainutio, antea Rolandus Presbyter Cardinalis S. Marci & S. R. E. Cancellarius, imperantibus Frederico & Manuele creatus VII. Septembris, Feria II. pridie Nativitatis B. Mariæ Virginis; ordinatus ad Nymphas, in Vigilia S. Matthæi Dominica die XX. ejusdem, anno MCLIX. sedit annos XXI. menses XI. dies XIX. defunctus XXV. Augusti MCLXXXI. sepultus in Lateranensi Basilica: & vacavit Sedes dies III.

Ratio temporis,

DE *die Creationis & Ordinationis hic assignato constat ex Ms. Vaticano apud Baronium, quem consule; accuratissimam enim continet gestarum historiam. Tempus Sedis ex Ms. nostro accepimus; in numero dierum (qui solum* IX. *scripti erant) supplentes defectum ex consensu ceterorum, scilicet Werneri Rolevinck, Martini Poloni, Stellæ, ac Platinæ. Hinc vero, itemque ex initio successoris, refelluntur, qui apud Baronium scripserunt*, XII. Kalendas Octobris *mortuum esse* Alexandrum; *neque rectius apud eumdem supputasse eos, qui* VI. Kalen. Septembris *obiisse dixerunt. Quo tamen dato consistere nequit, quod absolute videtur asserere Baronius*, sedisse Alexandrum annos XXII. minus dies VII. *sic enim debuisset cœpisse die* XIX. *Augusti, quod omnino nequit sustineri. Duo ejusdem Privilegia extant in Bullario Casinensi, quorum data*, tertio Kal. Februarii Indictione secunda Incarnationis Dominicæ MCLXVIII. Pontificatus .... X. *demonstrant annum protrahendum esse usque ad ipsum diem Incarnationis.*

Sepultura.

2 *De Sepultura ejusdem lego apud Cæsarem Rasponum pag. 77. quod* Aliquanto superius portam, qua ibatur ad aulam Concilii, haud longe a veteri pulpitu, ubi Epistola legebatur, in marmoreo tumulo jacuit Alexander III.

Antipapæ quatuor ex- stincti,

3 Hic vicit quatuor schismaticos, Octavianum, Guidonem Cremensem, Joannem Strumensem, & Landonem. Primus fecit se vocari Victorem, secundus Paschalem, tertius Calixtum, quartus Innocentium:

A tium: quorum tres Presbyteri Cardinales erant, qui per Papam excommunicati mala morte perierunt. Istius tempore maximum fuit schisma, & ejectus fuit Conventus S. Aoastasii: & Abbas S. Pauli eumdem locum sibi (obtinuit) per Regem schismaticum, qui locus per eumdem Alexandrum est restitutus.

Acta Alexandri.

4 Hic Fridericum Imperatorem ad concordiam Ecclesiæ revocavit: qui tunc illos schismaticos, qui ejusdem Papæ invasores erant, manu mittebat. Hic duo Concilia ordinavit, unum Turonis, aliud Romæ. Fridericum Imperatorem, Emanuel Coostaotioopolitanum, Guillermum Siculum, atque Lombardos ad concordiam revocavit per xv. annos. Sub ejus temporibus terræ motus magni fuerunt per loca, ita quod civitas Antiochena cum Tripoli cecidit, atque Damascus cum multis aliis civitatibus. Tunc Cartaginensis civitas penitus eversa est, & plus quam xx. millia hominum mortui sunt, & mare retrogradum versum est; & v. millia hominum io Sicilia submersi sunt.

Res ejus tempore memorabiles,

B 5 Hujus tempore Mediolanenses cum Cremooa & Placentia contra Papienses civitatem unam coostruxerunt, quam, ut famosior fieret, ab Alexandro Papa Alexandriam vocaverunt: & post petitionem Longobardorum dedit eis Episcopum, Papiensem vero Crucis & Pallii dignitate privavit, eo quod Frederico Imperatori tunc, (&) ab antiquo Regibus persecutoribus Ecclesiæ adhæsisset. Hic cum Romæ patrimooium S. Petri, præter Urbevetanam civitatem, Terracinam, Anagniam, & Aquapendeote usque Cepanum, per Imperium & Schismaticos occupatum fuisset, in Franciam transivit: ibique celebrato Turoois Coocilio per mare ad urbem rediens, cum Messaoæ applicuisset, Rex Guillermus, oon solum quia Papam, sed etiam quia Domioum a quo regnum tenebat recognoscens, eum debito hooore prosecutus est. *Ita Ms. nostrum.*

Imperator reconciliatur.

6 *Chronologus Saxo hæc insuper suggerit, non prætermittenda.* Anno Domini MCLXXVII. Alexander Papa Veoetiis adveniens, Imperatorem in classe manentem expectat. In Vigilia S. Jacobi Imperator Venetiam venit, obi diu expectatus & optatus, a Cardinalibus & Episcopis & Nobilibus & populi multitudine infinita honestissime suscipitur; & io monasterio S. Marci cum Papa in osculo pacis in concordiam & pacem firmam rediit. Anno Domini MCLXXVIII. Alexander Papa, a Moguntino & Wormatieosi aliisque pluribus Episcopis & nobilibus viris, quos Imperator C cum eo direxit, Romam reductus, honeste suscipitur. Alexander Papa geoerale Concilium omnibus Ecclesiarum Prælatis Apostolica auctoritate Romæ indixit.

Concilium Romæ celebratum.

Anoo Domini MCLXXIX. celebratum est Concilium generale a Domino Papa Romæ, in medio Quadragesimæ, ubi aderant Patriarchæ tres, Episcopi, Abbates & Prælati Ecclesiarum pene totius orbis, cum innumerabili Fidelium multitudine; in quo de ordinatis in schismate, & diversa, quæ pro temporis necessitate & corrigenda & dispensanda fuerunt, ordinavit.

Afficta Alexandro Indulgentia

7 *Baronius ad an. 1177. num. 4. ex quodam antiquo Ecclesiæ Parentinæ pergameno, refert transcripta sibi quædam, de Historia hujus* Alexandri *Papæ*, qui latitavit Venetiis, & postea transivit Ursariam Pareotinæ diœcesis, ubi dimisit Indulgentiam plenariam; *cujus Ms. Auctor adductus Pontificem Anconam*, similiter facit mentionem qualiter concessit primis Dominicalibus mensium tantam Iodulgeotiam, quantam arenam capere potuit cum ambabus manibus. D *Et additur.* Hoc donum Indulgentiæ fuit concessum tempore Domini Thomæ Episcopi Anconitani de anoo 127. aooo sui Pontificatus duodecimo, Iodictiooe quiota. *Sed num. 49. idem Baronius prudenter colligit, ex eo quod ejus temporis usus Pontificius in donis Indulgentiis* anni uoius terminum noo excederet, *redargui posse ejusmodi scripta*: Quæ digna, *inquit* risu, quamvis nullo penitus veritatis testimonio fabricantur, pluribus tamen contradictionibus locorum, temporum, rerumque gestarum facillime convelluotur. *Certe, ut librario mendo imputetur annus 127. per zyfras male aotatus, pro anno (quem in Margine substituit Baronius) 1177. quo gesta esse oportuisset quæcumque ibi narrantur, si gesta fuerunt; tamen, si Anconam venit Alexander Venetiis, ubi latuerat fuga elapsus (quod, ut merum commentum, jure explodit Baronius) eo anno currebat* Indictio, *non* quinta, *verum* duodecima. *Et* Thomas *Episcopus, an eodem anno Ancona sederit, non possumus non dubitare; cum intelligimus, quod incendio anni* MCLXXIX. *deperditis Ecclesiæ istius scripturis, ducentis fere annis hiet series Episcopalis. Ughellus autem in Episcopis Anconitanis absolute affirmat, quod*, quo tempore Gentilis Episcopus præerat Ecclesiæ Anconitanæ. Rusticus Abbas monasterii D. Mariæ Portus-novi diœcesis Anconitanæ, amplissimum privilegium io favorem monasterii, ab Alexandro III. anno MCLXXVIII. Veoetiis agente, sibi suisque successoribus comparavit.

E *valet sub Thoma Episcopo data:*

8 *Frustra sunt igitur* Presbyterorum *&* Notariorum *testimonia, quantovis firmata robore anno* MDXV. *& rursum* MDCV. *etiam Episcopalia, ad fidem faciendam, quod talia fideliter descripta sint ex antiquiori Ecclesiæ Anconitanæ exgrapho, ipsumque concordet cum originali Pareatino; quando ipsum originale, ut mendosum est totum, sic etiam fabulosum.* Accidit oamque (*ut verbis Baronii, post eadem relata scripta, utar*) ut quo præclarior de rebus præclarissime gestis sit historia conscribenda, sæpe irrepat io auctorem aliquem fabulosum quidpiam, quod sine auctore vulgatum circumfertur; quodque ipse scriptor prætermittere expavescat, ne contradicentium grando densa pulsetur; sicque fiat ut falsa admixta veris, eodem decore tituloque fulgeant; atque mendacium, veritatis; vitrum, gemmæ nomen obtineat, & pari pretio æstimetur, atque cupientibus distrahatur; quo autem nomioe semel acceptum, eodem ad posteros F tamquam paterna hereditas transmittatur; tenaciusque possessam non libenter admittat, quod, face veritatis admota, arguatur esse deforme mendacium, contrarium veritatis. Quorum occasione ut delectu habito (quod muneris nostri est) segregaremus pretiosum a vili, falsum a vero, immensi sunt oobis parti labores: sed feliciter actum, nisi & odium pareret veritas; ut secundum divinum oraculum dicant videntibus, Nolite videre; & aspicientibus, Nolite aspicere nobis ea quæ suot recta: loquimini oobis placentia, videte oobis errores. *Hæc ille, cui paria patienter in altero* Thoma, *pro anno* MCXLIII. *asserto Episcopo Florentino, an autem revera fuerit in dubium revocato, solamur nos exemplo Purpurati istius scriptoris, neque desinimus nostro officio fungi; & certa a dubiis segregare; neque permittemus, ut ex dubiis ducantur in historiam consequentiæ, de quibus non liceat dubitare.*

Pro quibus frustra est omnis adductio testium.

dum credit tenentur imposturæ.

VICTOR ANTIPAPA.

Ab an. 1159 ad 64 an. 4. m. 6. d.

VICTOR, alias Octavianus natione Romanus, Presbyter Cardinalis S. Cæciliæ, schismatice ordinatus Romæ prima Dominica Octobris, id est die IV. mensis, MCLIX. sedit annos

Tab. XXX


CLXXIII . LVCIVS III.


CLXXIV. VRBANVS III.


CLXXV. GREGORIVS. VIII.


CLXXVI. CLEMENS III.


CLXXVII. CÆLESTINVS. III.


CLXXVIII INNOCENTIVS III





A annos IV. menses VI. & dies aliquot : defunctus Lucæ circa Pascha anni MCLXIV. quod XII. D Aprilis celebratum fuit : sepultus in monasterio extra civitatem, eo quod Canonici, tam majoris ecclesiæ quam Regulares S. Fridiani, elegerint potius sedibus suis expelli, quam schismatici cadaver apud se recipere.

Memoria sepulturæ extra urbi,

O*Ldoinus in Necrologio Pontificio, ad* XIII. *Aprilis, mortem ejusdem refert : & addit, quod* Alexander Pontifex, alter David, persecutorem suum deflevit extinctum, & Cardinales de morte illius exultantes durius increpavit. *Porro interrogatus de memoria aut loco sepulturæ, vir operis nostri amantissimus, Marius Florentinius Francisci Mariæ filius, ita rescripsit :* Octavianum seu Victorem IV. Antipapam apud nos extra civitatem sepultum, omnes nostri Chronologi & Historiographi asserunt; sed neque locum neque ecclesiam indicant. Nullum hodie extat monumentum, neque de ulla sepulcrali epigraphe apud nos & patres nostros memoria. Ego tamen conjicerem humatum in ecclesia SS. Philippi & Jacobi Apostolorum & S. Pontiani Martyris, extra muros ci- B vitatis, quæ tunc temporis erat Monachorum S. Benedicti; & postmodum, iisdem auctoritate Apostolica expulsis, concessa fuit Monachis Montis-Oliveti. Ad hoc opinandum ducor, & quod ecclesia illa extra civitatem esset, sed proximior mœnibus ejusdem; & quod Monachus fortasse ipsius Ordinis antea fuerit, schismaticus Papa. Ecclesia tamen illa olim diruta fuit, cum civitas nostra novis mœnibus & aggeribus muniretur & ampliaretur; aliqua ejus vice publicis sumptibus ædificata in urbe, quæ nunc S. Pontiani dicitur, atque ab Olivetanis Monachis religiose tenetur. *Inter istas ergo mutationes perierit, si quod umquam extitit, infelicis* Octaviani *monumentum; nec mirum est tot inter mutationes etiam periisse memoriam.* E

cum ipsa St. Jacobi Philippi & Pontiani ecclesia extincta videtur.

PASCHALIS ANTIPAPA.

PASCHALIS alias Guido, Patria Cremensis, Presbyter Cardinalis S. Mariæ Trans-Tiberim, tit. S. Calisti, ordinatus circa Pascha anni MCLXIV. sedit annos III. menses IV. plus minus : cancro extinctus anno MCLXVII. mense Augusto, Romæ.

Ab anno 1164. ad 1167.

Tempus mortis.

B*Aronius, qui mortem* Paschalis *usque in annum* MCLXX. *differt, videtur usus Vita Ms. Alexandri Papæ. Verum hæc aliud nihil dicit, quam* eodem tempore *obiisse Paschalem, quo venerat Legatio Constantinopoli ad Alexandrum : hujus autem legationis annum non videtur ex illa Vita accepisse, neque aliunde, sed ex mera conjectura : nullius enim auctoris allegat testimonium. Interim habemus Otthonis Frisingensis continuatorem, Otthonem scilicet a S. Blasio ætatis huic supparis scriptorem (quippe qui scribere desiit anno* MCCX.) *sic autem orditur* Caput XI. Anno Dominicæ Incarnationis MCLXVII. Paschali Papa defuncto (*loquitur ex sensu Imperialium* Alexandro *adversantium*) Calixtus ab his, a quibus prius Paschalis & Victor, substituitur, Alexandro in potestate sui usque adhuc consistente : *& huic testimonio videmur stare securius posse. Oldoinus noster in præfato Necrologio,* XXIV. Augusti *mortuum Paschalem ponit, non indicans unde hunc diem sumpserit; quare non audemus ei fidere : & malumus diem nullum mortis, quam incertum ex gratuita conjectura ponere.*

CALIXTUS ANTIPAPA.

C CALIXTUS alias Joannes, ex Abbate Strumensi creatus Presbyter Cardinalis, Guidoni suffectus mense Augusto, anni MCLXVII. sedit annos x. & dies aliquot: & ab ipsomet Imperatore Friderico, Venetiis ad Alexandri Papæ gratiam recepto, desertus, ad ejusdem obedientiam Tusculi rediit anno MCLXXVIII. XXIX. Augusti, & eodem anno infeliciter obiit. F

Ab an. 1167. ad 1178.

Anne Cardinali Episcopus?

S*Unt qui a* Victore *Antipapa Episcopum creatum dicant, alii* Albanum, *alii* Tusculanum : *mallem scire quis & cujus tituli Cardinalem Presbyterum eum crearit : si tamen hoc ipsum probari possit, probabitur eadem opera, jam tum in usu fuisse ut Cardinales Presbyteri ad Episcopatus S. R. E. suffraganeos promoverentur, retento titulo Cardinalitium. Pœnitentiam illius nec minus chronologiam certissimam nobis facit apud Baronium Romualdus Archiepiscopus Salernitanus, tunc temporis vivens ac scribens. Marius Vipera non tantum in gratiam receptum ait; sed Archiepiscopum Beneventanum & illius urbis Præfectum constitutum, eodem tamen anno in hoc dignitate obiisse.*

ejus feria pœnitentia?

INNOCENTIUS ANTIPAPA.

INNOCENTIUS antea Lando dictus, quis fuerit qualisve incertum est, brevis admodum temporis Speudo-papa.

Anno 1157.

Dictus papa.

H*Ic nomine quidem tenus notus scriptoribus aliis, videtur a paucis quibusdam schismaticis, qui in monte Albano substiterant, quando ad* Alexandri *obedientiam Tusculum regressus est Guido, Clericis suis nonnullis comitatus, ex desperatione gratiæ ordinatus anno* MCLXXVIII. *assumptaq; male insignia Pontificia cito deseruisse, ut propterea non meruerit alibi nominari : quare nec Oldoinus ejus in Necrologio meminit.*

A D

CLXXIII. LUCIUS III.

Ab an. 1181 ad 85, an. 4. m. 2. dies 28

LUCIUS, natione Tuscus, patria Lucensis, antea Hubaldus Episcopus Ostiensis, imperantibus Frederico Ænobarbo & Alexio Comneno, creatus XXIX. Augusti, & postridie in Dominica coronatus anno MCLXXXI. sedit annos IV. menses II. dies XXVIII. obiit Veronæ MCLXXXV. XXV. Novembris; ibique sepultus est; & non vacavit Sedes nisi in diem sequentem.

Tempus Sedis.

Nescio ubi invenerit Baronius, quod Lucius creatus est Pontifex IV. Kalendas Septembris, & postridie ordinatus, *nihil enim tale legitur apud Wilhelmum Tyrium vel Robertum de Monte quos allegat: quia tamen ex Epitaphio constat de die mortis, & auctor Ms. nostri supra annos IV. numerat menses II. dies* XXVIII. *itaque præcise habetur initium a Baronio notatum, huic æstimamus stari posse. Apparet autem corrigendos esse Rollevinkium, & Platinam, qui so-* B *lum* XVIII. dies *numerant, & multo magis Stellam qui dies omisit adnumerore.*

Sepulcrum Veronæ,

2 *Joannes Franciscus Tinctus, lib. 5. de Nobilitate Veronensi cap. 2. sepultum ait* Lucium *in ecclesia Cathedrali, ante majus altare, in sepulcro marmoreo cum hujusmodi epitaphio, quod etiam in auctiori Ciacconio legitur, & quidem addita chronologica clausula quam Tinctus omiserat.*

Luci, Luca tibi dedit ortum, Pontificatum
Ostia, Papatum Roma, Verona mori.
Imo Verona dedit verum tibi vivere, Roma
Exilium, curas Ostia, Luca mori.
Obiit. S. Pater. D. D. Lucius. Papa. III.
A. MCLXXXV. die. XXV. Novembris.

3 *Addit idem Tinctus (& similia habet ejusdem temporis scriptor Hieronymus de la Corte, Historiæ Veronensis lib. 6.) ante annos aliquantos curatum esse a Matthæo Giberto Episcopo Veronensi (hic autem ab anno* MDXXVII. *ibidem resedit usque ad* MDXLIII.) *ut cum monumentum istud pro nova ecclesiæ & chori fabrica movendum loco suo esset, exuviæ Pontificia in aliud monumentum infra terram ante idem altare majus collocarentur, cum hac inscriptione* E

& translatio ad aliud monumentum.

OSSA LUCII III. PONT. MAX.
cui Roma ob invidiam pulso, Verona tutissimum ac gratissimum refugium fuit, ubi conventu Christianorum acto, dum præclara multa molitur, e vita excessit.

CLXXIV. URBANUS III.

Ab an. 1185 ad 87, an. 1. m. 10. d. 25.

URBANUS, natione Lombardus, antea Ubertus Presbyter Cardinalis S. Laurentii in Damaso, & Archiepiscopus Mediolanensis, imperantibus Friderico Ænobarbo & Isaacio Angelo, creatus XXVI. Novembris, coronatus VIII. Decembris in Dominica MCLXXXV. sedit annum I. menses X. dies XXV. defunctus Ferrariæ XX. Octobris, anno MCLXXXVII. & non vacavit Sedes nisi in diem sequentem.

Ratio temporis.

Martinus Polonius in Ms. nostro Lucii *& quatuor successorum Pontificum seriem sic decurrit, ut singulis vix quatuor lineas concedat; indicato autem spatio quo sedit* Lucius, *addit,* Et cessavit Episcopatus dies XIII. *eo ipso significans, non primo, sed secunda post suam electionem Dominica consecratum fuisse* Urbanum: *cujus tamen intervalli rationem nullam habendam judicavit, dum hujus Pontificatus initium* C *sumpsit a die Creationis. Ipsius de ea epistolam ex Rogerio Hovedeno recitat Baronius; in qua dum lego,* quod defuncto Lucio & reverendissimo corpore ejus honorifice tumulato, habitus est a Fratribus de successoris electione tractatus; *hinc quidem intelligo, hujus ætatis Pontifices sequenti mox obitum suum die tumulari solitos, ut sine mora posset ad electionem procedi; inde vero, attento cessantis Episcopatus tempore in Ms. nostro signato, dignum animadversione puto, quod Electione facta (quæ absoluta cum esset, verum absolutumque creabat Pontificem, statim ac facta) minus quam antea, dum hoc non esset, fuerit festinatum ad Ordinationem, si ea adhuc deerat, vel ad Coronationem solennem; sed apparatus faciendo tempus indultum.*

Causa mortis.

2 *Adduut Continuatores præcitati:* Hujus tempore capta est Hierusalem a Saracenis: qui cum de transmarinis partibus iam flebilem rem audivisset, præ nimio dolore obiit. Sepultus est Ferrariæ. *Eamdem mortis causam assignant Rogerius & Neubrigensis apud Baronium, & diem nominant* XIII. Kalendas Novembris; *cum tristem nuntium perlatum ad Curiam dicant* XV. Kalendas, in die S. Lucæ Evangelistæ. *Sed corrigendus Neubrigensis, a librariis corruptus, sic ut scribere videatur* Urbanum, paulo ante *quam tristis nuntius afferretur, ex hac vita substractum, & legendum* paulo post. *Chronologus Saxa sic de eodem scribit. Anno Domini* MCLXXXVII. Imperator pro pace formanda inter Urbanum Papam & Imperium, Legatos Wirziburgensem & Babebergensem Episcopos & Abba- F tem Hersveldensem Veronam misit: qui bene prosperati, pace in forma acta, Legationem Imperatori retulerunt. *Tum relato Hierosolymitanæ Urbis occupatione per Saladinum, subjungit:* His ita gestis Episcopus Hierosolymorum nuntios & litteras misit, quærens consilium & auxilium. Proinde Papa, orationes & jejunia per Ecclesias instituens, Imperatori & ceteris Principibus & Fidelibus, pro adjutorio illius terræ, Henricum Episcopum Albanensem Cardinalem misit trans Alpes. Eclipsis solis facta est. Imperator pro pace firmanda nuntios, quos pridem, Urbano Papæ misit. Urbanus Papa apud Ferrariam migravit, cui Gregorius substituitur, prius Cancellarius. Ipse Legatione Imperatoris optime suscepta, pacem, filius pacis & vere Israelita in quo dolus non erat, accepit & firmavit.

Epitaphia Ferrariæ.

3 *Sepultus fuit hic Pontifex in nova, quæ Ferrariæ anno* MCXXXII. *primum absoluta fuerat Cathedrali; ubi post* CXXVIII. *annos repertus, accepit ad dextram altaris majoris & egressum chori monumentum ex rubro marmore, quatuor columnis itidem marmoreis sufficatatum, uti scribit in Compendio Historico illius civitatis Marcus Antonius Guarinus, & testatur Epitaphium tumulo tunc inscriptum.* Hic jacet bonæ memoriæ Urbanus Papa Tertius, natione Mediolanensis ex gente Cribellorum, sepultus MCLXXXVI. (*imo* VII.)

A vii.) & revelatus MCCCV. die VII. mensis Augusti Iodictione tertia, temporibus Fratris Guidonis Ferrariensis Episcopi, Joanois Archipresbyteri & Bonagratiæ Præpositi. *Ecce autem ipsam monumenti Pontificalis ex rubro marmore constructi, ex eoque atque ex medio templo ad eum ubi nunc est parietem translati formam, qualem mihi delineandam curavit nostri Ferraria Collegii per hos annos Rector R. P. Constantius Aimus; docens insuper, Epitaphium prædictum veteri & Gothico, ut appellant, charactere circumduci per supremum ipsius arcæ limbum; in quadam autem recentiori ejusdem reparatione (quando etiam potuit tertium coronamentum tiaræ accessisse) placuit scripturam, nec conspicuam satis, nec amplius legibilem in eo quod parieti nunc adhæret latere, novæ formæ characteribus inscribere arcæ ipsius fronti, uti hic factum vides. Similiter dum repoliuntur columnæ, placuit supra inclusas sub laterculo albo Reliquias, quanam hæ essent Latinis notaribusque jam litteris scribere, hoc modo: ad latus Evangelii, RELIQUIE SCTOR. GEORGII MRIS ET MAURELII EP. & MRIS: ad latus Epistolæ, RELIQUIE SCTOR. LAURENTII MRIS ET GREGORII PP. ET CF. Est autem longitudo arcæ pedum v. & digitorum II. profunditas pedum II. ac digitorum III. altitudo uno alterove digito major: columnæ vero cum basibus & capitellis a pavimento usque ad arcam pedum omnino v.* B

Et monumentum an. 1305. positum.



4 *Quod de Romana Curia usu, in annis protrahendis usque ad XXV. Martii, supra jam sæpe diximus, confirmationem accipit sub hoc Pontifice, ex ejus Bulla, qua expeditur Privilegium Gulielmo Moremundensis cœnobii apud Mediolanum Abbati*, datum Veronæ, per manum Alberti S.R.E. Presbyteri Cardinalis & Cancellarii, VII. Idus Januarii, Indict. v. Incarnationis Dominicæ anno MCLXXXVI. Pontificatus vero Domni Urbani Papæ Tertii anno II. *ubi annum tam Pontificatus quam Indictionis, more nostro scribentibus inserunt annum* MCLXXXVII. *Ne autem, quia Veronæ signatum est* Privilegium, *idcirco dubites utrum proprio Romanæ Curiæ stylo sic scriptum fuerit: adest ecce eodem tomo 4. Ughelli, ubi hoc allegatur col. 237. præcedenti col. 235. Mediolani in* Palatio *ipsius* Pontificis, *tunc adhuc* Cardinalis *& Apostolicæ Sedis Legati, coram eo & ab eo subscripta sententia* Anno Dominicæ Incarnationis MCLXXXIV. Indict. II. die Mercurii, VIII. mensis Februarii: *ex qua liquet Lombardos, in quibus tunc etiam Veronenses, eo tempore incoasse annos a Kalendis Januarii, uti nos modo facimus, quod etiam probari potest ex privilegiis ibidem productis col. 223. sub* anno MCLXXIII. II. die mensis Novembris, Indict. VII. *& sequentibus; addito alio, quod finitur col. 231. cum hac clausula*, Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis MCLXXIV. Indict. VII. regnante Friderico Imperatore Romanorum gloriosissimo, anno Regni ejusdem XXIII. Imperii vero E XXI. datum in Episcopatu Papiensi in obsidione Roboreti, XIV. Januarii, feliciter. Amen.

Stylus data sub hoc Pontificatu, idē qui sub prioribus, Florentinus,

... non Lombardicus,

5 *Ceterum de hoc eodem Pontifice certant* Vercellenses & Mediolanenses, *utrorum Episcopis accensendus sit neutris aliquod ejus apud se monumentum producentibus, quod Episcopus fecerit aut subsignaverit. Sed inter* Vercellenses *nullus esse alicui* Uberto vel Lamberto *locum, ex ipsorum deductione satis demonstrat Ughellus.* Pro Mediolanensibus *irrefragabile testimonium dicit Catalogus eorum Episcopalis, alias explicandus. Hic enim, ab anno* MCLXXXV. *usque ad* MCCVII. *invenitur sic deductus in originali membrana Bibliothecæ Ambrosianæ, ut in eo singulorum Archiepiscoporum nomina, tempus Sedis, ac locus sepulturæ, sigillatim ac successive, manibus evidenter diversis contineantur, ipso scilicet quo quisque moriebatur tempore ex ordine adscripta. Ibi autem sic legitur.* Domnus Ubertus, qui fuit Papa Urbanus, sedit annos II. menses IV. dies X. *scilicet a die* XI. *Maii, quando fuit electus Archiepiscopus, post Algisi decessoris* XXIX. *Martii prægressam mortem, elapso* mense I. & diebus XI. *usque ad* XX. *Septembris, quando retentum eatenus titulum Archiepiscopatus deposuisse videtur, alteriusque eligendi fecisse potestatem. Hac tamen potestate* F *adeo non est usus Mediolanensis Clerus, ut, non nisi tertio post mortem* Urbani *mense, potuerit in novam electionem convenire. Quod autem respectu Mediolanensis Episcopatus fecit* Urbanus, *ut eum gereret Romano Pontificatui junctum; factum etiam censuimus a Suidigero Bambergensi, postea* Clemente II. *& Gerardo Florentino, dicto* Nicolao II. *Fuisse etiam* Urbanum *familia* Cribellom, *patet ex instrumento anni* MCLXXVIII. *apud Puricellum, in Monumentis Ambrosianis pag. 1019. cui condendo interfuisse scribitur*, Obertus Crivellus, ipsius Ecclesiæ Archidiaconus. *Ast eo cognomento abstinet ipse, anno* MCLXXXIV. *ita signans pag. 1024. apud eumdem.* Ego Ubertus tit. S. Laurentii in Damaso Presbyter Cardinalis, & Apostolicæ Sedis Legatus subscripsi.

Urbanus hic non fuit antea Vercellensis Episcopus,

CLXXV. GREGORIUS VIII.

GREGORIUS, natione Beneventanus, antea Albertus, Presbyter Cardinalis S. Laurentii in Lucina, & S. R. E. Cancellarius, imperantibus Frederico Ænobarbo & Isaacio Angelo, creatus XXI. Octobris, & XXV. ejusdem in Dominica anno MCLXXXVII. ordinatus Ferrariæ, sedit mensem I. dies XXVII. defunctus Pisis XVII. Decembris: & vacavit Sedes diem I.

An. 1187. m. 1. d. 27.

A *Uctor Brevis Chronici Pisani apud Ughellum to.3 col.889.* Gregorius Papa VIII. ingressus Urbem Pisanam, receptus est ab eisdem Pisanis cum magno honore IV. Idus Decembris, & mortuus est Pisis XVI. Kal. Januarii. *In Ms. nostro hoc de eo legitur:* Hic zelando pro terra sancta ad diversas provincias mittit litteras; & facta pace inter Januas & Pisas; Pisis mortuus sepelitur, *utique in ecclesia Cathedrali. Chronologus Saxo, narrata, ut supra, electione & pacis susceptione addit;* Gregorius Papa Imperatori & Principibus pro adjutorio terræ Hierusalem scripsit: & quia vita ejus mundus non fuit dignus, ad Pisas in fata concessit: cui substituitur Clemens, prius Episcopus Prænestinus.

Obitus.

2 *Franciscus Maria Cessinius, Eques S. Stephani & in Academia Pisana primorius Juris civilis Professor, cujus beneficio ad XXIX. Maii dumus Vitam B. Bona Pisanæ, requisitus num quod istic hujus Pontificis monumentum superesset, nihil vetustam reperiri ait, prater brevem in antiquo Ms. notitiam, quam ex Italico sic Latinam facio.* B Anno MCLXXXVII. assumptus fuit ad Pontificatum Gregorius VIII. qui cum Pisas venisset ut pacem conciliaret inter hanc civitatem & Genuensem, secundo mense Pontificatus sui animam Deo reddidit in hac eadem civitate Pisana: & fuit sepultus in Cathedrali, intra grandem ex candido marmore arcam, iis temporibus satis pulchram, in capella Deiparæ Incoronatæ, cum funebri pompa, qualem conveniebat mortuo Pontifici instrui a civitate, tunc potentissima: quæ arca, seu malis appellare tumba, hodie spectatur ad manum dexteram majoris ecclesiæ intrantibus per portam Regiam.

Sepultura.

3 *Verum etiam hæc videri desiit, cum anno MDC. conflagrasset templum; nec ulla nunc ipsius, vel intus positi corporis notitia remanet. Sed circa annum MDCLX. Fabricæ Præfectus Campilia (Operarium vocant)* D *Valerium Chimentellum, in jam dicta Academia Professorem, etiam de nostro opere tunc bene meritum, exoravit, Titulum ut conciperet, pro tempore inscribendum umbratili ex telu & tabulis monumento, donec marmoreum quod designabat conficeretur opus: manetque etiam nunc eodem in statu, quamvis Cajetanus, qui Fabricæ nunc præest, eadem consilia volvat animo, nec stimuli quotidiani desint a Cessinio aliisque, dolentibus adeo segniter curari rem, civitati magno decori futuram.*

incendio an. 1600 absumpto.

4 *Titulus ille talis est:* D. O. M. Gregorius VIII. Pont. Max. de sancta urbe Jerusalem recuperanda sollicitus, summis viribus bellum adornat adversus perduelles. Pisanos Genuensibus conciliaturus Ferraria huc migrat, ut cives, maritimis copiis florentissimos Ecclesiæque fidelissimos, in sacram expeditionem mox sibi conjungat. Magnum facinus invidente morte, Pisis obiit XVII. Kal. Jan. A S. MCXIIIC. ingenti cum dolore Christianæ Reip. cui tantam gloriam prospiciens, dies solum præfuit LVII. Residua mortalitatis pignora, hoc ipso loco sepulta, Camillus Campilia Ædituus, ad redivivam memoriam functo posito lapide veneratur, A. D. MDCLVIII. E *Ita ibi, diem mortis in Chronico notatum prævertendo ad diem unum.*

novo titulo instauratus an. 1658.

5 *Oldoinus in Necrologio Pontificio etiam ad alterum prævehit, & XVIII. kal. Jan. eligit, fortassis autem unius numeri omissione accidit ut apud Panvinium inveniatur,* VIII. kalendas. *Sed quid fiet Ottboni a S. Blasio, cujus hoc tempore viventis Cap. 30 Appendicis ad Frisingensem hæc sunt verba:* Eodem anno, *scilicet* MCLXXXVII. Urbano Papa mortuo Gregorius successit, quo infra dies quasi decem defuncto Clemens substituitur? *Respondeo, duarum vocum mutilatione locum corruptum videri, itaque legendum:* quo infra medium quasi Decembrem defuncto, *scilicet* XVII *die mensis ut dictum paulo ante est.*

Dies mortis.

CLXXVI. CLEMENS III.

Ab an. 1187 ad 91. an. 3. m. 3. d. 18.

CLEMENS, natione Romanus, ex patre Joanne Scholari, antea Paulus Prænestinus Episcopus, creatus Pisis XIX. Decembris MCLXXXVII. coronatus ibidem iisdem Imperatoribus, VI. Januarii, in solenni festo Epiphaniæ, Feria IV. anno MCLXXXVIII. sedit F annos III. menses III. dies XVIII. obiit V. Aprilis, anno MCXCI. sepultus in basilica C Lateranensi; & vacavit dies VI.

D*E hac successione ait Pisani Chronici præcitati auctor:* XIV. Kalendas ejusdem (*Januarii*) Dominus Paulus Prænestinus Episcopus, in ecclesia S. Mariæ Pisarum, majoris Ecclesiæ Pontificalem cathedram est adeptus, levatus ab hospitio S. Pauli de Ripa Arni, & largiente Domino vocatus est Clemens Papa III. *Quia autem notat auctor Ms. nostri, quod etiam scribit Baronius, cessasse Episcopatum dies XX. causam differendæ Coronationis Clementi fuisse credorem, quod eam voluerit in urbe Romana suscipere. Sed si velit, impeditum aliunde fuisse oportet: constat enim Pisis eum substitisse ultra* XVII. Kalendas Februarii *ex pluribus ejus Epistolis: prima autem quam Romæ dedisse invenitur, notata est* III. *Idus Martii. Quid autem ibidem egerit in Ms. nostro ex Martino sic notatur.* Hic ex patre Joanne Scholari, claustrum S. Laurentii extra muros ordinavit, & Laterani Palatium fecit altius, & puteum ante equum æreum fieri fecit. *Vidit etiam fructum Legationis, a suo decessore ordinatæ: de qua Chronologus Saxo Chronicon suum hic finiens, ita scribit.* Anno Domini MCLXXXVIII. Imperator Fredericus pro Legatione Apostolica, de adjutorio Orientalis Ecclesiæ, omnibus Principibus Teutonicæ terræ & ceteris fidelibus, Curiam in medio Quadragesimæ Moguntiæ instituit ...... ubi Imperator inspirante Deo, in præsentia Albanensis legati & totius Imperii, in remissionem omnium peccatorum Crucem accepit; deinde filius ejus Dux Sveviæ; Langravius & multi Episcopi, Duces, Comites & Nobiles, Milites & viri militares Crucem acceperunt. Ad eam Curiam (convenerunt) quatuor millia virorum electorum, & expeditio in annum integrum dilata, in die S. Georgii Ratisponæ statuta est.

Ejus electio & coronatio Pisis:

2 *De die mortis certos nos reddit Rogerius Hovedenus, hujus præcise temporis scriptor, cum ait:* Mense Aprilis, IV. Idus ejusdem mensis, Feria quarta, obiit Clemens Papa III. *ubi quia dies mensis & feria hebdomadæ optime conveniunt, non moveor auctoritate Ottbonis a S. Blasio annum* MCXC. *huic morti assignantis. De Sepultura apud Rasponum hæc verba leguntur.* Clemens III. in medio Basilicæ Lateranensis tumulatus erat, in marmorea urna, sigillis ornata, ante chorum antiquum Canonicorum, versus aulam Concilii.

obitus & sepultura Romæ.

3 *Notat hic Oldoinus noster, in suis ad Ciacconiam Additionibus novis, quod licet Guibertus Ravennas, in nomen & Sedem Apostolicam a schismatico Imperatore intrusus, cum magno totius Ecclesiæ scandalo,* Clementis III. *titulum usurpaverit; nulla ta-*

Titulus Tertii.

mi: n

A men illius ratio sit habita, quippe vero viventique Pontifici Gregorio VII. sacrilege superinducti, ideoque hic de quo agimus dictus fuerit indubitanter Tertius. Quod, secus quam alias, fieri commode potuit; quia numquam a Clero Romano susceptus Guibertus iste, nulla nominis sui monumenta in archivio Ecclesiastico aut apud Apostolicos Notarios reliquit, quorum causa, ad vitandam confusionem, necesse esset Tertii nomen eidem quamvis Pseudo-papæ relinqui, hunc vero de quo nunc agimus Quartum vocari: omnibus enim ubique orthodoxis constabat, vivente Gregorio nullum esse, nisi nomine falso Clementem Papam. Hoc autem ita esse, ut diximus, patet ex hujus Clementis Bullis, quarum unam exhibet Ughellus tom. 4. col. 673. ita subscriptam:

in epistolis & sigillo.

Datum Laterani per manum Moysi S. R. E. Subdiaconi, Vicem agentis Cancellarii, IX. Kal. Julii Indict. VIII Incarnationis Dominicæ MCXC. Pontificatus vero Domini Clementis Papæ III. anno III. Cum autem Guibertus nihil in schismate pie egerit, merito idem Oldoinus eidem abjudicavit, & huic, de quo agimus, vero Pontifici adjudicavit sigillum plumbeum, CLEMENTIS PAPAE THERCII nomine ex una parte circumscriptum, ex altera vero verbis Christi, Petrum Pontificem instituentis, deque officii sui partibus instruentis hoc versu: D

CORRIGE, PARCE, FERI, PETRE, PANDE, MEMENTO MEDERI.

CLXXVII. CÆLESTINUS III.

CÆLESTINUS, natione Romanus, ex patre Petro Bobonis, antea Hyacinthus Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Cosmedin, creatus XII. Aprilis, consecratus die Resurrectionis, XIV. ejusdem anno MCXCI. sedit annos VI. menses VIII. dies XXVIII. tempore Henrici VI. & Isaacii Angeli Imperatorum. Obiit die VIII. Januarii MCXCVIII. sepultus in basilica Lateranensi: & paucis solum horis vacavit Sedes.

Ab anno 1191. ad 98. an. 6. m. 9. d. 28.

B DE ejus ordinatione Rogerius Hovedenus ait: Clementi III. successit Hyacinthus Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Cosmedin, & in ipsa Vigilia Paschæ ordinatus est in Sacerdotem: & in die Paschæ, quæ in XVIII. Kal. Maji evenit, in Romanum Pontificem consecratus est ab Octaviano Ostiensi Episcopo, & vocatus est Cælestinus Tertius. Addit auctor Ms. nostri: Hic secundo die Pontificatus sui, coronavit Henricum Imperatorem, hujus nominis V. Regem vero Germaniæ VI. & fecit Palatium apud S. Petrum. De morte ejus hæc Rogerius: Senio & gravi morbo confectus obiit Romæ mense Januarii, VI. Idus ejusdem mensis, feria VI. VII. anno Papatus sui: & Laterani sepultus est. Ita Rogerius, in hoc tamen corrigendus, quod anno MCXCVIII. componat VI. Idus Januarii cum Feria VI. quæ solum fuit V. Multo autem magis corrigendi alii, qui huic Pontificatui præter annos VI. adscribunt menses IX. dies XI. Auctor vero Ms. nostri cum die II. Pontificatus coronatum Imperatorem ait, (quod omnes dicunt factum Feria II. Paschæ) satis ostendit se ad antiquum stylum reverti, inchoando Pontificatum a die Ordinationis Episcopalis, non a die Electionis: sed nos cœpto semel stylo recentiori insistimus: satisque habebimus sigillatim notasse, cum vel alios aliter supputasse invenerimus, vel ipsos Pontifices in C Bullis suis annum in die Ordinationis mutasse, in quo fortassis pauci recesserunt ab antiquo usu.

Ratio temporis,

Locus sepulturæ.

2 Utriusque actionis formam prolixe hic describit Baronius ex libro Censii Camerarii, unde ipsam transcriptam damus inter Acta S. Cœlestini Papæ IV. ad cap. 2. lib. 2. de Coronatione Bonifacii Papæ VIII. modo sufficiunt primæ ejus lineæ, quæ ad præsentem rem faciunt; aderat enim hoc tempore, & forsassis jam tum Camerarius erat Censius iste, postea Honorius Papa III. Sic ergo incipit: Mortuo Romano Pontifice & sepulto, id est in Lateranensi Basilica temporarie deposito, quod ipso die mortis plerumque factum ex præcedentibus intelligitur; omnes Cardinales ad propria revertuntur secundum antiquam consuetudinem. Secunda vero die, id est sequenti ipsum mortis diem, conveniunt in ecclesia Lateranensi; & Missa mortuorum cantata, omnes similiter secundum consuetudinem antiquam recedunt. Tertia autem die, iterum omnes in ecclesia congregati, & Missa sancti Spiritus ibidem primitus celebrata, tractant de Electione; & perscrutata omnium Cardinalium voluntate ab aliquibus de ipsis, in quem major & melior pars convenerit Cardinalium, ipsum Prior Diaconorum de pluviali rubeo immantat: idem Electo nomen imponit. E Deinde describuntur ceremoniæ reliquæ, atque deductio & installatio in Laterano. Post hæc autem, ait idem Censius, in proxima die Dominica Electus... vadit ad ecclesiam B. Petri, & ante altare majus consecratur. Secundum hunc antiquissimum (ut vides) ordinem; intelligitur, unum ut minimum diem interponendum Decessoris morti & Successoris electioni, nisi extraordinario aliquo casu fuerit, hæc præcipitanda: deinde expectandam fuisse pro Consecratione, aut saltem pro Coronatione (quando Consecrationis non egebat Electus, jam ante Episcopus) Dominicam diem; neque citra evidentem auctoritatem quidquam esse statuendum in colligenda ratione temporum, quod huic ordini adversetur.

Ordo electionis & Ordinationis Pontificiæ ex oculato teste.

3 Iam quod ad sepulturam Cælestini attinet, locum indicat his verbis Rasponus: A porta sancta versus aram maximam & S. Mariam del Riposo quam vocant, erat sepulcrum Cælestini Papæ III. quamquam alii putant eum sepultum fuisse prope aram S. Salonini. Sed quis hic S. Saloninus, non solum Romano Martyrologio ignotus, verum aliis quoque vetustioribus fastis omnibus? Libenter hoc doceremur, & diem quo cultus in suo illo altari fuit. Quid si S. Dominius & sociis Martyribus Salonitanis, quorum corpora circa Baptisterium Lateranense reposita diximus XI. Aprilis, intra F ipsam Basilicam dicatum altare commune hoc ab eis nomen habuerit, sed a vulgo corruptum, ut S Salonini dictum fuerit, quod erat SS. Saloniniannrum. Hæc ego diu mecum: quin & Romam scribens quærendum de Martyre illo curavi, sed inventus est nemo, qui plus quam nomen sciret. Tandem reperi apud eumdem Rasponum lib. I. cap. 12. indicari Altare Beati Antonini, seu Salonini Martyris. Refertur aliquis Romæ passus Antoninus, sub Commodo XXII. Augusti; sed neque tunc, neque alias ulla in Laterano mentio illius fit, & cum altari destructo cultus videtur evanuisse.

Sepultura prope aram S. Salonini.

seu S. Antonini,

DISSERTATIO XLII.

De Annalibus Ecclesiasticis, numquam satis laudandis, Cæsaris Cardinalis Baronii, hic desinentibus.

ILlustrissimus Cæsar Cardinalis Baronius cum Pontificatu Cælestini III. finivit Annalium suorum tomum

A *mum duodecimum, & Herculei plane laboris metam cum numera attigit;* nono Kal. Junii anno MDCVII. *ipsum offerens* Paulo V. *Pontifici tunc Maximo, & mox* pridie Kalendas Iulii *vita functus. Æstimationem ejus tantum abest ut apud me aliquatenus imminueris infelicior quem habuit in ordinanda chronologia successus, quemque hic fui conatus supplere; ut plurimum auxerit tali proposito conjuncta necessitas, totam ejus duodecadem (quod antea facere mihi numquam licuerat) cursim saltem evolvendi, simulque cognoscendi quadantenus in æstimabile præclarissimi scriptoris meritum de re historica Christianaque universa. Omnino enim mihi evenit, quod Ianus Nicius Erythræus prima parte Pynacothecæ fatetur sibi contigisse, sic loquens.* Cum in Baronii scripta mentem & cogitationem conjicio, plane vehementer exhorreo, neque satis assequi intelligentia possum; unde homini, in excipiendis confessionibus, in sermonibus habendis, in sacrosancto Missæ sacrificio faciendo, in Horariis precibus recitandis, in rebus suis naturæ ac necessitati tradandis ocaupato, tantum spatii contigerit, ut infinitam vim rerum ac varietatem, per infinitos

B

pene libros dissipatam atque dispersam, colligeret, intelligentia comprehenderet, de unaquaque earum judicaret, ac denique litteris docte accurateque mandaret. Equidem quocumque cogitatione me flecto, nihil aliud comperio, nisi opus, Ecclesiæ imprimis necessarium, non potuisse nisi præcipuo divini Numinis instinctu, auxilio, atque adeo miraculo suscipi, expoliri atque ad absolutionem perfectionemque perduci. Multa partim levia, partim nugatoria, partim a veritate prorsus aliena, siva hominum injuria, siva ethnicorum perfidia, sive hæreticorum fraude, in Ecclesiasticam historiam irrepserant; quæ illa, sua illa mirifica ad refellendum consuetudine usus, inscitiæ, fraudis, ac falsitatis coarguit & convicit.

Hic tomi Annalium 12. finiuntur,

quos nemo absque stupore legerit,

2 *Ast supputatio temporum, inquies, quæ basis quædam historiæ est, certior rectiorque haberi potest.* Potest *nunc quidem (ut ego puto) postquam scilicet ejus melius ordinandæ subsidia undique se aperuerunt, integro ex quo ille scribere cœpit seculo; sed hæc si tunc habuisset ille, nescio an quivis alius hanc historiæ partem felicius tractare valuisset. Quid autem ad eleganter sculptam ex marmore pretioso statuam, aut ære argentove solido fusam attinet, si artifex suus eam imposuit basi pro tempore lateritia; cui alius, terræ viscera scrutando profundius, inventam saxeam postea substituerit? aut quis contemnat margaritas, quia linea,*

C

nus durabili quam sericea, sunt inductæ? Unum est, in quo præstantissimi operis fortunam doleo; quod cum Auctor singulis pene tomis Romæ excusis multa addenda, corrigenda, mutanda successive subjecerit, quæ optabat in nova eorumdem editione suis quæque locis aptari atque inferi; tantum in iisdem revidendis properaverint Antuerpienses Colonienses que typographi, ut spatium sibi nullum indulserint curandæ rei tam necessariæ: triplici autem illa impressione sic multiplicata exemplaria sint, ut spes nulla affulgeat quartæ, in qua suppleri defectus ille possit, auctoremque eximere censuris multorum. Multi enim, cum in contextu Annalium forte inveniunt aliquid, correctionis aut lucis plenioris indignum; non semper cogitant in Appendicibus id forsitan requirendum. Et in hoc utinam nec ipse aliquando hic defecerim! Ignosci certe mihi peto si factum est. Nostro enim operi tale quid evenit haud infrequenter, non solum apud malevolos (qui ut carpant liberius, vel nolunt videre correcta posterius, vel vidisse dissimulant) sed etiam apud amicos Lectores, nec tempore & otio tanto abundantes, ut tot tantaque volumina pervolvere possint integre, nec tam felici semper memoria præditos, ut quæ forte uno loco legerint, statim referre ad alterum valeant.

etiamsi chronologia nonnihil vacillet:

quæ si integre pressum fuisset... ex voluntate correcta & suppleta.

D

3 *Vitam & virtutes eruditissimi viri simul ac sanctissimi, prolixo volumine prosecutus est idem, a quo Magistri & Institutaris ejus S. Philippi descriptam historiam damus, R.P. Hieronymus Barnabæus, Congregationis Romanæ cum viuis Præpositus: ex qua aliisque domesticis Patrum Oratorii monumentis excerpta est brevis illa Notitia, quæ præteritis annis Italice prodiit, de primis ac præcipuis S. Philippi Sociis. Hos inter* Baronius *tertium locum tenet, scilicet post Juvenalem de Ancina Episcopum Salutiensem, pro cujus canonizatione haud pauca Romæ acta sunt, & Franciscum Mariam Taurisium Cardinalem. Quomodo autem ad scribendos Annales ecclesiasticos sit admotus imperio S. Philippi, cujus precibus pridem in vivis servatus fuerat; invenies Lector in Vita ipsius Sancti, num 61. & 483. Porro quod de Notis ad Romanum Martyrologium respondit, a Præsule quodam Ultramontano rogatus, quam multos eo in opere adjutores habuisses,* Torcular calcavi solus; *de Annalibus quoque intelligi posse testabuntur ejus autographa volumina, etiamnum asservata in Bibliotheca Vaticana; neminem certe post se reliquit, qui viventi laborum particeps, eosdem mortuo illo prosequeretur. Illi autem, quantocumq; dum viveret piorum plausu approbationeq; exciperentur, mansit tamen solida semper humilitas viro, inter studia solito identidem dicere,* Domi-

E

ne ne auferas ab ore meo verbum veritatis.

Illos ex imperio S. Philippi Nerii scribens solus,

4 Veritatem *enimvero (ut brevis Notitiæ Auctor loquitur)* sincere constanterque amabat, etiam sibi contrariam; & cuicumque eam retegenti volebat bene; animo ad eamdam amplectendam & profitendam semper parato. Quotiescumque vel novo adhibito studio, vel alio suggerente cognoscebat ab ea se deviasse, retractabat continuo asserta priora, quemadmodum pluribus Annalium ejus locis videre est. *In mente quippe habebat illa verba Ambrosii, quæ etiam Sixto V. scripsit,* Unumquemq; fallunt sua scripta & auctorem prætereunt: atque ut filii etiam deformes delectant, sic etiam scriptorem indecores sermones sui palpant. *Talis promptitudo nascebatur ei ex profunda animi demissione, qua proprio semper diffidebat judicio; sua autem pauperis Presbyteri conditione adeo vivebat contentus, ut cum præciso obedientiæ severioris mandato* Clemens VIII. *eum coegisset Cardinalitiam dignitatem admittere, iis quorum consilio id factum fuerat austerior & quasi suboffensus manserit; seque mox voto obligaverit, nihil umquam agendi, quo sibi aditus posset ad Papatum parari. Id quod post* Leonis XI. *mortem reipsa declaravit, cum gravi contra illius scripta a Ministris Catholici*

F

Regis excitata tempestate, huic distulit se excusare per litteras, Ne viderer, *inquit,* Pontificia Sede vacante, auram captare Regiam ejusmodi internuntio litterarum, & ita sternere mihi viam ad gradus sublimioris ascensionem. Sed procul absit, ut me Regum favor, & non potius Regis Regum Christi gratia in thronum provehat altiorem. Domini est assumptio nostra, & Sancti Israel Regis nostri, a quo tantum exspecto (ipse scit) sedem illam perennem, quam promisit sequentibus se discipulis. Adeo ut ex illa parte compendii loco duxerimus, sentire de illa dispendium, ad quam excludendam esse etiam ipsa dabeam adjumento, ne hujus sentiam detrimentum; & gratias agere & bene precari magis iis qui obsistunt, quam qui favent. *Ita illius Epistolæ exordium, cujus autographum Ms servo, inter cætera P. Bollandi manuscripta repertum.*

certissimum semper habere veritatem.

ab altioris gradus appetitu alienissimus.

5 *Natus fuerat* Baronius *Soræ in Campania, anno* MDXXXVIII. *proinde agebat ætatis annum* LXVII. *quando sub annum* V. *præsentis seculi prælo dabat duodecimum atq; ultimum Herculei sui laboris Tomum,* in vitæ hujus limine constitutus; & futuram, morti jam proprior, recogitans; *(uti habet* suprema Auctoris ad Lectorem contestatio;) *quem deinde Tomum ita finit:*

& quando ultimum Tomum scribebat annos 67. natus,

A *nit*: Sicut servus desiderat umbram, eum, sub æstuantis solis radiis labore fractus, ealore dissolvitur; *ita* & ego, portans pondus diei & æstus, exoptavi, ut tandem fasce solutus, sub umbra *illius* requiescerem, quem semper concupivit anima mea. Et sicut mercenarius præstolatur finem operis sui; expectavi & ego, ut iocltoata ad vesperam die mercedem acciperem a Patre-familias, denarium diurnum, ejus imagine eusum & pretio auctum illius, qui dixit Abrahæ, Patri credentium, Ego ero merces tua magna oimis. Ab hora namque prima cooductus, ejus auxilio, indefesso studio laboravi, ut puteos illos, quos aotiquiores Patres nostri fodere, impii vero Palæstini obstruxeruot, implentes humo, exhaurirem purgaremque ab immensa superinjecta mendaeiorum congerie; ipsosque purissimos interceptos latiees revocarem ad usum pristinum Ovium atque Pastorum. Quod vero jam sic hora diei novissima, pulsante ostium morte, sumpta fiducia immensæ Dei misericordiæ, aeeurro ad Patrem filius, sed Prodigo illi similis, miserieordiam peteos. *Pergis deinde suavem hunc & plenum religiosissimæ humilitatis affectum pluribus verbis extendere,*

nec aliud quam mortem præ oculis habens:

B *Mihi satis est priora illa, velut ex ore morientis, legisse; ut ostendam, quam parum verosimile sit talia cogitantem, in extremis pene ultimi istius Tomi foliis, integro euidam Religioso Ordini* offensum & cum patenti passione *scripsisse, quæ habet ad annum* MCLXXXI. *de ejusdem Ordinis origine, ut nobis aliquando, non ex vulgo Fratrum aliquis, sed ipse ejus Generalis scripsit, ab eo cavere monens.*

6 *Quanam videretur* coostantior *suo tempore* assertio *circa controversiam istam, eadem qua omnia alia modestia scribit, majori tamen quam alia brevitate; ne quod sibi verbum, loco tam periculoso, forsassis excideret, quo delicatissimæ cujusquam aures offendi, cum aliqua specie rationis, possent. Fueritne, an non fuerit veritatem assecutus, etiam in isto puncto, hic non attinet quærere. Multa* Baroo ium *latuisse, nonnumquam etiam ipsum erravisse, prudens nemo negaverit: dicatur etiam præjudicio aliquo abreptus subinde, nihil recuso. Sed non dicatur oculos clausisse veritati, ut aperiret passioni, indignæ animo Christiano, nedum jam prospectanti mortem in januis positam, supremumque suorum cogitatuum omnium æque ac scriptorum Judicem. Laudetur interim Baronianorum Annalium sapientissimus Continuator Raynaldus; qui sciens quam ægris animis accepta esset, prolata a* Baro-

adeoque non credendus ex passione tunc scripsisse quidpiam.

nio, *tam candido tamque parce, sententia; cautius* D *porro agendum sibi censuit: maluitque de* Alberto Hierosolymitano Patriareha, *propter eam, quam habet cum isto Ordine connexionem, nihil dicere (licet multa suggererent Innocentii III. ad eumdem Epistolæ) quam obligatus videri, ad tangenda vel eminus controversia principia: ad quod me obligarunt illi, qui Henschenium nostrum tam operose egerunt reum silentii ac brevitatis servatæ in Martio, cum forte operis ratio exigeret ut non omnino innominatos præterires duos, ex primis (ut putabat ipse) Prioribus Beatis. Quam non pitorem hanc arenam prosilierim ego, quidque egerim ut ne ad disputationem illam pertraherer invitus; si mihi non creditur, in quodam ad diem* XI. *Maii Commentario id explicanti; proferantur integræ, ad quas sæpius jam provocavi, Epistolæ meæ; unde sola illa truncantur loca, in quibus, ut cum amico atque privatim, fidentius confitebar, non potuisse me reddere silentii nostri rationes, nisi eas, quas* nec *prodere* lubebat nobis, oee ipsis *provocantibus* expediebat *prodi.* E *Nunc, si* pateoti cum passiooe *scripsisse arguar etiam ipse, solabor me societate* Baronii, *qui apud sic affectos, ut libri eorum libellique demonstrant, non potuit notam istam effugere.*

7 *Atque hæc, ex infinitis pauca, honori & amori* Baronii *danda putavi, ubi Annalibus ejus valere jussis ad* Continuatorem *faciendus est transitus, quem anno* MDCLX. *senem juvenis Romæ cognovi, eodem quæ præsignaverat ille vestigia religiose tenentem, & resumpta jam inde ab anno* MDCXLVI. *impressione, Annalium Tomum vigesimum, octavum vero Continuationis novæ, usque ad annum* MDXXXIV. *habentem sub prælo; nec non sub manibus Continuationis ejusdem accuratissimam Epitomen. His ego ad* Julium *usque* II. *usque, deprehendi Auctorem, non solum Decessore suo eatenus fuisse feliciorem, quod tractanda habuerit tempora, quibus* Epistolaris Pontificum historia, *cui potissimum inhærere statuerat, integra magis ex Regestis haberi poterat; præter innumera interim edita librorum omnigenorum monumenta; sed etiam quod Chronologiam tenere potuerit usquequaque rectam; ut noster hac parte labor futurus inutilis fuisset, nisi operæ pretium æstimassem pertexi seriem incohatam, propter Ms. Codicem nostrum quo ille caruit, & varia quæ ad ipsius manum non pervenerunt res utiliter agendæ instrumenta.* F

Succedens Raynaldus,

in quo felicior ipso fuerit.

C CLXXVIII. INNOCENTIUS III.

INNOCENTIUS, Natione Campanus, patria Anagninus, ex patre Trasimundo de Comitibus Signiæ, matre Clarina, antea Lotharius, SS. Sergii & Baechi Diaconus Cardinalis, imperante Alexio Angelo, Occidentali vero Imperio vacante, ereatus VIII. Januarii MCXCVIII. consecratus est in festo Cathedræ S. Petri Antiochenæ XXII. * Februarii, in Dominica II. Quadragesimæ, sedit annos XVIII. menses VI. dies IX. defunctus XVI. Julii anno MCCXVI. Perusii, ibidemque in eeelesia Cathedrali S. Laurentii sepultus: & vacavit Sedes diem dumtaxat unum.

Ab an. 1198 ad 1216. an. 18. m. 6. d. 9.

QUi res ejus gestas ipso adhuc vivente conscripsit, *quomodo eas ex Vatic. Collegii Fuxensis Ms. Bosquetus edidit*: Celebrata est, *inquit*, ejus electio VI. Idus Jaouarii, anoo Incarnationis Domioicæ MCXCVII. (*ubi vides confirmatum usum Curiæ annos tunc numerandi more Florentino*) & quia tunc Diaconus erat, dilata est ejus ordinatio in Presbyterum, usque ad sabbatum quatuor Temporum IX. kal. Martii: & sequenti Dominica, io qua tunc occurrit festum Cathedræ S. Petri, fuit apud S. Petrum in Episcopum eonsecratus, & in ejusdem Apostoli Cathedra constitutus. *Hactenus ille, qui si recte Electionem ejus adscripsit* sexto Idus Januarii, *de quo vix possumus dubitare; oportet uno omnia die acta esse, quibus* secundum antiquam consuetudinem *triduum impendendum fuisse supra docebat Contius; seu ut nocte mortuus Cælestinus sit, mane celebratæ exequiæ, eodemque mane ad Electionem progressum, quod eadem Acta sic explicant*: Defuncto igitur Cælestino, cum quidam Cardinalium se contulissent ad Septa solis, ut liberius ibi possent & securius de successoris electione tractare; *ipse* cum quibusdam aliis ad Basilicam Constan-

Ratio temporis.


Dies electionis

A ſtantinianam voluit deceſſoris obſequiis intereſſe: quibus honorifice celebratis, ipſe cum illis ad præfatum locum acceſſit: Miſſarumque ſolenniis in honorem ſancti Spiritus a ſolis ibidem Cardinalibus celebratis...... omnes tandem conſenſerunt in ipſum. *Similia fere habet ipſemet in Epiſtolis de ſua electione, quoquaverſum poſtridie datis, ſignatiſque* quinto Idus Januarii; *in quibus præfatur, quod* Cœleſtino, VI. Idus Januarii viam univerſæ carnis ingreſſo, & in Lateranenſi Baſilica (ſicut moris eſt) honorifice tumulato, *Cardinales & ipſe in unum ſeceſſerint*, de ſubſtitutione Pontificis tractaturi: *ut appareat, nec unius quidem diei moram fuiſſe interjectam: cum ſequenti mox die, rei geſtæ nuntiæ litteræ ab ipſomet ſignatæ potuerint expediri.*

Initii Pontificatus. 2 *Quod autem hic Pontifex, non ab Electionis, ſed ab Ordinationis die orſus ſit numerare ſui Pontificatus annos, patet ex Regiſtro Epiſtolarum ejus, nuper per Stephanum Baluzium duobus tomis edito, ubi primi anni epiſtolæ pertingunt uſque ad* XI. Kalendas Martii; *imo earum una ad Regem Angliæ, perperam adſcripta* Nonis Martii, *adſcribenda* anno Kalendas Martii: *prima vero earum, quæ invenitur data* anno B ſecundo Pontificatus, *ſignatur* VI. Kalendas Martii, *& ſic conſequenter, etſi non ſemper ſuo ordine ſingulæ: ſunt prima in ſecundi anni Regiſtrum relata, ſubnotetur* VIII. Kalendas Aprilis. *Urſpergenſis* XVI. Kalendas Auguſti *mortuum* Innocentium *ſcribit: Richardus* *& dies mortis.* *a S. Germano* XVII kalendas: *& hoc affirmat ſucceſſor ejus* Honorius *prima ſua Epiſtola, data* VIII. kal. Auguſti: *idque præciſe convenit cum ſpatio Sedis ſupra notata. Idem fere exprimit ex Martino Auctor Ms. noſtri, ſed videtur diem mortis non connumeraſſe, ideoque ſolum dies* XXIV. *ſcripſiſſe. Interim hoc ſuo computu iterum & manifeſtim nobis declarat, rediiſſe ſe in viam antiquam, Pontificatum* Innocentii *a die Ordinationis, non Electionis, auſpicando. Nunc, ex eiſdem Martino & ms. noſtro, aliquod rerum ab illo geſtarum ſummarium accipe.*

Actorum Synopſis ex Cod. Mſ. 3 Hic quantum fuit glorioſus, teſtimonium ejus opera perhibent veritati: fecit enim hoſpitale ſancti Spiritus, & renovavit eccleſiam S. Sixti. Compoſuit decretales, ſermones, & libros de miſeria & conditione humani generis, & multa alia glorioſa. Dedit univerſis eccleſiis Romæ unam libram argenti, pro ſingulis calicibus earum, non habentibus calices argenteos, tali pacto, quod vendere eos non poſſint. Hic etiam coronavit Ottonem, & depoſuit, quia non C ſervavit fidelitatem. Hujus tempore a Francis & Venetis capta eſt Conſtantinopolis, urbs de mundi majoribus, ac in magnificentia prima: cujus captionem etiam poſt plures dies pleriſque civitatis incolæ non credebant, tum propter civitatis fortitudinem, tum etiam propter antiquam quam habebant prophetiam: prophetatum ſiquidem erat, quod debebat capi per Angelum, & ita eam capi per hominem non credebant. Sed hoſtibus, per murum ubi erat depictus Angelus, intrantibus, ſe deceptos incolæ per æquivocationem Angeli cognoverunt. Hujus temporibus, Livonia pro parte converſa eſt ad fidem. Anno Pontificatus ſui XVII. menſe Novembris, in Baſilica Lateranenſi, quæ Conſtantiniana vocatur, celebratum eſt Concilium generale pro ſubſidio Terræ-ſanctæ, & ſtatu univerſalis Eccleſiæ: in quo fuit cum Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis & aliis Prælatis ſumma MCCCXV. Tempore hujus Concilii conſe- *Sepultura Peruſii.* craverunt eccleſiam S. Mariæ trans-Tiberim. Demum, cum propter ſubventionem Terræ-ſanctæ, inter Piſanos & Januenſes ac Lombardos pacem facere intenderet, in itinere ad hoc conſtitutus, Peruſii eſt defunctus, ibique in eccleſia S. Laurentii tumulatus. Et ceſſavit Papatus per unum diem.

4 *Cæſar Criſpolti, in libro cui titulus Perugia augusta p. 96. agens de Romanis Pontificibus in Cathedrali Peruſina ſepultis, ſcilicet* Innocentio III. Urbano IV. *&* Martino IV. *ita loquitur:* Horum trium corpora intra unam capſam hodie requieſcunt, ſupra ornatum armarium ipſius ſacriſtiæ: quæ capſa cum eſſet aliquando aperta, vidi ſæpius corpora duo cum ſuis Mitris atque Planetis aliiſque paramentis ſacrificalibus antiqui moris, eorumque digitos etiam nunc ornatos annulis ſuis. Et hæc quidem duo ſatis bene conſervata erant: ſeorſim autem vidi alia multa oſſa, intra linteum convoluta. Cumque nulla adeſſet quæ diſcrimen doceret ſcriptura, videbatur relinqui locus conjectandi, quod hæc oſſa forent Ionocentii III. utpote omnium primi. D *ubi corpora ipſius & aliorum duorum,* *Fuerint autem tria hæc corpora veroſimiliter elevata, de ſuis in quibus primum jacuere ſepulcris, anno* MCCCXLV. *quando vetus Cathedralis deſtructa eſt, ut ejus loco exurgeret nova illa auguſtaque baſilica, quæ hodie cernitur. Librum illum ſuum Criſpoltus compoſuerat initio hujus ſeculi, cujus anno* VI. *moriens ineditum heredibus ſuis reliquerat: qui vero evulgari eum anno* MDCXLIX. *juſſit, cognominis avo nepos, Cæſar Criſpoltus junior, nihil in ea ſibi mutandum putavit: quod ſane hoc loco faciendum fuiſſe Oldoinus noſter nos docuit, tum privatim per litteras, tum in ſuis Additionibus ad Ciacconium, ubi de nova prædictæ arcæ translatione, novem annis poſt mortem ſenioris Criſpolti facta, ſic loquitur:* Noſtris hiſce temporibus Napoleo Comitolus, Epiſcopus Peruſinus, Innocentii III. ſepulcro & aliorum duorum Pontificum, quorum oſſa ex uno in alium locum tranſtulit, hanc appoſuit inſcriptionem. ✠ *OSSA* ✠ trium Romanorum Pontificum, qui Peruſiæ objerunt, Innocentii III. Urbani IV. & Martini IV. an. MCCLVI an. MCCXIV. an. MCCLXXXII. ab hujus templi ſacrario huc translata an. MDCXV. *Exarata eſt inſcriptio illa litteris aureis, ſupra tabulam poſitam ex nigro marmore, quod limbus rubei marmoris includit, ſervitque* *elevata an. 1345.* B *& translata an. 16*



pro




Tab. XXXI



CLXXIX. HONORIVS III.



CLXXX. GREGORIVS IX.



CLXXXI. CŒLESTINVS IV.



CLXXXII. INNOCENTIVS IV.



CLXXXIII. ALEXANDER IV.



CLXXXIV. VRBANVS IV.



A *pro basi marmorea similiterque rubentis urna, tria corpora continentis; quemadmodum monumentum hoc transmisit, cura sua delineatum, R. P. Andreas Asclepi. Rector nostri Perusini collegii anno* MDCLXXXIII *significans hoc monumentum inveniri in capella sanctissimi Crucifixi.*

Sub eodem Carmelitis Regula ab Alberto Hierosolymitano:

5 *Hic est ille* Innocentius, *qui anno Pontificatus sui* VI. *exeunte, Christi* MCCIV. *Albertum Episcopum Vercellensem, Carmelitani Ordinis Legislatorem futurum, Patriarcham Hierosolymitanum nominavit, totis* XXXIII. *annis serius quam Regulam sibi traditam credi voluerunt antiquiores Carmelitæ, usque ad annum* MDCXXXIV. *in hoc errore defixi, sicut alibi ostendimus, productis ipsiusmet Straii Generalis ad Aubertum Miræum litteris. Dum autem in re non adeo veteri, summique ad Ordinis statum momenti, qualis est Regula, sic erratum videmus, unius forrassis hominis culpa, qui ex sua conjectura primus subscripsit Regulæ annum* MCLXXI. *quo ipsam faceret multo antiquiorem aliorum Ordinum Mendicantium Regulis (quod quia suæ favebat prætensioni, ceteri tamdiu nescive-* B *runt habere suspectum, donec super ipsius Alberti cultu iis reliquendo captum est Romæ disceptari) Dum inquam, circa Regulam ipsam, tamdiu tamque constanter errasse illi se fatentur; cur obsecro tantopere indignantur nobis, non nisi timide sibi fidem adhibentibus in rebus multo antiquioris memoriæ, quas diu apud se firmiter creditas fuisse prætendunt?*

omnem inter plus quam 2500. epistolas ejusdem,

6 *Habeatur modo, sicut supra dixi, non solum* Innocentii *Papæ Acta & trium annorum Epistolæ a Bosqueto editæ, sed annorum omnino undecim Registra edita a Baluzio, ab anno scilicet Pontificatus I. usque ad* VI. *& a* X. *anno usque ad ultimum; qui quidem annus* X. *fuit Alberto, in Terram-sanctam appulso, ut summum tertius; quando necdum credimus ab eo datam præfatam Regulam, sed potius circa annum ab adventu sextum. In illis epistolis, quarum numerus ultra bis mille quingentas evadit, quam plurima sunt in Orientem data, ad Principes Ecclesiasticos & Seculares, ipsumque etiam Albertum, de minutissimis quandoque negotiis, ad omnis conditionis professionisque homines spectantibus: nec tamen ulla ibi mentio invenitur de*

nulla occurrit ipsorum mentio.

Fratribus ad fontem sub obedientia Brocardi *in Carmelo morantibus, quibus Regula data, nedum de aliis ullis ejusdem instituti alibi in Palæstina, ut prætenditur, manentibus. Quare hos istic tam late atque per tot monasteria, sub unius generalis Prioris obedientia, fusos tunc fuisse (ut de anteriori ætate taceam, deque* D *Syrogræcis schismaticis monachis atque a Latinorum communione alienissimis) fuisse, inquam, tam late fusas in Palæstina Carmelitas, quam volunt, qui circa prædicta canendam palinodiam tanto cum strepitu a me exigunt, nescio cur cordato homini amplius probare se posse confidant; maxime si quis consideraverit, quam multis difficultatibus implicita esse soleant Ordinum quorumcumque vel condendorum vel reformandorum principia; quantosque libros impleant, quæ ejusmodi occasionibus eodemque ævo scripta actaque inveniuntur apud alios.*

afficta ei Indulgentia

7 *Athanasius Kircherus noster, in libro cui titulus Vetus & novum Latium, p. 2. cap. 2. agens de* Villa-Ciceronis, *hodie* Crypta-ferrata *in agro Tusculano, qua Basilianorum Græcorum Monachorum cœnobium est, ne quid ad loci antiquitatem omitteret, apposuit &* diplomata Pontificum, quæ *ibi* adhuc in ecclesia leguntur: *dicere potuisset non* diplomata, *sed* Synopsim diplomatum; *ac deinde debuisset, qua verisimilitudine ea synopsis nitatur, indagare. Id cum prætermiserit ipse, narrandis quam examinandis rebus ejus-* E *modi attentior, faciam ego: ac primum quæ ibi verba leguntur describam, propterea quod primus auctor dicatur hic, quo de agimus, Pontifex.* Innocentius III omnibus fidelibus confessis & contritis, istam sanctam ecclesiam devote visitantibus, diebus Dominicis & festivitatibus Sanctorum Apostolorum, & illorum Martyrum quorum Reliquiæ hic sunt, & etiam S Joannis Baptistæ, festivitatibus prædictis Papa concessit omnium peccatorum tertiæ partis remissionem, & mille nonos indulgentiæ; aliis vero diebus medietatem *istarum* Indulgentiarum. Bonifacius VII confirmavit prædictas Indulgentias *&c. Credo scribi debuisse* Bonifacium VIII. *nam* Septimus *plusquam ducentis annis Innocentium III. præcessit. Errore igitur numeri excuso: sed credere non possum, aut* Bonifacium *confirmasse, aut* Innocentium *concessisse pro ecclesia Cryptæ-ferratæ annorum millenorum indulgentias, quando ipsius Basilicæ Vaticanæ majores indulgentiæ (ut supra ostensum est), haud ultra* septem annos ac septem quadragenas *extendebantur. Adde quod in ista Tusculanorum Indulgentiarum Synopsi* F *alia plura legantur descripta, Græcanicæ levitatis fictiones sapientia, quæ nihil hic attinet examinare & refutare singula.*

C

CLXXIX. HONORIUS III.

Ab an. 1216. ad 1227. to. 2. c. m. 2.

HONORIUS, antea Cencius, Diaconus Cardinalis S. Luciæ, & Cælestini Papæ III. Camerarius, natione Romanus, patre Haymerico, postea sub Innocentio III. Presbyter Cardinalis SS. Pauli & Joannis tit. Pammachii, electus Perusii anno MCCXVI. XVIII. Julii, regnante, quem ipse postea Imperatorem coronavit, Friderico II. consecratus XXV. Julii in Dominica ibidem in ecclesia S. Petri; obiit anno MCCXXVII. XVIII. Martii, Pontificatus sui exacto anno X. mense VIII. sepultus ad S. Mariæ majoris ante aram Præsepii: & non vacavit Sedes nisi in diem sequentem.

Ratio temporis,

B*ernardus Guidonis, uno post hæc seculo scribens, apud Odoricum Raynaldum num. 18. an. 1216. ait quod* vacavit Sedes per unam tantummodo diem, Perusiis causa electionis Papæ Cardinales coarctantibus. *Sed ejusmodi dies, constituenda ex horis* XXIV. *aut pluribus, inter unius mortem & alterius electionem interjectis, in nostro calculo non constituit diem particularem, distractum a diebus mortis & electionis prædictæ, atque inter illos medium. Ms nostrum, & Romanum aliud quo usus Raynaldus, mensibus* VIII. *perperam adjungunt dies* XXII. *occasione (ut videtur) sumpta ab iis, qui, sicut ipse Pontifex in Bullis, ita Sedem veteri stylo ordiebantur a die Ordinationis; sed tunc solum debuissent scribi menses* VII. *Quod autem ipse* Honorius *in suis Epistolis (quarum Registra utinam aliquis vulgaret ex Mss. Romanis, sicut jam olim vulgatum habetur Registrum S. Gregorii, & nuper Innocentii III. ut dixi, quod & de aliorum Pontificum Registris, quæ quidem in Camera hactenus asservantur, grande proculdubio votum est omnium studiosorum historicæ veritatis) quod, inquam, in suis Epistolis* Honorius *majorum stylum tenuerit, a die Ordinatio-*

nis

A nis Episcopalis annos sui Pontificatus exordiens, inter alias probat lib 7 epist. 37. apud Rainaldum an. MCCXXII. n. 38. Dat. Later. XIV. Kal. Augusti anno VI. qui fuisset dicendus annus VII. si pridie, id est anniversario die suæ Electionis, cœpisset novum annum numerare. Et hunc stylum tenuisse Successores, debemus præsumere, quamdiu contrarium non probatur contrariis styli diversi exemplis. Esset autem ea res dijudicatu facilior, si in Registris horum temporum inveniretur adscriptus cuique Pontificatus anno etiam numerus Indictionis: sic enim promptum cuique fuisset conjungere justum Christi annum. Quantum autem ex relatis apud Waddingum & Rainaldum Brevibus intelligere possumus, neglectæ hoc tempore a Registrorum Collectoribus Indictiones fuerunt: quas tamen invenire est in Privilegiis solenniter datis per manus Cancellariorum aut Vice-cancellariorum: ut est una sequentis Gregorii apud Ughellum tom. 2. col. 157. & alia Alexandri apud Raynaldum an. 1255. num. 56. &c.

Pontificatus a die Ordinationis numeratus in epistolis ejus.

a Illustria Pontificatus hujus monumenta, æri incisa, exhibet Oldoinus in novo Ciaccomo; Absidem scilicet in Basilica S. Pauli, opere musivo ornatam, B ubi superior majorque figurarum ordo Christum habet sedentem in solio, prostrato ad pedum oscula Honorio, hinc Petro & Andrea inde Paulo & Luca adstantibus; inferior vero ordo Apostolos habet hinc inde senos; in medio vero sanctos Innocentes cum instrumentis Passionis Christi, eadem inter duos Angelos adorantibus duobus utrimque genuflexis, quorum adduntur nomina sic expressa, JO. CAJETANUS ABBAS. SADENULFUS SACRISTA. Additur Corona sive Zophorus atrii ad ædem S. Laurentii in agro Verano, ubi in medio cernuntur expressi S. LAURENTIUS & HONORIUS PAPA. Tertio exprimitur, ibidem stantis Honorii effigies, qualis inventa est in veteri æde S. Bibianæ ad Ursum Pileatum cum hoc superscripto: FELICIS RECORDATIONIS DNUS HONORIUS PP. TCIUS. Denique valvæ aneæ bis geminæ, Lateranensis scilicet Basilicæ, quibus inscribitur, ✠ INCARNACIOIS DNICE ANNO MCXCVI. PONTIFICATUS DNI CELESTINI PP. III. ANNO VI. CENCIO CAMERARIO MINISTRANTE, HOC OPUS FACTUM EST; & valvæ capellæ S. Joannis Evangelistæ in fonte, cum his verbis insculptis. ✠ ANNO V. PONTIF. DNI CELESTINI PP. III CENCIO CARD. S. LUCIÆ EJUSDEM DNI PP. CAMERARIO JUBENTE. OPUS ISTUD FACTUM EST. quibus priores ejus tituli innotescunt. D

Monumenta ejusdem.

3 De die mortis obitæ XV. Kal. Apriles, ut tacentes historici alii, tam certos nos reddit successor Gregorius prima sua epistola apud Rainaldum, ut certiores fieri non possimus. Interpontificium quale fuerit ex initio sequentis Pontificatus definiendum est. Rerum porro sub Honorio gestarum hujusmodi synopsim Auctor Ms. nostri ex Martino exhibet: Hic apud S. Laurentium foris muros, Petrum Antisiodorensem Comitem in Imperatorem Constantinopolitanum coronavit. Hic etiam ecclesiam S. Laurentii extra muros, & basilicam quæ dicitur Sancta sanctorum, renovavit. Decretales composuit. Hic in basilica S. Petri Fredericum, Regem Siciliæ, Imperatorem Romanorum coronavit. Hujus tempore Christiani Damiatam ceperunt: sed Saraceni, casu fortuito contingente, eam postea recuperaverunt. Hic Honorius Papa Fredericum, sibi rebellem & Romanæ Ecclesiæ adversarium comperiens, anathematizavit, atque Barones ab ejus fidelitate absolvit. Honorius Papa moritur, & Romæ in ecclesia S. Mariæ Majoris sepelitur: & D. Ugolinus Ostiensis Episcopus, in Papam electus, Gregorius est vocatus. Honorius primo anno sui Pontificatus Ordinem Prædicatorum confirmavit, B. Dominico, natione Hispano, procurante & illius inventore. Nam Innocentius Papa, qui durus in hoc fuerat, visione habita quod B Dominicus Lateranensem Basilicam ecclesiam cadentem humeris suis sustentasset, confirmare deliberaverat, sed morte præventus non potuit.

Dies mortis

Synopsis Actorum. E

CLXXX. GREGORIUS IX.

Ab an. 1227 ad 1241. an. 14. m. 5. d. 3.

GREGORIUS, antea Ugolinus Cardinalis Episcopus Ostiensis, natione Campanus, anno MCCXXVII. tempore Friderici II. electus XIX. Martii, coronatus XXI. ejusdem C in Dominica IV. Quadragesimæ, sedit annos XIV. menses V. dies III. defunctus anno MCCXLI. die XXI. Augusti; sepultus in Basilica Vaticana: & vacavit Sedes fortassis menses II. dies V. F

Dies electionis & coronationis.

GRegorius ipse, de sua Electione scribens, Honorio, inquit, Papa prædecessore nostro, XV. Kal. Aprilis, soluto debito carnis, de præsenti seculo nequam erepto, & in crastino juxta morem celebratis exequiis, & ipsius corpore ad tumulum deportato, una cum Fratribus nostris ad eligendum convenimus Successorem; & Missa, ut moris est, in honorem sancti Spiritus devote ac solenniter celebrata, post aliquantulum tractatum de substitutione Pontificis, omnes pariter ad imbecillitatem nostram quasi divinitus inspirati oculos direxerunt. Diem notat auctor Vitæ apud Rainaldum hoc modo: Defuncto piæ mem. Honorio III. sexta feria, hebdomade vero majoris Quadragesimæ quinta .... in domo B. Gregorii, Gregorius ejus imitator assumitur. Incidit autem anno MCCXXVII. habente litteram Dominicalem C, dies XIX. Martii in Feriam VI. hebdomadæ tamen non quintæ (ut perperam transcripsisse videtur Raynaldus) sed tertiæ. Porro signatur præfata Gregorii Epistola, Laterani X. Kal. Aprilis Pontificatus anno I ex qua clausula habetur coronatum Gregorium non esse vel V. Kal. Aprilis (quod fortasse typographicum mendum primæ editionis Ciacconii, ad omnes postea editiones transiit inobservatum) vel in die Paschæ, ut idem Ciacconius habet, in hoc sibi etiam contradicens, quod electum dicit, altero post Honorii obitum, die & postea diem hunc vocat postridie S. Benedicti: dies enim XXII. Martii, a morte Honorii quartus, & in feriam II. hebdomadæ cadens, neque in Electionem neque in Coronationem Gregorii quadrat. Manet interim quod, sicut Martinus Polonus scripsit, iste Gregorius fuit electus, seu potius coronatus mense Martio, die IX. post festum S. Gregorii, id est XVI. ipso festo S. Benedicti.

2 De Actis ejus Martinus Polonus in codice nostro sic scribit. Hic S. Elisabeth, filiam Regis Ungariæ, relictam Lanthgravii Thuringiæ canonizavit. Hic sententiam, quam Honorius prædecessor suus contra Fredericum Imperatorem fulminaverat, robnravit. Hic, cum Concilium Romæ celebrare nititur, & ab Imperatore viæ per mare & per terram arctarentur, duo Cardinales, & multi Prælati, Abbates, & Clerici, per mare ad Concilium venientes; per Pisanos Imperatoris fautores capiuntur. Hic Papa per Fr. Ray-

Actorum synopsis.

A Raymundum Ordinis Prædicatorum, Pœnitentiarium & Capellanum suum, ex pluribus voluminibus Decretalium compilavit volumen unum, mandavitque Doctoribus ubique eo uti. Hic Gregorius, cum ab Imperatore, qui tunc magna ex parte patrimonium Ecclesiæ occupaverat, in Urbe obsideretur; videns etiam pene omnes Romanos per pecuniam corruptos esse, excipiens Capita Apostolorum, & processionem a Laterano usque ad S. Petrum faciens, animos Romanorum sic revocavit, ut contra Imperatorem pene omnes Cruce signarentur. Quod Imperator, qui jam credebat se intraturum Romam, audiens timensque, longe ab Urbe recessit. Hic B. Dominicum, inventorem Ordinis Prædicatorum, Bononiæ sepultum & miraculis innumeris coruscantem, canonizavit.

3 *Hujus Pontificis gesta quædam ac monumenta Græco-latina vulgavit Romæ an.* MDLXXXVII. *Gerardus Vossius, Præpositus Tungrensis ac S. Theol. Doctor Romanus: sed quæ nihil sint aliud quam Apostolicæ litteræ, videlicet* I. de Primatu Pontificis Romani & unione Græcorum cum ecclesia Latina, II. de duplici Gladio B Pontificis Romani, deque legatione Apocrisiariorum Gregorii ad Græcos. III. Apocrisiariorum Gregorii definitio, quod Spiritus sanctus a Patre Filioque procedat. *Quæ licet ad rem nostram parum faciant, earum tamen hic volui meminisse, quod superæ Conciliorum editionis Auctores ignoraverint ipsas Græco-latine haberi potuisse. Illustrantur singula Notis ipsius Vossii, uti etiam* Litteræ Canonizationis SS. Francisci, Dominici, Antonii Patavini, & Elisabethæ Hungaricæ, *ad aliam operis nostri partem spectantes. Illis igitur omissis solumque obiter indicatis, lubet adjungere ejusdem Sanctissimi Pontificis Rescriptum an.* MCCXXVIII. *Pontificatus primo needum integre expleto, missum* Episcopo Alatrino, *nescio an* Joanni (*quem Ughellus scribit vixisse anno* MCCXXII.) *an autem ejus successori* Jacobo, *cujus memoriam facit idem Ughellus pro anno* MCCXXXVI. *indicans esse qui & Cardinalem & ipsius Pontificis affinem fuisse dicant. Nihil ejusmodi in hoc Rescripto colligitur, digno tamen e capitibus pluribus quod fiat juris publici, sicut ipsum ex authentica, quæ Aletri servatur, copia transcripsit noster Conradus Janningus*, C *cum ecclesiam istam per ferias Autumnales devotionis causa visitaret; ubi ipsam illam sacram Hostiam, in qua miraculum factum, adoravit anno* MDCLXXXIII. *notavitque, eam in modum cylindri convolutum (ut solet in ore communicantium fieri) etiamnum rubri ac sanguinei coloris notas præferre per crystallum cui inclusa est. Rescriptum sic sonat.*

Epistolæ Græco latinæ.

4 Gregorius Episcopus, servus servorum Dei, venerabili Fratri Episcopo Alatrino salutem & Apostolicam benedictionem. D Fraternitatis tuæ litteras recepimus, continentes, quod cum virgo quædam, ad suggestionem pravam cujusdam maleficæ mulieris, sacratissimum corpus Christi de manu suscipiens Sacerdotis, illud tamdiu tenuisset in ore, donec opportunitate captata, clam in panno ligasset; tandem post triduum, Corpus ipsum, quod in forma panis acceperat, in specie carnis invenit, sicut adhuc apparet inspicientibus manifeste. Unde cum utraque hoc tibi humiliter sit confessa, quæ sit eis pœnitentia injungenda, responso nostro postulas edoceri. Illi ergo primum gratiarum referimus, quas possumus, actiones, qui etsi omnia mirabiliter operetur, nonnumquam tamen innovat signa & immutat mirabilia, ut roborans fidem Catholicæ veritatis, spem erigens, & caritatem accendens, revocet peccatores, convertat perfidos, & confundat hæreticam pravitatem. Ideoque Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, E quatenus virgini, quæ potius ex simplicitate quam ex malitia creditur deliquisse (præsertim cum credatur satis in confessione confusa) injungas pœnitentiam mitiorem: alteri vero, quæ sui nequitia induxit alteram ad peccandum, præter alia (quæ tuo duximus arbitrio relinquenda) injungas, ut vicinorum Episcoporum præsentiam adiens, suum eis confiteatur in humilitate reatum, veniam humiliter flagitando. Datum Laterani, tertio Idus Martii, Pontificatus nostri anno primo.

Rescriptum circa abusus sacræ Hostiæ,

In plumbo pendente legitur ex una parte:

GREGORIUS.
VIIII.

Ex altera nomina Principum Apostolorum initialibus litteris sic expressa.

SA. PA. SA. PE.

5 *Annos civiles huic etiam Pontifici usque ad festum Incarnationis ultra Kalendas Januarias protractos fuisse, patet ex Constit.* 30. *Bullarii Casinensis: cujus autographum* datum *legitur* Viterbii, per manum Guilielmi S. R. E. Vicecancellarii V. Kal. Martii Indictione VIII. Incarnationis Dominicæ anno MCCXXXVI. Gregorii IX. Papæ nono: *quæ nostrum annum* MCCXXXVII. *jam inchoatum notet.* F

CLXXXI. CÆLESTINUS IV.

CÆLESTINUS, antea Gausridus, Cardinalis Episcopus Sabinensis, natione Mediolanensis, Friderico II. Ecclesiam persequente, electus fortassis XXVII. Octobris, anno MCCXLI. & coronatus III. Novembris in Dominica; sedit diebus XVII. & obiit eodem mense, die forsitan XII. sepultus in Basilica S. Petri: vacavit Sedes usque ad XXIV. Junii, anni MCCXLIII.

Ab an. 1241 27 Oct. ad Novemb. diebus 17.

R*ichardus, hujus temporis scriptor Italus, apud Raynaldum, de hac Electione ait, quod Fredericus, in Crypta-ferrata prope Romam positus,* pro certo accepit de Gregorio Papa, quod obierat Romæ XXI. Augusti: de cujus licentia Cardinales omnes, qui extra Urbem fuerant, pro electione Papæ facienda ad Urbem ediverunt. *Et postea*, Mense, *inquit* Octobri Goffridus Mediolanensis in Cœlestinum Papam eligitur. *Matthæus Paris, scriptor & ipse ejusdem temporis, fusius prosequitur, quomodo Cardinales universim decem, primum in duas partes discedendo, quinque ex iis* Gaufredum *elegerint, tres* Romanum, *quem similiter coævus Albertus Stadensis vocat* Episcopum Portuensem, *& Ciacconius atque Ughellus agnoscunt, allegatis pluribus ejus Actis. Verum quia Decretalis Alexandrina requirit, ut is solum debeat haberi Papa & acclamari*, cujus Electioni duæ partes consenserint Electorum, *mentibus & corporibus Cardinales dispersos fuisse dicit, infecto negotio. Illis deinde iterum convenientibus*, ambo, *inquit Albertus*, cesserunt: & iterum Cardinales elegerunt unum, sed non de suo collegio; Romanisque requirentibus quis esset, nomen illius exprimere noluerunt. *Sed hoc postremum fabulosum videtur, nisi forte id aliquando fuerit simulatum*

Mora & tempus electionis,

iterata:

latum

A latum ab illis, ne faterentur actum esse nihil, arctiusque a populo adstringerentur. Tandem tamen, sicut habet Matthæus, post multas disceptationes & diversa schismata (inter quæ facile potuerunt sex vel septem hebdomadæ effluxisse) Cardinales jam pauci facti (id est animis defecti) a tribulatione & dolore, Magistrum Galfridum Mediolanensem in Papam elegerunt, virum moribus præditum & scientia, sed in ætatem senilem jam declinantem & debilitatum. Unde eum jam vix sexdecim diebus sedisset, præmatura morte præventus, naturæ debita persolvens, utinam non (ut dicitur) potionatus! Sedem Papalem, imo universam Ecclesiam reliquit desolatam.

debilitas electi,

x Richardus prælaudatus, Mense, inquit Novembri Cælestinus Papa Romæ apud S. Petrum obiit: & de Cardinalibus quidam eo insepulto de Urbe fugerunt, & Anagniam se contulerunt. Interim Onuphrius Panvinius eumque secuti Ciacconius & interpelatores sui, IX. vel X. Kalendas ita scribunt electum Cælestinum, ut consequens putent defunctum VIII. Octobris, quod etiam in Necrologio suo Pontificio fecit Oldoinus. Potuit sane prima Electio prædicto die facta B fuisse, sed ab hac (utpote voluntaria cessione irritata) non debet inchoari Pontificatus; verum a secunda, quam ipse Octobri factam scimus, & quidem ultra dimidium provecto, ut obitus possit cadere in Novembrim. Nolo per meram conjecturam mutare nomina mensium, servatoque dierum numero VIII. Novembris mortuum dicere Cælestinum: electum autem die XXIII. Octobris, & Dominica sequenti coronatum die XXVII. libenter tamen explicarem, quomodo Matthæus Paris dicat, post Gregorii mortem vacasse Sedem per annum & novem menses, Ms. vero nostrum menses XX. dies XIV. utique usque ad creationem Innocentii IV. quasi hunc Cælestinum a Pontificum numero excludentes. Quod tamen tempus ut perfectum habeatur, oportet tempori ab illis expresso non solum addi XVII. dies Cælestini, sed integrum insuper mensem, qui fluxerit inter primam secundamque Electionem Cælestini ejusdem. Etenim a XXI. Augusti quo Gregorius obiit, & XXIV. Junii quo electus fuit Innocentius, menses omnino XXII. fluxerunt, & dies II. vel etiam VII. si usque ad Innocentii coronationem, XXIX Junii factam, protrahas spatium. Quod igitur Parisius & Auctor codicis nostri scripserunt, videor mihi sic posse intelligere, ut qui superest mensis integer cum diebus XX. vel XXV. dicatur fluxisse inter primam Cælestini Electionem fo-C ctam post initium Octobris, & mortem secutam provecto ultra medietatem Novembri, quo toto tempore Auctores illi non censuerint vacasse Sedem, quam Cælestinus implebat. Hunc vero si dicamus, composito schismate, ab omnibus qui aderant Cardinalibus confirmatum exeunte Octobri, & I. Dominica Novembris ejusdemque mensis III. die fuisse coronatum; obierit ille circa XII. Novembris. Et sic commode conciliabuntur omnia, quæ hactenus allegavimus, antiquorum Auctorum dicta: cessaverit vero Sedes ante ejus electionem menses II. & dies V. post obitum autem annum I. menses VII. dies XI.

non Octobris.

Interpontificii pravii & sequentis ratio.

3 Contra facit quod asserat Ciacconius (sed, quantum hactenus potui scire, primus) excessisse Cælestinum e vivis ante Coronationem: & huic assertioni favere posset quod Matthæus Paris dicat, Vacasse Sedem per annum & novem mensibus. Auctor Ms. nostri menses XX, dies XXIV. numerat: utique ob obitu Gregorii IX usque ad electionem vel Consecrationem Innocentii IV. plane ac si eorum medius Cælestinus non esset Pontificibus adnumerandus. Neque vero ulla ipsius invenitur epistola, de sua Electione data ad Principes & Prælatos, qualem priores posterioresque hoc seculo dedisse comperiuntur proxime aut tertio post suam Coronationem die, unde suum auspicabantur Pontificatum. Si autem vero dicebatur, quod indicat Matthæus, potionatum Cælestinum obiisse, potuit hæc potio ei fuisse præbita priusquam advenisset proxima post diem Electionis Dominica, qua erat Coronatio facienda, itaque impediri ipso ne eam susciperet. Quia tamen hujusmodi nihil indicat Successor Innocentius, & solum ait, quod Cælestinus Prædecessor suus, qui bonæ memoriæ Gregorio Papæ successerat, infra modicum temporis spatium, soluto carnis debito, ad Superos est, uti creditur, evocatus; & exequiis ejus in crastinum, ut moris est, celebratis, post vocationem diutinam, electus tandem ipse sit; non audemus Cælestino negare Coronam, quam ei defuisse nemo antiquior asserit; quamquam ei ipsemet Fridericus Ecclesiæ hostis favebat, pendente adhuc schismate inter ipsum & Romanum, alterum Electorum; Cælestino congratulans, uti scribit Matthæus, alienus vero a Romano, tum aliis de causis, tum quia imponebatur ei, quod foverat diffidium inter Papam Gregorium jam defunctum & ipsum Imperatorem. Accedit quod annis post hæc quadraginta electus Pontifex S. Petrus de Morono, illius respectu dictus sit Cælestinus V.

Obiisse eum ante coronationem volunt aliqui.

D

sed minus verosimiliter.

E

4 Ms. nostrum de hoc Cælestino ait, quod in ecclesia S. Petri sepelitur; utique sepultura temporaria & festinata, qualem ratio temporis permittebat; unde neque Paulus de Angelis, in descriptione veteris ac novæ Basilicæ, neque Paulus Aringus Romæ subterraneæ lib. 2. cap. 8. enumerans Pontifices in Vaticano sepultos, ullam ejus istic memoriam invenerunt. Ughellus tamen in suis ad Ciacconium Additionibus, ex Antonii Nigrini libro elogiorum familiæ Castilioneæ, profert Epitaphium, ad sepulcrum ejus in Vaticana Basilica tunc (ut arbitratur ipse) exaratum, quod ne injuria temporum deperderent Proceres Castellionenses in archiviis conservandum curarunt. Nempe, gente nobili Castiliona natum Cælestinum scripserat Ioannes Stella, initio seculi XVI. & ante Stellam Platina: eo scilicet tempore quo nobilitatem Lombardicam fere omnem infania quædam occuparat, ab adulatione scriolorum quorumdam nata, & in alias deinde Italiæ provincias propagata, illustrioribus quibusque familiis adscribendi antiquiores Episcopos, quibus nativus nemo sciverat cognomina dare. Hoc vero ne gratis omnino fieri videretur, inventi sunt etiam qui firmandæ ejusmodi opinioni supponerent instrumenta, ut quidem ipsi credi volebant, antiqua; sed novitatem suam ipso stylo, plerumque tam aperte præferentia, ut facile agnosci impostura possit; F maxime cum per ignorantiam veræ historiæ (uti talium auctoribus sæpe usu venit) admiscetur aliquid falsitatis, certiorum auctorum testimoniis, postea præter opinionem venientibus in lucem, repugnantis.

Sepultura in Vaticano,

cui fingitur additum Epitaphium;

5 Omnia hæc in eo quod diximus Epitaphio tam manifeste elucent, ut mirum sit Ughellum & Oldoinum, ad ea agnoscenda refutandaque non advertisse animum. Ipsum interim accipe, &, si talium usum habes aliquem, seposito respectu affectuque nationali, sincere dijudica, vetusne an novum hoc sit:

sed detegitur impostura.

D. O. M.

Cælestino IV. Castilionæo, Mediolanen. Pontifici Opt. Max. prudentia, doctrina, eloquentia, morum gravitate vitæque integritate insigni: qui cum multis legationibus sub Gregorio IX. egregiam pro S. R. E. operam navasset, summo totius Reipublicæ Christianæ gaudio, Cardinalium omnium suffragiis, Pont. Opt Max. pronuntiatus est: sed conceptam ex ejus Pontificatu lætitiam importuna mors publico mœrore desiderioque mox immutavit. Obiit VIII. Id. Octob. ann. Salutis MCCXLI. Quam non concordes in ejus electione fuerint Cardinales, quamque ægre ad eum

tu-

Scriptoribus antiquis contrariis.

A *inclinari potuerint, tot saltem quot necessaria erant ad constituendum Pontificem vota, supra ex istius temporis scriptoribus vidimus. Horum præcipuus Richardus, isque in Italia scribens, electionem* Octobri, *mortem* Novembri *adscribit: neque vero minus temporis requirunt illa quæ inter* Gregorii *mortem &* Cælestini *Electionem intercesserunt, quod secundum Epitaphium jam relatum unius solum mensis fuisse.*

multis & in nuper natis controversiis fundata.

6 *Paulus Morigia ex Ordine Jesuatorum, Mediolanensis natu, unus ex præcipuis earum opinionum promotoribus quæ Italis, hodie tam sunt caræ, non sine risu exterorum; anno* MDXCV. *opus edidit de Nobilitate Mediolanensi: & lib. 2. cap. 1. agens de Pontificibus, patriæ Mediolanensibus, tertium inter eos* Cælestinum D IV. *Castilionæa quidem familia, cum Stella Platinaque adscribit (ut eum ego detractum nolim, cum id verum esse possit) sed diem mortis (sicut de aliis duobus fecerat, de aliis sequentibus idem facturus) hic tacuit, quia ignoravit. Primus Ciacconius, attenta die Electionis a Panvinio errabundo notata, quatuor post Morigiæ librum editum annis, eam invenitur sic determinasse, ut merito suspicari possimus, Epitaphii auctorem solum illum habuisse præ oculis, adeoque illud compositum esse post initium hujus seculi: quod etiam facile stylus suadebit.*

CLXXXII. INNOCENTIUS IV.

Ab anno 1243. ad 1254. an. 11. m. 5. d. 14.

INNOCENTIUS, antea Sinibaldus, Cardinalis Presbyter S. Laurentii in Lucina, natione Januensis de Comitibus Lavaniæ, imperante Frederico II. excommunicato electus Anagniæ, anno MCCXLIII. die Nativitatis S. Joannis Baptistæ XXIV. Junii; & die Apostolorum Petri & Pauli, XXIX. ejusdem, Feria II. ibidem ordinatus; sedit annos XI. menses V. dies XIV.
B mortuus VII. Decembris anno MCCLIV. & sepultus Neapoli in ecclesia Cathedrali: & vacavit Sedes dies XVII.

Dies ordinationis & mortis.

DE *diebus Electionis & Ordinationis testis omni exceptione major, iis quibus supra usi sumus verbis, producitur a Rainaldo Richardus. Neque ad dubium movendum circa diem Electionis sufficit Bullarii Casinensis Const. 35. continens privilegium Sublacensi monasterio* datum Assisii, Incarnationis Dominicæ anno 1252. decimo Kalendas Julii Pontificatus anno decimo. *Suspecta enim & merito est eorum accuratio, qui pro Romanis numeris zyfras assumpserunt in transcribendo, quamquam & typothetis possit imputari error. Præterea difficultate non caret, quod, ut concederetur biduo vel triduo citius, quam scribit Richardus, electum* Innocentium; *deberet tamen supponi a die Electionis inchoasse annos* Pontificatus *sui, quod in eo qui solum* Presbyter *erat cum eligebatur, necdum satis certis exemplis probatur. De die mortis, qui passim dicitur fuisse festum S. Luciæ, dubitari non patitur idem Raynaldus, in fine tomi 13. Annalium verba successoris* Pontificis, *nuntiantis quomodo ipsemet sit electus, sic transcribens.* Innocentio Papa prædecessore VII. Idus Decembris, in regno Siciliæ in civitate Neapolis, de angusto & tarro carnis carcere, vocato ad spatiosum & lucidum cæli palatium, ut de multis laboribus, quos pro Ecclesiæ honore ac libertate constan-
C ter, pertulit, mercedem quietis percipiat sempiternæ; ac deinde ipsius solenniter celebratis exequiis, ejusque corpore honorifica prout decuit tumulato, &c.

Sed unde credita accidisse 13. Decembris?

2 *Nescio quid exploratius haberi vel optari possit circa alicujus Pontificis initium ac finem. Cum igitur Auctor Ms. nostri,* Rolleviuck, *& Martinus* Polonus, menses VI. *numerant; intelligendi sunt dicere, quod obierit* Innocentius *sextum sui Pontificatus mensem, supra annum* XI. *inchoato. Consonat his Chronicon Cavense Ms. apud Rainaldum his verbis:* MCCLIV. VII. Nonas Decembris (*lege* Idus: *nec enim tot Nonas December habet*) Obiit Innocentius Papa IV. in civitate Neapoli: & secundo die obiit ibidem Stephanus Cardinalis: quorum corpora tumulata sunt in majori ecclesia prædictæ civitatis. *Videtur tamen morbus, imo & mors Pontificis, a domesticis studiosius occultata fuisse; ac primum emanavisse, quasi tunc contigisset, die* XIII. *Decembris: unde variorum scriptis traditum sit, obiisse eum in festo S. Luciæ. Hoc enim in errorem traxit Auctorem recentioris, de quo infra agemus, Epitaphii, & consequenter Ciacconium ejusque Interpolatores, & Olduinum in Necrologio; nec eos tantum, sed etiam tunc viventem, D. Matthæum Spinellum, scribentemque Juvenatii, non nisi centum millibus passuum a Neapoli dissito oppido, in Chronica mox proferenda: qui scribit quod morbus Papæ istic primum fuerit intellectus die* X. *&* XIII. *allatum sit desperari de ejus Vita. Matthæus Parisius, tunc similiter in Anglia vivens & scribens, ex litteris successoris certius diem dicit, nisi quod pro* VII. Idus (*quem etiam Stero habet*) *notarit* VIII.

3 *Epigramma vetus, quod se restituisse merito gloriatur Archiepiscopus Annibal, annis post mortem* Innocentii *non multo pluribus quam quinquaginta vel sexaginta sculptum, tale fuit:*

Epitaphium vetus Umbertus Archiep. posuit circa an. 1310.

Hic Superis dignus requiescit Papa benignus,
Lætus de Flisco, sepultus tempore prisco.
Vir sacer & rectus, sancto velamine tectus,
Ut jam collapso mundo temeraria passo
Sancta ministrari, Urbs quoque posset rectificari.
Concilium fecit, veteraque jussa refecit.
Hæresis elisa tunc extitit atque recisa.
Mœnia direxit, recte sibi credita rexit,
Stravit inimicum Christi, colubrum Fridericum.
Janua de nato gaudet, sic clarificato
Laudibus immensis: urbs tu quoque Parthenopensis, F
Pulcra decore satis: dedit hic sibi plurima gratis.
Hoc titulavit ita Umbertus Metropolita.

cui substit. 1578. innovato.

4 *Præfuit Ecclesiæ Neapolitanæ* Umbertus *ab anno* MCCCVIII. *ad* MCCCXX. *a quo positum titulum, super antiquum fortasse sepulcrum, sed adhuc epigrammate vacuum, ita restauravit prædictus Annibal (qui ab anno* MDLXXVIII. *ad* MDXCV. *prænominatæ Ecclesiæ præfuit) ut monumentum totum novum fecisse videatur, quale in novo Oldoini nostri Ciacconio cernitur ære expressum. Nam in eo videre est Pontificias triplicis coronamenti tiaras, numisma etiam, in adjuncto alius de numismatis typo, quale si uspiam extat, fictitium haud dubie esse apparebit, collatum cum numismate* Honorii IV. *apud eumdem Ciacconium, ex Musæo equitis Gualdi. Scitur enim duplicis in tiara coronamenti primus auctor fuisse decimus quartus ab hoc Innocentio Bonifacius VIII. tertium vero addidisse dicitur* Urbanus V. *Fliscæ etiam gentis scutum gentilitium tumbæ affixum cernitur, exemplo tunc necdum Episcopis noto, & per Bonifacium VIII. prænominatum similiter introduci cœptum. Cætera tuis ipse oculis æstima; & lege vetustiori epigrammati, majori in tabula, subjectum titulum recentiorem, ut ex styli similitudine certius judicare possis de illo*

A *illo Mediolanensi, cujus supra repudiavimus novitatem. Sic autem legitur.*

D. O. M.

Subjicitur recentius aliud.

Innocentio IV. Pont. max. de omni Christiana Rep. optime merito, qui Natali S. Joannis Baptistæ anno MCCXLIII. Pontifex renuntiatus, die Apostolor. Principi sacra coronatus, cum Purpureo primus Pileo Cardinales exornasset, Neapolim a Corrado eversam S.P. restituendam curasset, innumerisq; aliis præclare & prope divine gestis Pontificatum suum quam maxime illustrem reddidisset, anno MCLIV. B. Luciæ Virginis luce, hac luce cessit. Annibal de Capua Archiep. Neap. in sanctissimi viri memoriam, abolitum vetustate epigramma restituit. *Sepulcrum, quod innovatum seu potius novum conditum dixi, ex veteris fortasse sepulcri designatione, hujusmodi est. Supremo sub arcu sedet Deipara, filium in gremio tenens, genuflexo ad dextram Pontifici benedicentem; ipsa vero benigne aspicit flexum similiter a sinistra Cardinalem, quem credo esse Ottobonum Diaconum tit. S. Hadriani a patruo creatum, primique sepulcri conditorem: postea* Hadrianum *Papam V.* B *cujus Viterbii epitaphium nescio quis alius similiter postea renovavit.*

Actorum Synopsis.

5 *Antiquius rerum ab eodem gestarum compendium, in Ms. nostro Catalogo, hoc reperio:* Hic sedes Cardinalium, a multo tempore vacuas, de personis, ex diversis mundi partibus electis, reformavit. Hic post magnum tractatum de pace cum Imperatore, dum ipsius adversus Ecclesiam contumaciam perpendisset, clam per Ianuensium auxilia devenit in Gallias; & celebrans Concilium Lugduni, ipsum velut hostem Ecclesiæ condemnavit Imperio privando: curavitque Langravium Thuringiæ eligi in Regem Alemanniæ, & mortuo ipso Comitem Holandriæ. Hic Lugduni canonizavit Emundum Confessorem, Cantuariensem Archiepiscopum; & Assisii S. Stanislaum Cracoviensem Episcopum, qui ab iniquo Principe fuerat interfectus. Hic mortuo Friderico Imperatore Apuliam cum magno exercitu ingreditur, sed post paululum Neapoli moritur. Hujus temporibus floruit, vita & scientia venerabilis, Ugo Cardinalis Ordinis. qui Doctor eximius perlucide totam Bibliam postillavit.

Annus in die Ordinationis mutatus.

6 *Quamvis propter deficientes in Registris Pontificiis Annorum Christi & Indictionum notas, in textu* C *originali solennium Bullarum requirendas, difficile sit ex sic truncatis plene discernere, annosne suos mutaverint Pontifices in die Electionis suæ, an vero in die Ordinationis; licet tamen in plerisque præsumere, donec contrarium constet, veterem illos morem tenuisse, & diem Ordinationis seu Coronationis suum plerosque Natalem appellasse. Interim de* Innocentio *certum possumus accipere argumentum ex Waddingo, apud quem in Regest. citatam num. 15. ejus Bulla, data* apud civitatem Castellanam VIII. Kal. Julii, *id est* XXIV. Junii, Pontificatus anno *1. quando debuisset annus* II. *incboari, si annus mutatus ei fuisset in die suæ Electionis.*

CHRONICON MS.

D. Matthæi Spinelli de Juvenatio, ad hunc & tres sequentes Pontificatus pertinens.

Ex Ms. Collegii S.J. Viterbiensis transcriptum.

D*Um alia quædam pro hisce Commentariis quærit R.P. Bernardus Ceccovaginus, in nostri Viterbiensis Collegii Bibliotheca, multis curiosis Mss. instructa, quæ una cum aliis suis omnibus libris Cardinalis Cobellusius Collegio isti legavit, moriens anno* MDCXXVII. *etiam Chronicon istud reperit ab anno* MCCL. *usque ad* MCCLXVIII. *inclusive quod ejus esse cujus nomen prætitulabatur autographum, ille quidem non fuit* D *ausus asserere, notavit enim annorum numeros Latinis litteris scriptos quidem omnes esse, eadem tamen manu etiam scriptum haberi ad calcem rerum memorabilium Indicem, cujus numeri per zyfras procedunt, quarum usus in Italia ægre credi potest adeo adhuc vulgatus fuisse. Verosimilius sane est, secundariam esse scripturam alicujus, qui contextum vetustiorem, cum ita quoi reperit numeris latinis in novum transtulit codicem, eidemque ad usum commodiorem subtexuit Indicem, in quo, tamquam operi suo adhibuerit zyfrae, usitatiores tum sibi. Hoc autem etiam eo potest apparere credibilius, quod ex autographo avulsum videatur fuisse sub finem folium; eoque defectu non animadverso, omnia consequenter transcripta habeantur. Ut ut est, auctor ea scripsit quæ vidit, vel e propinquo audivit, cum agerentur: unde primum excerpta quædam, historiam Pontificiam propius spectantia, prædictus Ceccovaginus transmisit; cumque placuisse intellexisset, addidit integrum Chronici illius contextum: qui quoniam etiam sic longus non est, nec alibi quod sciam reperitur, nisi articulatim discerptus apud Ioannem Antonium Summonte tom. 2. Historiæ Neapolitanæ lib. 3. non gravabor eumdem hic totum referre, ex Italico Latine redditum fideliter, ad* E *cognoscendam distinctiue impietatem eorum qui tunc Ecclesiam affligebant, Friderici, inquam, Imperatoris & nothi ejus Manfredi. Est autem* Iuvenatium, *ubi vivebat & scribebat Auctor, loci ipsius Syndicus sive Iudex, in territorio Bariensi oppidum littoral e, inter Tranum & Barium. Aliud ejusdem Chronici ecgraphum Janningus noster reperit Romæ in Bibliotheca Domus nostræ Professæ ex* Ms. *ut prænotabatur,* D. Michaelis Gesualdi, *cujus ultimam partem quoniam transcriptam in Belgium attulit, placet ex hoc etiam paucula vel in margine addere, vel contextui Viterbiensi opponere [ ] inter clusa.*

Cur hic Latine exhibeatur.

ANNO DOMINI MCCXLVII.

Fridericus Imper.

Imperator Fredericus, prælio victus in Lombardia, venit in Apuliam ad aucupium falconarium. Ad finem autem anni prædicti, cœpit militem colligere, traducendum, ut dicebatur, in Lombardiam.

ANNO MCCXLVIII.

F *Saracenorum in Apulia patronus,*

Die XIII. Martii, in civitate Tranensi, vir ex meliori nobilitate insignis, cui nomen D. Simoni Rocca, cum haberet uxorem formosam, & domui suæ assignatum hospitem quemdam Saracenorum Capitaneum, nomine Cocam; ab eodem, in dictæ mulieris concupiscentiam accenso, noctu evocatus de camera, ostiumque aperiens, tam præcipitanter expulsus inde est, ut nec vestes quidem induere fuerit ei permissum, retenta intus ad barbari libidinem explendam muliere. Id cum mane innotuisset per civitatem, coacto confestim Senatu delegati sunt tres Syndici, cum D. Simone duobusque germanis Fratribus ipsius matronæ; qui attractis præ verecundia ante oculos cappuciis, accesserunt ad Imperatorem, Præsentem agentem; procidentesque in genua factum narrarunt, misericordiam & justitiam postulantes. Ast ille D. Simoni dixit: Ubi intercessit violentia, nulla debet esse verecundia. Et conversus ad Syndicos; ite, inquit, curabo ne tale quid amplius committatur: si de Regno natus fuisset reus, continuo jussissem eum capite plecti.

eorum dissimulat scelera,

XX Ejusdem mensis die, venit Tranum Imperator, ut fabricam arcis inspiceret.

XX Aprilis, rescitum fuit, quod castri Bariensis Cavaretius (*ita vocant Normanni publicorum carcerum inspectores, quotum eras decernere, arctiusne an* la-

A *laxius habendi captivi essent*) intendebat vinctis dare effugiendi commoditatem: missus itaque illuc ab Imperatore D. Andreas de Capua, qui erat Advocatus fiscalis, transivit Juvenstio cum duodecim balistariis.

sævitur contra Regnicolas.

XXIII. Facta est Barii justitia, me istic præsente; & Cavarettus dissectus in partes quatuor cum decem ipsius castri famulis, Domino autem Guilielmo de Toco, & D. Leoni de S. Angelo, nec non cuidam Comiti Lombardo, cum duobus Florentinis, abscissum est caput; castellania vero oblata est a D. Petro Roccafolia, dataque Saraceno cuidam Nucerino.

illorum plures cohortes inducit:

VIII Junii, venerunt in Apuliam septem cohortes ex Saracenorum: quapropter viri nobiles multi, qui uxores habebant formosas ac juvenes, ipsis & sibi metuentes, Trano Barioque emigrarunt in Sclavoniam (*Ita tunc ab Italis appellatam Dalmatiam docet Joannes Lucius, in opere de regno Dalmatiæ & Croatiæ*) & D. Taddæus de Sessa obtinuit D. Joanni de Juvenatio immunitatem ab hospitio præbendo.

XII. Expilatum fuit Bitectum, & fustibus cæsus Episcopus loci. *Bario distantis octo* p. m. *de quo multis egimus ad* XVII. *Aprilis in Vita B. Iacobi, ibidem celebris ex Ordine Minorum.*

B

& unius eadem obsistitur agiset:

XXVIII. extinctus est tonitruo D. Zacharias, Medicus Polignianensis, qui ibat Andriam ad Imperatorem, inter Molfettam & Juvenatium.

I Septembris, D. Paluccius de Marra occidit Saracenum quemdam, & Barlettani cives eum salvarunt: quapropter duo ex illis in vincula conjecti sunt, oppidumque mille Augustalibus mulctatum in pœnam.

Festo S. Lucæ, ingressus Barlettam est Princeps Tarentinus, filius Imperatoris, *nothus scilicet Manfredus*: qui acceptis bis mille Augustalibus, liberavit Barlettanos ab hospitandis Saracenis: hi vero iverunt Canosam, Saviellum, & Minerbinum.

V Novembris, fuit maximus terræ-motus.

ANNO DOMINI MCCXLIX.

Imperator filiam suam despondit Comiti Casertano, celebrataeque sunt nuptiæ Andriæ: *quæ est civitas mediterranea, Barletta & Trana urbibus maritimis distans* 5. p. m. *in territorio Barensi*.

infestat Pontificiæ ditioni imminens.

XX Februarii, discesserunt Sarraceni, bellum illaturi ditioni Pontificiæ. Eodem anno multiplicatæ locustæ vastaverunt campestria Apuliæ, Capitanatam, Basilicatam, & Calabriam.

III Novembris, venit D. Bernardus Caracciolus Rubeus, Justitiarius, in nostram terræ Bariensis pro-
C vinciam. Hoc etiam anno collegit Imperator magnam pecuniam: fecitque ex Sicilia & Sardinia venire tam multas naves cum frumento, ut tumulus non valeret nisi duos Augustales. Eodem mense Novembri, ex Apulia in Siciliam abiit Imperator: idque non sine causa.

ANNO DOMINI MCCL.

& 17 cohortibus auget.

XX Februarii, Vestiam appulit Imperator cum centum duabus triremibus: metatusque hospitia exercitui est in Calabria & Basilicata.

XVII Aprilis, in Calabriam venerunt septemdecim cohortes Saracenorum ex Barbaria, & hospitati sunt in Calabria atque Basilicata.

Mense Majo dicebatur, quod Imperator volebat in Lombardiam ire, venitque nuntius quod filius ejus Rex Sardiniæ, *Entius, a Bononiensibus, quorum agrum populabundus ingressus erat*, cæsus fuerit, captis aut trucidatis omnibus ejus sequacibus: ideoque dicebatur, quod Imperator hoc anno non esset ulterius perrecturus: alii vero dicebant, amore aliquo captum retineri.

Mense Augusto per omne Regnum constituta fuit D
collecta pecuniaria, gravior quam alias unquam, unius scilicet tari per singola capita.

tributum enorme indicit Provinciis,

In festo SS. Simonis & Judæ, Imperator venit ad castellum, Montis dictum.

V Novembris, Justitiarius ivit ad Imperatorem, ferens septingentas uncias auri, quas ex collecta conflarat. Imperator autem vehementer indignatus fuit, quia non plus collegerat; dixitque multa verba injuriosa. Justitiarius autem respondit; Domine, si tibi non placet ministerium meum, de altero tibi prospicias licet: quia oppida plane sunt depauperata. Et excanduit multo magis Imperator: seque convertens ad D. Taddæum, dixit, quod nisi ei parceret propter amorem D. Joannis, mergis eum objici juberet.

XII. Factus est Justitiarius in provincia Bariensi, frater Admiralii Siciliæ, qui erat Magister Portulanus (*i. Præfectus Portuum*) & erat Saracenus.

XIV. Fuit proclamatum ut unusquisque ad festum S. Andreæ collectam solveret, sub interminatione triremium.

infirmatur,

Ipso die S. Catharinæ, Imperator Nuceriam versus iter arripuit.

XVIX. Intellectum fuit Imperatorem infirmari.

V Decembris, quotquot Juvenatio transitum habebant, dicebant Imperatorem pessime valere. *Juvenatium, distat* 60. m. p. *Nuceria seu Luceria Paganorum (sic dicta, quia Friderici permissu ipsam tenebant Saraceni) juxta quam ad* 6. m. p. *inter Apennini colles est castrum Florentinum, ubi obiit Fridericus.* E

IX. Sparsa est fama quod Imperator evasisset periculum.

moritur.

XIII. Festo S. Luciæ, inventus est mortuus: vesperi autem præcedenti comederat pyra quædam, condita zaccaro; dixeratque, quod mane sequenti vellet surgere de lecto.

fertur Tarentum sepeliendus.

XVI. Venit epistola, quam scripserat Princeps Tarentinus, notificans oppidis de passu in passum mortem sui patris. *Baluzius lib* I. *Miscellaneorum suorum pag.* 475. *profert Epistolas duas Manfredi ad Regem Conradum, quarum prior affirmat quod Imperator*, in ipsis mortis indiciis, præter dona mirifica & beneficia gloriosa, quæ in testamenti serie fidelibus gratanter indulsit, sacro-sanctam Romanam Ecclesiam Matrem suam, in corde contrito, velut fidei orthodoxæ zelator, humiliter recognovit: & damna, quæ dudum Ecclesiæ, invitus forsitan vel potius provocatus, intulerat, integre restauranda sancivit. *Quæ si vere extrema Frederici voluntas fuit, utinam eam* F *implere curavisset Manfredus!*

XXIII. D. Coletta Spinellus de Juvenatio, patruus meus, tamquam Syndicus oppidi egressus est; fueruntque ei in subsidium expensarum faciendarum, pro ipso & suo famulitio, dati viginti Augustales.

XXVIII. Transiit hac corpus Imperatoris, quod ferebatur Tarentum: & ego egressus sum ut viderem. Gestabatur autem in lectica, holoserico rubro opersa; cinctum ducentis Saracenis peditibus, ordinaria corporis Regii custodia, & sex cohortibus equitum armatorum: qui omnes cum locum aliquem ingrediebantur, plangentes inclamabant mortui nomen: sequebantur autem eos Barones aliquot, vestiti lugubribus, & Syndici oppidorum.

ANNO MCCLI.

Die v. Januarii; Comes Molisii, qui comitatus fuerat corpus Imperatoris, Tarento rediens, venit Barium ad visitandum corpus S. Nicolai; & postea venit Juvenatium hospitandi causa, cum aliis Baronibus subfeudatariis suis. Et Dominus quidem Comes mansit in domo Mutii; in domo autem mea receptus fuit Princi-

A vallus de Sagro: in aliis vero domibus fuerunt hospitati D. Conradus Gambatesa, D. Leo de Montegano, D. Servius Ruffus, D. Bartholomæus de Castaneа & Joannes Monticellus; universim Equites quadraginta septem: qui omnes splendide tractati sunt.

Manfredus Neapolim movet,

Princeps porro Tarentinus, qui ad Regni gubernationem remanserat, statim ut cognovit mortem patris, movit Neapolim versus: cum autem pervenit ad Montem-Fuscolum (*oppidum in ditione Beneventana, distãs Neapoli p. m. 30*) intellectum est quod Papa Innocentius IV. miserat Neapolim & ad omnia oppida Baronum Regni, ne cui alteri quam Apostolicæ Sedi præstarent obedientiam, quia Regnum erat ad Ecclesiam devolutum: quapropter misit Princeps Comitem Casertanum, qui mentem Neapolitanorum exploraret.

Et rivet frustra per legatum sollicitat.

Venit Comes Neapolim VII. Januarii, cui cives in litteris Marzepanis (*id est in claris terminis, tamquã litteris uncialibus, quales ad bellaria fiunt, ex zaccaro & polenta*) responderunt tædio se affici tam diuturni interdicti & excommunicationis: proinde certum sibi esse nemini præstare obedientiam, nisi qui veniret cum investitura & benedictione Papali. Inde abiit Comes cum D. Stephano Jevoli Capuam, ut istic exigeret obedientiam: sed idem etiam Capuani responderunt.

B Die XII. Februarii, discessit Princeps Tarentinus a Monte-fuscolo, equitans per Regnum cum undecim Saracenis (*fortassis, cum undecim cohortibus Saracenorũ*) & trecentos ex illis reliquit in Principatu, & totidem in Basilicata, per oppida quæ spectaverant ad jus familiæ Sanseverinæ: dicebatur enim quod Rogerio de S. Severino, qui solus ex gente illa erat super, annorum septemdecim adolescenti, Papa desponsaverat filiam Comitis Flisci, sanguine sibi conjunctissimam.

R. Conradus in Italiam venit,

XX. Maji, intellectum est Regem Conradum appulisse Veronam, ut possessionem Regni iniret.

XXVI. Augusti, venit Rex Conradus cum classe Veneta, & exscensionem fecit Pescaræ ad montem S. Angeli: omnesque Barones regionis honoris causa ei occurrerunt: qui die XXIX. venit Barlettam.

Mense Septembri, cum omnibus suis copiis progressus est contra Comites Aquinatem & Soranum, qui Pontificia vexilla extulerant: cumque in die S. Martini eos pessum dedisset, flamma ferroq; vastans eorum oppida, perrexit Capuam: quæ ut ipsi se traderet, factum est mediantibus familiis Leonissa & Jevolensi.

C Primo die Decembris cœpit obsidere Neapolim.

ANNO MCCLII.

Neapolim oppugnat,

Die XI. Januarii venit Nuntius Papæ, ut apud Regem Conradum ageret in favorem Neapolitanorum; cui Rex jussit responderi, quod melius faceret curando homines vertice rasos.

XXV. Aprilis, in die S. Marci, Rex Conradus statuit oppugnare Neapolim. Teutonibusque & Saracenis promisit trium mensium stipendia, præbenda ei nationi quæ prior in urbem irrupisset: convenit autem inter eos, quod Saraceni aggrederentur civitatem ex parte Septentrionali, Teutonici vero ex parte Orientali. Venit deinde nuntius quod multi ex Saracenis occubuerint, nec pauciores ex Teutonicis: ab eoque die numquam amplius cogitarunt assultum facere.

fame premit.

Principio Maji, advenerunt triremes Siculæ, & Neapoli cœptum est annonæ penuria laborari. Eodem mense satis multi Barones accesserunt ad castra.

In festo S. Joannis mense Junio, viri circiter quadringenti egressi Neapoli per cryptas quæ Puteolos ducunt, dispersique per vicos, magnum annonæ subsidium intulerunt urbi: quod intelligens Rex Conradus, posuit custodias & passus omnes fecit pabulatoribus claudi.

D Sub finem Septembris, civitas Neapolitana deditionem pepigit cum Rege Conrado, qui multos supplicio affecit, magnamque stragem edidit: & nisi milites Lombardi qui erant in castris, bonam partem civium conservassent, quotquot arma gestare poterant gladio fecisset interimi.

capua tandem dedita Regnum obtinet.

XX Octobris, D. Donatus Cadureus, rediens Neapoli, dixit, quod Rex Conradus solo æquari fecerit muros urbis Neapolitanæ

X Decembris, Rex Conradus ivit Barlettam: & ex tota provincia Bariensi itum est ad illum cum muneribus.

In Vigilia Nativitatis discessit, ivitque Amalfim, habiturus ibi Parlamentum generale: & multi Barones illuc concurrerunt.

ANNO MCCXLIII.

indicit collectam pecuniariam,

Die XXIV. Februarii, factum est parlamentum, & Comes Casertanus proposuit ut darentur Regi triginta millia unciarum auri. Nec mora quin statim expedirentur exactores per oppida omnia; quæcumque autem tardabant solvere, continuo gravabantur hospitiis Teutonicorum vel Saracenorum.

E Sequenti Aprili excisa sunt Asculum, Agrenium, Cerenza, Guimuttum, & Bitectum: paucæ autem terræ evasissent exterminium, nisi Princeps Tarentinus remedium attulisset. Eodem autem tempore in morbum incidit Rex Conradus, & obiit intra quinque dies, relinquens filium trimulum qui est in Alemannia.

oppida plura vastat & moritur;

Neapolim recipit Innocentius PP.

In die S. Petri, mense Junio, ingressus Neapolim est Innocentius Papa, sumpsitque possessionem nomine Ecclesiæ, & scripsit Brevia Baronibus atq; oppidis Dominii totius, ut venirent ad præstandam sibi obedientiam: tantum autem omnes tenebat tædium regiminis Sarracenorum & Teutonicorum; ut ad istius rei nuntium universa Apulia exultaverit gaudio. Eo tempore eram ego annorum viginti trium, morabarque Barlettæ. utque viderem Curiam Pontificiam; ivi Neapolim cum D. Jessolino della Morra illuc tedente, ad obedientiam Papæ pro Barlettanis profitendam.

Et auctor ad Curiam ejus accedit.

XXVI. Julii, appulimus Neapolim, & eodem ipso die D. Jessolinus osculatus est pedes Pontificis. Invenimus autem in Curia Pontificia D. Comitem Fliscum nepotem Papæ, Richardum Asculanum, Comitem Fundanum, Comitem Celanensem, Comitem Lan- F dulfum de Aquino (*Pater hic erat S. Thomæ Aquinatis, jam tunc in Ordine Prædicatorum agentis annum ætatis XXII*) quem Rex Conradus expulerat, & alii plures Comites Longobardi: item Sinibaldus atque Oderisius de Sanguine (*videtur esse locus, quem S. Petro de Murrone, scribens de vita propria, Castrum-Sangrum appellat*) aliique Barones Aprutini: & D. Rogerius de S. Severino, caput egressorum a Regno.

ubi inter alios reperit Rogerium de S. Severino,

Hic vero mihi occurrit notare, velut unam ex rebus memorabilioribus quæ contigerunt tempore vitæ meæ, fortunam istius D. Rogerii, quemadmodum eam mihi retulit Donatellus Statii de Matera, famulus ejus. Dixit ergo mihi, quod quando excisa fuit familia Sanseverinatium ad plana Canosæ, Aymarus de S. Severino cupiens salvari, Bisceliam versus tetendit, ut ibi inveniret navim qua egrederetur de regno. Recordatus autem Rogerii pueri novennis, convertit sese ad Donatillum, dixitque: Mihi sufficiunt comites duo: vade, Donatille, & vide si quo modo salvare possis filium istum. Donatillus igitur ivit Spezzarulam, & venit Venusiam circa horam octavam: locutusq; cum Castellano, mediantibus quatuor Augustalibus nonnullaque minori moneta, statim accepit puerum: & nemine sociorum id observante, per posticum eduxit. Tum vero mutato illius habitu sedens ipse equo meritorio, imposuit puero saccum amygdalarum, se-

de quo narrat quomodo communem e sua familia,

a patris fuga servo clam subtractus est,

ten-

A reodum post se: itaque via publica gradiens, loca tamen in quibus possent cognosci declinans, pervenit Gesualdum in vallem Beneventanam, ubi erat D. Dolphus de Gesuardo, patruus naturalis D. Rogerii. Hic autem viso Donatillo, statim dixit. Vade cito cum Deo, & apage hinc: nolo enim amittete facultates meas propter familiam Sanseverinam. Statim ergo Donatillus iter intendit Celanum versus, ubi erat Comitissa Maria Polyxena, soror D. Aymari de S. Severino: gradiebatur autem itineribus modicis, ne puerum fatigaret; nocte vero adveniente, ipsum imponebat equo. Porro cum venisset ad Morconense diversorium, eodem hospitii capiendi causa advenit Archipresbyter Beneventanus, & observavit quod puer (licet vilibus indutus ac laceris vestimentis) manducans ad mensam Dominorum, satis delicatus in cibo sumendo esset, nec vulgarem præ se ferret nobilitatem, Interrogavit ergo Donatillum, quis esset: eo autem respondente suum filium esse; Verumtamen, inquit Archipresbyter, similis tibi non est. Cui Donatillus, Deceperit me forsan uxor mea. Post varias autem interrogationes, dum cubitum concederent, notavit Donatillus, quod pergeret Archipresbyter loqui de puero, timuitque ne sibi eum tolli juberet. Itaque Deo ac fortunæ se commendantes, ingressi sunt cameram Archipresbyteri: cumque Donatillus per Deum oravit genibus flexis, ut infelicem collocaret in tuto, nec cuiquam de eo loqueretur. Tum pollicitus Archipresbyter nemini omnino se eos manifestaturum, & bono animo esse jubens, in suum postridie currum assumpsit: cum iisque Celanum venit, & salvum puerum Comitissæ sistit. Erupit mox in lamenta mulier, viso nepote sic afflicto & lacero (jam enim ab octiduo intellexerat excidium) recreatumq; & novis indutum vestibus, ut erat matrona prudentissima, statim ad Pontificem misit in comitatu quatuordecim Equitum: eversa enim erat familia, quia partes Ecclesiæ tenebat. Motus autem grandi misericordia Pontifex, mandavit præberi mille florenos annuc Donatillo, ad educationem pueri. Biennio post moriens Comitissa Celanensis, viginti quatuor florenorum millia D. Rogerio reliquit: Papa vero, duobus annis prius quam moreretur Imperator, despondit ei sororem Comitis Flisci, additis in subsidium mille unciis auri, ad sustentandum egressos a Regno, qui omnes ipsum habebant ducem, factum jam juvenem formosum, & habilem ad res magnas gerendas. Atque hæc omnia scripsi ex ore ipsius Donatilli, qui in præsentiarum moratur cum ipso D. Rogerio.

& Celanum ad amitam ductus fit:

B

a qua Pontifici commendatur.

ejus nepoti matrimonio jungitur.

C XXVII. dicti mensis Julii, venit Princeps Tarentinus ad præstandam Papæ obedientiam: de quo omnes mirabantur, eo quod esset frater Regis Conradi, & dicebatur esse tutor filii ejus.

Manfredus obedientiam Papæ jurat.

In die S. Mariæ ad Nives, Papa cecinit Missam Neapoli, in ecclesia S. Mariæ Majoris, magna cum pompa.

VIII. Augusti, Papa comitia habuit, dimissæque sunt per Provincias copiæ Papales: Princeps autem Tarentinus promittebat dimittere Teutonicos, si eis stipendia solverentur.

I. Septembris, D. Maxentius Bocca Tranensis insultum fecit in D. Rayd. Saracenum, Justitiarium Bariensem, inter S. Erasmi vicum & Vitrale: eumque persecutus est ad tria & amplius milliaria, occisis tribus Saracenis de comitatu ejus: qui ipse salutem obtinuit, equi sui generositate mediante.

IV. Septembris, Pontifex ad preces D. Rogerii misit in ditionem Bariensem Justitiarium D. Fredericum de Morra, & D. Brandinum Picinum, cum duodecim turmis equitum. Rogaverat etiam eum Princeps Tarentinus, ut mitteretur ad se Berardus Capecius Neapolitanus: sed noluit: & ego observavi, quod, quando D. Rogerius aliique exules occurrebant Principi, non discooperiebant ipsi caput.

interimque rebelliones etiam suscitat.

Ad finem Septembris, venerunt duo Capitanei Teutonici, stationem habentes in districtu Hydruntino; egeruntque cum Papa, & substiterunt usque ad festum. Dicitur autem quod Princeps Tarentinus utrumq; sollicitabat, secretoque suadebat Teutonicis ne paciscerentur cum Papa; Cardinalis vero Fliscus econtra, idemque suadebat Papæ: spem enim conceperat totius Regni absque sanguine obtinendi, intercedente Principe: hic vero verba iis dabat, quia videbat Papam jam esse decrepitum, nec diu posse supervivere. D

Festo Sanctorum omnium cantavit Papa Missam in Episcopatu: & die sequenti discessit D. Jessolinus, & omnes Syndici Bariensis Provinciæ, atque ego cum illis.

Factum est autem per D. Guilielmum de Marra-Serini, qui nobis comitem se junxerat, quod non fuerimus omnes occisi a grassatoribus, inter Avellinum & Cryptam Maxandram.

Nocte S. Catherinæ terræ motus fuit per omne Regnum.

In die Conceptionis Dominæ nostræ, D. Jacobus Savellus, Capitaneus copiarum Papalium, cecidit Saracenos Lucerienses, infra vicum S. Bartholomæi E de Vado.

ANNO MCCLIV.

XIV. Martii, transivit Princeps in Siciliam, ubi dicitur invenisse ingentem thesaurum, reconditum in arce Panormitana.

Infestat Siciliam,

Sub finem dicti mensis, ad littus Molfettanum impegit triremis quædam Veneta, unde Almuz Saracenus, tunc Vice-Admiralius, magnas divitias extulit.

VI. Aprilis, ingens fuit tempestas, & corruit campanile S. Nicolai Bariensis.

Mense Majo, Princeps ivit in Capitanatam, secum ducens quatuor cohortes Teutonicorum.

in Apuliam redit.

Hoc anno telonium pecuarium ad quinque millia unciarum.

Mense Octobri, natus est Riccio filius triceps, & statim obiit.

Die X Decembris, dicebatur quod Papa infirmabatur. *Imo ille jam obierat die VII. ut constat ex Encyclica Successoris; sed apparet mortem fuisse a Cardinali Flisco occultatam, propter circumstantias temporis periculosi.*

Intellecta Innocentii PP. morte,

XIII. Transiit aliquis per planitiem Melfitanam (*media circiter inter Neapolim & Iuvenatium via*) qui proficiscebatur in ditionem Hydruntinam, dicebatque se Neapoli reliquisse Papam a medicis desperatum; *quo* F *etiam die credibile est, evulgatam Neapoli mortem fuisse, quasi tunc primum obiisset; adeo ut electio successoris vix potuerit facta esse ante XV.*

In die S. Thomæ Apostoli, Princeps Tarentinus in provincia Hydruntina adunavit omnes Teutonicos, qui venerant Altamuram. *Est autem hæc civitas Episcopalis in Bariensi provincia, media fere inter Neapolim & Hydruntum via.* Eodem tempore D. Jacobus Savelli cum omnibus copiis venit ad D. Brandinum Ursinum, qui erat Cirignolæ; misitque D. Fredericum de Morra Neapolim ad Collegium Cardinalium. Sed postquam intellectum est Saracenos Nucerienses exivisse in campum, etiam ipsi Neapolim se receperunt. Vix autem discesserant, quando D. Znid, cum duabus cohortibus Saracenorum, cœpit etiam Neapolim tendere; & descendens usque Barlettam fecit extolli per totam provinciam Bariensem insignia Conradini: Trani vero jussit æquari solo domos familiæ a Rocca nominatæ, cujus gentiles fugerant in Sclavoniam. Princeps vero postquam exercitum collegisset cum Saracenis, arripuit viam per Basilicatam, fuditque Princivallum Grimaldum Genuensem, qui istic erat cum copiis Ecclesiæ: intraque pau-

Neapolim movet,

& exercitū Ecclesiæ fundit.

A cos dies obtinuit omnia oppida, quæ erant familiæ San-Severinatium. Nenpolitani porro, qui cœperant alios muros ędificare post mortem Regis Conradi (*obierat hic anno eodem* MCCLIV. XXI. *Maji, filium relinquens Conradinum præmemoratum, cujus tutelam Manfredus sibi arrogabat*) jusserunt apud se subsistere D. Jacobum & D. Brandinum cum suis copiis, usque dum electus esset novus Papa,

Anno MCCLV.

Eligitur Alexander 4.

Cardinales, qui annum integrum & menses aliquot discordes fuerant, creaverunt Papam Alexandrum quartum de Anagnia. *Ipse tamen met in suis Encyclicis, 11. Kal. Ianuarii datis (quæ fallere nequeunt) ita loquitur:* Felicis record. Innocentio Papa prædecessore nostro, VII. Idus Decembris ... de carnis carcere vocato. ... ejusque corpore .... tumulato; Nos, tunc Ostiensis & Velletrensis Episcopus, & ceteri Fratres nostri, mon pro eligendo successore simul convenimus, dirigentes mentes ad Deum, ut Gregi suo Pastorem idoneum consueta misericordia largiretur. Cumque, ut moris est, Spiritus sancti suffragio postulato, singulorum vota diligenter exquisi- B ta fuissent, in Nos demum suum converterunt intuitum, direxerunt animos, & conceptus expressere, ac firmavere consensus, præeligentes indignitatem nostram ad tantæ officium dignitatis. *Nullam hæc ut apparet longioris Interpontificii patiuntur moram: quænam ergo illa tam diuturna discordia? non utiq; pro eligendo Papa (licet id primo intuitu videantur indicare verba) neque hoc patitur ipse Auctor, mox ea referens quæ hujus ipsius anni mense Februario egit Papa, sub finem anni præcedentis electus. Quænam igitur? nec enim potest nulla fuisse, de qua tam expresse loquitur Auctor, tunc vivens & scribens. Existimo, quod jam inde ab anno* MCCLIII. *(quando, ut supra dictum est, mensis Iulii die* XXVII. *Neapolim venit Manfredus, & obedientiam Papæ juravit) discordare inter se Cardinales cœperint, aliis ei credi volentibus, atque cum Cardinali Flisco sperantibus pacem cum Teutonicis haberi posse absque sanguine; aliis homini perfido ac versipelli non fidentibus: & quoniam* Innocentio *Papæ jam decrepito mors esse in januis cernebatur, utrosque divises in factiones fuisse, pro designando successore, qui suæ esset sententiæ: quam tamen discor-* C *diam, mox a morte Papæ, cessare fecerit Manfredus, jam jam utrorumque cervicibus imminens, cum exercitu ad omnia occupanda suffectus.*

unitis inter se Cardinalibus qui discordes fuerant,

ab anno 1253.

Hoc tempore & mense Februario, Capuæ morabatur Princeps, misitque ad solicitandos Neapolitanos ut ipsi se traderent, nec permittebat transferri annonam in urbem. Eodem tempore Archiepiscopus Fulginii a Papa legatus ad Principem venit, mandans sub pœna encommunicationis, ut reverteretur ad obedientiam Ecclesiæ ipse, & oppida omnia quæ occupabat. Ille vero respondit, Regnum nepotis sui esse. *Legatum hunc fuisse* Berardum *ait Ugbellus, nec causa est dubitandi; docet autem, Fulginatis Ecclesiæ fuisse Archidiaconum, & Episcopatus Administratorem dumtaxat, ab anno* MCCXLIII. *ad* LXIV. *cum Fulginates, Ecclesiæ rebellantes, Episcopali dignitate carerent, abdicante se Ægidio eorum Episcopo, & ad regendam ecclesiam Nuceeinam translatus. Quomodo autem* Berardus *iste hic vocetur* Archiepiscopus, *qui nec* Episcopus *quidem erat, non invenio explicatum. Dum tamen lego quod* Alennnder IV. XV *Kalendas Februarii primi sui anni,* Berardo *confirmaverit collatam a decessore Administrationem Ecclesiæ patriæ; quodque idem similiter in Archiepiscopatibus Regni Neapolitani, Rhegiensi & Rossanensi, vacantibus designatos a suo decessore Antistites mox curaverit confirmandos (ut ex regesto Vaticano docet Ugbellus) data eis facultate munus consecrationis accipiendi a quocumq; maluerint Ca-* D *tholico Episcopo; suspicor Tarentinum Archiepiscopatum (nam de Brundusino, Cusentino, Hydruntino, & Sanseverinate suspicio esse nulla potest) tunc quoque vacavisse, per mortem Henrici, ad Innocentio IV. instituti & confirmati anno* MCCLII. *Quot enim annis sederit ille incertum sibi esse fatetur Ugbellus; nec ante annum* MCCLX. *quemquam referunt diaptycha; & interim istius quoque Ecclesiæ administratio prædicto* Bernrdo *potuit commissa, aut forte Archiepiscopus quoque institutus idem fuisse; sic tamen ut, ex usu vulgi, prioris Ecclesiæ Fulginatis titulus ei adhæserit, cum titulo Archiepiscopi confusus. Pergit porro Matthæus:*

Mittitur legatus ad Manfredū.

Berardus, Fulginii administrator pro Episcopo,

an vere Archiepiscopus & cujus Ecclesiæ;

Alexander pro Exulibus restituendis copias mittit,

Tunc omnes qui Regno sponte enecesserant se collegerunt, & miserunt ad Papam D. Rugerium Sanseverinum. D. Eliam Gesunldi, D. Fredericum, & D. Onuphrium de Marra, D. Pandulfum Fasanellum & D. Aymarum en familia Sanseverina, rogantes ut nunilio sibi esset, ad redenndum in domos suas. Papa nutem confestim creavit Legatum Apostolicum Cardinalem Ubaldinum; jussitque conscribi militem per omnes ditiones Ecclesiæ. Princeps vero subito discessit Capua, transiitque in Siciliam, militi laturus stipendia. E

Apuliam recipit.

Ad finem Aprilis ingressus est Legatus præfatus in Regnum, multa eum turba, ut plurimum collectitiorum & relegatorum; quos jungens copiis armatorum Neapoli repertorum, dunit in Apuliam, atqua obstante nemine venit usque Barlettum; quæ ei confestim obedientiam obtulit, & Pontificia vexilla explicavit.

nv. Maji, transivit Trano, & Monopolim usque excurrit: cui præter Hostunum, quod a Tautonicis tenebatur, omnin Barriensis provinciæ oppida deditionem fecerunt.

XVII Iunii, invasit enercitus Monopolim, Molam, Pulignianum, Barium, Molfettam, Tranum; rediitque Barlettam & inde in Campaniam, morbis grassantibus entenuatus.

Auctor pugnam navalem conspicit,

In die S. Bartholomæi, eram Barlettæ, vidique ibi pulchrum conflictum: quia Anconitaoa quædam nnvis, quæ istuc ndvenerat frumento onernnda, expectnbat ventum: supervenerunt que triremes quatuor ad eam oppugnandam. Harum duæ Siculæ erant, & una earum D. Simonis de Vintemilia, tertia Surrentina D. Paulonis Donn' Orso, & quarta Puteolana D. Henrici Spatainsaccia. Circumdederant autem navim, eamque in magnum ndduxerant discrimen; quia F triremes Puteolana & Surrentina eidem se applicuerant jam stricte, ut ex epibatis undecim in illam transgressi puppim jam oppugnarent. Alii vero insiliebant, quando subortus vehementior ventus navim a triremibus expedivit; quæ remanserunt spe sua frustratæ, cum jactura, tam eorum qui insilierant in navim, quam qui insilientes ceciderunt in mare; paucique eorum, natare docti, salvari potuerunt.

& pro amici filio redimendo laborat,

Die sequenti, misit me D. Jezzolinus de Marra ad triremes, quæ in anchoris stabant juntn pharum Osnnti, ut inda redimerem ejus nepotem filium D. Petrilli Acconciaoli de Ravello, cum epistola directa ad D. Joannottum Salvacossa, qui erat navarchus triremis Ischiensis, nec parum affinis illi. Neque stetit per D. Joannottum quo minus gratis captivum reciperem: sed alinrum triremium navarchi noluerunt, dicentes D. Petrillum esse divitem; proinde si filium recipere vellat; redimendos vicissim curaret D. Proculum Venutum Nobilem Puteolanum, & Josephum D. Marini, & Gerium Mastrum Judicem Surrentinum, qui capti eraot in oave prædicta. Convenit ergo ut D. Petrillus Anconam mitteret celocem ad redimendos illos tres; quod ei stetit plus quam quadraginta unciis, quia-

non

A non potuit omnes tres obtinere, nisi solutis in singula capita unciis decem.

Manfredus coronam assumit, Hoc etiam tempore rescitum fuit, advenisse in Siciliam nuntium, quod in Alemmannia mortuus erat filius Regis Conradi: & Princeps Tarentinus fecit se coronari Panormi, appellarique Regem Manfredum.

xi. Septembris, transivit Rex Manfredus in Calabriam, dimisitq; magnam partem Teutonicorum qui erant in Regno: transiens autem per Calabriã ad Principatum, in omnibus oppidis per quæ iter erat multas partiebatur gratias, & complures Equites creabat.

Salernum ingreditur, In vigilia S. Matthæi, intravit Salernum velut Rex, & Saraceni distributi sunt per viculos suburbanos.

xt. Die ejusdem mensis, Comes Jordanus transivit plana Amalfitana, ut Luceriam tenderet.

xiii. Venerunt D. Rogerius San-Severinas & Pandulphus Fasatella, missi a Neapolitanis, ut colligerent copias dispersas per provinciam Barriensem, traducerentque Neapolim, ac primum Barlettanas, tum ceteras omnes: sed noluit loco se movere miles, nisi prius acciperet stipendia debita.

Ad finem hujus mensis, Comes Jordanus discessit
B cum tribus millibus Saracenorum Lucerienfium, & transiens Crepacorium, ibat ut circa montem S. Angeli se conjungeret Regi Manfredo, simulque accesserunt Nolam.

Neapolim obtinet, Principio Octobris, Rex Manfredus misit legatos Neapolim, ut ei se redderet.

Die vi. venit D. Donatillus, tulitque responsum Neapolitanorum, quod non possent amplius stipendia exercitui solvere, quia erant ad extremam paupertatem redacti: quoniam vero tam frigide agebat Papa, nolebant iterum devastari propter spem vanam, sicut eis acciderat tempore Papæ Innocentii.

Festo S. Lucæ, venit Barlettam nuntius de redditione Neapolis, quodque Rex promisisset omnes bene tractare.

Tunc omnes Regno egressi manserunt vehementer afflicti.

funduntur a Papalibus Saraceni. xxvi. Octobris, omnes copiæ Papales & Regno egressorum convenerunt in campestribus Canosæ, discesseruntque per Capitanatam, & Florentinum ac Dragonaram solo æquarunt, cæsis quotquot ibi invenerunt Saracenis; Luceriam vero duobus assultibus oppugnarunt, sed capere eam non valentes egressæ sunt Aprutio.

Manfredus Neapoli simulat pacē optare, Festo SS. Simonis & Iudæ, factum est Parlamentum apud S. Mariam extra Barlettam, adfueruntque ibi omnes Syndici totius provinciæ, metuentes ne
C demum in ipsos reciderent omnes calamitates. Tunc allata est eis Neapoli epistola a D. Asprene Caracciolo Rubeo, qui erat ex parte matris frater D. Iezzolini de Marra, nuntiabatque, quomodo Rex Manfredus, ingressus solenni pompa Neapolim creaverat ibi triginta tres Equites, jusseratque bono eos animo esse, eo quod volebat bonam concordiam cum Papa, & esse filius obediens Ecclesiæ. Recordatus autem Archipresbyteri Caraccioli, qui fuerat pædagogus suus, quæsivit quinam ex ejus familia superessent Neapoli. *pædagogi sui nepotes ornat,* Intelligens porro duos superesse nepotes, accersitos ad se creavit Equites, cum provisione unciarum quinquaginta: unus eorum appellabatur D. Anselmus & alter D. Richardus. Denique scribebatur quod Rex volebat facere amnistiam generalem: unde epistola ista bonam spem cunctis indidit.

In festo Sanctorum omnium, iverunt Neapolim D. Coletta Canciajocus, Notarius Stephanus Poppalettere, ad profitendam Regi obedientiam, tamquam Syndici Barlettani.

amnistiam publicat, iii. Novembris, dicebatur quod Papa miserat omnes copias suas ad hibernandum in Campania Romana.

vi. Publicatum Barlettæ fuit indultum generale, cuicumque egresso de Regno, cui pauci admodum a- D
licujus notæ se crediderunt: ex omnibus enim nemo redivit præter Paulucecium de Marra.

xiv. Venit epistola a Notario Stephano, significans quod invenissent Regem valde gratiosum, quodque omnes benigne exceperat, volebatque ipso die celebrare festum S. Martini, ad quod invitati erant plurimi ex Neapolitanis.

Festo S. Andreæ, intellectum est quod Rex venisset Capuam & Sinuessam, fecitque in Comitatum Fundanum venire septem vexilla armatorum, itaque ademit Ecclesiæ Comitatum, quem ei donaverat Imperator Fredericus, flumen Garilianum pro limite statuens. *Fundanum Comitatum Ecclesiæ eripit.*

Eodem anno, Natalem Dominicum celebravit Theate, & per omnia oppida Aprutii creavit Equites.

Anno Domini mcclv.

Mense Januario venit Rex in Apuliam, ad venationem quam vocant Incoronatæ, quæ toto septennio celebrata non fuerat: conveneruntque ad eam E
plures quam quadringentæ personæ. Et voluit Rex ut quidquid venatu caperetur suum esset, captaque est multitudo ferarum quasi infinita. *Venatur in Apulia,*

Ad finem dicti mensis, venit Sipontum, decretumque est ut oppidum transferretur ab illo maligno aere, in locum ubi modo consistit, & appellaretur Manfredonia.

In die Purificationis, fecit ingressum Barlettæ: egressique ei obviam sunt, cum palmis in manibus, ad septingentos, dicentes; Benedictus qui venit in nomine Domini.

xx. Februarii, venerunt Barlettam legati a Regina, uxore Regis Conradi, atque a Duce Bavariæ: quos magno cum honore Rex suscepit. *Conradini legatis se excusat,*

xxiv. Dedit Rex Legatis publicam audientiam, quorum unus, perquam grandævus Abbas, orationem habuit, dixitque, Conradinum filium Regis Conradi vivere; quodque eum rogabant Regina & Dux Bavariæ, ut dimitteret Regnum orphano isti, sicut æquum erat: eos vero, qui attulerunt mendax nuntium de ejus morte, castigaret. Cui Rex sapienter respondit, Regnum orphano isti perditum fuisse; se autem illud manu armata vindicasse a potestate duorum Pontificum, quemadmodum notum erat omni mundo. Papam vero & Regnicolas nullo modo consensuros unquam, ut dominarentur Teutonici. Se tamen aliud
non prætendere, quam ut sibi relinquatur Regnum F
ad vitam, morte sua rediturum ad Conradinum; Reginam porro recte facturam, mittendo filium educandum istic, & moribus Italicis imbuendum, habendumque a Rege filii loco.

i. Martii, discesserunt Legati: cum quibus Rex misit equum generosum, donandum Duci Bavariæ, & quædam monilia Duci Scotiæ, ad valorem mille unciarum eoque amplius. Eodem die i. Martii, donavit Rex officium Justitiarii D. Leonello Fajellæ Neapolitano, ingressumque fecit Barlettæ.

Eodem tempore, Rex creavit D. Marium Capecium, mari terraque Commissarium supra fabricam civitatis Manfredoniæ, quam extrui volebat: missumque est in Sclavoniam pro trabibus: & copia grandis calcis atque arenæ, saxorumque & rerum aliarum convecta illuc est, adeo ut boves Apuliæ habuerint in quo occuparentur. *Manfredoniam extrui jubet,*

Eodem mense, Rex misit in Siciliam atque Lombardiam, accersens Astrologos duos, quia credebat eos stellarum conjunctionem apte capere posse: idque tantum, ut captarent momentum temporis, idoneum primæ petræ jaciendæ.

Mense

A

& fabricam ordinatur.

Mense Aprilis, in die S. Georgii, Rex personaliter venit, ad metationnem murorum & platearum quadraturam ordinandam. Eodemque mense positus est primus lapis, & cœptum est fabricari ex parte Orientali, laborantibus in opere pluribus quam sexcentis hominibus.

Absente in Sicilia Rege,

Majo sequenti, misit Rex Tarentum, transivitque in Siciliam, ubi dicebatur esse suspicio alicujus rebellionis, concitandæ in favorem Ecclesiæ.

xi Septembris, ad verba indeque ad manus venerunt D. Leonellus Fajella Justitiarius & Realtus Saracenus, qui erat Præfectus portuum; mansitque Justitiarius læsus in facie, & Portulanus vulnus grande habuit in capite: sic autem vulneratum misit Justitiarius captivum ad castrum moncis S. Aogeli.

cognoscitur causa Justitiarii, qui Saracenum vulneravit,

xiii Comes Caseriæ, qui Neapoli manserac cum titulo Vice-regis, inde misit D. Aodream de Capua Commissarium, ad formandum illorum processum. Cumque venisset Barlettam, accesserunt ad eum consanguinei Portulani, rogaotes ut eum faceret vinculis eximi, ipsumque etiam Justitiarium carceri maocipari.

B

Sed D. Andreas respondit, nihil se facere posse, donec cognovissec penes quem culpa resideret contentioois istius: multisque Barlettanis examinatis & uno Saraceno, abiit. Quioto autem post die revertens, mandavit ut D. Taddæus de Sinuessa captivum adduceret Barlettam, curandum a vuloere: quod & factum est.

quod cognitori male cedit.

xxvi. Discessit D. Andreas, & exemplar processus formati misit ad Regem in Siciliam: mansitque Realtus Barlettæ in carcere: ideoque publicatum fuit nullatenus culpandum esse Justitiarium, sed fuisse præsumptionem illius Saraceni, quem ajebaot omnes non posse amplius colerari.

xxviii Rescitum Barlettæ est, quod D. Aodreas fuerit spoliatus a grassatoribus ad Turrim Mandræ, quodque quatuor balistarii atque tres famuli ejus ab iisdem fuerint cæsi fustibus. Pro certo autem babebatur eos fuisse Saracenos, qui vix indusium ipsi reliquerant. Statimque Barletta missæ sunt vestes & alia necessaria.

Octobri sequenti, ex parte Capitanatæ magoa diligentia adbibita est ad cogooscendos auctores facinoris, oec pauci pecuarii Aprutioi ea de causa torti fuerunt; sed nihil unquam resciri potuic.

& illi jubentur reconciliari

Primo Novembris, venit D. Marius Capecius, præpositus fabricæ Manfredooianæ; osteoditque epistolam

C

maodantem, ut Justitiarius ac Portulaous recoociliarentur. Fecit ergo Portulanum, sicut erat, fasciis obligatum, equum coosceodere: simulque iverunc Andriam, ubi erat Justitiarius: & pax confecta est.

Festom Natalis Dominici celebrans idem D. Aodreas, divulgari fecit per omnia oppida, quod Rex primogenitam suam filio Regis Arragoniæ despondisset; proinde universi se præpararent ad dotem exolvendam.

Anno MCCLVII.

Rex filiam Arragonio despondens,

Mense Januario, egressi sunt exactores tres, magna cum festinatione collecturi prædictam dotem: quia dicebant, Aprili proximo adventuras triremes Catalanas ad accipiendam puellam, *nomine Constantiam, ex priori Regis matrimonio cum Beatrice, filia Ducis Servia.*

xiv Februarii, Justitiarius cum multa oobilitate Barlettana & Tranensi occupabatur io venatione circa locum Trioitatis, quando magnum accidit infortuoium: quia Jezxolious Rubens Neapolitaous, nepos Justitiarii; currando post leporem, fregic cervicem: eratque juvenis formosus & geoerosus.

xxviii Venit Bescavettus Saracenus, Justitiarius Aprutii cum duabus cohortibus Saracenorum, conducens Tarentum novem somas denariorum, deportandas in Siciliam.

D

prætextu dotis passim provincias exhaurit.

Tunc etiam D. Leonellus equitabac per provinciam pecuoias colligens, & initio Martii accepic Tarenti quatuor millia & ducentas uncias auri; adeo ut diceretur, quod pro hisce sponsalitiis ultra medietatem lucratus sit; nec enim filiæ suæ dotem ampliorem fuisse quam trigesies mille unciarum: & tam ex Sicilia quam ex regno Neapolitano corrasit plusquam septuaginta millia.

Prima hebdomada Maii, nuntiatum est advenisse triremes Catalaoas, pro auferenda puella in Hispaoiam: quodque Reginæ displiceret affinitas illa, eo quod Catalani adeo male vestiti incompositique apparerent. *Helena ea erat, filia Michaelis Despota Thessaliæ, quæ deinde Beneventi capta a Carolo Rege, cum unico superstite filiolo Manfredino, apud illum in carcere obiit.*

xxiv Maii, rescitum est quod triremes discessissent Panormo, & quod Rex veniebac de Sicilia in Calabriam.

E

Juvenatio Comitem,

Juoio Mense, Rex in morbum Casertæ iocidic, non absque gravi mortis periculo. Eodem tempore D. Jordano Pedemontano datum est Juvenacium cum titulo Comitis: dicebatur enim esse frater Regis coosobrinus ex parte matris, *Blancæ scilicet Lanciæ Longobardæ, ex qua Friderico Imperatori similiter nati Enzius Rex Sardiniæ, Fridericus Princeps Antiochiæ, Henricus Rex Corsicæ, & Ricardus Civitatis, quam credo vocant Austriæ, in Foro-julio.*

Bariensi Prov. Justitiariis præficit,

Septembri sequeoti, venit D. Raynaudus de Groctis Justitiarius in provinciam Barieosem atque Hydruotinanam, quæ numquam alteri Justitiariæ subjecta fuerat: abiitque ad Leonellum, sequente eum bono oomine, ex munere (ut dicebatur) bene administrato: nam ejus tempore oullam violentiam pertulit provincia a Saracenis: quapropter ei submissæ sunc usque Neapolim, in donum gratuitum, plusquam decem unciæ auri.

x Octobris, venit Rex Foggiam ad venationem, & multi Nobiles Neapolitani eodem accurrerunt.

xxvii Iverunt Syndici Barlettani ad offerenda ei munera, & multi alii aliarum Provinciarum.

Neapolitanum Equitem, ob alapam Saraceno impactam,

Sequenti die, accidit gravis casus. Eteoim coram ipso Rege Saracenus quidam, custodiæ Regiæ Capitaneus, D. Mazzeo Griffo Equiti Neapolitano pugnum impegit; qui reddita vicissim alapa copioso ipsum sanguioe perfudic: itaque tam Saraceoi Custodes corporis Regii, quam Neapolitani maous admoveruot armis; secuturumque erat gravissimum scandalum, oisi Barooes qui Regem circumstabant medios sese interposuissent, fuerunt nihilominus læsi binc inde aliquam multi.

F

manu truncari jubet:

Tum Rex, ut vidit sedatum tumultum, jussit ut D. Mazzeo amputaretur manus: quo intellecto confestim Neapolitani Nobiles accesserunt ad Regem, oraotes oe vellet mutilatum virum nobilem, qui fuerat digous ipsius Regis maou Eques creari, idque ad petitionem uoius canis Saraceni. Dominus autem Liguerus Caracciolus, nomine omnium, loogam ad Regem babuic orationem. Ille vero respondit, minus facere se noo posse; pro amore tamen supplicantium largiri ut manus sinistra amputaretur.

Postero die quæsivit Rex, quomodo se haberet D. Mazzeus: respoosumque est ei quod ex spasmo fuerit in periculo mortis. Tunc misit Rex qui eum visitarent, una cum dono ceotum Augustalium: Saracenum vero deposuit officio, & alterum custodiæ suæ Capitaneum creavic.

Manfredoniæ ingentem campanam fieri curat,

Dum autem ibidem Foggiæ Rex esset, misit qui fabricam Manfredoniæ inspicerent: mandavitq; ut fieret campaoa maxima, quæ per provinciam audiri posset ad milliaria quioquaginta; uc uodique veniri possec ad

suc-

A ſuccurſum urbis, ſi forte eam invaderent inimici: erat enim habitatoribus infrequens civitas. Tum dixit, quod volebat ex omnibus majoribus oppidis totius Apuliæ 101 familias oppidatim accipere, quot ſufficerent ad conſtituendam civitatem ter mille focorum.

Barlettæ choreas celebrat.

11 Decembris, venit Barlettam, & multis ibi menſibus ſubſtitit, celebravit etiam ibidem Natalem Dominicum magno cum triumpho. Quotidie enim agebantur choreæ & omnis conditionis mulieres ſpecioſiſſimæ eo confluxerant, quibus Rex largiebatur munera æqualiter omnibus, ſic ut ſciri nequiret, quænam ei præ ceteris placuiſſet.

ANNO MCCLVIII.

Menſe Januario, miſit Rex Comitem Jordanum Pedemontanum, cum octingentis lanceis, in Lombardiam, ad auxilium confœderatis ſuis ferendum.

Sipontanos Manfredoniam transfert.

Eodem anno menſe Martio, juſſit Rex deſolari Sipontum, mandans ut cives omnes tranſmigrarent Manfredoniam: ipſeque eodem ivit, & voluit campanam quæ fuſa jam erat, ſupra quaſdam columnas B erigi: ſed quia non dabat ſonum tam grandem quantus expectabatur, refundi eamdem fecit, adjecto copioſiori ære.

Virginem a ſuo Camerario defloratam, *vult ab eodem haberi uxorem,*

Nocte diei XXII. Martii, accidit Barlettæ caſus hujuſmodi. D. Amelius de Moliſio, Camerarius Regis, a fratribus puellæ cujuſdam formoſiſſimæ præ cunctis aliis Barlettanis inventus eſt in lecto cum ipſa puella; fuitque retentus ibi (erat enim vacantiæ tempus) & advocato mox Juſtitiario ſequenti mane deductus in carcerem. Tum pater fratreſque querelam ſuam detulerunt ad Regem: qui juſſit ut juvenis puellam ſumeret in uxorem. Miſit ergo D. Amelius qui rem ſignificaret patruo Comiti Moliſii: qui reſpondit, nequaquam uxorem iſtam acciperet, ſatis fore ſi ei daret ducentas uncias, tantumdem ſeſe ſuperadditurum. Acquieverunt conditioni oblatæ pater fratreſque, utpote ex infima pauperiorique conditione: ſed Rex dixit, quod nollet puellæ iſti perire fortunam, quam ſua forma ipſi acquiſierat. Itaque videns D. Amelius quod aliter non poſſet evadere carcerem, Rege in propoſito perſiſtente, eam ſibi deſpondit. Rex autem ſuo ſumptu nuptias celebravit, dixitque quod æſtimabat eum æque bonum Equitem quam antea: feminas enim ſaccos eſſe, ex quibus quotquot naſcebantur C filii, interveniente amore, viri magni evaderent: deditque ei Alvaronem in Capitanata. Dicitur nihilominus quod Comes vehementer indignatus manſerit: ſed Rex eo actu ſe juſtificavit, multumque ſibi adjunxit amorem ſubditorum, ac maxime feminarum. Aulici autem exinde continentiores multo fuerunt, tamquam ſeptemplici nodo adſtricti. Rex quoque ſæpius egrediebatur noctu, captando aerem & cantando poemata amatoria in comitatu duorum muſicorum Siculorum, qui erant magni poetaſtri.

excipit Imperatorem CP.

IX Auguſti, appulit Barium Imperator Conſtantinopolitanus, rediens Venetiis, ivitque Rex ut eum viſitaret, magnas delicias ei faciens. Et ſtatim juſſit apparari ludum equeſtrem; cujus Duces fuerunt quatuor, Comes Biceari D. Loffredus Loffredi, D. Tancredus de Vintemilia, D. Joannes Atedus, & D. Conradus Spadaſora.

eique ludos equeſtres exhibet.

Feſto S. Bartholomæi factum eſt haſtiludium, fueruntque viginti duo qui fortunam experirentur; Bettuninus & Joannottus Saraceni, qui venerunt flavo & purpureo colore diſtincti; D. Robertus Piccinellus, D. Gottardus Saxo, D. Athanaſius Poderieus, D. Balardus Sigenulfus, D. Stephanus Brancaceius Neapolitani, omnes induti ſagum nigrum & flavum; D. Rogerius Stellatus & D. Mazzeus a Porta, Salernitani; D. Cataldus & D. Jacobus Protentini, de Tarento; Riepzius Falconi, Gaſpar Perſonæ, & D Orlandus Maramonte, Hydruntini; Richardus de Leonilla, Guilielmus de Ievolis, Sarrus de Antiniano, & Petrus de Alenavolis, Capuani; Simon de Sanguine, Sacco de Monte agano, Laurentius Tortus & Eleutherius de Valignano, Aprutini.

de pace cum Pontifice tractat.

Die III. Decembris, venit Deſpota Moreæ, qui erat cognatus Regis Manfredi, & extenſionem fecit Veſtiæ: tranſivitque ad Papam, ſi forte inter ipſum & Regem poſſet pacem componere.

ANNO MCCLX.

Die IX. Februarii, rediit D. Marinus Capecius, & dixit, quod Papa vellet in pacis conditionem adduci, ut Rex Manfredus bona erepta Regno egreſſis redderet, & a Regno expelleret Sarracenos. Rex autem Manfredus reſpondit, quod duplo plures accerſere vellet; itaque fecit.

Ingens procella.

XXIII Maii, anni prænotati, ex Sclavonia in hæc littora irruit tam violenta tempeſtas ventorum, ut E toto eo quod inter Caſtellum & Tranum eſt ſpatio domus omnes fuerint nudatæ tectis: cucurritque procella per omnem maritimam Principatus: quod in malorum præſagium acceptum eſt.

Augetur numerus Saracenorũ in Regno.

XXVI Maii, appulerunt Sarraceni Tarentum: impletaque iis eſt tota provincia Hydruntina & Barienſis.

XXIX Ivit Rex Neapolim: & dicebatur quod erat tractatum de efferendis vexillis Eccleſiæ.

X Julii, venit Comes Cretariæ, deducens omnes Saracenos in Campaniam Romanam, ex mandato Regis Manfredi.

Menſe Septembri, Rex ipſe ivit in Romaniam, & omnia ſuſdeque vertit.

ANNO MCCLXI.

Urbanus 4. creatus Papa.

Creatus eſt Papa Urbanus, natione Francus: qui ſubito declaravit alterius ſe ſtomachi eſſe quam fuerat Papa Alexander; miſitque qui Regi mandarent, ut ſine mora excederet e Statu Eccleſiæ. *Hic fortaſſis exciderunt geſta Annorum duorum.*

ANNO MCCLXIV.

Die VII. Aprilis, venit fama, quod D. Rogerius Sanſeverinas, Capitaneus Egreſſorum a Regno, militem cogeret, ducturus eum ad ſervitium Papæ, nec modicum Regnicolarum concurſum haberet. F

Cruciatam contra Manfredum evocat:

Majo ſequenti, Romani quidam, ex parte Manfredi, pepigerunt cum eo, quod tradituri eſſent in manus ejus captivum Papam: ſed fuerunt detecti, & Papa ſe ſubduxit Viterbium: ubi publicavit Cruciatam contra Regem.

Julio menſe, deſcenderunt Franci Cruciati ſub Comite Flandriæ (*an Thoma? Sabaudiæ Ducis fratre, Joannæ Conſtantinopolitanæ uſque ad an. 1244. marito? potius Margaretæ ſororis, tunc regnantis, conjuge Guillelmo Borbonio Dam-Petri, & S. Deſiderii Dynaſta*) & fuderunt exercitum Ghibellinorum, amicorum Regis Manfredi in Lombardia.

5 Auguſti, Rex Manfredus recluſit Saracenos intra Regnum, & expectabat Francos ad confinia, mandans Baronibus venire cum armis & equis, ſub pœna perduellionis.

ille vicifsim,

Ipſo die S. Bartholomæi, D. Jezzolinus egreſſus eſt Barletta cum ſeptem equis: & ego ivi cum eo.

Die ſequenti, hoſpitati ſumus ad S. Severi, apud Comitem Gentilem de Sanguine, multumque humaniter habiti.

Mane die XXVIII. Auguſti, diſceſſimus ſimul cum

præ-

A prædictn Cnmite, secum ducente viginti duos equos nptime instructos, & vesperi divertimus Gambatesam.

Barones omnes ad arma vocat,

xxix Gambatesa processimus in Campum-vascium, fuimusque urbanissime excepti a Comite Mnlisii, & habuimus affatim deliciarum, ac veluti nmnia bona mundi.

cum quibus ipse auctor ad castra venit.

Mane sequenti equitavimus & prandimus in alin Comitis Molisini nppidn, quod dicebatur Bovianum: & vesperi pervenimus Serguyam, cnmitantibus nos D. Andrea de Jevnlia, & D. Bernardn de Carbonaria, & D. Colao de Mnnteagano, Baronibus Aprutinis, habentibus secum equns viginti quinque.

Ulrima Augusti, hospitati sumus ad S. Germani.

i Sepiembris, pervenimus ad castra, posita in territorio Freselnnensi: & eramus equites satis multi.

Neapolitani pacem frustra Regi suadent.

iii Septembris, venerunr tres Nnbiles, missi a Neapnlitanis, rogaturi Regem ur facerer pacem cum Papa: quia Neapolis manebar excommunicata, & nnlebat Archiepiscopus ut diceretur Missa. Is autem qui verbum ferebar, nominabatur D. Andreas Fajel-B la, & loquebatur cum magna auctoritate. Rex vern respondit, suam culpam non esse quod bellum gereretur; sed Papæ, qui ipsum vnlebar pellere Regnn suo: se autem missurum Neapohm trecentos Saracenos, qui curarent per vim ut Missa diceretur: Presbyteros porro & Frarres qui recusarent, ad se mitterent in triremi. Omnes autem responderunr: Domine, ne miseris; non enim Neapolis voler hospitio suscipere Saracenos. Rex vern iratus est vehementer.

Appellunt Franci.

v Meosis, misit Rex Neapolim D. Loffredum de Loffredis: dicebaturque timere ne civitas rebellaret. Eodemque die appulit Cnmes Flandriæ cum Francis, & castra in conspectu castrorum nostrorum cnllocavit.

& acri velitatione Saracenos vincunt,

vi Cohortes duæ Saracenorum abierunt ex castris, injeruntque horribilem cnnflictum cum equitatu inimico: nec ullus eorum vivus evasisset, nisi Comes Falcn Gesualdi, cum quatuor cohnrtibus gravinris armaturæ, processisset in eorum auxilium: ubi tandem inventi sunt nccubuisse Saraceni rriginta duo & Philippellus Caraffa Neapolitanus, Scutifer Comitis Falconis, aliique duo Milites Beneventani. Ipsn autem vespere vnluit Rex Comitem Falconem manere in tentorio suo.

hinc metus incutitur Regis,

vii Rex cnnvocavit Magnates omnes in suum tentnrium, ad cnnsultandum quid fieri nporterer, erant C autem Comes Casertæ ex familia de Aquino, Comes Jnrdanus Pedemontanns, Cnmes Agnonis ex familia Carhonaria, Comes Falcn Gesualdi, Comes Pandulfus de Grotra, Comes Bernardus Ruffus, Comes Barthnlomæus Gesualdi, Comes Guillielmus Avellanus, & Comes Vintemiliensis, cum tribus Nnbilibus Siculis & quatuor Capitaneis Saracenis. Hi omnes ingressi in consilium sunt. Nocte autem sequenti, fecit retrocedere Rex totum exercitum: transitoque Gariliann ibi jussit castra metari, & ipse in persona circuibat ea, munitiones ordinans, & custodias disponens ad singulos passns.

qua vois numero ovectis,

viii Advenit in castra Comes Mnlisii eum equitibus exercitatis sexaginta: eodemque die receptus est Comes Loriti, cum tribus Barnnibus familiæ Caldnræ & sexaginta equis.

recedunt nihilominus Franci.

ix Appulir ex Aprutin D. Conradns Aquaviva cum triginta sex equis. Eodem die advenerunt D. Jatobus & D. Raimundns Capecii eum duabus cnhortibus equitum: & nihilnminus magnus erat simor in castris.

xi Cum crederetur Comes Flandriæ vi tentaturus transitum Gariliani, nuntiatum est quod retrocedebat Romam versus, id quod Rex Manfredus inirin nolebat credere.

Diebus istis miserunt Rnmani ad Regem, qui orarent, ut deinteps sibi parcitum vellet.

xiv Rex publice dixit, quud vellet Romanis favorem impendere. D

xv Omnes Barones qui erant in castris, receperunt se ad renrorium Comitis Molisii; concluseruntque protestari, quod non obligarentur de Regno egredi ad bellum Papæ inserendum, sed solum ad Regnum desendeodum. Quo intellectn, secir Rex modeste tractari ut Barones reciperent se in domos suas; sibi autem mutuo darenr eam pecuniam, quam secum in expeditinnem attuleranr. Hujus autem tractatus mediator fuit Comes Casertæ: itaque est factum.

xix Unusquisque abiir in viam suam: & ipsi prncesserunt Romam versus, nos vero redivimus in Apuliam.

Moritur Urbanus & succedit Clemens,

Mense Octobri Papa Urbanus misit in Franciam, qui accerserenr fratrem Regis, ut veniret ad cnnquirendum regnum Neapolitanum: id quod statim innotuit: quia relegati ex Regno, qui apud Papam erant, id scribebant suis consanguineis. Paulo post mortuus est Papa Urbanus, & creatus est Papa Cle- E mens, Francus etiam ipse.

Anno MCCLXV.

in cujus auxilium venit Carolus Andegavensis.

Sub finem Maii, rescitum fuit, quod Comes Provinciæ, nnmine Carolus (*passim dictus Andegavensis*) exercitum duceret in Italiam, ad servitium & honorem Papæ: quia Papa fecerar illum Senatorem Rnmanum. Tunc Rex Manfredus dejectus est animn, prævidens ruinam sibi imminentem.

*Manfredus contra molitorem cogit. * al. jocent*

xii Septembris dictum fuit quod exercitus Cnmitis Provinciæ terrestri itinere veniebat in Italiam. Cnnjectusque in vincula est D. Petruccius * Toccus, quia dicebatur juvare egressos de Regno. *In ecgrapho Romano nihilominus quam Viterbiensi consequenter describuntur omnia, ac si nihil deesses.*

Sub finem Septembris, misir Rex Manfredus Cnmitem Jnrdanum, cum quadringentis lanceis sufficientique pecunia, ur colligeret Regis confœderatos ad resistendum Francis: cum iisque ibar D. Leonellus Ayossa, ducens pulchram cohortem Neapolitanorum equestris ac gravis armaturæ.

Victo coeptus Manfredo,

xviii Octobris, equitævit (*Manfredus*) cum novem millibus Saracennrum versus Marchiam: & torum Regnum ei rebellavit.

Hic porro ingens occurrit hiatus historiæ, transcribenti vel avulsis ex autographo foliis impositus: quis enim credat auctorem huc usque progressum, nihil scriptum fuisse de ingressu Caroli Andegavensis in Urbem Romanam, coronationeque in Regem utriusque Sicilia. F

Anno MCCLXVI.

Hujus quoque anni pars prior deficit, qua narrandus erat cruentus ad Beneventum conflictus partium, XXIV Februarii; quando Manfredus occubuit, urbs irrumpentibus una cum hoste fugiente Francis capta est, & savitum in omnem ordinem, ætatem ac sexum. Non substitit autem diutius Beneventi Carolus, quam ut Pontifici victoriam nuntiaret per literas. Nam ipso adhuc quo fuerat pugnatum.

Die S. Matthiæ, discessit Rex Benevento, & vesperi hospitatus est Cerræ, quod est nppidum Comitis Casertani, (ex familia de Aquino)

*Carolus Neapolim triumphabundus ingreditur. * al. Loffredi.*

Sequenti die equitavit Neapolim versus: cumque pervenisset ad locum dictum Salicia, exiverunt in nccursum ejus Equites nmnes & populus Neapolitanus: Dominus autem Franciscus * Offredi nbtulit ei claves civitatis, fecitque pulchram nrationem lingua Francica. Rex vero Carolus substitit ad audiendum eum, jussitque ut equitaret sibi ad latus. Dominus enim

Fran-

A Franciſeus noverat Regem, quia tempore Regis Franciæ Ludovici ſuerat cum eo in bello Syriaco, faciens paſſagiom contra infideles. Ut autem ingreſſi ſunt Neapolim, ivit cum Archiepiſc. Cuſentino ad Cathedralem eccleſiam.

In eodem ingreſſu venerunt etiam quadringenti Milites Franei, omnes plumati pulcbre ac decore veſtiti; & venuſta cohors Friſonum, ſpecioſis ſimiliter inſignis diſtinctorum: zum plus qnam ſexaginta Proceres Franci, torquibus grandibus aureis ſpectabiles: ac denique Regina invecta carpento, quod holoſerico villoſo cœleſtis coloris obtectum, totum liliis aureis conſpargebatur, ſie ut in vita mea non meminerim rem magis ſpecioſam vidiſſe.

carceres laxat. Poſtquam Rex ſecerat orationem, acceſſit D. Franciſcus Loffredi ex parte civitatis Neopnlitanæ, & petiit captivis gratiam fieri: mandavit autem Rex ut ii omnes liberarentur, qui juſſu Regis Manſredi detinebantur: & prodierunt univerſi in atrium Caſtelli, B ad pedes Regis deoſculandos.

VII Martii, progreſſi ſumus omnes Syndici Provinciæ Barienſis, & ego qui eram Syndicus Juvenatii.

ordinat novos Juſtitiarios. Poſt ſeſta Paſchalia miſit Rex Juſtitiarios novos per omnes provincias: & ipſe egreſſus eſt Regno iturus ad Papam.

XII. Maii, venit Juſtitiarius in provinciam Barienſem, D. Rainerus Buondelmonte, Florentinus.

Advocatus a Gibellinis Conradinus. Hæc æſtate Rex ſavorem præbuit negotiis Papalibus & Florentinum, humiliando partem Gbibellinam: quo ſacto grande ſibi negotium concivit: quia Ghibellini miſerunt qui Conradinum ex Alemannia accerſerent.

ANNO MCCLXVII.

Principio hujus anni, filius Regis primogenitus nominatus eſt Princeps Salerni, & ut talis per Regnum equitavit.

Dominica Palmarum, Rex Carolus Romam rediit, ubi Papa ei dedit Roſam, faciens eum Vicarium Imperii: ob quod ſueront ſeſta per totum Regnum celebrata. Eodem die extitit ingens terræmotus, & corruit campanile Barienſe, atque inſuper ſatis multæ domus.

Ultima hebdomade Octobris, venatum in Apuliam venit D. Philippus, quartogenitus Regis Caroli.

In Italiam venit: Eodem anno venit Conradinus in Italiam: & Rex C Carolus, qui erat in Francia, conſeſtim redivit Neapolim, invenitque Reginam uxorem ſuam obiiſſe.

I Novembris, Rex ſecit convocari omnes Barones & Syndicos provinciarum Regiarum ad parlamentum pro die S Catherinæ. Ipſoque die ſactum eſt parlamentum, & concluſum ut omnes Barooes præpararent ſe ad ſequendum Regem in bellum, atque ut populi ſnlverent duas collectas.

parat ſe ad reſiſtendum Carolus, Iiſdem diebus dicebatur Neapoli, quod D. Petrus Pignatellus ſuadebat Regi Carolo, ut expelleret omnes ſamilias ex ſtirpe Teutonica prognatas, tamquam ſuſpectas in adventu Conradini. Noluit autem Rex, & D. Petrus magnam inde invidiam ſubiit, maxime apud Caracciolos, Ayoſſas & Putiolos, ſatis potentes in ſoro Capuano.

In die S. Stephani diſceſſimus Neapoli eum D. Franciſco Loffredi, eunte ad exercendum Juſtitiarii munus in provinciis Barienſi & Hydruntina: fuimus autem equites triginta ſex: & in hoc itinere reconciliatus ſum D. Franciſco.

ANNO MCCLXVIII.

multi ab eo deficiunt, In capite anni pervenimus Tarentum, atque invenimus totam Provinciam in ſeditionem converſam: & D. Franciſcus miſit Petrillum Rombum, Oriam; & D Falconetum Cottgnuoi, Converſanum; & Marcum de Dura, Caſtellanetam; ad conſcribendum militem. Eraot autem tres illi, viri nobiles. Monuit etiam omnes Capitaneos provinciarum Regiarum, ut ſolicite caverent aliquam proditionem.

IX. Junii, D. Franciſcus diſceſſit Tarento, & abiit Altamuram.

Sequenti die, reſcitum eſt, quod Comes Tricaricenſis veniebat ex Capitanata cum multis armatis: mandavitq; Capitaneis ut ſibi occurrerent in provincia Barienſi: venerunt autem Quaratam.

Sequenti die Petrus Strambone* venit, tulitque nuntium quod Comes Tricaricenſis fuderat Marcum de Dura ſub Caſtellaneta, feceratque extolli in ſex oppidis vexilla Imperialia Aquiliſera. ** al. Stambone.*

Die Veneris ſcilicet XV. Junii, D. Franciſcus recepit ſe Andriam: per viam autem intellexit totam illam regionem eſſe in poteſtate rebellantium Regi Carolo. *& Conradini vexilla extollunt.* Paulo deinde poſt occurrimus Bonfilio Caracciolo, qui ſuerat Capitaneus Andrienſis, pulſus vero a civibus efferentibus vexillum Conradini. Receſſimus ergo in Caſtellum Montis, ibique manſimus cum ſolis quindecim equis. E Caſtellum porro iſtud carebat munitione, & ægre pro quatuor ſociis ſuffeciſſet panis, vinum ac lecti; equis vero ſuppetebat nihil: & quamvis villici habebant in areis ſruges, ſatis incommode tamen habebamur ibi, quia omnes dormivimus ſuper nudam humum.

In die S. Mariæ gratiarum, Comes Tricaricenſis miſit tubicinem, qui interrogaret D. Franciſcum, utrum ſe ei vellet tradere; hic vero reſpondit: Vade, & dic Comiti, quod melius ex vexillo Conradini ſaceret ſtragulum equeſtre, & extolleret vexillum Caroli, veri atque legitimi Regis & ab Eccleſia probati.

Nocte ſequenti ad horam quartam, venit D. Petrus de Grottaliis: & dixit, quod D. Falconettus Cottunius aliique Capitanei copiarum noſtrarum ingreſſi erant Bituntum, perquam male concordes. *vario ſucceſſu.*

Nocte ſequenti ad primum ſomnum miſit D. Franciſcus Bitontum D. Fieramontem, filium ſuum primogenitum: ivitque hic ſolus cum Paulo Pacifico de Averſa

XX Junii, accepit D. Franciſcus literas Barletta, quod D. Rogerius Sanſeverinas cecidiſſet Robertum de Petra-palumba, & occidiſſet magnam copiam Rebellium, multoſque captivos feciſſet. Eodem die venit D. Fieramonte cum parte exercitus noſtri, equitibus ſcilicet centum quatuordecim, peditibus quingentis, omnibus baliſtariis. F

VI Auguſti, D. Franciſcus egreſſus eſt Caſtello, volebatque ire ad colloquium Comitis de Leoniſſa: ſed videntes, eum Syndici Andrienſes, accuſarunt D. Bonfilium Caracciolum, quod culpa ejus perdebatur oppidum, rogaveruntque eum ut veniret Andriam. *& motu reparatū hinc inde,* Ivimus ergo iſtuc ſub veſperam, & recuperavimus civitatem.

VIII. Ivimus Canoſam in occurſum D. Rogerii Sanſeverinatis, qui erat Capitaneus generalis contra Rebelles, magnaque cum humanitatis demonſtratione exceptus ſuit D Franciſcus, Dominus autem Rogerius ducebat ſecum equites ſeptingentos, magnumque numerum collectitii peditatus.

Veſperi ſuimus * Quarantæ: & D. Fieramonte pro magna gratia exoravit Patrem, ut mitteretur cum D. Rogerio in Baſilicatam & Calabriam. *una cum ipſo auctore* ** al. Quaratæ.* Dominus autem Rogerius id gratum habuit, & dedit illi XXV. equites, promiſitque ipſum habere ut filium.

Die Martis, D. Rogerius de S. Severino iniit viam Amalfim verſus, quo ſe receperat Comes Tricaricenſis: nos autem circuivimus per provinciam, recuperando oppida quæ rebellaverant.

Indie

A In die S. Laurentii, D. Franciſcus miſit D. Bonfilium Caraccinlum ad caſtra Regia, & ego eodem ruli bis mille ſexcentas uncias: eramus autem viri octodecim, omnes in equis.

Ipſn die medii Auguſti advenimus in caſtra, quæ erant turbatiſſima: & D. Bonfilius locutus eſt Regi: quod ei ſatis caro ſtetit.

forſan caſo in pugna 24. Aug.

Hactenus D. Matthæus, *morte veroſimiliter interveniente probibitus reliqua ſubinde iſtius atque aliorum ſequentium annorum plurium geſta, pari fide & diligentiæ pene quotidiana, annotare. Commiſſum eſt enim prælium, in quo forſitan Matthæus occubuit, die* D xxiv. *Auguſti. Prælio iſto victus fugatuſque* Conradinus, *& cum ſocio expeditionis* Frederico, *ultimo in ſua linea* Auſtriæ Duce, *florentiſſima juvene, retractus ex fuga, cum eodem publice in foro Neapolitano, judicante Carolo, ſecuri percuſſus eſt,* xxvi. *Octobris anni* MCCLXIX. *Quæ tragœdia cum totis fere undecim menſibus ſecuta ſit obitum* Clementis Papæ IV. *apparet evidens calumnia eorum, qui actionis tam inhumanæ, quæque indelebilem maculam inuſſit famæ Caroli, ſuaſorem approbatoremque illum faciunt.*

CLXXXIII. ALEXANDER IV.

Ab an. 1254 ad 1261. an. 6. m. 5.

ALEXANDER, antea Raynaldus, patria Campanus, de caſtro Gennæ in diœceſi Anagnina, ex Comitibus Signiæ, nepos Gregorii Papæ IX. antea Raynaldus Cardinalis, Epiſcopus Oſtienſis & Velitrenſis, anno MCCLIV. electus Neapoli in die Natalis Domini, coronatus Dominica proxima, feſto S. Joannis Evangeliſtæ XXVII. Decembris; ſedit annos VI. menſes V. mortuus Viterbii anno MCCLXI. XXV. Maji; ſepultusque in ec- E
B cleſia S. Laurentii: & vacavit Sedes menſes III. dies III.

Terror ab imminente Manfredo victore.

MOrtuo Innocentio Papa, *& advenientibus Neapolim a clade ad Foggiam accepta per Manfredum, Guillelmo Cardinali Legato & Bertolda Marchione*, tantus Cardinalibus & aliis de Romana Curia timor inceſſit, quod viſo Legato & Marchione, omnes voluerunt de Neapoli recedere, & in Campaniam redire: ad magnam autem inſtantiam & reconfortationem Marchionis ipſius, ſeceſſerunt: & in unum collecti, ad electionem novi ſummi Pontificis, elegerunt Dominum Raynaldum, Epiſcopum Oſtienſem, vocatuſque eſt Papa Alexander.

Natus in caſtro Gennarum,

2 *Paſſim* Anagninus *dicitur fuiſſe* Alexander, *quia ſcilicet in Anagnina diœceſi natus: patria ſiquidem ejus* Genna *ſeu* Gennæ *dicebatur, vulgo* Jenne, *antiquæ Trebiæ Auguſtæ municipium, pertinens ad jus Abbatiæ Sublacenſis, tribus & dimidio millibus paſſuum ſitum ſupra ſacram ſpecum S. Benedicti verſus Septentrionem, in crepidine Anienis. Sic ipſe ejus patruus Gregorius IX. in Brevi quodam, hunc ſuum nepotem vocat* Raynaldum de Gennes: *& ſub quadam ejuſdem pictura in monaſterio Foſſæ-novæ ſubſcribitur,* Alexander IV. natus in caſtro de Jennes. *Hujus caſtri frequens eſt mentio in quadam Epitome Chronici Sublacenſis,* C *renovati & aucti per Cherubinum Mirtium Trevirenſem, monachum Sublacenſem anno* MDCXXIV. *propter varias quæ Abbatibus Sublacenſibus fuerunt de illius Dominio diſceptationes. Sic anno* MLXXIX. *Joannes V. Abbas Sublacenſis dicitur recuperaſſe* Caſtrum Gennarum *ab Hildemundo,* Ptolomæi Conſulis *Romani germano, in eoque condidiſſe arcem fortiſſimam; ſic anno* MCLXV. *dicitur Philippus a Marano, ſupplex ab Alexandro* III. *obtinuiſſe* Gennam *in feudum; id quod Auctor confirmat ipſius Alexandri* III. *Brevi, data* MCLXXVI. *Sic denique anno* MCCXLIV. *idem* caſtrum Gennarum *confirmatur in feudum* Philippo de Gennes. *Idem porro Auctor cum dixiſſet, quod anno* MCCLIV *electus ſit* Alexander IV. Rainaldus Anagninus, profeſſione monachus Sublacenſis, veniensque Sublacum ibi dedit reformationis Bullam; Paucis, *inquit*, inde diebus ſe contulit ad caſtrum Gennarum, ad reviſendum patrium ſolum. *Hæc de patria nobis ſubmiſſa Roma per noſtrum Conradum Janniagum. Annos & dies electionis ac mortis Petrus Correttinus in Summa Chronologica de Epiſcopis Viterbienſibus, ſeculi hujus initio conſcripta, explicat verbis inde mihi ſubmiſſis:*

electus 25 Decembris Neapoli,

3 Alexander IV. Anagninus, ex Comitibus Signiæ, Raynaldus Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis antea vocatus, Neapoli die Nativitatis Domini, poſt obitum Innocentii IV. ſummus Pontifex eligitur. Tumultuante ſubinde Italia ob factiones Eccleſiaſticas & Imperiales, quas Guelfas & Gbibellinas appellabant, Romanorumque diſſidia moleſte ferens, Anagniam ſe contulit: inde cum tota Curia Viterbium venit anno MCCLVII. hic enim pro loci commoditate, ad ſeditiones Italiæ componendas, Sedem habere ſtatuerat. Palatium ſibi elegit apud S. Franciſcum, ubi nunc cœnobium ejuſdem Ordinis eſt: functiones autem ſuas in Cathedrali S. Laurentii eccleſia plerumque celebrabat. Plura etiam Alexander Viterbii geſſit annis MCCLVII. & MCCLVIII. ut Bullæ ibidem editæ teſtantur. Eccleſiam præcipue ſanctiſſimæ Trinitatis, Ordinis Eremitarum S Auguſtini, omnibus Cardinalibus ſuis aſſiſtentibus, ſolenniter conſecravit: id porro indicat lapidea tabula ad oſtium illius eccleſiæ. *Hæc Correttinus, parvæ apud me fidei ſcriptor, poſtquam animadverti, quam fœde is ſit hallucinatus circa obitum* B. Roſæ Viterbienſis, *cujus Vitam tamen ex profeſſo ſcripſit ſingulari libello. Etenim ibi & hic eam aſſerit defunctam anno* MCCLVIII. *tempore hujus Alexandri, qui* corpus ejus, ne tumultus, cauſa devotionis, fieret in populo, clam ſepeliri juſſerit, *poſtea autem anno* MCCLX. IV. Septembris, tranſtulerit ad ſui nominis monaſterium, poſt decimum octavum ſui obitus menſem. *Ubi primum non animadvertit Correttinus, inter Martium ac Septembrem dictorum a ſe annorum menſes omnino triginta intercedere: deinde ignoravit, diu ante Pontificatum* F Alexandri, *ſcilicet anno* MCCLII. *commiſſum fuiſſe.* Priori Prædicatorum & Archipresbytero S. Sixti, ut examen ſanctitatis & miraculorum B. Roſæ Viterbienſis conficerent; *atque adeo uno ſaltem anno prius ipſam obiiſſe: Alexandrum vero ex Bullis ſuis ſatis conſtat, non fuiſſe Viterbii,* IV. *Septembris anni* MCCLX. *ſed Anagniæ; & tamen hic dicitur tunc tranſtuliſſe Beatæ iſtius corpus. Proinde etiam iſtud locum expungere oportet, & uſque ad menſem Septembrem differre quæſtionem, an & quid* Alexander *in illius cauſa egerit. His animadverſis, reſumo qualemcumque textum Correttini, examini eruditorum ulteriori ſubjiciendum* -- Ultima Dominica Aprilis, eccleſiam pariter S. Mariæ ad gradus Ordinis Prædicatorum S. Dominici, extra mœnia ejuſdem civitatis Viterbii conſecravit. Ante Fratres, ipſius memoria in tabella marmorea cernitur. Benigne item erga Viterbienſes agens, exemit & liberavit eoſdem a ſolutione vectigalium apud Montem-flaſconem & Portum Corneti. Extat Bulla ſua, data Viterbii XVIII. Auguſti MCCLXXVIII.

Viterbium tranſit an. 1257.

annis minimum ſex poſt obitum B. Roſa.

duas ibi eccleſias conſecrat.

A xxviii. In ultimo Consistorio, hic habito die x. Septembris ejusdem anni, quosdam fidei articulos declaravit, ut in suo diplomate legitur. Anagniam deinde petiit. Cum autem Palatium S. Francisci nimis a Cathedrali distaret & angustum esset, Raynerius Gattus Viterbiensis, generalis Capitaneus, Pontificum commoditati ac patriæ splendori studens, Alexandro absente, Episcopale Palatium amplificavit, & in decentiorem formam redegit: quod Palatium Papale dictum fuit, ut in ejus vestibulo lapidea tabula tradit. Absoluto novi operis ædificio, Alexander anno MCCLX. Viterbium cum tota Curia reversus est: & subeunte anno MCCLXI. die xxv. Maii vita functus, in Cathedrali ecclesia sepelitur. *Utrumque confirmat Encyclica Successoris, electi (ut scribit ipse)* Alexandro Papa prædecessore octavo Kal. Junii; videlicet in festo S. Urbani Papæ & Martyris, de carnis nexibus liberato; & ad gloriam supernæ patriæ, sicut speratur, assumpto, ac ejus corpore, post celebratas solennes exequias, in Viterbiensi ecclesia, prout decuit, honorifice tumulato.

Anagniam obit 1258. — *in novum Palatiū regressus 1260. S. Rosam canonizat,*

4 *His Viterbii acceptis adde ex nostro Codice Ms. sequentia:* Hujus tempore Manfredus, filius naturalis quondam Frederici Imperatoris, gerens se pro pædagogo Conradini prædicti Imperatoris nepotis, ipso Conrado mendaciter publicato mortuo, sibi ipsi Coronam assumpsit: quod factum, quia in præjudicium Domini Papæ fuit, primo excommunicatur: post magnus exercitus contra illum, sed nihil proficiens, mittitur. Hic canonizavit S. Claram, quæ fuit Ordinis S. Damiani. Hujus temporibus Principes Alamanniæ Electores, in duo se dividentes, quidam Regem Castellæ & quidam Ricardum Comitem Cornubiæ ad Imperium elegerunt; quod schisma duravit multis annis. Hic reprobavit duos pestiferos libellos, quia unus dicebat quod omnes Religiosi, etiam verbum Dei prædicantes, de collectis viventes, salvari non possint: alter vero asserebat, inter cetera erronea, quod Evangelium Christi & doctrina novi Testamenti neminem ad perfectum deduxit, & evacuanda erat post MCCLX. annos: & in XL. anno debet inchoari doctrina Joachim, quam conditor libri Evangelium æternum nominat, totam perfectionem salvandorum ei attribuendo. Dicebat etiam ibi, quod Sacramenta novæ Legis in LX. anno evacuarentur: quæ omnia & auctoritas Apostolica & præteriti temporis experientia exufflavit. *Clausula hæc manifestam facit, quod hæc vel non sint auctoris primi, vel ipse solum scripserit post dictos LX. annos elapsos, id est, post annum* MCCCXX.

& S. Claram, — *duosque pestiferos libellos damnat.*

5 *Miratus nullum ejus epitaphium vel aliud conditi apud Viterbienses corporis monumentum produci, scripsi ad præfatum Bernardinum Coccovaginum, a quo & præmissa accepi, & trium deinde Viterbii sepultorum Pontificum monumenta, suis locis danda: de* Alexandri *autem sepultura accipere nihil potui, quia nihil invenitur, præter nudam incertamque memoriam, ab annis circiter quadraginta, in quodam ipsius Ecclesiæ Cathedralis Ms. sic Italice adnotatam.* Alexander IV. de Comitibus Anagniæ, dictus primum Raynaldus Conti, obiit Viterbii xxv. Maii MCCLXI. fuitque sepultus in ecclesia Cathedrali S. Laurentii in sacello Dominæ nostræ: ejusque tumba est sub terra, infra custodiam lapideam sacri Olei. *Hoc indicio excitati Canonici, scrutandam prædicto loco terram censuerunt: prout factum est x. Februarii* MDCLXXXIII. *præsentibus & fidem manu propria facientibus,* Nicolao Nardini Canonico Pœnitentiario ipsius Cathedralis, Bernardino Coccovagini & Andrea Benincasa utroque Societatis Jesu, atque Antonio Camillo Cecchini similiter Canonico. *Coram his* retecto pavimento, fossa ad quatuor palmos humus nihil exhibuit præter exiguam tumbulam, terra & ossiculis cujusdam parvuli plenam; neque profundius iri potuit, propter fornicem novæ cujusdam sepulturæ innixum loco ubi fodiebatur: hoc autem indicio fuit, quod ibi esse non posset tumba Papalis. Quia tamen ex uno latere retectum fuit quoddam subterraneum pavimentum, placuit ipsum sepulturæ illius novæ fornicem circa medium aperire, versus altare Deiparæ: discoopertoque inferiori pavimento, iterum effossa humus est ad quatuor alios palmos; & nihilo plus repertum quam antea; cum tamen apertura eo loco facta sit, unde facillime conspici potuisset capsa quæcumque, vel transversim posita versus Oleum sanctum, vel etiam in medio versus Presbyterium.

Monumentum sepulcrale requiritur 1683. — *sed frustra;*

6 *De Joanne Francisco Cardinali Gambara, Episcopo Viterbiensi ante annum* MDLXX. *scribit Ferdinandus Ughellus tom. 1. Italiæ sacræ col. 327. " quod* Cathedralem exornavit, eamque ad meliorem architectonicæ artis formam traduxit; multasque Reliquias Sanctorum, quæ hac illacque sine decore jacebant, in ipsam intulit. *Quis dubitare potest, quin idem Alexandri IV. corpus, sicubi id inventum fuisset, curasset loco conspicuo decentique reponi? Suspecta proinde est prædicta Notula; sive ea intelligatur de tempore ipsius Auctoris, sive accepta dicatur ex eorum memoria, qui ecclesiam viderant ante reformationem a Gambara inductam. Est tamen ex altera parte difficile etiam credere, vel tam humiliter sepultum fuisse Pontificem, absque ullo vel minimo tantæ dignitatis indicio, ut fundamenta capellarum molientes, totamque pavimentum vetus attollentes latere inobservatum potuerit; vel ipsum Viterbio fuisse translatum alio, nulla usquam talis translationis extante memoria. Id considerantes, quos ipsius inveniendi cupido tenebat, totam cum tribus Canonicis circumgyrantes ecclesiam, singulos angulos diligenter sunt perscrutati: sed & apertum sibi fecerunt conclave quoddam, ultimæ capellæ adhærens, quod nunc Confratribus sanctissimi Sacramenti serviens, olim dicebatur Capella Beatæ Virginis fuisse. Sed neque hic spes ulla facta inveniendi quod requirebatur, cum recentiorit illam esse operis docerent ibidem depictæ SS. Francisci, Bernardini, Petri Martyris imagines; & pavimentum esset novum, nova etiam parietum dealbatio; nec vestigium ullum sacri Olei istic aliquando servati.*

in quod sub an. 1570. fuerit tota ecclesia restaurata, — *& absque ullo sui indicio videntur fuisse tumulatum Alexander;*

CLXXXIV. URBANUS IV.

URBANUS, natione Gallicus, de civitate Trecensi, antea Jacobus Pantaleon Hierosolymitanus Patriarcha, electus Viterbii anno MCCLXI. XXIX. Augusti, coronatus IV. Septembris in Dominica, sedit annos III. mensem I. dies IV. defunctus Perusii II. Octobris MCCLXIV. ibique in ecclesia Cathedrali S. Laurentii sepultus: & vacavit sedes menses IV. dies III.

Ab an. 1261. ad 1264. an. 3. m. 1. d. 4.

CEssavisse post mortem Alexandri *Pontificatum* tribus mensibus & binis circiter hebdomadis, *scribit Matthæus Paris; utique ad diem Coronationis tempus supputans, de qua Coronatione extat encyclica*

Ratio temporis.

A *apud Raináldum*, Data Viterbii mense Septembri anno I. *non addito die. Auctor codicis nostri Interpontificium extendent dumtaxat usque ad diem Electionis, solum menses III. dies IV. numerat, Sedique tribuit annos III. mensem I. dies IV. Diem mortis, indicat Successor, electus, illa*, VI. Nonas Octobris, *ut ait*, vitam universæ carnis ingresso, & (sicut de largissima Dei pietate confidebatur) post labores ad præmium evocato; tantique Patris defuncti corpore, prout est juris & moris, cum honore & reverentia ecclesiasticæ tradito sepulturæ. *De ejusdem Actis hoc solum reperitur in Ms. nostro;* Hic duas ordinationes fecit, exercitumque Saracenorum, quem Manfredus in patrimonium Ecclesiæ miserat, per Cruce-signatos fugavit, & Comiti Provinciæ Carolo, Regis Franciæ (Ludovici fratri) regnum Siciliæ, ut a Manfredo detentore recuperaret, tradidit.

Synopsis Actorum,

Vetus Epitaphium.

2 *Epitaphium a stylo illius ævi nihil abludens, vel ipse sibi, vel alius pro eo tale composuit, versibus similiter cadentibus quatuor, & indicantibus quomodo primum Archidiaconus Leodiensis (Laudunensem aliqui perperam scripsere cum Ciacconio) tum Virdunensis Episcopus, deinde Patriarcha Hierosolymitanus existens, ad summum Romanæ Ecclesiæ Pontificatum assumptus,* B Urbani *nomen sumpserit: quos versus primus nobis in sua Bibliotheca Pontificia exhibuit Ludovicus Jacob Carmelita hoc modo;*

Archilevita fui, Pastorque gregis, Patri-)
Tum Jacobus: posui mihi nomen ab Urbe Mon-)
Nunc cinis exilis: tumuli post condor in-)arcba,
Te sine fine frui tribuas mihi, summe Hier-)

Sed Epitaphii hujus reliquiæ, vetustate consumptæ, videri desierunt, postquam a priori tumulo ablatum corpus in unam arcam compositum fuit cum ossibus Innocentii III. (*ut supra dictum est*) *& postea nominandi* Martini Papæ IV.

3 *Vitam* Urbani *prosa quidem, Gregorius Decanus Bajocensis; carmine vero, Theodoricus Vallicolorus, ambo coævi scripserunt, & utriusque lucubrationem Papirius Massonus edidit in Vitis Pontificum. Sed istud Massoni opus reperire non potui, cum maxime cupiebam; nunc vero non vacat ipsum operosius quærere; eaque causa properanti ad finem prælo moram aliquam interponere, Si quid illi habeat huc necessario referendum, dabitur in supplemento totius Maii, modo interim librum (uti spero) nanciscar.*

C 4 *Mabilio iter suum in Italiam describens, pag. 52, indicat nobis memorabilem ad posteros Constitutionem Pontificis hujus, qua vetat, ne citra suum suorumque successorum permissum, alicui detur sepultura intra basilicam Vaticanam; merito conquereus, quod erga* Sanctos, quorum gloriosa corpora in eadem basilica requiescunt, sic indevote se gererent, *ea ætate Romani*, quod, etiam contra Canonicas Sanctiones, mortuorum corpora quasi passim in ipsa, in qua vix passus pedis vacat sepultura Sanctorum, præsumptione temeraria tumularent, cæcæ cupiditatis illecebris inducti potius, quam miseratione pietatis. Inde fieri, ut plerumque sepulcra veneranda Sanctorum, quæ antiquorum Patrum sancta devotio debita reverentia consignavit, ausu sacrilego violantes, cum piis impios, cum justis injustos, cum sanctis sontes, dispari consortio a societate damnabili, impie sociarent. *Nihil tale nunc queri potest religio loci; cum vix aliis quam summis Pontificibus, aut ne vix quidem, contingat ibi tumulari. Aliis ab ecclesiis intra extraque Italiam non eadem ratio arcet promiscuam fidelium sepulturam; optandum tamen omnino foret, non ita passim eam gratiam indulgeri omnibus, ut sacra circa Basilicas & parochias cœmeteria, tanta sollicitudine & religione a majoribus nostris designata dedicataque, solis capite censis serviant.*

Promiscua sepultura in Vaticano prohibita.

D

DISSERTATIO XLIII. al. XXIII.

De Officio pro festo Corporis Christi, Urbani IV. jussu, per S. Thomam composito.

V*Iderat* Urbanus, *cum Leodii Archidiaconus esset, maximas inter contradictionum procellas, institutam novam festivitatem Corporis Christi, ex revelatione facta B. Julianæ Corneliensi; allaborante Venerabili Eva, ad S. Martini ecclesiam Reclusa; & utrique haud parum in pio cœpto urgendo faverat: Officium etiam proprium, quod ex Julianæ directione Joannes ejus Clericus composuerat, vehementer probarat. Anno abinde decimo quinto & amplius labente, cum circiter Quadriennium egisset in Romano Pontificatu; contigit ut* Sacerdos, veniens Bolsenam, quod est oppidum non longe distans ab Urbe-veteri, in qua Papa Urbanus quartus tunc cum Curia Romana residebat, dum celebraret Missam, inter verba Consecrationis dubius in fide, vidit carneis oculis Hostiam in forma pietatis, & de ea sanguinem fluere in calice. Quo territus, dum conaretur occultare & cooperire de Corporali, apparuit mox forma pietatis in singulis partibus Corporalis: & ita coactus est populo assistenti miraculum patefacere. Quod ubi populus comperit, ad Urbem-veterem properans, summo Pontifici mirabilia & stupenda quæ viderat nuntiavit. E Stupente autem Curia per summum Pontificem (qui necdum oblivioni tradiderat, quæ in Leodio approbaverat, dum adhuc apud S. Lambertum resideret) interveniente consilio & assensu Dominorum Cardinalium, deliberatum est, quod festum Corporis Christi per universam Ecclesiam semel in anno solenniter, feria quinta post Octavas Pentecostes, in toto terrarum orbe celebraretur; & vocato B. Thoma de Aquino, qui tum præsens aderat, præceptum fuit, ut Officium de tali festo, secundum usum omnium Ecclesiarum, componeret.

Qui ante an. 15. Leodii viderat institui festum Corporis Christi,

jam Pontifex & facto Bolsenæ miraculo motus,

ipsum in universis celebrandum decernit,

2 Thomas autem, divinarum armarium Scripturarum, cujus mentem obedientiæ & omnium virtutum decor collustraverat, præceptum hoc libenter, breviter, atque insigniter complevit: in cujus rei testimonium, in foribus ecclesiæ Bolsenæ depictum est miraculum Sacerdotis celebrantis: depictus etiam est B. Thomas, sedens & scribens tamquam Doctor in cathedra, circumstante Curia: depictus est insuper Crucifixus, alloquens S. Thomam, coram se super F genua adorantem, & dicens, Bene scripsisti de me, Thoma. *Ita Joannes Diestemium Blærus, ad S. Jacobi Leodiensis Prior Ordinis S. Benedicti, art. 8. Commentarii de Institutione Corporis Christi, sub annum* MCCCCXCVI. *ab eo scripti; quæ, quoad Officium ex* Urbani IV. *præcepto per S. Thomam compositum, dicuntur confirmari ex funebri Oratione, quam ejus socius, Fr. Raynaldus seu Reginaldus de Piperno, post mortem Sancti habuit, quamque optarem nancisci; & ex Breviario precum Canonicarum, quod S. Ludovico Regi Franciæ in usu fuisse creditur, & ante primam Lectionem 2. Noct. hæc verba habere* Sermo Fr. Thomæ de Aquino: *consonant autem quæ Gulielmus de Toco, annis post Sancti obitum quadraginta, scripsit in ejus Vita atque alii plurimi.*

& Officium a S. Thoma compositum habet:

3 *His ita constitutis & compositis, non diu distulit Pontifex dilectam sibi Evam consolari nuntio optatissimo, per scriptum ad eam Breve, quod licet editum in Aprili post vitam B. Julianæ, ante sexennium quam ista fierent defunctæ; hic denuo tamen juvat repræsentare.* Urbanus Episcopus, servus servorum Dei, dilectæ in Christo filiæ Evæ, Reclusæ S. Martini, salutem & Apostolicam benedictionem. Scimus, o filia, quod magno desiderio desideravit anima tua, ut solenne festum sacratissimi Corporis Domini nostri Jesu Christi institue-

Decretumque mittens Evæ Reclusæ Leodiensi,

A tueretur in Ecclesia Dei, a Christi fidelibus perpetuis temporibus celebrandum: & ideo tibi significamus ad gaudium, quod nos ad corroborationem Catholicæ fidei digne duximus statuendum, ut de tam admirabili Sacramento, præter quotidianam commemorationem qoam de ipso facit Ecclesia, specialior & solennior memoria celebretur; certum ad hoc designantes diem, videlicet feriam quintam proximam post Dominicam festi Pentecoste proxime sequeotem, ut in ipsa feria quinta devotæ turbæ fidelium, propter hoc, ad ecclesiam affectuose concurrant: sitque dies ille universis Christicolis nova festivitate jucundus, & ampla jucunditate festivus, prout in litteris Apostolicis, quas per universum orbem super hoc dirigimus, pleoius continetur. Et scias, quod Nos hujusmodi festum, eum omnibus Fratribus nostris, Romanæ videlicet Ecclesiæ Cardinalibus, oec non cum omnibus Arcbiepiscopis & Episcopis ceterisque Ecclesiarum Prælatis, tunc ad Sedem Apostolicam commorantibus (ad hoc ut videntibus & audieotibus de tanti festi celebritate salubre præberetur exemplum) duximus celebrandum. Magnificet igitur anima tua Dominum, & exultet spiritut tuus in Deo salutari
B tuo: quia viderunt jam oculi tui salutare tuum, quod paravimus ante faciem omoium populorum. Lætare insuper, quia omnipotens Dominus tribuit tibi desiderium cordis tui, & voluntate labiorum tuorum non fraudavit te cœlestis gratiæ plenitudo. Et quia quaternum, io quo ipsius festi babetur Officium, tibi sub Bulla nostra per latorem præsentium destioamus, volumus & per Apostolica scripta tibi mandamus, quatenus quaternum ipsum eum devotione recipias, & ejus copiam personis illam petentibus exhibeas, liberaliter & libeoter; & instes devotis supplicatiooibus apud illum, qui memoriale tam salutiferum de se ipso reliquit in terris, ut nobis ex alto tribuat gratiam, commissam nostro regimini Ecclesiam suam regendi utiliter, ad laudem & gloriam sui nominis, & salubriter gubernandi. Datum apud Urbem-veterem, sexto Idus Septembris, Pontificatus nostri anno quarto.

gratulatur impletum & ejus votum,

novumque Officium ei commendat.

4 Officium illud obviis ulnis excepit Ecclesia Leodieosis, *inquit noster Barthole meus Fisen, in proprio hac de re libello cap. 66.* Martiniani tamen Canonici .... ita dumtaxat admiserunt, ut ex Officio, quod S. Julianæ auspiciis conscriptum ostendimus, & apud ipsos ad id usque tempus in usu fuerat; in secundis (ut
C loquimur) Vesperis, totaque item Octava ad Benedictus & Magnificat, retiouerint Antiphonas: in Horis vero minoribus Hymnos etiam Orationesque. Existimarunt enim futurum id olim argumento, solenne prius apud se boc festum habuisse, quam Officium S. Thomas scripsisset. *Putat idem Fisen id eos non fecisse, absque* impetrata Pontificis assensione: *sed nisi banc petendam judicaverint propter annexas novo festo Indulgentias, quasi ad eas obtinendas necesse foret Thomæum officium recitare; non video cur id supponi debeat pro ea ætate, qua Ecclesiæ singulæ arbitratu suo sua fingebant & refingebant Breviaria, quali libertate Gallicanæ Ecclesiæ etiam post Tridentinum Concilium adhuc utuntur, hoc ut summum caventes ne inconsulta Apostolica Sede festum aliquod novum assumant.*

Huic Martinenses Canonici,

suum antiquius jungentes,

5 *Sic unum ex gemino Officium compositum habent baud dubie membranæ illæ, tam Directorii quam Antiphonarii Martiniani antiqui, unde exhibuimus eas omnes partes, quæ huc pertinere, & tamen in* Romano *Officio constat non inveniri. Neque vero poenitet eas operosa R.P. Antonii (non Jacobi) Teralli indagine repertas fuisse, & in Appendice ad Acta B.* Iulianæ *revocatas ad lucem; quin etiam in Supplemento Aprilis addemus Antiphonas, & alia quædam postmodum reperta.*

unum ex duobus faciunt,

illis tamen denuo consideratis, collatisque ad potiores D *partes Romani Officii, nec non expensis iis quæ jam dedussi, mutata cupio quæ istic, paulo quam par erat confidentius, dixi in favorem prioris Officii; quasi D. Thomas ex eo fere accepisset totum, quod Ecclesiæ obtulit universæ legendum, mutato dumtaxat partium quarumdam ordine, supplete defectu Hymni unius ad Matutinum, resectis superfluis, & expolito ut sibi videbatur stylo: nam hæc omnia* ordinandi *verbo intelligi volui, certe debui voluisse. Movebant me auctoritates tum Codicis Ms. Rubeæ-vallis, tum Chapeavillæi Canonici & Vicarii Leodiensis aliorumque, asserentium, Vetus officium ipsorum ætate adhuc servari in nonnullis Tungrensis & Leodiensis urbis ac pluribus aliis diœceseos ecclesiis: & licet Ms. Rubeæ-vallis aliam initialem Antiphonam nominaret; Directorium vero, quod habebam præ oculis, eamdem quam Romanum Breviarium, priori ista alio translata: hanc tamen solius Ordinis mutationem tanti non credebam faciendam, ut propterea censeri illa Mss. non possent de uno eodemque loqui. Nunc vero, cum veterrimi illius ac prorsus invariati nullum uspiam potuerit inveniri exemplar, post multam a nostris ac Dominicanis Patribus adhibitam operam; vehementer dubito, an illi scriptores revera unquam aliud* E *viderint, quam quod ex utroque, Romano scilicet & Leodiensi, conflatum diximus.*

quod aliorū exemplo accepi olim proprium.

6 *Ut ut est, quidquid in prænotata Appendice dixi, in Supplemento ex præfatis mutabitur. Quod autem attinet ad alteram partem quæstionis, quæ videri posset remanere; utrum scilicet S. Thomas Officium istud quod habemus componens, antiquius istud Leodiense non habuerit præ oculis, eoque non multum usus fuerit; etsi dicere posset forassis aliquis, D. Thomam haud adeo fastidiosū alienorum scriptorum æstimatorem fuisse, ut inde dedignaretur subinde convertere in rem suam quidpiam: contrarium enim patet saltem ex libello de erroribus Græcorum, quem* ab Urbano Papa exhibitum *sibi profitetur, quodq;* in eo quam plurima ad nostræ fidei assertionem utilia inveniens, considerans autem fructum ejus impediri posse, propter quædam in auctoritatibus Patrum dubia; proposuit primo dubia exponere, deinde ostendere quomodo ex eis veritas Catholicæ fidei doceatur & defendatur. *Etsi, inquam, dicere posset aliquis, videri sibi verosimile, S. Thomam, si vetus illud Officium habuit, eo quadamtenus usum esse: attentis tamen circumstantiis loci, modi, ac temporis quibus id scripsit; fateor, nequidem mihi jam manere probabile, quod ipsum viderit habueritve præ oculis. Scripsit enim* F *Urbe-veteri, procul Leodio, occasione inexpectati miraculi, animis omnium propter expectationem novæ festivitatis ita accensis, ut moras longiores non paterentur, quemadmodum ex* Ioannis *Diestemii relatione colligitur Sunt etiam qui dicant, idem muneris impositum S. Bonaventuræ fuisse, ut cujus duorum magis placuisset compositio eligeretur; & hunc visis Thomæ scriptis, lacerasse sua. Quis autem istis positis credat.* Urbanum, *annis jam duodecim absentem Leodio, ac prius Virdunensem in Lotharingia Episcopum, deinde Hierosolymitanum in Oriente Patriarcham, aut exemplar veteris Leodiensis Officii, si quod forte secum extulit, semper ita circumgestasse, ut ipsum tali occasione statim potuerit exhibere? aut illud, unde accersendum, fuisse expectaturum? quamvis sciret Leodiensis Ecclesiæ totum diversissimum esse a Romano, & Sanctus Doctores duos haberet ad manum, qui absque Leodiensis Officii adminiculo possent totum novum citius meliusque componere, quam vetus ordinare & expolire; prout revera fecisse S. Thomam, docent utriusque Officii indubitabiles partes, inter se comparatæ.*

nunc aliter sentio.

& vetus illud, a S. Thoma non consumptum, dum scribere disset,

ab eo visum non esse credimus:

7 Collatio, *inquit Ambrosius in Epistolam 2. ad Timoth. c. 2.* inter Dei servos esse debet, non altercatio: *ideoque R. P. Fr.* Iacobus *Quetif, ex ordine Prædicato-*

A *rum vir doctissimus, idemque ex frequenti mearum lucubrationum lectione animum meum perspectissimum habens, uni veritati sic intentum, ut ea sibi proposita facillime soleat etiam contra prius asserta flecti, ostendit sibi displicuisse, quod Collega suus, adversus Appendicem præfatam scripturus quidpiam, odiosa Expostulationis, ad Generalem Societatis directæ, forma uti maluerit, quam placidæ Dissertationis mecum uno; quando res ea agebatur, quæ rationibus erat, non terroribus evincenda. Ego vero factum excusanti rescripsi, non eum esse me, quem titulus unus male lævigatus, aut stylus parum blandus moveat, jam pridem assuetum duriora pro veritate audire & ferre: eam ipsam inspecturum me propius, & quatenus probata mihi ex ratione solida fuerit probaturum. Illi ergo, causæ suæ bonitate freti et hanc contenti semel exposuisse, nihil ultra moverunt conquiescere parati, etiam usq; in tempus faciendi post multos annos Supplementi. Et ecce citius & plus quam sperarunt ultro præsto in eorumdem sententiam totus transiens, & paratus similem satisfactionem quibuscumq; aliis*

Ad quos soleo satisfacere.

Tertius probata suscipiens.

B *dare, sicut jam pluribus casibus dedi, quando pro iis viderim veritatem stare. Contra hanc nihil nec possum, nec volo; hanc quisquis ad causam non attulerit, multiplicatis quantumvis libellis schedisque famosis efficiet nihil, nisi ut tacitus compatiar incassum se torquenti, & causam pro qua pugnat ex mala pejorem facienti.*

Aliud Officium ex simili causa Florentiæ compositum.

8 *Porro occasione miraculi Bolsanensis, sub annum* MCCLV. *patrati, cujus causa S. Thomas jussus fuit Officium pro festo Venerabilis, toti Ecclesiæ proponendum, componere, libenter hic ex Joanne Villanio addiderim alterum, annis ante illud triginta quinq; factum Florentiæ: cujus ut memoria devotius ageretur, ejusdem Ord.* D *Prædicatorii professor alius*, Mag. Joannes Caroli Florentinus, aliud proprium Officium composuit, *quod mihi ex Conventu S. Mariæ Novellæ promittitur a P. Mag. Raphaele Badii, transcribendum juxta vetus exemplum ibidem asservatum, inter plurima alia ejusdem Auctoris opera Mss. Enumerat ea in Bibliotheca Florentina Michael Pocciantius; & in Dominicana, ante hos decem annos Romæ vulgata, Fr. Ambrosius de Altamura, integro fere seculo junior quam Pocciantius, & quidem ut instructus a prædicti Conventus Patribus: ambo tamen (quod miramur) taciti prætereunt Officium illud: ut vel ideo mihi id commemorandum hic fuerit. Agit autem Altamura de* Joanne Caroli, *tam in contextu quam in Appendice ad ann.* MDIII. *quo, aut saltem anno* MDV. *obiisse ipsum censet. Historiam indicati miraculi Italice refert prælaudatus Villanius, l. 6. c. 8. in hunc modum.*

E Anno MCCXXX. die S. Florentii XXX. Dec. Presbyter quidam ecclesiæ S. Ambrosii Florentiæ, Ugucio nomine, cum Missam dixisset, Corpusq; Christi consecrasset, præ senio non satis accurate extersit calicem; unde contigit ut die sequenti eumdem calicem accipiens, intra eum repererit sanguinem vivum, consistentem, & rubicundum, idque manifestum fuit omnibus Sanctimonialibus prædicti monasterii, multisque vicinis ibidem præsentibus, nec non Episcopo ac Populo universo, illuc cum magna devotione accurrenti. Exemptus autem est Sanguis præfatus de calice illo, & positus in ampulla crystallina, & usque in hodiernum diem (*id est ann.* MCCCXXXIII. *quo primam Historiæ suæ decadem Joannes finivit*) monstratur plebi magna cum reverentia.

CLXXXV. CLEMENS IV.

Ab an. 1265 ad 1268 an. 3. m. 9. d. 24.

CLEMENS, natione Provincialis, de villa S. Ægidii, antea Guido Grossus, Cardinalis Episcopus Sabinensis, in Anglicana legatione absens electus XXIX. Augusti MCCLXIV. assensum suum Perusii præbuit quinto vacantis Sedis mense anno MCCLXV. die VI. Februarii; & Coronationem suscepit ibidem prima Dominica Quadragesimæ, eademque festiva Cathedræ S. Petri, XXII. ejusdem Februarii. Sedit a die suscepti oneris Pontificalis annos III. menses IX. dies XXIV. mortuus Viterbii die XXIX. Novembris MCCLXVIII. sepultus in ecclesia Prædicatorum. Vacavit autem Sedes annos II. menses X. dies XXVII. F

Synopsis Vitæ.

C VItam ejus hisce verbis descriptam invenio in Martino Polono apud Auctorem Ms. nostri: quam ante omnia transcribere placet. Hic uxorem & liberos habens, primum fuit Advocatus famosus & Regis Franciæ Consiliarius. Demum mortua uxore, propter vitam bonam & scientiam laudabilem, primum Podiensis Episcopus, & post Narbonensis Archiepiscopus, tandem Sabinensis Episcopus & Cardinalis efficitur. Sed eum post in Angliam, propter pacis reformationem, a Papa Urbano IV. Legatus missus, absens a Cardinalibus Perusii in Papam electus sit, vigiliis, jejuniis, orationibus & aliis bonis operationibus intentus, multas, quas tunc Ecclesia sustinebat tribulationes Deus suis meritis creditur extinxisse. Hic, cum Conradinus nepos Frederici Imperatoris, Regem Carolum, cui Pontifex regnum Siciliæ contulerat, debellaturus intraret, & plerique factum Regis Caroli pro desperato haberent; tum propter ipsius Conradini multitudinem, tum propter regni Siciliæ pene totius rebellionem; prædixit in publico sermone, factum Conradini tamquam fumum transiturum, & ipsum tamquam ad victimam Apuliam intraturum: quod & postmodum probavit rei eventus. Nam Conradinus post fugam captus fuit & decollatus, & factum ejus paucis diebus post tamquam fumus evanuit. Hic etiam Papa canonizavit Viterbii S. Edwigem, quondam Ducissam Poloniæ, miræ sanctitatis viduam: quæ inter alia commendabilia, cum canonizatio ejus per plures annos differretur, ipsa Procuratori in Curia Romana super eodem negotio, cum esset in tristitia, apparuit per visum; ac eum de expeditione negotii, & etiam de die expeditionis certificavit.

2 *Hactenus ex Martino Auctor Ms. nostri, qui quod apud hunc in margine sic legerat*. Hic jam modus procedendi aliquantulum variatur, *sic extendit:* A Clemente prædicto præsens Chronica Stylum commutavit. Nam cum a principio per annos Domini cucurrerit (*non ipsemet Auctor in nostro Ms. ubi tales anni hactenus vix notati, sed Martinus in opusculo suo, cujus pars hic transcribitur*) & quilibet Pontifex positus fuerit anno sui introitus, nisi quando plures Pontifices uno & eodem anno defuncti fuerunt, & in eadem linea poni non potuerunt (tunc enim prædictus modus servari non potuit) [nunc] per annos Domini, non continuando sicut prius [ipsam Chronicam], sed distinctim ponendo statum cujuslibet Pontificis declaravi, sicut patet in Clemente & consequenter. *Quæ omnia ipsiusmet Martini verba esse vix dubito, a transcriptoribus quidem eorum unde editio sumpta est exemplarium omissa atque summatim rejecta in marginem, ab eo vero quo Auctor codicis nostri usus est librario non faceis integre transcripta, velut si spectarent ad* Clementis *elogium, de quo in excusis Martini exemplaribus legitur, quod* anno Domini MCCLXVIII. mortuus est Vi-

Mutatio styli in Chronica Martini Poloni.

Tab. XXXII.



CLXXXV. CLEMENS IV.



CLXXXVI. GREGORIVS X.



CLXXXVII INNOCENTIVS V.



CLXXXVIII. ADRIANVS. V.



CLXXXIX. IOANNES. XXI.



CXC. NICOLAVS. III.





A Viterbii, *cum de aliis prioribus tale nihil legatur in textu, sed solum indicetur per zyfras marginales. Sensum subinde biantem interjectis[] pauculis vocibus supplevi, ut vides, quod post hac sæpe faciendum erit præ oculis habenti Ms. unicum, elegantia litterarum majori quam cura exaratum.*

Causa dilata Coronationis,

3 *Cur acceptato, sicuti dixi, Pontificatu* VI. *Februarii, Pontificiam Coronationem distulerit suscipere* Clemens *usque ad* XXII. *ejusdem mensis, via alia vatis potest excogitari, quam ipsius humilitas: interim præparari commode potuerunt littera quæ ipsamet die signata inveniuntur &* datæ Perusii VIII. Kalend. Martii anno I. *quem ab ista die auspicatum eum in commutatione annorum suorum non dubitaverim. Notabilis est autem epistolarum* Clementis *una, ad* Petrum Grossum *nepotem suũ, data* in die Perpetuæ & Felicitatis, *id est* VII. *Martii, cum hac clausula:* Non scribimus tibi nec familiaribus sub Bulla, sed sub Piscatoris sigillo, quo Romani Pontifices in suis secretis utuntur: *ad quam clausulam monet Ciacconius (id quod alibi jam attigimus ex Mabillone)* Sigilla duo designari; unum in sacris jussionibus publicis, quas Bullas vocant, idque plumbeum est;

Annulus Piscatoris:

B alterum in privatis ad quoscumque litteris: habet enim in annulo, Piscatoris effigiem, in navicula positi & retia laxantis, id est Petri.

Alia Clementis 4. Acta ex Petro Corretino.

4 *Petrus Corretinus, initio seculi hujus* XVII. *scribens, ex cujus Summa Chronologica quamdam* Alexandri IV. *Vitam dedimus, in Philippo* XVII. *Episcopo Viterbiensi, de* Clemente IV. *hæc habet: Guido* Cardinalis Sabinensis, Clemens IV. vocatus, ex Anglia rediens, in itinere nuntium suæ Creationis accepit. De Manfredi insidiis veritus, Religiosi mendicantis habitum indutus, clam Perusiam venit. Re cognita Cardinales illuc properarunt, ac honorifice Viterbium adduxerunt, ubi die XXIV. Februarii ejusdem anni MCCLXV. Consecrationis insignia recepit. *Fuit quidem dies* XXIV. *Februarii quia S. Matthiæ Apostolo sacer, atque ac* XXII. *eidemet Pontificiæ Coronationi, convincitur tamen erravisse Corretinus, ex jam allegata* Clementis *Bulla data* VIII. Kal. Martii; *nisi error fuerit transcribentis zyfram, & 24. pro* XX. *notantis. Pergit autem Corretinus elogium sic texere.* Vir profecto fuit, religione, pietate, sanctisque moribus omnino laudandus. Viterbii sæpius conciones habebat, populumque in fide Catholica confirmabat. Carolum, Hierusalem & Siciliæ Regem, paulo ante a Cardinalibus Legatis co-

C ronatum, hic excepit. Bullæ ab eodem Pontifice Viterbii emanatæ, annis MCCLXV. & MCCLXVI. gesta sua probant. Postero vero anno I. Kal. Aprilis, Pontificatus III. ut in ejus litteris legitur, Hedwigem Poloniæ Ducissam, multis miraculis illustrem, in ecclesia S. Mariæ ad gradus Viterbii solenniter in Catalogum Sanctorum retulit. Stephanum Hungarum, Cardinalem Prænestinum, Viterbi sub Clemente decessisse constat; ac unicum tantummodo Cardinalem Pontificem ipsum ibidem creasse Catalogus Cassinensium docet, Bernardum scilicet Aiglerium, Gallum, ejusdem Ordinis Abbatem, a Ciaccone prætermissum. Temporibus illis S. Thomas Aquinas, Ordinis Prædicatorum stella fulgens, atque Christianæ reipublicæ splendor, de Pontificis mandato conciones publicas universo populo Viterbiensi habuit in platea S. Mariæ novæ, ubi suggestum adhuc lapideum extat. Nonnulla alia Clementem Viterbii egisse, tum diplomata, tum monumenta tradunt. Anno demum MCCLXVIII. mense Septembris, die scilicet illa qua Carolus Siciliæ Rex Sedis Apostolicæ rebelles cecidit, dum in Cathedrali S. Laurentii Viterbiensi ecclesia Pontifex concionaretur, in extasim raptus divinoque spiritu afflatus, exclamavit, Ecclesiæ hostes fusos fugatosque fuisse. Die autem XXVIII. Novembris ejusdem anni, in Domino mun-

danis curis solutus occubuit, & in prædicta S. Laurentii ecclesia tumulatus est. Corpus vero suum alio translatum videbimus. D

DISSERTATIO XLIV.

De Sepultura Clementis IV. & diuturna post ejus mortem vacatione, atque initio Conclaviorum Pontificiorum.

Sepultura,

a SCribit S. Antoninus de Clemente, quod sepultus quidem est Viterbii, ubi tunc Curia residebat, in ecclesia Fratrum Prædicatorum, ubi ipsemet sibi elegerat sepulturam; sed de facto translatus est ad ecclesiam Cathedralem, ad voluntatem quorumdam. Postmodum, dictante justitia, per successorem Pontificem restitutum est corpus ipsis Fratribus, & ante capellam majorem in latere honorifice ut patet collocatum. *Ea res in quodam ipsorum Patrum Prædicatorum Ms. Codice, sub annum* MDCXV. *composita a Fr. Hyacintho de Nobilibus Dominicano, sic describitur, cum brevi virtutum in vita, & miraculorum post mortem memoria.* E

a Viterbiensi Clero corpus sibi arrogante,

Clemens Papa IV. vir vere sanctissimus. Hic Prædicatorum Ordinem intime dilexit, ac ejus habitus sub Pontificalibus vestibus induit. Est apud Leandrum Albertum & Sebastianum de Olmeda & Jacobum de Susatto in sua Chronica. Cilicio ad carnem semper usus. Viterbii die XXII. Novembris MCCLXVIII. in morbum incidit: in ecclesia Gradensi corpus suum sepeliri mandavit. Die XXIX. ejusdem mensis Novemb. miraculis coruscare cœpit: indeque populi, ejus sanctitate ac miraculis moti, ad ejus sacrum cadaver visendum, tangendum, & deosculandum confluere. Unde Presbyteri & Clerus Cathedralis in eorum ecclesia corpus dicti Sancti Pontificis, contra Patrum Prædicatorum voluntatem, tumulandum curarunt. Facta autem instantia per dictos Patres apud Reverendissimos Dominos Cardinales, ab eis ordinatum fuit, ut, quo interea fabricaretur sepulcrum, per Dominum Archiepiscopum Narbonensem, corpus in quodam loco tamquam in depositum collocaretur. Presbyteri Cardinales inde eum auferentes, in eorum ecclesia tam inchoatum marmoreum sepulcrum quam corpus sanctissimi Pontificis detulerunt, & illud prosequebantur. Cum autem Gregorio X. necdum coronato, qui post biennium vacantis Sedis successit, a Cardinalibus S. Marci & S. Eustachii relatum esset, quod Canonici & Clerici, contra eorum jussa, corpus abstulissent; summus Pontifex Cardinali S. Angeli hujus causæ judicium commisit. Ipse autem Cardinalis, re cognita, Fratribus Prædicatoribus corpus sua sententia restituendum fore decrevit. Sed cum obedire nollent, dictus Pontifex sex Bullas direxit Cardinali S. Angeli, ut compelleret Archipresbyterum & Capitulum Cathedralis & Parochos per censuras ad restitutionem; & tamen multo labore, circa septem annis ab obitu dicti sanctissimi Pontificis, restitutum est, & in ecclesia Gradensi honorifice collocatum.

impedito aliquamdiu, F *septimo anno peragitur,*

apud Prædicatores.

2 *Crediderim harum rixarum causa cessavisse miracula, cum iisque sublatam spem secuturæ forsan canonizationis, saltem minus solennis & popularis, qualis Successori* Gregorio X. *apud Aretinos, &* Urbano V. *apud Massilienses obtigit. Tumulum adhuc extare apud Prædicatores intelligens, ex additamentis Victorelli & Ughelli ad Ciacconium; ipsum, ab Oldoino nostro neglectum, Viterbii curavi excipiendum in chartam, oculisq; per sculpturam exhibendum pro veneranda antiquitatis memoria. Est ergo opus universum latum palmos* XV *altum* XXXI. *& elegantibus musivis seu varii aureique coloris lapillis emblematice distinctum: in cujus summitate, sub capite S. Petri apparent sex lilia; quæ potius Francicæ originis indicium esse*

A *crediderim, quam scutum (ut vulgo putatur) gentilitium. Certe Ludovicus Jacob, in sua Bibliotheca Pontificia pag. 49 prolixe probat, Grossorum scuto imprimi Aquilam nigram in campo aureo. Ad latus marmoris, ex cæruleo fundo, sub Deipara sculpta imagine, eminentit, Epitaphium longum litterisque Gothicis (id est Teutonicis) alte incisum continentis, flectit sæpius jam memorata Sancta; de qua ex altero latere ita legitur litteris fere Romanis:* In hac sacrosancta ecclesia sancta Hedwigis, Poloniæ Ducissa, a sanctimo Pontifice Clemente Quarto, hic tumulato, solenni ritu Sanctarum numero adscripta fuit, anno Domini MCCLXVII. *Sequuntur autem duo versus, studiose (ut videtur) erasi, qui proinde legi non potuerunt: sicut etiam post verba, sub ipso arcus intrinsici flexu sic scripta,* Petrus Oderisii sepulchri fecit hoc opus, *legi non potuit aliud quod sequebatur verbum, neque nota anni quo factum opus indicabatur. Similiter evanuerunt litteræ, minio ductæ, supra tumbam jacentis ad pedes Episcopi, nisi quod initio videatur adhuc legi* Petrus Grossus. *Plus olim legit prælaudatus Hyacinthus de Nobilibus, qui etiam ipse hujus monumenti delineationem libro suo inseruit cum hisce verbis:* Petrus Grossus de Sancto Ægidio . . . . hic jacet, *ait autem, quod* Nepos ejus (*scilicet Clementis*) fuit, sed ab alio Pontifice, nescio cujus civitatis Episcopus creatus; *certe non Cardinalis, quod quidem hactenus sciri possit. Sed neque Gallia Christiana Sammarthanorum Fratrum, neque Italia sacra Ferdinandi Ughelli, quorum tomis singulis subjecti Indices Nominum atque Cognominum, ipsum adhuc uspiam nobis obtulerunt.*

Monumento additæ memoria canonizationis S. Hedwigis,

Et sepulcrum nepotis Petri Grossi.

B



3 *Epitaphium, quod capere integre tabella nostra non poterat, seorsim extendo.* D

Lector fige pedes, admirans quam brevis ædes
Pontificem quartum Clementem contegit arctum.
En datur in cineres Petri successor & heres,
Cujus si memor es, non mundi gaudia quæres.
Hic Judex primum, quem sic successus opimum
Reddidit, ut (fertur) Miles probus efficeretur.
Taleque sortitus nomen, Jurisque peritus,
Virginis unius fuit unicus ipse maritus.
Qui viduatus ea, mox Christi sorte petita,
Aniciensis ita dignus fuit Archilevita.
Præsul ibi factus, post Archiepiscopus actus,
Pastor ut egregius Narbonæ præfuit auctus;
Utque Deo gratus vir, Cardinibus sociatus,
Papatus nomen clarum suscepit & omen.
Sic sublimatus, sic denique clarificatus,
Perficiendo gradus censetur ad astra levatus,
Annis sex denis octo cum mille ducenis.
Transactis Christi, CLEMENS tumulo datur isti,
Aghios * quare, qui transis, corde precare,
Ut finalis ei dent gaudia summa diei. Amen.

* *id est, sanctos.*

4 *Secuti porro interpontificii historiam prælaudatus Petrus Cosettinus sic prosequitur.* Sede vacante Jordanus Piruntus Cardinalis de Comitibus, Terracinensis, moritur: ceteri, decem & octo, nimium inter se discordes, novi Pontificis electionem ad nonum usque mensem supra biennium protraxerunt; nondum enim conclavis usus invaluerat. Porro Cardinales Viterbii (ut alibi quoque consueverant) in Cathedrali ecclesia summo mane conveniebant, & comitiis peractis ad eorum domicilia revertebantur. Ita quoque Panvinius & Ciacconius tradunt. Cum igitur anno MCCLXX. die XXV. Maji, post decimum septimũ Vacationis mensem, Cardinales ipsi una cum Philippo Galliæ & Carolo Siciliæ Regibus, Guidone Montis-fortis Comite, aliisq; Principibus, qui paulo ante Viterbium venerant, ut novi Pontificis electionem accelerarent, in eadem Cathedrali S. Laurentii ecclesia convenissent, sacrumq; solenne celebraretur, Guido Montis-fortis, diabolico spiritu actus, in elevatione sanctissimæ Eucharistiæ, ense sacrilego evaginato, Henricum Cornubiæ Comitem, Henrici Regis Angliæ nepotem, qui & ipse reperiebatur in Curia, horribile dictu! transfixit, trucidavit, ac incolumis evasit. Tali tantoq; execrabili scelere permoti Reges Viterbio recesserunt, & ad propria reversi sunt. E

Vacante diutius Sede,

coram Regibus Franciæ & Siciliæ in ecclesia occiditur Nepos R. Angliæ:

5 Cardinales quoque rebus infectis abire cogitabant: Viterbienses autem suasu S. Bonaventuræ, qui tunc ibi degebat, duce Raynerio Gatto civitatis portis obseratis, & Cardinalibus ipsis in Pontificium Palatium, prope Cathedralem (ut dicebatur) constructum, adductis, omnes ibidem incluserunt: sicque Conclave originem traxit, ut Panvinius etiam cum Ciacconio affirmant. Joannes interea Zrancingia, Cardinalis Episcopus Portuensis, qui novum monasterium apud ecclesiam S. Mariæ de Paradiso extra Viterbii mœnia jam erexerat, in Conclavi existens, Moniales Ordinis Cisterciensis primo loco introducendas nominavit, & litteras emanavit. Ceterum Raynerius Gattus Viterbii primarius Conclavis custos erat, ac alimenta necessaria Patribus quotidie subministrabat: qui pervicaciores nihilominus facti, ad alios sexdecim menses electionem prorogarunt: quamvis Palatii ejusdem Conclavis tectum Viterbienses jussu Raynerii detexerint, ut incommodo ac tædio affecti electionem ipsam accelerarent. Edoctus fortasse Raynerius erat a Joanne Cardinali Portuensi, qui (ut Papyrius Massonus & Panvinius referunt) ad sociorum discordiam exprobrandam, Palatium, in quo electio fieri debebat, tecto & lateribus nudandum prædicabat. Quod sane fabulosum atque commentitium nonnulli existimarunt: sed F

Cardinales Palatio inclusi a Viterbiensibus,

ex suo Conclavi discooperto atribus,

sed

A sed ut veritas ipsa patescat, ejusdem Conclavia diploma, Henricum Cardinalem Ostiensem infirmitate gravatum inde extrahendi causa editum, & in hujus Communitatis Secretaria servatum, ad verbum registrare libuit.

6 Nos miseratione Divina Episcopi, Presbyteri, & Diaconi sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, infirmitati Venerabilis Fratris nostri H. Ostiensis & Veletrensis Episcopi fraterno compatienter affectu: vobis Alberto de Monte-Bono Potestati, & Rayoerio Sancto, qui pro Capitaneo Viterbiensi te geris, & communi Viterbiensi, tenore præsentium, sub debito fidelitatis, quo nobis & Ecclesiæ Romanæ tenemini, districte præcipiendo mandamus; quatenus, cum idem Episcopus juri & voci sibi competentibus in electione Romani Pontificis renuntiaverit coram Nobis, quantum ad præsentem vacationem dumtaxat, volens, ut non obstante ejus absentia, sine ipso hac vice libere procedamus, ad providendum Romanæ Ecclesiæ da Pastore, ratam habiturus & gratam electionem seu provisionem, quam de Romano Pontifice, absque ipso & ejus requisitione, duxerimus faciendam, ac instanter petierit vobis mandari, ut de Palatio, in quo sumus inclusi, ipsum permitteretis exire; eumdem Episcopum de ipso Palatio statim egredi libere permittatis, nec ipsum de cetero aliquatenus detineatis invitum. Datum Viterbii in Palatio discooperto Episcopatus Viterbiensis VI. Idus Junii, anno Domini MCCLXX. Apostolica Sede vacante. D

emissi Cardinalis Ostiensis infirmum.

mandans ipsius conclavis Custodibus;

† † † † † † † † † † †

Quot scilicet hic Cruces vides, totidem appens. sigilla sunt, absque alia nominum subscriptione, a quibus cum absit sigillum ipsius Henrici, patet cum illo octodecim Cardinales universim tunc fuisse.

CLXXXVI. B. GREGORIUS X. E

B GREGORIUS, natione Placentinus, antea Theobaldus Archidiaconus Leodiensis, Viterbii anno MCCLXXI. I. Septembris electus, absens in Palæstina, electioni assensum præbuit XXVII. Octobris, exindeque censetur sedisse annos IV. menses II. dies XV. licet primum coronatus Romæ XXVII. Martii, anno MCCLXXII. in Dominica III. Quadragesimæ: obiit autem anno MCCLXXVI. X. Januarii, sepultus Aretii: & vacavit Sedes dies X.

Ab an. 1271 ad 1276. an. 4 m. 2 d. 15.

Ratio temporis,

D*E die electionis constat ex decreto Cardinalium, ad ipsum in Syriam misso: Accepiati seu initi Pontificatus dies, pendet e dierum ex supra annos IV. assignandorum numero, dum ex Ptolomæo Lucensi constat, quod* mortuus est apud Aretium IV. Idus Januarii, anno scilicet MCCLXXVI. *quo etiam die ut Sanctus colitur ab Aretinis, ejus incorruptum corpus in sua Cathedrali servantibus, & pro solemni canonizatione satagentibus, nostrum Mſ.* dies IV. *Rollewinck & Stella* X. *Martinus* XV. *numerat: & huic subaremus, sed ex Stella assuminus menses* II. *ut tantundem fere temporis itineri impenderint nuntii eundo in Syriam, &* Gregorius *veniendo in Italiam; dicitur enim Brundusium appulisse* I. *Januarii, Viterbiumque ad Cardinales accessisse* X. *Februarii. Inde scribens ad regem Franciæ* IV. Nonas Martii, Ne mireris, *inquit,* quod Bulla non exprimens nostrum nomen est apposita præsentibus, quæ ante Consecrationis & Benedictionis nostræ solemnia transmittuntur: quia semper ii, qui fuerunt in Romanos electi Pontifices, consuerunt, in bullandis lit-

Stylus quidum coronati in bullis,

C teris ante suæ Consecrationis munus, modum hujusmodi observare: *& sinistus signat*, suscepti a nobis Apostolatus officii anno I. *quod idem invenio in Bulla* Felicis *Antipapæ, necdum consecrati, quin etiam Romæ mihi scribitur, talibus casu usque hodie servari eandem signandarum ejusmodi Bullarum formulam. Ipso vero* Gregorius *post Consecrationem suam signavit consuetas encyclicas* Laterani IV. Kal. Aprilis Pontificatus anno I. *& deinceps die* VI. Kalend. Aprilis *mutatos annos Pontificatus nihil ambige. Actorum synopsis in mſ. nostro ex Martino hæc est.*

Synopsis actorum.

a Hic cum Archidiaconus esset Leodiensis, & devotionis causa ivisset ultra mare, ibidem existens, in Palatio Viterbiensi in Papam a Cardinalibus est electus. Hic fecit Ordinationem unam quinque Episcoporum Cardinalium, quam plurimum laudabilem, quia honestas & valentes personas assumpsit. Hic tertio sui Pontificatus anno, pro utilitate Terræ sanctæ, quam personaliter visitare intendebat, Lugduni solenne celebravit Concilium, in quo Græcorum & Tartarorum solennes nuntii interfuerunt, Græcique ad unitatem Ecclesiæ redire promittentes; in cujus signum Spiritum sanctum professi sunt a Patre Filioque procedere, Symbolum in Concilio solenniter decantando: nuntii vero Tartarorum, infra Concilium baptizati, ad propria redierunt. Numerus autem Prælatorum, qui fuerunt in Concilio, sunt quingenti Episcopi, Abbates & alii Prælati circa mille. Hic in Concilio multa bona instituit: videlicet pro subsidio Terræ sanctæ, pro electione summi Pontificis, & pro statu Ecclesiæ. Hujus tempore Rex Romanorum & Francorum, cum multis Baronibus, pro subsidio Terræ sanctæ Cruce signati sunt. Hic Papa fuit experientiæ miræ in secularibus, nec intendebat pecuniarum lucris, sed pauperum eleemosynis. Mortuus est Aretii, & sepultus ibidem.

3 *Nescio quid causæ habuerit Bollandus noster, ut eum cujus* diem obitus noverat a ducentis fere annis civium Aretinorum decreto quasi festum celebrari, accensis ad tumulum facibus, *poneret inter Prætermissos, donec Apostolica Sedis auctoritate in Beatorum aut Sanctorum Album referatur; cum appareat tantam cultus antiquitatem omnino facere eosum exceptum a decretis Urbanianis, quibus prior cultus nequaquam abrogatus, sed continuari permissus censeri debet. Oldoinus noster ad Ciacconium addit, quod* major Aretii Basilica extructa denuo, sancto Pontifici Gregorio X. consecrata est, tamquam Patrono Urbis ac Divo Tutelari, & ab eo tempore, hoc est a ternis omnino seculis, ex Senatus præscripto notantur in libris rationum, cereorum libræ centenæ, offerendæ a Magistratu illius Urbis ad aram, ipso ejus anniversario die: plebi etiam injunctum ab Antistite fuit, ut cesset eo die ab operibus negotiosis. *Nihil igitur dubitabo, in eo quod post Junium meditor primi semestris supplemento, locum dare* B. Gregorio Papæ X. *& Vitam ejus, qualis ponitur in Historia Placentina tom. 2. pag. 343. ex vetustis Placentinæ Ecclesiæ membranis; prælo subjicere, & quidquid insuper de ejus miraculis vel jam editum vel ex Processibus Aretinis suggerens, cum ceteris veteris continuatique cultus argumentis, sicut facimus de aliis similibus Beatis aut Sanctis, quorum solemnis Canonizatio adhuc pendet suspensa, defectu non tam probationum, quam sumptuum hac ætate requisitorum.*

Cultus ut Sancti apud Aretinos. F

& ecclesia ei dicata.

Epitaphium

4 *Interim Gregorianus apud Aretium monumenti, uti* mode

A



modo est, delineationem accipe; qualem nobis delineavit Jo: Baptista Blondi Aretinus, de mandato D. Jo: Baptistæ Capalli, Decani ecclesiæ illius, viri non solum ætate & dignitate, sed etiam sanctimonia venerabilis: quam apud alios quoque promovere editis opusculis nonnullis spiritualibus conatus est; quemadmodum significat mihi operis nostri studiosissimus Magliabechius, cujus suggestione curata a Decano res fuit. Est autem monumentum illud juxta sacrarium ad manum sinistram, & ante illud fovetur perpetuo ardens lampas. Figuris in fronte arcæ sculptis quatuor Evangelistas repræsentari, ad caput vero Deiparam Christumque adultum, ad pedes SS. Petrum & Paulum, idem Decanus nos postea docuit. Olim hoc quoque Epitaphium eidem insculptum legebatur. D Monumentum.

Gregorius denus, virtutum luce serenus,
Dormit in hac arca, dignus Romæ Patriarcha
Quem genuit Placenza, urbs Aretina tenet.

Ad ingressum vero ipsius capellæ, crate ferrea firmatæ munitæ, supra eamdem cratem spectatur effigies ipsius Pontificis, cum titulo, Gregorius X. P.M. Placentinus. *Supra tabulam grandis coronis & inauratis procuris, hoc monostiche inscripta.* Imago. E

Quam coluit pacem, nobis Gregorius oret.

Denique prope ipsum sepulcrum ingens alia tabula appensa cernitur, continens varia miracula, ad præsentiam sancti corporis, dum adhuc supra terram expositum staret, patrata, atque etiam postea, nunc minime referenda. Miracula.

C

CLXXXVII. INNOCENTIUS V.

An. 1276. a 21. Jan. ad 22. Junii. INNOCENTIUS, natione Burgundus de Tarentasio, ex Ordine Prædicatorum, antea Petrus Cardinalis Episcopus Ostiensis, electus Aretii anno MCCLXXVI. XXI. Januarii, coronatus Romæ in Dominica I. Quadragesimæ XXIII. Februarii, sedit menses V. dies II. defunctus Romæ anno eodem, XXII. Junii; sepultus in Laterano: & vacavit Sedes dies XVII. F

Bulla ante consecrationem data. 1 H*Ic nihil cunctatus, quia statim a sua electione, ipsoque in loco, inciperet exercere paternam suam solicitudinem, tamquam* Electus Episcopus, Servus Servorum Dei, *scripsit* Potestati, Capitaneis, Antianis, Consilio, & Communi Januensi, *aptans eis* spiritum consilii sanioris, *ut illos ad mutuam concordiam revocaret, misso eum in iis Hugone de Ubertinis, Ordinis sui Prædicatorum Lectore in Conventu Senensi, qui eorum Deputatos Romam venire faceret, infra secundam hebdomadem instantis quadragesimæ; ubi* Innocentius *excusat in fine, nomen suum non expressum in Bulla,* quia hi qui fuerunt hactenus in Romana Ecclesia electi Pontifices, consueverunt in bullandis litteris, ante suæ Benedictionis munus, modum hujusmodi observare. *Adornato deinde itinere, Viterbium accessisse docet S. Antoninus. Deinde in Basilica Vaticana coronatum, sese in Lateranum recepisse ex Bernardo Guidonis scribit Raynaldus.*

Ratio temporis. 2 *Ipse in Encyclica, cujus datam a Reinaldo non expressam perquam incommodam accidit, indicat per viam Scratinii electum se fuisse,* ipso festis S. Agnetis. *Diem interim Coronationis ex Ciaccenio sumpsimus, licet electus nihil mora videatur interposuisse quin Romam accederet. Ibi, inquit Ptolemæus Lucensis,* in S. Petro coronatus & consecratus. Inde se transfert ad ecclesiam Lateranensem, & ibidem infirmatur, ac XXII. die Junii moritur, in magna gratia Collegii: ac præsente Rege Carolo, in eadem ecclesia honorifice sepelitur. *De ejus tumulo mirum nihil apud Respanum legi. De ipso ex Martino Polono sic scribitur in ms nostro.* Hic a pueritia in Ordinem Fr. Præd. Doctor in sacra Scriptura eximius efficitur: demum in Archiepiscopum Lugdunensem, & post in Episcopum Ostiensem, tandem in summum Pontificem assumitur. Hic, licet multa facere proposuisset, morte præventus nil notabile fecit. Synopsis Vitæ.

B

3 *Quæ ejus extat apud Cavallerium effigies specialiter meretur considerari, quia e marmore videtur sumpta ex* Effigies.



CLXXXVII. INNOCENTIVS V.

ejus

A *ejus temporis pictura, verosimiliter Romæ supra Minervam vel ab Sabinam inventa. Hoc enim suadet forma habitus Dominicani, arctiori longe quam nunc Religiosi isti utantur capucio, & in vetustioribus ipsiusmet S. Dominici imaginibus omnibus reperiendo. Quare dignam censeo, quæ seorsim exhibeatur. Non tamen hinc certo probari putem, quamvis existimem verosimile*, Innocentium, *etiam in Pontificatu tam brevi, retinuisse Ordinis sui habitum. Huic certe, numquam immediate superimpositum Pallium, cujus nullus extra Sacra est usus; sed hoc sibi licere voluit Pictor, sicut etiam is, qui nuper nobis S. Antoninum Archiepiscopum Florentinum ex veteri statua pinxit, ad denotandum Pontificem ex ordine Prædicatorum.* D

CLXXXVIII. ADRIANUS V.

ADRIANUS, natione Genuensis, antea Ottobonus Diaconus Cardinalis S. Andreæ, electus Romæ anno MCCLXXVI. x. Julii; sedit mensem I. dies IX. & antequam consecrari posset infirmatus, obiit Viterbii XVIII. Augusti, sepultus in ecclesia Fratrum Minorum: & vacavit Sedes dies XXVIII. *An. 1276. 10. Julii ad 18. Aug.*

Synopsis Vitæ. DE *eodem ex Martino Auctor Ms. nostri*: Iste Adrianus fuit nepos Innocentii IV. & ab ipso in
B Cardinalem tituli S. Adriani promotus, a D. Clemente IV. legatus in Anglia, pro guerra quæ ibi inter Regem & Barones exorta fuerat sedanda, missus fuit. Hic Papa factus, statim constitutionem, quam Papa Gregorius X. in Concilio Lugdunensi de constrictione Cardinalium, ad accelerandam electionem summi Pontificis, ediderat, suspendit, proponens eam aliter ordinare: sed morte præventus, Constitutionem sic suspensam reliquit. *Bernardus Guidonis apud Rainaldum, ex seniore scriptore Jordano, addit, quod obiit* nondum promotus in Sacerdotem, nec coronatus, nec consecratus. *Hoc tamen non eximit eum verorum Romanorum Pontificum numero, quando Electio, absoluta & nullius approbationis indiga, qualis hoc ævo fiebat, postquam acceptata est ab Electo, Pontificem constituit, secus quam primis 2. seculis.*

Monumentũ sepulcrale. 2 *Oldoinus noster* in arca marmorea conditum *ait*



cum hoc Epitaphio: Hic requiescit corpus sanctæ memoriæ Domni Adriani Papæ V. qui prius vocatus est Octobonus de Flisco de Janua, tit. S. Adriani Diac. Cardin. *Epitaphium istud etiamnum legitur litteris veteribus ac semilatinis, tres lineas implentibus. Nos ipsum Mausoleum ævi curavimus incidendum, & Epitaphii litteras, cum loco proprio exprimi commode non possent, in utroque superne vacante angulo eadem* E *forma effingi fecimus. Alioqui sculpendæ jussimus in illa marmorea tabula, quæ sub Tiara Clavibusque Papalibus continet insignia gentis Fliscæ, ut cernis; simulque discis, non recte dici, quod* Bonifacius Papa VIII. *primus fuerit in ejusmodi gentilitiis insignibus usurpandis. Est autem Mausoleum, ut vides, satis simile ei quod* Clementi IV. *positum exhibuimus, ejusdemque magnitudinis & altitudinis: ubi jacet Marmoreus Pontifex Pluvialem cappam indutus; cujus fibula, rotundo ac radioso monili prætenta, Agnum Dei continet; in utraque vero ejusdem Pluvialis ora repræsentatur, tamquam Phrygionico opere, hinc digitum intendens Joannes Baptista, cum his supra caput verbis,* ECCE AGNUS; *inde Deipara Virgo cum hisce litteris,* E. MATER. *Is qui recentiori memoria Mausoleum hoc repoliri fecit, in vacante supra Papalia insignia pariete, colore rubro, pingi jussit titulum, in cujus fundo albo litteris nigris hoc novi styli Epitaphium legitur*: Adrianus Quintus Pont Max Flisca e familia nobilissima Genuensi, mensis unius dierumque IX. magistratum Pontificium gerens, diem Viterbii functus, hac honorifice sepultura donatur.

F

VICEDOMINUS ELECTUS

VIcedominus de Vicedominis, patria Placentinus, Gregorii X. ex sorore Nepos, ex Archiepiscopo Aquensi, Episcopus Cardinalis Prænestinus, electus Viterbii anno MCCLXXVI. V. Septembris; obiit VI. ejusdem, mensis, sepultus Viterbii apud Fratres Minores. *An. 1276. 5. Sept.*

Notitia electionis ex Chronico Ms. SI *extaret encyclica* Joannes XXI. *in ea de more legentes quomodo electus fuerit, intelligeremus utrum præter illum aliquis mortuo* Hadriano V. *suffectus, & quo nomine dictus fuerit. Nunc solum habemus ex Historia Placentina auctore Petro Maria Campi, electum fuisse unum ex familia Vicedominorum Placentinorum; qui alius ab eo de quo agimus* Gregorii X. *nepote esse non potest. Sic enim invenitur in Ms. quadam Chronica. Placentina, apud Auctorem prædictum*: Sunt & in dicta civitate Placentiæ Vicedomini: quæ est magna domus & nobilis: nam de ista domo fuit unus Papa: qui non stetit in Papatu nisi per unum diem, & mortuus est Frater Minor. Hanc Chronicam, *inquit, Petrus Maria*, cum an. MDCXXVI. Romam detulisset,

A sem, & ostendissem tribus sacris historicis (*videlicet Andreæ Victorelli, Lucæ Waddingo & Gabrieli Fabri, atque variis Prælatis*) fuit bene ponderata, & existimata fide digna.

2 *Quia tamen in aliis Placentinis Mss. mox allegandis nulla Papatus mensio invenitur, existimo, eum qui* *persona ex Annale Ms.* *jam ante æger Romæ (ut dicitur) testamentum condiderat 1. Julii, & Viterbium febricitans venerat, Electione sua (ut fit) magis alteratum fuisse, & assensum distulisse usque in crastinum, si forte morbus remitteret, spemque gerendi pondo Pontificatus faceret: cum autem econtra videret se mori, loco Pontificalis Pallii petiisse & assumpsisse habitum Minorum, in eoque expirasse, nullo dum sumpto Papali nomine: & hinc factum esse, quod non nominetur ab antiquioribus Catalogorum collectoribus. Annales Placentini Mss. satis accurate illum describunt, nescio quomodo ab iisdem verbis initio laudationis usi, a quibus incipit elogium* Clemens IV. *in nostro Ms. Verba Annalium hæc sunt:* MCCLXXVI. obiit Vicedominus de Vicedominis, de Placentia, E-
B piscopus Prænestinus Cardinalis: qui habuit uxorem & liberos, & famosus Advocatus fuit: qui mortua uxore, propter ejus vitam bonam & scientiam laudabilem, Clericus & Præpositus Grassæ efficitur, post Episcopus Aquensis: demum a Gregorio Papa X. in dicto Cardinalatu promotus fuit: & in Ecclesia Fratrum Minorum in Viterbio sepelitur. *Sunt autem vicini Episcopatus Grassa & Aquæ sextiæ in Provincia.*



C

3 *Idemqui, monumentum* Joannis XXI. *delineavit & fabricavit artifex, hoc verosimiliter seculo, etiam hujus* Vicedomini *cænotaphium simili forma extruxit: & litteris, similiter elegantiam hodiernam spirantibus,* D *sic inscripsit epitaphium styli etiam recentioris:*

Hic sortis, Lector, duræ sunt munera, Primi *Mausoleum.*
Iste Vicedomini continet ossa lapis.
Successit Petro: dedit hunc prior Ordo Minorum:
Electus, statim funera sacra tulit.

Post hæc eo modo nobis missa, contigit Janningum nostrum anno MDCLXXXVI. *Viterbio transire, ubi totum monumentum invenit repolitum dealbatumque, & prioris Epitaphii loco substitutum aliud trium distichorum:*

Schemate saxa rudi tibi, Lector, muta loquuntur;
Neve caduca putes, teste latente, monent.
Namque Placentinis Vicedominus ortus ab oris,
Francisci Soboles hic veneranda jacet.
Ferre vices Domini sors huic dedit improba: verum
Una Petri solium lux feretrumque dedit.

Porro sicut gratis præsumunt Auctores utriusque Epitaphii Vicedominum I. *retento veteri nomine, vocandum fuisse, si consecrari eum contigisse; ita non magni est* E *faciendum quod credi velint, prius Ordinem Minorum amplexum esse, quam ad Apostolicam Sedem eligeretur. Ipsius Monumenti lineamenta hic accipe & nostrum de novitate operis judicium, an probes, vide.*

4 *Diem mortis, atque adeo electionis prægressæ, notat Diarium Ms. Majoris Ecclesiæ Placentinæ his verbis.* *mortis ex Diario Ecclesiæ Ms.* Octavo Idus Septembris obiit D. Vicedominus, quondam Episcopus Prænestinus MCCLXXV. & reliquit huic Ecclesiæ anniversarium in die obitus, qui fuit die VI. Septembris, ut in Archivio. *En his porro duo mihi consequi videntur: primo; non nisi morientem suscepisse habitum Franciscanum; nam si id fecisset statim ac factus est viduus, ante alias suas promotiones, non tacuissent id Placentini Annales, tam accurate omnem ejus priorem statum describentes: atque ita manet, quod habet Ordinis Franciscani traditio, primum ex eo fuisse S. Bonaventuram, cui Cardinalatus obvenerit, etsi eadem creatione aut priori solus purpuram ab avunculo suo acceperit* Vicedominus. *Secundo sequitur nec Papam quidem vere fuisse, sed simpliciter Electum: electione autem mox refutata, haud debuisse eum a Catalogis vel ipsis etiam Annalibus commemorari; itaque ejus notitiam sola familiæ traditione fuisse conservatam. Non est autem ex dictis omnino certum, quod eadem Electio uno solum die præcesserit mortem, cum potuerint inter hanc, & diem refutatæ Electionis plures dies in-* F *tercessisse: si tamen talis Electio aliquando facta fuit. R. P. Antonius Pagi, Ordinis Minorum Conventualium in Provincia Theologus, multum de eo dubitat: neque nos familliarum nobilium genealogiis solemus magnam fidem habere, citra documenta idonea, præsertim in rebus magnis, qualis est Electio ad Papatum: indulgentius tamen agere hic volui conjectura usus, ad quam nemine puto adstringendum.*

CLXXXIX. JOANNES XXI.

Ab an. 1276 ad 1277. m. 8. d. 1. JOANNES, antea Petrus Juliani, Cardinalis Episcopus Tusculanus, natione Portugalensis, electus Viterbii XVI. Septembris, anno MCCLXXVI. coronatus ibidem die XX. in Dominica; sedit menses VIII. diem I. mortuus Viterbii XVI. Maii, anno MCCLXXVII. & sepultus ibidem in ecclesia S. Laurentii. Vacavit sedes menses VI. dies VIII.

Dies electionis & obitus. E*pistolam quidem ejus, sub initium Pontificatus ad Regem Francorum scriptam, Oldoinus noster addidit Ciacconio, sed diem datæ non curavit exprimere. Licet autem* Idibus Septembris *renuntiatum Ciacconius scribat, de tempore tamen Sedis ejus certissimo credimus tunc viventi, & historiam suam finienti, Martino Polono: addito irrefragabili de die mortis documento, quod ex Necrologio Ulisiponensis ecclesiæ tale profertur:* Æra MCCCV. XVII. Kal. Junii, obiit Papa Joannes XXI. qui dedit Capitulo domus suas ad faciendum Anniversarium. *Similiter corrigendus Ptolomæus Lucensis, cum* circa finem Septembris *assumptum scribit* Domnum Petrum Hispanum: *nisi intelligi velis de die Coronationis, quam factam oportet saltem* XII. Octobris: *tali enim die Constitutionem Gregorii, ab Hadriano suspensam, ut nimis severam, relaxavit. Ab hac autem die Pontificatum ejus exorsus est, qui tumulo ejusdem hoc Epitaphium fecit insculpi:* Joanni Lu-

A Lusitano XXI. Pontificatus Maximi sui mense VIII. moritur MCCLXXVII. *Sed hoc Epitaphium vel novum vel innovatum esse mihi ostendit litterarum ipsarum forma perfectissime Romana, & triplex tiara coronamentum, ætate ista necdum inventum. Interim ejus quod hodie cernitur monumenti designationem hic vide.*



2 *Martinus ejus Acta sic complexus est:* Hic Pontifex Joannes, Petrus antea dictus, in diversis scientiis famosus, primo Tusculanus Episcopus, tandem Romanus Pontifex efficitur: qui scientiarum florem & Pontificatus dignitatem, morum quadam stoliditate deformabat, adeo ut naturali industria carere videretur. In hoc quam plurimum laudabilis fuit, quod se tam pauperibus quam divitibus communem exhibens, multos egenos studium litterarum amplectentes fovit, & beneficiis ecclesiasticis promovit. Et cum sibi multum vitæ spatium & annos plurimos extendi crederet, & hoc coram aliis assereret; subito cum camera nova, quam pro se circa Palatium Viterbii ipse construxerat, solus corruit: & inter ligna & lapides collisus, sexta die post casum, Sacramentis omnibus Ecclesiasticis perceptis, expiravit: & ibidem in ecclesia S. Laurentii sepultus extitit. *Cum autem expiraverit hic Pontifex XVI. Maii, eo anno quo Pascha celebratum fuit XXVIII. Martii, consequens est expirasse ipsa die Pentecostes. Ciacconius forte in Octava Pentecostes mortuum credidit, & ideo Sedi ejus supra menses VIII. dies etiam VIII. assignavit: erravit item, quando ex male interpunctis Martini verbis,* Joannis Petri *geminum nomen eidem ante Pontificatum adscribit, eoque putat nomen non mutasse, sed solum secundum omisisse.*

Synopsis actorum.

E

3 *Gravius tamen idem erravit, quando hunc in aliquorum ipsiusque calculo solum* Vigesimum, *credidit* Vigesimum primum *dici dumtaxat,* ab his qui fabulosam & commentitiam Joannam feminam numero Pontificum interserunt. *Factum id enim non respectu illius feminæ (quæ purum putum figmentum est, nullum habens in Pontificia historia fundamentum) sed respectu* Joannis Filii Roberti, *qui inter* Joannem XIV. & XV. *medius, & in numerando nomine neglectus a ceteris ejusdem nominis, usque ad* Joannem XIX. *inclusive; postea, cum per annos CCXL. nemo alius idem nomen resumpsisset, & jam passim in Catalogis Pontificum, illo* Joanne filio Roberti *cum ceteris relato excrevisset numerus, ita ut diceretur* Joannes XVI. *qui dum viveret vocatus semper fuerat* XV. *& ita de ceteris consequenter; contigit hunc vocari* XXI. *quod non putamus nunc recte commutari, cum exemplum postea secuti sint adhuc alii duo, seculo XIV. & XV.*

Quo respectu dicatur XXI.

D

4 *Invenitur nihilominus in auctiori Ciacconio Signum hujus* Joannis *(nec enim alterius dici potest). ubi sub nominibus Apostolorum, inter superiora per medium orbem ductæ crucis latera scriptis; inter inferiora notatus reperitur numerus* Vigesimi, *Sed cum bona venia Oldoini nostri, qui ipsum primus Ciacconio inseruit, non est illud* Signum, *quale pro Chirographo Pontificio pingebatur sub Bullis; talia enim necesse erat simplici linearum ductu exprimi, sed sigillum plumbeum, Cruce & characteribus anaglyphis impressum: quod ut oculis ipsis pateat, ipsam ejus iconem non gravabor exhibere, compositam cum altero, quod similiter ipse putavit primus, nec dubitavit, esse* Joannis XXII. *ejus quem post Ciacconium dici vult* XXI. *ut revera solum erat, sed non dicebatur. Hoc ultimum, ut sua ruditate veram veteris plumbi ruditatem exprimit, ita prius elegantiam plane novitiam sapit, dubiamque merito fidem reddit, vel ipsius plumbi (si exeo fideliter expressum est ectypon) vel illud exprimentis. Quapropter non dubitabo asseverare, vel in ectypo vel in prototypo admissam fraudem, omissione unius numeri, ex proprio auctoris alterutrius judicio; atque adeo non esse ambigendum, quin tam hic quam ille, ejus post annos centum successor* Joannes, *sic ut ab auctoribus coævis vocabantur, ita & seipsos scripserint* XXI. & XXII. *Talem autem errorem numeri, ortum ex dubio de* Joanne filio Roberti, *essetne Pontificibus adscribendus (si tamen error dicendus est, & non potius Epikia ad confusionem vitandam) nemo mirabitur, qui consideraverit, quod* Martinus *sui nominis revera solum* Tertius, *anno* MCCCCXVI. *creatus,* Quintus *dici voluerit (uti ex omnibus ejus Bullis patet) licet ejus proximus in eodem nomine ante duo secula Decessor* Martinus, *vulgo* Quartus, *solum* Secundum *se scripserit, ut erat; eo quod alii inter ipsum & S.* Martinum *medii duo,* Marinus, *non* Martinus, *proprio nomine vocati fuerint. Nec hoc videtur latuisse* Martinum V. *sed vulgato jam usui paruisse, quod & fecisse dico nostrum* Joannem; *de altero omnino certo constat.*





E

Sigillum plumbeum ubi XX. notatur suspectum cur sit?

F

5 *Hic finiens Martinus Polonus, de sequenti Pontifice, sub quo ipsemet obiit, ita scribere cœperat.* Nicolaus III. natione Romanus, anno Domini MCCLXXVIII. sedit annis... *cetera addidisset si supervixisset. Quæ deinde, cum ejus Chronica, ex Ms. Fuldensi, edita est Continuatio Anonymi usque ad* Joannem XXII. *unde accepta sit nescio: iisdem autem plerumque verbis procedit, quibus Ms. nostrum, sed hoc in multis productius longe est.*

Martini Poloni conclusio.

CXC. NICOLAUS III.

NICOLAUS, natione Romanus, de Domo Ursinorum, antea Joannes Card. Diaconus S. Nicolai in carcere Tulliano, electus Viterbii die XXV. Novembris anno MCCLXXVII consecratus & coronatus Romæ anno sequenti die x. Januarii in Dominica, sedit annos II men-

Ab an. 1277 ad 80. an. 2. m. 8. d. 30.

A menses VIII. dies XXX. defunctus Suriani prope Viterbium XXIII. Augusti MCCLXXX. sepultus Romæ in Basilica S. Petri: & vacavit sedes menses V. dies XXIX. D

Dies electionis, consecrationis,

I*N Festo S. Catharinæ electum sese, declaravit ipse in Encyclica, quam dedit* Romæ apud S. Petrum XVIII. Kalend. Februarii anno I. *ex qua diei nota etiam colligimus, ejus ordinationem factam Dominica, diebus quinque prægressa Datam epistolæ; nec enim errorem possumus suspicari in Raynaldo, alias in talibus non semper accuratissimo, quasi sub epistola legi debeat* XVI. Kalendas, *itaque ordinatio facta sit eodem die, quo signata epistola: quia* VIII. Kal. Februarii *etiam Acherius reperit in ecgrapho misso ad Regem Franciæ, quod exhibet Tom. XI. Spicilegii p. 382. In Octava* autem Assumptionis *mortuum esse, scribunt* Ptolomæus *Lucensis & Bernardus Guidonis; forte quia tunc eum apoplexia corripuit, qua ipsa mox nocte exstinctus est: nam Clerus Basilicæ Vaticanæ anniversariam ejus memoriam renovat* x. Kalend. Septembris, *cum commemoratione prolixa acceptorum ab eo beneficiorum, quæ ab Oldoino nostro invenies addita Ciacconio. Fuerat autem tumulatus in Sacello S. Nicolai quod ipse fabricaverat: hoc vero cum postea* Nicolaus V. *circa medium seculi* XV. *restaurasset; videtur illius facta translatio, de qua in Martyrologio Basilicæ ejusdem sic recitatur* XVII. *Kalend. Iunii,* Eodem die facta Translatio corporis sanctæ memoriæ D. Nicolai Papæ III. in monumento novo. *Utinam hujus saltem (nam veteris reperiendi spes nulla) in prædicta Basilica eriptis adhuc servata inveniatur memoria. Rerum ab & sub eo gestarum synopsin hanc ex Ms. nostro accipe.* B

Exitus,

Synopsis Actorum ex MS.

2 Parum ante suam promotionem per aliquot dies, Tiberis Flumen in tantum excrevit suos transcendens alveos, quod cunctis cernentibus erat formidini: nam super altare B. Mariæ Rotundæ per quatuor pedes & amplius transibat. Hic Nicolaus unam ordinationem fecit, videlicet quinque Episcopos Prenestinum, Tusculanum, Ostiensem, Portuensem & Albanensem: quorum Prænestinus & Tusculanus fuerunt Seculares, Ostiensis & Portuensis Prædicatores, Albanensis vero Ordinis Minorum. Item duos Presbyteros, D. Gerardum tit. XII. Apostolorum, & D. Hieronymom de Ordine Fratrum Minorum tit. S. Praxedis. Item duos Diaconos, Magistrum Jordanum Fratrem suum tit. S. Eustochii, & Jacobum de Columna tit. S. Mariæ in Via lata. Hic palatium S. Petri multum ampliavit, quamplurima ædificia ibidem faciens, & juxta illud pratellum inclusit, & fontem ibidem fieri paravit; mœnibus & turribus Jardinum magnum, diversis arboribus decoratum, includendo. Hic Carolum Regem Siciliæ, nobilem Ecclesiæ pugilem, a Vicaria Tusciæ, certis de causis quas prætendebat, amovit, ac se in Senatorem ad vitam (ut dicitur) eligi procuravit. Ac constitutione faciens, tam de electione prælatorum, quam de electione Senatoris Urbis, & Senatum ipsum fere per duos annos regi faciens, mortuus est in Suriano, Castro prope Viterbium: ubi Cardinales & Curiales in Viterbio morantes ad suum conspectum evocabat: celerique hora mortis præventus anno Domini MCCLXXX. [x] Kalen. Septembris decessit, & vacavit Sedes mensibus V. diebus XXII. *imo* XXIX.

Nicolai Ordinationes,

opera publica,

3 Post ejus mortem statim Hannibaldenses, quam cito ejus decessum sciverunt: convocata parte sua, Capitolii & totarum urbium, existentium sub custodia Vicariorum quos idem Nicolaus constituerat, partem dominii invitis Ursinis habuerunt. Itaque ex pacto inter eos habito, pro parte Hannibaldensium unus, pro parte Ursinorum alius, in Capitolio Senatoris officium exercentes, fuerunt constituti: sub quorum regimine multa homicidia, plurimæque dissensiones, & alia quam plurima mala habita, tam in Urbe quam in ejus districtu, fuerunt perpetrata & etiam impunita. Viterbienses tunc, parum post obitum ipsius Papæ, D. Ursum, nepotem ipsius Papæ, ab officio Potestariæ turpiter amoverunt, licet absentem: & post hoc in obsessione castri Valeriani existentes, a D. Bertoldo fratre dicti Ursi, cum adjutorio Tudertinorum, fuerunt imbecilles debellati: ita quod, quasi sine bello defensionis, campum relinquentes ac tentoria, multi fugientes ex eis capti sunt, & aliqui interfecti. Eo tempore parabat navigium Petrus de Aragonia, de quo plenius dicetur. E

Turbæ electionem consecutæ Romæ & Viterbii.

4 *Videtur hic Pontifex a die electionis suæ numerasse annos Pontificatus, siquidem in* Registro *ejus secundum ordinem temporis descriptæ sunt epistolæ; quæ enim ibi est anni ejus* III. *epistola* 20. *apud Waddingum sub ejusdem nomine Bulla* 28. *præcedens Bullam* 29. (*quæ in registro est epistola* 30. *data* Idibus Februarii) *Signata habetur* Nonis Ianuarii, *id est*, die v. *quando solum numerari potuisset* Annus II. *si hic numeratus fuisset usque* IX. *Ianuarii anni* MCCLXXX. *Sed fateor suspectum mihi valde esse Ordinem Registrorum: quare huic a communi aliorum stylo exceptioni; inde sumptæ, non valde fido.* F

Stylus in Bullis,

CXCI. MARTINUS II. al. IV.

Ab anno 1281. ad 85. annos 4. m. 1. d. 7.

MARTINUS, natione Gallicus; antea Simon tit. S. Cæciliæ Presbyter Cardinalis, electus Viterbii anno MCCLXXXI. XXII. Februarii, consecratus & coronatus Urbeveteri XXIII. Martii, Dominica IV. Quadragesimæ; sedit annos IV. mensem I. dies VII. mortuus Perusii XXVIII. Martii anno MCCLXXXV. ibique in Ecclesia S. Laurentii sepultus: & vacavit Sedes dies IV.

Locus & dies coronationis.

J*Ordanus quidam ejus temporis Historicus, sæpius ab Oderico Raynaldo allegatus cujus, Ms. extat in Bibliotheca Vaticana sub num.* 1960. Hic, *inquit, scilicet Martinus* post ejus promotionem a Viterbio discedens, noluit ibidem consecrari; sed transtulit se ad Urbemveterem, & ibi consecratus fuit x. Kal. Aprilis: *sunt autem hæc ipsissima ejus Vitæ verba, quam invenimus in MS. nostro, in qua omnes præmissæ notæ chronotacticæ reperiuntur: videturque idem omnino Auctor præmissa de* Nicolao *scripsisse: ipsam ergo Vitam, necdum alicubi vulgatam hic accipe. Floruit hoc tempore quidam* Iordanus, *Ptolomæo Lucensi* Vir magnæ excellentiæ & innocentiæ, Frater Nicolai Papæ, *ab eodem creatus Diac. Card. S. Eustachii, defunctus anno* MCCLXXXVII. *sed ne hunc credamus auctorem historiæ Martinianæ, prohibet Raynaldus; dum velut ab eodem Auctore citat etiam Nicolai Pontificis Vitam, ante cujus electionem mortuus fuerat Cardinalis Jordanus.*

ACTA


CXCI. MARTINVS IV.


CXCII. HONORIVS IV.


CXCIII. NICOLAVS IV.


CXCIV. S. CÆLESTINVS V.


CXCV. BONIFASIVS. VIII.


CXCVI. BENEDICTVS. XI.





A

ACTA HUIUS PAPATUS

Jordano Auct. ante xii. Maii MCCLXXXV.

Ex nostris Mss. Vitis Pontificum.

Martini electio,

MArtinus IV. natione Gallicus, eligitur anno Domini MCCLXXXI. in die Cathedræ S. Petri. Hic vocabatur Simon tit. S. Cæciliæ Presbyter Cardinalis, fuitque per Urbanum Papam promotus ad Cardinalatum: & per eumdem Urbanum primo, & secundo per Gregorium Papam X. in Franciam missus Legatus: & per plures annos ibidem Legatus extitit. Hic sedit iv. annos, mensem i. dies vi. Hic post ejus promotionem a Viterbio discedens, noluit ibidem consecrari; sed se transtulit ad Urbemveterem, & ibi consecratus fuit x. kalend. Aprilis. & Ordinationem in Vigilia Resurrectionis Dominicæ proxime sequenti faciens, D. Gerardum tit. xii. Apostolorum in Sabinensem, ac D. Hieronymum tit. S. Potentianæ

& consecratio.

Cardinales ab eo ordinati,

B Presbyteros in [Prænestinum, D. Bernardum Gallicum Arelatensem Archiepiscopum in Portuensem] Episcopos; D. Hugonem Anglicum tit. S. Laurentii in Lucina, D. Gervasium tit. S. Martini, D. Gaufredum Burgundum tit. S. Susannæ, D. Joannem Cholet tit. S. Cæciliæ. D. Comitem Mediolanensem tit. SS. Martyrum Marcellini & Petri (in Presbyteros Cardinales) D. Benedictum tit. S. Nicolai in Carcere Tulliano in Diaconum Cardinalem promovit.

Constituit Præfectos urbium,

2 Hic electus in Senatorem, de Domo seu Familia Regis ipsius, existentis in Urbe-veteri, sumpsit multos ad regendum suum Patrimonium, quam Campaniam, Marchiam & Ducatum (Spoletanum) in Romandiolam vero destinavit Comitem Joann. de Apia, cum soldariis Francigenis fere octingentis, contra Guidonem Montis-feltri, qui terram Ecclesiæ in illis partibus occupatam detinebat. Qui Guido de civitate in civitatem malitiose se transferens, intra fortalisia se tuebatur, interdum prædam rapiens, ut exinde sequaces sui pascerentur. Eo tempore quadam die Dominica, per quemdam Latinum de Familia Regis & alium Urbe-veta-

Seditio Urbe vetana sopita.

num, fuit exorta dissensio magna inter gentem Regis & Urbe-vetanos: &, ut multi referunt, Renerus, tunc Capitaneus Urbe-vetanus, ad id satis videbatur præbe-

C re assensum, ut Rex & Gallici vituperium sustinerent & damna. Nam cum tumultus magnus haberetur per terram, & clamores validos emitterent Urbe-vetani, mortem ad Gallos exclamantes; Renerus, sæpe vocatus ut gentem illam refrænaret, fingebat se infirmum. Sed tamen cessavit dissensio, aliquibus hinc inde vulneratis & compluribus Urbe-vetanis interfectis, de familia Regis uno tantum garcione moriente, cum de plurium morte nil sciretur.

3 Demum æstate & hieme completis, mense Februarii, primo anno Pontificatus dicti Domni Papæ, eodem Domno Papa residente in Urbe-veteri, piscis marinus in effigie leonis captus fuit, in illa plaga maris quæ sita est versus Montem altum, & portatus est apud Urbem-veterem. Multitudo Curialium ad videndum hujusmodi monstrum (nec mirum) accedebat: quia pellis pilosa erat, pedes breves, cauda leonina, caput vero leoninum; aures, os, & infra dentes quasi leo referebatur, ita quod in ejus captione planctus horribiles emiserat: sicque multi prognostica futurorum exinde asserebant. Et ecce quod parum post in regno Siciliæ Panormitani, succensi rabie, Gallicos qui ibi morabantur omnes, tam mares quam fœminas, & senes ac juvenes, in prædicti Regis contemptum occiderunt, &, quod detestabilius fuit, latus aperientes mulierum Latinarum prægnantium, quæ dicebantur a Gallicis concepisse, partus occidebant antequam nascerentur. Deinde

Monstrum Marinum captum.

Vespera Sicula.

D Sicilia tota sic rebellans, Petrum Regem Aragoniæ in suum defensorem & dominum vocaverunt. Eodemque concursu temporis, inter Romanos fuit dissensio maxima: & paratis hinc inde aciebus suis, pars Ursinorum se transtulit in * Penestrum; Hannibaldenses vero, credentes se habere bellum cum eis campestre, se illuc transtulerunt cum Vicario Urbis, qui certis de causis eos fovebat & ab eis fovebatur; & vastarunt totam contratam usque ad muros Prænestræ, non sine multorum occisione in fortalitio se tenentes.

Hannibaldensium & Ursinorum dissidia.

** Preneste*

4 Itaque die Jovis ii Kal. Maji, præfatus Joannes de Apia, contra Guidonem de Monte-feltri progrediens, burgum civitatis Forlivii cepit hostiliter: & per hanc diem & noctem sequentem ibi cum comitiva sua remanens, die crastina prima die Maii congregatis aciebus, ordinavit tres turmas militum, & unam peditum stabilivit in burgo, in facie civitatis Forlivii. Sed pars adversa (tam) per ipsam portam quam alias, diversimode suos emisit bellatores, ut plus astutia quam virtute (contra) dictum Joannem bellare (possent). Sicque factus est hujusmodi conflictus, in quo cecidit Comes, nobilis pugil Ecclesiæ, fere cum quingentis Gallicis; ex adverso quam plures nobiles & ignobiles, fere mille quingenti. Tandem nocte superveniente, superstites ad suam partem (se retro) traxerunt, nulli Gallicorum vita cum captivitate attributa. Eodem (temporis) concursu inter Anglicos & Portugalenses durissimum bellum fuit. Tunc etiam in Tunitio magna Paganorum multitudo, per ipsius Regis Aragonum astutiam; inter fauces Montium oppressa fuit: & ibi occiderunt Pagani quam plurima millia, partis adversæ forte tria millia. Tunc etiam Soldanus Babyloniæ a Tartaris fugatus esse dicitur per octo diætas, & occisi sunt Pagani ultra quinquaginta millia: sed viribus & animis (resumptis) Soldanus dictos Tartaros Orientales fugans, circa triginta millia Tartarorum in hujusmodi fuga dicitur occidisse.

Pontificii ad Forlivium cæsi.

E

Saracenorum clades gemina.

5 Tunc temporis circa festum nativitatis B. Joannis Baptistæ, dictus Domnus Papa se transtulit apud Montem-flasconem: sed Romani parvipendentes eumdem, exercitu congregato circa Cornetum, eo vivente, vineas, hortos, & blada vastarunt; & exinde alias prædam facientes recesserunt. Perusini; contra inhibitionem Domni Papæ, super Fulginates exercitum facientes, quidquid extra muros civitatis fuit undique devastarunt; excommunicationis sententiam proinde promulgatam incurrentes. Parum post Princeps, Filius Domni

Rebellio Romanorum & Perusinorum.

F Caroli Regis Jerusalem & Siciliæ, rediens de Francia in Apuliam, magna Militum comitiva secuta est eum, inter quos (Comes) Alenzonensis, frater Regis Franciæ, Comes Atrebatensis. Comes Boloniæ, Comes de Domno Martino, & Comes Burgundiæ venerunt, cum multis nobilibus; eodem Rege Carolo, de Siciliæ partibus, ubi fuerat in obsidione Messinæ & parum profecerat, jam reverso in Calabriam, & eo existente in plano S. Martini. Post hoc ipse Carolus & Petrus de Aragonia, qui jam Siciliam occupaverat & se fecerat in Regem Siciliæ coronari, & propter hoc erat excommunicatus, & regno Aragoniæ & omni eo quod ab Ecclesia tenebat privatus, contra Domni Papæ inhibitionem, pactum taliter inierunt, quod eorum quilibet haberet centum Milites, quos vellet & posset, in plano Burdegalensi paratos ad pugnandum ad invicem centum contra centum, inter quos ipsi duo Petrus & Carolus computari debebant, prima die Junii anno Domini MCCLXXXIII. & victus esset perpetuo infamis, privatus honore & nomine Regio, & de cetero contentus esset uno solo serviente & cum eo solus incederet; & non veniens ad dictam diem sic paratus, pœnas similes & etiam perju-

Comites Francorum contra Siciliam venere,

Solemnis mutua provocatio Regū.

A rium incurrebat. Ad quam diem cum dictus Rex Carolus fuisset, ut debebat, multis præsentibus una cum Legato Sedis Apostolicæ, dictus Petrus non venit, ut promiserat. Quidam tamen dicunt, eum fuisse locutum, nocte præcedenta diem statutam, associatum duobus sociis, Seneschallo Burdegalensi, in loco privato & remoto, prætendens quod, propter (Regis) Franciæ timorem ibidem præsentis, pactum servare non audebat.

sed absque, effectu,

6 *Hic ipse Collector sequentem parenthesim interseruit.* Auctor iste, partialiter loquens super isto negotio, non est credendus. Nam verum fuis, quod propter Regem Franciæ ibi præsentem in defensionem Caroli, suo casu, & in offensionem Petri, cum duobus sociis tantum affuit, ter per campum currendo, semper clamando, Arago: & in præsentia Notarii publici, infinitis circumstanribus præsentibus eum videntibus, dixit: Ego sum Petrus Rex Aragonum comparens ut promisi, neminem contrariorum inveniens, petens a vobis fieri publica instrumenta. Hæc est veritas & nulla alia. *Ita ille, de quo alii viderint; Iordanus vero historiam cœptam prosequitur.*

Incertum utrius causa:

B 7 Dum hæc agerentur, Domnus Papa destinavit Guidonem de Monte-forti, virum strenuum, in Romandiolam, ut ejus præsentia confortarentur stipendiarii Domni Papæ. Quo illuc veniente, Guido de Monte feltri statim terras & civirates occupatas per eum, ut præscribitur, ipsi Guidoni nomine Ecclesiæ restituit, jurans se mandatis Ecclesiæ pariturum: & ad locum, per ipsum D. Guidonem de Monte-forti sibi statutum, se transtulit, ibique ad mandatum Papæ mansurum (se promisit): sicque per terram Romandiolæ, ad ipsius Domni Papæ nuntia & præcepta (factum est) excepta civitate Urbinate; quam dictus Guido de Monte-forti post hoc aggrediens hostiliter, quidquid extra muros fuit vastavit, & in ejus adventu quinque castra cepit dictorum Urbinatium fortia, & habitanres in eis ad mandatum suum venire suns compulsi. Eo tempore regnum Aragoniæ, per milites & stipendiarios Regis Franciæ, eum auxilio cujusdam nobilis de Aragonia qui vocabatur Joannes Longi, invaditur, & multa castra occupata sunt, & multi de Aragonia ceciderunt; prædicto Petro absente & procurante sibi subsidium, qualiter posset Regnum ipsum, quo jam privatus erat, defendere.

Subactus Guido Montis-feltrii,

cum reliqua Romandiola,

Aragonia invasa a Francis,

8 His quoque sic currentibus, Romani, more C solito & in eis innato, (alienati) a regimine Urbis, quemdam Nobilem de Apulia, Vicarium Urbis, officium Senatoriæ gerentem, expellentas ab officio, carceribus mancipatum detinera præsumpserunt: succedenteque rumore populari, per aliquorum Urbis Nobilium instigationem, ut fertur, quemdam Romanum, nomine Joannem Turchi, fratrem D. Latini tunc Ostiensis Episcopi, in Capitaneum Urbis & Reipublicæ Defensorem invocarunt: qui licet parum rexerit, multos Romanos offendit; & domos Romanorum in pede Mercati, non sine vicinarum domorum spoliatione, dirui fecit. Romanis ad mandatum Papæ reversis, vice Papæ susceperunt duos Vicarios Senatoriæ, Hannibaldum Petri & Pandulphum de Sabello: sub quorum regimine quieti fuerunt Romani, quorum multi credebantur (cum) Petro Aragoniæ confœderationem inivisse.

Seditio Romanorum nova,

d. mox repressa.

9 Post hoc præfato Rege Siciliæ de Franciæ partibus descendente per mare, se transtulit versus Apuliam: cujus adventum scientes Siculi & Hispani, in Messanæ partibus fortiam per mare habentes, cum xxvii. galeis armatis & munitis venerunt per mare Neapolim prope, ut sua sagacitate possent ibidem aliquos offendere ante Regis adventum. Et tandem per vii. milliaria prope portum Neapolitanum existentes, multos proferebant clamores, & indicia faciebant, quibus moverent Gallicos ibi existentes ad pugnandum. Tandem Princeps Salarnitanus, filius Regis Siciliæ primogenitus, qui, dimisso certis de causis Comite Atrebatensi in Calabria, illuc vanerat, incitatus clamoribus hujusmodi, animositatis damnosæ sumens insolitam audaciam, cum suis bellatoribus galeas intravit: & præfatos inimicos aggrediens, pugnavit viriliter eum paucis galeis (xvii. galeis de suis per fraudem nautarum revertentibus Neapolim) in quibus nobiles erant & strenui pugiles. Verum idem Princeps, cum suis secum remanentibus, debellatus fuit & captus, non sine magna occisione inimicorum suorum: sed quia viles erant galeotti & nullius nominis, non fuit æquale damnum ad Gallicos, qui fuerunt ibidem interfecti, & aliqui capti: qui velut ignari præliorum maris, experti sunt quod non est ludus in mari. Sicque Princeps ductus fuit cum suis Messanæ, & carceris custodiæ mancipatus: & quarta die sequenti, patre suo venienre Neapolim, Neapoliranos, qui jam post captionē Principis spiritum rebellionis assumpserant, & fugarant Gallicos qui ibi aderant & spoliaverant, castigavit; & cum eos tuentibus ecclesiasticis, quasi inscius, a suis cruciari fecit. Tandem post multos eventus, qui plenius inferius describentur, Dominus Rex peracto E exercitu, in Calabriam ivit, ubi Domnus Comes Arrabatensis viriliter se gesserat, ut Pharum transiret, cupiens Messanam civitatem obsidere. Sed quod conceperat suoc adimplere nequiens, multa vasa sua in portu Brandi, ne per status hiemales vastarentur aut caperentur ab inimicis; postmodum recludens; reliqua per mare, ut passagia custodirent, destinavit.

Franci ad Neapolim lacessiti a classe Sicula,

D

infeliciter pugnant,

amisso Duce suo;

capta inque expeditionē sistere coguntur.

10 Interea eo tempore Comes Rubeus, pater uxoris præfati Guidonis de Monte-forti, diem clausit extremum. Quo audito, ipse Guido, de licentia Domni Papæ, exercitum Ecclesiæ in obsidione relinquens Urbinatæ, se transtulis in Tusciam, ut terram quæ sibi spectabat ex morte dicti Comitis, quam impetebat Comes S. Floræ, defensaret. Sicque eodem Guidone in præfata terra manente cum paucis sequacibus, comitiva Comitis Anguillariæ terram ipsam hostiliter invasit, ut ipsum D. Guidonem offenderet. Quod cum sciret idem Guido, cum paucis occurrere non tardavit; & quadam die fecit in prælio contra gentem ipsius Comitis Anguillariæ, sicue testatur eventus: nam ibi sagaciores Tusciæ & de amicitia ipsius Comitis Anguillariæ ceciderunt, quorum capti fuerunt aliqui & aliqui interfecti, ipso D. Guidone graviter vulnerato.

Pontificiū Ducis privatum bellum contra Comitem S. Floræ.

F

11 Eodem tempore præfatus Domnus Papa, malitiam & nequitiam Reneri Capitanei Urbevetani ultra sustinere non valens, exinde discessit, die Martis post festum S. Joannis Baptistæ, & secundo die castrum Bledis intravit: deinde gravitate corporis detentus, ibidem remansit usq; ad diem Dominicam propter festum S. Michaelis. Tunc exiens dictum castrum, in die S. Francisci Perusium intravit: ubi cum ingenti gaudio & honore a Perusinis: qui jam venerant absolvi a sententia excommunicationis supradicta, fuit receptus.

Papam Urbe veteri Perusium transit.

12 Eodem tempore Comes Toni *, qui remanserat in obsidione Urbinatum, in tantam dementis pravitatis prorupit audaciam, ut Guelphos de Urbeveteri nobiliores & potentiores suppeditare totaliter videretur. Sed Guelphi sumptis viribus, & invocato D. Guidone de Monte-forti, qui eis adhærebat, ipsum Renerum eum filiis suis, & tandem omnes Ghibellinos sibi adhærentes, ab Urbe-veteri turpiter, antequam dictus Guido festinans veniret, ejecerunt. His undique sic occurrentibus, parum post Rex Carolus infirmitate gravi concussus est; licet se quasi non patientem pro viribus suis ostenderet, ut animati fortius; & exanimes sagacius animarentur, &(non deficerent) nequidem si Caroli infirmitas nota fieret, quam evadere

** an Todi? Ghibellini Urbe-veteri*

Obitus Caroli R. Neapolitani,

cito

A cito sperabat. Ordinato deinde statu Regni primitus, communicatoq; suorum prudentium consilio, salutarique Corpore Christi cum Unctione extrema susceptis, in fideli ipsius Christi nominis invocatione, die Dominica, VII. die mensis Januarii, in Domino requievit.

Et ipsius Papæ, volentis Francis succurrere:

13 Post hunc idem summus Pontifex, audita præfati Regis morte damnosa, lugubres voces, cum Cardinalibus & Perusinis, ut decuit, celebrans, ad celerem succursum præscripto Principi suisque heredibus, nec non & Comiti Atrebatensi strenuissimo (per cujus industriam, inclitæ probitatis animositate decoratam, Regnicolæ quam plures, potius timore quam fidelitate, præstabant Gallicis obsequium) impendendum, quamdam pecuniæ summam, fere centum millia librarum Turonensium, eidem Comiti destinavit. Et post parum, videlicet die Resurrectionis Domini, quæ fuit dies Annuntiationis Virginis gloriosæ, postquam celebrasset solitamque refectionem cum suis Capellanis sumpsisset, arripuit eum infirmitas occulta: ex qua licet se graviter pati diceret, ejus physici, morbum ignorantes, & tamen asserentes in eo nullum esse mortis indicium, die Mer-B curii proxime sequenti, circa noctis horam quintam, debitum exolvens conditionis humanæ, ad Dominum (ut certis opinatur indiciis) migravit. Nam diversarum afflicti [morbis] passionum, & specialiter visus, auditus, & loquelæ ac ingressus, prostrati circa feretrum, in quo corpus ejus extitit sepultum, infra paucos dies, videntibus & adstantibus Clericis & laicis quampluribus, multi sanati sunt: nec adhuc quando, fuit hæc scriptura compilata, XII. mensis Maji, cessabant ibi miracula. Vacavit sedes 11. diebus.

Hujus multa miracula,

14 *Hactenus ille: qui licet videatur dicere, die* Mercurii post Pascha, *id est* XXVIII. *Martii, sicut & nos posuimus, obiisse* Martinum, *non tamen repugnat Encyclicæ successoris*, 14. Kalend. Aprilis *adscribentis eam mortem: dies enim* XXIX. *Italis inchoatur post solis occasum, & obiit ille quinta hora noctis, quando alteri, diem naturalem æstimantes a media ad mediam noctem, adhuc æstimabantur ultima horæ currere diei præcedentis. Dolendum est quod miracula perscripta non fuerint, quodque in eamdem cum ipsius corpore arcam collocata Perusii postea fuerint, sicut dictum superius, decessorum ejus* Innocentii III. & Urbani IV. *pariter Perusii defunctorum ac sepultorum corpora, exoleto jam fortassis quo ei antiquitus deferebatur religiosiori quam ceteris cultu, & refrigescente pietate* C *cessantibus miraculis.*

translato corpore fieri desita.

Anni Pontificii initium,

15 *Stylus* Martini, *in ordiendis Pontificatus sui annis a die Ordinationis, videatur ex Regesto ejus apud Waddingum colligi ubi anni ejus* 1. *Epist.* 101. *signata invenitur* X. Kal. Januarii, & 107. VI. Idus Martii *id est die* X. *si autem ex ordine* Regesti *haberi potest aliquid, oportet ut hæc posterior ideo censeatur ad annum* 1. Martini *pertinere, quia is solum cœpit annos numerare a* XXIII. *Martii: nam si a* XXII. *Februarii cœpisset, numerandus fuisset annus* II. *Hoc ignorans Waddingus invertit ordinem post tom.* 2. *Annalium suorum, quem hinc restituendum discas.* D

16 *Signum* Martini *hujus, sub numero* Secundi, *primus Ciacconio innovato inseruit noster Oldoinus hujusmodi.*



E

Hoc si sincerum est (non apparet autem magna dubitandi ratio, cum simplicibus lineis totum constet, itaq; potuerit fuisse sub veris ejus Bullis pictum) sequitur, quod ipse sese semper scripserit sui nominis Secundum; *sciens utique, duos, inter se &* Primum *medios, fuisse* Marinos, *non* Martinos, *uti supra jam dixi. Hoc vero posito; consequens esse videtur, quod* Iordanus *initio Vitæ a se scriptæ, non posuerit* Martinum IV. *sed numerum mutaverit noster Ms. Auctor, qui nullum uspiam* Marinum *novit, semper* Martinum *scribens. Proinde credi potest hic error,* Marinos & Martinos *confundentium, primum invaluisse post seculum* XIII. *cui se accommodans is qui in Constantiensi Concilio ab universa Ecclesia lectus est Papa, nihil dubitavit* Martinus V. *dici; uti apparet tum ex ejus Bullis omnibus cunctisque sui* F *temporis Historicis, tum ex Sigillo plumbeo, quod Alphonsus Ciacconius repræsentat ut supra.*

Ipse Secundum se scripsit, cui vulgo nunc Quartus,

CXCII. HONORIUS IV.

HONORIUS, antea Jacobus de Sabello, Diaconus Card. S. Mariæ in Cosmedim, electus Perusii II. Aprilis anno MCCLXXXV. consecratus & coronatus Romæ XX. Maji, Octava Pentecostes, sedit annos II. dies II. defunctus anno MCCLXXXVII. III. Aprilis: sepultus est in Vaticano, & vacavit sedes menses X. dies XVIII.

Ab anno 1285. ad 87. an. 2. d. 2.

P*Tolomæus Lucensis diem electionis, inventum in nostro Ms & apud Martini Poloni continuatorem, utcumque ambiguum ponit, cum ait*, Honorius IV in octavis Paschæ (*id erat* 1. *Aprilis*) alii dicunt die lunæ post Octavam, in Cathedra Petri sedit: & *addit*: statim creatus in urbem se transfert, & in Monte Aventino juxta S. Sabinam magna fabricat palatia, & ibidem sedem Pontificalem constituit, totusque ille mons renovatur in ædificiis. *Arguit factum Iacobus Cardinalis S. Georgii in Velabro lib.* 1. v. 80. *tamquam pessimi exempli in successore* Nicolao, *idem faciente ad S. Mariam Majorem. Existimo ego, justo respectu id factum, ut urbs, diuturna Curiæ absentia haud parum desolata ac deformata, iis in locis instauraretur. Interim priusquam talia absolverentur aut etiam inchoarentur, coronatus & consecratus fuit* Honorius. *Diem nemo exprimit, sed ex Encyclica de sua electione*, data Romæ apud S. Petrum VIII. Kalendas Junii, Pontificatus anno 1. *videor mihi posse colligere, Coronationem factam Dominica præcedenti, id est* XX. *Maji in Octava Pentecostes. Diem mortis, obitæ in Cœna Domini post biennium ab electione, docet Pascha an-*

Honorii Romæ Palatium ad S. Sabinam.

A rium incurrebat. Ad quam diem com dictus Rex Carolus fuisset, ut debebat, multis præsentibus una cum Legato Sedis Apostolicæ, dictus Petrus non venit, ut promiserat. Quidam tamen dicunt, eum suisse locutum, nocte præcedente diem statutam, associatum duobus sociis, Seneschallo Burdegalensi, in loco privato & remoto, prætendens quod, propter (Regis) Franciæ timorem ibidem præsentis, pactum servare non audebat.

sed absque effectu,

6 *Hic ipse Collector sequentem parenthesim interseruit.* Auctor iste, partialiter loquens super isto negotio, non est credendus. Nam verum fuit, quod propter Regem Franciæ ibi præsentem in defensionem Caroli, suo casu, & in offensionem Petri, cum duobus sociis tantum affuit, ter per campum currendo, semper clamando, Arago: & in præsentia Notarii publici, infinitis circumstantibus præsentibus eum videntibus, dixit: Ego sum Petrus Rex Aragonum comparens ut promisi, neminem contrariorum inveniens, petens a vobis fieri publica instrumenta. Hæc est veritas & nulla alia. *Ita ille, de quo alii viderint: Jordanus vero historiam cœptam prosequitur,*

Incertum utrius causa;

B 7 Dum hæc agerentur, Domnus Papa destinavit Guidonem de Monte-forti, virum strenuum, in Romandiolam, ut ejus præsentia consortarentur stipendiarii Domni Papæ. Quo illuc veniente, Guido de Monte felrri statim terras & civitates occupatas per eum, ut præscribitur, ipsi Guidoni nomine Ecclesiæ restituit, jurans se mandatis Ecclesiæ pariturum: & ad locum, per ipsum D. Guidonem de Monte-forti sibi statutum, se transtulit, ibique ad mandatum Papæ mansurum (se promisit): sicque per terram Romandiolæ, ad ipsius Domni Papæ nuntia & præcepta (factum est) excepta civitate Urbinate; quam dictus Guido de Monte-forti post hoc aggrediens hostiliter, quidquid extra muros fuit vastavit, & in ejus adventu quinque castra cepit dictorum Urbinatium fortia, & habitantes in eis ad mandatum suum venire sunt compulsi. Eo tempore regnum Aragoniæ, per milites & stipendiarios Regis Franciæ, cum auxilio cujusdam nobilis de Aragonia qui vocabatur Joannes Longi, invaditur, & multa castra occupata sunt, & multi de Aragonia ceciderunt; prædicto Petro absente & procurante sibi subsidium, qualiter posset Regnum ipsum, quo jam privatus erat, defendere.

subactus Guido Montis-feltrii, cum reliqua Romandiola.

Aragonia invasa a Francis,

8 His quoque sic currentibus, Romani, more C solito & in eis innato, (alienati) a regimine Urbis, quemdam Nobilem de Apulia, Vicarium Urbis, officium Senatoriæ gerentem, expellentes ab officio, carceribus mancipatum detinere præsumpserunt: succedenteque rumore populari, per aliquorum Urbis Nobilium instigationem, ut fertur, quemdam Romanum, nomine Joannem Turchi, fratrem D. Latini tunc Ostiensis Episcopi, in Capitaneum Urbis & Reipublicæ Defensorem invocarunt: qui licet parum rexerit, multos Romanos offendit; & domos Romanorum in pede Mercari, non sine vicinarum domorum spoliatione, dirui fecit. Romanis ad mandatum Papæ reversis, vice Papæ susceperunt duos Vicarios Senatoriæ, Hannibaldum Petri & Pandulphum de Sabello: sub quorum regimine quieti fuerunt Romani, quorum multi credebantur (cum) Petro Aragoniæ confœderationem inivisse.

Seditio Romanorum nova, denuo repressa.

9 Post hoc præfato Rege Siciliæ de Franciæ partibus descendente per mare, se transtulit versus Apuliam: cujus adventum scientes Siculi & Hispani, in Messanæ partibus fortiam per mare habentes, cum xxvii. galeis armatis & munitis venerunt per mare Neapolim prope, ut sua sagacitate possent ibidem aliquos offendere ante Regis adventum. Et tandem per vi s. milliaria prope portum Neapolitanum existentes, multos proferebant clamores, & indicia faciebant, quibus moverent Gallicos ibi existentes ad pugnandum. D Tandem Princeps Salernitanus, filius Regis Siciliæ primogenitus, qui, dimisso certis de causis Comite Atrebatensi in Calabria, illuc venerat, incitatus clamoribus hujusmodi, animositatis damnosæ sumens insolitam audaciam, cum suis bellatoribus galeas intravit: & præfatos inimicos aggrediens, pugnavit viriliter cum paucis galeis (xvii galeis de suis per fraudem nautarum revertentibus Neapolim; in quibus nobiles erant & strenui pugiles. Verum idem Princeps, cum suis secum remanentibus, debellatus fuit & captus, non sine magna occisione inimicorum suorum: sed quia viles erant galeotti & nullius nominis, non fuit æquale damnum ad Gallicos, qui fuerunt ibidem interfecti, & aliqui capti: qui velut ignari præliorum maris, experti sunt quod non ast ludus in mari. Sicque Princeps ductus fuit cum suis Messanæ, & carceris custodiæ mancipatus: & quarta die sequenti, patre suo veniente Neapolim, Neapolitanos, qui jam post captionẽ Principis spiritum rebellionis assumpserant, & fugarant Gallicos qui ibi aderant & spoliaverant, castigavit; & cum eos ruentibus ecclesiasticis, quasi inscius, a suis cruciari fecit. Tandem post multos eventus, qui plenius inferius describentur, Dominus Rex peracto E exercitu in Calabriam ivit, ubi Domnus Comes Atrebatensis viriliter se gesserat, ut Pharum transiret, cupiens Messanam civitatem obsidere. Sed quod conceperat tunc adimplere nequiens, multa vasa sua in portu Brandi, ne per status hiemales vastarentur aut caperentur ab inimicis; postmodum recludens; reliqua per mare, ut passagia custodirent, destinavit.

Franci ad Neapolim lacessiti a classe Sicula,

infeliciter pugnant,

amisso Duce suo;

cœpta cum qua expeditione sistere coguntur.

10 Intera eo tempore Comes Rubeus, pater uxoris præfati Guidonis de Monte-forti, diem clausit extremum. Quo audito, ipse Guido, de licentia Domni Papæ, exercitum Ecclesiæ in obsidione relinquens Urbinate, se transtulit in Tusciam, ut terram quæ sibi spectabat ex morte dicti Comitis, quam impetebat Comes S. Floræ, defensaret. Sicque eodem Guidone in præfata terra manente cum paucis sequacibus, comitiva Comitis Anguillariæ terram ipsam hostiliter invasit, ut ipsum D. Guidonem offenderet. Quod cum sciret idem Guido, cum paucis occurrere non tardavit; & quadam die fecit in prælio contra gentem ipsius Comitis Anguillariæ, sicut testatur eventus: nam ibi lagaciores Tusciæ & de amicitia ipsius Comitis Anguillariæ ceciderunt, quorum capti fuerunt aliqui & aliqui interfecti, ipso D. Guidone graviter vulnerato. F

Pontificii Ducis privatum bellum contra Comitem S. Floræ.

11 Eodem tempore præfatus Domnus Papa, malitiam & nequitiam Reneri Capitanei Urbevetani ultra sustinere non valens, exinde discessit, die Martis post festum S. Joannis Baptistæ, & secundo die castrum Bledis intravit: deinde gravitate corporis detentus, ibidem remansit usq; ad diem Dominicam propter festum S. Michaelis. Tunc exiens dictum castrum, in die S. Francisci Perusium intravit: ubi cum ingenti gaudio & honore a Perusinis: qui jam venerant absolvi a sententia excommunicationis supradicta, fuit receptus.

Papæ ex Urbe veteri Perusium transitus.

12 Eodem tempore Comes Toni *, qui remanserat in obsidione Urbinatum, in tantam dementis pravitatis prorupit audaciam, ut Guelphos de Urbe-veteri nobiliores & potentiores suppeditare totaliter videretur. Sed Guelphi sumptis viribus, & invocato D. Guidone de Monte-forti, qui eis adhærebat, ipsum Renerum cum filiis suis, & tandem omnes Ghibellinos sibi adhærentes, ab Urbe-veteri turpiter, antequam dictus Guido festinans veniret, ejecerunt. His undique sic occurrentibus, parum post Rex Carolus infirmitate gravi concussus est; licet se quasi non patientem pro viribus suis ostenderet, ut animati fortius; & exanimes sagacius animarentur, & (non deficerent) nequidem si Caroli infirmitas nota fieret, quam evadere

** an Todi? Ghibellini Urbe-veteri*

Obitus Caroli R. Neapolitani,

cito

A cito sperabat. Ordinato deinde statu Regni primitus, communicatoq; suorum prudentium consilio, salutarique Corpore Christi cum Unctione extrema susceptis, in fideli ipsius Christi nominis invocatione, die Dominica, VII. die mensis Januarii, in Domino requievit.

Et ipsius Papæ, volentis Francis succurrere;

13 Post hunc idem summus Pontifex, audita præfati Regis morte damnosa, lugubres voces, cum Cardinalibus & Perusinis, ut decuit, celebrans, ad celerem succursum præscripto Principi suisque heredibus, nec non & Comiti Atrebatensi strenuissimo (per cujus industriam, inclitæ probitatis animositate decoratam, Regnicolæ quam plures, potius timore quam fidelitate, præstabant Gallicis obsequium) impendendum, quamdam pecuniæ summam, fere centum millia librarum Turonensium, eidem Comiti destinavit. Et post parum, videlicet die Resurrectionis Domini, quæ fuit dies Annuntiationis Virginis gloriosæ, postquam celebrasset solitamque refectionem cum suis Capellanis sumpsisset, arripuit eum infirmitas occulta: ex qua licet se graviter pati diceret, ejus physici, morbum ignorantes, & tamen asserentes in eo nullum esse mortis indicium, die Mer-
B curii proxime sequenti, circa noctis horam quintam, debitum exolvens conditionis humanæ, ad Dominum (ut certis opinatur indiciis) migravit. Nam diversarum afflicti [morbis] passionum, & specialiter visus, auditus, & loquelæ ac ingressus, prostrati circa feretrum, in quo corpus ejus extitit sepultum, infra paucos dies, videntibus & adstantibus Clericis & laicis quampluribus, multi sanati sunt: nec adhuc quando, fuit hæc scriptura compilata, XII. mensis Maji, cessabant ibi miracula. Vacavit sedes II. diebus.

Hujus multa miracula,

14 *Hactenus ille: qui licet videatur dicere,* die Mercurii post Pascha, *id est XXVIII. Martii, sicut & nos posuimus, obiisse* Martinum, *non tamen repugnat Encyclica successoris,* 14. Kalend. Aprilis *adscribentis eam mortem: dies enim XXIX. Italis inchoatur post solis occasum, & obiit ille quinta hora noctis, quando alteri, diem naturalem æstimantes a media ad mediam noctem, adhuc æstimabantur ultima hora currere diei præcedentis. Dolendum est quod miracula perscripta non fuerint, quodque in eamdem cum ipsius corpore arcam collocata* Perusii *postea fuerint, sicut dictum superius, decessorum ejus* Innocentii III. & Urbani IV. *pariter Perusii defunctorum ac sepultorum corpora, exoleta jam fortassis qui ei antiquitus deferebatur reli-*
C *giosiori quam ceteris cultu, & refrigescente pietate cessantibus miraculis.*

translato corpore fieri desita.

Anni Pontificii initium,

15 *Stylus* Martini, *in ordiendis Pontificatus sui annis a die Ordinationis, videtur ex Regesto ejus apud Waddingum colligi ubi anni ejus* 1. *Epist.* 101. *signata* D *invenitur* X. Kal. Januarii, & 107. VI. Idus Martii *id est* die X. *si autem ex ordine* Regesti *haberi potest aliquid, oportet ut hæc posterior ideo censeatur ad annum* 1. Martini *pertinere, quia is solum cœpit annos numerare a* XXIII. *Martii: nam si a* XXII. *Februarii cœpisset, numerandus fuisset annus* II. *Hoc ignorans Waddingus invertit ordinem post tom.* 2. *Annalium suorum, quem hinc restituendum discat.*

16 *Signum* Martini *hujus, sub numero* Secundi, *primus Ciacconio innovato inseruit noster Oldoinus hujusmodi.*



E





Hoc si sincerum est (non apparet autem magna dubitandi ratio, cum simplicibus lineis totum constet, itaq; potuerit fuisse sub veris ejus Bullis positum) sequitur, quod ipse sese semper scripserit sui nominis Secundum; *sciens utique, duos, inter se &* Primum *medios, fuisse* Marinos, *non* Martinos, *uti supra jam dixi. Hoc vero posito; consequens esse videtur, quod* Iordanus *initio Vitæ a se scriptæ, non posuerit* Martinum IV. *sed numerum mutaverit nostri Ms. Auctor, qui nullum uspiam* Marinum *novit, semper* Martinum *scribens. Proinde credi potest hic error,* Marinos & Martinos *confundentium, primum invaluisse post seculum* XIII. *cui se accommodans is qui in* Constantiensi Concilio *ab universa Ecclesia lectus est Papa, nihil dubitavit* Martinus V. *dici; uti apparet tum ex ejus Bullis omnibus cunctisque sui* F *temporis Historicis, tum ex Sigilla plumbeo, quod Alphonsus Ciacconius repræsentat ut supra.*

Ipse Secundum se scripsit, qui vulgo nunc Quartus,

CXCII. HONORIUS IV.

HONORIUS, antea Jacobus de Sabello, Diaconus Card. S. Mariæ in Cosmedim, electus Perusii II. Aprilis anno MCCLXXXV. consecratus & coronatus Romæ XX. Maji, Octava Pentecostes, sedit annos II. dies II. defunctus anno MCCLXXXVII. III. Aprilis: sepultus est in Vaticano, & vacavit sedes menses X. dies XVIII.

Ab anno 1285. ad 87. an. 2. d. 2.

P*Tolomæus Lucensis diem electionis, inventum in nostro Ms & apud Martini Poloni continuatorem, utcumque ambiguum ponit, cum ait,* Honorius IV in octavis Paschæ (*id erat* 1. *Aprilis*) alii dicunt die lunæ post Octavam, in Cathedra Petri sedit: *& addit:* statim creatus in urbem se transfert, & in Monte Aventino juxta S. Sabinam magna fabricat palatia, & ibidem sedem Pontificalem constituit, totusque ille mons renovatur in ædificiis. *Arguit factum Iacobus Cardinalis S. Georgii in Velabro lib.* 1. v. 80. *tamquam pessimi exempli in successore* Nicolan, *idem faciente ad S. Mariam Majorem. Existimo ego, justo respectu id factum, ut urbs, diuturna Curiæ absentia haud parum desolata ac deformata, iis in locis instauraretur. Interim priusquam talia absolverentur aut etiam inchoarentur, coronatus & consecratus fuit* Honorius. *Diem nemo exprimit, sed ex Encyclica de sua electione,* data Romæ apud S. Petrum VIII. Kalendas Junii, Pontificatus anno I. *videor mihi posse colligere, Coronationem factam Dominica præcedenti, id est* XX. *Maji in Octava Pentecostes. Diem mortis, obitæ in Cœna Domini post biennium ab electione, docet Pascha an-*

Honorii Romæ Palatia ad S. Sabinam.

A *no* MCCLXXXVII. *celebratum* VI. Aprilis.

2 *Laudavit illum Ptolomæus Lucensis, hujus omnino ætatis scriptor, quod* fuit homo sapiens, nulli læsivus, sed suis bene prospectivus, multum autem podagricus. *Martini Continuator ait, quod fuit* impeditus corpore in manibus & pedibus. *In die mortis omnes convenimus: temporis autem ejus historiam hujusmodi invenio in nostro Ms. ab eodem forsan Jordano compositam, qui & sequentis* Nicolai *Vitam scripsisse Rainaldo dicitur:* Eodem anno Domini MCCLXXXV. tempore quo solent Reges ad bella procedere, Rex Philippus Franciæ, cum filio suo Philippo Rege Navarræ, postea vero Franciæ, nec non cum Carolo filio suo, tunc Rege Aragonum nominato, & cum Joanne Gauleti Cardinali, collecto exercitu magno valde, & prædicata Cruce in toto regno Franciæ, & concessa Cruce-signatis plena Indulgentia omnium peccatorum, vadit contra Petrum Aragoniæ, accipere sibi Regnum; pervenitque ad Gironam, eamque obsedit, & cepit tempore æstivo. Volensque exinde contra Barcinonam (proficisci), epidemia gravis exorta in exercitu impedivit. Interim dum hæc geruntur: quædam pars exercitus Regis Franciæ, obvium habuit Petrum de Aragonia: qui bellum campestre semper declinans, in insidiis & lateribus Gallicos oppugnabat. Et dum hinc inde pugnatur, idem Petrus fuit in bello vulneratus: & post paucos dies in lecto decumbens, obiit ex vulnere jam inflicto. Rex autem Franciæ, videns exercitum tanta ægritudine laborantem, redire cœpit cum gente sua: & in reditu infirmatus, obiit in Pirpiniano, pridie Nonas Octobris anno prædicto, regni sui XV. ætatis suæ XLII. delatumque fuit corpus Parisius, & in S. Dionysio tumulatum; cor vero ipsius, prout ordinaverat, in ecclesia Fratrum Prædicatorum est sepultum. Carolus vero præfatus regnum Aragoniæ non potuit obtinere: fuitque tandem processu temporis per Romanam Ecclesiam, & filium & heredem memorati Regis Petri de Aragonia, cum consensu Regis Franciæ Philippi & memorati Regis Caroli, concordatum & aliter ordinatum.

Acta sub eo[?] *... (margin)*

Petri Aragonia & Caroli Franciæ Regum mors.

3 *Pax ea facta est anno* MCCCII. *sub* Bonifacio VIII. *inter Fridericum Petri filium & Carolum Valesii: ceptam autem historiam sic prosequitur Auctor in nostro Ms.* Tempore Honorii IV. Fratres Carmelitæ, mantellos barratos, ex albo & nigro seu griseo variatos, quos antea portabant, in cappas albas commutaverunt. *Nos de illorum barrotorum forma, seu barris circulariter circumeuntibus ipsos mantellos, multa alibi diximus; quo autem cogimur credere, non circulariter sed perpendiculariter ductas barras istas fuisse, allatum hactenus nihil est, vel ex auctoritate vel ex picturis, contra æq; magnam minusque suspectam auctoritatem & picturas a nobis allegatas: quibus suffragatur Annalium Ecclesiasticorum Continuator Odoricus Raynaldus, Villanii & S. Antonini verba transcribens. Pergit auctor:* Eodem anno Rex Angliæ Eduardus venit in Vasconiam & in Cataloniam, pro liberatione Caroli, filii quondam alterius Caroli primi Regis Siciliæ, ipsum visitaturus: & cum Alfonso, tunc Rege Aragonum, de concordia tractaturus. Hic Honorius Papa obiit Romæ in die Cœnæ Domini, fuitque sepultus in die Parasceves juxta Nicolaum III. in ecclesia S. Petri anno prætaxato, & vacavit Sedes, a die Cœnæ Domini in hebdomada Sancta, usque ad festum Cathedræ S. Petri. *Porro ex Vaticana* Basilica ad ecclesiam S. Mariæ in Ara cœli, jussu Pauli III. Pontificis, translatum est Honorii corpus, & in sacello majorum conditum Mausoleo Marmoreo: *cujus delineationem æri incisam videre licet in nostri Oldoini ad Ciacconium additionibus. Ejus spectabilissima pars est ipsummet* Honorii *sepulcrale simulacrum, ex ruinis basilicæ veteris Vaticanæ allatum, cum aliis fortassis nonnullis marmoribus antiqui operis eodem spectantibus, & superimpositum arcæ item marmoreæ, in qua matris, ex Aldebrandeschis natæ, corpus primitus conditum fuerat: cujus etiam gentilitium scutum in tumbæ fronte spectatur inter Sabellicæ gentis insignia.*

Pax inter eorum heredes sancita.

Continuatio Alborum.

Honorii sepulcrum & translatio.

4 *Prædictum* Honorii *sepulcrale simulacrum, in habitu Pontificali, cum Regno in capite, quomodo moris erat Pontifices tumulandos efferre, exhibuimus in Appendice ad 5. Partem, quæ nunc facta est Dissertatio* XXXIX. *atque in addendis ad eamdem, dedimus etiam ejus nummum. Restat nobis reddenda ratio, cur in ejusmodi honorariis nummis (quorum sic cudendorum, ut ipsorum Pontificum iis imprimantur effigies, nescio quis primus fuerit institutor; non credo tamen, multo antiquiorem hoc seculo fuisse) restat, inquam, reddenda ratio, cur tum hic* Honorius, *tum alii plures Pontifices, voluerint exprimi in* Cappa *seu Pluviali. Mihi alia ratio verosimilior non occurrit, quam quod ejusmodi nummi cuderentur, aut spargendi in populum, quando ex Vaticano in Lateranum deducebatur recens ordinatus Papa; aut eadem occasione distribuendi inter* Proceres. *Conveniebat ergo novum Papam illo in habitu exprimi, in quo ille sic primum processurus erat. Atque hinc paulatim usus invaluerit, ut etiam statuæ, postea erectæ eisdem seu vivis seu mortuis, sic fingi cœperint; quemadmodum* Bonifacio VIII. *fecisse videmus Anagninam & Urbevetanam civitates. Primus etiam nobis occurrit* Honorius *hic, qui alteram sui numismatis partem emblematica tessera ornaverit, diversa ab ea quam sibi elegerat circumscribendam sigillo suo, per hæc verba,* Spes mea Dominus in secula. *Ibi enim cernitur contexta ex triticeis spicis corona, eam circumducto lemmate,* Et vitæ mortisque comes: *quo optimus Pontifex videtur significatum voluisse, aliam nullam se coronam ambire, nisi ex merito bonorum operum, quæ vivo mortuoque prodessent.*

Cur in nummis fuerit expressus cum Cappa.

CXCIII. NICOLAUS IV.

Ab anno 1288. ad 92. an. 4. m. 1. d. 24.

NICOLAUS, antea Hieronymus, patria Asculanus, Cardinalis Episcopus Prænestinus, ex Ordine Minorum, electus XXII. Februarii, anno MCCLXXXVIII. bissextili, Dominica II. Quadragesimæ, coronatus XXV. ejusdem, Feria IV. festo S. Matthiæ; sedit annos IV. mensem I. dies XXIV. mortuus XIV. Aprilis anno MCCXCII. sepultus ad S. Mariam Majorem: & vacavit Sedes annos II. menses III. dies II.

Post electionem,

DE *hoc scribens sequenti seculo Henricus Rebdorfius;* Bis electus, *inquit,* cum lacrymis resignavit, tertio compulsus omnibus Cardinalibus acquievit. *Narrat hoc ipse pluribus in sua Encycli-*

en

A *ea apud Raynaldum: in qua cum* Dominica I. Quadragesimæ *convenisse ad electionem Cardinales dicuntur, nihil ego quidem mutandum censeo legendumque XI. sed intelligo, electionem non fuisse completam per ipsius consensum, nisi die VIII. Porro cum dictam encyclicam verosimile sit more majorum datam esse, post celebratam Coronationem; existimo corrigendam, quæ apud Rainaldum impressa est, datam; atque pro* VII. Kalendas Martii, *legendum* VI. *quod eo anno bis dicebatur, scilicet in Vigilia in ipsoque festo S. Matthiæ; quo die, id est* biduo post *diem Electionis, coronatum Nicolaum dicit Labbaus noster, & omnino credibile puto, licet auctorem non inveniam. Diem mortis, unde spatium Pontificatus hujus definivimus, explicat idem, qui* Martini IV. *vitam compendio scripsit, Jordanus: quam Vitam in nostro Ms. per incuriam librarii mutilam, ex Raynaldo videmus hoc modo integram factam, addito, quem iste omiserat, hic vero solum sibi censuit transcribendum, loco.*

& mortis.

Acta hujus Pontificatus.

2 Nicolaus IV. natione de Marchia Anconitana de Esculo civitate, electus ad Pontificalem Cathedram, eam ascendit in festo Cathedræ S. Petri, an. Domini MCCLXXXVIII. seditq; annos IV. & amplius, sicut fuit de festo Cathedræ S. Petri usq; ad Septimanam sanctam: vacavitque Sedes annis II. & mensibus quasi III. Hic B prius vocabatur Fr. Hieronymus, de Ordine Fr. Minorum, quorum Minister fuerat generalis, & exinde Presbyter Cardinalis (S. Pudentianæ ac deinde Episcopus Penestrinus: postea Papa ad Cardinalatum promovit D. Neapolionem & D. Petrum de Columna, Generalem Minorum Fr. Matthæum de Aquasparta, Fr. Hugonem Magistrum in Theologia Ord. Prædicatorum. Domnus autem Hieronymus, dum esset Cardinalis, imminente electione summi Pontificis, clausis Cardinalibus in S. Sabina post mortem Honorii, ceteris propter infirmitatem locum fugientibus, solus ibi remansit & sanus.) Hic Nicolaus (cum Pontifex esset) anno Domini MCCLXXXIX. in fine mensis Aprilis, dum Letaniæ fierent S. Marci, Tripolis civitas capitur a Soldano & Sarracenis; fueruntque capti ibidem, & occisi, & alias captivati plures Christiani, & Christianitatis nomen & cultus deletus est. Eodem modo, fere bienoio jam exacto a captione civitatis Tripolis, in festo S. Potentianæ Virginis, Achon civitas capitur a Sarracenis: & capiuntur & occiduntur plusquam triginta millia personarum utriusq; sexus. Causa autem hujus perditionis fuisse dicitur multitudo Dominorum, & diversitas Nationum, quæ ibidem faciebant contrarietatem voluntatum. Anno Domini MCCXCI. Rodulphus Rex Alemaniæ moritur, sine benedictione C Imperiali, & apud Spiram civitatem sepelitur, Regni sui anno XVIII (expleto). Hic fuit in armis strenuus & Princeps providus.

Creatio Cardinalium.

Amissio Terræ sanctæ.

Annus a Paschate numeratus Romæ hoc tempore,

3 Nicolaus Papa obiit Romæ in Parasceve sancta, sepultusque fuit in S. Maria majore, terminante anno prædicto XCI. *Ecce hic annum non solum productum usq; ad* XXV. *Martii, more Florentinorum & plerorumq; Tusciæ populorum, quod invaluerat cum Tusciæ Comites in Italia ac circa Romam possent omnia: sed more Gallico usque Pascha, quod invaluisse videtur per Gallicos Neapolitano regno potitos. Hoc tamen brevi cessavit. Nam* Bonifacio VIII. *Neapolitanum regnum a Francis ad Aragones transferente, circa initium seculi* XIV. *mutatus etiam stylus in Romana Curia est, Aragonum exemplo: quos verosimile est, jam inde a principio Christianæ apud ipsos æræ, annos a Nativitate Domini una cum Hispanis ceteris, Anglis atque Germanis tenuisse. Hinc illud Concilii Coloniensis anno* MCCX. *celebrati statutum apud Cangium in Glossario:* Statuimus etiam ut ex nunc de cetero annus Domini observetur, & in Nativitate Christi innovetur quolibet anno, prout sacrosancta Romana Ecclesia id observat, quæ est omnium Ecclesiarum caput & magistra. *Plura de hac ma-* D *teria vide apud eumdem eruditissimum scriptorem verbo* Annus, *ex cujus sententia non illibenter deinceps mutabimus aliqua in præcedentibus tomis nostris, aliter aliquando constituta.*

paulo post a Natali Domini cœptus computari.

4 *Porro annum a nativitate Domini inchoatum proprie eum esse, quem alii vocant* Annum gratiæ, *observat Scaliger. Duravitque hic usus usque ad Pontificatum* Gregorii XIII. *nam decessorem hujus* Pium V. *invenio annos in Nativitate adhuc mutasse, cujus Bulla* XXII. *in Bullario Cherubini, publicata dicitur* Anno a Nativitate Domini MDLXVI. indictione X. die vero lunæ XXX. mensis Decembris, Pontificatus anno I. *quæ omnia notant finem anni* LXVI. *Apud nos ordientis a Kalendis Januarii. Ipse vero* Gregorius *apud eumdem, bullam suam* VIII. *signat,* Anno Incarnationis Dominicæ MDLXXII. III. Kal. Januarii, Pontificatus anno I. *& publicatio ejus facta fuisse legitur,* Anno a Nativitate Domini MDLXXIII. Indict. I. die vero XXI. mensis Januarii; *unde insuper disces, ex stylo Curiæ indifferenter usurpari* Incarnationis *&* Nativitatis *vocabula. Atque ita usque hodie eadem Curia perseverat facere in Signatura Brevium, quod pro Galliis constituisse invenimus Carolum IX. anno* MDLXVII. *qui teste Brouwero nostro in Annalibus Trevirensibus lib.* 18. *edixit,* ut Gallorum veterum Regum more sublato, Januariæ Kalendæ annum deinceps aperirent. *Et hoc ubique per Europam placuit susceptumque fuit, etiam (ut apparet) Romæ; nisi Treviris ac Senis, & aliis forsan nonnullis in locis, Notariis & Scribis publicis* E *necdum persuasum sit a stylo suo veteri ac jure recedere; quod etiam Romana Curia nunc servat in signandis Bullis proprie dictis, ut apparebit in Dissertatione* XLVII

& sub Gregorio 13. a Kal. Jan.

5 *De corpore* Nicolai IV. *Cardinalis Sirletus ita scriptum reliquit.* Nicolaus IV. jacet in terra prope portam minorem exeundo a Basilica versus S. Pudentianam, habetq; injectum Epitaphium, quod ita legitur:

Hic tumulus tumulat humilem, qui fascibus auctus,
Sic moriens statuit ossa manere sua.
Hunc Franciscus alit; Cardo ut sit almaque Petri
Sedes magnificat: gratia dia beat.
Quartus Papa fuit Nicolaus: Virginis ædem
Hanc lapsam refici; fitque vetusta, nova.
Petrus Apostolicus socium, Franciscus alumnum
Protegat; Omnipotens, Matre rogante, beet.

Nicolai humiliter sepulti epitaphium:

Ita autem humiliter jacuit usque ad annum MDLXXIII. *quando Felix Perettus Cardinalis de Montalto, postea* Sixtus V. *communis Ordinis & Patriæ intuitu (fuerat enim etiam ipse in Marchia Anconitana natus & Conventualium cœtui aggregatus) postquam pavimenti æquandi causa, sublata quadam ejus parte,* corpus repertum fuit prope cappellam S. Francisci, in quadam antiqua urna, cum sui nominis inscriptione & titulo; *illud transtulit ad ingressum chori e regione organi, ad latus Evangelii; erexitque ibi egregium ex versicolore* F *marmore monumentum, cum ipsius effigie Pontificaliter sedentis in Cathedra: cujus descriptionem & iconismum vide sis in Additionibus Oldoini ad Ciacconium; situm vero, tam veteris sepulcri, quam novi monumenti, require apud Paulum de Angelis, in Basilicæ prædictæ descriptione.*

Monumentum an. 1571. positum.

6 *Porro relata* Nicolai *morte, Ms. nostrum hæc subjungit:* Anno sequenti Electores Imperii, tam Prælati quam Principes congregati, elegerunt in Regem Alemanniæ Adulphum quemdam Comitem de Naxove, virum quidem in armis strenuum, sed in patientia non multum. *Quæ ad Interpontificii diuturnioris historiam spectat, ea exactissime descripta & notis illustrata invenientur in opere Metrico Jacobi Cardinalis S. Georgii de sequenti Pontifice, ad* XIX. *Maii, qua de causa hic breviores etiam erimus, quia autem censeo successorem Nicolai* Cœlestinum V. *licet electus sit* V. *Julii*

Adolfi Nassovii electio

A *non accepisse suæ electionis nuntium, adeoque nec consensum præbuisse, nisi post medium Julium; ideo tempus sedis vacantis post mortem Nicolai ultra biennium protrani ad menses 3. dies 2. Siquis autem malis, per fictionem juris, consensum illum retrotrahere ad diem* D *electionis, atque ab ea ordiri Pontificatum Cælestini, huic sufficeret ad biennium addere menses 2. dies 20.*

CXCIV. S. CÆLESTINUS V.

CÆLESTINUS, antea Fr. Petrus de Murrone, Eremita ex regno Neapolitano, prope Sulmonem oriundus, electus Perusiii v. Julii anno MCCXCIV. absens, coronatus in ecclesia sui Ordinis prope Aquilam XXIX. Augusti in Dominica; sedit menses v. circiter; abdicavit Pontificatum XII. Decembris, & supervixit usque ad XIX. Maii anni MCCXCVI. vacavit autem Sedes post abdicationem ejus dies XI. *An. 1294. mensis 5.*

Spatii Pontificatus. WErnerus Rollevinck, menses v. dies v. *sedisse* Cœlestinum *hunc asserens, a die electionis Pontificatum haud dubie voluit auspicari: & hoc secuti etiam alii videntur, qui numero rotundo dimidium circiter annum scripserunt. Ita etiam infra, post mortem* Benedicti X. *Sedes vacasse dicitur usque ad* v. *Junii, quando scilicet facta est Electio procul absentis* Clementis V. *quia nempe accedens postea consensus Electi, censetur retrotrahi ad ipsum Electionis diem,* B *ipsamque complere sufficienter, ut ea tunc dici possit Ecclesia Pontificem habuisse: & hinc factum puto ut diem acceptati Pontificatus, neque hic neque in simili casu alias, quisquam studiose notandum putaverit: de qua hac vice solum dicere possum, quod cum iter Perusia Sulmonem, cui adjacet mons Murronis, ad passuum millia circiter centum extendatur, ante dimidium Julium non videatur perlatus nuntius iste fuisse. Cetera compertissima sunt; itaque hic solum attexam summarium historia in nostro Ms. reperta, cujus auctor, si unus est, saltem post Petri Canonizationem vixit, uti constabit ex sequentibus.*

2 Cœlestinus V. conversatione Eremita, natione de Terra-laboris, oriundus prope Sulmonem, eligitur VII.* die Julii anno Domini MCCACIV. in Perusio, ubi Cardinales se transtulerant post mortem Nicolai Papæ IV. fuitque coronatus in Aquila civitate, in ecclesia S. Mariæ de Colle-madio, in festo Decollationis S. Joannis Baptistæ, seditque quasi anno dimidio. Ipse siquidem in Vigilia S. Luciæ cessit Papatus oneri & honori: & in sequente Vigilia Natalis Domini. Benedictus Cardinalis in Papam eligitur & Bonifacius appellatur anno supradicto. *Alleum Ms. * imo v.*

3 Hic Cœlestinus prius vocabatur Frater Petrus C de Monte-Murrone, de Ordine qui a plerisque dicitur S. Damiani, sub Regula S. Benedicti Abbatis. *Est tamen diversissimus Ordo,* Congregatio sanctæ Crucis Avellanæ *seu* Fontis Avellani, *cui, sub annum millesimum inchoatæ, præcipuam famam incrementumque dedit Prior suus post annos LXA.* S. Petrus Damiani, *de quo ad XXIII. Februarii egimus; & hæc postea dicta* Cœlestinorum *Congregatio. Quia tamen utraque sub Regula Benedictina Eremitici rigoris perfectionem æmulata est; facile fuit utriusque nomen in principio vulgariter confundi: quemadmodum Clerici Regulares Societatis Jesu a Clericis Regularibus Theatinis, propter habitus institutique similitudinem magnam, neque olim a multis distincti fuerunt, neque hodiedum nomine distinguuntur apud Hispanos, & utrique vocantur Theatini. Interim ex illa ipsa æquivocatione apparet, perquam antiquum esse hujus compendii Ms. auctorem, & initiis ejus Ordinis proximum, quem a* S. Petri Damiani *Ordine tunc adhuc tam male distinguebat vulgus. Pergit autē de Petro Auctor noster.* *Petri discipuli a Damianitis, vulgo non distincti:*

4 Qui, *scilicet Cælestinus*, eremita degebat in magna austeritate vitæ, multos habens discipulos in illis circumvicinis partibus, quibus ipse præerat tamquam Pater. Hujus electio fuit miranda: perstiterunt enim duobus annis & amplius Cardinales sic fixi atque divisi in voluntate & votis, quod in unum non poterant convenire. Tandem in hunc, cujus famam sanctitatis & odorem bonæ conversationis aliqui ex ipsis audiverant, tamquam in lapidem angularem oculos suos dirigentes, ea improviso prius in ipsum convenerunt, ipsumque communiter elegerunt in Perusio; miseruntque inde electionis suæ decretum ad ipsum, qui tunc erat in partibus Apuliæ seu Aprutii, in suo habitaculo colens Deum. Postmodum venerunt ad eum, fuitque in civitate Aquila consecratus. Deinde venit Neopolim, ubi cum suis Cardinalibus sedit, fecitque nonnullos Cardinales, inter quos fecit duos Cardinales de Ordine suo. Hic homo Dei, in rebus secularibus minus expertus, theoriæ & orationi magis deditus fuit: elegitque abjectus esse in domo Domini & habitare secum. Unde, edita prius Constitutione, quod Papa Romanus possit Papatum rusignare, ipse in conspectu Fratrum Cardinalium Papatus oneri & honori, deponens ibidem Papatus insignia, in Vigilia S. Luciæ in Neapoli resignavit: & se exuens Papalibus ornamentis, exemplum (dedit) humilitatis & abjectionis voluntariæ; unde non tam electionem suam quam resignationem mirati sunt universi. Quod si dicatur Miraculum, quia rarum est & insolitum orbi evenire, ejus miraculosa resignatio orbi proponitur in exemplum. *ejus mirabilis electio.* E *abdicatio,*

5 Hic post cessionem fugere voluit, & redire ad eremum sicut prius: sed a Bonifacio comprehensus in fuga, reducitur & in custodia tenetur cautius. Qui quidem in hoc bene fecit, præcavendo quod sibi & Ecclesiæ accidere poterat scandalosum, si memoratus Domnus Cœlestinus ab aliquibus deinceps pro Papa haberetur: quod ex pluribus, quæ tempore ipsius Bonifacii Papæ (facta) fuerunt, in depositione duorum Cardinalium & in regno Franciæ, verosimiliter timebatur (maxime quia aliquibus dubium videbatur, utrum Papa potuerit Papatui resignare) ea quo poterat schisma in Ecclesia generari, præsertim quia ipse (Bonifacius) erat pluribus odiosus. Supervixit autem uno anno, mensibus IV. & diebus XXVIII. *custodia post fugam,* F

6 Hic itaque Cœlestinus, Fr. Petrus de Morrone & ante & post nominatus, tentus in custodia in castro Fumonis, moritur sabbato infra octavam Pentecostes, scilicet XIV. Kalendas Junii, & in quodam monasterio sui Ordinis, quod dicitur Sancti Antonii de Ferentino, sepelitur anno Domini MCCACVI. Iste vir sanctus fertur & creditur, in vita sua & post mortem, miraculis claruisse: de cujus canonizatione facienda postmodum apud magnos viros in Curia fuit sermo habitus & tractatus: fuitque propositum aliquoties in Consistorio coram (Cardinalibus) publice & privatim, tempore Clementis Papæ V. fueruntque conscripta miracu- *mors sancta,*


racu·

A ... gula, & oblata examini ad hoc ipsum: fuitque postmodum canonizatus, & sub nomine Sancti Petri Confessoris Sanctorum Catalogo annotatus, per Clementem Papam V. apud Avenionem III. Nonas Maii in sabbato, anno Domini MCCCXIII. a transitu vero suo anno XVII. fuitque instituta ejus festivitas XIV. Kal. Junii, qua transiverat de hoc mundo. Anno Domini MCCXCIV oritur discordia inter Regem Franciæ Philippum & (Regem) Angliæ Eduardum, in partibus maxime Vasconiæ, in qua plurimi perierunt.

Et canonizatio.

7 *Corpus Sancti, Ferentinatibus ereptum a sui Ordinis Religiosis, translatum est ad Aquilanum monasterium anno* MCCCXXVII. *ibidemque hodie magno in honore habetur intra argenteam arcam: hæc vero clauditur marmoreo monumento: cujus hic primam frontem celatam exhibemus*, *beneficio D. Cælestini Guicciardini Abbatis &* Procuratoris *Generalis Cælestinorum in Urbe. Frons posterior, ejusdem* B *figuræ est, nisi quod istic videatur Christus, medius inter SS. Maurum & Scholasticam, sicut hic Deipara sedet, media inter ipsum Sanctum Petrum Cælestinum & S. Benedictum. Latera, quia angustiora sunt, carent statuis: crates autem reticulatæ, quales antrorsum hic cernuntur, tales etiam posterius sunt; ubi etiam eædem aperiuntur, quoties opus est arcam vel ad processiones extrahi, vel alias spectandam dari.*

8 *Multipliciter illustravimus ad diem* XIX. *Maii hujus Sancti Pontificis Vitam, ante, infra, ac post Papatum, cum defuncti Canonizatione & Miraculis: atque inter cetera edidimus integros libros, quos de toto isto argumento scripsit versu ac prosa, testis Canonizationis oculatus, Jacobus Cajetanus de Stephanescis*, Sancti Gregorii *ad Velum Aureum Diaconus Cardinalis*, *a* Bonifacio Cœlestini *successore creatus: quos libros lector curiosus ibi inveniet, cum Annotationibus copiosis. Mirum est qui fieri potuerit, ut Franciscus Petrarcha, in sua Pontificum & Imperatorum Chronologia, erraret in nomine; &* Clementem, *pro* Cœlestino, *scriberet.*



D

CXCV. BONIFACIUS VIII.

C BONIFACIUS, antea Benedictus Cajetanus, natione Campanus, de Anagnia, Presbyter Cardinalis SS. Silvestri & Martini in montibus, electus Neapoli XXIV. Decembris anno MCCXCIV. consecratus & coronatus Romæ XXIII. a Januarii MCCXCV. in Dominica sedit annos VIII. menses IX. dies XVIII. mortuus XI. Octobris MCCCIII. Romæ; sepultus in Ecclesia ad S. Petrum in Vaticano. Vacavit Sedes dies X. E

Ab an. 1294 ad 1303. an. 8. m. 9. d. 18.

Recte tempora.

D*Iem Coronationis, cujus Historiam proline descriptam a Cardinali S. Georgii damus cum Actis* Sancti Petri Cœlestini, *fuisse eam quam dixi Dominicam, colligo ex Encyclica postridie* Data Laterani IX. Kalendas Februarii, *quam vide apud Raynaldum. Ab hac die, non vero a die Electionis, numerasse* Bonifacium *annos sui Pontificatus, discimus ex Bulla, qua sancto Ludovico, Ordinem Minorum professo, Urbis Tolosanæ Episcopatum confert* IV. Kalendas Januarii, anno Pontificatus I. *Cum enim hoc factum esse exeunte anno Christi* MCCXCVI. *omnes consentiant, debuisset* Bonifacius *annum* III. *numerasse, si voluisset a die Creationis ordiri. Hinc etiam certum fit eas quæ apud Waddingum habentur num. 9. & 10. datæ* IX. Kalend. Januarii, *ipsisque* Kalendis Januarii anno Pontificatus I. *pertinere ad finem anni* MCCXCV. *quando alias nominandus fuisset annus* II. *Sed cum harum epistolarum prior inveniatur in registro num. 636 posterior num. 596.*

Initium anni Pontif.

ista vero ad sanctum Ludovicum inter utramque media num 630. patet non esse fidendum ei ordini quem Epistolæ in Registris habent, planeut apparet fortuitum in multis. Porro Electionis ac Mortis dies, adeoque & spatium Pontificatus, ex Actorum synopsi habentur, quæ nostro in Ms. talis est, ut mox eam dabimus.

a *In fine, de quo infra, monumento exprimitur* Bonifacius, *cum duplici, Tiaræ coronamento, quod primus adinvenit, hac reor de causa; quod, fervente inter ipsum & Philippum Regem controversia, declaratum voluerit, summam in temporalibus æque ac spiritualibus potestatem sibi competere. Amplius tamen quam duplex Coronamentum videri potest in ea pictura, qua eumdem expressit Giottus, ex podio Palatii vel portico Basilicæ Lateranensis, benedicentem populo; quam tabulam hic etiam placet exprimere. Dubites autem, an qua pariter ibi populo prælegitur Bulla, non*

Duplex Tiaræ coronamentum, ab eo inductum

Jubilæum celebratum.

A





non sit Indulgentiarum Jubilai, quod indixis & celebravit anno seculari XIII. *cujus Jubilai sic meminit Jacobus Cardinalis prælaudatus, libro de Canonizatione S. Petri de Murrone, narrans Bonifaciani Pontificatus admiranda, versu 140*

Quorum uno, celebri fama scelisque salubri,
Centeno largitur opes; cui Carmina dudum
Nostra canunt, reseratque Prolæ diffusio nostræ.
C Discite centeno detergi crimina Phœbo:
Discite, si latebraa scabrosi criminis ora
Depromant contrita sinu; dum circulus anni
Gyrat, perque dies quindenos exter, & Urbis
Incola tricenos; delubra patientia Patrum,
Ætherei Petri, Pauli quoque Gentibus almi
Doctoris subeant, ubi congerit urna sepultos.

Nescio ubinam modo inveniendus sit libellus iste, versu ac prosa scriptus, eodem stylo, quo, una cum præmemoratis Actis decessoris, dedit Jacobus duos libros, etiam a nobis editos ex Mss. de coronatione Bonifacii, *ubi describens v. 141. Tiaram seu Frigium Pontificale, non meminit duplicis Coronamenti, sed v. 149. duntaxat indicat gemmas, quæ eidem Tiaræ, in principio simpliciter candidæ, successu temporis accesserunt.*

3 *Porro ad Jubilai prædicti tempus spectare etiam putant aliqui, æreum ejusdem Pontificis numisma, ex Equitis Gualdi Musæo sumptum. Sed erudite observant locupletatores Ciacconii, vel ista imagine Salvatoris, supra portam posita ex altera parte, inter duo candelabra cum hoc lemmate circumducto,* Justi intrent per eam, *aliud nihil exprimi quam quod ipse de se ait Christus,* Ego sum ostium; *vel, si Porta sancta iste intelligatur, quam in Jubilæo aperire Pontificis moris est; nummum aliquamdiu postea fuisse confectum, ab aliquo, significatum volente, quod* Bonifacius *iste profanum olim apud Romanos ducendi secularis anni ritum, commutaverit in sacram Christiani Jubilæi ceremoniam, Illud certo cusum non fuisse tempore ipsiusmet* Bonifacii, *evincit triplex coronamentum Tiaræ,* [margin: [illegible] non est num. [illegible]]

Auctore Urbano V. *assumptum, annis* LX. *post* Bonifacium, Clementi *porro* VI. *qui Jubilæum anno quolibet quinquagesimo instituit celebrandum, similis Nummus adscribitur, sed non additur pars antica, Pontificis vultum expressura.* D

4 *Ad istam temporis differentiam non attendens Joannes Baptista Cavallerius (cujus opera & studio Pontificum effigies primum prodierunt figuris aneis incisa, quales Knobarus noster voluit repræsentare)* Bonifacio *prædicto & successoribus ejus* Benedicto XI *atque* Benedicto XII. *triplex etiam fecit Coronamentum, deceptus fortassis exoletis coloribus picturarum quas imitatus est, haud satis distincte referentibus numerum Coronarum. Ne igitur contra historiam tam evidenter peccaretur, jussi tribus illis tertium Coronamentum abradi. Qui easdem imagines nunc Romæ mittunt, iterata sæpius cælatura deformatas potius, quam reformatas, jam inde ab* Alexandro III. *annis* CC *ante* Urbanum V. *triplicis coronamenti Tiaras induerunt. Extat Romæ cusus anno* 1609. *&* Paulo V. *dedicatus Tractatus M. Antonii Mazzaroni,* de tribus Coronis Pontificis Maximi, nec non de osculo Sanctissimorum ejus Pedum; *qui ut varia eruditione plenus sit, vix tamen confert aliquid ad historiam: proinde satis est eum hic ex occasione nominasse.* E [margin: *Præpropera Tiara triplicis usus correctus.*]

ACTA PONTIFICATUS.

Ex nostro Ms. & ex aliis.

s BOnifacius VIII. natione Campanus, de Anagnia civitate, fuit electus in Papam Neapoli in Vigilia Natalis Domini, anno Domini MCCXCIV. suo prædecessore vivente: seditque annis VIII. mensibus quasi novem. Hic prius nominatus fuit Benedictus Gajetani, qui fuerat prius Diaconus Cardinalis ac demum Presbyter Cardinalis, fuitque Bonifacius nomine appellatus. Incepit autem via quadam singulari suam potentiam & Papalem suam magnificentiam ampliare: cujus prædecessor Cœlestinus miracula operatus est in vita sua & post mortem; ipse vero Bonifacius Papa fecit mirabilia multa in vita sua, sed ejus mirabilia in fine mirabiliter defecerunt. Pontificatus sui anno I. anno Domioi MCCXCV. statuit festa Apostolorum, & quatuor Evangelistarum, & quatuor Doctorum, scilicet Gregorii, Augustini, Ambrosii & Hieronymi, sub hoore festi duplicis, ab omnibus universaliter celebrari. Eodem anno Adulphus Rex Alemanniæ Vicarium suum in Tuscia constituit & transmisit Joannem de Cabilone, quem Bonifacius Papa favorabiliter recepit. F [margin: *Bonifacii initia & acta.*] [margin: *an. 1295.*]

a Anno Domini MCCXCVI. fecit & erexit villam Apamiensem, in novam Civitatem, constituitque ibidem in Abbatia S. Antonini Canonicorum Regularum esse in perpetuum ecclesiam Cathedralem, D. Bernardum Saisseti Abbatem constituens primum Episcopum in eadem. *Institutionis hujus Bullam, datam* Anagniæ XVI. kal. Octobris Pontificatus anno I. *videre licet apud Sammarthanos tom.* 2. *Galliæ Christianæ.* Eodem anno cœpit processum facere contra Columnenses, occasiooe & causa, quia Stephanus de Columna thesaurum ejusdem Papæ fuerat deprædatus: deinde Domini Jacobus & Petrus de Columna, patruus & nepos, Cardinales, videntes contra se motum Papam, libellum conficiunt famosum contra eum: quem ad multas partes dirigunt, asserentes in eodem ipsum non esse Papam, sed solummodo Cœlestinum: unde citati a Bonifacio Papa non duxerunt comparendum, & facti sunt contumaces. Ob quam causam tandem fuerunt per eum in Consistorio, tamquam schismatici, condemnati & privati Capellis rubeis, & omnibus beneficiis ecclesiasticis, & omni Cardinalatus [margin: *1296.*] [margin: *duo Columnenses Card. depositi.*]

tus

A tus titulo, commodo & honore. Insuper bona ipsorum & filiorum Joannis de Columna, videlicet Agapeti, & Stephani, & Sciarræ, fuerunt pariter confiscata in die Ascensionis Domini. Ipse Papa Constitutionem edidit decretalem ex tunc de Schismaticis, lib. VI. Ad sustinendos &c. Prædicti vero Jacobus & Petrus de Columna, fugientes a facie Bonifacii persequentis eos, multo tempore latuerunt, donec ipse Bonifacius fuit mortuus & sepultus.

3 Anno Domini MCCXCVII. III. Idus Augusti,
Acta an. 1297. idem Bonifacius canonizavit S. Ludovicum Regem Franciæ, & sanctorum Confessorum Catalogo annotavit. Eodem anno, scilicet V. Nonas Martii, idem Bonifacius Papa fecit publicari VI. librum Decretalium, quem per tres magnos & solennes viros fecerat compilari, plura nova constituens in eodem.

1298. 4 Anno Domini MCCXCVIII. Adulphus Rex Alemanniæ contra Albertum Ducem Austriæ exercitum congregat, & ejus sequaces pugnaverunt simul: in qua pugna occiditur Adulphus; & sui in fugam convertuntur. Eodemque anno Electores Imperii, con-
B gregati in Aquisgrano Leodiensis diœcesis, in Regem Alemanniæ & Romanorum, elegerunt prædictum Albertum Ducem Austriæ.

1299. 5 Anno Domini MCCXCIX. Albertus prædictus Rex solennes nuntios mittit ad Curiam pro confirmatione electionis suæ: quam Bonifacius Papa, multis tunc compulsus, repulit, & ipsam dixit penitus esse nullam.

6 Anno Domini MCCC. Papa Bonifacius concedit
1300. Jubilæum actum. plenam Indulgentiam omnium peccatorum omnibus visitantibus limina Apostolorum Petri & Pauli Romæ, & facientibus ibidem quindenam infra annum ipsum. Statuit (etiam) quod eadem Indulgentia (impetraretur) in posterum in omni anno centenario, ab omnibus visitantibus eadem limina. Factusque fuit maximus concursus populorum Romæ de toto orbe, de omni conditione, sexu & ordine, ad Indulgentiam supradictam. Eodem anno Papa excommunicavit omnes, qui impediebant illos qui ad Curiam Romanam veniebant.

7 (Anno MCCCI....) Eodem anno corpus cujus-
1301. dam nomine Armanni, quod ante annos XXXI. tamquam Sancti in Ecclesia Ferrariensi extiterat veneratum, studio & mandato Inquisitorum hæreticæ pravitatis, fuit exhumatum pariter & combustum, tamquam hæretici & schismatici: & ejus ara, pretiosa
C satis, fracta fuit & publice destructa. *Eadem hæc verba ex suo Jordano, cujus Ms. servetur in bibliotheca Vaticana, exhibet Odoricus Rainaldus in Annalibus, velut reperta sub nota anni a nobis præinserti: unde intelligo Ms nostrum hinc inde contrahendo mutilatum haberi annosque confusos: illud autem Jordani Ms. allegatur ut signatum num. 1690. & Oldoinus in* Bonifacio *verba quædam exinde sumpta adducit, ad docendum, quod* Bonifacius *Cœlestinum jam abdicatum* in custodia posuit, ad cautelam vitandi dissidii, quia aliqui mussitabunt quod cedere Papatui non potuit, *ubi apparet phrasis a nostri Ms. phrasi satis diversa. Quod autem sequitur (quia Francis, annum usque ad Pascha protrahentibus, actum adhuc dicebatur anno* MCCCI.) *sub ejusdem anni nota hic etiam immediate*
1302. Regis Franciæ conatus contra Bonifacium. *subjungimus*. Anno vero supradicto Philippus Rex Franciæ, considerans quod jacula prævisa minus feriunt, convocavit omnes Prælatos & Barones personaliter, omnesque comitatus Regni per procuratores idoneos, & ad se Parisius exegit venire, consilium & auxilium ab eis contra omnes homines petiturus, specialiter autem contra Papam Bonifacium intentio ferebatur: fitque rumor magnus in toto Regno, turbatio cordium, & confusio rerum. Fueruntque Bonifacio Papæ objecta crimina & titulus hæresis, suoque prædecessore vivente intrusio & ingressus illegitimus ad Papatum, & quod eidem non erat parendum: D fitque contra ipsum Papam provocatio ad Concilium generale.

8 Anno Domini MCCCII. Kalendis Novembris Romæ Papa Bonifacius celebravit Concilium, quod antea per annum & amplius convocaverat, in præsentia Prælatorum Regni Franciæ, omniumque Doctorum Regnicolarum, tam in Theologia quam in Juribus canonico & civili, contra Philippum Regem Franciæ memoratum: coruscationibusque multis præviis contra Regem, nulla pluvia apparuit consecuta: defeceruntque ibi Prælati magni in Regno, quærentes quæ sua sunt, & sibi ipsis ad tempus tantummodo consulentes. *& hujus contra illū*

9 Anno sequenti MCCCIII. Bonifacius movit litem contra Regem Franciæ, ipsumque excommunicat indirecte, quia non permittebat aliquem exire de regno ad Romanam Curiam libere, nec pecuniam asportare: ob quam causam idem Papa Albertum, filium quondam Rodulphi, Ducem Austriæ, Regem Alamanniæ, cujus confirmationem ante repulerat, in Imperatorem confirmat, eidem subjiciens regnum Franciæ, sicut & alia regna. Eodem anno in Vigilia Nativitatis B. Mariæ Virginis, dum Bonifacius Papa Anagniæ, in patrio solo & civitate propriæ originis, cum sua Curia resideret, ubi tutus esse amplius merito crederetur, in gente sua & populo & natione; ibi, consciis aliquibus domesticis ejus, proditus fuit, captusque atque tentus, & thesaurus suus atque Ecclesiæ deprædatus & absportatus, non sine ignominia Ecclesiæ & dedecore grandi: Cardinales vero timentes, relicto eo, fugerunt, duobus exceptis, scilicet D. Petro Sabinensi & D. Nicolao Ostiensi Episcopis. Hujus captionis & sceleris vexillifer fuit Guiliermus de Nogareto, de S. Felice Tolosanæ diœcesis, cum pluribus civibus & consentaneis Columnensibus, ex quibus duos olim Cardinales decapellaverat. Super ipsum autem Bonifacium, qui Reges & Pontifices ac Religiosos, Clerumque & Populum horrende tremere fecerat & pavere, repente tremor, timor, & dolor una die pariter irruerunt; aurumque nimis sitiens, aurum perdidit & thesaurum. Ut ejus exemplo discant superiores Prælati, non superbe dominari in Clero & Populo; sed forma facti gregis ex animo & curam gerentes subditorum, plus amari petant quam timeri. *ac denique mors.* E *Cui insolentius auctor fecit ejus.*

10 *Hic apparet Auctorem, factioni Columnensium haud parum obnoxium, ea scripsisse, non quæ veritas, sed quæ passio suggerebat; prætermisisse vero, quam magnanimiter se gesserit deprehensus sic præter expectationem* Bonifacius, *qui Pontificaliter indutus ultro se obtulit inimicis, eosque sola sui conspectus majestate cohibuit, ne in famanus extendere auderent. Dent autem mox digna facinus sacrilegum ultus, facto concursu civium, quos suæ perfidiæ pudere cœperat, liberavit Papam, actis in fugam hostibus. Quare non possum hic præterire quod S. Antoninus ex Villanio narrat, videlicet, quod* Cum per civitatem Maurianensem, quæ est post transitum *Alpium in Sabaudia*, transiret nuntius, ista referens *de capto Pontifice*; Episcopus civitatis, qui erat religiosæ & castæ conversationis, hæc cum audisset, coram multis ait: Hoc novum dabit magnum gaudium Regi Franciæ; sed extrema gaudii luctus occupabit: nam propter tantum excessum, notabile judicium Dei irruet super eum & progeniem ejus: magnas ipse luet pœnas, adversa multa patietur, & plurimi insurgent contra eum & filios ejus: quod totum impletum est non multo post tempore, & hoc ideo quia scriptum est. Nolite tangere Christos meos. *Nomen Episcopi, quod præcitati Auctores reticent, suggerunt Sammarthani, quibus Ecclesiæ Maurianensis Episcopus* XXV. *pro anno* MCCCII. *dici-* *sæpe constantiam ostenderit,* F *& sacra per suos violatores divinitus punitos.* *sicut prædixerat Episcopus Maurianensis.*

A dicitur Aymonetus, vir pius & doctus; eique successit Aymo de Miolano, cuidam compromisso subscriptus ad annum MCCCXXIX. Dubito ego an sint diversi: præcesserat enim mediante Amblardo Aymo I. synodo Viennensi ad annum MCCLXXXIX. subscriptus, respectu cujus videtur successor Aymo II. ab aliquibus diminutive dictus Aymonetus aut etiam scriptus (non tamen in aliis publicis instrumentis) quod diversum nomen videri fecerit: quo posito, videtur illo prædictionis suæ veritatem ad unguem completam.

Sepultura in Vaticano.

11 Bonifacius porro, sicut consequenter Auctor noster ait, de Anagnia Romam perductus, imo potius profectus; XXV. die a captione sua in lecto doloris & amaritudinis positus, inter angustias spiritus, cum esset corde magnanimus, obiit Romæ V. Idus Octobris: sequenti vero die fuit in tumulo, quem sibi vivens præparari fecerat, tumulatus in ecclesia S. Petri, anno Domini MCCCIII. Pontificatus sui anno IX. Tumulum illum fuisse crediderim juxta Portam Ravennianam, intra sacellum S. Bonifacii, ab ipsomet Bonifacio VIII. ibi constructum ad lævam ingredientium, B sicut hoc notatur in ichnographia Basilicæ veteris apud Paulum de Angelis. Stetit autem tumulus antiquus usque ad MDCV. quando Paulus V. anteriorum quoque veteris Basilicæ partem, interioribus aliis jam pridem novo opere factis, demolitus, ut hanc quoque partem fabricaret, necesse habuit ipsum amovere: qua occasione inventum est corpus post tria secula mirabiliter integrum. Inventionis accuratam descriptionem, authentico instrumento consignatam, vide apud Rainaldum & Oldoinum: ipsum vero, novo alibi monumento erecto crediderunt Proceres Cajetani, cujus monumenti expressam imaginem exhibet utraque editio Ciacconii anno MDCXXX. & MDCLXXVII. auctii, & Joannes Rubes mox laudandus: sed intra absidem; non qualis alicubi erat vel extitit, sed qualem ingeniose excogitavit aliquis, ad eas omnes statuas, quæ variis in civitatibus ipsi, ut de illis optime merito, publicitus collocatæ fuerunt, sub unum aspectum collocandas: quod hic monendum fuit, ne quis levi oculo obiter rem intuens, totam revera putet ad Bonifacii monumentum pertinere. De ipso interrogatus Janningus noster, in hunc modum rescripsit: Monumentum Bonifacii VIII quod cum aliis ejus statuis exhibet Oldoinus, est an-C tiquum; vidique ipse in cryptis Vaticanis, in illa parte quæ ad frontispicium novæ basilicæ accedit propius. Corpus autem ejusdem ubi modo sit, varii interrogati respondent varia: certius videor colligere ex Turrigio, in libro de sacris cryptis Basilicæ Vaticanæ, eidem monumento denuo illatum modo condi.

Inventio corporis post an. 300. integri

Monumentum translatum cum eodem.

12 Qui res gestas Bonifacii, partim illustratas, partim defensas legere volet, inspiciat Joannis Rubei Benedictini insigne opus, Romæ editum anno MDCLI. ex quo discet, eum inter præstantiores Pontifices merito numerandum venire, longissimeque ab iis criminibus abfuisse, quæ calumniose ei affinxerunt adversarii sui. Certe quod abdicationem Cœlestini & ingressum ad Pontificatum attinet, probatissima habemus coævorum qui eum purgant Auctorum testimonia, ac nominatim Jacobi Cardinalis S. Georgii; cujus de utroque Pontifice opera damus XIX. Maii: ubi inter alia leges, quanta Cardinalium concordia electus fuerit, & quomodo nonnisi D

Acta ejus edita & defensa libro proprio.

---- Lacrymans & molis pondera librans,
Assensit gestare jugum, jam doctus ab ante
Quis labor, & meritum Cruciet quæ publica cura
Pontificem. ------

Idem testatur, quomodo conatus sit suadere Cœlestino, ut de abdicando Pontificatu ne cogitaret. Sed hujus rei testis etiam fide dignior erit Ægidius Romanus, Augustiniani ordinis Generalis, si (quemadmodum dicitur) Columnensis etiam ipse fuit, adeoque propinqua consanguinitate attingens Columnas, infensissimos adversarios Bonifacii. Nam in libello de Renuntiatione Papatus, contra eos qui illicitam esse sustinebant, scripto, constanter asserit, comprobari posse ex pluribus tum viventibus, Dominum Bonifacium Papam VIII. tunc in minoribus existentem, persuasisse Domino Cœlestino, quod non renuntiaret: quia sufficiebat Collegio, quod nomen suæ Sanctitatis invocaretur super E eos: & pluribus audientibus hoc factum fuit.

13 Acta porro Processus in Concilio Viennensi instituti, & sententiam pro innocentia accusati latam, Regisque Philippi pœnitentiam & absolutionem, Maucleens, Doctor Sorbonicus, in opere de Monarchia parte 4. l. 7. cap. 18. satis dilucide explicat his verbis: Bonifacium ita in Domino mortuum, post novem annos, scilicet annos MCCCXII. Clemens V. annuentibus trecentis Patribus, in Concilio Viennensi (ubi præsens aderat Rex Franciæ Philippus Pulcher) verum, Catholicum, nullaque labe pollutum fuisse pronuntiavit. Omnes malevolorum inimicorum calumnias, impostoras, opprobria, mendaciaque, in illius Pontificis famam honoremque contorta, qui illum atrocibus criminibus insimulaverant, ut Francorum Regi Philippo placerent, placendo illuderent, illusum blanditiis fallacibus fraudibusque deciperent, ipse Pontifex cum toto Concilio detestatus, execrationi subjecit. Omnes sacrilegos conspiratores, oppressores, detentores, captoresque hujus Bonifacii F VIII. qui captum atrocibus opprobriis injuriisque sceleratissime læserant, simili execrationis anathematisque fulmine constrinxit, nisi quos gravissima pœnitentia, cum detestatione tantorum scelerum, plena contritione satisfactioneque, convertisset. Ipsi vero Regi Philippo, agnoscenti dissidiorum crimina contra Bonifacium VIII. patrata, eaque per ignorantiam se commisisse, proditorie sycophantarum illusionibus calumniarumque falsimoniis perfidis illusum deceptumque profitenti, Clemens V. ignovit . . . . quæcumque Bonifacius contra eum ejusque regnum, velut in ultionem Pontificiæ læsæ majestatis, sub forma anathematis & interdicti fulminaverat ..... abrogavit, & ex tabulis Ecclesiæque Romanæ regestis expungi, unaque litura circumduci præcepit; postquam omnes famosos libellos, calumniarum imposturarumque codices, contra Bonifacii memoriam ausu sacrilego, conscriptos, ustulandos ardentibus mandari flammis imperavisset. Hactenus homo Gallus, eoque minus suspectabilis.

Maucleri pro ejusdem innocentia testimonium.

CXCVI. BENEDICTUS XI.

Ab an. 1303 ad 1304. m. 8. d. 15

BENEDICTUS, antea Nicolaus, ex Ordine Prædicatorum Cardinalis Episcopus Ostiensis, Tervisiæ in Lombardia natus, electus anno MCCCIII. XXII. Octobris; coronatus Dominica sequenti XXVII. ejusdem mensis: sedit menses VIII. dies XV. mortuus Perusii VI. Julii anno MCCCIV. ibique sepultus in ecclesia Fratrum Prædicatorum. Vacavit sedes menses X. dies XXIX.

Notans

A NOtant omnes, in hujus Pontificis electione capeam observari legem Gregorii X. quam renovarat Cœlestinus V. confirmarat Bonifacius VIII. de novemdio interponendo inter Pontificis prioris mortem & convocationem ad conclave pro Successoris electione. Itaque ipse, postridie ingressas Cardinalium, ab iisdem electum se scribit in sua Encyclica XI. Kalendas Novembris: hac vero data legitur Kalendis Novembris Laterani, quem diem ideo officio huic delectam arbitror, ut fidelium preces implorans in terris, etiam in cœlo omnium Sanctorum sibi conciliaret suffragia ad munus recte obeundum. Sed brevis fuit Pontificatus, in quo quam Deo placita fuerit anima ejus, declararunt edita ad ejus sepulcrum invocationemque miracula, quæ tomum 14. Annalium Ecclesiasticorum Rainaldi conclaudunt. Nos hic synopsim actorum ex Ms. nostro damus.

Dies electionis & coronationis;

2 Benedictus, natione Lombardus, de Tervisia civitate, fuit electus in Papam Romæ XI. Kalendas Novembris, & coronatus ex more die Dominico sequenti. . . Hic prius erat vocatus Fr. Nicolaus, de Ordine Fratrum Prædicatorum. Hic Benedictus Papa denuntiavit excommunicatos, publice & in scriptis, auctores sceleris & captionis prædecessoris sui, nominatim & expresse Guillermum de Nogareto, & Sciarram de Columna, & quosdam alios nominatim, & generaliter omnes alios complices cum eisdem captionis & facinoris, quam ipse Benedictus Papa, tunc Cardinalis, fido viderat oculata. Hic Papa reconciliavit ad Ecclesiasticam unitatem, non tamen ad Cardinalatum restituit, Jacobum & Petrum de Columna, restituens illa quæ ipsorum fuerant, quæ Ecclesia tunc tenebat.

Acta Pontificatus ex Ms. prima. B

& ultima.


3 Anno Domini MCCCIV. post Pascha Benedictus Papa recedit de Roma, & vadit Perusium cum Curia sua. Hic simultatem & dissidium, quæ suborta fuerant inter Bonifacium Papam & Philippum Regem Franciæ sedavit, privilegia & libertates, quibus Regem privaverat Bonifacius prædecessor, eidem Regi restituit & concessit sicut antiquitus, in hebdomada Pentecostes, præsentibus Regis Nuntiis, Perusii in Consistorio, anno prædicto. Item ibidem edidit unam Constitutionem, quæ incipit, Quidam olim, in qua restrinxit pœnam Constitutionis Bonifacii, ut non vendicet sibi locum. Hic Benedictus obiit in Perusio (VI) Non. Julii, sepultusque est in ecclesia Fratrum Prædicatorum ante altare, C anno Domini MCCCIV. *S. Antoninus P. 3. Tit. 20. cap. 9. scribit, quod* dicitur intoxicatus recentibus ficubus, sibi præsentatis per Abbatissam S. Petronillæ, hoc per alios procurato, *qui scilicet venenum eis ofperserant; certe antiquior ea Villanius id ita narrat, ut mittentis nomen prætextum solummodo fuisse indicet, quo minus suspecta esset oblatio fructuum istorum, quorum appetentior esse Papa sciebatur. Franciscus Petrarcha, Orator & Poeta celeberrimus, in brevi quam Italice scripsit Pontificiarum Imperatoriarumque Vitarum Chronica, ad usque* Gregorium XI. *sub quo obiit perducta, ficubus illis admixtum adamantem fuisse ait, quod alibi non legitur: & si verum est, intelligi debet adamas in pulverem contusum fuisse, novo ad conficiendam mortem, nec alias quod sciam præmonstrato exemplo. In præfata Ecclesia Fratrum Prædicatorum Perusii hujusmodi monumentum ei positum. Ibidem (at elogii Auctor prosequitur)* Divina virtus & bonitas, ejusdem Benedicti merita cœpit evidentibus miraculis declarare. Vacavit autem Sedes a prædicta die, per illum & sequentem annum, usque ad V. diem mensis Junii, Cardinalibus existentibus inclusis, non valentibus ea tempore concordare, quamvis a Perusinis pluries arctati fuerint.

Mortis genus.

Mortui miracula.

4 *Addit Rainaldus, ipsum quidem, sicut jusserat,* nulla pompa, sepulcro humili tumulatum *fuisse:* po-

Mausoleum,



D

F

stea tamen ab ipsius memoriæ cultoribus politissimo marmore sepulcrum elegans fuit excitatum, cum Epitaphio. *Formam Sepulcri, alti Palmos Romanos triginta duos, lati quatuordecim, æri incisam exhibui, beneficio R. P. Andreæ Asclepii, nostrorum Perusiæ Patrum Rectoris, anno* MDCLXXXII. *qui & admonuit, intra excavatarum turbinatim columnarum volutas, cerni vestigia figurinarum Angelicarum, quinque in singulis; ipsas plerasque furto sublatas esse, in fronte autem tecti, Pontificiæ statuæ imminentis, videri imagines pectore tenus ductas Apostolorum quatuor Petri, Pauli, Joannis, & Bartholomæi: quod hic indicandum fuit, si forte id minus perspicue sculptor expresserit in tam exigua forma. Epitaphium, Gothicis literis incisum marmori ad latus sinistrum Mausolæi, nobisque transcriptum, legitur etiam in auctiori Ciacconio, totam vitæ seriem complectens hoc modo:*

Epitaphium

O quam laudandus, quam dulciter est venerandus,
Inclytus ille Pater! Prius extitit ordine Frater
Sancti Dominici, Christi vigilantis amici.
Lector, honoratus, Prius extitit ipse vocatus,
Effectus talis Fratrum quoque Dux generalis.
Post Ro. doctrinæ, post hæc fit Cardo Sabinæ,
Ostia, Velletri titulos sibi dant pia læti.
Perficit Ungariæ Legatus jussa Sophiæ.
Fit Pater ipse patris, caput Orbis, gloria Fratris,
Ex merito dictus re, nomine, vir Benedictus,
Trevisii datus: hic primo sed Pontificatus
Anno decessit; sibi recte subdita rexit.
In nono mense is mortis prosternitur ense.

Hunc

A Hunc hominem sanctum reddunt miracula tantum:
Innumeris signis dant grata juvamina dignis,
Lector habe menti: currebant mille trecenti,
Quattuor appensis, dum transiit hic homo mitis
Mente: die sexta Julii sunt talia gesta.

Ratio temporis. 5 *Feci hic ultimus versus, ut cognoscerem errore amanuensium in Ms.* Benedicti *mortem assignari* Nonis Julii, *idque corrigerem: quemadmodum expungere etiam debui, ne confusionem lectori parerent verba, quibus dicebatur quod* sedit annis duobus mensibus quinque; *phrasi utique nimis obscura. Sensus tamen eorum hic solum est, quod ex anno* MCCCIII. *menses quinque ultimos, & ex sequenti quinque primos suo Pontificatu occupavit incboando annum a mense Martio, uti patebit consideranti nomina mensium, in principio & fine distincte expressa. Error porro, quo* Nonis, *pro* pridie Nonas, *invenitur signata mors* Benedicti *hujus, transiit ad omnes pene scriptores Ordinis qui eum inter Beatos reponunt, ac nominatim Seraphinum Razzinum in Vitis Sanctorum ac Beatorum Prædicatorum,* B *& Dominicum Marinum Macobesinum in eorumdem Diario sacro. In Ciaccomo præfata initium fecit Versus sepulcralis tale est,* Sic Ro. doctrinæ: *& hoc magis placet. Verum quid est* Ro. doctrinæ? *Quantum conjecturæ possum intelligitur Titulus* Doctrinæ, *desinens in* R. *id est,* Doctor; *quasi dicatur;* Sic, qui Doctor erat, factus est Cardinalis. *Susceperat autem Magisterium Generale Ordinis, electus in Capitulo, Argentinæ celebrato anno* MCCXCVI. *uti videre est apud Leandrum Albertum lib. I. de viris illustribus Ord. Prædicat. ubi etiam habes Breve* Bonifacii VIII. *absentem in Gallia Cardinalem declarantis.* Datum Romæ Nonis Novembris, Pontificatus anno III. *id est* MCCXCVIII. *adeoque postquam Ordinem rexisset, non biennium & sex menses, ut scribit Leander, sed* unum annum & sex menses, *si Capitulum prædictum celebratum in Germania fuerit mense Majo anni* MCCXCVI. *cum decessor Stephanus Bizuntinus Lucæ in Etruria obiisset* XXII. *Novembris* MCCXCV. D E

CXCVII. CLEMENS V.

Ab an. 1305 ad 14. an. 8. m. 10. d. 16. CLEMENS, antea Bertrandus Burdegalensis Archiepiscopus, natione Vasco, electus Perusii absens anno MCCCV. V. Junii; coronatus Lugduni, XIV. * Novembris in Dominica; sedit annos VIII. menses X. dies XVI. defunctus in Rocca-Mauri super Rhodanum anno MCCCXIV. XX. Aprilis; sepultus Uzestæ, Vasatensis diœcesis vico: & vacavit Sedes annos II. menses III. dies XVII.

Historia Vacationis & electionis diversimode scripta. *ELectionis hujus & Vacationis cum progressu Historiam, ex Joannis Villanii, anno* MCCCXLVIII. *defuncti adeoque ætate proximi, prolixiori narratione Italica, Latino sed contractiori stylo, nitide satis reddidit S. Antoninus, & ex hoc eam tomo 15. Ecclesiasticorum Annalium inseruit Odoricus Raynaldus. Sed ab eo longe diversa est illa, quæ Italice legitur in capite Italici cujusdam libri, absque Collectoris Typographi, ac loci nomine editi (nisi fallor) Lugduni, sub titulo Conclavium Pontificiorum, a* Clemente V. *usque ad* Clementem IX. *adeoque ab anno* MCCCV. *ad* MDCLXVII. *Est autem liber editus, ipso quo postremus electus est anno, atque adeo annis* XV. *post prædictum tomum Annalium. Collector quidem profitetur non nisi originalia Acta Conclavium dare, qualia reperire antiquissima potuit;* C *valde tamen suspecta mihi est, non solum veritas, sed etiam antiquitas narrationis de* Clemente, *ideoque non censui Latine reddendam. Cum enim Villanius, eumque Antoninus, Nicolao Cardinali Pratensi tribuant præcipuas partes in toto hoc negotio, ad Regis Franciæ commodum dirigendo; Anonymus iste easdem transfert in Petrum & Jacobum Cardinales Columnenses, a* Bonifacio octavo *depositos; quos tamen Conclavi isti non adfuisse, sed tum adhuc exulasse, verosimilius est. Certe nec nominantur quidem in Decreto Electionis apud Odericum ex Mss. Vaticanis relato. Præterea idem Relator ait, Burdegalensem familiarissimum amicissimumque Regi Franciæ fuisse; cum econtra & longe verosimilius dicat Villanius, ideo electum a plerisque, quod ei ejusque fratri ob graves acceptas injurias infensus esse ferretur, nescirerur autem clam reconciliatus, tanta spe sibi per Regem facta, cui Pratensis rem indicaverat. Atque hoc satis sit, ad illius Relationis fidem suspectam habendam, uti meretur.*

Acta Papæ cur nulla & qualia? 2 *Dies Electionis &* Coronationis *prænotati habentur ex Actis Pontificatus mox dandis, quorum licet Auctor coævus fuerit, nolim tamen, in iis quæ Templarios spectant, polliceri ab eo certissimam veritatem; cum admodum variarent relationes illius temporis, pro vario cujusque affectu; multaque in gratiam Regis atque Pontificis affingere iis potuerit adulatio atque calumnia, quæ tamen aliqui tormentis fracti de se confessi sunt alii constanter negaverunt. Securius tamen fuerit pro sententia stare, quam Pontificis & Concilii auctoritas tuetur. Et si Scriptores illi, qui allegantur pro Templariis, conferantur cum longe pluribus diversa scribentibus, sicut eos Franciscus quidam recentior consuluit, apparebit, credo, non magnum præsidium causæ esse in iis, qui ex incerto satis rumore diversa scripserant, sive ex compassione erga miseros, sive animo alieniore a rege Francorum, obnoxioque potestati ejus Pontifice. Prodierunt Parisiis Tractatus quidam Historiam Franciæ concernentes, Gallice compositi a Petro Puteano Claudii filio, Consiliario regio virque eruditio, ubi primum locum obtinet Historia Condemnationis Templariorum. Hanc legat, qui volet adæquate & diligenter collecta habere omnia, argumentum istud spectantia. Ego rem penitus examinandam relinquens aliis, priusquam ad extrema hujus Pontificis veniam; Acta illa prout in nostro Ms. inveniuntur hic transcribam, antecedenter notans, quod pretiosissimus ille Carbunculus, ex Pontificia tiara decussus in die* Coronationis *suæ, præsignasse mihi videatur nobilissimum Ordinem, sub eo ab Ecclesiæ corona detrahendum.* F

3 *Hic porro prænotatum velim, quod* Diaria Stephani de Infissura, *sæpius allegata ab Odorico Raynaldo, & existentia in Bibliotheca Vaticana sub num.* 5294. *initium sumunt cum electione* Clementis V. *& per integrum seculum* XIV. *ac totum fere* XV. *subsequens procurrentia, pertingunt usque ad annum* MCCCCXCIV. *quæ succincta sua brevitate mereri videntur ut integra aliquando lucem aspiciant, quod aliis similibus opusculis pluribus optaverim. Hujus* Clementis *imago apud Cavallerium prorsus est singularis; talisque, ut videri possit ex vera effigie sumpta, sed tunc picta cum adhuc ageret* Burdegalensem, *non dico* Archiepiscopum, *sed* Archidiaconum: *quantum enim divinando assequor,* Diaconalem Dalmaticam *citius ibi inveneris quam* Planetam Sacerdotalem, *sub qua Crux pendeat ex albi seu*

Tab. XXXIV.


CXCVII CLEMENS V.


CXCVIII IOANNES XXII.


CXCIX. BENEDICTVS XII.


CC. CLEMENS VI.


CCI. INNOCENTIVS VI.


CCII. VRBANVS V.



A *bi seu lini seu serici strophio: cujus tamen formæ certiorem distinctioremque explicationem optarim exemplis minime dubiis discere.*

ACTA HUIUS PAPATUS

Auctore Bernardo Guidonis Episcopo Lodevensi ex MSS.

Absens eligitur,

Burdegala Lugdunum venit,

CLemens V. natione Vasco, de loco Villendraut Burdegalensis diœcesis oriundus, ex patre Bertrando, de Milite (Clericus) fuit electus in Papam in Perusio in Vigilia (Pentecostes) quæ fuit Nonis Junii, anno Domini MCCCV. Hic prius vocabatur Bertrandus del Got, Episcopus Convenarum factus per Bonifacium VIII. exinde transtulit ipsum in Burdegalensem Archiepiscopatum: ubi sedit annis quasi sex. Cardinales, prout dictum est, arctati in conclavi Perusii XI. mensis Januarii, (V. mensis Junii) ipsum in summum Pontificem elegerunt. Recepto Burdigaliæ decreto suæ electionis, Clemens vocari voluit: de Burdegalia vero recessit in fine mensis Augusti, B versus Lugdunum gressus suos dirigens, ubi Cardinales ad se vocat. Fuit autem coronatus solenniter in Lugduno, in ecclesia S. Justi, Dominica infra octavas S. Martini, in crastinum S. Bricii, ubi Rex Franciæ fuit præsens cum nobili comitiva.

ubi coronatus dum procedit,

lapsu muri pene obruitur,

2 Cumque de loco coronationis, ut Pontifex procederet coronatus, cum comitiva Papali pariter & Regali, concurrentibus & comprimentibus se turbis, ut viderent tamquam Salmonem, in suo diademate coronatum; depulsa maceria cujusdam muri non magni corruit prope Papam, ac eum circumstantes: ceciditque ibi corona de capite ejus, & in casu avulsus fuit carbuoculus pretiosus, cujus pretium dicebatur sex millium florenorum; & ipse Papa depositus est de equo, sed minime fuit læsus. Fuerunt tamen duodecim de circumstantibus sic collisi, quod infra paucos dies obierunt: inter quos unus fuit major & præcipuus, Dux Britanniæ Joannes, qui sic collisus paucis diebus supervixit & diem clausit extremum. Frater vero Regis Franciæ D. Carolus, fuit graviter collisus, sed non lætaliter. Ex quibus admirati sunt universi. Hic Papa Clemens fecit plures Cardinales de partibus Vasconiæ, Tolosæ, Cadurci, Lemoviei, quam de aliis partibus, videlicet in Adventu Domini subsequenti: reposuit vero duos de Columna, quos Bonifacius deposuerat, restituitque ad dignitatem Cardinalatus.

Creat Cardinales,

Et Regem Sardiniæ instituit,

C 3 Anno Domini MCCCV. Papa Clemens in mense Marcii confirmavit regem Aragonum in regno Sardiniæ, dictusque Rex juravit Papæ fidelitatem pro dicto regno, promittens sub juramento ascendere dictam insulam in mense Septembri tunc proxime sequenti. Eodemque anno Papa de Lugduno recedens, redit Burdegaliam, transiens per Biturticam, Lemovicam & Petragoriam; seditque Burdigaliæ cum sua Curia anno illo. Eodem anno in festo S. Mariæ Magdalenæ, de mandato & ordinatione Regis Franciæ, fuerunt capti omnes Judæi ubique in regno Franciæ, quasi imperceptibiliter una die, & confiscata sunt omnia bona ipsorum quæcumque potuerunt inveniri, fueruntque a Regno expulsi, ulterius minime reversuri.

Reges pacificare studet,

4 Anno Domini MCCCVII. Clemens Papa cum sua Curia de Burdegalia vadit Pictavim, pro tractanda pace inter Regem Franciæ Philippum & Regem Angliæ Eduardum: stetitque in Pictavi Curia anno uno & amplius. Eodem anno in mense Julii obiit memoratus Rex Angliæ, vir in omni probitate famosus: cui successit in regno filius ejus, simili nomine Eduardus: qui eodem anno insequenti mense Februarii duxit uxorem, filiam Regis (Franciæ) nomine Isabellem. Eodem tempore res mira illis accidit temporibus, quæ

Capiuntur omnes per Galliam Templarii,

D futuris scribitur memoranda. In festo siquidem Eduardi Confessoris III. Idus Octobris, capti primo Templarii ubique in regno Franciæ, ex ordinatione Regis & Consilii inopinate sane, mirantibus cunctis, audientibus antiquam Templi militiam, ab Ecclesia Romana nimis privilegiatam, uno sabbato captivari; causamque ignorantibus captionis tam repentinæ, exceptis paucis secretariis & juratis: quæ causa tandem detecta fuit & publice infamata, profana videlicet eorum professio, cum abnegatione Christi & exspuitione super Crucem in opprobrium Crucifixi: fueruntque ex eis plures etiam de majoribus illius Ordinis, confessi suæ nefandæ professionis ritum tam abominabilem, tam execrabilem & nefandum, qui antea nullo potuerat umquam sciri: plurimi autem ipsorum minime confiteri voluerunt, quamvis multi subjecti fuerint tormentis & quæstionibus. Demum Sedes Romana, cui factum incredibile videbatur, & captionem prædictam ægre ferebat, effecta certior in Pictavi, ubi tunc Curia morabatur, Templariis nonnullis productis coram Papa & aliquibus Cardinalibus: ubi denuo confitentibus (illis), & confessiones factas ante a se cognoscentibus esse veras; ipsorum confessionibus intellectis, consequenter extitit ordinatum, ut ubicumque Templarii caperentur, & veritas prodiret in E lucem.

Papa facta probante,

Missa Legatio ad Regem Rassiæ;

5 (Anno Domini MCCCVIII. ....) Eodem anno fuit occisus Albertus Rex Alemanniæ, a nepote suo filio fratris sui: cujus causa fertur, quia omnia dabat filiis suis, & de ipso parum curabat, quamvis esset filius primogeniti. Anno prætacto mittuntur nuntii & legati a Domno nostro Papa ad Regem Rasciæ, qui prius ad Papam suos nuntios destinaverat, innuens quod volebat se fidei & obedientiæ Romanæ Ecclesiæ submittere & subesse, & Regnum suum pertrahere ad hoc ipsum: fueruntque nuntii Papæ recepti a Rege debito eum honore: finis tamen intentus nullus fuit aut modicus subsecutus, quia ipse, matris suæ & fratris metu retractus, penitus nihil egit. Eodem anno Papa Clemens ad universa Christianitatis tam regna quam climata litteras Apostolicas destinavit, ut ubicumque Templarii caperentur, & contra singulares personas illius Ordinis per Diœcesanos, eum adjunctis sibi personis religiosis, inquisitio fieret super articulis redditis per ipsos; & judicarentur in singulis provinciis in Metropolitano concilio. Fuerunt insuper per Papam delegati viri spectabiles & insignes, in diversis partibus Christianitatis superintendentes, qui de toto Ordine inquirerent, ut possit illius reformatio debita, vel totalis dejectio fieri in proxime futuro Concilio Generali. F

Processus contra Templarios.

6 Anno Domini MCCCVIII. in festo S. Catharinæ, Electores Regis Alamanniæ convenerunt in Franckfurdia, & concorditer elegerunt Ducem Lucemburgensem, Henricum nomine, in Regem Alamanniæ & Romanorum: fuitque coronatus in Regem Alamanniæ Aquisgrani in festo Epiphaniæ Domini subsequentis. Eodem anno circa finem Augusti, Clemens Papa cum Curia sua recesserat Pictavis, declinavit se ad Sedem S. Bertrandi Confessoris, (Episcopi) diœcesis quæ dicitur Convenarum; ubi in festo S. Marcelli Papæ corpus sacrum S. Bertrandi Episcopi & Confessoris, cujus ipse fuit consors in nomine & successor in loco & sede, de loco quo prius erat, in capsam transtulit pretiosam, quam ad hoc idem Papa prius fecerat suis sumptibus fabricari: magnas quoque concessit Indulgentias visitantibus ibidem sacras sancti Confessoris Reliquias annuatim.

S. Bertrandi elevatio.

Processus & bellum Papæ contra Venetos.

7 Anno Domini MCCCIX. in Cœna Domini in Avenione, Clemens Papa magnum processum fecit contra Venetos & eos anathematizavit, & privavit consortio & commercio aliarum civitatum, & personas

A ac res eorum exposuit volentibus eos occupare; omnesque Religiosos mandavit exire de Venetiis & de quibuscumque aliis locis suæ ditionis subjectis, quia Veneti Ferrariam civitatem contra Ecclesiam occuparunt. Fuitque missus Legatus a latere quidam Cardinalis in Italiam festinanter, & subsecuta est hominum maxima strages: fuitque capta & recuperata Ferraria per Legatum in sequenti mense Augusti, in festo S. Augustini, non sine magno effuso sanguine Ferrariensium & Venetorum in prælio juxta Padum, captis & expulsis Venetis de castro Thebaldi quod conjungitur civitati; unde ipsam civitatem graviter oppugnabant: ipsumque castrum, cum burgo ac turri quæ est in capite pontis, ac pontem quem prius Veneti occupaverant & tenebant (recepit Legatus).

Confirmatur in regem Henricus,

8 Eodem anno venerunt solennes nuntii Regis Alamanniæ Henrici ad Papam apud Avenionem, confirmationem electionis & coronam Imperii petentes: Papa vero electionem admisit & confirmavit in mense Julii subsequenti, volens ipsum nominari Regem Alamanniæ & Romanorum, & quod possit agere quæ Cæsaris erant: & coronationem Imperii promisit, tempus assignans ut a festo Purificationis ad duos annos Romam veniret, coronam Imperii ibi suscepturus. Eodem anno Idibus Septembris apud Avenionem Clemens Papa, ad instantiam Regis Franciæ & B suorum, in publico Consistorio pronuntiavit, ut liceret prosequi volentibus procedere contra memoriam Bonifacii Papæ VIII. defuncti, qui ab eisdem jam dudum de crimine hæresis extiterat diffamatus. Eodem anno v. Idus Maji, per Archiepiscopum Senonensem cum suis Suffraganeis, in Concilio provinciali Parisius coadunato, fuerunt sententiati & condemnati ex propriis confessionibus quinquaginta quatuor Templarii & relicti Curiæ seculari, tamquam impœnitentes super nefanda & profana professione sua; & alia die fuerunt quatuor alii similiter judicati. Item paulo post infra mensem, in alio provinciali Concilio, Silvanecti celebrato per Archiepiscopum Remensem cum suis Suffraganeis, fuerunt viginti alii Templarii simili de causa simili modo sententiati, & per Curiam secularem concremati.

Cremantur Templarii.

Rhodus capitur ab Hospitalariis.

9 Anno Domini MCCCX. in festo Assumptionis Beatæ Virginis, exercitus Christianorum cum Hospitalariis obtinuerunt civitatem Rhodi, quæ est caput & metropolis totius regionis & insularum vicinarum: & ex tunc insula Rhodi & aliæ insulæ circumvicinæ redditæ sunt sub potestate & dominio Christianorum, Turcis penitus subjugatis. Sunt autem ibi multi portus, & patet ibi apertus transitus Christianis in C Achon & Cyprum. Eodem anno filius Henrici Regis Alamanniæ cepit in uxorem filiam Regis Bohemiæ, quæ erat heres regni, unde & ipse factus est heres cum eadem. Eodem anno Henricus prædictus intravit Italiam, jura Imperii percepturus: & primo venit Taurinum, deinde ad civitatem Astensem, deinde Vercellis, postea Mediolanum, ubi in Epiphania Domini recepit coronam ferream de manu Archiepiscopi Mediolanensis, quam tamen debebat [accipere] in Modoetia ab antiquo: sed hoc ex causa fecit Mediolani: & fecit Milites ducentos de diversis nationibus. Deinde requirit alias civitates Lombardiæ de homagio faciendo: Cremonenses vero & Laudenses subesse a principio noluerunt; sed paulo post, resistere non valentes, consenserunt. Brixienses vero diu & longe, usque ad sanguinem & stragem hominum, resistebant; & postmodum voluntati ejus se submiserunt, & civitatem reddiderunt, de quo finaliter doluerunt.

Henrici expeditio Italica.

Concilium generale Viennense.

10 Anno Domini MCCCXI. III. Kalen. Octobris, fuit per Clementem Papam, apud Viennam super Rhodanum, generale Prælatorum Concilium convocatum, fuitque prima Sessio Concilii inchoata XVII. Kal. Novembris. Ubi Concilio residente summus Pontifex proposuit de rebus agendis; videlicet, D de statu Ordinis Militiæ Templi, qui de nefanda professione graviter culpabatur; de Passagio transmarino, ad recuperationem Terræ-sanctæ; & generaliter de reformatione totius status Ecclesiæ, & conservatione ecclesiasticæ libertatis; ut Prælati recogitarent super prædictis salubriter ordinandis, & circumspectione provida terminandis. Post prædictam vero Sessionem, inter colloquia & tractatus, deductum est tempus per totam subsequentem (hiemem). Sequenti vero mense Martii, feria IV. in hebdomada sancta XI. Kal. Aprilis, summus Pontifex, multis Prælatis cum Cardinalibus coram se in privato Consistorio convocatis, per provisionis potius quam condemnationis viam, Ordinem Templariorum cassavit & penitus annullavit, personis ac bonis ejusdem Ordinis ordinationi suæ & Ecclesiæ reservatis. In sequenti vero mense Aprilis die III. anno Domini MCCCXII. inchoante, fuit secunda Sessio celebrata, in qua prædicta cassatio Templariorum extitit per summum Pontificem, sacro Concilio approbante, publice promulgata, præsente Rege Franciæ, cui negotium erat cordi, ac D. Carolo fratre suo, & tribus liberis ejusdem Regis, scilicet Ludovico primogenito Rege Navarræ, & Philippo, & Carolo; sicq; annullatus est Ordo Templi, post annos circiter CLXXXIV. quibus militaverat, E impinguatus & dilatatus nimis, multisq; libertatibus & privilegiis Sedis Apostolicæ communitus.

In quo decernitur extinctio Templariorum,

eorumque bona aliis applicantur

11 In eodem Concilio bona quondam Templariorum fuerunt applicata & concessa, cum certis conditionibus & pactis, Ordini Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, sicut ea Templarii prius possidebant ubique terrarum, exceptis regnis Hispaniæ, Castellæ, Portugalliæ, & Aragoniæ, & Majoricarum, pro eo quod propter bona quæ in dictis regnis habebant Templarii, tenebantur ipsi Contrafronterias Serracenorum Granatæ in illis partibus militariter defendere ac tueri, sicut ibidem in Concilio propositum (fuit). Verum non diu post, bona quondam Ordinis Templi, similiter sicut & alibi, habuerunt. De personis vero Templariorum sic extitit ordinatum, ut, quibusdam nominatim expressis dispositioni Sedis Apostolicæ reservatis, ceteri omnes judicio & dispositioni Conciliorum relinquantur, ut cum eis per eadem Concilia procedatur; ita videlicet, quod illis, qui super erroribus exigente justitia fuerint absoluti, de bonis quondam Ordinis, unde juxta status sui decentiam sustentari valerent, ministretur. Inter alias autem Constitutiones, quæ fuerunt in dicto Concilio factæ, fuit una quæ incipit, Exivi de Paradiso, super declaratione seu inter- F pretatione Regulæ Fratrum Minorum qui Spirituales dicebantur, & contra alteram (Ordinis partem) tumultuantes, alternis privatim & publice contendebant, & judicium Sedis Apostolicæ postulabant.

Canonizatur Fr. Petrus de Murrone,

12 Anno Domini MCCCXIII. Clemens Papa celebrato Concilio revertitur Avenionem, ubi V. die Maji in Sabbato, fuit Fr. Petrus de Murrone, quondam Cælestinus Papa V. canonizatus, & sub nomine S. Petri Confessoris sanctorum Confessorum Catalogo annotatus per Clementem Papam V. Pontificatus sui anno VIII. Eodem anno Domini MCCCXIII. in festo Pentecostes, Rex Philippus tenuit Parisius Curiam valde magnam Nobilium regni sui, in qua interfuit Rex Angliæ cum sua conjuge Isabella, filia ejusdem Regis Philippi; in quo festo idem Philippus Rex Ludovicum filium suum primogenitum Regem Navarræ, & alios duos filios suos Philippum & Carolum, accinxit baltheo militari. Item in eadem hebdomada tres præfati Reges, videlicet Philippus Franciæ, Eduardus Angliæ, & Ludovicus Navarræ, cum præfatis aliis duobus Regis Franciæ fratribus, Carolo Comite

Regum conventus Parisiis,

Crux ibidem ab eis suscepta,

A mite Valesii & Ludovico Comite Ebroicensi, cum aliis multis Nobilibus regni Franciæ Crucem suscipiunt transmarinam, per manus (D. Nicolai tit. S. Eusebii Presbyteri) Cardinalis, (qui) propter hoc ex parte Sedis Apostoli æ ad regnum Franciæ (destinatus, Crucem pro dicto Passagio publice in Regno) prædicavit.

Templarii cremati. 13 Anno prædicto in Vigilia B. Gregorii Papæ, Parisius Magister Ordinis quondam Templi (combustus fuit), cum alio quodam magno ejusdem Ordinis Præceptore; qui tamen fuerant prius cum peritorum & Prælatorum consilio judicati ad agendam aliam pœnitentiam: sed audiens Rex Philippus & Curiales consilii sui, quod dicti Templarii confessiones suas revocabant, dicentes se falsa fuisse confessos, eosdem Templarios indilate perduci fecerunt ad locum supplicii & comburi, nullo alio judicio Ecclesiastico desuper expectato, quamvis ibi essent præsentes duo S. R. E. Cardinales.* Anno eodem in festo B. Benedicti Abbatis, scilicet xii. Kal. Aprilis, in castro de Monteillis prope Carpentoratensem civitatem, in qua tunc *Clementinæ promulgatæ.* Curia morabatur, Clemens Papa fecit coram se in Consistorio publicari Constitutiones, quas prius fecerat ordinari: ex quibus decreverat fieri librum unum, quem (sicut vulgatum fuit) volebat septimum B Decretalium appellari, sicut fecerat sextum Bonifacius antecessor: cœpitque Clemens Papa exinde ægrotare... & sic liber ille non fuit missus ad Studia generalia, ut est moris, nec expositus communiter ad habendum; sed remanserunt Constitutiones illæ sic fere quadriennio in suspenso; donec postmodum per ejus successorem fuerunt publicatæ, & sub Bulla ad Studia generalia destinatæ.

Mors Pontificis, 14 Hic Clemens Papa sedit annis viii. mensibus x. diebus xvi. a die creationis suæ usq; in diem sui obitus computando. Obiit autem in nocte præcedenti diei sabbati subsequentis, quæ fuit xii. Kal. Maji: Pontificatus sui anno ix. anno Domini MCCCXIV. apud Roccham-Mauram, quod est Castrum Regis Franciæ super Rhodanum, in finibus Regni sui: fuitque inde portatum corpus ejus ultra Rhodanum apud Carpentoratensem civitatem, ubi Cardinales cum alia Curia residebant. Sequenti mense Augusto de Carpentorato trans- *& sepultura,* vectum fuit corpus in Vasconiam patriam suam, fuitq; sepultum, sicut elegerat, in ecclesia S. Mariæ de Uzesta diœcesis Vasatensis, ubi paulo prius Canonicos instituerat seculares, in villula minus insigni, & satis sterili & exili. Defuncto Clemente Papa, Cardinales numero xxiii. qui apud Carpentoratensem civitatem C cum alia Curia residebant, intrantes Conclave in Episcopali palatio pro electione summi Pontificis facien- *Dispersio Cardinalium,* da, cum ibidem aliquamdiu perstitissent, non valentes, suborta gravi & grandi turbatione inter familias eorumdem, ipsum circa festum S. Mariæ Magdalenę concorditer exiverunt, statuentes tempus infra quod redire deberent ad eumdem locum, ad electionem summi Pontificis celebrandam. Sed subortis multis invicem quæstionibus, quæ stylo magis relinquendæ sunt quam scribendæ, illuc minime redierunt, sed in diversis civitatibus & villis dispersi sunt, steteruntque sic divisi loco & proposito annis amplius quam duobus. *Hactenus non tam Ms. nostrum (ad signum*, nescio qua transcribentis incuria, omittens quæ ultima erant Clementis) quam Odoricus Rainaldus in Annalibus, allegato Codice Vaticano 3765. Nunc rursus ex Ms. nostro reliqua accipe.*

15 Anno Domini MCCCXIV. in Vigilia B. Andreæ, Sede Romana vacante, obiit Philippus Rex Franciæ, *Regum mortes,* anno xxx. regni, in castro de Fonte-Bliaudi; fuitq; sepultus apud S. Dionysium, cor vero ipsius apud Pusiacum in monasterio Monialium, quod ipse fundaverat dum vivebat: (cui successit in regno filius ejus Ludovicus, qui tum erat etiam Rex Navarræ). In sequenti vero D mense Aprilis, obiit uxor prima D. Ludovici Regis Franciæ, filia Ducis Burgundiæ, quæ ob crimen adulterii in privata tunc custodia tenebatur. Eodemq; anno circa Natale Domini stella cometa apparuit, cur- *Cometæ duo visi;* sum suum per noctem faciens circa polum, caudam vero suam longam nunc versus Orientem, & aliquando ad alias partes protendebat: duravitque ad finem Februarii. Paulo post apparuit alia stella cometa in parte Orientali, sed minor quam alia videbatur.

16 Anno Domini MCCCXVI. Nonis Junii obiit Ludovicus Rex Franciæ, regni sui anno ii. fuitque sepultus in ecclesia S. Dionysii, unicam filiam relinquens *Postumi Regis nativitas,* ex prima uxore; secunda vero Clementia, Domino concedente, gravida remanente & prægnante; gubernacula vero regnorum Franciæ & Navarræ, sub nomine non Regis sed Regentis, tenenda, suscepit Philippus, germanus ejus, Comes Pictaviensis; si puer masculus nasceretur, usquequo ad intelligibilem ætatem annorum xiv. pervenisset; si vero filia nasceretur, ipse Philippus Rex Francorum fieret & regnaret; & duæ filiæ Ludovici haberent & dividerent sibi regnum Navarræ & Comitatum Campa- *cito ejus morte conversa in luctum,* niæ: & hæc dicuntur fuisse pacta primo inita & firmata, quamvis postea aliter fuerit ordinatum. Post hęc ve- E ro, die xiv. mensis Novembris, Dominica die, memorata D. Clementia Regina peperit filium suum primogenitum Parisius, & Joannes vocatum est nomen ejus, in cujus nativitate multi sunt gavisi: sed gaudium cito transiit: nam vii. die a nativitate ejus obiit, abiitque regnum sibi accipere sempiternum, & regnum Francorum præfato D. Philippo remansit.

17 *Hujus historiæ auctorem licet non nominet Collector nostri Ms. non dubitavi appellare Bernardum Gui-* *Patria Clementis,* *donis, cujus fragmenta ab Oderico Raynaldo citata hic verbotenus reperiebantur, licet nondum viderim Chronicon ipsum, in quo ex Iordono supra laudato bonam partem descripsit, quantum ex similibus fragmentis cum nostro Ms. collatis colligere potui. Obiit autem Bernardus anno* MCCCXXX. *itaque non potuit pertexere totam quam ex eo dabimus sequentis Pontificatus historiam, triennio ulterius producendam. Ad Clementem quod attinet, ejus patria ab Italis scriptoribus in nostroq; Ms.* (*perperam scripta* Mihandran *vel* Micbandrau) *fuit* Vilhandraud, *haud multo plus a Vasatensi metropoli versus meridiem distans quam duobus leucis. Via autem circiter media versus Occidentem declinanti* Uzesta *occurrit, ubi ait Ciacconius adhuc videri* sepulcrum *Cle- Sepulcrum Uzestæ,* *mentis* marmoreum admirandique operis, octo colum- F nis ex jaspide pulchre efformatum. *Hoc indicio admonitus rogavi Collegii nostri Burdegalensis Rectorem P. Antonium Blanchard, ut sepulcrum illud nobis delineandum curaret. Tentavit is commendatum sibi negotium exsequi, sed ex loco pictoribus destituto aliud non potuit obtinere, quam solius tumbæ lapideæ, nigro marmore incrustatæ, accuratam dimensionem, hic subtus expressam, cum superpositæ ex albo marmore statuæ descriptione verbali, absque ulla mentione columnarum alteriusve ornatus circum vel supra ducti: cujus tumbæ altitudo (præter statuam quinque & semis pedes longam, altam unum) pedum omnino trium cum dimidio est, longitudo pedum octo & semis.*


CLEMENTIS PP. QVINTI.

A 18 *Lapidis arcam aperientis supremus & nonnihil acclinis limbus, inscribitur epitaphio, per circuitum tumbæ ducto, antiquis illius ætatis litteris, olim auro illitis, nunc ex obsoleto obscuratis, & parte una quæ fractum limbum ostendunt, ...non amplius legibilibus, unica in linea puncto post caput desuper jacentis statuæ initium sumente, verbis hujusmodi:* Hic jacet felicis recordationis Dominus Clemens Papa V. fundator ecclesiarum de Uzesta & de Vilhandraudo, qui obiit apud Rupem-Mauram Nemausensis diœcesis, die xx. Aprilis; Pontificatus sui anno IX. portatus vero ad istam ecclesiam B. Mariæ XXVII. Augusti, tunc proxime sequenti, anno Domini MCCCXIV. & sepultus die .... anno MCCCLIX.

Litigium de corpore.

19 *Nempe delatum Carpentoratensem in civitatem cadaver, dum ibidem diutius in ecclesia servatur, donec successor eligeretur, eodem fortuito incendio semiustum est, quo Conclave dissolutum fuisse intelligimus ex Jacobo Card. S Georgii in suis Annotatis ad lib. 3. de Electione Cœlestini V cap. 2. lit. q. Digressis autem Cardinalibus litigatum & est inter Canonicos Uzatenses & Carpentoratenses de corporis possessione. Quod cum prioribus ex defuncti testamento esset adjudicatum, delatum quidem Uzestam est, ut dicitur in Epitaphio: sed quod testamento mandaverat sibi fieri monumentum, non ni-*
B *si post annos XLV. (si numeri impressi non discrepant a sculptis) absolutum a Canonicis; quibus fortassis cum* D *defuncti consanguineis & heredibus, opulentissimam ejus gazam partitis, longe difficilius certamen fuerit pro sumptibus extorquendis, quam pro corpore fuerat cum Canonicis Carpentoratensibus. Ipsum vero sepulcrum quomodo anno MDLXXVII. a Calvinistis fuerit sacrilege violatum spoliatumque, & invento corpore, si ustulationem levem excipias, externa specie integro, sed mox in cineres resoluto, esse sint concremata, apud Ciacconium videri potest cum curiosis circumstantiis pluribus.*

20 *De stylo, quem* Clemens *hic tenuit in ordiendis Pontificatus annis, a die Ordinationis suæ & non aliter,* Anni Pontificii initium.
securos nos facit facta per eum translatio Stephani Episcopi Portugallensis ad Episcopatum Ulisipponensem. Talis enim translatio, non ut facta, sed ut facienda, innotuit Capitulo Portuensi anno Christi MCCCXII. *ut patet ex data supplicatione inde ad Clementem directa* III. Kal Julii Era MCCCLII. *ipsa vero translationis Bulla apud Waddingum in Regesto tom. 3. pag. 49. expedita notatur* VIII. Idus Octobris anno Pontificatus VIII. *qui pridem finitus fuisset, si a die acceptati Pontificatus fuissent anni ejusdem in Bullis numerati. Quare tum in hoc tum in aliis forte pluribus corrigendus Waddingus, qui ad annum Christi* MCCCXIII. *istam Bullam refert, ex ignorantia hujus principii.* E

CXCVIII. JOANNES XXII.

Ab anno 1316. ad 1334. an. 18. m. 3. d. 28.

JOANNES, antea Jacobus Cardinalis Episcopus Portuensis, natione Aquitanus de Caturco civitate, Lugduni electus anno MCCCXVI. VII. Augusti; coronatus ibidem V* Septembris, in Dominica; sedit annos XVIII. menses III. dies XXVIII. defunctus Avenione anno MCCCXXXIV. IV. Decembris, & ibidem sepultus in ecclesia S. Mariæ de Donis. Vacavit autem sedes dies XV,

Initium anni Pontificii a die Ordinationis.

Quod hic Pontifex annos Pontificii numeraverit a die Coronationis suæ, nihil opus est verosimile facere ex ordine quem in Registro ejus habent plures epistolæ, intra VII. *Augusti &* V. *Septembris datæ. Certius id constare potest ex ipsis ad quos earum aliquæ diriguntur, vel de quibus agunt personis. Talis est quæ ex Registri anni 1. parte 4. apud Waddingum habetur, ut ab hoc Pontifice data ante omnes quas accepit ex prioribus partibus; cum econtra sit in dicta parte 4. num 3481. atque adeo inter ultimas illius anni, data scilicet Ladislao Archiepiscopo Colocensi in Hungaria*, XVIII. Kal. Septemb. anno 1. *Hic enim non signari Augustum ejus anni quo electus ipse*
C Joannes *est, sed sequentis anni* MCCCXVII. *patet ex mentione quæ in ea Bulla fit* Raymundi bonæ memoriæ, tit. S. Potentianæ Presbyteri, *cui dum viveret negotium istius Ecclesiæ idem Pontifex commisisse ait (unde convincuntur errasse, tam qui ante quam qui post Pontificatum* Joannis *obiisse Raymundum crediderunt) maxime quia per illam ipsi dirigitur Pallium, utique non nisi a jam coronato Pontifice. Sic Bulla ejusdem Pontificis* 102. *apud Waddingum, qua* XII. Kal. Septembris anno Pontificatus VI. *ab Episcopatu Ulisipponensi transfertur ad Conchensem* Stephanus, *non potest nisi ad finem dicti anni pertinere: quia ex Roderico Acunna Archiepiscopo Ulisipponensi, scribente Annales suæ Ecclesiæ, constat, mutationem istam factam esse anno* MCCCXXII. *quando numerari debuisset* VII. Joannis, *si fuisset a die Electionis inchoandus annus.*

Afficta illi enumeratio Sanctorum Benedictinorum &c.

2 *In Bullario Casinensi pag.* 41. ex impresso *nescio quo, insigne figmentum sub hujus Pontificis nomine repetitur, sic exordiens:* EGO JOANNES XXII. extrahi feci de Sanctorum Catalogo omnes Sanctos & Prælatos monasteriaq; de Ordine sanctissimi Benedicti, qui ab ipsius tempore usque ad nostra fuerunt tempora. Invenimus autem ex Sanctissimo illius Ordine summos Pontifices viginti quatuor, Cardinales ducentos, Archiepiscopos septem millia, Episcopos quindecim millia, Abbates quindecim millia & septuaginta quatuor, quorum confirmatio spectat ad Papam: Sanctos canonizatos quinque millia quingentos & quinquaginta quinque, exceptis Martyribus... *Horum autem aliquos recensens occurrunt ii, qui* in monasterio S. Vincentii apud Montem-Cassinum a Scodra Rege Christi Martyres sunt effecti; *&* Sancti Monachi mille & septingenti & sexdecim a Rege Josaphat mortui (*an fortassis* in Iodia?) in monteque Thabor & Monasterio Lirinensi, *ubi martyrio coronatus dicitur* S. Aygulphus Abbas, cum plurimis sociis suis, & quasi innumerabilibus monachis, a Saracenis Turcisque ac Josaphat Rege. *Nomen* Josaphat *Indorum Regis, ex Joannis Damasceni libro, seu fursan apologo, acceptum* F
vix dubitem: Scodram Regem *qui Campaniam depopulatus sit, necdum alibi legi; nec ejus vestigium ullum apparet in Chronicis Cassinensibus, usque ad Anacleti Antipapæ obitum annumque* MCXXXVIII. *maxima diligentia conscriptis editisque. Pergit autem quotcunque* Ioannes *&* Monasteria, *inquit*, Ordinis ejusdem inventa sunt, Abbatiarum triginta millia, Præpositurarum quatuordecim millia, absque mulierum cœnobiis. Ut autem brevi cuncta sermone concludam, Romana Ecclesia per quingentos annos ab isto Sanctissimo recta est Ordine.

3 *Piget minutim expendere & refutare singula, quæ hoc tempore vel obiter retulisse & cavenda monuisse nimium foret, nisi identidem rudi plebi inculcarentur ab imperitis concionatoribus. Trithemius lib. 1. de viris illustribus Ordinis S. Benedicti cap. 4. istis non contentus, numerum adhuc enormius auget, dum ita scribit:* Temporibus Joannis Papæ 22. ex Annalibus summorum Pontificum & Historiis veterum, reperti sunt de Ordine S. Benedicti, tam ex Monachis sim- ab aliis enormius postea aucta.

pli-

plicibus quam ex prælatis diversarum dignitatum, Sanctorum Catalogo inseri 15559. *Needum tamen satis ed aliis: nam Gabriel Bucelinus, in præfatione ad Menelogium Benedictinum*, Canonizatorum Ordinis a nonnullis istarum rerum peritioribus quinquaginta quinque millia & septingentos numerari, *ait. Habeant illi sibi peritiam suam: mihi placet moderatissimi ac religiosissimi scriptoris Ioannis Mabilionis sententia, in Præfatione ad tom. 2. Actorum suorum sic scribentis.* Quid attinet ementitos & fictitios Ordini Benedictino affingere honores, eum sun satis superque splendore illustretur? Næ illi ignavam & otiosam familiæ suæ expendunt operam, qui ejus decora immodicis efferunt elogiis: nec tantum perficere in ejus injuriam possent injusti contemptores aut vituperatores, quantum laudatores nimii & præcipites, qui dum laudibus sine delectu student, & vera falsis immiscent, etiam veritatem in discrimen adducunt; contingitque illis, ut nec vera dicentibus credatur. *Utinam vero, quem isti comminiscuntur*, Sanctorum Catalogus Annalesque Pontificum *revera unquam scripti fuissent, & in Romanæ Ecclesiæ Archivis repositi! quantam historiæ lucem attulissent illi! quoties ab antiquis scriptoribus allegati fuissent! quanto labori nobis atque aliis parcendum foret!*

Vita unde sumpta.

4 *Bernardus Guidonis, anno* MCCCXXXI. *vita functus, non potuit totam hujus Pontificatus historiam absolvere: eam tamen ex Ms. damus quatenus habere possumus; reliquam partem suppleturi ex Historia ecclesiastica Ptolomæi Lucensis, quæ similiter Ms. servatur Romæ in Bibliotheca Vaticana; unde jam alibi dedimus narrationem de* S. Cælestino Papa V. *& unde etiam ipsius Bernardi verbis interferemus aliqua, [] dignoscenda. Imago ejusdem apud Cavallerium multa vetustatis signa præfert: sed an vere ipsius sit, & non potius alterius anterioris, dubitare facit simplex tiara coronamentum, quod a seculi* XIV. *initio & prius esperat esse duplex.*

ACTA HUIUS PAPATUS.

Ex Mss. Bernardi Guidonis & Ptolomæi Lucensis, coævorum.

Cardinales conclavi pia fraude inclusi,

IOannes XXII. de Catureo civitate oriundus, ex patre Arnaldo, fuit electus in summum Pontificem VII. Idus Augusti, in Sabbato, anno Domini MCCCXVI. Lugduni, in conventu Fratrum Prædicatorum, ubi Cardinales erant XXIII. numero (postquam ad Carpentoratum civitatem, ob gravem turbationem commotam, a conclavi, quod prius intraverant, exeuntes discesserant, & dispersi in diversis civitatibus & villis steterant annis amplius quam duobus) tandem congregati fuerunt & inclusi, diligentia & ingenio Philippi tunc Comitis Pictaviensis, germani Regis Franciæ Ludovici, cui successit in regno Francorum: qui ad hoc antea anno fere dimidio laboraverat multis modis, cum non possent in unum locum alias congregari. Et quadragesimo die ab inclusione ipsorum, quæ facta fuit in Vigilia Apostolorum Petri & Pauli, ipsis tamen quod includi deberent nescientibus pariter & invitis; tandem tractatu præhabito, in præfatum D. Joannem omnes consenserunt. Erat autem Cardinalis Episcopus Portuensis, & Jacobus vocabatur: sed Joannes inde vocatum est nomen ejus, fuitque coronatus Nonis Septembris, in Dominica prima ejusdem mensis, Lugduni in ecclesia majori. Lugduno vero circa finem mensis prędicti in Sabbato, recedens, venit Avenionem II. die Octobris in sabbato, ubi Curiam suam fecit prius publice proclamari. (Primo anno fecit unam ordinationem octo Cardinalium apud Avenionem XVI. Kal. Januarii.

eredit hunc aliquando qui coronatus,

Dissert. Tom. II.

Canonizat S. Ludovici Tolos. Ep.

2 Ipse canonizavit & Catalogo sanctorum Confessorum annotavit Ludovicum Episcopum Tolosanum, filium quondam Caroli II. Siciliæ Regis, VII. Idus Aprilis, anno Domini MCCCXVII. (quia ejus fuit magister, ex continua conversatione cum eo de ipsius sanctitate certior; puta quod ejus gesta & acta vie subtilis & indagaos, & oculis vidit & experientiæ manu contrectavit). Item deposuit a Pontificali ordine & dignitate Episcopum Caturcensem, Hugonem Geraldi, ablatis ab eodem omnibus Pontificalibus insigniis, videlicet annulo, mitra, & cappa, cum Romana camisia & bireto; sicque relictus primo in simplici habitu Clericali, fuit adjudicatus perpetuo carceri IIII. die Maji apud Avenionem. postmodum vero extitit, in forma a Jure tradita, actualiter degradatus per Cardinalem Episcopum Tusculanum: sicque degradatus fuit traditus Curiæ seculari, per cujus judicium fuit tractus publice, & in aliqua parte excoriatus, & demum combustus in mense Julii: quia, sicut dictum fuit, in mortem summi Pontificis fuit machinatus. (Eodem anno ad titulum S. Eustachii promovit D. Arnoldum de Via, suum ex sorore nepotem.)

deponit Episcopum Caturcensem,

Tolosanam Ecclesiam Archiepiscopalem facit,

3 Eodem anno, tam in Julio quam Augusto, Cathedralem S. Stephani ecclesiam Tolosanam erexit in Archiepiscopalem Sedem, (constituens) D. Joannem de Convenis, quem transtulit de Magalonensi Sede, in novam Metropolim Tolosanam. Episcopus vero Tolosanus sine Episcopatu remansit, cui postmodum de Regiensi Episcopatu idem Dominus Papa providit, quem noluit acceptare: diœcesim vero Tolosanam, quę in redditibus Episcopalibus plurimum abundabat, in sex Episcopatus divisit, quorum Episcopi sunt Suffraganei Tolosani sex: villasque in novas civitates erexit; videlicet villam de Rivis, villam & Abbatiam de Lomberis, villam de S. Papulo, villam de Vabro, villam de Mirapice, Episcopos ac Episcopales Sedes constituens in singulis earumdem: fueruntq; consequenter, jussu & ordinatione summi Pontificis, diœceses certis terminis limitatæ. Item in Archiepiscopatu Narbonensi duos Episcopatus fieri ordinavit in eodem, sed paulo post Sedem inde transtulit ad Abbatiam de Electo; & secundum Episcopatum instituit infra annum, & sic Sedem ejus posuit in Abbatia S. Pontii: fueruntque limitatæ consequenter diœses.

ejusq; diœceses dividit,

item plures novos Episcopatus instituit,

4 Item Episcopatum Albiensem divisit in duos, Episcopalem Sedem instituens in Abbatia Monachorum apud Castras, villam Castrensem in novam erigens civitatem. Item Episcopatum Agennensem divisit in duos; villamque Condomensem in novam erigens civitatem, Episcopalem Sedem posuit in Abbatia S. Petri de Condomo. fuitque consequenter diœcesis limitata. Item in Episcoparu Lemovicensi alium ordinavit fieri Episcopum, Sedemq; Episcopalem posuit in Abbatia Tutellensi; novam ibidem erigens civitatem. In Episcopatu Petragoricensi in villa de Sarlain, modo consimili novam ibi erigens civitatem, in Abbatia instituit novam Sedem. Item in Episcopatu Claremontensi, in Villa S. Flori novam erigens civitatem, similiter instituit novam Sedem. Item in Ruthenensi Episcopatu alium ordinavit, Sedemque ejus posuit in Abbatia & villa de Vabro, eamdem erigens in novam civitatem. Item in Episcopatu Pictavensi duos Episcopatus alios instituit, Sedem propriam & diœcesim cuilibet designando: in Abbatia siquidem de Malesio Sedem esse constituit, & Malleacensis diœcesis appellatur: in villa vero de Lucione in Abbatia Sedem posuit, & inde Lucionensis diœcesis dicitur. Item in nonnullis villis de Tolosano, Carcacessio, Albigesio, & alibi, fecit & instituit ecclesias Canonicorum secularium cum Dignitatibus & Præbendis, congruis redditibus singulis ecclesiis assignatis.

& Canonicatus,

A *multa utiliter declarat & ordinat.* 5 Item in Pontificatus sui anno ii. sub anno Domini MCCCXVII. edidit declarationem rationabilem, cujus tenor incipit, Sedes Apostolica, ad dubitationis scrupulum amovendum, quid sit censendum & tenendum quoad beneficia vacatura, per litteras Apostolicas impetrata, in memoratis diœcesibus prius integris ac postmodum subdivisis; ac etiam quoad litteras Apostolicas, justitiam continentes in eisdem diœcesibus impetratas. Item edidit salubre statutum, cujus tenor incipit, Suscepti regiminis, circa perceptionem fructuum primi vel secundi vel etiam alterius cujuscumque sequentis anni Beneficiorum vacantium, rationabili moderamine dividendam inter illos quibus dudum de consuetudine, privilegio, vel statuto applicabantur in totum, & illos qui Beneficia ipsa obtinent, ad quos alias de jure fructus ipsi spectare deberent; ut tam hi quam illi in fructuum perceptione participent, & ecclesiæ debitis servitiis non fraudentur. Item edidit sacram Constitutionem, cujus tenor incipit, Execrabilis quorumdam, contra execrabilem consuetudinem habendi ab uno in diversis ecclesiis & partibus plures Dignitates, Personatus, Officia seu Primatus aut diversa Beneficia ecclesiastica curam habentia animarum, per quam talium ambitio & cupido insatiabilis debito moderamine regulatur, & affrænata multitudo Statuto salubri refrænatur. B

Clementinas evulgat, 6 Item anno eodem Domini MCCCXVII. mense Novembri, fecit publicari, & sub Bulla sua ad generalia Studia destinari Constitutiones, quas D. Clemens prædecessor suus fecerat, tam in Viennensi Concilio quam ante & post, quæ nondum fuerant ad generalia Studia destinatæ, sed usq; tunc fuerant in suspenso Anno eodem, post gravem dissensionem quæ fuerat in Ordine Grandimontensi, dictum Ordinem reformavit, & plura utilia ad conservationem & bonum regimen dicti Ordinis instituit & ordinavit; ipsamque domum Grandimontensem, quæ totius Ordinis noscitur esse caput, & quæ sub Priore & Prioratus nomine (sine) Abbatis electione ab initio regebatur, Abbatis dignitate & Abbatiæ nomine voluit insigniri; & quod Abbatis electio ad Conventum pertineat. *Grandimontenses componit.*

ordinat Episcopatus in Aragonia. 7 Anno Domini MCCCXVIII. in mense Augusti, idem Joannes Papa Archiepiscopatum Tarraconensem, unicum in regno Aragoniæ, divisit, & constituit in eo duas esse Episcopales Sedes; Cæsaraugustam in Archiepiscopalem Sedem erigens, pro secundo vero sibi Suffraganeis Episcopis designatis ex illis undecim, quos prius Tarraconensis Metropolia obtinebat, sex tantum Suffraganeis illi reservatis.

Instituit Milites J.C. 8 Anno Domini MCCCXIX. pridie Idus Martii, idem Dominus Papa instituit novum Ordinem Militum, qui dicerentur de Militia Jesu Christi, in regnis Portugalliæ & Algarbii, ad resistendum in illis partibus Sarracenis, pro defensione fidei & Christianorum, prout faciunt in partibus Rhodi Milites de Hospitali S. Joannis Hierosolymitani; principalis vero eorum Sedes est apud Sendanum, in Castro marino Silvensis diœcesis, quod Castrum-marinum datum eis fuit per Regem Portugalliæ ad continuam residentiam; eisque Dominus Papa concessit & donavit etiam bona quæ Templarii possidebant in jam dictis regnis Portugalliæ & Algarbii, Rege Portugalliæ consentiente. Voluitque quod iste Ordo & Milites illius possent visitari, corrigi, & puniri per Abbatem monasterii de Alcobatia, Cisterciensis Ordinis diœcesis Ulixbonensis. Juramentum vero præstiterunt Regi Portugalliæ ac prædicto Abbati, ac in futurum præstare debent, prout ista & alia plura latius continentur in litteris Apostolicis super hoc confectis. Item eodem anno veterem Abbatiam Montis-Cassini S. Benedicti Abbatis in Episcopalem Sedem erexit, eidem de primo Episcopo suo tempore provisurus.

9 Anno Domini MCCCXX. Kalendis Maji, apud Avenionem canonizavit & sanctorum Confessorum Catalogo annotavit S. Thomam Herfordensem Episcopum, a transitu ejus anno XXXVIII. qui fuit vir nobilis genere, nobiliorque vita & moribus, præditus scientia & doctrina, Doctor in Decretis & Magister in Theologia [miraculis claruit, ita ut etiam mortuum suscitaverit]. Item eodem anno in mense Majo, fuit pax & concordia reformata Parisius, inter Regem Franciæ Philippum ex una parte, & Robertum seniorem Comitem & Civitates Flandriæ ex altera Comes Flandriæ homagium Regi personaliter (præstitit), & Civitates per procuratores idoneos, interveniente, pro majori fœdere, matrimonio filiæ Regis nomine Margaretæ, vix octennis, cum Ludovico primogenito Ludovici Comitis Nivernensis, filii primogeniti præfati Comitis Flandriæ senioris, in pactis inter cetera hoc adjecto, quod præfatus Ludovicus, primitus genitus Comitis Nivernensis, debeat succedere in Comitatum Flandriæ: nuptiæque celebratæ fuerunt Parisius in sequenti mense Julii; guerra vero, non sine magna sanguinis effusione, ac damnis & jacturis corporum & provinciarum permaximis, per annos plusquam viginti exarserat. Ad executiones hujusmodi pacis non modicum laboravit D. Anselmus, Presbyter Cardinalis: qui ad illas partes hac de causa per præfatum Dominum Papam missus fuerat. D *Canonizat S. Thomam Herford.* *Pax firmata inter R. Franciæ & Comit. Flandriæ.* E

10 Eodem anno Domini MCCCXX. nova quædam pestis exorta est in regno Franciæ (& similis reperitur in Chronicis jam elapsis annis LXX. contigisse) quæ ideo futuris temporibus scribitur memoranda, ut ex eventu præteritorum malorum pericula similia a posteris evitentur. Subito surrexit quædam congregatio hominum simplicium promiscui sexus, qui se Pastorellos vocare cœperunt, confitentes se zelum habere & animum transfretandi ad recipiendam Terram sanctam, nullum habentes super se Ducem aut Principem, nec aliquem navigii apparatum Crescebantq; numero, & multiplicabantur quotidie paulatim; addebanturque ad illos inopes & alias vagi, viri & mulieres, velamen quærentes militiæ libertatem: euntesque ibant de loco in locum, petentes sibi præstari subsidium, sub specie pietatis, arte & genere mendicandi. Et dabantur eis victualia abundanter, intonuitque rumor eorum in toto regno Franciæ: & alibi extra Regnum: quibus favor populi non modicum præbuit incentivum, non dijudicans neque prævidens pericula, quæ in futurum contingere poterant; dicentibus simplicibus rem a Deo fieri, ut per eos excitaretur & promoveretur fieri generale Passagium transmarinum. *Pastorellorum origo, institutum* F

11 Videntes autem Pastorelli turbam suam crescere quotidie & augeri .... fueruntque inter eos nonnulli in malitia & astutia acriores: & ut eorum favor amplius cresceret in populo, & zelus aliqualiter appareret, communem fecerunt vocem, ut omnes Judæi, ubicumque reperirentur, qui nollent baptizari, interficerentur ab eis, nullo alio judicio præeunte, quod & opere compleverunt. Perquirentes autem Judæos in civitatibus, villis & castellis, nolentes baptizari absque omni judicio trucidabant, bona eorum surripientes & suis usibus applicantes. Factaque est strages Judæorum magna ab eis in regno Franciæ, & specialiter in provincia Burdegalensi & partibus Vasconiæ, in provincia Tolosana & in diœcesi Caturciensi & Albiensi; crevit enim in pejus eorum numerus & dementia, quod etiam Communitatibus villarum & castrorum, & præsidentibus in eisdem, etiam Principibus & Prælatis divitibusque, terrorem incusserunt. Castrum quoque Verdum-Regia in diœcesi Tolosana, in quo Judæi confugerant, ut eos inde extraherent, obsidebant; & in ipsa civitate Tolosana *furor contra Judæos,*

suam

A suam væsaniam savente vulgo exercentes, Judæos una die subito trucidarunt, Regalis Curiæ & Consulum potentia non obstante. In ipsa quoque civitate Parisiensi signa suæ dementiæ erigentes, Præposito Parisiensi & servientibus Regalis Curiæ publice restiterunt, nec ab inceptis audacibus destiterunt.

ac denique insolentia ubique formidata,

12 Sicque proficientes in pejus, videntes nomen suum esse majoribus ad terrorem, & favorem sibi a pluribus etiam personis gravibus exhiberi; amplius in malitia gloriantes, & mala malis accumulantes, profugi & latrunculi additi sunt ad eos; & facta est turba, turbans pariter & turbata, ita ut auderent invadere & prædari. Cœperunt autem vix tandem Præsidentes & Rectores Communitatum & locorum eis vias præcludere, & obsistere, & fortalitia contra eos claudere & munire. Sed nisi prudentia & potentia majorum obstitissent, procedebant versus Romanam Curiam apud Avenionem, ubi eorum fama per infamiam apud Domnum Papam & Cardinales advenerat, & a Prælatis & majoribus eorum insania timebatur plurimum;

& tandem repressa

B quia ubicumque venirent habebant fautores plurimos, qui rem a Deo fieri credebant aut se credere simulabant. Fuitque decretum postmodum per nonnullos ex eis, quod in Clerum & Religiosos, habentes divitias, insurgere & eorum bona surripere disponebant: sed præclusa est via eorum malitiæ ipso tempore autumnali, nec potuerunt ultra Carcassonam progredi, ubi capti fuerunt plurimi & suspendio elevati. Et deinde in territorio Tolosano plures capti sunt & suspensi, & alii aufugerunt & dispersi sunt, non compuncti: qui quasi in momento quasi cucurbita exorti sunt, sed ad solis radios arente radice aruerunt, & tamquam fumus evanuerunt.

Leprosorum conspiratio detecta.

13 Anno Domini MCCCXXI. agente Auctore & amatore salutis humanæ, fuit detecta ac deprehensa concepta nequitia leprosorum, qua contra sanos conspiraverant; videlicet omnes aquas, tam fluviorum quam fontium & puteorum, disposuerant pulveribus infectis & venenosis inficere, ut omnes sani aut leprosi efficerentur aut morerentur, & sic efficerentur domini totius Franciæ: sicque inter eos dividebant locorum dominationes, & sibi imposuerunt nomina Potentum, Comitum & Baronum, prout unicuique distributum erat inter eos dominium, si id quod conceperant eveniret.

& punita,

Fuerunt capti complures, qui confessi malitiam suam, præceptores & majores hujusmodi sceleris publice sunt combusti: C alii vero in civitatibus, villis & castris, quotquot reperti sunt complices & culpabiles nequissimæ factionis, tam homines quam mulieres, in domibus suis conclusi cum omnibus rebus suis, fuerunt ignibus appositis a populo in pluribus locis absque alio judicio concremati. Tandem maturiori consideratione præhabita, reliqui omnes, qui superstites remanserunt & non fuerunt inventi culpabiles, reclusi sunt in locis ex quibus numquam egrederentur, sed ibi degerent & tabescerent perpetuo, ne possent nocere ac multiplicari, viris a mulieribus penitus separatis.

Minorita compesciti.

14 Anno Domini MCCCXXII. apud Avenionem, D. Joannes Papa prædictus sententiam excommunicationis, dudum latam per D. Nicolaum III. contra quoscumque glossantes vel exponentes Constitutionem aliquam per ipsum editam super Regula Fratrum Minorum, quæ Constitutio incipit. Exiit qui seminat; ac contra determinantes in scholis seu prædicantes contra contenta in Constitutione prædicta, (confirmavit.)

Canonizatio S. Thomæ de Aqu.

15 Anno Domini MCCCXXIII. apud Avenionem Papa Joannes canonizavit, & Catalogo Sanctorum annotavit, S. Thomam de Aquino Ordinis Prædicatorum, a felici ejus transitu de hoc mundo anno quinquagesimo decurrente. Hic siquidem fuit Doctor Ecclesiæ eximius, & multa notabilia & utilia scripsit in D fide Catholica: nobilibusque ortus natalibus, videlicet de prosapia Comitum de Aquino, vita, moribus & scientia præclarus, miraculis plurimis coruscavit, prout in Legenda vitæ suæ sanctæ latius continetur & scribitur.

Quæstio de Paupertate Christi & Apostolorū.

16 Item eodem anno pridie Idus Novembris, concertationi quorumdam, asserentium quod Christus & ejus Apostoli nihil habuerunt in speciali vel etiam in communi, finem imponens, ad perpetuam rei memoriam perpetuo declaravit edicto, quod inposterum pertinaciter affirmare, Christum & ejus Apostolos nihil habuisse in speciali nec in communi, hæreticum sit censendum; assertionemque hujusmodi pertinacem, deinceps esse erroneam & hæreticam definivit; cum Scriptura sacra contradicat, quæ in plerisque locis ipsos nonnulla habuisse testatur. Item pertinaciter affirmare, quod Christo ejusque Apostolis, in his quæ ipsos habuisse Scriptura testatur, nequaquam jus utendi competierat, nec illa vendendi nec donandi jus habuerint, aut ex ipsis alia acquirendi deinceps, fuerit erroneum & hæreticum declaravit: cum Scri- E ptura sacra testetur ipsos præmissa fecisse, (& fecisse) facere potuisse supponat; (econtra vero) talis assertio, usum eorumque in præmissis suis evidenter concludat fuisse non justum, quod utique de Salvatore nostro sentire nefas est, & Scripturæ sacræ contrarium, & doctrinæ Catholicæ inimicum: prædictamque definitionem seu Bullam ad omnia Studia generalia destinavit.

libri duo pestilentes damnati.

17 Anno Domini MCCCXXV. idem Domnus Papa reprobavit & finaliter condemnavit in publico Consistorio quamdam pestiferam Postillam, quam Fr. Petrus Joannis, olim Ordinis Fratrum Minorum, de Serviliaco diœcesis Biterriensis, fecerat super librum Apocalypsis Joannis, tamquam continentem hæreticum & pestiferum dogma, contra unitatem Ecclesiæ Catholicæ & potestatem summi Pontificis Romani & Sedis Apostolicæ. Continebat enim plures articulos erroneos & hæreticos (Postilla ista): ex qua sumebat originem & fomentum secta quædam pestifera illorum, qui Beguini sunt vulgariter appellati, qui se Fratres pauperes de tertio Ordine S. Francisci communiter nominabant: ex quibus fuerant plurimi, per judicium Prælatorum & Inquisitorum hæreticæ pravitatis tamquam hæretici condemnati, & relicti Curiæ secularis judicio, & combusti in diversis locis. Hic Papa Joannes plures Constitutiones edidit, utiles & salubres. F

Petrus de Corbario a Ludovico Antipapa factus.

18 Hic quoque contra Ludovicum Ducem Bavariæ, qui se pro Imperatore gerebat, multos fecit processus per temporum debita intervalla, quibus duxit comperendinare. Sed (Ludovicus), pravo usus consilio, contra summum Pontificem Vicarium D. N. Jesu Christi, & contra Ecclesiæ unitatem & Sedem Apostolicam, multipliciter & barbare se erexit: & quemdam pseudo-antipapam Romæ fieri fecit; dictum Fr. Petrum de Corbario Ordinis Fratrum Minorum, anno Domini MCCCXXVIII. qui scindere orsus est & adhuc hodie nititur Ecclesiæ unitatem & tunicam inconsutilem D. N. Jesu Christi, utpote membrum Antichristi. Et quoniam adhuc debacchatur in pejus, et necdum venit finis malorum ipsorum, in præsenti latius scribere distulimus longiorem narrationis seriem, suo post tempore scribendam. *Ita Bernardus Guidonis, anno* MCCCXXXI. XIII. *Decembris vita functus, ut habent Sammarthani in Episcopis Lodovensibus, inter quos locum tenere cœperat jam inde ab anno* MCCCXXIV. *Oportet tamen ut ille desierit scribere duobus circiter annis ante mortem, quandoquidem desinente eo adhuc Ecclesiam turbabat Pseudo-papa, quem constat anno* MCCCXXX. *hæresim & schisma ejurasse.*

Hic finis Bern. Guidonis.

Errore in Ptolomai Lucen. historia Ms.

A *raffe. Reliqua Pontificatus Acta dare potest Historia Ecclesiastica Ptolomai Lucensis, an Ms. allegata ab Oderico Raynaldo: licet enim illius breviores Annales, qui habentur in editione Lugdunensi, ultra annum* MCCCII. *non pertingant, longius tamen producta historia est, scilicet usque ad annum* MCCCXXXVIII. *unde finem* Joannis *hujus accipe.*

Joannes Passagium prædicat eoque destinat decimas,

19 Anno autem Domini MCCCXXXIII. septimo Kalendas Augusti, in publico Consistorio, quod habuit Joannes Papa apud Avenionem in palatio suo, ad petitionem Philippi Regis Francorum, Passagium generale prædicavit, constituendo eum ducem illius exercitus: & decimas Regni sui sibi per sex annos concessit, in subsidium Terræ-sanctæ & Passagii prædicti. Ecclesiæ autem Romanæ per sex annos decimas universalis Ecclesiæ reservavit similiter pro Passagio, quod incipiendum disposuit a Kalendis Augusti per tres annos proxime subsequentes. In prædicto etiam Consistorio Petrus Archiepiscopus Rotomagensis, & Joannes Episcopus Morinensis, & Decanus Parisiensis, & Henricus Miles dictus de Algoria, habentes procuratorium sufficiens, in animam prædicti Regis juraverunt, quod iret in propria persona vel filius B suus Rex Joannes, si causa legitima patrem impediret quod Passagium prædictum perficere non posset, & quod decimas prædictas, sibi per sex annos concessas, in alios usus non converteret, quam in subsidium Terræ-sanctæ, quam personaliter visitare juravit per Procuratores prædictos, ut supra est prælibatum. Eodem etiam anno cœpit movere quæstionem de Visione, in qua sibi Rex Francorum & Studium Parisiense restiterunt, una cum Magistris Theologiæ. Verum Papa tunc motus, in Consistorio fuit (protestatus), quod in prædicta quæstione nihil definiendo, sed recitando dixerat: & quod paratus esset revocare, si quæ erronea dixisset. Et plures Auctores pro & contra collegerat, quos fecit tunc legi in Consistorio quinque diebus, in anno Domini MCCCXXXIV. a festo Innocentium usque ad Epiphaniam Domini, & conclusit ut supra.

movet quæstionem de Visione beatifica,

tractat de novo Imperatore eligendo,

20 Eodem anno MCCCXXXIV. circa Quadragesimam, incepit tractare cum septem Cardinalibus, ex procuratione Regis Bohemiæ, quod Ludovicus, qui se Imperatorem intitulabat, deberet cedere; & quidam Henricus Dux Bavariæ, consanguineus prædicti Ludovici, deberet eligi in Regem & promoveri ad Imperium: quod tamen fuit contra Regem Robertum, qui ex hoc cœpit Papæ indignari: cui Rex Hungariæ favit cum Gibellinis tyrannis, qui jura Imperii C usurpabant; & cum Guelfis, maxime Florentinis, qui super hoc impediendo suos ambasciatores, una cum ambasciatoribus Regis Roberti & Regis Hungariæ, ad Papam Joannem direxerunt, ne ipse creationi novi Imperatoris consentiret. Rex autem Francorum, una cum Joanne Rege Bohemiæ, laborabat ut eligeretur Henricus Dux Bavariæ, in Imperatorem promovendus.

communicaturus Diaconu suum, amittit Hostiam:

21 Item eodem anno Domini MCCCXXXIV. in Vigilia Paschæ, dum Papa Joannes Officium celebrasset, & Communione facta vellet unum Cardinalem Diaconum, qui sibi ministraverat, communicare, Dominum scilicet Jacobum Gaytani; cum porrigeret sibi partem Hostiæ, & crederet se ori ejus imposuisse; ille respondit se nihil percepisse, & ideo per horam quæsita est pars illa hinc inde in sede Papæ ubi steterat: & tandem fuit inventa in plica casulæ Papalis, & data prædicto Cardinali. Officio autem finito, Papa dixit, se visibiliter vidisse quod Corpus Domini de manibus suis descendendo disparuit, & casulam videre non poterat ubi se reseravit: & Papa hoc pro miraculo habuit: & factum est hoc XVIII. anno Pontificatus sui.

22 Illo etiam anno, in Septimana sancta, expulsus fuit Dominus Ostiensis Episcopus Cardinalis de Bononia, & amissis quasi omnibus reversus fuit in festo Pentecostes. Reversus fuit etiam D. Joannes Gaytani Diaconus Cardinalis, post mortem Joannis Papæ & ante electionem Papæ Benedicti XII. qui fuit Legatus in Tusciam: & similiter ibi nihil profecit: sed ambo infinitum thesaurum expenderunt, & vacui recesserunt. Item prædictus Pontifex Dominus Joannes instituit, quod festum Trinitatis solenniter celebrari deberet singulis annis, Dominica post festum Pentecostes, licet Romana Ecclesia hoc festum antea singulari Officio non consuevit celebrare, ut estat de Feriis. Instituit etiam ut post Orationem Dominicam, in Canone Missæ, in sua capella flexis genibus Sacerdos dicat Psalmum, Lætatus sum, cum aliquibus etiam certis Collectis, contra hostes Ecclesiæ. Et hoc etiam non fuit de antiqua consuetudine, quæ prohibet Dominicis diebus fieri publice genuflexionem, ut in Decretis patet. D

mittit frustra Legatos in Italiam,

instituit festum Trinitatis,

& preces contra hostes Ecclesiæ

23 Anno autem Domini prædicto MCCCXXXIV. cum Papa Joannes duabus arduis causis valde diligenter intenderet, scilicet creationi Imperatoris novi, in quo facto Rex Philippus Francorum, & Joannes Rex E Bohemiæ filius Henrici Imperatoris sibi multum favebant; & determinationi quæstionis Visionis, an scilicet Sancti in patria haberent visionem essentiæ divinæ; & dum prædictis & aliis causis solicitus intenderet, & IV. Nonas Decembris Consistorium mandasset, ut aliquas provisiones quibusdam faceret, in nocte præcedente Nonis prædictis, post primum galli cantum, invasit eum morbus. Et omisso sic Consistorio, illa die IV. Nonas Decembris nihil fecit: sed III Nonas die sequenti post Vesperas, fecit vocari omnes Cardinales qui erant in Avenione. Hoc dico propter Joannem Gajetani, qui non erat præsens tunc in civitate; & propter D. Napoleonem Romanum Diaconum Cardinalem, qui erat in Cardinalibus antiquior omnibus Cardinalibus; qui licet in civitate esset & vocatus per Papam, ipse tamen noluit venire, nec interesse exequiis nec testamento Papæ. Et præsumitur quod id ex eo fecerit, quia Papa in sua electione, quæ apud Lugdunum celebrata fuit, juravit se numquam ascensurum equum vel mulum, nisi iret Romam: quod & servavit: quia navigio ivit usque Avenionem, & pedes ascendit palatium, de quo postea, nisi intrando Ecclesiam Majorem quæ F contigua palatio est, non exivit; & sic suum sacramentum servavit, quia post sacramentum præstitum, sicut fecit, numquam equitavit: unde prædictus Cardinalis sibi non favit. Sed Papa nihilominus coram aliis Cardinalibus disposuit rite & legitime testamentum suum, recommendans sanctam Ecclesiam & Nepotes suos Cardinalibus. Et sic II. Nonas Decembris, post auditam Missam in aurora diei, & Communione percepta, orando migravit ad Dominum de hoc seculo, hora III. & Dominica die, quæ erat tunc II. Nonas Decembris. Sepultus est autem in ecclesia Cathedrali Avenione Nonis Decembris. Sedit autem annis XVIII. mensibus IV. minus duobus diebus & vacavit Sedes XVII. diebus (*ubi ipse dies mortis & dies electionis secuta vacationi adnumerantur*) sed XIII. Kal. Januarii elegerunt Cardinales, ut infra sequetur.

Ejusdem arduis negotiis intenti,

morbus & obitus,

post conditum coram Cardinalibus testamentum.

24 *Hujus tam diuturni Pontificatus ut negotia plurima, sic numerosæ fuerunt Epistolæ & Bullæ, a Joanne, vel per seipsum dictatæ, vel ab aliis sub ejus nomine compositæ, stylo qui eruditissimum Pontificem decebat gravi, concinno, & magis fere quam ea tempora ferebant Latino. Harum vel paucas qui legerit attentius, nequaquam hæsitabit in repudiandis quibusdam barbaræ omnino striblignis scriptis, quæ magno cum strepitu jactantur defensanturque a certis homi-*

epistolarum ejus elegantia.

A *minibus, promovendæ pietatis zelo motis fortasse, nonnihil tamen etiam spectantibus, ut quosdam apud se prajudicatas opiniones sublimioris cujusdam aucteritatis testimonio fulciant, quibus cum satis ab aliis scriptoribus responsum sit, non est quod actum agere hic velim: nam iidem pari argumentorum soliditate discusserunt prætensas confirmationes quorumdam Pontificum, quoad Indulgentias illis scriptis contentas, quibus confirmationibus hoc solum effectum dici potest, ut tales Indulgentia tam vere nunc habeantur, ac si a* Joanne *data fuissent, non autem ut eas hic reipsa dederit. Singularis vere illa erga Deiparam Virginem devotio, cui promovendæ talia scripta subservire volunt, creditur adeo multis miraculis divinitus confirmata, tantaque fidelium approbatione est recepta, ut præsidiis tam incerta, aut potius nullius fidei, omnino non indigeat.*

Avenionensis Ecclesia initia,


25 *De ecclesia Cathedrali Avenionensi vulgo* S. Mariæ des Doms *dicta (quod Latine rectius fortassis* de Dumis *vel* Dominorum *quam* de Donis *redderetur) in qua sepultus* Joannes *fuit, multis agit in Historia Chronologica Præsulum Avenionensium Franciscus Nouguier, deque ejus origine, ex Bulla quadam Sixti IV.* B *anno* MCCCCLXXV. *refert hæc verba.* Cum itaque, sicut accapimus, Ecclesia Avenionensis Ordinis S. Augustini (*siquidem Canonicorum Regularium tunc erat, quos anno post quinto idem* Sixtus *a votis religiosis absolutos secularizari permisit*) quæ inter ceteras Cathedrales Ecclesias illarum partium claret, a B. Martha, Jesu Christi Hospita, ad laudem ejus & gloriosæ Virginis (primum extructa) manu Dei (ut fama est & antiquorum habet relatio, & aliquorum Romanorum Pontificum litteræ attestantur) consecrata extitit. *Non existimo quemquam esse, qui hujusmodi factis, ficat ea hic a* Sixto *asseruntur, & asserta dicuntur a decessoribus ejus aliis, putet indubitatam fidem adhibendam; quique velit ab ista Avenionensium traditione, undequaque incertissima (quod probare alterius loci ac temporis est) consequentiam duci ad similes alias, simili occasione aut modo, ab eodem* Sixto IV. *aliisve Romanis Pontificibus, attestatas. Nam ex talibus aliud ad quæstionem facti sequitur nihil, quam* Sixti *ætate (dum nimis quam enormiter neglectæ jacebant bonæ litteræ, & sacrarum historiarum studia) ejusmodi narratiunculas, nemine illas discutiente, fidem habuisse majorem, quam hodie impetrarent a viris eruditis; aut saltem auditas patientius, & indulgen-* C *tius fuisse etiam a Pontificibus Romanis receptas, quam nunc audirentur reciperenturque, si proponerentur contradictorio judicio ventilanda.*

ex traditione vulgari ad S. Martham relata

ibi Joannis XX. monumentum pulcrum.

26 *In ista porro, a quocumque primum condita & consecrata Ecclesia, recentiori certe opere a seculis non ita multis instaurato, jacet* Joannes in pulchro illo & superbo monumento, *ut ait præcitatus Nouguier,* quod cernitur intra capellam, hodie dictam S. Josephi prope sacristiam. *Est illud altum palmos triginta quinque cum dimidio, latum sexdecim, profundum sex: & jacentis quidem Pontificis statua ex candido marmore elaborata, reliquus ornatus partim saxei partim plastici est operis, juxta formam hic expressam. Juxta appensum legitur compendium Actorum, recentiore opere, æque ac aliud Benedicti XII. de quo infra, compositum, tenoris hujusmodi:* Hoc in Mausolæo inhumatum fuit corpus felicis memoriæ Joannis XXII. Pontificis Maximi, qui ante Pontificatum vo-

& elogium vitæ, per-Jam.



D

cabatur Jacobus de Ossa Caturcensis, ex Episcopatu Foro juliensi, in Avenionensi, a Clemente quinto Cardinalis vocatus anno 1312. ac demum Papa ad 7.* Kal. Aug. anno 1316. Avenionem e Lugduno, ubi coronationis insignia suscepit, Sedem Romanam transtulit, & in eadem urbe per decem & octo annos & aliquot menses commoratus est. Vir fuit firma corporis valetudine, parvus corpore, sed ingenio magnus & acer, doctrina & prudentia insignis, magnarum rerum appetens, & juris Ecclesiastici defensor acerrimus. Ludovicum Bavarum Imperatorem, jura ecclesiastica invadentem, excommunicavit, eumque contumacem absolvere noluit. Petrum de Corbaria F Pseudopontificem, ab eodem Imperatore & suis electum, Romæ coronatum, et Nicolaum V. appellatum, Avenionem adduci caute curavit, et pœnitentem ad misericordiam excepit S. Thomam Aquinatem Theologorum Coryphæum, & alterum Thomam Episcopum Erfordiensem, item S. Ludovicum Ordinis Minorum, miraculis in vita & morte claros, in Sanctorum numerum aggregavit; aliaque multa et præclara, summo Pontifice, viroque magnanimo, et infracto corde digna, in sui Pontificatus decursu peregit; ac tandem Dominica die, quarta Decemb. B. Virgini et Martyri Barbaræ sacra, post auditum Sacrum, et sacram Eucharistiam susceptam, orans et psallens, nonagenario major, obdormivit in Domino: qua die in multis ecclesiis et monasteriis, ab ipso fundatis, videlicet in ecclesia S. Agricoli, juxta cujus antiquum sepulchrum hic sepeliri voluit: Item in ecclesia B. Mariæ Villæ-novæ, et in Cathedrali Caturcensi S. Remigii, Carthusia Bonipassus, et aliis locis, anniversaria commemoratio solenniter quotannis tali die celebratur.

** corrige Idus.*

NICOLAUS ANTIPAPA.

PETRUS de Corbario, agente Ludovico Bavaro prætenso Imperatore, a paucis ex inferiori Clero Romæ electus, assumpto nomine NICOLAI V. anno MCCCXXVIII. initio Maii, post annos II. menses IV. ante pedes Joannis Papæ, anno MCCCXXX. XXV. Augusti,

Ab an. 1328 ad 1330 an. 2. m. 4.

A gusti, Avenione, sicut antea Pisis fecerat, ejuravit schisma, culpam fassus: receptusque D in gratiam, supervixit in honesta custodia annos III. mensem I. defunctus Avenione anno MCCCXXXIII. mense Septembri exeunte, & sepultus apud Franciscanos.

Prior ejus vita laudatur a B. Oderico,

B*eatus Odericus de Portu-Naonis, cujus Acta dedimus XIV. Januarii, ipso quo Petrus de sua reconciliatione agebat anno, ab longinqua XVI. annorum peregrinatione regressus in Italiam, & sequenti anno mortuus, inter alia scripta dicitur breve Chronicon reliquisse ad hæc usque tempora, quod Ms. adhuc extet. Ex hoc Ciacconii interpolatori dicitur* Petrus *iste*, inter minores laudabiliter ultra annos quadraginta conversatus, magnus Prædicator & Apostolicus Pœnitentiarius in Urbe; vir magnæ abstinentiæ, paupertatis Evangelicæ, & religiosæ obedientiæ, *qui* multos in viam salutis reduxit. *Sed hæc ille ex fama sola scripserit, inter Imperiales audita Pisis quo appulit, & Utini ubi obiit, atque per viam, dumtaxat; intimo alioqui dolore tactus, propter schisma & turbas, per* Petrum *in Ecclesia suscitatas. Sed alius ex eodem Minorum Ordine scriptor æque coævus, Alvarus Pe-*

B *lagius lib. 2. de Planctu Ecclesiæ cap. 37. ex certiori propriorique notitia, & schisma & auctores sic descripsit:* Ludovicus Bavarus, in Imperio intrusus, olim Dux Bavariæ, cum populo stulto & infideli & furioso, & Clero phantastico Romano adulante sibi, in furia Teutonica, & in insipientia sua & vindicta, D. Papam Joannem XXII. in cujus tempore scribo hunc librum, deposuerunt in Urbe, & sibi substituerunt de facto pseudo-religiosum de Ordine Minorum, Fr. Petrum de Corbaria: quem cognovi in Urbe, verum hypocritam, cum Conventualis essem ibi Romæ in Aracœli, decimantem mentam & anetum in quibusdam abstinentiis exterioribus & in aperto, & in abdito loculos compilantem, & inter mulierculas Romanas quasi continuo residentem & gloriam aucupantem: & (sicut mihi testimonium perhibuerunt Minister illius Provinciæ Romanæ & Custodes, tunc cum essemus in magno Concilio Romano, de facto ejus & aliorum qui Ecclesiæ & Ordini rebellaverant Anagniæ) minus habentem, scilicet in castitate; & sic fidem paupertatis & munditiæ, & obedientiæ, quæ sunt legis graviora relinquentem. *De sepulcro ejusdem, numquid extaret, interrogatus R. P. Antonius Pagi, inter Minores Conventuales eruditione & scriptis clarus, respondit,* nullum vestigium *ejus super-*

ab Alvaro Pelagio graviter accusata.

C *esse*; non solum quia (sicut conjicere licet) communem cum ceteris nactus est tumulum: sed etiam quia sepulcra Cardinalium, aliorumque in ea ecclesia depositorum, eversa sunt & abolita initio hujus seculi, quando Chorus ligneus, qui ipsam ecclesiam nimis arctare credebatur, sublatus fuit.

ACTA HUJUS SCHISMATIS.

Ex Ms. Fuxensi Bernardi Guidonis apud Bosquetum.

Unde hæc accepta,

Q*Uem supra vidimus Bernardum Guidonis in electione Antipapæ suum terminasse Chronicon, eodem jam pluries forsan transcripto resumens calamum, ipsumque prosequens, ultima hæc tempora reliquit posteris in Ms. Fuxensi, quod Franciscus Bosquetus nactus, inseruit Historiæ Romanorum Pontificum, qui e Gallia orti, in ea sederunt, ab anno* MCCCXCIV. *ante annos quinquaginta Parisiis excusæ: unde, quia non omnibus obvius liber est, nonnulla in hanc Chronologiam transcribere placet.*

Ludovicus a Joanne excommunicatus,

1 Hic (*Joannes*) quoque contra Ludovicum Bavariæ Ducem, qui in contradictione in Imperatorem electus fuerat (sed ejus electio per Sedem Apostolicam, sicut est moris & juris, non fuerat approbata) & pro Imperatore se gerebat, multos fecit processus per temporum debita intervalla, cum publicis & peremptoriis citationibus editis: qui non duxit comparendum, fuitque tandem per eundem summum Pontificem privatus jure, siquidem sibi ratione talis electionis competierat aut competebat, nec non excommunicatus, & hæreticus & fautor & defensor hæreticorum adjudicatus. Qui Ludovicus, pravo usus malorum consilio, contra eumdem summum Pontificem, Vicarium D. N. Jesu Christi, & adversus Apostolicam Sedem & Ecclesiæ unitatem multipliciter & barbarice se erexit, veniensque Romam, quemdam Pseudo-antipapam Romæ fieri fecit, legibus & ordine perversis, & execratis orationibus execrari potius quam consecrari, sub anno Dominicæ Incarnationis MCCCXXVIII. in mense Maji: cui Antipapato ipse Ludo- E vicus reverentiam exhibuit tamquam summo Pontifici, & tamquam Papam manu tenuit & deduxit, in grave scandalum Ecclesiæ D. Jesu Christi.

2 Præfatus Pseudo-antipapa fuit Petrus Raynalucii de Corbario Reatinæ diœcesis, de Ordine Fratrum Minorum: qui antequam habitum ejusdem Ordinis assumeret, uxorem habebat Joannam Matthæi de Corbario, cum qua cohabitaverat conjugaliter annis quinque; & rupto fœdere conjugali, ipsa vivente & invita, spreta fide conjugii ad Fratres Minores se contulit, & habitum eorum sumpsit, & B. Francisci Regulam est professus. Hic Petrus de Corbario, æterna miseria dignus, de secta Nicolaitarum, quam Joannes in Apocalypsi odibilem describit, spreta tam religionis quam Catholicæ fidei professione, profanæ & insanæ electioni in Antipapam manum dedit & animum, & se Nicolaum quintum a suæ partis conspiratoribus voluit nominari: cœpitque insinuando agere & se gerere tamquam Papam Romanum in ipsa Urbe, in opprobrium dictæ Urbis: fecitque Cardinales secum complices in vesania, & conatus est scindere Ecclesiæ unitatem, utpote minister & membrum Antichristi. Præfata autem Joanna uxor ejus ipsum repetiit in judicio coram Episcopo Reatino, oblato libello; pro qua Joanna contra prædictum Petrum per D. Joannem Episcopum Reatinum lata fuit sententia publice, servato juris ordine, penultima die mensis Novembris F anno Dominicæ Incarnationis MCCCXXVIII. sicut in transumpto sententiæ plenius legimus contineri.

qui dimissa conjuge olim factus Franciscanus.

eidem demum adjudicatur,

3 *Ciacconii Interpolator ait, invita quidem uxore factum esse divortium, sed* Episcopo libellum divortii concedente; *& suspicatur quod Joanna*, divitiis fortasse, quibus maritus splendebat, allecta, repetiit maritum, jam Pontificem locupletem, quem tot annis spreverat monachum mendicum. *Existimo ego prætensas divortio causas fuisse, quæ illius temporis Episcopo visæ fuerint justæ, puta adulterii vel similem quampiam ex parte Joannæ; quæ magis in speciem quam reipsa doluerit ab eo separari, unde nec quidquam moverit per annos quadraginta; nec motura fuerit, nisi alii (hanc scilicet opportunam occasionem rati schismati disturbando, postquam jam discesserat ex Italia Ludovicus, vel saltem in contemptum adducendo Antipapam) nisi alii, inquam auctores fuissent resumendæ causæ; quam facile obtinuerit, nemine pro* Petro *agente: qui revera se pro legitime soluto habere bona conscientia potuerit, isto posteriori judicio non obstante; sicut neque postea postulatus est umquam de resumenda uxore; sed nec resumere fuisset permissus, uti infra apparebit. In Ms. Vaticano ejusdem Bernardi, quod alle-*

post annos quadraginta divortii.

Tempus sacrilegæ electionis.

allegat Rainaldus sub nota numeri 2043. *verbis aliquantum amplioribus, expresse notatur annus* MCCCXXVIII. *quem pro* VII. *apud Bosquetum lecto substituimus, tota bistoria id exigente: sed quomodo ibidem inveniatur electio atque evectio* Petri *facta* circa festum Assumtionis Domini, *dicto anno celebrata* XXI. *Maii, non capio, cum Ciacconii interpolator eam adscripserit* XII. Idus Maii; *idque exigat contextus Bernardi, qualem ex Ms. Fuxensi Bosquetus sic prosequitur.*

Roma Viterbium progressus cum Bavaro.

4 Præfatus itaque Fr. Petrus Rainalducii de Corbario, a patre suo rustico & paupere sic cognominatus, postquam fuit per dictum Ludovicum Bavarum intbronizatus, sicut præmissum est, stetit in eadem Urbe Romana a Kal. Maii usque ad IV. diem sequentis mensis Augusti, cum eodem Bavaro: qua die idem Bavarus compulsus Urbem exivit cum suo Antipapa, gressus suos ad civitatem Viterbiensem tamquam fugitivi pariter dirigentes. Tandem per maritima cum multis infortuniis ad civitatem Pisanam pervenerunt, receptique fuerunt a Pisanis: ubi dictus Petrus Antipapa resedit, & Curiam suam tenuit in Palatio Archiepiscopali; donec prædictus Bavarus, civibus Pisanis odiosus effectus, inde exivit. Qui idem dimisit Vicarium loco sui quemdam Tarlatum nomine: qui post discessum dicti Bavari de civitate Pisana, callide cogitans sibi appropriare dominium civitatis, de voluntate civium Pisanorum, qui erant de tyrannide Bavari graviter afflicti, cœpit tractare de pace, cum Potestate, ecclesiasticis & civibus Florentinis: & tunc dederunt commeatum prædicto Petro Antipapæ, ut inde recederet & abiret. Cumque peteret a prædicto Tarlato, ut sibi provideret de securo conducto, donec pervenisset ad Bavarum, qui adhuc erat in partibus Lombardiæ; negavit Tarlatus. Et tunc prædictus Antipapa secretius dedit seipsum in manibus Bonifacii, Comitis novelli de Donoratico, Pisani; & ipse Bonifacius fecit eum de nocte occulte duci, cum quodam suo Anticardinali Fr Paulo de Ordine Fratrum Minorum, ad unum castrum suum in maritima, quod vocatur castrum de Urgari, quod distat a civitate Pisana per XXV. milliaria. Verum cum cives Florentini quacumque ex causa duxissent exercitum gentis suæ versus partes illas; dubitans & timens prædictus Bonifacius Comes ne hoc facerent, quia prædictum Antipapam scirent ibi latere, & quærerent ipsum Antipapam habere; fecit eum quanto potuit occultius reduci ad domum suam in civitate Pisana: ubi tenuit eum absconditum & occultum, usque ad IV. diem mensis Augusti, anno Domini MCCCXXX.

Pisis recipitur:

sed illo digresso.

committit se fidei Comitis Bonifacii:

a quo occultatus,

de sua reconciliatione tractat,

5 Dum autem sic teneretur occultus per dictum Bonifacium, per quamdam personam cœpit paulatim negotium detegi, & secretius illis qui erant pro parte Ecclesiæ revelari: & de mandato Episcopi Lucani actum fuit cum præfato Bonifacio multis modis, ut ipsum detegeret & redderet. Qui a principio negavit penitus se ipsum eumdem habere: sed tandem, post multos tractatus babitos cum eodem et amicis suis, expositis sibi malis et periculis, quæ, nisi ipsum detegeret et redderet, sibi et suæ domui imminebant; saniori usus consilio, acquievit ipsum reddere, et mandavit Domino Papæ, se eumdem Antipapam redditurum, juxta suum placitum et mandatum. Et tunc Dominus Papa per certum nuntium suas transmisit litteras Apostolicas Archiepiscopo Pisano et Præfato Episcopo Lucano, quatenus dictum Antipapam reciperent a Bonifacio prædicto; et, si certos articulos in litteris Apostolicis expressos abjuraret, et vellet redire ad Ecclesiæ unitatem, ipsum possent absolvere a sententiis excommunicationum quibus erat ligatus, quod et factum est. Sicque fuit positus in galea in portu Pisano, et traditus Clerico Domini Papæ, ad hoc destinato cum pluribus armatis & conducto securo, in Vigilia B. Dominici anno Domini MCCCXXX. Sicque deductus est, tam per mare usque Massiliam, quam per terram; per provinciam Provinciæ transeundo, & errores suos in villis publice recognoscendo. Ubique autem in toto itinere ab omnibus populis, in villis & civitatibus, maledicebatur eidem Antipapæ.

ex quo transit Avenionem,

& publice veniam petit atque impetrat.

6 Perductus est igitur prædictus Antipapa, anno & mense immediate præscriptis, apud Avenionem ad præsentiam D. Joannis Papæ XXII. & Cardinalium, & coram eodem Pontifice & Cardinalibus, publice in Consistorio, pluribus adstantibus, confessus est & recognovit in judicio, ore proprio & in scriptis, & etiam cum publicis tabellionum instrumentis, errores suos devios in quibus inciderat. *Hic ipsam Confessionem, ex Pontificia Bulla desumptam, transcribit Bernardus, qualis scilicet exinde conscripta fuit* VIII. Idus Septembris: *quæ confessio, quoniam ab eodem perlegi non potuerat, propter animi defectum consternationemque; iterumque eam aggressus similiter obmutuerat; denique* die XVI. mensis Septembris, in privato Consistorio, *cum longiori rerum* VI. *die Septembris ac deinceps gestarum commemoratione, & pluribus in fine articulis, dictam Confessionem pertexuit, prout edita extat apud Rainaldum. Bernardus autem narrationem suam sic concludit:* Quibus peractis præfatus Petrus fuit clementer & misericorditer susceptus ad pœnitentiam, positus in decenti custodia ad cautelam, ut probaretur an ambularet in tenebris vel in luce: ibique hodie quo hæc scripsimus tractatur ut familiaris, sed custoditur ut hostis. *Petrarcha parum verosimiliter addit, quod obtenta, quam petierat, gratia,* mansit semper hostis Ecclesiæ. *Addit Lucas Waddingus in Annalibus Minorum an.* 1330. *num.* 7. *quod in* hac honesta & religiosa custodia vixit Petrus annos tres, mensem unum; & vita functus honorifice sepultus est in Ecclesia Minorum Avenione, in habitu Franciscano. *Diem credo expressisset epitaphium, si quod positum ei fuisset: nullum certe nunc invenitur in hodierna Fratrum Minorum ecclesia, quorum Guardianus anno* MDCLXXXIII *R. P. Possel, cum nostro P. Carolo Fabro, veteris ecclesiæ reliquias diligenter scrutatus, nec vestigium talis sepulcri potuit invenire, nec memoriam ejus in archivio.*

iterataque confessione recipitur in gratiam;

ignota obscuraque sepultura habetur.

DISSERTATIO XLV.

An Petrus de Corbaria credi possit habere partem in libris de Imitatione Christi, controversis inter Joannem Gerson & Thomam a Kempis: deque hujus nuper invento corpore.

In dissertatione de auctore librorum de imitatione Christi,

1 PRodiit Roma anno MDCLXVII. *typis Jacobi Dragondelli, de licentia Episcopi Vices-gerentis & cum approbatione Magistri sacri Palatii Hyacinthi Libelli,* Conjectura de libris de imitatione Christi eorumque auctoribus; *ubi Conjectator, expensis quæ hinc inde ferventissime disputata Parisiis erant, a Benedictinis quidem pro Joanne Gerson Abbate Vercellensi, qui ab anno* MCCXXX. *ad* XLV. *floruisse narratur; a Canonicis vero Regularibus pro Thoma a Kempis, cujus manu anno* MCDLXI. *scriptum exemplum ipsimet habemus; tandem in eam se ait concessisse sententiam, ut* non unum, sed plures Auctores fuisse *opinetur: at Thomæ quidem Kempensi laudem relinquit Compilatoris, quartum vero librum adscribit indubitanter Joanni Gersoni: de tribus prioribus libris in dubio relinquit, sintne attribuendi Joanni Vercellensi (quem cum Joanne Scoto Erigena, sub annum* DCCCXXXVII. *claro, male confundit) an Ubertino de Ilia Casalensi (qui anno* MCCCXXV. *ex Franciscano Ordine ad Benedicti-*

nonnemo plures auctores sive fingit,

num

A num transiit) vel Petro Cerbariensi post abdicationem: & quoad Petrum mittitur Mariano Florentino, qui in Chronico suo Ms. ipsi tribuit De imitatione Christi librum I. putatque Marianum istum floruisse anno MCDXXX. Sed vehementer errat: ad calcem enim Chronici, quod Romæ ad S. Isidorum servari ait, additur; Dionysius Pulinarius, in procemio sui Chronici Provinciæ Tusciæ, refert Marianum obiisse anno MDXXIII. XX. Julii in Ceppo, qui locus pius est, in quo pestilentia correpti curabantur.

quorum unus fuerit Petrus de Corbario:

2 Potuerunt tam Ubertinus de Ilia, quam Petrus de Corbario, eodem titulo de Imitatione Christi scripsisse aliquid; sed idem quod in manibus est alterutrius esse, solus titulus non probat, nullis extantibus sub eorum nomine exemplaribus eorum qui nunc cum præfato Titulo habentur librorum. Pro Ubertino nec congruentiam quidem minimam adfert Conjectator; pro Petro sic ratiocinatur: Legitur lib. 3. de Imitat. cap. 50. Quan-B tum unusquisque est in oculis tuis, Domine, tantum est & non amplius, ait humilis sanctus Franciscus (nihil enim moror altercationem illam, an & quando Sancti nomen adscriptum deletumve fuerit) sed certo hinc conjicio Franciscanum fuisse scriptorem, quin & Papam ex his verbis lib. I. cap. 22. Nemo est in mundo sine aliqua tribulatione vel angustia, quamvis Rex sit vel Papa. Absit a nobis tam certæ conjectationis præsumptio: pro Papa nihil hic plus video, quam pro Rege. Patriarcham Ordinis Minorum humilem Franciscum (si ita solum initio legebatur) quivis scribere potuit: si addebatur Sanctus, non solum id addere potuit Franciscanus aliquis, sodalius quilibet, etiam Joannes Vercellensis; & hic imprimis, utpote recenti adhuc memoria Canonizationis, anno MCCXXVIII. a Gregorio IX. factæ.

post institutum festum Corporis Christi;

3 Si Joannes Vercellensis auctor est operis (quod in judicio contradictio hactenus Parisiis ventilatum & necdum plene definitum est) facile fuit & Ubertino & Petro, otium suum (quale hic in custodia copiosum habuit) impendere quatuor libellis de Imitatione contrahendis in unum, quæ tamen Epitome ad nos usque non pervenerit. Nescio autem quomodo pro alterutro faciat, quod in fine chartæ assumit Conjectator, festum Corporis Christi, ab Urbano IV. indictum anno MCCLXIV. fuisse a Clemente V. sancitum, a Joanne C XXII. in Gallias propagatum. Cum enim lib. 4. cap. 10. auctor ostendisset, quod non sit de facili Communio relinquenda, tandem concludens ait, Qui aliter se non præparat, nisi instante festo vel consuetudine compellente, sæpius imparatus erit. Cum inquam, hæc ait Auctor, nec cogitasse quidem videtur de festo Corporis Christi, sed loquitur de quovis Festo vel Dominico die, quibus communicare mos Religiosis erat, præter alios dies cuique Ordini & monasterio de consuetudine proprios. Nescio etiam quomodo idem Conjectator sibi persuadeat, quod æquus & candidus lector animadvertet in libris de imitatione Christi, stylum esse varium, nec tenorem ubique eumdem servari, imo diversum esse eloquii vultum; cum hanc diversitatem hactenus nemo potuerit observare; hoc solo excepto, quod liber quartus procedat per formam Dialogi inter Discipulum & Salvatorem: sic autem etiam procedit tertius: nec tamen ipse admittet Gersonem tertii quoque libri esse auctorem. Phrases alioqui in omnibus libris tam eædem sunt, ut diversitatem styli in ipsis quærere & nodum in Scirpo, prorsus idem esse videatur.

sed hoc non ostenditur;

sicut nec diversus stylus librorum singulorum.

4 Quod porro ad stylum attinet, qualis hic Petro nostro, quomque a stylo librorum istorum diversus fuerit, utpote oratoriis & concionatoriis deductionibus assueto, facile intelligere est ex instrumento & verbis Confessionis suæ, quam in Secreto Consistorio prælecturus post alia præmissa. Cum, inquit, fatigatus ex labore, debilitatus in vigore, & confusus ex rubore, constractusque ex itinere, & timore (confusus), im- D peditus in clamore, extinctus in devotione, mortuus tandem in amore (eo quod dilexi dudum malitiam super benignitatem, & iniquitatem magis quam loqui æquitatem) justo Dei judicio obmutuerim evidenter, & sicut volui non potuerim omnia exprimere .. ... ideo latius in præsenti Consistorio, resumptis confortativis viribus, postquam de benignitate & humanitate Sanctitatis vestræ apparuit, quoniam non ex operibus justitiæ quæ numquam feci actualiter, sed secundum magnam Dei & vestram misericordiam me salvastis, & operuistis omnia mea scelera & peccata, laborem meum oppressivum sedando pacifice, & vigorem perditum mihi restituendo integre, & dolorem afflictivum dulcificando consolative, ruboremque confusivum laudabiliter removendo, ac timorem meum confortando viriliter, & clamorem meum raucum sanando celeriter, extinctamque devotionem meam suaviter inflammando, & amorem E meum mortuum vivificando; cum confidentia securitatis pacificæ & benignæ, errores & hæreses, ac omnia & singula scelera & delicta mea, iniquissima & nefanda, proponere confidi.

Petri autem stylus longe alius fuit:

5 Nemo mihi persuaserit Petrum, quamvis præmeditate atque de scripto hæc recitaverit, tali tamen in articulo sibi vim intulisse, ut aliter quam ex genio & ingenio suo orationem conciperet, cui nec eminus quidem simile aliquid in libris de Imitatione reperio. Alii porro judicent, an earum operum quæ Thomæ Kempensis nomine citra controversiam præsignantur, ulla sit affinitas styli cum illis, quibus ipse, non ut auctor, in principio; sed ut descriptor, subscripsit in fine, eo fere modo quo alii aliis in locis, Finitus & completus anno Domini MCDXLI. per manus fratris Thomæ Kemp. in monte S. Agnet. prope Zuvoll. Non libet mihi finalem causæ decisionem prævertere, contestata jam lite & adhuc pendente. Ingenue tamen fateor, neque P. Godefrido Henschenio neque mihi umquam visum esse, quod efficax aliquod pro Thoma argumentum possit ex Ms. sic subscripto haberi. Agnosco etiam, Idiotismos illos, quos cum Teutonica nostra lingua communes habet opusculum istud, quique nostris Henrico Sommalio & Heriberto Rosweido animos fecerunt, ad ipsum tam certe adscribendum Kempensi, ex prædicta subscriptione nominis dumtaxat noto, nec F viso umquam Codice Gerardimontensi, qui absque auctoris nomine ante annum MCD. scriptus notabatur; agnosco, inquam, Idiotismos illos; æque aut magis spectare Italicam linguam, ex Latina formatam & veteri Longobardica, magnam cum Teutonica similitudinem habente. Si autem ea quæ Joannis Gessen sive Gersen Abbatis nomen, non suffixum, sed præfixum habent exemplaria revero sint (ut prætenduntur) nostro coætanea aut etiam antiquiora, sive eorum unum propria Abbatis prædicti manu scriptum fuerit, ut editioni Venetæ anni MDI. adscripsit aliquis (fuisse autem illud potuit idem ipsum quod nunc est nostræ Aronensis domus, omnino perantiquum, & solum ex omnibus hactenus in causa productis membranaceum) haud ægre assentiar sustinentibus, librorum prædictorum auctorem potius censendum esse Joannem istum. Hoc vero concesso, non continuo credam tantum decus detractum Thomæ; qui quam devotus religiosusque scriptor fuerit, satis ex aliis ejus operibus liquet: quin etiam anno MDCLXXII. non sine prodigiis repertum ejus corpus die XXII. Augusti, sperare nos facit, fore aliquando ut religiosiore cultu eum liceat venerari, quam veneremur Auctorem libelli quantumcumque utilis atque pii.

forsassis & Thomæ Kempensis,

quem esse auctorem ex nostro cui nomen subscripsit exemplari,

& idiotismis quibusdam non bene concluditur:

Joanni Gersen Abbati favet vetustas exemplarium.

6 Interim producatur hic ex jurata attestatione præsentis ocularisque testis Joannis Wayer, Presbyteri Secularis, Swollenses in Transisalania Catholicos pro

Thomæ corpus anno 1672 requiritur

viti-

A *virili juventis, fidelis narratio rei tunc gestæ, alias non facile locum habitura in opere nostro, digna autem quæ posterorum memoriæ commendetur, qualem ipsius manu descriptam Belgica nostra lingua accepi a R. P. Theodoro de Ridder, nostræ Societatis ibidem missionario, sub hoc Titulo:* Attestatio de inventione ossium beatæ memoriæ Thomæ a Kempis, in monte S. Agnetis, vulgo Berg klooster, id est, Montanum monasterium nuncupato, die III. Augusti stylo veteri, anno Domini MDCLXXII.

ex indicio loci ubi sepultus fuit,

7 Ego infrascriptus, hisce litteris attestor, has esse Reliquias Beatæ memoriæ Thomæ a Kempis: quarum veritatem sequentes rationes & indicia stabilire possunt. Primo. Invenio in Chronicis Canonicorum Regularium Montis S. Agnetis, pag. 137. Thomam a Kempis in transitu Orientali, id est, porticu ad Orientem sita, sepultum esse. Secundo. Ego sæpe audivi ex venerabili Sacerdote & viro insigni doctrina S T. Licentiato (Volcquerus Herckinge nomen erat) qui quadraginta quatuor annis in Pastorali cura hujus Swollensis civitatis transactis, obiit XXII. Novembris anno MDCLXII. Audivi, inquam, B. M. Virum Thomam a Kempis in porticu ad Orientem, septem pedum spatio, inter portam qua exitur Choro & sepulcrum interjecto, requiescere: jamque illud, defuncto Reverendo illo Presbytero, omnes me ex-B cepta latebat. Itaque, postquam jam ibi, de mandato Serenissimi & Reverendissimi Domini Electoris Coloniensis Maximiliani Henrici, Reliquiarum inveniendarum causa, per tres pene hebdomadas foderant, jamque fossores a sepulcro non longe aberant; ego supra illud stans, locumque designans, dixi; Si hic non inveneritis, nolite ultra quærere: & ad hoc dicendum movebar indiciis præmemoratis.

jussu Electoris Coloniensis.

& *inveniuntur* III. *Augusti,*

8 Igitur tertia Augusti stylo veteri, cum effossa terra locus pateret, inventa est compages ossium, concinne admodum firmiterque inter se nexorum, quod pluribus admirationis pietatisque affectum excitavit. Caput supra duos cespites jacebat, qui etiamnum integri conspiciuntur, adeoque incorrupti ac si recentes effossi essent. Latere dextero terræ inclinabat: unde dextera pars capitis nonnihil corrupta erat. Dentes, adhuc albescentes, superiorem oris ordinem implebant: sed attactu, duo tresve exciderunt. Manus decussatim in formam Crucis compositæ, dextera scilicet supra sinistram, digitis manuum pedumque integris: costæ tamen & scapulæ consumptæ erant. Pars Stolæ incorrupta col-C lum cingebat, & usque ad humeros protendebatur; reliquum computruerat.

9 Ex his plura alia indicia apparuerunt.

quæ tamen vera esse probantur,

I. Sceletum illud, secundum supradictam traditionem, septem pedes a Chori janua aberat, cujus fundamenta nunc quoque adeo firma solidaque consistunt, ut non nisi vectibus ferreis perfringi possent. Sane cum mihi persuaderem, errorem subesse vix posse, si distantia illa septem pedum inveniretur; ad fundamentum pertingo, distantiam metior, & adeo præcise septem pedes comperio, ut nec latitudo unius straminis deesset.

ex situ loci

II. Jacebat Choro proximus, ut dignior reliquis, qui in eadem porticu sepulti erant: quin & facile ostendi potest, neminem unquam Choro propius sepultum fuisse hoc Viro venerabili. Quippe satis colligi poterat, ubi tumulus cujusquam fuisset, ex nigris lineis, quæ in arena videbantur, latitudinem & longitudinem sarcophagi exprimentes: quæ quidem lineæ ex quernis asseribus sarcophagorum, tamquam impressa quædam vestigia, relictæ fuerant, nullæ autem inter prædictum cadaver & Chorum conspiciebantur. Manet igitur, eum, ut dignissimum, ita Choro proximum quievisse.

& dignitate,

III. Solito etiam profundius erat defossus, ita ut D pedes infra fundamentum porticus jacerent, nempe quo non facile inde effodi aut auferri posset.

mensura ossium,

IV. In Vita ejus legitur, quod statura fuerit infra mediocritatem: & facta autem dimensione, inventus est mediocri hominis statura minor, scilicet tribus digitis infra sex pedes.

Stola præstantia,

V. Colligitur ex præmemorata parte Stolæ, aliis elegantioris. Siquidem Gerardus Cortbeen, tertius ab illo situs, circum collum partem Stolæ habebat, sed ex rudiori panno;) ille autem ex sattino vel holoserico albo, nigris flosculis intertexto, quam partem Serenissimus Elector Coloniensis sibi reservavit.

prodigio florum, sub arena talo adnatorum,

VI. Hoc notatu dignum. Pulchri inventi sunt flores, qui non sparsim sed in fasciculum collecti creverant, vernantes ridentesque, floribus Majalibus similes. Flores illi radices habebant in talo sinistræ tibiæ, ad partem interiorem erecti in altitudinem pedis, colore albo, rubro, & flavo, quos ego dextera manu decerpsi. Contecti fuerant terra decem pedes alta, aut potius arena, cum prædictum monasterium in monte arenoso situm sit, dedicatum S. Agneti: sed arena adeo densa & sibi cohærente, ut magno labore fuerit effodienda: ideoque flores illi a prudentioribus ut prodigium aliquod habentur, cum sol eos numquam irradiare potuerit. E

duobus ex suo ordine juxta sepultis comparatis,

VII. Nullubi, præterquam in ejus tumulo, limus cœmentarius inveniebatur, quo sandapila oblita fuerat, ad corpus diutius incorruptum custodiendum. Huc accedit, quod supradictum Chronicon dicat pag. 137. Thomam a Kempis ad latus Fratris Petri Herbort Diaconi sepultum fuisse, illique proximum. Hic Petrus Herbort (ut idem Chronicon asserit pag. 135.) erat parva statura; & natura adeo tenera, ut constitutas Regulas servare non posset. Inveniebantur quidem, in loco proximo ad Thomam a Kempis, lineæ nigræ, sarcophagi (ut dictum est) indicia; sed locus vacuus erat, ita ut hic Diaconus Petrus Herbort, pro teneritudine & debilitate corporis, totus in cineres abierit, nihilque de ipso inveniretur. Item affirmat idem Chronicon pag. 136. hunc Petrum Herbort, sepultum esse ad latus fratris Gerardi Cortbeen, anno MCCCCLXX. ut ipse Thomas a Kempis in suo Chronico refert. Hic erat Sacerdos, natus in Harderwyck; *homo fortis & aptus ad communes & graves labores p.* 134. Sceletum ipsius proximum reperiebatur loco vacuo, in quo fuerat sepulcrum Petri Herbort; collum, ut dixi, circumdatum Stolæ parte ex rudiori panno: & facile colligi poterat ex ossibus, eum fuisse magnum F & robustum, adeoque aptum qui tempore messis egregie laboraret, & hiemis tempore ligna cæderet, & alia laboriola subiret.

talibus qualia Chronicon describit,

ex qua mensura capitis.

VIII. Habeo veram effigiem Thomæ a Kempis, appensam in Sacello meo, quacum cranium convenit.

10 Ex omnibus his præmissis rationibus & indiciis concludi potest, præfatas Reliquias esse B M. Thomæ a Kempis: quæ ossa, ordine naturali invicem juncta, firmiter adhærebant. Verum hic XIII. Augusti stylo novo, in præsentia Reverendiss. D Canonici Metropolitanæ Ecclesiæ Coloniensis, Henrici Meringh. utriusque juris Doctoris, Commissarii suæ Celsitudinis; D. Emanuelis van Twenhuysen, Prætoris Swollensis; P. Francisci Corlut, P. Gasparis Everhardi Schriek, Canonicorum Regularium; me quoque infrascripto, pluribusque aliis præsentibus; primum a Patre Corlut, deinde, cum hic deficeret, a P. Schriek juncturis exempta eadem ossa sunt; ac denique, ex loco sepulcri, in quo ducentis & uno anno quieverant, reverenter sublata, & rhedæ imposita, Swollam avecta. Postmodum Serenissimus

Hinc dissolutis & exempta ossa

transferuntur in Swollense textorium.

A & Reverendissimus Elector Coloniensis, per dictum Commissarium Caoonicum Coloniensem Heoricum Meringh, traosferri ipsa ossa jussit in Sacellum meum, S. Josepho dicatum, ut hic requiescant, diligenterque custodiantur, & oihil ex ipsis alienari possit; sicut mibi mandavit Serenitas sua, cum in procinctu esset ut discederet. In hunc finem reliquit in maodatis Domino Meringh Commissario suo, ut curaret fieri capsam pretiosam, recondeodis custodiendisque Reliquiis hujus Deo amabilis viri, prout factum est. Ego eoim ipse XXIX. Junii, festo Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli stylo veteri MDCLXXIV. majora ossa capsæ imposui; & minora in scrinio, intra eamdem capsam collocato; item in altero scrioio supra alterum posito, recondidi aliquot ipsius dentes & particulam cappæ; aliquot etiam flores aridos, qui circa talum sinistri pedis ad interiorem partem creveraot, ut supra memoratum est; oec noo cespites duos, qui capiti suppositi fueraot; limum cæmentarium, quo sarcophagus circumlitus; & clavos, quibus connexus fuerat: hæc enim omnia justa cadaver inventa sunt. B

& 9. Aug. in novum capsam.

11 Ut sepulcrum ejus omni tempore inveniri possit, statim post sublatas Reliquias, in testimonium positi suot duo grisei lapides, de templo aut monasterio; unus ad caput, ad pedes alter, terraque contecti. Hæc omnia, prout ego mea manu descripsi, vera esse coram Deo Hominibusque declaro, & propria maou subscribo, *Subscriptum erat*, Arnoldus, Waeyer, Pastor Filiusque Swollensis; verus D ocularis testis.

prout omnia reponens ipsis continens

12 *Hactenus ille, Belgica nostra seu Teutonica lingua: Latina deinde sic prosequitur:* Postquam Reliquiæ pii Thomæ a Kempis mihi in custodiam traditæ, & in sacello meo collocaræ fuot; sequentes gratias ejus patrocinio ad dictas Reliquias acceptas attestor. Aono MDCLXXIV. tempore æstivo, Virgo devota, cujus maous dextera aliquo tempore arida, omnique motu ac sensu destituta, atque a chirurgis derelicta erat, vovit, ubi pius Thomas a Kempis a saocta Ecclesia in Sanctorum oumerum relatus esset, velle se anouatim io ejus profesto jejunare; & festum ipsum, Coofessione, Commuoione, ac piis exercitiis sioe servili opere celebrare. Ast illo nondum Sanctorum numero adscripto, id peragere non potuit. Hæc Virgo tameo, sub meo regimine existens, in eadem intentione permaosit, & votum suum implere voluit. Interim facta Confessione, ac sumpta Eucharistia, sedeos coram ejus tumba, votum, quo aotea se obstrixerat, renovavit VI. die Novembris, & cœpit convalescere: & brevi tempore saoitati restituta est, adeo ut dextera manus suis omnibus officiis fungeretur, sicut altera quæ numquam manca fuerat. Præterea varias personas, dolore deotium laborantes, ejusdem patrocinio liberatas comperi. Iosuper in sacello meo suavissimus odor aliquoties, a variis & fide dignis utriusque sexus, imo & in congregatione populi more nostro habita, perceptus est. E

qui etiam gratias alii quas narrat, meritis Thomæ tribuat.

CXCIX. BENEDICTUS XII.

Ab anno 1334 ad 1342. an. 7. m. 4. d. 6.

BENEDICTUS ex Ordine Cisterciensi, antea Jacobus Presbyter Cardinalis tituli S. Priscæ, natione Tolosanus, de Savarduno, electus Avenione XX. Decembris MCCCXXXIV. coronatus VIII. * Januarii sequentis in Dominica, sedit annos VII. menses IV. dies VI. defunctus Avenione anno MCCCXLII. XXV. Aprilis, sepultus in Ecclesia Cathedrali: & vacavit Sedes dies XI.

Electionis & coronationis dies.

VIta auctor Anonymus apud Bosquetam, fuit, inquit, electus die XVI. mensis Decembris, die vero XX. fuit coronatus: *verum errasse convincitur ex eo, quod ultima hæc dies non fuerit Dominica, sed feria III. dies autem a nobis prænotatos Ms. nostrum & Ptolomæus Lucensis confirmant. Quoniam autem illa ejus prolixior Vita satis extat apud Bosquetum, solum breviorem hic placet dare ex Ptolomæo Lucensi & quatuor ultimorum annorum acta ex nostro Ms. proponere,* C *cui simile exemplar Rainaldus allegat in obitu* Beoedicti, *tamquam in Bibliotheca Vaticana existens sub num.* 4040. *nostrum autem sic incipit:* Beoedictus XII. de partibus Tolosanis, electus est aooo Domini MCCCXXXIV. XII. (*imo* XIII.) kal. Januarii, & coronatus VI. Idus Jaouarii anno Expectationis. *Cur ita vocetur annus* MCCCXXXV. *hactenus non comperi, nec libet divinare: fidentius dixero; etiam hunc Pontificem more majorum initium annorum suorum dedisse a die Ordinationis suæ: siquidem Bulla 11. apud Waddingum, pro construendo Minoritis Yvodii conventu, data* VIII. Kal. Decembris anno I. *habetur in Registro ordine 911. estque ultima earum, quas, isto primo anno, Christi* MCCCXXXV. *Franciscanis datas, plures refert idem Waddingus. Quæ est hujus imago apud Cavallerium, cum prorsus talis sit, qualis est statua* Bonifacio VIII. *in Vaticano erecta, vehementer metuo, ne inde potius accepta sit, quam ex vero* Beoedicti XII. *prototypo, alio, qui non vana præfert vetustatis indicia.*

ab hac initium anni Pontificis.

ACTA PONTIFICATUS.

Ex Ms. Historia Ptolomæi Lucensis, in Codice Bibliotb. Vatic. 3766.

2 ANno Domioi MCCCXXXIV. Idibus Decembris, Cardinales omnes includuntur numero XXIV. per Comitem Novalium in Palatio Aveoionensi, in quo Papa Joannes decessit: in Vigilia autem Thomæ Apostoli XIII. kal. Januarii, an. Domini MCCCXXXIV. Cardinales prædicti numero XXIV. elegerunt in Papã unum ex se, videlicet D. Jacobum, Presb. Card. tit. S. Priscæ, oatum de provioeia Tolosana, mooachum Ordinis Cisterciensis, Magistrum Theologiæ, & vocatus est Benedictus XII. Qui in primo Consistorio quod habuit, scilicet XII. Kal Jaouarii, maodavit reparari ecclesiam Ro- F manam S. Petri, item ecclesiam Lateranensem & alias ecclesias, & palatia ibidem desolata, & ad fabricam donavit quinquagiota millia florenorum. Item ad subveniendum necessitatibus suorum Fratrum, Collegio Cardinalium donavit ceotum millia florenorum. Dixit etiam quod vellet pacem reformare in tota Ecclesia. In die autem Nativitatis D.N. Jesu Christi, in publica Missa, quam celebravit D. Petrus Episcopus Prenestinus, fecit gratiam omnibus qui interfuerunt, septem annos & septem quadragenas de injunctis pœnitentiis; diebus autem Sanctorum Stephani & Joannis tres aooos & tres quadrageoas. Aooo autem Domini MCCCXXXV. Beoedictus XII. descendit de palatio, in qoo electus fuit, & ivit associatus cum Cardinalibus, ut moris est, ad locum Fratrum Prædicatorum VII. Idos Januarii, & VI. Idus Januarii in crastinum ibi coronatus est, per D. Napolionem Cardinalem Diaconum.

Electionis modus,

munificentia,

Indulgentia,

Coronatio,

3 Et V. Idus Januarii reascendit suum Palatium; & petitiones sibi oblatas primo die post coronationem recipere recusavit: voluit enim nosse conditionem personæ suplicantis, & summam redditnum, & si impetrans ante fuerit Beneficiatus. Item IV. Idus Januarii in Consistorio suo quod habuit, licentiavit omnes Prælatos & Curatos, ut post Festum Purificationis irent

laudabilia initia.

ad

A ad sua Beneficia; alioquin Juris remediis uteretur erga eos, nisi causam legitimam standi haberent in Curia, quam insuper scire volebat ab eis. Item a xi. Kal. Februarii usque ad iii. Kal. ajusdem mensis vacavit circa petitiones Cardinalium expediendas. In Purificatione Beatæ Virginis primo anno Pontificatus sui celebrem fecit sermonem, & erat suum Thema: Ecce sponsus venit, Matthæi xxv. in quo publice dixit, quod Sancti viderent clare essentiā Dei, contra opinionem prædecessoris sui, qui de hoc dubium fecerat, ut supra dictum est de eo. Item pridie Nonas Februarii fecit vocari omnes illos ad suum Consistorum, qui prædicaverunt opinionem sui prædecessoris, quod visio non esset essentialis Dei, volens scire ipsorum motivum. Item Rex Franciæ ad Papam misit suos Ambasciatores, & petiit Thesaurum Ecclesiæ pro passagio faciendo; sed Papa dare recusavit, nisi intraret mare, & passagium initiaret, & promissionem impleret, quam fecerat sub Joanne XXII.

variæ legationes anno 1335. excepta.

4 Anno Domini MCCCXXXV. IV. Kal. Maji, venit Comes Ludovicus de Oetingen ad Papam Benedictum cum tribus Clericis, & Militibus, & Ambasciatis Domini Ludovici, qui se pro Imperatore gerebat; B licet per D. Joannam Papam depositus & excommunicatus fuisset. Ipsis autem in Curia existentibus Ambasciatores Mediolanenses, & aliarum civitatum eis confederatarum Papæ obedientiam faciunt, & absolutionem obtinent a sententiis, quibus per Joannem fuerant irretiti; promittentes, se nunquam aliquem pro Imperatore recepturos, nisi prius per Papam esset appellatus. Item pridie Kal. Junii Benedictus Papa revocavit in Consistorio omnes Commendas, per suos prædecessores factas, exceptis Cardinalibus, quorum nondum Commendas revocavit. Insuper Legati Romanorum petebant instanter, ut iret ad Urbem: quibus respondit, se iterum, sed diem certum super hoc non assignavit eis. Item pridie Nonas hujus mensis Julii, Ambasciatores prædicti Domini Ludovici venerunt de Avenione, portantes quæ Papa petebat pro emenda suorum excessuum, quibus adimpletis sperabatur eorum concordia. Item pridie Nonas ejusdem mensis, scilicet sequenti die proxima, Papa Benedictus ivit ad Pontem Sorgæ, volendo ibi vacationes deducere, & habuit secum plures Magistros in Theologia: & coram illis & Dominis Cardinalibus, quibus placuit interesse, fecit legere librum, quem ipse Benedictus Papa C composuit de Visione: & auctoritates ibi positas fecit per dictos Magistros examinari, an essent pertinentes: & ibi quæstiones Visionis examinavit. Mortuus est autem Dominus Joannes Caytani in Vigilia S. Augustini, Diaconus Cardinalis & Legatus, & sepultus est apud Fratres Minores in die B. Augustini. Eodem anno in mense Septembri, xi. die ejusdem, iterum misit Dominus Ludovicus, qui se pro Imperatore gessit, prædictum Comitem de Oetingen, & Magistrum Ebrehardum de Thumenouven, Magistrum Marquardum de Randegge Canonicum Augustensem, & Magistrum Ulricum de Augosta Notarium suum, & Fratrem Henricum de Cyphingen, ad Papam Benedictum de Concordia, cum pleno mandato omnia faciendi, quæ Papa petiit pro emenda: & intraverunt die prædicta similiter Avenionem. Et dum expectarent reversionem Papæ ad villam Avenionensem, Papa intellexit, quod quidam e suis familiaribus, tam clericis quam laicis, petitiones signabant ut Papa; & eas sic signatas, cum aliis per Papam signatis miscuerunt, & sic in Cancellariam transibant cum veris petitionibus; quas (inde auferri) mandavit Papa mense prædicto, circa festum exaltationis sanctæ Crucis.

quæstio de Visione SS. ibi examinata.

Legatio Ludovici Bavari.

5 Item IV. Kal. Octobris reversus est Papa Benedictus, associatus Cardinalibus & Ambasciatoribus prædictis. Item VII. Idus Octobris in publico Consistorio,

absque effectu dimissa.

quod Benedictus super hoc habuit, propositum fuit D per Dominum Marquardum de Randegge Canonicum Augustensis Ecclesiæ, qui unus fuit de Ambasciatoribus prædictis Domini Ludovici: & legatio talis fuit, qualiter petiit absolvi a Processibus factis contra eum per Joannem Papam, offerens se satisfacturum Ecclesiæ & Papæ. Super hoc respondit, se deliberaturum cum Fratribus suis, qualiter hoc produceret ad bonum finem; licet grande esset quod petebatur ab eo, quia in multis excessit prædictus Ludovicus. Sed per Benedictum Papam de absolutione prædicti Ludovici nil penitus fuit determinatum, & fuit thema proponentis; Eripies me a contradictionibus Populi, & constitues me in caput gentium Ps. XVII. Item Dominus Eberhardus, filius Comitis de Oetigen, decessit sexto Idus Octobris anno primo Domini Papæ Benedicti. Itē decimoquinto Kal. Januarii, Papa Benedictus revocavit omnes gratias, factas a suis prædecessoribus, illis qui nondum jus in re habebant. Item decimoquarto Kal. Januarii in publico Consistorio investivit procuratorem Regis Aragonum, de Regno Sardiniæ & Corsicæ, percepto ab eo homagio consueto.

6 Anno Domini MCCCXXXVI. Pontificatus sui anno secundo, Benedictus Papa in publico Consistorio, quod habuit in Palatio Avenionensi quarto Kal. Februarii, determinavit opinionem Visionis essentialis, videlicet quod Sancti in Patria tunc clare vident & gaudent illa Visione faciali, & eodem mysterio, de quo loquitur Paulus in Epistola sua, Tunc autem facie ad faciem; & contrarium sentientes puniri decrevit, ut hæreticos. Revocavit etiam Papa Benedictus Decimas Decimarum quibuscumque concessas, ex quo passagium vidit neglectum esse per Philippum Regem Francorum, qui hoc juraverat, ut superius est dictum. Decrevit insuper, ut percepta de Decimis prædictis restituerentur ecclesiis, excepto Rege Francorum; & facta est prædicta revocatio anno Domini MCCCXXXVI. decimo septimo Kal. Januarii. Item anno Domini MCCCXXXVI. quinto Nonas Martii, Rex Philippus Francorum venit ad Papam Benedictum: & ibi exclusis omnibus, solus cum Papa habuit colloquium super passagio, quod debebat incepisse Kalendis Augusti proxime præteriti, & sic remansit inexpletum, ex quo multa mala inferebantur Christianis per Saracenos, & maxime Armeniis: qui eodem anno fuerunt superati, & planiciem amittentes petebant montana, sperantes subsidium Ecclesiæ & Regis Philippi.

Definies Visio beatifica SS. E

Colloquium Papæ & Regis Franciæ.

F 7 Anno Domini MCCCXXXVII. Henricus Dux Bavariæ per Procuratores suos quos ad hoc misit, petiit se absolvi a sententiis, quas incurrit communicando cum prædicto Ludovico: & Papa Benedictus anno Pontificatus sui tertio ipsum absolvit. Item anno prædicto, ultima die Januarii, iterato misit Dominus Ludovicus Dominum Robertum, filium Domini Rodulfi fratris sui, Ducis Bavariæ & Comitis Palatini, una cum Comite Conrado Juliacensi, ad Dominum Benedictum Papam: qui eos bene recepit die prædicta, qua ingressi fuerunt Avenionem, licet ante fuerunt cum Philippo Rege Francorum, & de illo venerunt die supradicta ad Papam Benedictum: qui Duci Bavariæ prædicto, III. Kal. Aprilis, Dominica qua cantabatur Lætare, dedit Rosam post Missam, in qua quatuor consecravit Episcopos, & duos benedixit Abbates in sua Capella Avenionensi. Prima autem die Aprilis, venerunt Ambasciatores Domini Regis Franciæ ad eum super causa prædicta. Item III. Idus Aprilis respondit prædictis Nuntiis, quod Dominus eorum non esset pœnitens; & idcirco ad præsens ipsum non posset absolvere; & sic nunquam absolvit eum Papa Benedictus XII. quia moriebatur sub anno Domini MCCCXLII. A tempore autem suæ creationis, videlicet Benedicti Papæ XII. usque ad annum VII.

Absolutio Henrici Bavaro.

iterum Ludovicus absolvi petit.

sed frustra

A completum, præter præmissa nihil dignum relatione fecit: nisi quod Capellam sui Palatii ampliavit, & quod turrim magnam conjunctam suo Palatio construxit, & quasi perfecit: quæ etiam ad sui similitudinem, magna & quadrata existit. *Hactenus illa de Benedicto, cujus ultima Acta, omissis prioribus, in nostro Ms. sola leguntur hoc modo.*

Acta alia Pontificis. 8 Hic anno IV. Pontificatus sui, in temporibus jejunii, ordinavit sex Presbyteros Cardinales, videlicet Ebredunensem, Album, Guilelmum Montisolivarum, D. Gotium de Ariminis, D. Rotomagensem, Dominum de Rodes. Hic confirmavit atque roboravit sententiar contra Ludovicum de Bavaria, asserentem se Romanorum Imperatorem. Hic constituit D. Luchinum de Vicecomitibus, tyrannum Mediolanensem & multarum aliarum civitatum & terrarum Pedemontii & Lombardiæ, in Vicarium pro Ecclesia Romana; tamquam Imperio vacante & ad Sedem Apostolicam spectante. Item simili modo D. Mastinum de Scala in Veronam & Vinzentiam: item Dominos de Gonzaga in Mantuam & Reginam civitatem; item Marchionem Ferrariensem, in Mutinam, Constantiam, atque Argentinam. Anno illo Pontificatus sui prædicto, guerræ mortaler & crudeles incipiebant inter Reges, Philippum Franciæ & Eduardum *Bellum inter Francos & Anglos.*
B Angliæ. Pro pace vel treuga inter ipsos ponenda duos Nuntios Cardinales dictus Papa transmiserat, sed modicum relevavit. Item suo tempore Rex Angliæ cum sua armata debellavit armatam Regis Franciæ, in die S. Joannis Baptistæ supra Sclusas portum Flandriæ, in quo bello mortui fuerunt circiter XXXIII. millia Gallici, & Normanni amiserunt octingentas naves.

Laus Benedicti, 9 Item dictus Papa fecit fieri totum magnum palatium, ubi ipse residentiam faciebat Avenione, cum turribus circumcirca, atque viridario bene fabricato cum veronibus* circumcirca. Hic fuit homo durus & constans, magnus Magister in Legibus & Divinitate. Hic multum thesaurum Ecclesiæ congregavit. Hic nihil dare voluit alicui de suo genere vel consanguinitate. Iste vir non timebat quemquam, quamvis jus & justitia non observaretur ubique per universum. Hic nimis bonos dilexit, & malos odio habuit. Tandem anno Domini MCCCXLII. in die S. Marci Evangelistæ, Avenione, in palatio quod construi fecerat; ad Christum migravit: de cujus morte tota Curia ac Christianitas condoluit. Et sic sedit ab ejus electione annis VII. mensibus IV. diebus VI a coronatione ejus sedit annis VI. mensibus III. diebus XVII. & vacavit Sedes diebus XI. sepul- *obitus,*


** i. maceria.*

C tusque est in ecclesia Cathedrali Avenionensi. *Addit auctor Vitæ Anonymum apud Bosquetum:* In qua adhuc jacet, in capella sibi specialiter fabricata, etiam miraculis coruscando. *Dominus des Forgues, alibi nobis laudatus, in Indiculo Ms. Sanctorum ac Beatorum Avenionensium, eumdem* Beatum *nominat, nixus auctoritate Scriptorum Cisterciensium,* & nobile sepulcrum *appellat, in quo hodieque quiescit.* *sepultura,*

Epitaphiũ. 10 *Oldoinus noster ad Ciacconium hoc insuper ejus Epitaphium recitat.* Hic subsunt cineres & ossa BENEDICTI XII. PONT. MAX. qui fuit oriundus ex oppido Savarduno, diœc. Apamiensis in Comitatu Fuxensi, & appellabatur Fr. Jacobus Furnerius, Monachus Cisterciensis. Theologiæ Doctor eximius. Fuit primum Abbas Montis frigidi, inde Episcopus Mirapicensis, demum Presb. Card. tit. S. Priscæ, a Joanne XXII. cui immediate in Pontificatu successit, creatus. Vulgo Cardinalis Albus dicebatur: quem ob rei familiaris angustiam Cardinalium pene infimum, ob ejus vitæ integritatem, elegerunt in Vigilia S. Thomæ Apostoli, in conventu Fratrum Prædicatorum hujus urbis, ubi etiam Kal. Januar. per Neapolionem de Ursinis Diac. Card. coronationis insignia suscepit anno 1335. Vir fuit doctrina & vitæ integritate præstantissimus, virorum bonorum & doctorum valde studiosus: multa præclara D statuit, ad morum & præcipue Cleri reformationem & ecclesiasticam disciplinam restaurandam spectantia, Sedit in Pontificatu annos septem, menses quatuor, dies sex, unica tantum habita sex Cardinalium, virorum præstantissimorum, creatione. Decessit in Avenionensi Palatio, quod ipse fabricari jusserat, ex tibiæ dolore, VII. Kal. Maji anno 1342. Funus in præsenti Ecclesia magnifice curatum fuit, omnibus qui aderant ad tanti Pontificis necem collacrymantibus. *Hoc verum antiquumque ejus epitaphium esse nemo mihi persuaserit: cum ab usu illius ævi stylus nimium discedat; ad hæc zyphra in annorum notis, & error in die Coronationis manifeste coarguendus ex coævis, novitatem arguunt.* *f. ad cœmiterii positum,*

11 *His scriptis accipio a P. Carolo Faber accuratam Monumenti ipsius delineationem palmos octodecim altè, longi undecim, & quinque cum dimidio profundi, exceptam manu adm. R. D. Georgii Fallot Presbyteri Avenionensis: simulque disco, verissime judicasse me de epitaphio, minime antiquum esse, nec ullum veri monumento insculptum unquam fuisse: sed id quod supra ex Oldoino retuli, scriptum esse ab annis fortasse centum in pergameno, appensumque ad parietem juxta sepulcrum: in quo pergameno etiam sequentes notitiæ continentur.* Hi vero duo Cardinales immediate sepulti, & ex ipsorum antiquis monumentis in hoc sacellum translati fuerunt. Primus, qui pro insigniis habet duos leones, fuit Mag. F. Helias de S. Heredio Gallus Ord. Minorum, Magnus Theologus, ab Innocentio VI. tit. S. Stephani in Cæliomonte Cardinalis creatus, obiit Avenione 6. Idus Maji 1367. ad Minores primo sepultus, deinde (absoluto quod fieri jusserat mausolæo) in hanc ecclesiam translatus. Alter fuit Fayditus de Agri folio Gallus, Episcopus Avenionensis, a Clemente VII. in sua obedientia Presbyter Cardinalis creatus tit. SS. Silvestri & Martini in Montibus. Obiit Avenione 6. Non. Octobris 1391. Is vero qui jacet ante pedes Benedicti, creditur esse Bernardus sive Bertrandus, Episcopus Rutenensis Electus, tit. S. Cyriaci in Thermis ab eodem Cardinalis creatus, duarum Capellaniarum in hoc sacello fundator. Obiit Avenione sub Clemente VI. anno 1344. Quorum animæ quiescant in pace. Amen. *Possunt hæ notitiæ locupletandæ etiam posthac Ciacconio servire, quandoquidem Oldoinus noster eis caruerit: interim delineationem hic accipe.* *in pergameno ad parietem,* E *cum notitia aliorum sequentium sepulcrorum Cardinalium.* F

BENEDICTI PAPÆ XII.



12 Idem

A 12 *Idem Oldoinus, ad convictionem eorum qui Carmelitam fuisse contendunt, tum alia adfert, tum ipsam ejus bullam integram ex* Ughello *acceptam, & postridie Coronationis datam ad Abbatem Cisterciensem aliosque ejusdem Ordinis de sua evectione, ubi eos sic alloquitur:* Nos igitur qui juventutis nostræ tempora in Ordine vestro peregimus, sub sanctæ obedientiæ imperio & observantia regulari; ac in eo effecti alumni, in dignitatis & administrationis gradu fuimus operosi &c. *Ita etiam auctor Vitæ apud Bosquetum:* In juventute sua sub habitu regulari & monastico decrevit Domino famulari: fuitque receptus & indutus in monachum in monasterio Balbonensi Ordinis Cisterciensis, diœcesis Mirapicensis: ubi postquam edoctus fuit in regularibus observantiis & claustralibus disciplinis, diutius circa studia litterarum insudavit, tam Parisiis quam alibi permanendo: in quibus adeo profecit, quod tandem fuit effectus sufficiens & notabilis Magister in sacra Theologia: deinde primo ad monasterium Montis-frigidi diœcesis Narbonensis, secundo ad Apamiarum, tertio ad Mirapicensem fuit promotus Ecclesias. *Porro Apamiensem Episcopum factum anno* MCCCXVII. *indeque Mirapicensem anno* MCCCXXVI. *probant Sammarthani: ut etiam ex Apamiensis Episcopatus præteritione argui possit parum exacta cognitio rerum ad* Benedictum *pertinentium, in eo qui supradicto Epitaphio videtur voluisse totam ejus Vitam complecti.* D

Ipsi fatetur ab initio Cisterciensem fuisse.

CC. CLEMENS VI.

CLEMENS, natione Lemovicensis, antea Petrus Rogerii, ex Archiepiscopo Rotomagensi Presbyter Cardinalis SS. Nerei & Achillei tit. Fasciolæ, electus Avenione VII. Maji anno MCCCXLII. coronatus XIX. Maji in Dominica Pentecostes, sedit annos X. menses VI. dies XXX. defunctus Avenione anno MCCCLII. VI. Decembris: sepultus in suo, ubi Abbas fuerat, Casæ-Dei monasterio: & vacavit Sedes dies XI.

Ab anno 1342. ad 1352. an. 10. m. 6. d. 30.

B E

ACTA SUB HOC PAPATU.

Ex nostris MSS. Vitis Pontificum.

CLemens VI. natione Lemovincensis, de quodam loco dicto Monstrio Lemovicensis diœcesis. *Alii* Malmonte, *loco natum scribunt: & Bernardus Guidonis patrem appellat* Guilielmum Monstrium, Rosei-vici Dominum: *sunt autem sub Tutelensi diœcesi in Lemovicibus loca vicina* Maumont *&* Rozieres; *sed* Monstrium *nusquam nunc invenitur.* Hic primo vocatus Petrus Rogerii, postmodum monachus & Abbas cujusdam monasterii, nuncupati la Casa da Din; postmodum Abbas Fiscanensis in Normannia, deinde Archiepiscopus Rotomagensis; deinde in Cardinalatum, & ultimate in Papatum vocatus. Hic largissimus fuit, atque in omnibus placidus & affabilis, nec non conversabilis. Hic sub MCCCXLII. fuit electus Nonis Maji Avenione ad locum Prædicatorum: coronatus XIV. Kal. Junii; seditque annis X. mensibus VI. diebus XX. VIII. ab electione. Hic anno primo Pontificatus sui, temporibus jejunii Septembris, ordinavit Presbyteros Cardinales octo & Diaconos Cardinales duos, videlicet D. Tutellensem suum fratrem germanum, primo monachum Tutellensem, D. Guilielmum, suum nepotem ex parte sororis germanæ; Dominum de Guardia, suum consanguineum; Dominum de Turre, de Anagnia; Dominum de Nicosia, Archipresbyterum; Dominum Tornacensem, de Florentia; Dominum Boloniensem; Dominum de Chinitres, de Lemovicino, (qui fuit) postea Innocentius VI. Papa; Dominum Ademarum Roberti, Lemovicensem: anno [autem] sequenti unum Presbyterum & unum Diaconum Cardinales; videlicet Dominum Lemovicensem, suum nepotem ex (parte) sororis germanæ, Diaconum Cardinalem; Dominum Atrebatensem, nepotem quondam (Domini Bertrandi Senioris Cardinalis) Autissiodorens * Cardinalem Presbyterum.

Patria Clementis.

gradus per quos evectus:

Cardinales creati.

C

** imo Augustodunensis.*

2 Hic concessit Romanis, rogantibus ut, sicut Bonifacius VIII. concesserat eis, quolibet anno Domini centesimo indulgentiam & remissionem peccatorum visitantibus limina Apostolorum Petri & Pauli, tantum obtinerent in quolibet quinquagesimo quoties eveniret. Hic instituit Episcopum Pragensem in Archiepiscopum Metropolitanum Bohemiæ. Postquam reconciliaverat Ecclesiæ prædecessor suus Dominos de Vicecomitibus Mediolanenses, ex quibus unum fecerat Archiepiscopum Mediolanensem, alterū in temporalibus Vicarium Ecclesiæ, licet esset tyrannus, & in pluribus urbibus Lombardiæ, hic etiam acceptavit eosdem. Hic etiam D. Eloisium * fecerat atq; coronaverat (Regem) de regno Insularum perditorum, sed possessionem numquam habuit dum vixit.

Jubilæum ad 50 annos addictum:

Tēporalia curata. Ludovicā Gerda R Insul. Fortunatarum.

3 Hujus tempore fere omnes civitates, terræ, & castra Patrimonii S. Petri, Marchiæ Anconitanæ & Romandiolæ se rebellaverunt Sedi Apostolicæ, & ipsius in illis partibus Rectoribus & Officialibus. & omnes devenerunt in manibus tyrannorum, videlicet Patrimonium in manibus Joannis de Vico, Præfecti Viterbii; Marchia, in manibus Dominorum de Malatesta & Galeotti de Arimino, Nolfii & Gelasii atq; suorum fratrum, Nepotis Comitis Guidi de Montefeltro, D. Alugii de Fabriano, Nepotum Burgaritii de Matalica, Ismudatii de S. Hieronymo, Nepotum D. Gentilis de Varano, Nepotis Mahoeli de Monte-Miliano, Nepotis D. Panginnis de Cingulo, Nicolai de Socareto, Filiorum D. Raimundi de Esio, & quam plurium aliorum tyrannorum; Romandiola vero, in manibus prædictorum de Malatesta, Francisci Sinibaldi Capitanei Forolivii, Domini Joannis de Manfredia de Faventia, & Bernardini de Polenta: quas provincias prædicti tyranni cum eorum sequacibus tenuerunt per multa tempora, ipso Papa vivente.

Italia per tyrannos ad defectionem adducta,

F

4 Anno Pontificatus sui IV. Comes de Arbi Anglicus, cum ejus alligatis Vasconibus, guerram mortalem & durissimam, illo tunc manu potenti, per Vasconiam, Petragoricensem & Pictavensem provincias fecerat, ferro & igne [omnes] pene illas partes devastando. Nec non simili modo Comes de Nnrronia Anglicus, cum suis alligatis Britonibus, in dicto Ducatu Britanniæ [præsumebat] faciendum. Hujus tempore & sub MCCCXLVI. de mense Augusti, Rex Eduardus Angliæ, cum octingentis navibus bene munitis, ad guerram in Normandia applicuit, & viribus armorum villam * Cami, & innumerabiles villas, castra & loca in dicto Ducatu occupavit, ferro & igne devastans usque * Clnum prope Parisius: in quo loco dictus Rex Angliæ cum suo exercitu, per diem totam & noctem sequentem, castrametatus est. Per paucos vero dies sequentes, videlicet die Sabbati XXVI. mensis Augusti antedicti,

Anglorum progressus in Gallia:

** Cadomi*
** Saint Clou.*

pugna Cresciacensi victi Franci.

A Rex Franciæ, una cum Rege Bohemiæ, & Rege Navarræ, & Rege Majoricarum, cum innumerabilibus Comitibus, Baronibus & Nobilibus, nec non comitatibus armorum, prælium cum dicto Rege Angliæ & suis gentibus habuerunt. Ultimate, permissione divina; dictus Rex Angliæ & suæ gentes bellum prædictum obtinuerunt, & dictus Rex Franciæ cum paucis apud Ambianenses est receptus. Dictus autem Rex Angliæ per duos dies postea subtus tentoria die noctuque, in loco qui dicitur Crescy, in quo fuit bellum commissum castra metatus est. In quo bello mortuus est Rex Bohemiæ, Dux Lothringiæ, Comes de Lausano frater dicti Regis Franciæ germanus, Comes Flandriæ, & alii multi Comites & Barones atque Nobiles Francigenæ: nec non (ut dicitur) plusquam duodecim millia hominum Gallicorum in dicto bello ceciderunt mortui: de Anglicis vero pauci fuerunt mortui.

Calesii obsidio & deditio;

5 Obtento bello prædictus Rex Angliæ cum suo exercitu versus villam Calesii iter assumpsit, & dictam villam obsedit: & ibi personaliter ipse Rex, cum Regina & filiis atque suo posse, in dicta obsidione stetit per XI. menses & XXVI. dies; donec ex vi & compulsione famis dictam villam liberam ad suæ voluntatis B mandatum habuit, invito illo tunc Rege Franciæ Philippo & suis gentibus. Item durante dicta obsidione, gentes Regis Angliæ debellaverunt Regem Scotiæ & suas gentes in territorio Eboracensi: & dictus Rex Scotiæ vulneratus & captivatus est, atque conductus & positus in turrim Londiniarum: & hoc fuit de mense Octobri anno Domini MCCCXLVI. Item durante d. obsidione, gentes d. Regis Angliæ, quæ erant in Ducatu Britanniæ, habuerunt prælium cum Duce Britanniæ & suis gentibus; ultimate d. bellum Anglici obtinuerunt, & CCC. milites de gentibus d. Ducis in d. bello mortui ceciderunt, & d. Dux vulneratus atque conductus in Anglia, est positus in turrim Londiniarum. Item in MCCCXLVI, Comes de Arby, qui erat Locum-tenens d. Regis Angliæ in Vasconia, cum suis Vasconibus, nec non cum suis Anglicis quos de Anglia conduxit, habuit bellum de mense Octobris, cum Comitibus Baronibus & Nobilibus atque comitatibus pene totius illarum partium Linguæ-auxitanæ, in quodam loco nuncupato Albarattia: ultimate d. Comes de Arby & suæ gentes d. bellum obtinuerunt. In quo bello mortui fuerunt, Comes D. Aymoneus de Pictavo, Comes & Capitaneus Francorum, cum multis aliis Nobilibus. Circa tria millia, inter mortuos & captivatos, C de Francigenis in d. bello perierunt: item capti fuerunt Comes de Insula, D. Riconetus filius Comitis Pictavi, & quam plures alii Comites & Nobiles. Item dicti Anglici viribus armorum, post d. bellum, ceperunt civitatem Pictavensem, villam S. Joannis de Angelis, Turellam, Bregejactum, & multas alias villas & loca; noctuque huc & illuc Anglici prædicti per illas provincias discurrentes, ferro & igne pene omnia consumentes, cum infinitis captivis & prædis in Burdegalensem (provinciam) se cum honore receperunt.

Scotorum in Anglia clades.

Iterum cæsi Franci,

6 Hic Papa miserat Delphinum Viennensem cum Crucesignatis ad partes ultramarinas, sed modicum relevavit Christianis. Item misit DD. Annibaldum & Neapoleonem Cardinales & D. Claromontensem Cardinalem, ad tractandum pacem vel aliquam treugam cum Regibus Franciæ & Angliæ & ipsorum regnis: qui Cardinales in tantum operaverunt, quod treugam inter dictos Reges & ipsorum regna ordinaverunt per tres annos: sed modicum fuit observatum, specialiter in Vasconia & Britannia. Hujus tempore fames validæ fuerunt fere per totum universum. Item anno quinto suæ Coronationis mortalitas terribilis & fortissima incepit per totum mundum, & duravit per tempora, ita & taliter quod de centum personis tam marium quam mulierum, & tam juvenum quam senum, vix supervixerunt in exitu d. mortalitatis sive epidemiæ decem personæ, in aliqua mundi parte pene quinque de centum. Item hujus tempore inceptum fuit palatium novum, cum audientia nova & capella atque turribus, & quasi completum; nec non magna turris, quæ postmodum cremavit. Hic etiam canonizavit S. Yvonem, Presbyterum & Confessorem Britannicum, anno suæ Coronationis VI. XVI. kal. Junii. Item anno Domini ut supra, Pontificatus sui anno VII. ordinavit Dominum de Belloforte, suum nepotem germanum, in Diaconum Cardinalem. D

Triennales induciæ inter Reges,

Mortalitas ingens,

Quadrata à Clemente,

7 Hic ratificavit atque roboravit processum & sententias latas contra Bavarum: nec non vivente ipso ordinavit cum suis Fratribus Cardinalibus de creatione novi Imperatoris: quod & factum est, privato Archiepiscopo Moguntino, qui sæpedicto Bavaro hæretico adhærebat. Tunc Electores, ad quos electio Romanorum Imperatorum spectabat, de consensu Sedis Apostolicæ & voluntate, elegerunt atque nominaverunt in Regem Romanorum & Alamanniæ & pro Imperatore, D. Carolum * Tertium, filium Regis Bohemiæ: quam electionem d. Papa ratificavit & approbavit. Hic etiam D. Philippo Regi Franciæ & D. Joanni Duci Normanniæ de thesauro Ecclesiæ in eorum guerris, ut dicitur, mutuavit: aliqui dicunt quod donavit circa octo millia florenorum auri. Hic ditavit omnes Fratres, cujuscumque conditionis vel status essent, tam de E beneficiis ecclesiasticis quam de thesauris atque officiis & divitiis mundanis. Hujus tempore Comes Haynoniæ pene cum omnibus suis Nobilibus mortui ceciderunt, in bello habito cum Fresonibus in ipsorum territorio. Item Leodienses habuerunt bellum cum Brabantinis, ubi circa decem mille Leodienses & mille Brabantini mortui ceciderunt in territorio Leodiensi. Tempore hujus Rex Hispaniæ debellavit Regem * Bellomarinum Sarracenum, nec non cepit per obsidionem villam * Seveliæ, supra quam fuerat subtus tentoria d. Rex Hispaniæ per duos annos vel circa.

Depositio Ludovici Bavari,

& electio Caroli,

** alias quartum.*

Bulla aurea.

** Miramamolinum. * seu Algaziræ.*

8 Hujus tempore D. Lucchinus de Vicecomitibus, tyrannus Mediolanensis, pene omnes civitates & terras Pedemontis occupavit, & paulo post moritur; & D. Joannes suus germanus, Archiepiscopus Mediolanensis, efficitur Dominus Mediolanensis & omnium terrarum occupatarum per suas tyrannides. Hic Papa ipsum Archiepiscopum & nepotes excommunicavit, propter occupationem factam per ipsos de civitate & comitatu Bononiensi & Pedismontis, & postea pro pecunia F absolvit, nec non concessit ipsis d. civitatem pro XII. annis futuris, (ut haberent) dominium & regimen nomine Ecclesiæ, solvendo XII. millia florenorum anno quolibet Romanæ Ecclesiæ. Item simili modo concessit civitatem & districtum Ferrariensem Marchionibus de Est tyrannis, solvendo d. Cameræ anno quolibet a. millia florenorum auri.

Vicecomites Mediol. excommunicati & absoluti,

9 Hujus tempore Rex Siciliæ & Apuliæ Andreas, frater Regis Ungariæ, occiditur a suis domesticis de d. regno, consentientibus (ut dicitur publice) aliquibus Regalibus d. regni & Regina sua uxore Joanna; propter quam mortem pene totum Regnum fuit desolatum & destructum. Paulo post Rex Ungariæ, cum infinitis gentibus armorum, de consensu omnium Italicorum & Communitatum, atque aliquorum Nobilium de d. regno, d. regnum manu potenti intravit, & pene totum ad suas manus pervenit, capiendo Ducem Duratiæ & ipsum decollari faciendo: dictamque Reginam cum D. Loysio de Taranto, asserente suum virum esse, in Provinciam ex timore d. Regis fugavit: quod regnum Siciliæ & Apuliæ d. Rex obtinuit, & paulo post in Ungariam recessit, dimittendo in d. regno aliquos suos Capitaneos cum gentibus armorum,

Occiso R. Andrea Neapolis regnû invaditur ab Ungaris,

pax per Papam conciliatur,

Item

A Item in d. tempore d. Papa Cardinales duos Legatos ex latere, unum in Italiam & alium in Ungariam, pro pace inter d. Regem Ungariæ & Reginam atque D. Loysium præd. fienda, transmisit, videlicet Poloniensem & Neapolitanum; qui Cardinales pacem inter ipsos posuerunt, & d. regnum Siciliæ & Apuliæ in manibus d. Reginæ & D. Ludovici, nomine Ecclesiæ Romanæ possidendum: & in possessionem posuerunt d. D. Ludovicum, in Regem per Archiepiscopum Bracarensem, ab Apostolica Sede Commissarium in hac parte, de d. regno coronatum.

** a. Galeatos. Tuscia a Mediolanensibus frustra tentata*

10 Hujus tempore Archiepiscopus Mediolanensis & tyrannus transmisit circa quinque millia * barbuta & tantumdem pedites, cum consensu & adjutorio nobiliorum Ghibellinorum de Tuscia, ad occupandum civitates & loca Tusciæ quæ erant in communi: sed ultimate modicum eis relevavit, & dictæ civitates pacem cum d. Archiepiscopo habuerunt. Hic anno IX sui Pontificatus, tempore jejunii de mense Decembri, ordinationem de infrascriptis Cardinalibus fecit; videlicet D. Ægidium Hispanum, Archiepiscopum B Toletanum; D. Guillermum, Archiepiscopum Cæsaraugustanum; D. Raymundum, Archiepiscopum Tolosanum; D. Fr. Pastorem, Archiepiscopum Ebredunensem; D ..... Albiensem Episcopum; D. Nicolaum Capoctii, Romanum, Urgellensem Episcopum; D..... Appamiarum Episcopum, D. Raynaldum de Ursinis Romanum, Protonotarium Papæ; D. Joannem de Curmagnia, Protonotarium; D..... Abbatem S. Dionysii; Dominum de Molin, Generalem Prædicatorum; D. Petrum, Autissiodorensem Episcopum.

nova creatio Cardinalium.

Joannes Philippo Patri apud Francos succedit:

11 Hujus tempore Rex Philippus Franciæ moritur, & coronatus est primogenitus suus, nomine Joannes Dux Normandiæ de eodem regno. Hujus tempore Guido Boloniensis Cardinalis, de consensu Papæ & suo motu proprio, ivit in Franciam suis expensis, ad tractandum pacem cum d. Rege & Eduardo Rege Angliæ: propter quem tractatum Dux Borboniæ, pro parte Regis (Franciæ; & Dux .....) pro parte Regis Angliæ, venerunt Avenionem, tempore Innocentii VI. anno Coronationis suæ primo, ad perficiendum ea quæ ordinata fuerant per d. D. Cardinalem, circa d. pacem inter dictos Reges habendam: sed ultimate concordare non potuerunt, & discordes de Curia dicti Duces, cum eorum ambasciatoribus, ad eorum regna recesserunt: & hoc propter defectum Regis Franciæ, ut C communiter dicebatur, illo tunc denegante ea quæ tractata, scripta & sigillata erant per ipsos, atque jurata in manibus & præsentia d. D. Cardinalis, de voluntate & consensu d. Regis Franciæ & sui consilii.

inter eum & Anglos frustra tractata pax

Baleares ab Aragoniis occupatæ,

12 Hujus tempore Rex Majoricarum ejectus fuit de regno suo & de Comitatu Rossilion per Regem Aragonum: qui Rex & Regina cum filiis suis Avenionem venit, & per plures annos in Curia cum competenti statu permansit. Et paulo post d. Rex Majoricarum cum suo posse civitatem Majoricarum manu armata intravit: sed resistere non potuit gentibus Regis Aragonum, captusque extitit per ipsos, & decollatus fuit, nec non sui sequaces perierunt in manibus Aragonum. Hujus tempore Rex Joannes de Francia fuit in Curia ad visitandum d. Papam: quem d. Papa honorifice recepit, & per tres dies bulla in forma pauperum apta fuit generalis. Hic non modicum minuit jura, jurisdictiones, libertates, thesaurum atque patrimonia B. Petri & Ecclesiæ Romanæ. Hujus tempore Pisani debellaverunt Florentinos super territorium civitatis Lucanæ, & obsederunt dicti Pisani eamdem civitatem per octo menses, & fame compulsi eam detinentes, reddiderunt se Pisanis, & civitas fuit totaliter in eorum manibus.

Colloquium Regis & Papæ.

Mores Itali.

Nicolaus Rentii Romæ Tribunus.

13 Hujus tempore quidam Nicolaus Rentii, de urbe Romana Notarius, sua industria & sine consensu d. Papæ, sed motu ipsius & populi Urbis, factus D est Tribunus & Dominus Urbis, regnavitque per aliquod tempus in Urbe. Præliavit illo tunc cum Columnensibus & eorum sequacibus ad portam S. Laurentii dictæ Urbis: quos debellavit, & mortui ceciderunt Stephanus de Columna, cum Joanne filio suo & tribus suis consobrinis, & aliis quam pluribus eorum sequacibus. Qui Tribunus posthæc aliqua præsumpsit contra jurisdictionem Ecclesiæ facere: propter quod d. Papa, cum consensu suorum Fratrum Cardinalium de Urbe, d. Tribunum suo officio exclusit, ipsumque fugavit de Urbe, acceptavitque (illam) sibi. (Qui Nicolaus Rentii fuit) in Alamania apud Bohemia, ubi captus extitit per nuntios Caroli, electi in Imperatorem Romanorum: & Avenionem d. Papæ conductus, captivatus extitit per tempora, & per suum successorem Innocentium relaxatus, & transmissus paulo post per d. Papam ad suum officium reassumendum: quod & factum est ultimate. Paulo post per suos æmulos captus extitit in Capitolio, & ibidem trucidatus. E

Avenionem captivus adducitur.

Civitas Avenionensis Papæ redditur,

14 Hujus tempore civitas Avenionensis empta fuit pro Ecclesia a Regina Joanna, consentiente suo viro D. Ludovico de Tarento, postea coronato in Regem Siciliæ & Apuliæ de consensu d. Papæ & Cardinalium. Hic die VI. Decembris in die S. Nicolai, anno Domini MCCCLII. Avenione in Palatio Apostolico, ad Christum migravit. Sepultus est in monasterio de la Casa di Dio Claromontensis diœcesis. *Hæc eadem sic contineri in Cod. Vaticano 2040. persuadent nonnulla loca, ab Oderico Raynaldo ex eodem iisdem plane verbis usurpata: visa autem sunt digna quæ integre repræsentarentur sua illo genuino ac simplici stylo, potius quam Vita quæ erat apud Bosquetum, haud dubia recentior, cultior tamen plerumque, sed & non pauca hic accuratius digesta omittens: corrigenda vero ubi dicis quod* Clemens *hic* sedit annis X. mensibus VII. diebus V. *quos apparet male esse supputatos ex die* VII. Maii *usque ad* VI. Decembris, *quos etiam dies Vita illa apud Bosquetum nobis nominat pro diebus electionis & mortis.*

Ratio temporis.

15 *Aliud Ms. Vaticanum, auctoris æque anonymi, allegat Rainaldus, signatum num. 3765. ubi de sepultura sic legitur:* Corpus portatum fuit in ecclesiam B. Mariæ Virginis cathedralem, ubi stetit usque ad æstatem; deinde asportatum in monasterium Casæ-Dei, ubi pridem fuit Monachus, quinque Cardinalibus comitantibus ipsum, in capella ab ipso constructa compositum & tumulatum, cujus anima requiescat. F *De sepulcro apud Ciacconium genuinum hæc lege, in posterioribus editionibus itera a:* Sepulcrum, in choro monasterii illius, quod ipse vivens Avenione a peritissimis artificibus fieri curaverat, ex candido & Pario marmore compositum erat, exornatumque variis imaginibus. Statua marmorea superposita tumulo visebatur, ante hæc pestifera bella, quibus Gallia pene deformata est, cum de religione inter Catholicos & Calvinianos decertaretur. Monasterium namque ipsum anno MDLXII. cum obsideretur, milites Calviniani plusquam barbari templum diripiunt, statuam confringunt, sepulcrum violant, ubi ipse Clemens pene formidabilis jacebat: armati enim hominis staturam exhibere videbatur, quia singulæ corporis partes plumbo tectæ erant. Cadavere igitur nudato, nihil præter ossa & cineres repererunt, atque in flammas sacrilegi misere. Etsi vero statua Clementis comminuta fuit, imago tamen ejus adhuc cernitur Lutetiæ Parisiorum in vitrea fenestra, quæ prima omnium occurrit ingredientibus templum Sorbonicæ domus, ubi flexo genu & manus ad cœlum tendens, supplici habitu Virginem sacram veneratur: id enim templum ejus ope & favore conditum est, itaque ima-

Sepultura Clementis

ejusq; olim memoria Parisiis:

A image illa antiqui operis inscripta videtur. *CLEMENS* PP. *VI. PROVISOR HUJUS DOMUS*.

hæc periit. 16 *Hæc Ciacconius, superiori seculo XVI. exeunte librum suum imprimens: nunc autem nihil ejusmodi amplius invenitur Parisiis, ubi veteris Sorbonici collegii nulla prorsus reliquiæ supersunt; sed a fundamentis nova spectantur omnia, & in singulis tam ecclesia quam collegii fenestris Richelii Cardinalis fundatoris nomen monogrammatico expressum, nec aliud quidquam.* *illa nihilo superest,* *Sed opera quam Parisiis frustra posuimus in requirenda, quæ nulla amplius extabat, fenestra; feliciùs cessit in Casa-Dei, unde per R. P. de Funo Podiensis nostri Collegii Rectorem, obtinuimus subjectam delineationem extantis etiamnum tumuli, statuaque ea qua fuerat parte truncata redintegrata. Et hæc quidem ped. 1 quinque cum dimidio longa, est ex marmore albo, ex quo etiam plinthus inferior longus pedes novem; ipse vero tumulus, cum inferiori ac superiori tabula, totus ex nigro. Ita delineationi a se curata Prior loci subscripserat, addens, non obstante Calvinistorum furore, in chori medio tumbam stare; redintegranda* B *autem statuæ addi dumtaxat debuisse* tiaram, manusque & pedum extrema, quæ decussa fuerant omnia. *cum statua redintegrata,*

CLEMENTIS PAPÆ VI

Nec minus crudeliter, *inquit*, corpus ipsum tanti Pontificis violarunt. Præcisum nempe caput, velut orbem lusorium, diu agitatum, tandem flammis simul cum ceteris ossibus dederunt; sed pleraque ignibus erepta, corio cervino inclusa, in tumulum tan- *& ossibus collectis ab igne.* dem illata sunt. Porro nulla inscriptionis nota superest; nec mihi satis compertum est, utrum aliqua olim extiterit: hoc unum citra dubium potest asseri, quod scilicet ex inferiori gradu marmoreo surgebant ante violatum tumulum variæ figuræ & ornamenta operis anaglyphi, ad altitudinem sesqui-pedis aut circiter. D

17 *Albertus Argentinensis, hujus ævi scriptor, ad annum* MCCCXLII. *notat, quod* Hic Papa, cum arma progeniei suæ haberent quinque Rosas, contra morem antecessorum totidem Rosas poni fecit in Bullis: *Rosæ gemi. lineæ sigillo ejus additæ* *quarum veriorem imaginem exprimens Ciacconii locupletator aliquis, crucem in bulla format, cujus singulis partibus inscripta Rosa gemina, cum ea quæ in centro communis est omnibus, ipsas non solum semel, sed bis quinque efformavit. Religiosior tamen exempli semel præbiti imitator fuisse videtur* Urbanus V. *pro signo assumens in suis Bullis quinque Cruces cruciformiter dispositas intra coronam querneam, civium servatorum symbolum; ut videre est in eodem auctiori Ciacconio. Ceteri communem fere morem tenuere: & primus ab illis post duo fere secula fuit Alexander Farnesius, qui anno* MDXXXIV. *factus Pontifex* Paulus III. *innovavit aliquid, in gentis suæ Farnesiæ gratiam, nomini suo superscribi faciens sena lilia, & terna ex utroque latere opponens. Placet autem omnium trium hic exprimere ectypa. Primum hujus* Clementis, Urbani V. *secundum, tertium* Pauli III. *& hujus forsan pars aversa, habebat Capita Apostolorum: aliis duobus in eadem parte haud dubie nomen inscribebatur Pontificis.* E

A
PAVLVS PAPA III

CCI. INNOCENTIUS VI.

C *Ab an. 1352 ad 62 an. 9 m. 8 d. 26.* INNOCENTIUS, natione Lemovicensis, antea Stephanus Cardinalis Episcopus Ostiensis, electus Avenione anno MCCCLII. XVIII. Decembris; coronatus XXX. Decembris; sedit annis IX. menses VIII. dies XXVI. defunctus Avenione anno MCCCLXII. XII. Septembris; sepultus apud Carthusianos Villæ-novæ prope Avenionem, & vacavit post mortem ejus Apostolica Sedes mensem I. dies XVIII. F

Sepultura Innocentii PP. 6. V*Aticanum Ms. apud Rainaldum sub numero 3765. Acta hujus Pontificatus sic finit.* Post hæc D. Innocentius, modicum decumbens, cum esset senio & ætate confectus, die XII. mensis Septembris obiit, & XIV. sepelitur in ecclesia D. Mariæ de Donis, ibique mansit usquequo translatus fuit. *Translatus autem fuit (sicut testatur auctor Vitæ apud Bosquetum)* ad domum Carthusiensem Villæ novæ, in qua vivens suam perpetuam elegerat sepulturam. *Dabitur infra ipsius monumenti, nunc vacui, accurata delineatio, ex ipso loco accepta; cum lapide indice præsentis sepulturæ, aliisque memoriis eodem spectantibus.*

ACTA PONTIFICATUS.

Ex nostra Ms. suppleta ex Ms. Vaticano 2040.

INnocentius VI. Stephanus nomine, natione Lemovicensis, de villa .... ex patre ...... Hic primo Procurator, & judex postea fuit, nec non doctoratus in jure Canonico, postmodum Clericus & Episcopus Claromontanus; deinde Cardinalis. Et electus est in Papam per Cardinales annos Domini MCCCLII. die Martis XVIII. Decembris, hora Tertiarum: & coronatus die Dominica penultima dicti mensis, Avenione in Apostolico palatio. Sedit annis novem, mensibus octo, diebus XXVI. & vacavit Episcopatus eius mense uno diebus XIX. *ipso mortis die computato.* *Hujus promotio.*

laudabilia acta. 2 Hic fuit vir iustus & durus in concedendis Beneficiis & (circa) iura ecclesiastica. Subito post suam Coronationem multas reservationes, factas per Clementem prædecessorem suum suspendit, & constituit Prælatos & alios Beneficiatos, in Curia illo tunc morantes, unumquemque ad suum Beneficium personaliter applicare, & ibi residentiam facere sub pena excommunicationis: quod & factum est. Hic diminuit expensas & familiares suos & etiam omnium Cardina-

A nalium. Hic ordinavit stipendia Audisorum sacri Palatii. Hic fortis & robustus ad recuperandum provincias, terras, & iura sanctæ matris Ecclesiæ, quæ diu temporibus suorum prædecessorum fuerant per tyrannides occupatæ, in partibus Italiæ, quas pene omnes ad mandata Ecclesiæ reduxit manu potenti. Hic ordinavit & transmisit anno primo suæ Coronationis D. Ægidium Hispanum Cardinalem in Legatum ex latere in istis partibus Italiæ ad recuperandum prædictas provincias, terras, & iura Ecclesiæ occupata per tyrannides: & facta est executio manu potenti per d. D. Cardinalem infra quatuor annos, cum multis laboribus & expensis thesauri Ecclesiæ. Hic anno II. suæ Coronationis transmisit D. Petrum Ostiensem Cardinalem, ad coronandum D Carolum Quartum, filium Regis Bohemiæ in Romanorum Imperatorem, quod & factum est.

possessiones Ecclesiæ recuperatq in Italia,

3 Anno primo suæ Coronationis die xxv. Augusti, Januenses fuerunt debellati in Sardinia in mari per B Venetos & Catalanos: in quo bello dicti Januenses xxxiii. galeas perdiderunt. Huius temporibus dicti Januenses cum omnibus eorum castris & iurisdictionibus, submiserunt se Archiepiscopi Mediolanensis tyrannidi: & post paulo dicti Januenses debellaverunt Venetos in mari magno, ubi dicti Veneti amiserunt XL. galeas & alia navigia, nec non homines qui erant in dictis navigiis. Huius tempore pax facta fuit inter dictos Januenses & Venetos, & exclusi fuerunt Catalani ab ista pace.

Genuensiũ victoria.

4 Item sub MCCCLVI. de mense Junii, D. Thalayrandus Petragoricensis & D. Nicolaus Capoctii Cardinales, transmissi fuerunt in Nuntiis Apostolicis per d. Papam, ad ponendam pacem finalem vel treugam fiendam inter Reges Joannem Franciæ & Eduardum Angliæ ipsorumque Regna. Qui Cardinales de mense prædicto de Curia recesserunt, & in regno Franciæ applicaverunt, continuando ipsorum diætas pro pace vel treuga, inter ipsos Reges & Regna ponenda. Item sub præd. anno d. Papa una Ordinatione, in die Veneris XVIII. Decembris, ordinavit de infrascriptis Cardinalibus, videlicet de D. Petro, Archiepiscopo Rotomagensi; D. Francisco de Tuderto, Episcopo Florentino; Petro, Episcopo Pampelonensi suo nepote; Elia, Episcopo Uricensi; Fr. Guilielmo, Generali Ordinis Prædicatorum de Aragonia; Fr Nicolao, Generali Ordinis Minorum, Lemovicensi. Item, eodem tempore & sub MCCCL-C VII. ordinavit D. Andoinum de Burgundia Abbatem Cluniacensem, in Rectorem et Gubernatorem omnium terrarum Ecclesiæ in Italia, dum d. D. Hispanus Legatus ibidem moram contraheret; et recessit de Curia die ultima Februarii, et sub die v. d. mensis fuit ordinatus. De mense vero Augusti d. anni, d. Legatus, apud Berthenorium, totaliter vices suas in spiritualibus et temporalibus d. D. Abbati commisit: et in paucis diebus iter versus Tusciam cum suis familiaribus, & Dominis de Malatesta, de Arimino & aliis Nobilibus de Marchia & Romandiola, causa applicandi ad Curiam, assumpsit. Die vero lunæ XXIV mensis Octobris, hic in Curia, d. D. Legatus Ægidius, a D. Papa & omnibus Dominis Cardinalibus & morantibus in Curia, benevole est receptus.

Legati pro pace inter Reges missi

Cardinales creati.

Ab Cluniacensis Vicarius in Italia Mandatus.


5 Hujus tempore & sub MCCCLVII. Dominus Raynaldus * de Servilia, dictus Archipresbyter de Veneria, oriundus de Petragoricensi Comitatu, ex tractu D. Arnaldei de Bantio, Dominus Raymundus de Bantio Comes de Avelino, D. Carolus de Pyterio, D. Garmotus de Aerzo, D. Bertrandus de Bidossio, & D. Joannes de Rubuffello, & fere omnes nobiles de Provincia, præter Cancellinenses & tres alias domos dictæ Provinciæ, fecerunt & ordinaverunt maximam partem equitum & peditum, uniuscujusque Christianæ D nationis, qui fuerunt in summa circa quatuor millia hominum, & vocabatur Societas del acquisto: & coadunaverunt se in Lemovicino in Auvergnia, & per illas partes circa Rhodanum. Et sub die Jovis XIII. Julii, de consensu Domini de Rossillon transiverunt Rhodanum: & applicaverunt, continuatis eorum diætis, in Comitatu * Veransensi, de consensu (ut publice dicebatur) d. Papæ & aliquorum Cardinalium de Lemovicino; nec non prædicta omnia (dicebantur) ordinata fuisse per D. Thalayrandum.

** al. Arnaldus de Sarvola Archipresb. de Veraüs*

** an. Vinausensi?*

6 *Hic in nostro Ms. vacat integra pagina, quasi expectet aliunde suppleri. Supplementum speravi & petii ex Ms. Codice 2060 Bibliothecæ Vaticanæ, sed frustra quia nihil ibi amplius quam in nostro invenitur. Dabimus ergo quæ ex Carthusiæ Villa-novanæ Kalendario domestico describenda nobis curavit Domnus I. F. Maren Carthusianus, simul mittens ipsius pulcherrimi monumenti iconismum, quem & notavit altum esse palmos triginta quatuor & dimidium, latum octodecim cum dimidio, profundum vero sex cum dimidio, intra quod jacet ipse marmoreus: reliquum vero opus* E *ex eo est lapide, quem Pernensem nominant, a loco unde eruitur in Comitatu Venassino: marmorei etiam sunt statunculi, quibus satis multis hoc monumentum ornatur, ut videre est: non item æque facile divinare de singulis quorum Sanctorum sint. Positum est autem in sacello Sanctissimæ Trinitatis, hoc forma.*

Mausoleũ Villa nova



Non tamen in hoc mausolæo jacet corpus, sed metu Hugenotrarum, omnia quocumque penetrabant vastantium & Pontificio nomini infensissimorum, ablatum fuisse significat prælaudatus Domnus Maren, litteris

& corporis sepulcrum.

anac

A *anno* MDCLXXXIII. XXVI. *Maii signatis ad P. Carolum Fober: collocatumque ais intra crassitiem muri, prædictum sanctissimæ Trinitatis Sacellum ab altari majori separantis. Cessante autem metu non fuerunt iterum ad tumulum relata ossa, sed eidem parieti additum est marmor, alto exsculptum hoc modo.*



In hoc lapide ad pedes Papalis statuæ, spectantur quæ a fronte spectari nequeunt insignia Pontificia, qualia B *apud Ciacconium videre est, & quadamtenus conati sumus exprimere, spatio: alias vacaturo intra medium orcum monumenti præmissi: ex altera vero parte leguntur hæc verba:* Hic jacet Innocentius Papa sextus, primus fundator hujus domus, qui obiit anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo secundo, die vero duodecima mensis Septembris: cujus anima requiescat in pace.

Occasio fundationis istius novæ Carthusiæ,

7 *His productis venio ad id cujus supra memini Villanovani Kalendarii monumentum, verbis sequentibus conceptum.* Fundationis hujus causa fuisse fertur visio quædam terribilis cujusdam sancti Eremitæ, ad quem Sanctissimus Papa Innocentius sextus, dum adhuc in minoribus constitutus, dictus Cardinalis Stephanus Alberti, anno videlicet MCCCXLIII. devotionis ergo visitaturus adveniens, invenit eum in extasim raptum: cumque pulsanti non aperiretur, irruentibus tandem famulis in cellam, quodam impetu excitatus, quasi homo de gravi somno consurgens, cœpit exclamare dicens, O mi! o mi! Ecce vidi mirabilia: conspexi dictu horribilia. Sciscitante autem Cardinale diligenter quæ intuitus fuerat, responsum hoc dedit; ductus mentis excessu ad infernum perve- C ni, ibique animas, sicut nivem densissimam aerem D obnubilantes, adverti in abyssum descendere; in purgatorium vero, velut nivem rarissimam; sed ad paradisum tres dumtaxat animas pervenisse, revelatum mihi est: illius scilicet Episcopi, illius Prioris Carthusiensis, ac illius viduæ Romanæ, singulos singulis designans nominibus. Cardinalis igitur cum maxima polleret prudentia, investigare volens visionis hujuscemodi veritatem, missis hinc inde nuntiis, certissime comperit, prænominatas animas eadem hora corpore solutas; sicque qui prius timuerat aliquantulum de nimio Carthusiensium rigore, maxime propter abstinentiam carnis perpetuam, amicissimus Ordinis factus propter illius sanctitatem, novam pro monachis Carthusianis procuravit fieri domum: quam, cum Ecclesiæ præesset regimini, opere complevit, sicut rei probat effectus. *Eadem aliis verbis & contractius aliquando leguntur in Fasciculo temporum Worneri Rollewinck, perducto usque ad annum* MCDXC. *unde etiam descripta pendent ad ejus mausoleum, una cum hujusmodi memoria dedicatæ ecclesiæ.* Noverint presentes & futuri, quod Sanctissimus in Christo Pater & Dominus, Dominus sanctæ memoriæ Innocentius Papa Sextus, natione Lemovicensis, fundator hujus monasterii, fecit consecrari hanc Ecclesiam, ipso ibidem tunc presente, una cum Collegio S. Romanæ Ecclesiæ, per Reverendissimum in Christo Patrem, Dominum Guidonem de Bolonia, Dei gratia Episcopum Cardinalem; ad honorem & memoriam Dei & beatæ Mariæ Virginis, Sanctique Joannis Baptistæ, ac S. Stephani Proto martyris; anno Domini 1358. & die 19. mensis Augusti, quæ est dies præcedens festum S. Bernardi. Concessitque omnibus & singulis Christi fidelibus, die Consecrationis prædictæ devote ecclesiam ipsam visitantibus, quæ sunt in statu gratiæ vel erunt, infra octo dies proxime sequentes, singulis annis perpetuo per Bullam patentem septem annos & septem quadragenas dierum de vera Indulgentia. Etiam durantibus Octavis dictæ Consecrationis, concessit omnibus ipsam devote visitantibus, pro qualibet die, tres annos & tres quadragenas dierum Indulgentiæ. Summa annorum & dierum prædictarum Indulgentiarum sunt, triginta & unus annus & 25. dies. F

& Indulgentiæ in die dedicationis concessæ.

CCII. B. URBANUS V.

Ab an. 1362 ad 1370. 8. m. 1. d. 19

URBANUS, natione Lemovicensis, antea Guillelmus Grimoaldi, Abbas S. Victoris Massiliensis, electus absens XXIII. Septembris, misit Massilia subsignatum decretum electionis suæ XXVII. Octobris, & Avenione inthronizatus XXXI. ejusdem, consecratus & coronatus fuit sequenti Dominica VI. Novembris MCCCLXII. sedit a die inthronizationis suæ, annos VIII. mensem I. dies XIX. defunctus Avenione XIX. Decembris MCCCLXX. sepultus in Abbatia S. Victoris Massiliensis: & vacavit Sedes dies X.

Capita Apostolorum inventa,

NOstrum M1. *hoc ei elogium texit:* Hic summus Pontifex, vir sanctus & eminentis virtutis habitus est, libertatis ecclesiasticæ fortissimus defensor & innocentissimæ vitæ. Veniens enim ad Italiam & Romam intrans, capita Apostolorum Petri & Pauli, quæ ubi locata fuerant in memoria hominum esse desierant, invenit; & de altari Basilicæ Sancta Sanctorum in palatio Lateranensi, (ubi) condita erant, reverenter levavit, eaque auro & pretiosissimis gemmis ornavit: fabricatoque tabernaculo seu ciborio marmoreo super altari ligneo, quod in Lateranensi ecclesia est, illa omnibus conspicienda & veneranda honorabiliter collocavit. Fecit etiam palatium in monte Flascone, prospectum habens ad lacum Vulsinum. Aliud item palatium in Urbe-veteri magnæ structuræ fabricavit. Ex Italia deinde rediens Avenionem, animo tamen ad Italiam (ut ferebatur) redeundi, ibi defunctus est.

& novis argenteis thecis ornata,

2 *De præmemoratis sanctorum Apostolorum capitibus, anno* MDCLXXIII. *insignem libellum, magnoque nobis usui in Junio futurum, vulgavit Joseph Maria Soresinus, Lateranensis Basilicæ Presbyter Beneficiatus, ubi pag. 47. ipsius Urbani, illorum conservationi prospicientis, Breve exhibet,* datum apud Montem Flasconem v. Kal. Augusti anno Pontificatus VIII. *id est anno* MCCCLXX. *Ipsarum quoque statuarum, anno præcedenti nota inscriptarum (quas* mille ducentarum marcharum argenti *fuisse asserit dictum Breve,* ac Margaritis & lapidibus pretiosis ornatas) iconismum *exhibet. Sunt autem consideratione hic digna, orna-*

mem-

A *menta quidem Pontificalia omnia (quæ nescio an ad speciem aliquam vetustatis in idea artificis formatam sic fuisse elaborata credam, an vero ex usu temporis illius) imprimis tamen Tiara, non alveatis in modum formaque ovali turbinata, sed instar coni acuminata: qualem in nullis ejus aut alterius ævi Pontificum monumentis reperio. Hoc tamen bene, quod triplici omittatur coronamento, sicut hic.* Urbanus *primus instituisse dicitur a Nicolao Alemanni, in Dissertatione historica de Parietinis Lateranensibus pag. 129. Aliquod tamen tertii coronamenti initium apparet in circulo illo, qui desuper quasi claudit secundam coronam in monumentis* Joannes XXII. Benedicti XII. *atque* Innocentii VI.

cum indicio voluntatis commigrandi ad palatium Lateranense.


3 *Sub illis, ante pectus utriusque statuæ, pendet orbiculus distichoinscriptus; quod quidem distichon sic integre legitur ad S. Petrum.*

Erigat ut propriam Sedem, in sua, Petre, redibit
Huc, Vaticana Pastor ab arca Petri.

Sesesinus tamen, omisso propositione, In, *perficiendo sensui necessaria, legit una, quod obscuriorem etiam sensum facit. Existimo ego indicari, quod* Urbanus, *an.* MCCCLXVII. *mense Octobri Romam reversus e Gallia, & eatenus in Vaticano Palatio commoratus, propositum habuerit migrandi ad Lateranenses ædes, conceptum anno* MCCCLXVII. *Kal. Martii. Quando ad Lateranensem ecclesiam veniens,* cum in Sanctis Sanctorum Missam calabrasset (*ut habet Auctor Actorum ejus apud Bosquetum*) Capita illa, *quæ annis multis fuerant recondita, & sub altari in quo Missam celebraverat servata, ascendens in amphitheatrum dictæ ecclesiæ, ad communem plateam prospectum habens, toti Romano populo sibi adstanti exhibuit. Et cum thecæ, in quibus pro tunc erant recondita, essent satis modicæ & parvi valoris, ex tunc alias novas & pretiosiores fieri ordinavit: quæ fuerunt sequenti anno perfectæ. Earum iconismum, licet ab aliis jam repræsentatum, placet tamen hic recudere, ut tam insigne* Urbani *Pontificis monumentum apud nos quoque reperiatur.* D 6 E

& notum anno 1369.

B



ac dono Caroli V. Francorum Regis.

4 *Subtus* S. Petri *statuam verba hæc leguntur,* Urbanus Papa V. fecit hoc opus, ad honorem Capitis Beati Patri Apostoli, anno Domini MCCCLXIX. *In infimo autem basis ipsius margine;* Carolus, Dei gratia Rex Francorum, qui coronatus fuit anno Domini MCCCLXIV. donavit præsens lilium, ad honorem Capitis Beati Petri, quod est positum in pectore ajus: *ex latere vero,* Joannes Bartoli de Senis Aurifaber *nomen suum legendum notavit. Similia autem fere verbotenus leguntur circa* S. Pauli *effigiem: sed distichon, pendens ex lilio bullæ inscriptum hoc est:*

Cedit Apostolicus Princeps tibi, Paule: vocaris
Nam Dextræ natus, Vas, Tuba clara Deo.

Certius hæc ætatem Urbani sapiunt, quam Oratio subjuncta Breviario, id est brevi Historiæ, Confratrum & Consororum sacri Scapularis, tertium jam Gallice recusæ, auctore Philippo a Visitatione Namurci 1681, ac nobis hoc loco nullatenus dissimulanda; quia ipsam exsistentibus hic Urbanus VI. *&* Nicolaus V. *dimidio post seculo, concessisse dicuntur Indulgentiam sexcentorum dierum, absque hujusmodi.* Omnipotens & clementissime Deus, qui Montis Carmeli Ordinem gloriosissimæ Virginis Mariæ, genitricis Filii tui Domini nostri Jesu Christi, sacrato titulo insignitum, Sanctorum tuorum, Eliæ & Elisæi Prophetarum, Angeli & Anastasii Martyrum, Cyrilli & Alberti Confessorum, Euphrasiæ & Teresiæ Virginum, & aliorum plurimorum meritis decorasti, ac per Sanctum Simonem magno salutis signo protexisti, tribue nobis quæsumus, ut per eorum suffragia, ab instantibus malis animæ & corporis liberati, ad te verum Carmeli verticem, gaudantes pervenire valeamus. Per eumdem Christum Dominum nostrum. *Nemo nescit S.* Teresiam *superiori seculo primum natam fuisse: de Sanctis autem* Anastasio *atque* Euphrasia *Carmeliticorum Sanctorum Albo inserendis, nemo probare potest vel somniasse* Urbani *aut* Nicolai *istius ætate; cum neque inveniantur in vetustissimo apud nos Carmelitani Ordinis Hagiologio, ante annos plus quam ducentos excuso; neque eos nominet Grossus in Viridario, ipsum*

Indulgentia Urbano affictæ.

scri-

A *scribere professus*, ut Deus in novi ac veteris Testamenti sanctis Fratribus ac Devotis Ordinis, qui in vita pariter & in morte miraculis claruerunt, laudetur atque magnificetur.

5 *Porro allegatum superius Ms. nostrum, post indicatum primum hujus Papæ nomen, patriam unde natus, & abbatiam unde fuit assumptus, sic in Elogii principio habet* : In legatione ad Dominos de Vicecomitibus in Lombardia, electus est in Papam anno Domini MCCCLXII. XXII. mensis Septembris; *sed scribendus erat dies* XXVII. *in Vita enim alia Ms. Vaticani* 3575. *dicitur, quod* Cardinales, peractis exequiis D. Innocentii, more solito novem diebus, decima die se conclusérunt, videlicet in die S. Mauritii, *hæc autem est* XXII. *Septembris. Similiter erravit librarius noster, Sedi ejus adnumerans* annos octo, menses quattuor, dies ...... *Nam licet ab ipsa electionis die, quæ utrum acceptanda esset vehementer ambigebant Cardinales, numerare quis velit; solum poterit menses* II. *dies* XXVII. *invenire. Sed qui vitam decessoris scripsit, tempus vacantis Sedis usque ad diem inthronizationis supputavit. Extat duplex ejus Vita hactenus inedita in Mss. Vaticanis, citaturque a Rainaldo tamquam invenienda in codicibus* 3575. & 4026 *præter tertiam excusam apud Bosquetum. Prior docet diem ingressus Cardinalium ad conclave, sicut prædictum est; dies item appulsus in Galliam, inthronizationis, & consecrationis. Altera ex Archivo monasterii S. Victoris allata fuit, & piam ejus mortem describit, Tertia sic finit* : Fuitque sepultus in ecclesia majori Avenionensi, demum transferendus ad monasterium S. Victoris Massiliensis, ubi vivens suam perpetuam elegerat sepulturam, magnis & stupendis miraculis coruscando: vacavitque Sedes XI. diebus, *ipso mortis die computato*.

Dies electionis, *Vitæ ejus triplex*. B

6 *Ciacconius addit, quod* Gregorius XI. ejus successor præcepit solenne sepulcrum, more Pontificum, in monasterio S. Victoris Massiliensis fieri; *quodque post septemdecim menses Avenionensis sepulturæ, corpus in cineres & ossa resolutum, illuc fuit translatum, anno* MCCCLXXII. & positum in capella S. Setri, juxta majus altare, Nonis Junii, ubi nunc requiescit: effigiesque ejus adhuc visitur, quæ obeso vultu & pendentibus genis eum fuisse demonstrat. *Eadem transcribit in Annalibus Massiliensibus, sub annum* 1657. *editis, Joan. Bapt. Guesnayus noster, nescio quo errore assignans mortis ejus diem* XIX. mensis Maii: *deinde Saussayum imitatus (qui* Urbanum *cum longo elogio, sed minoribus litteris expresso, tamquam necdum Beatificatum, Martyrologio Gallicano inter Pios retulit) Ciacconii ulteriora verba sic clarius distinctiusque explicat*. Laudatissimus omnium Pontifex, cujus extant plurima præclare gesta, tam in Vita ejus ab auctore illius temporis conscripta, quam in Articulis, quos tum monachi Massilienses S. Victoris, tum Petrus Olivarii Canonicus Aquensis, procurator Caroli Francorum & Ludovici Siciliæ Regum, aliorumque Principum atque Prælatorum, obtulere Clementi VII. qui Gregorio suffectus est in schismate: ut iis motus eum Albo Sanctorum Catholicæ Ecclesiæ inscriberet, cum multis fuisset ingentibusque post obitum miraculis a Deo illustratus, quæ magno numero eodem vitæ ejus Processu recensentur. *Curavi istæc omnia posteris meis, Decembrem elaboraturis, describi*.

Sepultura in S. Victoris Massiliæ. C *Articuli de miraculis post mortē*.

7 *Juvat nunc spectandum exhibere monumentum, quod hodieque extat, licet a parte inferiori pessime habitum maleque custoditum, sicut illud post multam instantiam nec sine sumptu, delineatum tandem accepi; simulque intellexi, totum opus unius generis saxo, eoque non valde pretioso, constare. Simul etiam accepi delineationem cratis ferreæ perquam elegantis, ante ipsum monumentum prætensæ, cum craticulato similis operis ac materiæ ostio ex latere dextero sive ad cornu* D *epistolæ: qua crates altitudinem habet palmorum octo, & venusta pinnacula coronatur: sed hic repræsentari non potuisset absque grandi impedimento conspectus præcipui in ipsum monumentum*.

Sepulcrum,



8 *Epitaphium, eidem sepulcro olim appensum, in Ms. Altempsiano Romæ hujusmodi legitur, refertur-que etiam in Additamentis ad Ciacconium*:

Epitaphiū.

Hic quiescit Urbanus Pontifex in ordine quintus,
Summus divinitus Romanorum Præsul electus:
Auctor bonorum, lux, censor, normaque morum,
Speculum cunctorum, dogma duxque monachorum;
Bonorum director, malorum quoque corrector;
Justitiæ cultor, studiorumque reparator.
Nullius acceptor, direxit justitiæ libram.
Virtutibus fulgens cunctis; vera reddidit idem;
Atque Simoniam sui splendore fugavit.
Ecclesias nempe reparavit Romæ divinitus.
Apostolorumque capita mire recondidit.
Pauperes alendo Christi mandata complevit.
Hicque bonus Pastor ad fidem Christi reduxit
Græcorum Cæsarem, errorum caligine tectum.
Post labores tandem multos desuperque vocatus,
Inter Fratrum manus illa sancta membra resolvens,
Christi Vicarius transivit ad astra beatus.
Quem Deus multum exaltat per signa sepultum:
Qualis enim fuerit signa tanta clare demonstrant:
Ad tumulum cujus languentium membra sanantur.
In multis aliis provinciis quoque clare coruscat,

Nec



Tab XXV


CCIII. GREGORIVS XI.


CCIV. VRBANVS VI.


CCV. BONIFACIVS IX.


CCVI. INNOCENTIVS VII.


CCVII. GREGORIVS. XII.


CCVIII. ALEXANDER V.



A Nec non Italia ab ipso multum amata.
Miraculis late hæc in Hispania patent,
Ac in Bohemia, nobilique Francia tota.
Gaudet provincia Arelatensis jure vocata,
Per tanta signa meritis Urbani peracta.
Ergo mente pura te Urbano beato,
Pontifici summo, lector, devote commenda.
Anno milleno tercentenoque septuageno
Currente Domini, mensisque decima nona
Decembris erat dies, cum iste Beatus
Urbanus ad Christum transitu felici migravit.

S. Urbanus Papa assumptus fuit ad Papatum anno Domini MCCCLXII. V. Novembris. Obiit in Avenione MCCCLXX. XIII. Kal. Januarii. Translatum fuit sanctum Corpus ipsius, de Avenione ad sacrum cœnobium S. Victoris Massiliensis, & positum in capella S. Petri anno MCCCLXX. II. Nonas Junii. Sedit in Papatu annis VIII. mensibus II.

Vetus Antiphona & Oratio ei.

9 *In eadem Bibliotheca Altempsiana inveni sequentem Antiphonam*, de S. Urbano Papa V. *post informationem de Vita & miraculis; quæ forte etiam invenitur in Ms. Vaticano ubi eadem habentur; nec non in* B *Ms. S. Martini Tornacensis sub list. E Cod. 28. continente Antiphonas, Collectas & Sequentias per anni circulum.*

ANTIPHONA.

O fugator Simoniæ, veræ cultor justitiæ: regulator monachorum, propagator clericorum, conculcator tyrannorum, & defensor oppressorum; Urbane vir magnifice, qui rexisti mirifice, ora Deum qui te D fecit, & Ecclesiæ præfecit, quod nobis det hic gratiam & in futuro gloriam.

℣. Salutate Urbanum.

℟. Adjutorium nostrum in Christo.

ORATIO.

Deus qui B. Urbani, Confessoris tui atque Pontificis, præclaræ vitæ merita multis modis mundo manifestas miraculis; concede, cunctis ejus memoriam agentibus, suarum effectum petitionum consequi salutarem, veniamque peccatorum in præsenti, & in futuro cœlesti cum Christo gloria coronari, per D. N. J. C. *Eadem Antiphona, ut dixi, est in Ms. S. Martini Tornacensis, sed diversus Versiculus & Collecta, quæ sic ibi leguntur.*

℣. Justus ut palma florebit,

℟. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

ORATIO. E

Deus, qui pro reformatione universalis Ecclesiæ & dilatatione fidei Catholicæ, Urbanum summum Pontificem miraculose fieri voluisti; præsta quæsumus, ut miracula quibus nunc fulget, ut pie credimus, sic multiplicare & manifestare digneris; ut qui summum Pastorem hujusmodi in terris sine mentis scrupulo veneramur & colimus, intercessorem summum habeamus in cœlis. Per D. N. J. C.

CCIII. GREGORIUS XI.

GREGORIUS, natione Lemovicensis, antea Petrus Diaconus Cardinalis S. Mariæ-novæ, electus Avenione XXX. Decembris anni MCCCLXX. consecratus & coronatus v. Januarii sequentis in Vigilia Epiphaniæ, sed Dominica tunc die; sedit annos VII. menses II. dies XXVI. mortuus Romæ anno MCCCLXXVIII. XXVII. Martii, & sepultus in ecclesia S. Mariæ-novæ Vacavit Sedes Pontificia dies XI.

Ab an. 1370 ad 78 an. 7 m. 2 d. 27.

Locus sepulturæ, C

EX clivo Capitolino descendentibus per Forum Romanum, quod hodie Campus-vaccinus dicitur, recta via ducit in S. Mariam novam, qua hodie S. Franciscæ Romanæ *appellatur, ab hujus corpore hic sito & religiosissimo cultu. Ibi ante majoris altaris latus unum, quod Epistolæ est meminı me vidisse marmoreum* Gregorii XI *monumentum sicut illud ari incisum novo suo Ciaconio Oldoinus noster inseruit, veluti post annos* CCVI. *elegantiori opere renovatum ex Romani Senatus decreto, propter memoriam reducta ab illa in Urbem Sedis. Octavius vero Pancirolius, de eadem ecclesia relationem suam finiens, Reg. 2. eccl. 1. idem antea dixerat, sed factum scripserat* anno MDLXXXIII sub Gregorio XIII. *& hoc confirmat inscriptio, ab ipsomet Oldoino relata his verbis*: Gregorio XI. Lemovicensi, humanitate; doctrina, pietateque admirabili: qui ut Italiæ seditionibus laboranti mederetur, Sedem Pontificiam, Avenioni diu translatam, divino afflatus numine hominumque maximo plausu, post annos septuaginta Romam feliciter reduxit, Pontificatus sui anno VII. S. P. R. Q. tantæ religionis beneficiique non immemor, Gregorio XIII. Pont. Max comprobante, anno ab orbe redempto MDLXXXIV. posuit. *Scripserit ergo Oldoinus aut scribere voluerit*, anno *post* ducentesimo vigesimo sexto: *conveniunt enim etiam nomina Consulum trium & Cancellarii ab ipso expressi, cum insignibus super bases columnarum sculptis in prædicto Mausoleo. Veteris, quod antea extitit, sepulcri & Epitaphii memoriam renovatione ista abolitam fuisse, est quod doleant amatores antiquitatis. Res ipsius* Gregorii, *quas auctor Vita apud Bosquetum prolixe exequitur, ex nostro Ms. hic paucis accipe.*

cum monumento reducta Romam Sedis.

Alterum ib ipso.

Ratio temporis. F

2 Gregorius XI. natione Lemovicensis, prius vocatus Petrus Bellifortis, & Nepos Clementis VI. dum esset Cardinalis S. Mariæ novæ, concorditer a Cardinalibus electus est in Papam in Avenione, anno Domini MCCCLXX. mense Decembri. Sedit annos VII. menses III. & sepultus est Romæ in ecclesia Diaconiæ, quæ Nova nuncupatur, & cessavit Episcopatus dies XI.

Præclara Gregorii a puero institutio,

3 Hic dum esset annorum circiter XVII sanctæ memoriæ Clemens VI. ejus patruus, eum Diaconum Cardinalem S.R.E. assumpsit: & ne carni & sanguini acquievisse videretur, continuo eum excellentissimis Doctoribus Juris utriusque, & aliarum scientiarum non vulgaribus præceptoribus, tradidit erudiendum. Qui ita in multis scientiarum generibus profecit, ut non modo mediocris, sed eminentissimæ scientiæ Doctor a cunctis haberetur: in tantumque culmen & famam doctrinæ evalit, ut a famosissimis Italiæ Doctoribus, a Baldo præcipue de Perusio, in cathedra legente Jus civile, ejus opiniones & dicta adducerentur in medium, sæpiusque ejus dictis allegatis diceret, Dominus noster in hac lege sic dicit, intelligens de D. Gregorio XI. cujus scripta non ad mediocres solum, sed & eruditissimos jam pervenerant. Vitæ etiam innocentissimæ fuit, placidus in moribus, &

& juris peritia excellens.

A super omnes humilis, & devotus: vultu pallidus, & complexionis admodum delicatæ. *Egregia Pontificis hujus erga Deiparam Virginem devotio probavit sese, quando ad instantiam Philippi de Mazeriis, Cancellarii Cypri, post maturam totius negotii discussionem, accepit festum & Officium Præsentationis; quod coram se fecit celebrari* Avenione in ecclesia Fratrum Minorum, die Dominica, XXI. Novembris, anno a Nativitate Domini MCCCLXXII. Indict. X. *uti constat ex ipsius Philippi ad omnes fideles Epistola* de antiquitate festi Præsentationis, & quando & qualiter illud in Ecclesia Latina celebrari cœptum. *Eam Epistolam una cum pluribus ad idem argumentum spectantibus, repertam a nobis inter opera ipsius Philippi Parisiis, ne diutius Parthenophili desiderarent, fecit devotus amicissimi nostri R. P. Danielis a Virgine Maria Carmelitæ zelus, cui eamdem, una cum prætactis omnibus aliisque monumentis, communicaveramus. Mox enim atque acceperat illam anno* MDCLXVI. *curavit Antuerpiæ imprimendum libellum, sub hoc titulo.*

devotio erga B. V. Mariam.

Instituto festo Præsentationis probatæ.

B Præsentatæ gloriosæ Virginis Mariæ in templo in Ecclesia Orientali antiquissima festivitatis institutio, in Latina exinde recepta, opera & zelo illustris viri D. Philippi de Mazeriis, Regni Cypri Cancellarii, a Mariano Ordine semper venerata, ac demum novissimo seculo a Jesu Societate mirum exaltata, ex variis tam manuscriptis quam impressis autheoticis. *Ibi vetus Officium lector inveniet, necnon solennis repræsentationis ordinem, sub quo suave istud mysterium, in Ecclesia Eremitarum S. Augustini, ibidem Avenione exhibitum fuit, anno* MCCCLXXXV. *coram* Clemente *Antipapa; inveniet Bullam etiam* Pauli II. *anno* MCCCCLXIV. XII. Kal. Februarii, *Pontificatus primo, dictam festivitatem celebrantibus, atque in ejus Vigilia jejunantibus, relaxantis* centum dies de injunctis pœnitentiis. *Ipsi porro* Gregorio, *in præmium suæ illius devotionis concessum videtur, generosum illud animi propositum ac votum, quod mox sequenti anno executioni mandavit regressus in Urbem Romam; sicut in Ms. nostro his verbis legitur:*

Monitus de repetenda Urbe,

4 Dum in palatio Avenionensi moram traheret, & die quadam in aula deambularet, comitante eum Episcopo quodam ejus Cubiculario; diceretque Gregorius Episcopo, Domine Episcope, quare non vaditis ad Ecclesiam vestram? & continuo Episcopus
C respondens diceret, Et vos, Pater Sancte, quare ad Ecclesiam vestram non acceditis? intelligens de Roma, quæ Sedes est Petri & Christi Vicarii propria; ita animo compunctus est & statim conscientia tactus, ut statim de veniendo Romam cogitaret. Erat per idem tempus totum fere Ecclesiæ Patrimonium in Italia, opera Florentinorum, per tyrannos plurimos Ecclesiæ occupatum: & hinc occasione sumpta, paucis hujus sui secreti consciis, paratis galeis, contra attinentium & amicorum voluntatem, Romam venit, quæ annis ultra LXX. a tempore videlicet Clementis V. Romani Pontificis præsentia, qui in Urbe continue resideret, privata fuerat. Intravit ergo in Urbem, cum ingenti Romanorum lætitia & incredibili applausu receptus, acclamantibus cunctis, Benedictus qui venit in nomine Domini Pastor supremus. Gaudebant omnes videre sanctum Pontificem, dimissis parentibus & notis, dimissa patria propria, spretis omnium persuasionibus ut non veniret, in Sede propria collocatum.

Illuc post annos 70. Sedem refert.

de pace cum Florentinis tractans,

5 Dum sic Romæ moraretur, veluti Pastor bonus & Christi verus imitator, agere cœpit via pacis ad reducendum Populum Florentinum, qui nimis se ab Ecclesia separaverat, multaque contra Ecclesiam commiserat, propter quæ fuerant majores de civitate anathematizati & civitas interdicto supposita. Pro qua reductione & pace cum dictis Florentinis tractanda & firmanda, & recuperatione terrarum Ecclesiæ, misit ad eos Legatum de latere, D. Joannem tit. S. Marcelli Cardinalem Ambianensem: ante cujus legationis finem, sicut Domino placuit, D. Gregorius infirmatur, & Romæ moritur die XXVII. Martii; an. MCCCLXXVIII. cum omnium multo dolore & mœrore; & vero dolore præsago futurorum malorum, longi videlicet schismatis, quod ex ipsius morte in ecclesia Dei secutum est; cujus initium & causa inferius seriose describitur, veritatem sequendo sicut proprie accidit in facto, licet aliter forte ab aliquibus casus hujusmodi schismatis ponatur in terminis. D

Roma moritur.

6 *Joannes Gerson, Universitatis Parisinæ Cancellarius, in lib. de examinatione doctrinarum p. 2. Consid. 3. scribit, quod hic Pontifex,* positus in extremis, habens in manibus sacrum Christi corpus protestatus est coram omnibus, ut caverent ab hominibus, sive viris, sive mulieribus, sub specie religionis loquentibus visiones sui capitis; quia per tales ipse seductus, dimisso rationabili suorum consilio, se traxerat & ecclesiam ad discrimen schismatis imminentis: *quibus Gersonis verbis mox glossa apponitur,* ad Catharinam de Senis *id trahens, per quam Papa, ut ait,* inductus est, qualiter se Romam transferret, Cardinalibus & ceteris dissuadentibus. *Figmentum istud, undecumque a Gersone arreptum, illorum fuisse, qui translatam e Gallia sedem ægre ferebant, nemo prudens dubitaverit. Quam autem insulsa ea fabula sit, demonstrat, & Gersonis prudentiam merito hic requirit nuperus scriptor Francus, videlicet Natalis Alexander: quem similis phrasi etiam in prægressis & subsequentibus intellige. Cur enim eo loco, quo in favorem Apostolicæ sedis scribit aliquid, non possit cum bona ipsius Sanctæ Sedis venia nominari Auctor, tanquam tunc dignior fide, quanto alias minus solitus parcere Pontificia auctoritati, ideoque censuram promeritus? Sane reductio sedis Romam non dedit causam schismati, quod eo tempore nec dum timebatur: & sicut ex aliis subito emergentibus causis post ejus mortem factum est, potuisset æque Avenione ac Romæ fieri. Nec pœnitendus fructus Gregorio fuit itineris, spe Italiæ pacandæ suscepti, Bononiensibus mox ad obsequium reversis, Florentinis autem proximam spem facientibus suæ reductionis, apud quos tunc etiam Gregorii legatione fungebatur Catharina. Quod autem hæc non loqueretur visiones sui capitis, agnovit ipse Gregorius, cum votum suum, Deo soli notum, de Urbe repetenda ipsi revelavit, sicut etiam testatus est Pius II. in bulla canonizationis. Quare ablegetur ab eruditorum virorum scriptis ejusmodi fabella, tam ipsi Gregorio, quam sanctæ Catharinæ sanctæque Brigittæ (nam & hanc intelligi volunt) injuriosa.* E

7 Itinerarium Gregorii, *Avenione Romam, & Roma Anagniam, accurate quidem ac minutim, sed rythmo insulso & stylo obscurissimo, descripsit* Fr. Petrus Amelius *ex Augustiniano Eremita,* Urbani V. *sacrista & Confessor: quo in munere etiam sub* Gregorio *perseverans, & titulum Episcopi Senogalliensis nactus, quemadmodum & alios titulos plures, opusculum illud composuit, quod primum produxit Papyrus Massonus inter Vitas Pontificum: ex quo ipsum successive reproduxerunt in Ciaconio Victorellus, Ughellus, & Oldoinus; de Auctore deque Historia Pontificia optime merituri, si aliquas Annotationes addidissent ad subsidium Lectoris. Sed hoc fortassis optari facilius quam præstari possit ab uno aliquo, nisi operam contulerint plures alii, in eorum per quæ transitus fuit locorum antiquitatibus & temporis illius historia apprime versati, ex Gallia, Liguria, atque Italia. Ego certo frustra conatum me libens fateor, & æque frustra implorasse auxilium eorum quos posse credebam aliquid.*

Ejus itinerarium cur modo hic non detur.

8 *In*

Hic finitur Chronica Petrarchæ.

A 8 *In eo qui porro sequitur Pontificatu finivit Petrarchæ Chronicam, superius semel iterumque laudatam, mortuus anno* MCCCLXXIV. *& sub hoc conditus Epitaphio, quod ipsummet sibi scripsisse arbitrar,*

Frigida Francisci lapis hic tegit ossa Petrarchæ.
Suscipe Virgo parens animam: Sate Virgine, parce:
Fessaque jam terris cæli requiescat in arce.

Ipsam ejus Chronicam (cujus exemplam ex Romana Altaempsy Ducis Bibliotheca ad nos pervenit) primum Florentiæ anno MCCCCLXXIV. *excusam, anno* MDXXVI. *recudendam curavit, idem qui & Continuationem ad sua usque tempora subtexuit,* Nicolaus Garanta; *vel eo magis hic nominandus, quod ejus nomen, & ad Pontificiam historiam collata opera, latuerit amicum nostrum* Ludovicum Jacob a S. Carolo, *auctorem* Bibliothecæ Pontificiæ, *in duos libros distinctæ, in quorum* primo agitur ex professo de omnibus Romanis Pontificibus a S. Petro usque ad Urbanum VIII. ac de Pseudo-Pontificibus, qui scriptis claruerunt: in secundo vero de omnibus Auctoribus, qui cum in generali tum in particulari eorum vitam & laudes, nec non præcellentiam auctoritatemve posteritati consecrarunt: cui adjungitur Catalogus hæreticorum, qui adversus Romanos Pontifices aliquid ediderunt: *opus utilissimum, & nostro instituto imprimis commodum, ideoque hic jure meritoque laudatum.* D

continuaturque a Nicolao Garanta usque ad 1526.

CCIV. URBANUS VI.

URBANUS, natione Neapolitanus, antea Bartholomæus Archiepiscopus Barensis, electus VIII. Aprilis anni MCCCLXXVIII. coronatus ipso die Paschæ, XVIII. Aprilis; sedit annos XI. menses VI. dies VIII. defunctus MCCCLXXXIX. XV. Octobris; sepultus ad S. Petrum in Vaticano: & vacavit Sedes dies XVII.

Ab anno 1378. ad 89. an. 11. m. 6 d. 8.

B *Locus sepulturæ.*

PAulus Aringhus Romæ subterraneæ lib. 2. cap. 8. *agens de summis Pontificibus in Vaticano sepultis,* Urbanus VI. *inquit,* inter altaria Annuntiationis Beatæ Virginis & S. Blasii, ad lævam introeuntibus, marmorea urna conditus est: inde vero anno MDCVI. die XII. Septembris translatus, sub novæ basilicæ pavimento, ceteris Pontificibus aggregatus est. *Monumenti perquam magnifici elegantique cælati formam posteritati servatam cupiens Oldoinus noster, ære incisam indeque expressam exhibet: ubi licet insignibus Pontificiis superimpositæ ornatus trium coronamentorum tiaræ, ipsius tamen supra venam porrectæ marmorea statua unius duntaxat coronamenti est: unde apparet, etiam talis tiaræ usum penitus non exolevisse, auctæ jam pridem coronarum numero: extantiori autem ipsius arcæ limbo inscribitur.*

Mausolei forma.

HIC JACET URBANUS VI PONT. OPTIM. MAX.

a *Basis vero, cui arma insignitæ cælata insistit, hujusmodi Epitaphium legendum offert apud eumdem Oldoinum:*

Epitaphium.

Hac animo magnus, sapiens, justusque Monarcha
Parthenopæus adest, Urbanus Sextus, in arca.
Fervebat fidei latebras confer-re magistris,
O decus! his lætus semper post prandia sistris.
Schismatibus magnis animo majore regebat:
Omne Simoniacum tanto sub Patre tremebat.
Quid juvat hunc terris mortali tollere laude?
Pro meritis cœli splendet sibi gloria valde.

3 *Qui* Gregorii *Papæ XI. vitam apud Bosquetum descripsit auctor Gallus, de electione subsecuta scripsit, qualia potuit, Clementino Schismati inhærens, ex suæ factionis sensu: contra quæ aliaque, a Gallis adversus* Urbani *electionem proferri solita, multa in ejus favorem monumenta documentaque producunt Annalium Ecclesiasticorum continuatores Abrahamus Bzovius & Odoricus Raynaldus. Mihi, homini Belgæ, permagni semper visum est, non quod* Urbano *constantissime semper adhæserint Belgæ, asperaque quæque eo nomine a Francis passi: sed quod Comes Flandriæ Ludovicus, Francorum partibus tam constanter inhærens, ut omnes fortunas, ditiones, & vitam ipsam eisdem consecraverit, nullis fuerit sæpius ea de causa rebellantium conatibus a fœdere Gallicano revocabilis; nunquam tamen induci potuerit quantiscumque confœderatorum Gallorum sollicitationibus, ut* Clementem *pro vero agnosceret Papa, a cujus ipsiusmet manu dicebat se habere & monstrabat literas de electione* Urbani; *quas interci-*

Cur Ludovicus Com. Flandriæ ad eo constans fuerit in erga obedientia.

disse doleremus magis, nisi multæ extarent aliæ ejusdem de eadem re, & forte eodem tenore, ad Imperatorem; aliæ item aliorum, nec non Cardinalium Romæ præsentium, ad absentes Avenione; has autem omnes meras simulationes fuisse metuque extortas, credat qui potest. Causam a pluribus agitatam satis, nolo denuo tractandam suscipere, contra nuperum quemdam scriptorem Francum: placet tamen ex nostro MS. illius temporis monumentum producere, collatam cum editione Anonymi Collectoris Conclavium in Clemente *VI. allegata, ubi hoc Conclave locum secundum tenet: nec enim plusquam duo Conclavia ad seculum XIV. pertinentia istic inveniuntur. Inveni autem scriptum istud in nostro Codice post elogium* Gregorii XI. *dignum quod ei quem Bosquetus edidit relationi ex adverso componatur.* E

ACTA ELECTIONIS ET SCHISMATIS

Ex nostro MS.

DEfuncto Gregorio XI. erant tunc in Romana Curia præsentes sexdecim S. R. E. Cardinales, Collegium constituentes, videlicet.

Cardinales 16. Romæ præsentes,

Petrus Portuensis, vulgariter dictus Card. Florentinus. F
Jo. Penestrinus, vulgariter dictus Card. Lemovicensis;
Guilielmus S. Stephani in Cœlio monte, dictus de Agrifolio;
Bertrandus S. Ceciliæ, dictus Gladatensis Ordinis Minorum;
Robertus XII. Apostolorum, dictus Gebennensis;
Hugo SS. Quatuor Coronatorum, dictus de Britannia;
Guido S. Crucis in Hierusalem, dictus Pitaviensis;
Petrus S. Laurentii in Lucina, dictus Vivariensis;
Franciscus S. Sabinæ, dictus Cardinalis S. Petri;
Simon SS. Joannis & Pauli, dictus Mediolanensis;
Gerardus S. Clementis, dictus Montis-majoris;
Joannes S. Georgii ad Velum-aureū, dictus de Ursinis;
Petrus S. Eustachii; Guilielmus S. Angeli;
Petrus S. Mariæ in Via-lata, dictus de * Veruchin;
Petrus S. Mariæ in Cosmedin, dictus de Luna.

** al. Verneyo vel Vernhio.*

Alii item S. R. E. Cardinales, videlicet D. Albanensis, D. Tusculanus, D. Sabinensis, S. Anastasiæ, S. Vitalis, S. Mariæ in porticu erant in Avenione: Dominus vero Joannes S. Marcelli Cardinalis Ambianensis, de quo supra, legatus erat Apostolicæ Sedis in Tuscia, numero XXIII quorum quatuor tantum erant Italici, videlicet D. Florentinus, D. Mediolanensis,

duo absentes, 7. alii,

A Dominus S. Petri, & dictus Dominus de Ursiois.

2 Convocatis igitur ad se, per jam dictos Cardinales præsentes in Urbe, Senatore Urbis, uidelicet D. Guidone de Prohinis Milite Ultramontano, ceterisq; almæ Urbis Officialibus, eis præstiternot solenne jurameotum in forma juris, de observanda Decretali, Ubi periculum, & de custodieodo fideliter burgo S. Petri, & de Palario, ubi foturum erat Conclave, ab omni violentia & impressione præservando. Quod quidem juramentum, eum multia etiam oblatiooibus gratissime subierunt. Dum autem sæpedicti Cardinales frequentes adesseot in ecclesia S Mariæ novæ, ubi Gregorii corpus traditum fuerat ecclesiasticæ sepulturæ; pro celebraodis exequiis defuocti Pontificis, ut moris est; ipsæ quadam die sic ibidem congregatis, Officiales præfati, tam nomine suo quam aliorum civium & populi Romani, noo minus humiliter quam devote dictis Cardinalibus supplicarunt, ut aliquem idoneum & sufficientem virum eligere digoareotur in Papam, qui esset oatione Italicus; asserentes non modo hne utile, sed prope necessarium fore Romanæ Ecclesiæ totique populo Christiano; postulationem eorum fundantes causis & rationibus infrascriptis.

juramentū exigunt ab Officialibus Urbis,

ab iisque vicissim rogantur eligere Italicum,

B 3 Imprimis itaque allegaverunt & dixeruot, quod Romana Sedes, quæ Apostolica etiam esse dicitur, imo fere Italia tota, propter longissimam summorum Pontificum absentiam ab ipsa Urbe, ioqua divina & incommutabili ordinatione Romana Sedes fuerat stabilita, multipliciter eollapsa & depressa fuerat, propter dictam longam summorum Pontificum absentiam: quodque monasteria & ecclesiæ Urbis, palatia, claustra, ædificia, io quibus S. R. E. Cardinales sunt intitulati, in eadem Urbe & Urbi adjacentibus, a longo tempore erant diruta, oeglecta, & collapsa, & quasi irreparabiliter ad exinanitionem deducta, in peroiciosum exemplum oon modo omoium ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum, sed in scandalum etiam Christianorum omnium, Urbem devotionis aut peregrinatioois causa visitantium, quorum oculis oeglectus iste saerarum rerum notissime subjectus erat. Adjicientes quod oulla erat reparationis & reformationia aptior via, quam quod summus Pontifex, quem Deus in Sede Romana collocaverat, & Cardinales pariter io Urbe resideteot, quemadmodum omnes retro Romani Pootifices & Cardinales ibi resederunt, usque ad tempora Clementis Papæ V. a cujus electione citra usque ad hæc

exponentibus quanta passa sit Urbs per Pontificum absentiam in Gallia,

neglectis palatiis & ecclesiis,

C tempora, Romani Pontifices & Cardinales in urbe Roma, vel saltem in Italia prope Romam, resideotiam facere non curaverunt; sed potius se a propria Sede sequestraverunt: quæ sequestratio ex eo potissime provenerat, quod dictorum temporum Romani Pootifices noo fuerunt Italiei, sed Gallici vel Ultramootani, suæ potius patriæ & natalis soli rationem habeotes, quam honoris & loci ad quos provecti fueraot & divina dispositione vocati.

4 Insuper addideruot toti mundo fore ootoriom, quod occasiooe prædictorum defectuum, civitates, oppida, castra, villæ, provinciæ Romanæ Ecclesiæ, per Italiam coostitutæ, peculiare & antiquum ipsius Romanæ Ecclesiæ patrimonium, per dicta tempora fuerant guerris, dissensionibus, partialitatibus ionumerabilibus soppositæ, vexatæ, & lacessitæ, & per tyranoos & malos Officiales, maxime Gallicos vel Ultramontaoos, miserabiliter subjugatæ & oppressæ, in tantum quod ipsa Romana Ecclesia ex iplis eivitatibus, oppidis, terris, &c. valde modicam, imo oullam utilitatem fuerat dictis temporibus consecuta; quin imo pecuoias & thesauros omnes, quos aliunde eadem Ecclesia, etiam cum magnis oneribus & gravamioibus omnium Ecclesiarum mundi, acquisiverat & congregaverat, eonsumpserat & quotidie coosumebat

Ecclesia quoque destructio ejus patrimonio;

D pro ipsarum civitatum & terrarum defensione; adeo quod eadem Ecclesia, quoad temporalia, fuerat, erat, & est, maxime oovissimis hisce temporibus, quasi ad nihilum notorie & manifeste redacta & exbausta, & io magno contemptu ubique posita.

5 Non videbatur præterea honestnm & tolerabile, quod post tot annorum curricula Romana Sedes sioe Pastore, & sponsi sui præsentia & solatio destitota maneret, ne dicam contempta; & alibi io valde remotis partibus, contra Dei præceptum, per tot aooorum decursum tot Romani Pontifices, ea relicta & oeglecta, elegissent habitare. Dixerunt etiam, verum, elarum, & notorium fore cuilibet intuenti, qnod ex continua residentia Romaoi Pontificis in Urbe Roma, vel saltem in Italia, sequerentur multa Romaoæ Ecclesiæ, & toti Italiæ & Christianitati Deo dante profutura; recuperatio videlicet terrarum & dotis Romanæ Ecclesiæ prædictarum, quæ notoriæ propter rationes jam dictas contra ipsam Ecclesiam rebellaruot; nec ono & pax & tranquillitas ac pacificus status Romanæ civitatis, & ejusdem totius Italiæ, quæ non minima pars erat & est totius Christiaoitatis. Et quod prædictis rationibus motus Urbaous Papa V. Italiam visitavit: E & licet post aliquot anoos redierit Aveoionem, & quasi incontinenti discesserit; iotendebat tameo (ut affirmabatur a quibusdam, de sua mente informatis) quod si supervixisset, procul dnbio ad Italiam rediisset. Gregorius quoqne XI. contra voluntatem & magnas parentum instantias, patris, fratrum, oepotum, consaoguioeorum, affinium, & amicorum omnium suorum, ac etiam multorum Regum & Principum, Cardioalium, & familiarium suorum, lares proprios dimittendo veoire voluit ad Urbem Romam & venit, cum magnis laboribus & expensis personarumque periculis, in Sede propria moraturus. Qui etiam dicebat, quod tempore quo erat Cardinalis, displicuerat sibi D. Urbani reditus de Italia seu recessus, & hoc ipsum Urbano prædixisse pluries affirmabat. Propterea magnis precibus snpplicabant, quatenus his attentis rationibus, Italicum Pontificem pro hac vice eligerent, qui his perieulis sua præsentia valeret & posset, prout opportunum erat taotis necessitatibus, providere.

cum ea contra illis Romæ aut in Italia manentibus, resistentibus possint omnia,

uti judicarunt Urbanus V. & Gregorius XI.

6 His rationibus auditis, Reverendissimi Domini Cardinales paucia verbis io huoe fere modum responderuot: Quæ oobis exposuistis & supplicastis attente audivimus & intelleximus: disponimus F autem, nulla acceptione nationis vel personæ, Ecclesiæ Dei providere de Pastore utili & idoneo, prout Deus inspiraverit, & conscientiæ nostræ videbitur, & noo aliter. His peractis, & ordinata per dictos Domioos Cardinales tam Palatii S. Petri quam burgi ajusdem fida custodia, depotatisque etiam custodibus Cooclavi, ut est moris, ut sic eum omni libertate, omoi impressione & violentia cessaote, electio summi Pontificis canonica celebraretur; Cardinales ante iogressum Conclavis simul in certo loco aliquando congregati, inter se colloquium babuerunt, super persooa futuri summi Pontificis tractantes & colloquentes. Qui tameo oon potuerunt concordare; quooiam Cardinales Galliei inter se eraot discordes; Lemoviceoses scilicet ex una, & reliqui Gallici ex alia; nec ad eligeodum de Collegio Italicum dispositi videbantur: & Italici taotum quatuor, videlicet S. Petri, Mediolanensis, Florentinus, & de Ursiois noo habebant potestatem, quia minor pars; eligere tameo Italieum voluissent, & in Gallicum oon libeoter conseotiebaot.

His auditis Cardinales,

haud satis inter se consentiunt,

7 Patefacta igitur discordia inter Lemovicenses Cardinales & alios Gallicos, reliqui Gallici qui non eraot Lemoviceoses taodem concordaverunt cum Cardioa-

ceteris conspirantibus contra Lemovicenses;

A dinalibus Italieis, de habendo potius Italicum quàm unum Lemovicensem, dicentes aperte, quod totus mundus erat attædiatus admodum de Lemovicensibus, qui tanto tempore Papatum possederant quasi hereditarium. Lemovicenses vero, intelligentes tam Cardinales Italicos quam reliquos sibi adversari, deliberaverunt & inter se concluserunt, quod ubi non possent habere sufficientem numerum Cardinalium, ad faciendum Papam unum ex ipsis vel saltem D. Vivariensem eorum sequacem, eligerent potius Italieum, sed de extra Collegium: & nominabant Archiepiscopum Barensem, qui Urbanus postea VI. dictus est.

Iidem de eligendo Barensi tractant. 8 Et ratio quare in istum Archiepiscopum vota sua dirigebant, potissimum erat, quia sperabant Cardinales Italicos in istum Italicum potius quam in alium Gallicum debere consentire: credebant etiam quod alii Cardinales Ultramontani in hunc concurrerent, quoniam Archiepiscopus Barensis erat homo valde scientificus, practicus, doctus, & instructus in stylo Curiæ & Cancellariæ, & ab antiquo familiaris ac domesticus Cardinalis Pampelonensis Vice cancellarii qui & ipse Lemovicensis erat; & dum Gregorius XI. venisset ad Italiam, ipsum D. Barensem Archiepiscopum, tamquam benevolum & de quo d. Cardinalis Pampelonensis plurimum confi- *vota aliorum in ipsum facile consensuros, utpote Italum & aptissimum.*

B debat, posuit ad regendam Cancellariam loco ipsius Pampelonensis Vice-Cancellarii: tum etiam quia ipsi Cardinales habebant & reputabant ipsum D. Barensem unum Ultramontanum & ipsorum moribus conformem, ex eo quod multo tempore fuerat cum Dominis Cardinalibus Ultramontanis conversatus in Avenione: tum etiam quia d. Barensis erat de regno Siciliæ & civitate Neapolitana oriundus, cujus regni & civitatis erat Domina Serenissima Regina Joanna, quæ fuerat & est sanctæ Romanæ Ecclesiæ devotissima, & ipsis Cardinalibus valde grata & accepta. Et ante ingressum Conclavis jam erat quasi patefacta hæc Cardinalium Lemovicensium voluntas & dispositio, ita ut diceretur a multis quod D. Archiepiscopus Barensis esset futurus Papa; imo & aliqui ex ipsis Dominis Cardinalibus, prout ferebatur, se sibi verbis placidis commendarunt, sperantes eum in summum Pontificem assumi debere. *Tamquam res conclusa credebatur:*

9 Adveniente autem tempore intrandi Conclave, omnes Cardinales, qui erant numero sedecim ut prædiximus, intraverunt Conclave, die videlicet VII. Aprilis, anno Domini supradicto, videlicet MCCCLXXXVIII. Qua die VII. mensis Aprilis, hora satis tarda, jam clauso Conclavi & bene custodito, Cardinales de Agrifolio & Pictaviensis accesserunt ad D. *Sed ingredientibus Conclave Cardinalibus 7. Aprilis,*

C Cardinalem S. Petri, & ipsi aperuerunt quæ inter se de Domino Barensi tractaverant & concordaverant, persuadentes ei ut in persona d. Domini Barensis consentiret: quorum petitioni Dominus S. Petri respondendo statim annuit & consensit. Eadem verba D. Pictaviensis dixit D. Cardinali Mediolanensi, qui similiter respondendo consensit in d. Dominum Barensem. Et statim cum d. Domino de Agrifolio computaverunt eos qui consentiebant in d. Barensem, & invenerunt duas partes Collegii in ipsum consentire, scilicet præsentium Cardinalium.

10 Die vero sequenti; VIII. videlicet Aprilis, omni impressione cessante, sed Conclavi bene custodito & munito, Cardinales convenerunt in capella Conclavis; & audita prius Missa de Spiritu sancto, ut moris est, cœperunt de negotio electionis inter se tractare. Cardinales vero prædicti, scilicet de Agrifolio & Pictaviensis, cœperunt tentare sigillatim unumquemque, utrum possent ex Dominis Cardinalibus habere vota & voces, quæ sufficerent ad eligendum prædictum Barensem; & tandem repere- *Et die 8. colliguntur quot sufficiebant vota,*

runt voces & vota Dominorum Cardinalium in D numero sufficienti concurrentium. Unde immediate Dominus de Agrifolio, omnibus aliis Cardinalibus ibidem existentibus, dixit hæc verba: Domini, sedeamus statim: quia pro certo credo quod in continenti eligemus, habebimus Papam. Cardinalis vero de Ursinis, qui ad Papatum (ut credebatur) aspirabat, videns vota Dominorum directa & concurrentia ad eligendum in Papam Dominum Barensem, conabatur ipsum negotium electionis d. Barensis divertere, & differre, & (ut creditur) impedire; unde hæc & similia verba protulit: In effectu, Domini mei, differamus istam electionem in aliud tempus, ut possimus deludere istos de populo Romano, qui volunt & clamant habere Papam civem Romanum: & vocemus ad nos unum Fratrem Minorem, eique imponamus cappam & mitram Papales, & fingamus nos eum elegisse in Papam, & sic recedamus de loco isto, & postea alium alibi eligemus. Erant enim aliqui de populo in platea ante palatium foris, nullam tamen violentiam vel comminationem facientes, sed incaute clamantes, Romano lo volem; & expectantes potius, publicata electione Romani Pontificis, currere ad domum Electi, & per quemdam abusum domum Electi spoliare in signum gaudii, quam volentes aut valentes aliquam impressionem facere, sicuti in veritate postea alio electo quam Romano non fecerunt. E *electionem differendam suadet Card. Ursinus,*

11 Cui Cardinales Lemovicenses & alii sequaces responderunt & dixerunt: Domine de Ursinis, certe hoc non faciemus: quia nolumus facere idololatriam, & decipere, & damnare animas nostras: imo certe intendimus de præsenti eligere & eligemus verum Papam: & de clamoribus & verbis istorum de populo non curamus. Videns autem Cardinalis de Ursinis quod non proficiebat ad intentionem suam, & Cardinales sederant ad dictam electionem celebrandam; volens idem Dominus de Ursinis similiter divertere & impedire, quod d. Archiepiscopus Barensis non eligeretur, persuasit dictis aliis Cardinalibus, quod eligerent Dominum S. Petri Romanum, & eum ad hoc nominavit. Fuit autem responsum ei per D. Cardinalem Lemovicensem, quod licet Dominus S. Petri foret homo bonus & sanctus, duo tamen obstabant; primo quia Romanus erat, & Romanus per aliquos petebatur, & ideo non haberent Romanum, ne etiam forte diceretur Papa factus ad clamorem populi. Secundo obstabat, quia Cardinalis S. Petri erat nimis debilis & infirmus, nec posset sufficere ad onera Papatus: & adjecit hæc verba, vertendo se ad Florentinum; Tu vero, Florentine, estis de Florentia, quæ est inimica Ecclesiæ Romanæ, & ideo non eligimus F vos: Dominus autem Mediolanensis est de terra Barnabonis tyranni, qui semper fuit contra Ecclesiam: Dominus Cardinalis de Ursinis similiter est Romanus, partialis, & nimis juvenis pro Papatu. *aut saltem eligendum Cardin. S. Petri,* *Nihilominus propositione ista rejecta,*

12 His dictis Cardinalis Lemovicensis, præsentibus & audientibus omnibus dictis aliis Cardinalibus, & coram eis ibidem omnibus existentibus, in Papam & Romanum Pontificem elegit D. Bartholomæum Archiepiscopum Barensem, utendo verbis istis in effectu: Ego pure & libere eligo & assumo in Papam D. Bartholomæum Barensem Archiepiscopum: illicoque sine aliquo temporis intervallo ceteri omnes Cardinales; in numero sufficienti, facientes & constituentes multo majorem partem duarum partium ipsorum Cardinalium in Conclavi existentium, pure & libere eumdem Barensem Archiepiscopum similiter in Romanum Pontificem elegerunt. Cardinalis Florentinus, videns quod duæ partes & plures d. Archiepiscopum Barensem elegerant, accessit, & eumdem Archiepiscopum pure & libere ibidem ele- *liberrime eligitur Barensis Archiepiscopus.*

Nn 3 git.

git. Quæ electio fuit celebrata, Conclavi adhuc bene omni ex parte clauso & firmato existente.

qui quia absens erat.

13 Creato autem D. Archiepiscopo Barensi in Papam, Cardinales inter se fuerunt locuti, deliberantes an expediret dictam electionem statim populo publicare: & tandem concluserunt quod publicatio hujusmodi differretur, donec transisset tempus prandendi, & donec ipsi pransi fuissent. Causa autem dilationis hujusmodi hæc fuit, quia tunc d. Electus non erat in palatio: & si dicta publicatio facta fuisset, antequam Electus venisset ad palatium & ad ipsos Cardinales, dubitari poterat quod aliqua tædiosa & sinistra in via eidem Electo possent occurrere, eo quod ipse Electus non erat Romanus, & Romani libenter habuissent Papam natione Romanum. Alia etiam fuit causa, quia ex quo ipsi Cardinales jam elegerant; intendebant ante publicationem prædictam, aliqua vasa argentea & quædam alia bona, quæ tunc habebant infra d. Conclave, facere ad domos eorum vel alibi reportari; quod non credebant tunc facere posse, si in continenti d. electionem publicarent. Unde pro majori securitate ipsius Barensis Electi, & ut aliquis nequiret suspicari vel præsumere ipsum esse Electum, Domini Cardinales miserunt pro nonnullis Prælatis Italicis, qui moram trahebant Romæ, ut ad eos venirent pro nonnullis arduis Romanæ Ecclesiæ negotiis: inter quos fuit Barensis Electus, Patriarcha Constantinopolitanus, Episcopus Ulixbonensis, Episcopus Nucerinus, Abbas Cassinensis, Abbas S. Laurentii extra muros Urbis. Qui omnes, prout vocati extiterant, accesserunt ad palatium: non tamen Conclave intraverunt, sed seorsim ab ipsis Cardinalibus pransi fuerunt, & similiter ipsi Cardinales intra Conclave pransi sunt.

differtur publicatio electionis usque post prandium.

Interim accersitur Electus ad Conclave,

14 Sumpto autem prandio, ad majorem expressionem liberæ voluntatis & liberi consensus eorum - & ad majorem etiam cautelam, in præfatum Barensem Archiepiscopum iterato, libere, & concorditer ac unanimiter, omni procsus impressione cessante, sed Conclavi adhuc bene custodito remanente, consenserunt, & eum in Papam iterato elegerunt. Præmissis sic gestis & consummatis, vox cœpit exire & dici apud aliquos de Romano populo, sicut verum erat, quod Papa esset factus, sed ignorabant quis esset vel de qua natione: & propterea ipsi de populo clamare cœperunt & petere, quod hoc eis indicaretur & diceretur. Et tunc per D. Episcopum Massiliensem, Locum-tenentem Camerarii & Conclavis Custodem principalem, dictum fuit ipsi populo, quod irent ad S. Petrum, & tunc hoc diceretur & publicaretur ei. Quibus verbis dictis quidam de populo, intelligentes vel male percipientes, quod irent ad hospitium Domini S. Petri, credentes (quia erat Romanus & Romanum habere desiderabant) ipsum Dominum S. Petri esse creatum Papam, ad hospitium Domini S. Petri iverunt, & bona quædam mobilia quæ ibi erant secum asportaverunt. Quidam vero de populo stabant ante palatium & clamabant, Papam Romanum desideravimus, & Romanum habemus. Et licet verba hujusmodi sic ab aliquibus de populo jactarentur: quia tamen electio jam facta non publicabatur, suspicati sunt aliqui, quod populus per moram illam illuderetur, eo maxime quod quædam pars Conclavis fuit aperta, causa asportandi vasa argentea & alia bona Dominorum Cardinalium: ideo quidam de populo hoc percipientes unam portam Conclavis aperuerunt, ad finem ut Cardinales non exirent, nisi facta & publicata electione.

& præsens iterum eligitur,

Populus cupiens scire quis esset & ad S. Petrũ ire jussus;

sibi o illudi ratus, circa Conclave tumultuatur.

15 Cardinales Ultramontani videntes populum intrasse in Conclave, & timentes valde quia Romanum non elegerant, induserunt Dominum S. Petri ut contentaretur indui tamquam Papa ad placandum populum: sicque est indutus ut Papa, & populus tunc ei tamquam Papæ, credentes eum esse Papam, reverentiam exhibuerunt. Dum hæc sic per tumultum agerentur, omnes Cardinales, excepto D. Cardinale S. Petri, de palatio recesserunt, & ad eorum hospitia secure reversi sunt; D. Barensi electo in Papam in palatio in quadam secreta camera remanente. Post recessum Cardinalium de palatio, D. Cardinalis S. Petri adhuc in palatio existens, hæc verba protulit in effectu: Ego non sum Papa, nec volo esse Antipapa: sed melior me est electus in Papam D. Archiepiscopus Barensis. Quidam vero de Cardinalibus, timentes quod populus Romanus irritaretur contra eos, propter fictionem quam fecerant de Domino S. Petri, domos proprias reliquerunt, & castrum S. Angli ingressi sunt: hi fuerunt Cardinales, Lemovicensis, de Agrifolio, Pictaviensis, de Britannia, Vivariensis, & de Verucho. Quidam vero extra Urbem ad aliqua castra munita se contulerunt: hi fuerunt Cardinalis Gebennensis, qui accessit Zagarolum; Cardinalis de Ursinia, qui accessit Vicovarum; Cardinalis S Angeli, qui accessit ad ad quoddam castrum montis S. Pauli. Ceteri vero Domini Cardinales, tam Ultramontani quam Citramontani, remanserunt Romæ in domibus propriis, sine aliqua læsione vel violentia: & hi fuerunt Domini Cardinales, Florentinus, Montis-majoris, Mediolanensis, Glandatensis, & de Luna.

unde timentes Cardinales suadent Cardinali S. Petri ut se Papaliter induat;

hic vero, [illegible] aliis, Barensem electum testatur;

16 Eodem vero die, VIII. videlicet Aprilis de sero, Cardinales qui castrum S. Angeli intraverant, & alii quidam ex eis qui ex Urbe discesserant, miserunt ad D. Archiepiscopum Barensem, electum in summum Pontificem, nuntios; & scripserunt & intimarunt, quod pro eo quod non erat Romanus electus, ne ei aliquid sinistrum posset occurrere, bene faceret pro securitate personæ suæ & statu universalis Ecclesiæ, exire de d. palatio & se in aliquo loco tuto recipere. Qua requisitione audita, præfatus Electus consuluit D. Cardinalem S. Petri, adhuc in eodem palatio existentem. Qui ei respondit, quod ipse erat verus Papa & secure manere poterat: sicque tota nocte sequenti in eodem palatio remansit. In crastinum autem de consilio & voluntate d. Cardinalis S. Petri; fuit electio Domini Barensis intimata Officialibus Urbis, qui de electione hujusmodi remanserunt & fuerunt valde contenti: & voluerunt accedere, & accesserunt ad d. Electum, ad exhibendam ei reverentiam summis Pontificibus exhiberi solitam: qui noluit talem reverentiam sibi fieri per dictos Officiales nec per alium quempiam, dicendo inter cetera quod pro nunc nolebat nominari nisi Archiepiscopus Barensis. Eodem die mane illi Domini quinque Cardinales qui remanserunt in domibus, videlicet Florentinus, Monti-majoris, Mediolanensis, Glandatensis, & de Luna, accesserunt ad palatium ad d. Electum, ei congratulando de sua concordi electione, & humiliter supplicando quatenus dignaretur & vellet acceptare: insuper persuaserunt quod mitteretur pro aliis sex Cardinalibus qui erant in Castro S. Angeli, requirendo quod convenirent omnes simul, & intimarent Electo electionem de se factam, ut præberet consensum & demum inthronizaretur, ut est moris.

qui monitus ut sibi fuga consulat,

& nihilominus in Palatio remanens,

9. Aprilis recipit gratulationes Officialium & Cardinalium,

17 Ipse vero Electus, volens in sua conscientia esse securus, auditis quæ per dictos Cardinales dicebantur sibi, interrogavit eos & unumquemque de per se, utrum revera ipse sincere, pure, & libere, & canonice per omnes Cardinales in Conclavi fuisset Electus in Papam. Qui responderunt, quod pro certo ita pure, libere, sincere, & canonice esset Electus in Papam, sicut aliquis canonice eligi potuisset; ei persuadentes quod nullo modo recusaret vel differret Electioni de se factæ consentire, propter periculum lon-

usque de sua electionis certitudine interrogat

gæ

A gæ vacationis Papatus. quod posset occurrere, pro eo quod Domini Cardinales cum magna difficultate possent iterato congregari. Cardinales vero qui erant in castro S. Angeli, per publicum instrumentum dederunt plenam & liberam potestatem illis quinque Cardinalibus qui erant cum Electo in palatio S. Petri, circa inthronizationem d. Electi omnia faciendi, quæ ipsimet personaliter facere possent. Cum ad notitiam Senatoris & aliorum Officialium pervenisset tenor hujusmodi schedulæ, accesserunt ad d. castrum & humiliter supplicaverunt, quatenus exire vellent & se conjungere aliis Cardinalibus qui erant in palatio, quoniam in nullo habebant dubitare quin erant in loco libero, tuto & securo: & licet ipsi non elegissent Papam Romanum, de Electione tamen Domini Barensis populus Romanus remanserat valde contentus, pacificus & quietus. Qui Cardinales auditis istis verbis de d. castro exiverunt, & ad palatium iverunt: qui omnes in capella convenientes, iterum & ad cautelam, præfatum D. Barensem in Papam elegerunt, vel ut electus esset consenserunt, pure, libere, concorditer, & unanimiter.

ad quos accedentibus qui fugerāt ad castrum S. Angeli

iterato iteratur electio.

18 Quo facto, statim per Dominum de Agrifolio B d. Electus ad Cardinales introductus extitit: qui ab eis, tamquam in Romanum Pontificem electus, fuit receptus: atque inter eos pro tunc consedit. Quibus sic consedentibus, Cardinalis Florentinus nomine ceterorum ad Electum orationem habuit, proponens illud Apostoli Pauli; Talis decebat ut nobis esset Pontifex, impollutus. Et cetera prosecutus, cum narratione rei gestæ & negotii electionis de ipso celebratæ, requisivit ipsum Electum ut consentiret electioni de se factæ. Qua requisitione facta. ipse Electus verba illa assumpsit divinæ Scripturæ; Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ. Et cum prosecutus fuisset ad finem, ut videbatur, volendo se excusare a sarcina tanti oneris, vel saltem velle tempus ad deliberandum: Cardinalis Florentinus & alii Cardinales tunc dixerunt, quod prosecutionem auctoritatis per eum propositæ pro tunc omitteret, quia non erat de more, cum alias ipse haberet facere eis sermonem: cumque iterato requisiverunt, quod eis responderet, & electioni de se factæ in nomine Domini consentiret. Ipse vero Electus, ipsorum precibus & instantia devictus, tandem cum timore & tremore animi d. electioni humiliter consensit.

cui assertivi rogatur Barensis,

Heb. 7. 26.

Ps. 54. 6.

idem annuet.

C 19 Præstito consensu per ipsum Electum, & cantato primo Te Deum laudamus; statim ipsum inthronizaverunt, petieruntque ab eo quo nomine vocari vellet: qui respondit quod volebat vocari Urbanus VI. continuoque ei Papalem reverentiam exhibuerunt. Et tunc Cardinalis de Vernchio ad quamdam fenestram accessit, & dixit alta voce his qui aderant, Annuntio vobis gaudium magnum, quia Papam habemus, qui vocatur Urbanus VI. Eadem die tres ex dictis Dominis Cardinalibus, scilicet de Agrifolio, Lemovicensis & Pictaviensis recesserunt ad partem in dicto palatio cum præfato Papa in loco studii: & inter cetera dixerunt eidem, quod ipsi tres fuerant causa suæ promotionis, & supplicarunt pro executione testamenti D. Gregorii XI. & quod fratres suos & de gente sua haberet commendatos; & præcipue dignaretur præstare certum subsidium pro redemptione D. Rogerii, fratris ipsius D Gregorii in Anglia captivi: & quod in prima creatione Cardinalium quam faceret dignaretur assumere in Cardinalem unum eorum consanguineum, quem D. Gregorius facere intendebat, filium scilicet D. Hugonis de Rupe, Militia, nepotem dicti quondam D. Gregorii. Petierunt etiam ut dignaretur in suum Cubicularium retinere D. Joannem de Baro eorum consanguineum, qui etiam fuerat Cubicularius præfati D. Gregorii. Quibus omnibus D. Urbanus benignissime respondit, & in suum Cubicularium prædictum D. Joannem retinuit. D

Tunc ab omnibus adoratus

denuntiatur Populo:

Lemovicensium petitionibus annuit:

20 Die vero sabbati, quæ fuit x. Aprilis, D. Urbanus, sociatus ab omnibus dictis Cardinalibus & Domino & de Ursinis, qui de castro Vicovari reversus fuerat, aliis Cardinalibus ab Urbe tunc absentibus, descendit ad ecclesiam S. Petri, ubi in cathedra Papali, quæ est in capite ante majus altare, sedens; præsentibus Cardinalibus & toto populo recepit reverentiam a Canonicis S. Petri: & tunc cum jubilo cantatum est Te Deum laudamus. Deinde audivit Missam submissa voce in d altari: qua finita dedit Papalem benedictionem: & una cum Cardinalibus prædictis numero XIII. rediit ad palatium, & juxta morem Romanorum Pontificum collationem seu sermonem Cardinalibus fecit: qui, sermone finito, petierunt ab eo plenariam Indulgentiam omnium suorum peccatorum, & dispensationem super quibuscumque irregularitatibus quas ipsi quacumque ea causa forsitan incurrissent: quod etiam Papa sibi libenter concessit: & consequenter quilibet eorum sibi elegit Confessorem, per quem in forma Ecclesiæ se absolvi fecerunt. E

10. Aprilis inthronizatur;

21 Die autem XI. Aprilis, quæ fuit Dominica in Palmis, D. Urbanus VI. more Romani Pontificis, dedit tam Cardinalibus quam Prælatis & omnibus aliis palmas & ramos olivarum, ut moris est Romanorum Pontificum: in cujus præsentia tunc celebravit D. Cardinalis Florentinus. Die XII. exequias solennes fecit cum Missa, pro anima felicis recordationis D Gregorii XI. prædecessoris sui, & Missam celebravit D. Cardinalis Pictaviensis. Diebus vero sequentibus, usque ad diem Jovis in cœna Domini, D. Urbanus exivit sociatus ab omnibus dictis Cardinalibus, ad dandum Indulgentias populo & peregrinis, qui venerant causa devotionis ad limina Apostolorum. Die vero Jovis exivit similiter ad fulminandum processus, ut moris est: cui adstiterunt dicti Cardinales cum candelis accensis, secundum consuetudinem Romanæ Curiæ: & postea D. Cardinalis de Agrifolio Missam in ejus præsentia celebravit. Die Veneris sancta in capella D. Mediolanensis Cardinalis coram Papa celebravit: qui discalceatis pedibus reverenter sanctam Crucem adoravit: & subsequenter prædicti Cardinales & alii successive Crucem adoraverunt. Sabbato sancto Urbanus ad capellam exivit, & coram se illius diei Officium cum benedictione Cerei & Missam diei fecit, quam celebravit D. Gebennensis. F

11. Ap. ramos consecrat & distribuit.

12. exequias decessoris celebrat,

& tota hebdomade sancta cuncta Papalia facit.

22 In die sancto Paschæ coronatus est D. Urbanus Papa VI. cum omnibus ceremoniis & solennitatibus requisitis, coram universo populo, & peregrinorum qui causa devotionis venerant multitudine copiosa; Cardinalibus omnibus numero XVI. assistentibus, præsentibus, & sic fieri volentibus, ipsique D. Urbano ministrantibus. Omnes enim dicti Cardinales numero XVI. qui in electione fuerant, in hoc Coronationis festo interfuerunt, pureque & libere consenserunt: & quatuor illi Cardinales qui ab Urbe recesserant, jam fuerant ad Urbem reversi: ubi omnes dicti Cardinales per tres menses continuos steterunt, ipsi D. Urbano assistendo & ministrando, Consistoria & alia per Cardinales cum summis Pontificibus fieri consueta faciendo; usquequo dicti Cardinales seu eorum aliqui de ipsa Urbe & de licentia d. D. Urbani ad Anagniam se contulerunt. Et, durante tempore dictorum trium mensium, dicti Cardinales semper tractarunt & habuerunt D. Urbanum pro vero & unico & indubitato summo Pontifice, eum honorando, visitando, gratias petendo, annulos & alia pretiosa jocalia ei largiendo: in Missis quoque ipsorum, tam submissa vo-

Die Paschæ coronatur coram 16. Cardinalibus.

qui tres mensibus cum coluerunt ut Papam,

ce

A ce quam in cantu celebratis, Orationem illam dicendo seu dici faciendo, Deus omnium fidelium &c. pro ipso D. Urbano, tamquam pro summo vero Pontifice, divinum auxilium implorando, ad felix ac prosperum regimen Ecclesiæ suæ sanctæ.

eique in publicis omnibus functionibus adsisterunt ut tali,

23 Die xxv. mensis Aprilis, D. Cardinalis Ambianensis de legatione sua reversus est, & a Papa Urbano consistorialiter receptus, ut est moris recipiendi Legatos de latere. Qui D. Cardinalis, pede Papæ deosculato, & manu, & ore, ipsi D. Papæ exhibuit Papalem reverentiam. Adveniente die Ascensionis Dominicæ, Urbanus Missam publice celebravit, in qua interfuerunt omnes Cardinales prædicti, & D. Petrus de Luna Diaconus Cardinalis ei servivit de Evangelio & aliis ceremoniis consuetis. Similiter in die sancto Pentecostes, & in die Corporis Christi, D. Urbanus celebravit in Pontificalibus, cui omnes prædicti Cardinales, parati sacris vestibus, adstiterunt, & eidem servierunt; in die Pentecostes D. Cardinalis de Ursinis cantavit Evangelium, & Dominus de Veruchio in die Corporis Christi. Fecit quoque D. Urbanus, præsentibus & consentientibus dictis Cardinalibus, in Consistorio secreto multorum Prælatorum
B promotiones & translationes, tenuitque Consistoria publica, & causas commisit Cardinalibus prædictis, super quibus definitivas sententias tulerunt; pro seipsis & pro familiaribus suis dispensationes & gratias impetrarunt; ad diversos mundi Principes sponte & libere scripserunt, se D. Bartholomæum Barensem in verum & indubitatum Romanum Pontificem elegisse; ipsis etiam consultantibus asserentes, quod non haberent fidem alicui qui contrarium assereret, vel super eo dubitare vellent: & coram pluribus honestis & gravibus personis sæpissime asseruerunt, ipsum D. Urbanum verum fore & indubitatum Romanum Pontificem.

idque variis scribentes confirmarunt.

Constituit illic Card. Ep. Ostiensem

24 Ipsisque etiam consultantibus, assistentibus, & consentientibus, D. Urbanus electionem illustris Principis D. Wenceslai in Regem Romanorum electi confirmavit: Dominumque Glandatensem, servatis votis singulorum Cardinalium, ipsum Cardinalem Presbyterum in Episcopum Ostiensem promovit: cujus promotionis vigore D. Ostiensis prædictus possessionem dicti Episcopatus cepit, ipsumque rexit, administravit, & tam in temporalibus quam in spiritualibus gubernavit, & aliquando actus Episcopales gessit, consecrando & ordinando prout Episcopis Cardinalibus facere convenit. Et per idem tempus quo
C prædicti Cardinales in Urbe fuerunt, continue absque violentia & molestationes, omni prorsus metu secluso, habitarunt & steterunt in Urbe. Una autem dierum D. Urbanus, convocatis ad se Cardinalibus omnibus; multas eis admonitiones fecit pro bono regimine Curiæ Romanæ, & pro bono exemplo de seipsis populo tribuendo. Monuit enim ut abstinerent & manus suas excuterent ab omni munere; detestans & graviter se ulturum affirmans Simoniacos & omnes turpis lucri sectatores: inhibens etiam ne munera quæcumque, sive a magno sive a parvo, reciperent; intendens negotia coram eo promoveri gratis, nihil inde sperando. Monuit etiam eos de honeste vivendo; cum ipsi essent Cardinales, Ecclesiam militantem sustentantes; & tamquam lignum positum ad sagittam, debebant de se normam & exemplum aliis bene vivendi dare & præbere: detestans superfluos sumptus & numerosam familiam, equorum quoque & vestium & convivantium superfluitatem: asserens hæc omnia, pomposa & inflata, cedere ad gravamen potius quam relevamen honoris Curiæ Romanæ & Ecclesiæ; multasque eleemosynas propter hus sumptus pauperibus deperire affirmabat: dixitque præterea suæ intentionis fore, quod justitia administra-

habet ad Cardinales adhortationem pro reformatione

plus æquo vehementi.

D retur omnibus petentibus absque aliqua personarum acceptione: & addidit quod, cum dispositione divina Romana Sedes esset in Urbe collocata, intentio sua erat in Urbe residere, ibique vivere & mori; quod si aliter faceret, crederet se male agere & Deum offendere.

25 Hæc dum sic agerentur, Archiepiscopus Arelatensis, qui fuerat Camerarius D. Gregorii XI. & penes quem erant omnia jocalia pretiosa quæ fuerant d. Gregorii, per mensem post d. D. Urbani coronationem, de Urbe absque licentia recessit & ivit ad Anagniam, secumque asportavit dicta jocalia, & inter cetera tiaram pretiosam, cum qua consueverant nonnulli Romani Pontifices coronari, & cum qua ipse D. Urbanus fuerat coronatus: propter quæ D. Urbanus commotus, mandavit Dominis Cardinalibus de Agrifolio, Pictaviensi & Vivariensi, qui & ipsi erant Anagniæ, ut d. Archiepiscopum arrestarent. Cum autem in castro S. Angeli esset Castellanus quidam, Petrus nomine, positus ad instantiam Cardinalis Montis-majoris; volens D. Urbanus pro sua securitate castrum illud habere ad manum suam, requiri fecit d. Castellanum de ipsius castri restitutione. Sed Castellanus, spiritu rebellionis assumpto, illud facere recusavit, & se summi Pontificis rebel- E
lem constituit: cujus quidem rebellionis ferebatur conscius, particeps, & tractator præfatus Cardinalis Montis-majoris. Cumque id ad D. Urbani notitiam pervenisset, reprehendit acerrime Cardinalem Montis-majoris, eique comminatus fuit quod contra ipsum procederet, & de eo justitiam faceret, juxta formam & tenorem processuum felicis recordationis Joannis XXII. contra talia perpetrantes promulgatorum. Similiter reprehendit & comminatus est D. Ambianensi Cardinali, pro eo quod favebat Francisco de Vico, almæ Urbis Præfecto, qui occupabat civitatem Viterbiensem, quæ ei nullo modo pertinet, & est de Dominio Romanæ Ecclesiæ.

Interim Camerarius Papæ cum thesauro fugit Anagniam.

& præfectus castri S. Angeli ipsum Urbano tradere renuit,

qui propterea duos ex Cardinalibus increpat.

26 Fuerat etiam D. Urbanus informatus, quod Cardinalis S. Eustachii quasdam occultas practicas & conventiones tenebat & fecerat cum Britonibus, in damnum ipsius Domini Papæ: imo ferebatur, quod Cardinalis prædictus sibi certas pecunias retinuisset, quas Papa ei dederat ad finem recuperationis castri S. Angeli; unde etiam huic comminatus est quod contra eum faceret justitiam. Fuerat præterea D. Urbanus advisatus, quod d. Cardinalis S. Angeli, per suos versutos & subtiles tractatus, & per blanda & decep- F
toria verba, & falsas & dolosas inductiones, sollicitaverat ipsum D. Urbanum ad danlum Societati Britonum magnas pecuniarum summas, quibus receptis ipsi Britones se hostiliter opposuerunt præfato Urbano: & quod earum machinationum conscii erant & auctores extiterant Cardinales Gebennensis, Ambianensis, & Montis-majoris, & nonnulli alii Cardinales Ultramontani in Italia commorantes: ipsique Cardinales bene sciebant D. Urbanum de his omnibus notitiam habere. Unde, propter jam dicta, & quia D. Urbanus denegaverat aliquas gratias concedere ipsis Dominis Cardinalibus Ultramontanis, credebatur eos de sua Sanctitate non contentari; imo erigere velle cornua contra eum, prout tandem fecerunt.

item alios rebellionis Britonum conscios;

Hinc commoti aliqui,

27 Nam circa finem Junii anni Domini MCCCLXX. nonnulli ex ipsis Dominis Ultramontanis in Urbe existentes, Cardinales videlicet Lemovicensis, de Agrifolio, Glandatensis, Gebennensis, de Britannia, Pictaviensis, Vivariensis, Montis-majoris, S. Eustachii, S. Angeli, de Verucho, & de Luna, ipsi eorum quilibet supplicaverunt & supplicari fecerunt de habendo licentiam secedendi de Urbe & eundi ad Anagniam; prætendentes in Urbe nimiam calidita-

petunt impetrantque licentiam eundi Anagniam.

tem

A tem & aëris intemperiem, & Anagniæ erat aer temperatior & clementior: unde D. Urbanus, volens eis complacere, concessit eis licentiam abeundi. Qui, prout ante conceperant, recesserunt: & Papa, post paucos dies a recessu Cardinalium, recessit & ipse de Roma, & venit Tibur. Dum autem Papa sic esset in Tibure & Cardinales in Anagnia, jam in apertum dissidium inter Papam & Cardinales res vergere cœperat, jam affirmantibus Cardinalibus, quod D. Urbanus non esset verus Papa, nec canonice electus, quia per impressionem; & quod electio non fuerat celebrata in loco tuto. Propter quæ Cardinales, intelligentes se cum Principe de Fundis, illuc accesserunt; &, tamquam Apostolica Sedes vacaret, Conclave intraverunt, Dominumque Robertum, Gebennensem Cardinalem, in summum Pontificem, seu in idolum potius erexerunt, qui vocari voluit Clemens VII. unde in Ecclesia ortum est ingens schisma, quod multorum malorum causa fuit. Nam Principes Christiani dividi cœperunt, & quidam Urbano, quidam vero Gebennensi adhæserunt. Urbano autem adhæsit tota natio Italica, excepto Comite de Fundis

(Urbano Tibur concedente propter æstum) *& ipsi sibi Antipapam eligunt:* *constituoque schismate ingenti,*

B & Præfecto de Vico, tota natio Germanica, regnum Portugalliæ, Anglia tota; Gebennensi adhæserunt natio Gallicana, tota fere Hispania citerior & ulterior: sicque subsecutæ sunt difficultates & errores plurimi in populo Christiano, & quod unus ligabat alter solvebat; fiebantque hinc inde processus, privationes, anathematizationes, in magnum Ecclesiæ & Christianitatis vilipendium: eadem præterea Ecclesia dabatur duobus, & vi armorum quandoque dirimebatur iis; unde sequebantur hominum occisiones, depopulationes agrorum, & plurimorum strages; propter quod etiam secutum est illud famosum bellum, quod commissum est inter Ducem Burgundiæ & Leodienses, in quo (ut fertur) xxx. millia hominum interempti sunt prope Leodium.

28 Cardinales qui idolum erexerant, vel novum Pontificem secundum eos, de Italia una cum Electo suo recesserunt, & ad Avenionem se contulerunt. Dominus autem Urbanus, videns quod actum fuerat, fecit in continenti unam Ordinationem XII. Cardinalium, electissimorum hominum & magnæ commendationis: fecitque processus, & privavit Cardinales qui erant in Anagnia vel in Fundis, una cum eorum prætenso Pontifice, eos etiam anathematizando, & ipsos & ipsorum bona occupantibus concedendo. Fe-

Avenionem petunt, *Ambæ partes se mutuo excommunicant.*

C cit etiam processus contra Principem Fundorum, & contra Franciscum de Vico almæ Urbis Præfectum, qui Viterbium occupabat. Et econtra ille Gebennensis contra D. Urbanum & ejus sequaces processus fulminavit: sicque tota Christianitas, hac peste schismatis involuta, annis XLV. & ultra laboravit, usque ad tempora scilicet Concilii Constantiensis, de quo infra dicetur, Urbano sic cum Gebennensi contendente.

29 Cardinales noviter creati, viri zelantes honorem Ecclesiæ & populi Christiani, attædiati etiam moribus Urbani (cujus nimia severitas, potius quam injustitia tituli Papatus, revera fecerat Cardinales a quibus creatus erat ab eo discedere & schisma conflare) secreto modo inter se agere cœperunt de dando

Urbani asperitas nimia.

D. Urbano Coadjutorem, & tractare cum Cardinalibus obedientiæ D. Gebennensis de unienda Ecclesia. Quod percipiens Urbanus captivavit septem ex ipsis; & quatuor ex eis dum esset Januæ fecit in tetro carcere strangulari. Et ad parandum sibi amicitias plurimarum Civitatum & Dominorum, Romæ in S. Maria in Transtiberim existens, fecit unam Ordinationem XXIX. Cardinalium, inter quos multi de civitate sua Neapolitana connumerati erant. Inter ceteros Januæ interfectos fuit D. Ludovicus Donato Venetus, primo Generalis Ordinis Minorum, & postea per eumdem Urbanum creatus Cardinalis. Regem insuper Siciliæ nepotem suum creare constituit: qui cum per mare navigaret, cum uxore, filiis, & universis bonis suis, tempestate suborta periclitatus est; & uno momento ipse cum navi, & qui cum eo erant, maris fluctibus demersus est. Passus est hic Pontifex graves persecutiones, & obsessus est per aliquantum temporis in arce Nuceriæ in Regno. Fertur tamen omnium persecutionum harum ipsum potissimam causam extitisse, propterea quod homo ultra quam decebat severus erat, & sui capitis, & sibi magis credens quam ceteris. Tandem liberatus ab obsidione, in Sede propria Romæ residens moritur, & in Ecclesia S. Petri in Vaticano sepelitur.

magnas et persecutiones suscipit

E 30 Longa verborum serie hujus Pontificis assumptio narrata est, pro eo quod schisma subsecutum longi temporis fuit, & multorum malorum, ut prædiximus causa; & ut ex gestis in electione ejusdem intelligi posset justitia tituli Papalis sui, quamvis longe aliter a Cardinalibus qui recesserunt ab eo postea positum extiterit, prætendendo metum, qui cadere posset in constantem virum, in actu electionis intervenisse: quem de tribus mensibus, quibus continuo fuerunt cum D. Urbano, nunquam allegarunt, sicut revera allegare non poterant. Et propter variam positionem casus necesse fuit varia peritorum consilia hinc inde emanare, quæ fuerunt causa ut schisma diutius duraret, qualibet parte prætendente se justitiam fovere, & alia aliam vere schismaticam dicere posse.

Concludit auctor pro validitate electionis ejus,

31 *Hactenus Ms. nostrum, perquam conforme ipsius schismatis Actis, quæ allegat Odoricus Raynaldus in Annalibus, tamquam in Vaticano servatis atque in quatuor plures ve tomos digestis. Nolo eorum cum aliis comparationem instituere, multo minus judicem agere illius controversiæ, cujus decisionem nec tentare quidem Ecclesia voluit, congregata in Synodo, primum Pisana, deinde & Constantiensi; sed aliam commodioremque viam unionis reformandæ ingressa, finem optatum tandem est consecuta. Nihil tamen in alterutram partem definiendo (quia id fini suo videbat minus expedire) non sustulit piis historicæ veritatis indagatoribus libertatem apud se statuendi, quamnam in partem major inclinet verisimilitudo: & Ecclesia Romana, cui boni fideles libentius adhærent*, Urbani *partem constanter amplexa*, Clementem *ejusque successorem* Benedictum *pro Antipapis semper habuit. In hujus ergo communiori apud Catholicos omnes sensu, non autem privato nostro, de eisdem ut Antipapis agemus; relicta aliis aliter statuendi sentiendique libertate.*

F *quam aliis definiendā relinquo.*

CLEMENS ANTIPAPA.

ROBERTUS ex Comitibus Gebennensibus, natione Gebennensis, Sanctorum XII. Apostolorum Presbyter Cardinalis, a seditiosis Cardinalibus Fundis electus, anno MCCCLXXVIII. XX. Septembris, assumpto nomine Clementis VII. & XXXI. Octobris in Dominica coronatus; usurpavit Papatum annos XV. menses XI. dies XXVIII. defunctus Avenione XVI. Septembris, anno MCCCXCIV. & vacavit Antipapatus dies XI.

Ab an. 1378 ad 94. an. 15. m. 11. d. 18.

Vitam

A *Vitam & actus prolixe descriptos exhibet Bosquetus, ex Ms. Regiæ Bibliothecæ, Auctore anonymo, & quantum licet conjectare coævo: qui cum nusquam diem Coronationis indicet, nescio unde acceperit Ciacconius factam fuisse* proximo die Dominico Kalendis Novembris, *qui anno illo fuit ultimus Octobris. In fide tamen Ciacconii id recipiens, causam dilationis fuisse suspicabor, spem fortassis conceptam a schismaticis, de* Urbano *a Romanis abdicando, Remque celebranda Coronatione prædicta.*

Causa dilationis Coronationis.

2 *Eadem Vita, prætermissis omnia circa mortem acta, ipsam paucis his verbis explicat:* Tandem, prout Domino placuit, post satis brevem infirmitatem, die XVI. mensis Septembris, anno MCCCXCIV. diem clausit extremum in Avenione. *Schedo quadam Bibliothecæ Fuxensis Ms. apud Bosquetum in Notis pag. 372. sic habes:* Anno Domini MCCCXCIV. die Mercurii, quæ fuit XVI. Septembris, in palatio Pontificali Avenionensi mortuus est D. Papa Clemens VII. natione Gebennensis, ex Comitibus Gebennensibus; qui obiit dicta die circa horam sextam. . . . . . die B Veneris, XVIII. Septembris. Sepultura corporis facta fuit hora ante Tertiam, & receptum fuit corpus de capella magna palatii, & portatum ad S. Mariam Ecclesiæ Cathedralis Avenionensis, ubi congregati erant Cardinales: celebravitque Missam Dominus de Giffono Cardinalis, & fecit Sermonem.

Mors Clementis Avenione.

3 *Corpus de Cathedrali translatum ad Ecclesiam Cælestinorum Monachorum,* a Clemente *in urbe Avenionensi fundatorum, compositum fuit, intra tumbam marmoream perquam elegantem, contra gradus majoris altaris: unde non ita pridem remota tumba illa est passibus aliquot versus Occidentem, ut inter ipsam & gradus altaris transitus daretur ministrantibus, nec amplius opus esset vel circuire tumbam, vel per ipsos gradus transitum facere minus ordinatum. Tumbæ istius accuratam delineationem a D. Joanne Baptista Lauze Avenionensi pictore faciendam curavit nobis P. Carolus Faber, ac seorsim statuam Clementinam eidem impositam; in qua ad perspectiva leges componenda supra ipsam tumbam si peccatum est aliquid, nostrum est, nec debet Avenionensi pictori imputari: non enim operæ* C *pretium videbatur ea causa vel ob exertationem scriptoris nostri serius animadversam, vel novam curare scripturam, vel multiplicare icones: ideoque etiam abstinuimus a repræsentanda ea qua tumbam circumit crate; quaque figurarum conspectum vehementer impedivisset.*

Monumentum apud Cælestinos.

4 *Mensura operis totius in altum est palmorum quinque & quadrantis, in latum palmorum sex, in longum vero palmorum tredecim: totum, uti & statua, ex albo marmore, sed cui hinc inde inductus color niger, præsertim in limbo seu loco Epitaphii, sicut ita ex nigro marmore ematino esse videatur; tabula vero, supra quam jacet statua, ex variegato. Ex candido quoque marmore sunt statunculi marmorei viginti, qui tumulum ambiunt, ex utroque scilicet latere septeni, atque ad caput & pedes terni. Sunt autem illi variorum Sanctorum, Apostolorum imprimis, uti clare apparet in* SS. Petro, Paulo, Andrea, *nec non ex rotulis sive libris, quos tenent singuli, auratis olim litteris insculptis articulis duodecim Apostolici Symboli, quorum etiam nunc aliqui legibiles supersunt. Qui autem post principes Apostolorum proximus sequitur Episcopali habitu, verisimiliter est* S. Rufus, *primus Avenionensis Episcopus, quem Ecclesiæ illius traditio quidem facit filium Symonis Cirenensis, celebrati in Evangelio, Dominicæ crucis bajuli; sed hoc erit XIV. Novembris examinandum. Qui ad pedes stant, atque altare respiciunt putantur esse* S. Gregorius Magnus, & S. Petrus Cælestinus, *mediam habentes* Deiparam. *Ceterum in prædicta transpositione monumenti factum videtur, ut ordo statunculorum immutatus ac perturbatus nonnihil fuerit.* D E

5 *Ad pedes porro, atque ad caput jacentis expressa insignia gentilitia videntur, sed ex latere spectanti non apparent, quæ ad caput sunt; apparent autem tum in duplici, quod illi substernitur, cussino, tum in extremitatibus arcuati supra idem caput operis, scutum scilicet tessellatum cæruleis quatuor, quinque aureis punctis. In largo illo excavatoque limbo, qui ambit lapidem tumbæ impositum, Gothicæ (ut vulgus appellat) forma litteris oblongis, de post caput jacentis statuæ circuire incipientibus, exprimitur hujusmodi epitaphium.* Hic requiescit D. Clemens Papa VII. primus hujus cœnobii fundator, ex patre Amedeo Comite Gebennensi, matre vero Mathilda de Bononia genitus: qui fuit Prothonotarius Morinensis, & Cameracensis Episcopus, dein Cardinalis, demum ad Papatum Fundis assumptus, & Curia tunc incolumi reducta, Dominum Petrum Cardinalem de Luxemburgo, miraculis coruscantem, in hoc cœmeterio sepultum, ad Cardinalatum assumpsit: & in fine anni XVI. sui Pontificatus migravit ad Christum die XVI. Septembris MCCCXCIV. Cujus anima requiescat in pace. F

Et inscriptum Epitaphium.

Monumentum Clementis in [illegible] Papæ VII, [illegible]

DIS-

A

DISSERTATIO XLVI.

Expenduntur quæ ex Actis Sanctorum, sub schismate viventium, pro alterutra parte allegantur.

Quamquam superius professus sim, quo modo ac sensu propesuerim de Clemente ac successore ejus, ut Antipapis, loqui; nihil scilicet definiendo, sed communiori sensui ejus tunc Ecclesiæ inhærendo, quæ suæ partis Caput in ipsa urbe Roma habens, potiori jure videbatur Romana appellari; existimo nihilominus, ea professione non prohiberi me, quo minus ex propria obligatione tractandi atque illustrandi Sanctorum Acta, & veritatem singulorum examinandi, dicam aliquid in commendationem partis illius, quæ pluribus ac potioribus melior visa est, comparando inter se eos Sanctos Sanctasque, qui & quæ alterutrius obe- B *dientiam professi & professæ, alterutri causæ favere vel adversari inveniuntur. Incipio autem a morte* Clementis; *de qua æque ac vita ejus varium oportet fuisse, pro vario partium affectu, judicium.*

Mors Clementis.

2 *Petrus de Luna*, Clementis *in Antipapatu successor, eum diceretur* Clementi *mortem accelerasse, importunine abdicationem suadendo; præcipitis obitus hanc causam jussit scribi: quod in Academia Parisiensi* unus mandavit D. Clementi, quod amodo vel amplius non poterat ipsum defendere: item idem dixerunt sibi alii; & ex illis recepit iram & malinconiam D. Clemens, non propter verba D. Cardinalis de Luna, ut credn. *Hæc autem bene consistunt cum iis quæ leguntur ad diem VII. Aprilis, in Vita B. Ursulinæ Parmensis, ex qua vita rem eamdem placet iterum transcribere, cum rei momenti permaximi sit, & auctor fere coævus videatur scripturis certissimis instructus ad istud opus fuisse.*

unde eam subito excipitur Petrus de Luna

3 *Talis ergo Auctor postquam retulisset, quanta passa esset in palatio Avenionensi Ursulina, ansa* Clementem *convenire iterato super abdicatione facienda, adeo ut pene ipsum & plures ex Pseudo cardinalibus ejus inflecteret, num. 28. sic prosequitur historiam suam;* Interim dum tot tantisque modis in ipsam Virginem desævirent, memoratus Antipapa de B. Ursulina percunctatur; & ajunt, jam diu fatuam recessisse. Subito hoc relatum est beatæ Virgini, quæ mox misit C litteras Apostolicas, divina dispensatione reservatas, quas a Roma detulerat ipsi Antipapæ ex parte summi Pontificis & Cardinalium. Tunc dictus Antipapa miratus est valde, cum cognovit ipsam Ursulinam non recessisse: & cum perlegisset dictas litteras, vehementer stupuit; & vibrans caput, multum stetit super se, cum suspiriis anxiis diu meditans super hoc. Paucis itaque interjectis diebus, præmissus Antipapa Clemens, manus ejus abluens ut ad mensam discumberet, repentina morte præoccupatus miserabiliter vitam finivit. Hoc actum est ut impleretur sermo B. Ursulinæ, quem illis prædixerat, id est, quod ante ejus discessum, divinum persentirent judicium. *Atque utinam non fuerit etiam impletum illud, quod dixerat* Clementi, *finiens in primo congressu prolixum sesqui horæ sermonem, num. 17.* Nnveris, quod si ca, quæ tibi exposui pro parte D. N. Jesu Christi, exequi tardaveris, sedes tua in inferno parem locum cum ipso Lucifero habitura est.

Sed distinctius Vita B. Ursulinæ Parmensis.

quæ hora ei prædixit.

4 *Est porro omnino admirabile lectu, quomodo puella, tunc annum XIX. ætatis dumtaxat ingressa, seiusque Dei magisterio jam inde ab infantia usa, ab audiendis vero prædicantium sermonibus sacris abstinere divinitus jussa, ne æstimarent homines ab illis didicisse quæ per ipsam voluit Deus revelari, ipsaque dictante conscribi; mirabile inquam lectu est, quomodo tam* D *sic puella, comitante ex Dei ejusdem mandato vetula matre, iterque in peregrini habitu præeunte B. Joanne Evangelista, Parma Avenionem, Avenione Romam, inde iterum Avenionem profecta sit pedes; & ubique tam potenter functa fuerit commissa sibi cælitus legatione, ut nullius vultum pertimescens, obstupescere faceret quantumvis potentes, flecteret obstinatissima etiam corda; & inter infestissimos veritatis hostes subtilissimis de Theologia quæstionibus exercita, ad capiendum ejus qui in ipsa loquebatur spiritus experimentum, quin & torturæ admota & veneno appetita, nec minimam quidem hæsitaverit, aut prius pedem Avenione extulerit, quam, reverso Parisiis Petro de Luna, subversum vidit quidquid ad Ecclesiæ unionem constituendam fuerat cum Pseudo-cardinalibus operata. Deo per mulierem sic confundente schismaticorum superbam contumaciam, ut tamen dimiserit eos in manu consilii sui, ad majorem condemnationem ipsorum; ad Gallicani regni, in quo perniciosissimum schisma potissimum erat continuandum, extremam pene desolationem, sub Rege per intervalla amente, per plus* E *quam civiles dissensiones, Procerum præcipuorum fœdissimas cædes, duorum Delphinorum continuata veneno funera, tertiique patri rebellantis arma; omnia interim impune occupantibus Anglis, & florentissimum regnum depopulantibus.*

Expenditur temperato ei divinitus legatio ad Antipapam

ejusque in ea exequenda constantia

5 *Quomodo autem mortuo* Clemente *disturbatum fuerit negotium unionis, per Ursulinam coalescere incipientis, in ejus Vita num 28. sic narratur.* Tunc *scilicet post mortem Antipapæ*, Petrus de Luna, *qui zelum promovendæ unionis insigni simulatione præ se ferebat*, tulit litteras Apostolicas, *quarum argumentum aliud non videtur fuisse, quam ut in ordinem redire persuaderetur* Clemens, *oblato gradu pristino tum ipsi, tum Cardinalibus antiquis, iis autem, quos schismatice creaverat, ipse facta promotionis congruæ.* Litteras ergo Apostolicas, *quas Ursulina apportarat*, tulit Petrus, & perrexit Parisius ad consulendum super his sapientes. Ceteri vero Pseudo-Cardinales ad eas conversi, vitam & mores ac sanctitatem constantiamque beatæ Virginis considerantes, necnon de perpetratis illatisque injuriis in illam admodum pœnitentes, illam ad se duci fecerunt, & pro impetrata venia injuriarum illatarum beatam consulunt Ursolinam, quid facturi sint. Quibus illa: Pro salute animarum vestrarum, & aliorum populorum unanimiter & concorditer Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ absq; F mora parendum est. Sicque omnes ad vota beatæ Virginis se facturos promisere; ac subito miserunt solennes ambasciatores summo Pontifici Bonifacio, cupientes ad Dei misericordiam pervenire. Recessisque Ambasciatoribus, & jam Januæ pervenctis, ecce cunctorum ille bonorum operum ardentissimus inimicus una cum suo pessimo ministro, scilicet Petro de Luna, qui tunc post prædicta reversus est cum consilio Parisiensium, ambitione ac serpentina astutia plenus, eorum salubre consilium subvertit, cum jam omnia parata, & bene disposita essent, ad obediendum summo Pontifici Bonifacio Et statim ambasciatores revocaverunt, & Petrum de Luna in suum Antipapam elegerunt, & sic in eorum jam cœpta perfidia perseverare decreverant.

ejus curatus irriti, reducuntur a Petro de Luna.

6 *Vivit Ursulina, variis post hæc peregrinationibus, Romam Hierosolymamque susceptis, exercita, usque ad annum* MCDX. *quæ autem ad schisma extinguendum gessit, ita gessit, ut, cum illusioni aut cooperationi diabolicæ nequeant, virtuti divinæ debeant necessario adscribi; nec possit ultra ignorari quæ pars Catholica, quæ schismatica fuerit, nisi velit aliquis totam Vitæ illius historiam habere de fictione & mendacio suspectam. Ita Franciscus scriptor quidam nititur suspectas facere nonnullas S. Catharinæ Epistolas, quatenus in* fo-

Difficile est hæc suspecta reddere

æque ac epistolas S. Catharinæ Senensis,

A favorem Urbani potentius & animosius exarata videntur, quam politicus quorumdam Regibus adulari solitorum genius probare possit. Quasi non extarent SS. Bernardi atque Petri Damiani, contra Anacletum & Cadaloum Pseudo-pontifices totumque fautores, quantumvis sublimes, invectivæ acerrimæ; dum Patres isti, alibi toti melliflui, zelum induunt Phinees, & pro Christi Vicario depugnantes, omnem humanæ majestatis celsitudinem conculcant. Unicum autem scriptor iste, suspectandi fundamentum assumit, quod epistolarum earum unam allegans Odoricus Raynaldus, dicat datam sexto Maii die, qua tamen promittitur Victoria, ab Urbani exercitu de Neapolitanis parta, die XXVIII. Aprilis, uti apud eamdem Odoricum scribit Pandulphus Collenutius. Sed si Rainaldus meruit, ob non animadversam ejusmodi contradictionem, nonnihil redargui; haud meruit, in dubium vocari tota epistola, propter datam erronee descriptam, dum oscitanti librario nomen Maii obrepsit loco Martii. Quamquam B ne quidem sub hac correctione certa satis redditur Data: nec enim (ut mihi scribit Rainaldi successor & continuator Leander Colloredus) originalibus Sanctæ epistolis adscripta dies videtur: quia non, ut nunc, ita & tunc subscribebatur semper familiaribus epistolis, non dico Virginum sed nec Episcoporum, dies ac mensis, & plurimi id negligebant. Inveniuntur quoque dictarum Epistolarum exemplaria sane optima absque hujusmodi notis, & sic impressæ Venetiis fuerunt Epistolæ prædictæ originali sua Italica lingua, primum anno MD. per Aldum Manutium, iterumque anno MDXLVIII. per Fredericum Toresanum; quæ postrema editio apud nos habetur. Notæ autem istæ omnino videntur ab eo qui argumenta iisdem præposuit, ex conjectura potius, quam originalis scriptionis fide adjunctæ. Quod si Sancta in epistolis suis Antipapam & Anticardinales execratur uti dæmones, tales utique erant qui contra suam ipsorum jurantes conscientiam Christianos in schisma traxerunt: pejerarunt autem, si vera juravit S. Catharina Vastenensis, filia S. Brigittæ, tunc Romæ præsens cum Urbanus eligeretur, quæ de plena istius electionis libertate, ex ipsorummet Cardinalium postea se retractantium ore deposuit publico instrumento, suaque signavit manu: quod instrumentum legi potest apud Odoricum præfatum anno 1379. an. 20.

& juratum testimonio S. Catharinæ filiæ S. Brigittæ.

C 7 Hoc tamen neqaaquam obstat, quominus populi, Clementinæ obedientiæ inhærentes, propter ignorantiam facti fundatique in facto juris, fuerint excusandi; unde etiam contigit, non minus in hac quam in Urbaniana parte, invenias fuisse personas sanctas, atque etiam miraculis illustres; cum hac tamen differentia, quod Clementinæ partis haud facile invenies quemquam, qui ei promovendæ adversus alteram positive adlaboraverit; Urbanianæ vero causa non solum dictis factisque suffragatæ fuant tres illæ Sanctæ Virgines, sed eæ singulæ attulerunt præsumendæ auctoritatis momenta, quæ salva pietate rejici vix possunt. Cum vero contradictoriis de eodem subjecto assertionibus nullaque juris ignorantia excusabilibus proceditur, quarum alteram necesse est falsam esse, consequens fit, alterutrius partis capita, asseverando Urbanum libere vel coacte a se suisque Collegis electum fuisse, formaliter ac peccaminose schisma fecisse; qui proinde potuerint tractari perstringique ut tales, a personis divinitus certificatis; qualem fuisse Senensem quidem Catharinam pie credere possumus, attento modo quo suas ipsa passim dictabat Epistolas; de Ursulina vero multo etiam minus dubitare possumus, supposita veritate historiæ quæ de illa habetur; quæque, quoad occasionem schismatis tot hominum testimoniis & jurata S. Catharinæ Vastinensis asseveratione firmatur.

Pars quidem utraque Sanctos habuit,

sed modo differenti.

& excusari utraque, sed non utriusque capita possunt.

8 Tribus illis opponere nituntur aliqui Petri Luxemburgii, creati a Clemente Cardinalis, plurimis clarissimisque miraculis notificatam sanctitatem: unde auctor Vitæ Clementis apud Bosquetum, fuit, inquit, status dicti Clementis justior & solidior multimode reputatus per quam plures, æstimantes & certo tenentes, quod ipse, qui jam Spiritu Dei plenus fuisse, & secretorum cælestium (in quantum salus sua in eis tangebatur) notitiam sufficientem habuisse creditur, sibi non adhæsisset, nec promotiones suas ab illo recepisset, nisi ipsum scivisset justum habere titulum in Papatu. Sed si hoc iis præsumere licuit, qui bona fide Clementem sequebantur; alii econtra, de causa melius informati, credere debuerunt; annorum septemdecim adolescentulum, non ab illa qualicumque promotione lecto ægritudinis postremæ affixum, morboque semestri abunde expurgatum, prius quam schisma quid esset nosse humanitus posset, suæ ætatis XVIII. annis nondum completis, raptam esse ex hoc mundo, Ne (ut loquitur Scriptura Sapientiæ IV.) malitia Collegarum præcipuorum, vere ac formaliter schismaticorum, mutaret intellectum ejus, E aut ne fictio deciperet animam illius; quæ quia placita erat Deo, propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum.

Miraculo Petri Luxemburgii mortui ante ætatis 18.

gratis opponuntur in favorem Clementis.

9 Præter S. Petrum sub obedientia Clementis mortuum, in ejusdem favorem allegatur etiam S Vincentius Ferrerius, Prædicatoris Ordinis nec minus decus in sexu virili, quam fuit in fæminino S. Catharina, vir utique doctrina & miraculis clarissimus, prout in ultimo Aprilis nostri tomo videre est, ubi utriusque Acta omni fide dignissima illustravimus. Vincentium istum Ilerdæ reperit Petrus de Luna, ab Antipapa Clemente in Hispaniam suæ obedientiæ adhærentem directus, cumque annos natum XXVIII. tamquam Apostolicus Nuncius Magistrum in Theologia creavit anno MCCCLXXXIV. & sexto post anno secum duxit in Franciam; ac denique factus ipsemet Antipapa eumdem Avenionem evocavit, suumque Confessorem, & Magistrum sacri Palatii instituit; denique vero dimisit petentem ad verbum Dei prædicandum amplissima facultate instruxit annos natum XXXVIII. Eo toto tempore, atque etiam aliquando postea credibile est Vincentium, non tam sua electione, quam nascendi conditione, parti deteriori implicitum, publice in suis sermonibus solitum prædicare, sicut ait Theodoricus a Niem, quod dictus Petrus esset verus Papa, F & quod libenter pro bono unionis sponte suo Papatui cedere vellet, quia sic dictum Fratrem, & alios plerosque decepit.

Petrus de Luna sequacem habuit S. Vincentium Ferrerium.

10 Sed post Pisanum Concilium sæpe cum eodem congressus Vincentius, cumque Principibus viris aliis, multum sibi in hoc negotio deferentibus; tandem animadvertit, neque promissis stare Benedictum opportuno jam tempore, neque suasionibus suis flecti: & totaliter declinavit ab ipso, prædicando publice in provinciis & locis per quæ transitum ex tunc fecit, quod sit vir pravus & fallax & fictus, decipiendo populum Dei, ut ait prædictus Theodoricus. Vixit autem & prædicare perrexit Sanctus usque ad annum MCCCCXIX. quando obiit die V. Aprilis: in cujus Vita nihil apparet, quo vel leviter censeri possit aliquid divinitus didicisse in favorem Clementis aut Benedicti, sicuti expresse dicitur de Sanctis qui a contraria parte stabant; sed econtra cum post exiguam apud Benedictum moram Avenione, mente plurimum agitaretur, & intra se quæreret quid sibi agendum esset in tanta rerum angustia & perplexitate; repente magna vi febrium occupari se sensit, quarum die duodecimo apparens ei Christus, Quam primum convalueris, inquit, ex Curia Benedicti discede, nullo addito verbo, quo hunc vere Papam esse intelligeretur; & Evang-

Sed ab eo deseritur pertinaciter agentus.

A *geliæ prædicationis munus per Hispaniam Galliamque eidem imposuit.*

11 *Alia* Sancta, *quæ aliquid singularis negotii cum* Benedicto *ut Pontifice habuit*, *fuit* Coleta, *cujus Acta illustravimus* VI. *Martii*. *Hæc Corbejæ reclusæ anno* XII. Benedicti, *Christi* MCCCCV. *Nuntius ejus apud Regem*, Antonius de Chalant *dictus*, S. Mariæ in Via-lata Diaconus Cardinalis, *facultatem egrediendi ex reclusorio vivendique in monasterio concessit. Eidem, ad S. Claræ Ordinem in Gallia potissimum ac Belgio reformandum divinitus electæ, ideoque ad se advenienti, benigne annuens*, Benedictus, *ipsam* admisit ad dictæ Religionis sanctam Professionem, super caput ejus velum imponens: & consequenter illam benedicens, & consecrans eamdem in Matrem, Abbatissam instituit cunctarum Religiosarum exinde reformandarum, *uti scribitur num. 39. Sed ibidem antea legebatur num. 37. quod* postquam, *Sancta* venit ad præsentiam *illius*, ipso dulciter oculos levante & dictam ancillam Dei pie respicere benigneque salutare volente, divina providentia signum admirationis non modicæ celeriter interjecit: nam *Benedictus*, in alta cathedra residens, ad primum aspectum humilis ancillæ prænominatæ, subito cecidit in terram ... non parum inde perterritus. *Quo miraculo non solum accedentis meritum videri potest coactus agnoscere, sed etiam suggerente intus conscientia reminisci, quam suum non esset quod usurpabat munus, & quæ Deus supplebat, de sua ipse plenitudine supplens quod indigni alias illegitimique ministri deerat potestati. Ipso vero, ut primum certus & indubitabilis Pontifex in Constantiensi Concilio electus fuit, se suaque monasteria eidem humiliter subjecit: novumque in Belgio exstruendi facultatem ab eodem accipiens anno* MCCCCXXVI. *in eodem Gandavi vixit atque obiit, anno* MCCCCXLVII. *explete ætatis suæ* LXVI. D

Accedunt Avenionem S. Coleta. — *inde de solio in terram corruit.*

CCV. BONIFACIUS IX.

BONIFACIUS, antea Petrus Tomacellus, Presbyter Cardinalis S. Anastasiæ, natione Neapolitanus, electus die II. Novembris anno MCCCLXXXIX. die XI. ejusdem mensis in festo S. Martini consecratus, coronatus autem Dominica sequenti XIV. Novembris; sedit annos XIV. menses XI. defunctus I. Octobris MCCCCIV. sepultus in Basilica Vaticana, & vacavit post ejus mortem Apostolica Sedes dies XV.

Ab an. 1389 ad 1404. annos 14. mens. 11. E

B

ejus sepultura humilis

ELectionis *diem indicat nobis Ms. nostrum, Consecrationis vero diem (cui proximam Dominicam Coronationi assignamus)* Theodericus *a Niem: Successoris autem litteræ docent quando obierit.* Funus *ait idem Theodericus* satis humiliter in præfata Basilica Principis Apostolorum, in conjuncta capella Gregorii Papæ ad dexteram, dum itur ad altare B. Gregorii Papæ, & prope sepulcrum Gregorii Papæ V. sepeliebatur: sed interim, quod Ladislaus Rex Imperium tenuit Romanum, magnum & pretiosum valde monumentum fratres ejusdem Bonifacii sibi in eadem capella construi fecerunt. *Hujus structuram, et quod supra diximus* Urbano VI. *fuisse erectum monumento simillimam, fere per omnia, atque adeo geminam, ænea similiter tabula expressam, exhibet Oldoinus in novo Ciacconio; nec non Epitaphium quod olim legebatur. Nunc vero propter novæ basilicæ fabricam sublata sunt omnia, & ad Vaticanas cryptas fortassis translata, saltem arca marmorea, corpus Pontificium contegens. Epitaphium transcripsisse satis sit.*

cui additum postea monumentum

C

cum Epitaphio

2 Flere super Pugilem Claves, Crux, alma Tiara,
Ecclesia viduata viro, simul inclita Roma.
En petra parva Patrem, sub cœlica sidera primum,
Claudit, Apostolica solium qui rexit habena
Catholicamque fidem, servans a turbine sanctum
Remigium Christi, victis virtute tyrannis.
Orthodoxus erat super omnes, arca superni
Consilii, sua jura tuens, & grandia tractans
Corpore conspicuus roseo flos, famine constans,
Auditorque placens, miseris miserator opimus.
Ossa jacent: mens alta, polum felicibus alis
Ascendens, micat ante Deum: nova lucis origo
Glorius Antistes. Quisnam BONIFACIUS alter,
NONUS ut iste, fuit, quæ Chronica scripserit umquam?
Quodve genus parilem dedit ævo? Nomen & omnes
De Tomacellis fulget. fulgebit in annos,
Parthenope lustrans. Tulit huic genus omne Latinum,
Quidquid alit tellus, & quod tegit omnia cœlum.

3 *Acta Pontificatus in nostro Ms. hæc proferuntur, cum notitia aliqua continuati schismatis.* Bonifacius IX. natione Neapolitanus, prius vocatus Petrus Tomacellus, post mortem Urbani Romæ concorditer eligitur in Papam anno Domini MCCCLXXXIX. die II. Novembris, dum esset adhuc satis juvenis annorum circiter XXX. Hic postquam ad Pontificatum assumptus est, in alterum virum est prorsus mutatus. Moribus enim & vita vivebat ut senex, & ita continentis vitæ in perpetuo fuit, ut numquam sinistrum aliquod de ejus vita prodiret in publicum. Magnanimus & alti cordis, & qui primus de multis prædecessoribus suis habuit dominium Romæ, quæ ante per Populum Romanum regebatur, & per multa tempora per multos Pontifices desierat gubernari. Verum cum stipatus esset ampla & nobili familia, matris videlicet, fratrum & nepotum, multa per manus vel suggestiones fiebant eorum, quæ hujus Domini famam aliquantisper denigrabant. Invaluit enim per hanc occasionem Simoniaca pravitas tempore suo, & plenariæ Indulgentiæ ad quæstum omnibus fere petentibus dabantur, ita ut earum numerositate vilesceret Clavium auctoritas, opusque fuerit ut Bonifacius met illas revocarat: quibus revocatis, iterum eas simili modo concedere aggressus est.

Juvenis electus — *magna gravitate vitæ ducit,* — *erga consanguineos tamen indulgentior.*

5 Creavit hic summus Pontifex Ladislaum de Durrachio, filium Caroli Regis Ungariæ, quem Urbanus excommunicaverat [Regem Siciliæ]; multosque sibi favores præstitit, ad regnum illud acquirendum & manu tenendum. Multos de sanguine suo exaltavit in dominio temporali; duos fratres suos præ ceteris, quorum unum Marchionem Marchiæ, alium Ducem Spoletanum constituit: qui omnes, Domino disponente, ad magnam inopiam postea redacti sunt, & per D. Regem Ladislaum de regno Siciliæ pulsi. Ordinationes plures nonnullorum Cardinalium fecit, inter quos D. Baldassarem Cossa, natione Neapolitanum, Cubicularium suum, assumpsit; qui postea Joannes XXIII. dictus est.

F *Ladislaum Regem instituit.*

6 Hujus tempore Clemens VII. sic in sua obedientia nuncupatus, moritur in Avenione; & a Cardinalibus qui ibi erant, creatus est Petrus de Luna, qui Benedictus XIII. nominari voluit: homo certe elegantissimus, & (excepto schismate) exemplaris vitæ, & magnæ commendationis eminentisque scientiæ, de quo aliquid infra dicetur. Moritur autem Bonifacius Romæ ex dolore iliorum, & in Ecclesia B. Petri in Vaticano sepelitur. Ante tamen creationem

Avenione mortuo Clementi succedit Benedictus,

A Benedicti, & similiter antè creationem Innocentii VII. Cardinales utriusque Collegii, ad evitandam infamiam, ne in schismate tollendo dicerentur negligentes, dum essent in Conclavi, fecerunt certa juramenta & promissiones, quibus se adstringebant persecuturos unionem: & D. Petrus de Luna juravit idem, in forma de qua infra.

7 *Idem* Bonifacius, *festivitatem Visitantis Elisabetham Deiparæ, quam decessor suus solenniter celebrandam instituerat, sed morte præventus non potuerat publicare, edita desuper Bulla communem toti Ecclesiæ fecit, sui* Pontificatus anno I. v. Idus Novembris. *In hac Bulla observo, eum Pontificatus sui annos adhuc censere a die suæ, non Creationis, sed Consecrationis; scribit enim tamquam jam* Episcopus, *adeoque anno* MCCCLXXX. *quando jam potuisset incepisse annum sui Pontificatus II. si voluisset eam inchoare a die* IV. Nonas Novembris *quo fuit* Electus *sed ante* Idus Novembris *nondum* Episcopus. *Quis primus postea stylum mutaverit needum comperi, nec facile est mihi sumere resolutionem dubii ex Pontificalium Epistolarum, quæ Romæ servantur, Registris; scrutando tamen Cherubini Bullarium hoc comperio, quod* Eugenius IV. *creatus* III. Nonas Martii MCCCCXXXI. *& consecratus* VI. Idus Martii *ejusdem, Constitutionem in favorem Curialium ediderit signatam* anno Incarnationis Dominicæ MCCCCXXXII. VIII. Idus Martii, Pontificatus anno II. *atque adeo jam tunc mutatam fuisse stylum: alias enim debuisset adhuc dici annus primus.*

D *Anni Pontificatus initium.*

BENEDICTUS ANTIPAPA.

B *Ab anno 1394. ad 1423.*

PETRUS DE LUNA, natione Hispanus, S. Mariæ in Cosmedim Diaconus Cardinalis, a Schismaticis Avenione in Antipapam electus anno MCCCXCIV. XXVIII. Septembris; consecratus & coronatus XI. Octobris in Dominica, sumpto nomine BENEDICTI XIII. non solum non cessit cedente æmulo, uti facturum se ante electionem juraverat suis Pseudo cardinalibus; sed neque ad gemini Concilii sententiam, Pisani primum anno MCCCCVIII. V. Junii, ac deinde Constantiensis anno MCCCCVII. XVI. Julii, dimisit male usurpatum titulum, usque ad extremum pertinax in schismate, desertus licet ab omnibus Obiit Paniscolæ, Regni Valentini arce, XXIII. Maji, anno MCCCCXXIII. ubi sepultum corpus, postea Igluescam, Arragoniæ oppidum, delatum est.

In gemino Concilio anteà depositus. E

Annus & dies mortis.

ANnum & diem mortis notavimus, quem in suo Pontificum & Antipontificum Romanorum Necrologio elegit Oldoinus noster, Zuritam & Marianam secutus; licet Ciacconius ad annum sequentem mensemque Septembrem nonnemo etiam ad extremum Novembrem mortem istam differant; adeo enim contemptim mors Antipapæ excepta est, ut ejus temporis scriptor nullus accuratius eam notare dignatus sit. Quare neque nos dignum censuimus operæ pretium facturos, quærendo Iglaescæ, num aliquod monumentum ei istic a nepote suo Ioanne de Luna constitutum sit. Quod autem corpus adhuc integrum esse dicitur, ut scilicet balsami ad illud condiendam adhibiti, satis verosimiliter refutat veneni suspicionem, quod homini octogenario præbitum putant aliqui.

CCVI. INNOCENTIUS VII.

F

C *Ab anno 1404. ad 1406. an. 2. d. 21.*

INNOCENTIUS, natione Sulmonensis, antea vocatus Cosmatus de Melioratis, tit. sanctæ Crucis Presbyter Cardinalis, Episcopus Bononiensis, electus anno MCCCCIV. XVII. Octobris, coronatus II. Novembris in Dominica, sedit annos II. dies XX. defunctus VI. Novembris, anno MCCCCVI. sepultus in Basilica S. Petri; & vacavit Sedes dies XXIII.

Hujus titulus Cardinalitius.

REverentia Gobelini Personæ, Cosmodromiam suum hoc ipso tempore scribentis, quem secuti sunt alii, feci, ut in nominando Cardinalitio titulo discederem a nostro Ms. in quo alias dicitur Domnus Cosmatus Eustachii Diaconus Cardinali. Bononiensem *dici semper voluisse (licet, non recipientibus eum civibus, Archiepiscopatum postea Ravennatem susceperit) scribit Ughellus. Primus fortasse ejus Titulus Diaconalis fuerit, a quo mox translatus sit ad Presbyteralem. In hoc ipso tamen visum est errare auctorem Italum potuisse, ut propterea non omnem fidem audeam adhibere Germano Gobelino, licet antiquiori.*

Epitaphium.

2 Sepulcrum, *inquit, Paulus Aringus in Roma subterranea lib. 2. cap. 8.* a Nicolao V. restauratum, ætate nostra conspiciebatur in pavimento sacelli S. Thomæ, quod ad sinistram partem situm est, ejusdem ibi exsculpta imagine, & sepulcrali lapide his verbis prænotato. Innocentio Septimo Pont. Max. cujus neglectu ejus sepulcri memoria interiisset, Nicolaus Quintus Pont. Max. restitui curavit.

Papa factus negligit causam unionis.

3 *Acta Pontificatus in nostro Ms. sic notantur;* Hic Cardinalis existens, vir admodum continentis vitæ habitus est, & suorum prædecessorum notans negligentiam, quod schisma in Ecclesiam introductum extirpare neglexissent, assumptus ad Pontificatum. Cum omnes crederent, hunc esse per cujus operam & diligentiam pax daretur Ecclesiæ, ipse in hoc Urbani & Bonifacii sectatus vestigia, non solum unionis negotium prosecutus non est, sed ægre satis ferebat de re illa sibi fieri verbum. Dum autem postulatus & requisitus aliquando foret de unienda Ecclesia, tam a contendente secum quam a Rege Franciæ per suos Oratores, hujusmodi zelo Ecclesiæ ducti, elegerunt duodecim ex præstantioribus civibus Romanis, qui supplicarent humiliter D. Innocentio, quatenus hoc negotium unionis aggrederetur, adducentes in medium rationes, quibus ad hoc tam sanctum opus intendere debebat. Innocentius hac legatione audita, satis benigne pro tempore respondens, eos a se dimisit. Dum vero redirent domum, & transirent ante Hospitale sancti Spiritus in Saxia, ubi hospitatus erat D. Ludovicus, nepos carnalis D. Innocentii; vocari ad se fecit omnes illos cives, quos sigillatim unum post alium trucidari mandavit, & corpora de fenestris in terram præcipitari jussit. Propter quod tam horribile facinus, in cives Romanos perpetratum, Populus Romanus

Illamque suadentes ab ejus nepote jude mactantur;

quare ipsemet fugere cogitur.

A manus in iram & in furorem versus, arma cepit. Eius occasione Papa una eum Curialibus, magna eum festinantia, Urbe exire compulsus est, & concito gressu in Viterbio se recepit: multi tamen Curiales deprædati, multi etiam in domibusquorumdam Cardinalium Romanorum salvati sunt. Aufugit pariter nepos Papæ Ludovicus a facie Romanorum, qui ulcisci parabant mortem tot electorum civium, tam crudeliter & inique, & sine causa occisorum.

Cardinales quando creat

4 Innocentius in Viterbio existens, concordiam tandem cum Romania firmavit, ita ut Romam redire non dubitaret: ubi unam ordinationem plurium electissimorum Cardinalium fecit, inter quos creavit D. Angelum Coriarium Venetum, Tituli S. Marci, qui postea successit in Papatu; D. Petrum Philardi, natione Cretensem, Basilicæ XII. Apostolorum, qui postea Alexander V. extitit nominatus; Oddonem de Columna, natione Campanum. de Principibus Urbis, S. Georgii D ad Velum aureum Diaconum Cardinalem, qui postea Martinus V. dictus est. Fertur, hunc Innocentium Pontificem, in moribus placitum & valde affabilem extitisse, quin etiam magnis viris in pretio habitum, & paucos post Innocentium * IV. fuisse, qui in Consistorio publico ita prompte & recte de jure responderet. Nepotem suum, D. Ludovicum prædictum, Marchionem Marchiæ Anconitanæ & Principem Firmanum constituit: qui multo tempore Marchiam gubernavit, & tandem in Firmana civitate se munivit, & in pace mortuus est. Apoplexia demum moritur Romæ Innocentius, Pontificatus sui anno II. & in ecclesia S. Petri sepelitur, in capella quæ Pontificum nominatur,* modo restaurata per S.D.N. Nicolaum Papam V. *Quæ ultima verba oportet addita ab Auctore fuisse, dum nostrum exemplum rescribendum dictabat.*

** Imo III.*

moritur apoplecticus.

B CCVII. GREGORIUS XII.

GREGORIUS, natione Venetus, antea Angelus Corarius, tit. S. Marci Presbyter Cardinalis, creatus Pontifex anno MCDVI. XXX. Novembris, coronatus V. Decembris Dominica II. Adventus, in Concilio Pisano una cum secum contendente Benedicto abdicatus anno MCDIX. V. Junii, non tamen ante coactum Constantiense Concilium Pontificatu cessit, quod in eo per procuratorem Carolum Malatestam Constantiæ fecit anno MCCCCXV. IV. Julii, cum ad eam usque diem sedisset annos VIII. menses VII. dies V. mortuus Recineti anno MCCCCXVII. cum titulo Episcopi Cardinalis Portuensis vel Tusculani & perpetui Legati Marchiæ, IV. Julii, ibidem in Cathedrali ecclesia Pontificaliter tumulatus.

E *Ab anno 1406. ad 1415. an. 8. m. 7. d. 5.*

Monumentum sepulcrale,

MOnumenti sepulcralis iconem Oldoinus noster exhibet, ubi supra præminentem arcam jacet effigies Pontificaliter induta, ad pedes sedentis in cathedra Pontificia, Pontificaliter item induti S. Petri, desuper eminentibus Coraria gentis insignibus cum mitra & clavibus. Eadem vero insignia in fronte ipsius arcæ, ad utrumque Epitaphii latus, exprimuntur cum pileo Cardinalitio: quibus designari puto, nepotem ex fratre, Antonium Corarium, S. Petri ad vincula Presbyterum Cardinalem qui patruo bene merito istud extruendum curarit. Epitaphium in medio sculptum C *sic recitatur.*

Epitaphia,

Maximus Ecclesiæ Princeps summusq; Monarcha,
Ordine Gregorius bissenus clauditur arca.
Hic pro pace datus, celesti munere, semper
Ferbuit * Æthereos Superis unire decenter.
Archischisma malum (facta hæc dementia Pisis)
Ipse pius relevat, facti est Constantia testis,
Cardine bis sacro Pastoris conscia Sedis
Marchia; suscepit Recanati Flavius æde.

** i. Purpuratos Cardinales.*

Nempe bis Cardinalem vidit etiam Marchia, & Recinetensis, vulgo Recanatensis Ecclesia tutelarem Patronum veneratur S Flavianum Martyrem, *teste Ughello; qui metri causa hic dicitur* Flavius. *Porro de illius electione & Pontificatu in nostro Ms. legimus, ut sequitur.*

Franciæ Principes Benedictum solicitant ad cessionem faciendam,

2 Dum schisma sic protraheretur in longum, Principes Galliarum, Duces videlicet Bituricensis, Burgundiæ & Aurelianensis, qui regnum Franciæ gubernabant propter infirmitatem Regis Franciæ, hujus jam inveterati schismatis tædio affecti, personaliter Avenionem venerunt ad D. Petrum de Luna, Benedictum XIII. nuncupatum in sua obedientia, qui ibi tunc cum sua Curia morabatur; supplicantes nomine Regis Franciæ & suo pariter, ut per omnem viam possibilem, etiam usque ad cessionem Papatus inclusive, prout promiserat & juraverat in Conclavi, daret pacem Ecclesiæ, ne diceretur juramenti transgressor: quoniam hoc facere maxime ad suum officium pertinebat, nec minus ad eos qui Catholici Principes erant hoc procurare nomine Christianissimi Regis, ipso D. Benedicto in partibus Galliarum potissime commorante. Parati etiam erant requirere contendentem secum de Papatu ad similem effectum, sicut etiam per solennes oratores nomine Regis Franciæ requisiverunt: quod d. D. Benedicto Principes prædicti persuadere minime potuerunt; allegans graviter Deum offendere se putare, si sic Ecclesiam Dei, cujus se Sponsum affirmabat, desereret ad preces cujuscumq; cum de justitia tituli Papatus sui Rex & Principes ipsi minime haberent dubitare: quodque Ecclesiam Dei poneret in periculo, si ipso renuntiante alter forte cum ipso contendens renuntiare recusaret, vel renuntiatio fieret in loco non libero, & multa; duos ipse alias vias & media, per quæ secundum eum ad unionem poterat promoveri; hoc tamen semper asserens, quod quando haberet certitudinem, quod per suam & contendentis renunciationem daretur pax Ecclesiæ, per unius summi Pontificis assumptionem, ipse etiam, ut tantum bonum sequeretur in Ecclesia, renuntiare non recusaret; (quia) ad hunc effectum promiserat & juraverat, & non aliter: sed hæc via admodum sibi impossibilis videbatur.

sed hic recusat,

F

3 Hi autem Principes, intellecta intentione D. Benedicti, & percipientes eum velle in suo proposito permanere, cogitarunt quomodo via facti possent D. Benedictum ad hoc inducere. Unde ipse suspicans ne qua sibi violentia inferretur, munivit se in Palatio Avenionensi: in quo per aliquot menses obsessus fuit, & tandem paratis galeis in Rhodano de palatio clam aufugit, & in Cataloniam unde oriundus erat se transtulit. Ferunt quidam, Dominos Cardinales Gallicos, odio habentes D. Benedictum, & pro eo quod erat alterius nationis quam Gallicæ, & quia inter se de uno Gallico post mortem Clementis VII. non potuerunt concordare; propterea in istum convenerunt; & non bene ferentes mores suos, cum esset conscientiosus & Simoniacæ pravitatis maximus per-

fugit in Cataloniam proripit.

A secutor, moribus gravis & continentissimæ vitæ; solicitasse hos Galliarum Principes ad hanc requisitionem & infestationem.

Romani Cardinales jurant eorundem se facturos;

4 Ex alia parte, Cardinales qui remanserant post mortem D. Innocentii VII. videntes negligentiam trium Pontificum in hoc tollendo schismate, & quod Ecclesia Dei periclitabatur in tam diuturna divisione; attentis etiam requisitionibus multorum Regum & Principum, qui contendentes de Papatu & utrumque Collegium solicitaverunt ad remedia, per quæ schisma tolli posset; congregati & in unum convenientes in Conclavi Romæ & in palatio S. Petri, pro negotio electionis unius summi Pontificis qui jam sæpedicto Innocentio succederet, anno Domini MCDVI. Indictione XIV. mense Novembris, in Deo & in omnibus Sanctis ejus voverunt, & invicem unus alteri juraverunt & promiserunt, ut si quis eorum assumeretur in Papam, renuntiaret suo juri & Papatui, pure libere, & simpliciter; si & quando Antipapa, qui est & qui erit pro tempore, consimiliter renuntiabit & cedat suo prætenso juri & Papatui sive decedat; dummodo etiam Anticardinales cum eis velint sic convenire, quod ex ambobus Collegiis sequatur electio unius summi Pontificis & indubitati.

si Innocentio subrogentur;

B

& Electum ad id constricturos ex deorum parte altera,

5 Et pari modo promiserunt & juraverunt, se curaturos & facturos eamdem promissionem fieri per eum qui de infra Collegium, vel forte de extra Collegium, eligeretur in Papam, infra mensem a die suæ inthronizationis, per suas patentes litteras dirigendas Imperatori seu Regi Romanorum, Antipapæ & Anticardinalibus, Regi Franciæ & aliis mundi Principibus, Prælatis, Universitatibus, & aliis secundum videre Dominorum Cardinalium: quodque se offerret ad omnem aliam viam rationabilem, per quam prædictum schisma tollatur. Et ultra infra tres menses, a die inthronizationis suæ in antea computandos, suos destinabit oratores, ad eos de quibus prædicto Collegio videbitur, cum plena potestate conveniendi de loco decenti, ad implendum vel exequendum promissa. Et quod non creabit Cardinales de novo, nisi forte ad æquandum numerum Cardinalium alterius Collegii: & hoc intimabit Antipapæ & Anticardinalibus ut & ipsi similiter faciant. Quodque post ejus electionem confirmabit omnia supradicta authentico modo, & de novo etiam similem faciet promissionem, coram omnibus Cardinalibus de Collegio, Notario & Testibus ad hoc vocatis; & manu propria similem faciet subscriptionem: quodque etiam in primo pu-

Intra mensem ab inthronizatione.

C

blico Consistorio hoc ipsum promitteret. Multa alia insuper Cardinales promiserunt inter se, voverunt & juraverunt, se fortiter adstringendo ad prosequendum unionem Ecclesiæ, creato summo Pontifice, etiam se propriis manibus subscribendo. D

6 Anno Domini MCCCCVI. prædicto, die XXX. mensis prædicti, elegerunt D. Angelum Corario, tituli S. Marci Presbyterum Cardinalem, (Patriarcham) Constantinopolitanum, natione Venetum, qui vocari voluit Gregorius XII. Gregorius ergo XII. statim post electionem suam, idem votum, juramentum & promissionem fecit, prout superius continetur, præsentibus Cardinalibus, Notariis & Testibus, subscripsitque in singulis instrumentis, quorum quilibet Cardinalis habebat unum. Subscriptio autem fuit hujusmodi: Ego Gregorius XII. hodie ultimo Novembris MCDVI. assumptus in Romanum Pontificem, sicut promittitur, promitto, juro & confirmo omnia supradicta. Deinde D. Gregorius, dum prosequeretur juxta promissa ad finem unionis promovendæ, & ipse & D. Benedictus tractarent de conveniendo in aliquo tuto loco, ubi ambo renuntiarent & pax daretur Ecclesiæ, non potuerunt de loco concordare: & juxta sententiam Cardinalium utriusque Collegii, ad invicem colludebant, fugientes implere promissa.

Sit electus Gregorius 12.

vota sua confirmat:

E

7 Unde Cardinales utriusque obedientiæ Pisis convenientes, generale Concilium celebraverunt: ibiq; formato processu contra ambos contendentes de Papatu, sententialiter deposuerunt D. Gregorium & D. Benedictum: & in Papam postea elegerunt D. Petrum Philargi, Basilicæ XII. Apostolorum, qui vocari voluit Alexander V. cui adhæsit tota fere obedientia D. Gregorii, paucissimis exceptis; adhæsit etiam pars magna obedientiæ D. Benedicti, excepta Hispania citeriori & ulteriori, nec non regno Scotiæ & Comite Armeniaci. Domnus vero Gregorius se primum Gajetam contulit, postea in Civitatem-Austriæ, ubi Concilium generale convocavit: sed quia parum se ibi tutum reputavit, tandem Ariminum concessit, ubi a Carolo Malatesta benigne susceptus, ibi curiam suam continuit. Benedictus vero, post celebratum Concilium in Perpiniano, ad castrum Paniscolæ Dertusensis diœcesis confugit, ubi diutissime moratus est. Fecerunt utrique ordinationes Cardinalium: & inter ceteros D. Gregorius, dum esset in Luca, cum Cardinalibus qui nondum recesserant ab eo, assumpsit in Romanæ Ecclesiæ Cardinalem D Gabrielem Condelmarium, qui postea Eugenius Papa modernus dictus est.

sed agnita collusione cum Benedicto,

utroque exauctorato Pisis eligitur Alexander V.

aucto non sublato schismate:

F

CCVIII. ALEXANDER V.

Ab anno 1409. ad 10. m. 10. d. 8.

ALEXANDER, natione incerta, de Ordine Fratrum Minorum, antea Petrus Candianus, tituli XII. Apostolorum Presbyter Cardinalis, in Concilio Pisano, post depositionem Gregorii & Benedicti, assumptus anno MCCCCIX. XXVI. Junii, & ibidem coronatus VII. Julii in Dominica, sedit menses X. dies VIII. defunctus Bononiæ anno MCDX. III. Maji; sepultus ibidem in ecclesiam Fratrum Minorum; & vacavit Sedes controversi juris, propter Gregorium adhuc viventem, dies XIII.

Electio & obitus Alexandri.

Modum electionis & diem Coronationis Theodoricus a Niem scripto consignatum reliquit. De morte extat apud Odoricum Raynaldum accuratissima relatio, inter Acta successoris reperta, his verbis: Est sciendum, quod felicis record. D. Alexander Papa V. qui Pisis post Concilii generalis celebrationem, contra Petrum de Luna & Angelum Corario, de Papatu contendentes, seu potius colludentes, celebrati, electus fuit die XXVI. mensis Junii, anno a nativitate Dom. MCDIX. post diem sabbati III. mensis Maii anni MCDX. in palatio Apostolico, Bononiensi videlicet, post quintam horam noctis sequentis diei Dominicæ, qua computata fuit IV. Maii, incipiendo dictas horas die sabbati ab occasu solis, diem suum clausit extremum. *Minoritam, dum verbis supra memoratis electionem ejusdem indicat,* Vir profecto, *inquit,* altissimæ scientiæ: *ejus deinde Acta sic summatim percurrit.*

a Hic a pueritia sua Ordinis Minorum Frater effectus, vacavit liberalibus disciplinis. In Studio Parisiensi in sacra pagina Doctor subtilissimus evasit, ita ut super libros Sententiarum elegantissime scriberet. Magnus sermocinator, etiam ex tempore, & longam & mul- *doctrina,*

A & multis auctoritatibus & sententiis orationem refertam sæpe texebat. Vocatus a Galeatio Principe Lombardiæ, secum eum babuit in consiliis. Deinde Episcopus Vicentinus effectus, postea Novariensis, deinde Archiepiscopus Mediolanensis creatus, procedente tempore a D. Innocentio VII. factus est Cardinalis Basilicæ XII. Apostolorum, ac demum ut dictum est in Papam creatus fuit. Hic Pontifex, re & nomine Alexander, omnium prædecessorum, qui multo tempore eum antecesserant, superasset liberalitatem, modo habuisset in facultatibus: sed juxta statum Pontificalem multum pauper existens, dicere consueverat se fuisse divitem Episcopum, pauperem Cardinalem, & Papam mendicum.

promotio.

Acta,

3 Hic Ladislaum Regem Siciliæ, approbante Pisano Concilio, regno privavit, & jus dicti regni Ludovico Duci Andegaviæ competere declaravit. Finito Concilio venit Bononiam, ubi Legationem tenebat D. Baldasar Cossa, Cardinalis S. Eustachii, cujus auxilio fuerat prædictum Concilium congregatum: ubi B cum aliquot mensibus moram traxisset, infirmatur. Ante ejus mortem convocatis ad se Cardinalibus, ad eos sermonem babuit, proponens illud Salvatoris nostri verbum, Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis, exhortans eos ad unitatem servandam; & protestans per eam mortem, quam se continuo facturum cognoscebat, credere & tenere, rite & juridice omnia processisse in Concilio Pisano, ipsumq; licet indignum fore Christi Vicarium, rite & legitime ad apicem summi Apostolatus vocatum. Familiam suam Cardinalibus valde commendavit, affirmans, quod propter modicum tempus quo fuerat in Papatu, non potuerat esse gratus his qui sibi serviverant. Ipse lacrymans, Cardinalibus etiam lacrymātibus, ipsis benedixit, & paulo post Deo animam dedit. In ecclesia Fratrum Minorū sepelitur.

Ioan. 14. 27.

Sepultura, & epitaphium vetus,

4 *Hic ejus insigne olim visebatur ex marmore monumentum: ubi jacebat ipse Pontificaliter indutus, sed nudipes, subtus pedes SS. Francisci & Antonii Patavini mediam Deiparam stipantium, sub insigni cum Patre cælesti conopæo: & idem quod hodie legebatur Epitaphium, nescio quo loco tunc descriptum*

Summus Pastorum Alexander Quintus, & omnis
Scripturæ lumen, sanctissimus Ordo Minorum
C Quem edidit, & proprio Cretensis nomine Petrus,
Migravit anno MCCCCX.

Ipsius monumenti jam olim erecti delineationem nactus Oldoinus noster, quemadmodum fuit anno MDLXXXIV. *reparatum, novo suo Ciacconio inseruit, una cum ipsius reparationis titulo hujusmodi:*

Filardo Cretensi Viro
insigni, Oratori Gentium
Concionatori fæcundissimo,
Consiliario Ducum, disputatori acerrimo Parisiis
Publico Theolog.m profitenti, in quatuor sent. lib.
Scriptori Loculentiss.mo Qui
ex Ord.e Minorum Episcop.m Vicentiæ Novariæ,
Archiep.e Mediolan.i
Cardin. , & tandem
ad summi Pontif.s
Apicem evectus
Alexander V. Appellatus
Bononiæ Moritur Anno
salutis MCCCCX. Pontificatus sui mense VIII.
R. Jo. Bapta Paganus
De Zanettinis Bononien.
Hoc Templo plura Divino Cultui pararet, Hoc
etiam Mausoleum reparavit Anno MDLXXXIV.
Die XXII. Septembris.

D

5 *Quærenti mihi quo loco Epitaphium vetus, quæ etiam titulus recentior legerentur, noster Aloysius Carniolius respondit, totum illud quod Ciacconius exhibet monumentum, recentissima memoria innovatum denuo esse, ac fere pro quarta parte destructum. Occasione enim fenestrarum, ad eventilandum in odæo aerem per gyrum aperiendarum (erat autem estque etiam nunc monumentum positum inter duas ex parastatarum, quæ murum odæi in hemicyclum ducti fulciunt usque ad fornicem) istud quod dixi conopæum cum imagine Dei Patris, alibi adhuc in claustro visendum, submotum fuisse: quodque sub illo olim erat monumentum, nunc videri sub fenestra. Addidit porro idem Carniolius, de loco Epitaphii nihil se potuisse interrogando cognoscere, fieri autem posse, ut prædictæ restaurationis titulus eodem modo pictus fuerit, super ipsius conopæi spatium inter Sanctorum statuas; sicut idem nunc quoque inter similes statuas parieti dealbato inscriptus legitur, his ta fine verbis auctus:* Restauratum fuit anno MDCLXXII. *In hac novissima restauratione proportio portium immutata nonnihil fuit, & latitudo operis contracta haud parum est, ut ipsum, licet revera humilius sit, altius tamen in proportione videatur quam prius; ideoque operæ pretium censui, novam ejus sculpturam curare.* E

ejus anno 1584. innovatio,

Dissert. Tom. II.


Alexandri PP. V. Bononiae

A *6 Titulus porro præmemoratus, seu malis vocare E*pitaphium peccat, *inquit*, Carniolius in historiam, in grammaticam, in ortographiam, in interpunctionem &c. at fideliter admotis eum in finem scalis, uti legis, descripsi. Non meminit quod fuit Patriarcha Gradensis, quod tamen lego apud plures historicos: (*sed quomodo aut quando fuisse potuerit equidem non capio*) & tacet fuisse Episcopum Placentinum, quod est certissimum. Ait obiisse mense Pontificatus octavo, cum excesserit nonum (*imo, decimum*) nominatque illum Cretensem, secundum usurpatam pridem appellationem, & hinc natam in vulgo opinionem. Verum constat ex ipsomet Alexandri Pontificis ore, fuisse, non Cretensem, non Mediolanensem, ast Bononiensem. Nempe hoc ipsum testatus sub mortem est, dixitque se natum Bononiæ, ubi decedebat, in via Cæsaraugustana, vulgo di Zaragozza, domo infima; & adultum a Fratre Ordinis Minorum, Theologiæ Magistro, ductum Venetias, ubi habitum ejusdem Ordinis suscepit; inde Parisios, tandem in Cretam, unde adhæsit ei cognomen. Hæc apud Ghirardaccium, Bumbacium, Alidusium, & alios nostros historicos in aperto sunt; ex quibus hausit Masinus quæcumque di-

Patria an Bononia,

B ligenter collecta retulit in librum de Pontificibus, Cardinalibus, & Episcopis Bononiensibus. *Hæc ille. Mediolanenses econtra pro se adferunt, quod habeant in sua Insubria oppidum territorii Papiensis*, Candia *dictum, unde videtur ipsi* Candianus *vocari, & hinc factum ut alii* Cretensem *fecerint. Sed en* Creta, *quæ nunc* Candia *dicitur, vere evocatum ad altiora, si non natum, in confesso est, atque hic cognomen alterutrum remansisse*: Candia *autem, cujus meminisse videntur* D *Mediolanenses, non in Mediolanensi statu, sed Pedemontio est, sub diœcesi Eporediensi, a civitate illa duntaxat* VI. *P. M. distans, cum Mediolano absit pluribus quam P. M.* L.

7 Manet interim, usitato vulgariter cognomento (sicut Stella habet) Condianum *dictum: quod Platina magis Latine putavit posse* Cretensem *reddi. Ms. nostrum neque nomen neque cognomen exprimit.* Philargus *etiam passim a Scriptoribus cognominatur; quod nomen cum Græcum sit, honestique otii amantem notet, viro litterato perquam idoneum, assumpsisse sibi in Creta potuit: & nomen familiæ fuisse, ex aliqua Græciæ urbe insulave deductæ; cum inter Papienses familias una ejus appellationis esse feratur, quæ &* Chursinallum, oppidum Novariensis diœcesis, fiduciaria potestate tenuisse dicitur *apud Natalem Alexandrum. Sed hoc ut verum sit, nihil videtur Mediolanensibus prodesse posse, quia illa Philargi apud Papienses gentis claritas, non bene convenit cum ea paupertate, in qua natum & educatum* Petrum, *solis ingenii dotibus divitem fuisse, volunt plerique. Quid? quod Ferrariæ in posteriori renovatione tituli, non* Philargus *sed* Filardus *scribatur: hoc* E *autem fuisse potuisset patris nomen Bononiæ in Italia, & nescio quid Teutonicum seu Longobardicum sonet, quorū lingua* Fulard *plenum ingenio*, Fitard *indole generosum significat. Nihil ego definio, donec compareant scripta authentica, in quibus ipse suum nobis cognomen indigitet; ad curiosi tamen Lectoris excitandum studium, hæc proponere non sum gravatus.*

& cognomentum Philargus?

CCIX. JOANNES XXIII.

Ab anno 1410. ad 1415. an. 5. d. 14.

JOANNES, natione Neapolitanus, antea Cardinalis Diaconus S. Eustachii, Balthasar Cossa, electus Bononiæ XVII. Maji anno MCCCCX. coronatus est XXV. ejusdem mensis in Dominica II. post Penteeosten; cumque sedisset annos V. dies XV. in Concilio Constantiensi se abdicavit anno MCCCCXV. XXXI. Maji; & vacavit Sedes annos II. menses V. dies X. ipse vero obiit Florentiæ anno MCCCCXIX. XXII. Decembris, sepultus in Cathedrali.

Ejus electio

D*iem Electionis* VIII. Kal. Iunii *nominat Gobelinus in Cosmodromio. Theodoricus vero a Niem, qui aderat, ipsa Coronationis die finem scriptioni suæ imponens, factam ait* ipso festo S. Urbani Papæ. *De mortis anno, die ac loco infra acturus perga Ms. nostri exhibere contextum, qui hujusmodi est.* Joannes XXIII. prius vocatus Baldassar Cossa, de Nobilibus Neapolitanis originem ducens, dum esset Legatus de Latere in

C civitate Bononiæ, post mortem D. Alexandri concorditer a Cardinalibus creatur in Papam anno Domini MCCCCX. Hic tempore adolescentiæ suæ in Jure canonico Bononiæ studuit: tandem sumpto gradu Doctoratus & ad Curiam Romanam veniens, Bonifacius IX. eum suum Cubicularium secretum fecit, deinde ipsum Cardinalem S. Eustachii creavit, & ad acquirendam civitatem Bononiam ipsum Legatum de Latere misit; quam de manibus gentium armorum Ducis Mediolanensis eam occupantium acquisivit, sicque annis circiter novem prudentissime & fortissime illam gubernavit. Aliquot Romandiolæ tyrannos etiam ultimo supplicio tradens, totam Romandiolam ad manus suas nomine Ecclesiæ Romanæ redegit. Erat tunc nomen suum in Italia celebre, & multis etiam potentibus formidabile. Annis quibus Bononiam gubernavit, floruit multum civitas, & adaucta est longa pace. Dum autem instaret tempus celebrandi Concilii Pisani, ipse omnes Cardinales qui a D. Gregorio recesserant, pecuniis Legationis suæ in Concilio sustentavit.

acta ante Papatum,

2 Creatus Papa ad Electores Imperii misit, exhortando ut in Imperatorem eligerent Sigismundum de Lucimburg, Hungariæ & Bohemiæ Regem, quod & factum est: & quia in Concilio Pisano decretum erat aliud Concilium debere celebrari ad certum tempus pro reformatione Ecclesiæ, ipse Concilium Romæ convocavit, ad quod accessit. Sed Ladislao, regno Siciliæ privato, Papam persequente, cogitur de Roma exire & iterum Bononiam se conferre. Ordinationem unam fecit Cardinalium, hominum profecto magnæ commendationis & non mediocris scientiæ, F

& in papatu,

Dum autem animo gereret Ecclesiam unire, quæ adhuc superstite Gregorio & Benedicto scissa remanserat, de Bononia recedens ivit personaliter ad civitatem Laudensem in Lombardia, ut cum Rege Romanorum Sigismundo, qui illuc venerat, loqueretur de materia unionis & celebrationis Concilii generalis Propter quam causam postea misit ad Alamanniam, proeligendo loco sæpe dicti Concilii, Dominos Cardinales Florentinum & de * Celanchn: qui concorditer elegerunt civitatem Constantiensem Maguntinensis diœcesis: ad quam personaliter accessit, duxitque secum viros in Jure divino & humano peritos.

pro unione curanda,

** al. Chalanto.*

3 Dum stetisset aliquot mensibus ibi, expectando vocatos ad Concilium, tandem Sigismundus prædictus in nocte Natalis Domini venit Constantiam, & in Matutinis, D. Joanne præsente, septimam Lectionem cantare voluit. Deinde procedente tempore, cum multa D. Joanni objicerentur, & ipse timeret ne in personam suam committeretur violentia; habitu dissimulato de Constantia fugit, & Scafusam se contulit, quæ civitas seu oppidum erat Ducis Friderici de Austria. Aliqui Cardinales secuti sunt eum usque ad locum illum: sed postmodum per Concilium,

Accessit ad Concilium Constantiense,

fuga & captivitas,

Tab. XXXVI


CCIX. IOANNES XXIII.


CCX MARTINVS V.



CCXI. EVGENIVS IV.


CCXII. NICOLAVS V.


CCXIII. CALISTVS III.


CCXIV PIVS II.





A lium, quod Constantiæ remanserat, revocantur, Domnus vero Joannes de Schafusa ivit Friburgum, cum proposito eundi ad terras Ducis Burgundiæ: sed procurante Concilio, per medium Imperatoris Sigismundi, D. Joannes capitur, & in quadam insula S. Marci prope Constantiam, in palatio Episcopi Constantiensis, prope civitatem, in carcerem detruditur, anno quarto sui Pontificatus.

sententia depositionis ab ipsomet confirmata,

4 Concilium causam fugæ suæ & criminum contra eum commisit Judicibus, qui examinarent omnia & causam instructam referrent: qui tandem retulerunt, propositis (ut dicebatur) & probatis XL. Capitulis & ultra contra eum, quorum aliqua concernebant scandalum Ecclesiæ & ejus incorrigibilitatem, quædam vero concernebant fidem: ex quibus Joannes sententialiter de Papatu deponitur & privatur; ipseque sententiam contra se latam approbavit. Sed post latam sententiam, de loco ubi erat, mittitur custodiendus ad manus Ducis Ludovici de Bavaria, qui erat de obedientia D. Gregorii XII. Fuitque D. Joannes positus in castro quodam ipsius Ducis vocato * Heldeberg: B ubi annis tribus & ultra stetit, absque alicujus Italici societate aut de suis, sed semper custoditus per Theutonicos, cum quibus tantum signis & nutibus loquebatur, quia ipse linguam Germanicam ignorabat, & qui eum custodiebant Italicam non noverant. Hujusmodi privationis sententia tantum ab illis de obedientia D. Joannis lata fuit, quoniam de obedientia D. Gregorii & D. Benedicti nullus adhuc convenerat. Et ut suam fundarent jurisdictionem ad validandam eorum sententiam, Synodicum decretum promulgaverunt, per quod affirmabant, Concilium generale, legitime congregatum, habere immediate a Christo potestatem: quæ fundamento præsupposito, ipsum etiam Papam Concilio subiiciebant.

** an Heidelberg?*

non item supremitas Concilii,

5 *Hypothesis hæc an & quatenus consistere possit, cum suprema quam in summo Pontifice veliores Catholici omnes agnoscunt potestate, non est hujus loci disputare, eamque explicare & limitare. Id vero a me nunc fieri multo minus opus est, postquam Illustriss. Schelstratius, nodos hic occurrentes non tam solvit quam discidit, productis ex fide indubitabili originalium Mss. genuinis ipsius Concilii (quatenus huc spectare videntur) Actis; subjunctaque iisdem Dissertatione perquam erudita, qua demonstrat*, tantum abesse, ut Decre- C tum I. Sessionum IV. & V. atque Decretum II. Sessionis V. de superioritate Concilii intellecta, ab Oecumenica Constantiensi Synodo edita & Sede Apostolica comprobata sint; ut potius Decretum I. Sessionis IV. a Basiliensibus corruptum sit; Decretum vero I. & II. Sessionis V. contraprotestantibus Cardinalibus & Regis Galliæ Oratoribus edita, omnia demum a Concilio nondum universali pronuntiata fuerint; quæ proinde ab ipsius Constantiensis Concilii Patribus, post trium obedientiarum unionem, non recepta & ab ipso Martino V. infirmata sunt. *Ita titulus opusculi, per quam opportune in lucem dati, in argumento, quod annis quidem* CCL. *eruditorum animos commovit, nuper vero maximo cum strepitu resumptum, schisma Ecclesiæ minari cœperat. Contra hunc Tractatum, Gallicus quidam scriptor, elegantia styli, quam doctrinæ soliditate & reverentia Sedis Apostolicæ clarior, strinxit calamum, scripto libello nihil quam priores fuerant meliori. Sed resumpsit idem argumentum Schelstratius, & magna cum satisfactione Romanæ Curiæ, edidit anno* MDCLXXXVI. *Tractatum auctiorem*, De sensu & auctoritate decretorum Constantiensis Concilii, sessione IV. & V. circa potestatem Ecclesiasticam editorum: *cui præmisit* Compendium Chronologicum rerum, ad Decreta Constantiensia eorumque sensum & auctoritatem spectantium: *quod censui huic Chronologico operi inserendum, post sequentem Pontificatum.*

definita prius quid esset Concilium Universale.

& ab hoc postea improbato.

6 *Utcumque vero istæ se habeant, certum manet* D *quod* Joannes, *si non ex vi sententiæ ab iis lata, qui jam tunc Concilii generalis auctoritatem & nomen arrogabant sibi; saltem ex vi spontaneæ abdicationis sententiam secuta, nec unquam ab eodem prætextu violentiæ vel metus retractatæ, desierit Pontifex esse, etiamsi illud antea certo fuisset, quod ipsum controvertebat* Gregorius. *Cum hoc ergo, cavente ne personam suam Concilii potestati committeret, sicut* Joannes *fecerat, suam in hoc sincerissimam mentem abunde probans, longe honestius actum est ad unius Malatestæ interventum; cum pro* Joanne, *tunc certe, sin minus alias, viro optimo, intercesserit nemo eorum quos maximis obstrinxerat beneficiis, & quibus hanc conveniendi potestatem fecerat; quod sane Imperatori Sigismundo & aliis magno dedecori merito vertitur, vertebaturque etiam tunc ab iis qui audiebant, prætextu ecclesiasticæ securitatis, inimici sui jurati custodiæ traditum hominem, ex tanto fastigio pene infra homines per magnam suam bonitatem dejectum; qui vel a* Benedicti *sequacibus mitius habendus fuisset.*

Ejus & Gregorii dispar fortuna.

E 7 *Ms. nostrum in Vita* Martini V. *reliquam* Joannis *fortunam exitumque prosequitur hoc modo.* Anno MCCCCXIX. Martino Florentiæ existente, erat D. Baldassar Cossa adhuc in carceribus apud Heldeberg, in manibus Comitis Palatini carceratus in Germania: pro cujus relaxatione (soliti) quidam cives Florentini, penes quos magna D. Baldassaris pecunia fore dicebatur, agere cœperunt apud beatissimum Pontificem, rogantes, pro liberatione præfati Domini partes suas interponeret: quod & fecit. Misit enim legationem ad Comitem Palatinum, persuadens ei ut D. Joannem relaxaret. Ipse vero, acceptis primum XXX. millibus ducatorum, quibus se D. Baldassar redemit, eum tandem e carceribus dimisit. Qui cum iter faceret ad Italiam, pergens per Lombardiam ut veniret Florentiam, recta via ad terras D. Petri de Rossis Parmensis districtus pervenit. Ibi D. Baldassari nuntiatum extitit, insidias sibi parari in via, & si progrederetur ulterius, futurum fore ut iterum caperetur & carceri manciparetur. Hoc intellecto D. Baldassar, duobus tantum sociis comitatus, noctu de loco ubi hospitatus erat surrexit: & auxilio d. D. Petri de Rossis, qui sibi antea amicabatur, clam nuntiis Papæ eum comitantibus, fugam petiit, seque tandem contulit in potestatem D. Thomæ de Campofregoso Januensium Ducis, cui & in Cardinalatu & in Papatu, per multa retro tempora, amicus & servitor extiterat. F

a Custodia dimissus an. 1419.

metu novæ captivitatis fugit.

8 Vulgata D. Baldassaris fuga, cum esset homo alti cordis & unus fuerat de contendentibus de Papatu, creditum est a multis periculum aliquod imminere Ecclesiæ, quasi per hanc fugæ occasionem schisma redintegrari deberet: non defuerunt etiam qui eidem persuaderent, ut tentaret fortunam & iterum Pontificatum arriperet. Sed Deus opus unionis, tot periculis comparatum, deserere nolens, D. Baldassaris animum inspiravit, ut personaliter veniret Florentiam. Venit ergo, cum magna totius populi Florentini & Romanæ Curiæ expectatione; & ad D. Martini pedes procidens, eum verum & indubitatum summum recognovit Pontificem, & omnia quæ circa Pontificis electionem gesta forent. Mira profecto res hæc visa omnibus & Dei manu fabricata, ut homo, in summo rerum fastigio constitutus, de Papatu dejectus, in loco libero & ubi plurimum diligebatur & poterat positus, hoc faceret, quod multi etiam ex Cardinalibus, qui fuerant de obedientia D. Petri de Luna vix siccis oculis inspicere potuerunt. Hac humiliatione & recognitione peracta per D. Baldassarem, decursis diebus aliquot, D. Martinus Episcopum Cardinalem Tusculanum creavit: sicque in diem obitus ejus, in-

ultroque se Florentiæ sistit Martino Papæ,

& benigne receptus moritur Cardinalis.

ter

A ter Cardinales sanctæ Romanæ Ecclesiæ sedit. Post aliquot vero menses idem D. Baldassar Florentiæ moritur, & in S. Joannis celebratissimo templo sepelitur.

9 *Oldoinus noster in additionibus ad Ciacconium*, in Vigilia Corporis Christi XIV. Junii *exceptum a Martino Balthasarem, tradit obiisse* XXII. Decembris; *quod etiam confirmatur ex Epitaphio sic lecto:* Joannes quondam Papa XXIII. obiit Florentiæ, anno Domini MCCCCXIX. XI. Kalendas Januarii. *Monumenti elegantissimi formam ære expressam apud eumdem Oldoinum videre licet. Superovectam alte tumbam, cui Epitaphium istud insculptum, sub conopeo marmoreo Deiparæque dimidia imagine, jacet ære fusus ille & inauratus, Cardinalisque Episcopi instar mitratus. In basi operis inferioris tres assistunt statuæ marmoreæ; quarum media muliebri habitu, cornu-copiæ sinistra, ardentem dextra lampadem prætendere videtur; Felicitatem nisi fallor æternam denotans, lucemque perpetuam; quam meruerit invictæ Patientiæ virtute, muliebri item habitu adstantis, & calicem adversitatis velut a Domini manu propinatum gratanter ebibere parata; animoque a rebus omnibus terrenis abstracto, quem ex altera parte repræsentat alatus Angelus, manibus in altum junctis speciem exhibens adorantis. Aliter tamen eas statuas accipiunt Florentini, & non inepte interpretantur. Spem alatam atque in Deo fixam, Caritatem ardentem, omnis veri boni feracem, quarum statuas sculpserit totius machinæ auctor Donatus, vulgo Donatellus; Fides vero sacramentum Calicis prætendens opus sit Michelotii, quem prior discipulum habuit & adjutorem non indecorem.*

Ejus ibi Epitaphium, *& monumentum,*

10 *Addit sæpe memoratus Oldoinus sepulturam hujusmodi curatam* a Cosmo Medicæo, cive Florentino, carissimo Joannis amico: quem homines existimarunt D pecunia Balthassaris opes suas in tantum auxisse, ut & primarius apud Florentinos cives & ditissimus omnium, cum apud Italos tum apud exteras nationes, deinceps sit habitus. *Ego vero existimo, non tantum magnas illas divitias, sed etiam collatum deinde in ipsius posteros patriæ Principatum, ac dignitatem solo Regia inferiorem, fructum fuisse fidelitatis amico servata; pro cujus liberatione intercedere maluerit, & grandem temporibus illis* XXX. *millium ducatorum summam refundere ei in lytrum, imo quidquid apud se de ejus pecunia reliquum erat repræsentare; quam illo defecto intervertere depositum, quod evincere nemo verosimiliter potuisset, si Cosmus pecuniam amicitiæ prætulisset. Quod si heredem illum instituit* Joannes moriens, *minima hæc fuerit pars gratitudinis debitæ.*

a Cosmo Medices curatâ

11 *Apud filios & heredes Caroli Strozzi, Senatoris Florentini p. m. inter alia viri curiosissimi collectanea, servatur Codex in folio, signatus TT 426 ubi ex libro* Memoriarum Alamanni qu. Ludovici Mannini *ab anno 1398. usque ad 1420. descriptarum vulgari lingua, sic notatum legimus;* die XX. Decembris prædictus Joannes Papa obiit Florentiæ, & huic Communitati testamento reliquit digitum S. Joannis Baptistæ: qui delatus fuit ad ecclesiam S. Joannis die XIII. Januarii MCCCCXX. *Cur id ad quinquennium dilatum sit, non magni refert scire: plura idem Alamannus, tunc vivens & scribens, circa* Joannem *notaverat, quæ nunc vellem descripsisse, aut a defuncti filiis ejus petiisse: sed ea expectare tempus non permisit, olim autem describere ipsa non curavi, quia solas Sanctorum memorias colligebam, nihildum cogitans de hoc Conatu.* E

CCX. MARTINUS V.

Ab an 1417. ad 1431 m 3. d. 10.

MARTINUS, natione Campanus; de Principibus Urbis Domus de Columna, antea Ottho Diaconus Cardinalis S. Georgii in Velabro, electus concorditer in Papam Constantiæ anno MCCCCXVII. XI. Novembris; coronatus XXI. * ejusdem, festo Præsentationis ac simul Dominica; sedit annos XIII. menses III. dies X. defunctus anno MCCCCXXXI. XX. Februarii. Sepultus est in Basilica Lateranensi, & vacavit Sedes dies XIII.

C

Epitaphium ejus in Laterano,

IN *extremo Ms. nostri limite nullum equidem offendiculum metuebam; quando improviso impegi in Epitaphium, subscriptum ipsius* Martini *pedibus, in illo æneo monumento, quod ante Capita Apostolorum ipsi olim collocatum, nunc in eadem Basilica Lateranensi novis operibus instaurata alio loco erectum visitur. Exhibet illud Oldoinus noster elegante imagine, & quidem veterum Martini numismatum corona circumdatum; unde & iconem ipsius accepi, inservique imagini ad illustrationem Dissertationis* XXXIX. *ex variis monumentis collectæ, ac Pallii Pontificii formam medio ævo mutatam repræsentanti. Epitaphium tum ibi sculptum, tum ab Alphonso* Ciacconio, *Odrico Raynaldo, & Cæsare Raspono concorditer transcriptum, his ipsis nec aliis constat notis: MARTINUS* PP. *V. SEDIT ANNOS XIII. MENSES III. DIES XII. OBIIT ANNO MCCCCXXXI. DIE XX. FEBRUARII. TEMPORUM SUORUM FELICITAS.*

dies 12. numerans,

2 *Quis crederet huic ter concorditer expresso Epitaphio subesse errorem? Subest tamen. Nam cum die S.* Martini, *unde & nomen sumpsit, electum fuisse constet, &* X. Kalendas Martii *defunctum dicat infra successor* Eugenius, *non potuit supra annos* XIII. *plus quam* X. *dies sedisse, ut consideranti patebit. Sed si quis laborem sumat characteres considerandi, quibus circumscripti sunt nummi omnes Martiniani, eosque comparandi cum litteris plane Romanis in Epitaphii imagine; non difficulter dignosces has quidem recentioris fabricæ esse, istos semi-Teutonicos, sive (ut nonnulli nunc perperam appellant) Gothicos, ævi sui formam præferre. Præterea eo stylo tunc adhuc usitato Romæ, notandus fuisset annus* MCCCCXXX. *non* XXX. *qui primum numerari incipiebat* XXV. *Martii.* E

3 *Temporis igitur sequentis longioris lapsu exesum Epitaphium, renovandum aliquis curaverit, sed infeliciter: & rotundo numero invenientes numeratos annos* XIII. *menses* III. *vacantis autem sedis* dies XII. *hos putaverit ad Pontificatum pertinere. Quod miror nec a Raynaldo quidem observatum fuisse.*

corrigitur ut perperā innovatum.

4 *Oldoinus præfatus, in suo Pontificum Necrologio, nescio qua causa, die* XXI. *Februarii defunctum* Martinum *statuit: sed repugnant litteræ successoris,* IV. Idus Martii, *apud Raynaldum, hoc principio scriptæ:* Cum felicis recordationis Martinus Papa V. Prædecessor noster, sicut Domino placuit, nuper, videlicet X. Kal. Martii, ab hac mortali lacrymarum valle ad immortalem vitam migrarit. *Quibus prænotatis ex nostro Ms. subjungo Martini Acta.*

HI-

HISTORIA HUJUS PAPATUS.

Ex Ms. nostro, huc usque perducto.

Gregorius Cardinales suos Constantiam mittit.

PRivato D. Joanne, actum est per medium Sigismundi Imperatoris, ut D. Gregorius convocaret similiter Concilium in Constantia prædicta, & quod unirent se Cardinales sui, & ceteri de sua obedientia, (Cardinalibus) D. Joannis in Constantia congregatis: quod & factum est. Misitque Gregorius D. Carolum de Malatestis de Arimino, cum pleno mandato ad pure & libere resignandum juri suo & Papatui: quod & factum est. Nam ipse Carolus in solenni sessione, nomine Gregorii, illius mandati vigore, expresse renuntiavit: & ipse D. Gregorius per Concilium factus est Legatus in Marchia Anconitana. Qui Recanati existens, ante creationem D. Martini diem obiit, & sepultus est in ecclesia Recanatensi.

seque abdicat.

Idem facere recusans Benedictus,

2 His duabus obedientiis unitis, restabat tertia longe major, Domini scilicet Petri de Luna, pro quo reducendo, ut hoc ipsum faceret quod Gregorius fecerat, D. Sigismundus prædictus ad multas mundi partes perrexit: ad Regem Franciæ primum, deinde ad Regem Angliæ, deinde Narbonam una cum Oratoribus Concilii: ubi etiam convenit Rex Aragonum Fernandus, qui & ipse non solum regnum suum Hispaniæ, sed etiam Aragoniæ, quod erat de obedientia D. Benedicti, gubernabat: fueruntque capita conclusa & firmata, quibus inter cetera continebatur, quod deberet requiri D. Benedictus, ut hoc ipsum faceret quod D. Gregorius fecerat: quod si non fecisset, promittebant Principes de sua obedientia eum deserere & Concilio Constantiensi adhærere. Benedictus autem, in castro Paniscolæ manens, in sua permansit sententia, dicens ipsum esse verum Christi Vicarium, & Constantiam non esse locum tutum pro celebratione generalis Concilii, allegans quæ manu violenta facta fuerant contra D. Joannem, etiam per eos qui erant de obedientia sua, & detestans in loco non securo resignare in manibus eorum qui impressionem fecerant. Principes vero Hispaniarum, videntes duritiem D. Benedicti, Concilio Constantiensi adhæserunt. Sicque per solennem Sessionem celebratam, uniti sunt isti de obedientia D. Benedicti ceteris de obedientia D. Joannis & D. Gregorii.

deseritur a sua obedientia Principibus.

Modus procedendi in Concilio,

3 Tunc quæ gerebantur in Concilio, expediebantur per Nationes quinque, Italicam, Gallicam, Germanicam, Hispanicam, & Anglicam, quæ nationes constituebant totum Concilium: priusque in nationibus obtinebatur determinatio una, deinde in generali congregatione omnium nationum concludebatur, demum decretum fiebat super concluso & publicabatur in Sessione. Hic erat modus & ordo procedendi in Concilio: per hunc modum contra D. Benedictum inchoatus est processus per Concilium, & tandem sententialiter privatus de Papatu. Non venerant Cardinales D. Petri de Luna ad Concilium, sed adhærebant adhuc, una cum Prælatis aliquot de regno Hispaniarum & Scotiæ & Comite Armeniaco, d. D. Benedicto.

ad novi Pontificis electionem:

4 Et completis omnibus quæ ad unionem spectare videbantur (condemnatis tamen prius hæresi Joannis Wiclef, & combustis duobus hæresiarchis, Joanne Hus & Hieronymo Pragensi ejus discipulo Magistris Pragensibus) cum jam Sedes Apostolica annis duobus & ultra vacasset, & circa reformationem Ecclesiæ non bene poterat vacari absque Papa; ob hanc causam, & ut Sedes ipsa non diutius vacaret, tractare cœperunt de electione futuri summi Pontificis. Et ut debita Concilio auctoritas redderetur, & nullus futuram electionem calumniari posset, quodque electus in Papam pro vero & indubitato summo Pontifice apud totam Christianitatem haberetur, sicque dici posset vere datam pacem Ecclesiæ, & antiquissimum schisma extirpatum esse per canonicam & indubitatam electionem; totum Concilium in hoc convenit, quod quælibet Natio eligeret sex, qui una cum Cardinalibus præsentibus in Concilio intrarent Conclave, & haberent facultatem eligendi Papam una cum Cardinalibus: & qui a duabus partibus ex deputatis nationibus eligeretur in Papam, ille pro summo Pontifice haberetur & teneretur.

quo anno 1417.

5 Anno ergo Domini MCCCCXVII. die VIII. Novembris, Cardinales, qui erant numero XXXII. vel XXXIII. una cum deputatis cujuslibet nationis numero XXX. intrarunt Conclave, præmissis primo multis orationibus & processionibus, ut Deus inspiraret Electores ad eligendum virum sanctum & idoneum, in cujus humeris cum pace & unitate quiesceret Ecclesia. Arbitrabantur omnes non esse facile, tot Nationum diversarum homines in unam personam convenire posse, præsertim cum in potestate trium personarum, trium videlicet ex sex unius Nationis, esset electionem impedire: credebaturque non solum per dies multos, sed per menses, Electores debere stare in Conclavi antequam concordarent: fiebat autem omni die processio circumquaque Conclave, quod optime custoditum erat a magnis Dominis & Prælatis. Tandem Dominus, compatiens longis calamitatibus Ecclesiæ, manum misericordiæ suæ aperiens, ita Electores inspiravit, ut tantum tribus diebus in Conclavi starent. Nam die XI. Novembris, quo festum B. Martini celebratur, hora Tertiarum, D. Oddo de Columna, S. Georgii ad Velum aureum Diaconus Cardinalis, tam a duabus partibus Cardinalium & ultra, quam a duabus partibus Deputatorum Concilii & ultra cujuslibet Nationis, Spiritu sancto inspirante, electus est in Papam. Non sufficeret lingua narrare, quanto gaudio totum Concilium, una cum Imperatore Romanorum Sigismundo, repletum sit. Publicata enim electione, statim ipse Imperator Conclave intrans, ad pedes summi Pontificis procidens, ipsos non sine lacrymis cordis & corporis, devotionem pariter & lætitiam exprimentibus, osculatus est: ipseque Pontifex e contra, cum lacrymis Imperatorem ad osculum pacis recipiens, eum benigne amplexatus est; & quia in die S. Martini fuerat electio de se facta, & pax Ecclesiæ data, ac etiam unio Ecclesiarum Christi subsecuta, vocari voluit Martinus V. *Hic ipso suæ electionis die quaqua versum, atque imprimis ad Pontificiæ ditionis Civitates, expediendas curavit litteras circulares: quarum exemplar per nostrum P. Bernardinum Coccovaginum nactus ex archivo Viterbiensis civitatis ubi servatur inter Bullas sub num. 121. necdum alibi repertum, hic non gravabor annectere; tum quia nonnulla continent illæ, in similibus Pontificum circularibus non usitata, propter Electionis hujus specialem modum; tum quia necdum ordinatus Presbyter, multo minus Episcopus (hoc enim primum factus est* 51. Kal. Decembris, *undecimo ab electione die eodemque Dominico, præcedenti sabbato Presbyter consecratus) non* Electum, *ut supra* Innocentius V. *sed absolute Episcopum sese scribit* Martinus: *quod aliquamdiu ante illum in usu fuisse, suspicari possum, probare non possum, deficientibus apud Raynaldum & alibi, quibus id probem, exemplis.* Martini *Bulla hæc est:*

omnium opinione citius,

11. Novembris creatus Martinus V.

qui etiam ante Ordinationem se scribit Episcopum.

In circularibus de schismate extincto,

6 Martinus Episcopus, servus servorum Dei, dilectis Filiis & Prioribus Populi & Communitatis & Civitatis nostræ Viterbiensis, Salutem & Apostolicam benedictionem. Misericors & miserator Dominus, unigenitus Dei Filius Iesus Christus, qui cœlestia simul & terrena suæ Majestatis omnipotentia dirigit

A rigit & gubernat, sacrosanctam Romanam Catholicamque Ecclesiam, Sponsam nostram, quam non facto solum, sed sui proprii ac sanctissimi sanguinis aspersione fundavit, suæ pietatis oculis ab alto respectans, (ita est consolatus) ipsius Ecclesiæ viduitatis incommoda (post resignationem juris Papatus, per olim Joannem Vigesimum tertium ac subsequenter Gregorium duodecimum, ipsiusque etiam Joannis depositionem ab ipso Papatu, & per privationem ac depositionem de Benedicto XIII. etiam a Papatu hujusmodi, ut toti Orbi jam debet esse compertum, in hoc Generali Concilio Constantiensi ac per ipsum canonice celebratas) [ut ipsam Ecclesiam ea] deplorare ulterius non sit passus. Nam post longos, varios, diutinosque tractatus inter Collegium venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, de quorum numero tunc eramus, & quosdam venerabiles Prælatos, & alios Deputatos Nationum præfati Concilii, super electionis futuri Romani Pontificis celebratione, solenniter habitas & consilia repetita; diebus his proximis, ad instar miraculi, divina superillustrante clementia, in ipso Concilio extitit summo omnium consensu, pro efficaci saluberrimaque unione in præfata Ecclesia consequenda, totalique extirpatione nefandi schismatis, salubriter ordinatum; ut Collegio ipsorum Cardinalium, ad eligendum ipsum

per Electionem factam a Cardinalibus ac Nationum Deputatis,

B summum Pontificem, per quinque Nationes in eodem Concilio existentes, sex pro qualibet, in Collectores adjungerentur; ita ut ille qui per duas partes ipsius Collegii concorditer; & consequenter per duas partes Collectorum cujuslibet ipsarum Nationum, in Papam etiam concorditer eligeretur, pro unico vero ac indubitato Romano Pontifice a cunctis Christi fidelibus haberetur; prout in Decretis dicti Concilii, confectis desuper ac solenniter (approbatis), latius continetur.

In suam personam concurrentibus,

7 Unde sic equidem Altissimo placuit esse effectum, quod celebrata per Nationes ipsas electione dictorum Collectorum, triginta numero, & approbata per ipsum Concilium; die Lunæ proxime præterita, circiter horam quartam post meridiem, in illius nomine qui perpetua mundum ratione gubernat, Cardinales numero viginti tres, & triginta Collectores hujusmodi, cooperante Spiritus sancti gratia, Conclave, libertate atque securitate, & celeberrima ab extra custodia munitissimum, ad pacem aspirantes, intraverunt; Missarumque celebratis de more solenniis, ac deinde consiliis habitis & repetitis, pro-

C ut tantæ rei sublimitas exposcebat, ac præsenti die Jovis, celebritate B. Martini Confessoris atque Pontificis, hora quasi decima, eodem Spiritu (qui fidelium corda vivificat, illustrat, ac dirigit semper in bonum) mentes nostras uniformiter & humillime ac etiam concorditer inspirante, ad Altissimi laudem & gloriam, ac statum ipsius Ecclesiæ evulsionemque totalem ex sacro Domini corpore præfati schismatis, Cardinales & Collectores prædicti, in Nos, tunc S. Georgii ad Velum aureum Diaconum Cardinalem, licet de fragilitate humanæ conditionis ad tantum onus regiminis universalis Ecclesiæ insufficientibus humeris, eorum vota unanimiter, discrepante nemine, direxerunt; in jubilo hymnum Te Deum & cantico decantantes, nosque inthronizavere ac etiam adoravere solenniter, ut est moris: quæ Devotioni vestræ duximus; ad vestrorum jucunditatem cordium, specialiter intimanda.

quod illis eo ... die significat.

8 Nam Universitatem vestram, & privatim & publice, etiam dum minori fungebamur officio, continuatis semper affectibus, in nostris gessimus ac gerere intendimus visceribus caritatis; ac de tranquillo statu vestro & aliorum subditorum, animarumque & corporum salute jugiter cogitare, & circa illa sedulo disponere internalis vigilantiæ nostræ curas. Vos autem, prout certissime credimus, sic in devotione, fidelitate & obedientia nostris ac præfatæ Ecclesiæ matris, Dominæ vestræ, magnopere continuatis affectibus & effectibus persistatis, ut, ultra nostram & Apostolicæ Sedis benevolentiam & gratiam, a Largitore munerum supernorum, valeatis sempiternæ vitæ gratiam promereri. De hoc autem, quod Bulla sine impressione nominis est appressa præsentibus, eadem vestra Devotio non miretur, sed potius gratuletur; maxime cum eisdem nostræ sinceritatis desideriis accurrentes, easdem litteras ante Coronationis insignia providerimus dirigendas; infra quæ usus perfectæ Bullæ, cum nostri impressione nominis, non habetur. Datum Constantiæ Moguntinæ Provinciæ, III. Idus Novembris, suscepti a nobis Apostolatus officii anno primo. D

C. de Castie.

Soli ergo Petrus & Paulus faciem unã Bullæ occupant, vacante altera; formulam vero excusatoriam Bullæ, non perfectæ ante Coronationem, annis CXL. *ante* Martinum, *vidimus usurpatam, diversa dumtaxat Phrasi, a* Gregorius X. *ad* Franciæ *Regem scribente, ejusque successore* Innocentio V. *Genuenses ad concordiam mutuam exhortante. Sed redeo ad Acta* Martini, *ex nostro hujus ipsius temporis Mr. referenda,*

E

vir omni laude major,

9 Si Pontificis hujus dotes singulæ narrandæ forent, & quæ in annis sui Pontificatus gesta sunt, per modum codicis surgerent quæ dicenda forent; pauca tamen de multis dicentur, per quæ hominis hujus prudentia & vita satis perspici poterit. Hic a juventute liberalibus artibus erudiendus, a parentibus præceptoribus liberalium artium traditus, evasit in virum magnæ commendationis & famæ. Erat supra modum humilis, gratus & dilectus hominibus. In Perusio postea Juri Pontificio aliquot annis operam dedit, indeque plusquam mediocriter eruditus discessit: & Romam rediens, Domini Papæ Urbani VI. Referendarius factus, cum magna integritate munus illud explevit. Deinde in Diaconum Cardinalem a Domno Papa Innocentio VII. assumptus, non propterea naturæ conditionem deseruit, quinimo eamdem (tenuit) humilitatem & vivendi in omnibus suavitatem, quam ab ineunte pene ætate imbiberat, ita ut potius remissus quam multæ activitatis homo crederetur; in rebus publicis non multum se immiscens, nisi quantum dignitatis suæ onus requirebat. Unde cum in Concilio Constantiensi multæ hinc inde altercationes, propter contentiones hominum diversæ obedientiæ, insurrexissent; ipse velut æquus arbiter, in nullam se partium constituit defensorem, sibi ipsi potius vacans & aliena non curans; gratus propterea tam Imperatori quam Cardinalibus ceterisque de Concilio factus: (& ita) hunc, quem omnium Nationum parentem judicabant, in summum Pontificem petierunt, summo animorum consensu & concordia, ut nulla summi Pontificis electio ex multo tempore majoris votorum & animorum unitate celebrata fuerit.

& natura mitissimus,

F

qui mox ... suo statui ... assumens,

10 Hic in summum Pontificem electus, sciens se vocatum in plenitudinem auctoritatis & potestatis, omnem illam remissionem & neglectum rerum præteritarum excussit; manumque mittens ad fortia, etiam alios ad honorem Ecclesiæ, & reipublicæ Christianæ utilitatem excitabat. Somno & quieti & cibo etiam indulgens, jam in virum alterum mutatus videbatur, de eoque recte illud dicebatur, Principatus virum ostendit. Multa facilitate omnes ad se admittens & audiens, cunctos a se lætos & voti compotes aut contentos dimittebat. De prudentia vero ipsius, quæ certe eximia erat, omnium idem judicium habebatur; perpaucosque ex Romanis Pontificibus extitisse

fere-

A ferebatur, qui in consultando tam sapienter rei & rationis modum teneret, quid etiam amplectendum quidve fugiendum etiam ex tempore tam apte judicaret. Secreti sui tenentissimus fuit, ita ut perpauci quid facturus esset vix umquam intelligere possent. In sermone brevis: & quæ exprimebat sententiis plena erant. In ceremoniis quoque ecclesiasticis, quæ ad Dei cultum ad statumque summi Pontificatu pertinebant, ita se habebat, ut cunctos ad summam devotionem & reverentiam provocaret. Justitiæ amator & nullius acceptans personam, æqua lance unicuique quod suum erat tribuebat. Talem profecto Pontificem decebat Ecclesiam Dei habere, post tam longum & tam inveteratum in Ecclesia Dei dissidium & antiquatum schisma, qui sua bonitate, prudentia, & tollerantia, sciret & posset naviculam Petri, quæ pene submersioni proxima fuerat, in tranquillo & quieto B portu collocare; quemadmodum Domino adjuvante, brevi tempore hic almificus & a Deo dilectus Pontifex collocavit, & moriens etiam in magna tranquillitate & pace reliquit.

Legatum contra Petrum de Luna in Hispaniam destinat.

11 Post creationem itaque suam, miraculose (ut sic dixerim) factam, Petro de Luna cum (quatuor) Cardinalibus & nonnullis Prælatis sic in Paniscola permanentibus, cum adhuc quidam populi Aragoniæ in animis suspensi remanerent, decrevit, sacro Constantiensi approbante Concilio, ad partes Aragoniæ destinare Legatum de latere D. Alamannum de Adimariis, tit. S. Eusebii Presbyterum Cardinalem, natione Florentinum, virum singularem; pro exequendo processu contra dictum Petrum, jam de Papatu dejectum, & contra ei faventes & adhærentes. Qui cum ingrederetur legationis suæ terminos, Cardinales quatuor præfati, videlicet Montis-Aragonius, S. Georgii, S. Eustachii, & S. Angeli, sic in sua obedientia nominati, una cum ceteris Prælatis qui remanserant in Paniscola, multum reverenter pluries sæpedictum D. Petrum de Luna requisiverunt, vellet jam facere & adimplere quod promiserat. Allegabant enim per privationem Joannis & renuntiationem Gregorii, per consensum omnium fere Christianorum postea subsecutum, Ecclesiam Dei jam unitam esse in persona D. Martini: unde non poterat amplius dubitare, quod ipso cedente remaneret amplius Ecclesia in C schismate: & quod ipse erat ille, qui per suam renuntiationem poterat indubitatam pacem dare populo Christiano, & ita ut deinceps nullus scrupulus amplius posset remanere. Quod si hoc faceret, pro quo magnis precibus etiam cum lacrymis supplicabant, sequeretur ei magna laus & meritum apud Deum, de mentibus quoque hominum omnia hæsitatio tolleretur. Ad quæ d. Petrus de Luna respondebat, se nolle renuntiare, satagens suis commentitiis argumentis electionem tam sanctam, de D. Martino prædictam, improbare: addens intellexisse multa de humilitate & bonitate D. Martini; & quod cum ipso bene concordaret. Videntes igitur Cardinales & Prælati prædicti non posse hominis cor induratum flectere, tandem ab ipso recesserunt, & cum Legato Apostolico concordarunt, & ad obedientiam D. Martini, recognoscendo unicum & indubitatum Pontificem, tandem venerunt. Cum dicto autem Petro de Luna remanserunt duo Anticardinales, unus Carthusiensis & alios qui dicebatur D. Christianus de Dobba, qui fuerat unus Auditor Cameræ. Jam etiam ab eo recesserat tota Hispaniarum obedientia: remanserant solum Rex Scotiæ & Comes Armeniaci; qui tandem veritatem cognoscentes, in plenam obedientiam D. Martini venerunt. Sicque tota Christianitas, Paniscola excepta, unum Ecclesiæ sponsum D. Martinum tenebant & reverebantur.

Is in proposito pertinax,

etiam a Cardinalibus suis plerisque deseritur.

Tractatus de reformatione

12 Ecclesiæ unione perfecta, non tamen absque magnis laboribus tam secularium quam ecclesiasticorum Principum, & inprimis invictissimi Romanorum Imperatoris Sigismundi, cui præcipue opus hoc D Deo inspirante fuit attribuendum; restabat ut fieret in sacro Concilio reformatio morum, tam in Clero quam in populo Christiano. Sed cum jam anno circiter quarto Concilium in civitate Constantiæ perstitisset, cum multo Prælatorum & Ecclesiarum particularium incommodo & etiam gravi sumptu; placuit summo Pontifici Martino, sacro consulente Concilio materiam hanc reformationis in aliud tempus & in aliud Concilium differre; ita ut in proximo Concilio materia reformationis duceretur in medium. Et quia non omnium nationum idem est ritus & vivendi modus, & juxta B. Hieronymi dictum quælibet provincia abundat in sensu suo, juxta uniuscujusque nationis mores in quibusdam capitulis cum unaquaque ad quinquennium tantum, D. Martinus loco generalis cujusdam reformationis concordavit. Et quoniam E schisma fuerat in Ecclesia Dei introductum, eo modo quo supra narratum est; ex ejusque duratione multa mala in populo Christiano fuerant subsecuta, nec facile postmodum fuerat extirpatum; decretum quoddam contra futura schismata & de celebratione & generalium Conciliorum fuit promulgatum statim post D. Joannis fugam. Aliud quoque decretum ediderunt de celebratione generalium Conciliorum, inter cetera hoc habens, quod a fine Concilii Constantiensis, ad quinquennium deberet generale Concilium celebrari; & a fine illius Concilii ad septennium, aliud item Concilium concelebraretur: a fine cujus ad decennium aliud item Concilium deberet celebrari; & sic, de decennio in decennium, generalia Concilia tenerentur pro necessitatibus Ecclesiæ. Quod quidem decretum generalium Conciliorum, sicut præmittitur de tempore in tempus celebrandorum, D. Martinus recepit, & per suam Bullam approbavit: cetera vero decreta, ante ejus assumptionem facta, quatenus fidem Catholicam concernebant & non aliter, similiter recepit & auctoritate Apostolica approbavit.

differtur ad proximum Concilium.

quod frequenter fiendum decernitur.

13 Ut autem D. Martinus decreto de celebrandis Conciliis satisfaceret, & aliud generale Concilium ad quinquennium celebraretur, XIII. Kalend. Maii publicam sessionem tenuit, in qua sacro consentiente & approbante Concilio, civitatem Papiæ in Lombardia deputavit, pro loco futuri Concilii in dicta civitate celebrandi, cujus quidem deputationis & Apostolicæ Bullæ tenor talis est: Martinus Episcopus, servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam. Cupientes ac etiam volentes decreto hujus generalis Concilii satisfacere, inter alia disponente quod omnimodo generalia Concilia celebrentur, in loco quem summus Pontifex, per mensem ante finem hujus Concilii, approbante & consentiente Concilio, deputare & assignare teneatur; pro loco dicti proxime futuri Concilii, eodem approbante & consentiente Concilio, civitatem Papiensem tenore præsentium deputamus & etiam assignamus: statuentes & etiam decernentes, quod Prælati & alii qui ad generalia Concilia debent convocari, tempore prædicto ad ipsam civitatem Papiensem accedere teneantur. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ deputationis ac etiam assignationis, statuti, decreti, & constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum & actum Constantiæ, in loco publicæ sessionis dicti Concilii, XIII. Kalendas Maii, anno primo. Aliam quoque sessionem, ultimam scilicet, solenni ritu celebravit, præsente Imperatore & copiosa Principum & Prælato-

Primum autem indicitur Papiæ.

sorum multitudine, die xxsı. mensis Aprilis anni Domini MCCCCXVIII. in qua, sacro approbante Concilio, illud Constantianse tam magnum, nec non tam memorandum quam venerandum Concilium dissolvitur; Reverendiss. D. * Ybaldo, S. Viti in macello Diacono Cardinali, de mandato d. D Martini & consensu totius sacri Concilii, varba alta & intelligibili voce dicente, Domini, ite in paca: sicque Concilio dissoluto, quilibet cum gaudio ad propria remeavit.

& Constantiense dissolvitur.
** al. Isibal. do, & saepius Reinaldo Brancatio.*

54 Fuerat summus Pontifax Martinus magnis precibus exoratus ab Imperatora, sa aliquantum temporia contineret in Germania; Domini autem Galles precabantur ut proficisceretur in Galliam: ipse vero Pontifex, considerans rotum patrimonium Ecclesiæ in Italia occupari per tyrannos & gentes armorum, quodque etiam Urbs Romana peste fame & guerria diu laboraverat, & pene ad intarnecionem radacta fuarat; compatiens Sedi propriæ & indolens ejus calamitates, tot malis in persona propria occurrere statuit, & ad Sedem propriam remeare decrevit. Decebat enim ut facta unione in persona sua, sua Sede unicus & indubitatus Christi Vicarius collocaretur. Recessit ergo de Constantia, & iter faciens per Sabaudiam venit Mediolanum, deinde Mantuam intravit anno Domini MCCCCXVIII. die .... Novembris, ibique Curiam suam tenuit mensibus circiter quatuor. Anno vero Domini MCCCCXIX. III. Februarii, de Mantua recessit, & per Ferrariam transiens & Romandiolam, venit Florentiam, ubi Curiam tenuit mensibus XVIII. non enim per Bononiam transira voluit, quoniam tunc rebellis erat Ecclesiæ populus Bononiensis, seque a dominio Ecclesiæ post privationem Baldassaris Cossæ (subtraxerar), & in sua rebellione usque tunc perdurabat.

Martinus Italiam pergit,
& Mantuam primum

55 Causa autam, cur potissimum se ad civitatem Florentinam contulit, illa fuit, quia Brachius da Montone totum Ducatum Spoletanus & Patrimonium B. Petri, una cum civitate Perusina, & multis aliis civitatibus, castellis, & terris, occupabat, sibique etiam confœderaverat multos Tyrannos & armorum Capitaneos; quibus sic per tyrannidem occupatis, non erat ipsi D. Martino ad Urbem, ad quam proficisci constituerat, tutus accessus: erat autem per id tempus Brachius de Montone valde potens & armis & terris, & multum amicabatur populo Florentino. Per hanc ergo occasionem, ut mediatoribus Florentinis Brachius terras Ecclesiæ restitueret, & tutum iter ad Urbem Pontifici faceret, Martinus ad civitatem Floreotiæ divertit. Ubi cum Brachius in sua duritia persisteret, & terras Ecclesiæ restituere recusaret; beatus Pontifex ad arma spiritualia recursum habens, contra eum in forma juris processit, & in publico Consistorio excommunicavit, & in terris quas occupabat Interdictum posuit: Ducem Spoletanum, Comitem Antonium de Urbino creavit. Unde Florentini hoc videntes, se mediatores pacis constituerunt inter D. Martinum & Brachium occupatorem; tandemque pax firmata extitit, & Brachius ad pedes D. Martini veniam postulaturus accessit, magnam partem terrarum Ecclesiæ quas occupabat relaxavit, & insuper contra Bononiam rebellem Ecclesię potenti manu se convertit, ut eam in potestatem D. Martini revocaret: pro qua expeditione creatus est tunc Legatus de latere, D. Gabriel Condelmarius, tit. S. Clementis S. R. E. Presbyter Cardinalis, postea Eugenius IV. cum quo Brachius contra Bononiam perrexit, & tandem in potestatem Ecclesiæ civitas ipsa redacta est.

Deio Florentiam subsistit
ubi recuperat Ecclesiæ jura,
rebello ad obsequium Brachio revocato;

46 Martino itaqua Florentiæ existente, personaliter venerunt Florentiam quatuor illi Cardinales, de obedientia olim Petri de Luna, cum magna comitiva Prælatorum & Cortesanorum Hispanorum; ad numerum fere sexcentorum equorum, in valde decenti apparatu: qui in publico Consistorio cum magno gaudio a Papa & a tota Curia suscepti sunt. quorum tres erant Diaconi Cardinales, videlicet S. Georgii, S. Eusebii, & S. Angeli, quartus varo Presbyter, Cardinalis Montis-Aragonum, Canonicus Regularis. Erat per id tempus D. Baldassar Cossa adhue in carceribus apud Heldeberg *ut supra*. Dum Papa sic Florentiæ moraretur venerunt Oratores Imperatoris Constantinopolis, petentes velle uniri Romanæ Ecclesiæ: quos Papa banignissime suscepit, atque Legatum Apostolicæ Sedis super hoc creavit D. Petrum de * Fonte sicco, Cardinalem S. Angeli, Hispanum, virum per omnia doctum: sed præmisit Papa Constantinopolim Fr. Antoniuum de Massa, Ordinis Minorum generalem Ministrum, ad explorandam Imperatoris mentem & dispositionem ad tam sanctum opus. Appropinquabat tampus, quo beatissimus Pontifex Martinus Sedem suam Romanam peteret: sed pro memoriali perpetuo Florentinorum, voluit ante ejus discessum civitatem ipsorum honore Metropolitico decorare. Cum enim habuisset Episcopum ab ipsa pene origine civitatis, Episcopatum erexit in Archiepiscopatum, eique subjecit & Suffraganaos fecit Episcopatus, Vulterranum & Pistoriensem. Consecravit etiam manibus propriis altare sanctæ Mariæ novellæ Ordinis Prædicatorum, ubi continue, dum Florentiæ foret, moram traxit, Indulgentias ibi tribuendo.

recipit Cardinales Benedicti,
& Oratores Imp. CP.
** Fonseca's*
Florentiam in Archiepiscopatum erigit.

17 Et dum jam omnes difficultatet sustulisset, quibus iter suum ad Urbem retardabatur, tandem de Florentia discedens in crastinum Nativitatis Dominæ nostræ, versus Urbem profectus est: quam cum Romanorum omnium incredibili lætitia & singulari applausu intravit XXII. Septembris anno Domini MCCCCXXI Invenit civitatem Romanam pacificam, sed ita inopia laborantem, ut vix præ se civitatis faciem ferret: omnis cultus, omnis ornatus, propter mala quibus afflicta fuerat, ab ipsa recesserat Compassus pius Pastor civitati suæ, omnem modum quo restaurari posset adhibuit: & tandem per Pontificis studium de tempore in tempus sic convaluit, ut inter primores Italiæ civitates, quoad opes & cives egregios, Pontificatus sui tempore, verissime computari potuerit; meritoque etiam non modo summus Pontifex Romanus, sed patriæ Pater debuit appellari. De mense vero Novembris anni sequentis, in Vigilia B. Andreæ, flumen Tiberis extra alveum suum egressum, a Campo Floræ per viam Papæ & Parionis, per portam Flaminiam ingrediens, Urbem inundavit. Templum Pantheon aqua repletum est usque ad altare majus. Dumque aqua sic ad staturam fere duorum hominum excrevisset, navigareturque per vicos quos aqua Tiberis repleverat; tandem post duos dies siccatæ sunt aquæ, & Tiberis ad proprium alveum regressus est, non sine multo Romanorum damno, & animalium quæ in campis remanserunt perditione. Venit futura æstate Romam Rex Ludovicus, (filius) quondam Ludovici Regis, pro titulo regni Siciliæ, quem & a D. Martino impetravit, cum subscriptione Cardinalium tunc præsentium in Curia: qui Rex adoptivus factus Reginæ Joannæ II. putabat per hanc viam consequi posse pacifice regni Siciliæ gubernacula: sed studio partium prædictus Rex Ludovicus repulsus, in Calabriam secessit.

Romam venit an. 1421.
ac pene desolatam egregie restaurat.

18 Appropinquabat tampus quinquennii, infra quod in Papia, juxta Bullam suam & decretum Constantiensis Concilii, debebat beatissimus Pontifex celebrare Concilium, quod & ipse ante discessum suum de Constantia solenniter indixerat: actumque est secretioreque consilio cum Fratribus, præmitteret

Præmittit aliquot ad Papiense Concilium inchoandū

teret

A teret ipse aliquot ad civitatem Papiæ prædictam, qui Concilium illud inchoarent; ipse vero cum Cardinalibus initiato Concilio sequeretur. Destinavit itaque pro hoc Præsidentes suos numero quatuor, videlicet Petrum Donatum Archiepiscopum Cretensem, Jacobum de Campello Episcopum Spoletanum, Petrum Abbatem de Rosario Aquilegiensis diœcesis, Referendarios suos, & Fr. Leonardum de Florentia, generalem Magistrum Ordinis Prædicatorum: qui ad civitatem Papiensem accedentes, neminem invenerunt præter duos Abbates de Burgundia, qui illuc pro celebratione præfati Concilii jam convenerant. Statuta tamen die Præsidentes ipsi, una cum his qui aderant, convocatis etiam Prælatis circumvicinis, in Dei nomine Concilium inchoarunt: & in prima Sessione Missam celebravit Rev. P. D. Andreas Episcopus Poznaniensis, & sermocinatus est Magister Joannes de Ragusio Ordinis Predicatorum: sicque per multos dies steterunt paucis adhuc comparentibus. Supervenerunt tandem ex Anglia Prælati & Abbates aliquot, cum quibus vix aliquid fieri poterat, quoniam Concilium carebat partibus suis ipsum videlicet constituentibus. Nam de natione Germanica nullus venerat; & de natione Gallica erat Episcopus unus tantum, videli-

qui paucos convenisse videntes,

B cet Ambianensis, qui de Episcopatu Constantiensi in Normandia litigabat. Et licet forte cum his paucis qui aderant potuissent multa expediri; tamen parvi momenti cognoscentes fore, quod esset, licet forte juridica, a paucis stabilitum, decreverunt adhuc modicum absentes præstolari. In hac itaque expectatione stantibus tam Præsidentibus Papæ quam ceteris paucis, supervenit Papiæ grandis pestis, quæ compulit Præsidentes ad transferendum Concilium ad alium locum tutum & sanum: habitaque super hoc consultatione, de communi omnium ibi congregatorum concordia in solenni Sessione, translatum est tandem Concilium de Papia ad civitatem Senarum: in quo loco major multitudo convenit ex omni natione, quam Papiæ convenisset.

& peste invalescente, illud Senas transferunt:

19 Per idem tempus D. Alphonsus Aragonum Rex infensus erat D. Martino, pro eo quod titulum regni Siciliæ, ad quod aspirabat, ab ipso habere non poterat. Erat etiam eidem D. Martino Brachius de Montone effectus inimicus, qui ruptis fœderibus pacis, Ecclesiæ velut publicus hostis inimicabatur. Misit igitur Alfonsus Rex ad Concilium Senense Militem quemdam Oratorem suum, qui

quod nimis protrahi videns Martinus,

C quotidie secretas practicas habebat cum quibusdam de Concilio de ducenda Synodo in longum, & quasi vellent iterum per distortas vias introduci facere causam Petri de Luna adhuc superstitis, in Paniscola existentis, qui de Papatu fuerat ejectus. Hæc perpendens D. Martinus, & intelligens quam perniciosum effectum hæc Concilii protractio parere poterat per hæc machinamenta; cum jam aliqua decreta fidem Concernentia in eodem Concilio fuissent publicata; mandavit Synodum dissolvi; prius tamen electo & deputato loco, ubi haberet generale futurum Concilium celebrari. Præsidentes itaque, una cum Prælatis omnium nationum, civitatem Basileensem provinciæ Bisuntinæ concorditer deputarunt pro loco futuri Concilii, ad septennium celebrandi. Per hunc modum & Concilio Senensi, & machinationibus volentium iterum schisma suscitare, finis impositus est.

prudenter dissolvit.

20 Hic beatus Pontifex, anno 11. sui Pontificatus, per manum D. Petri S. Mariæ in Cosmedim Diaconi Cardinalis; coronari fecit in Reginam Siciliæ D. Joannam II. sororem olim Ladislai Regis; quæ tempore succedente Alfonsum prædictum Regem Aragoniæ in filium adoptavit, cum naturalibus & legitimis filiis Regina careret, in eaque domus nobilis

Coronat Joannam 2. Reg. Neap.

de Durachio extincta est. Eumdem tamen Regem D Alfonsum Regina præfata, publice proposita causa, postmodum abrogavit; & Ludovicum, filium Ludovici Regis Siciliæ, a D. Alexandro V. & Joanne XXIII. (depulsi) de regno Siciliæ & præcipue de civitate Aquilana, quam multipliciter obsidebat (Brachius), intromittere (voluit.) Contra quem D. Martinus exercitum paravit: sed Deus de cœlo victoriam ministravit foventi partem justiorem: victus est enim Brachius in campo prope Aquilam, captus & interfectus, corpusque ejus Romam delatum, & extra portam S. Laurentii in loco profano sepultum. Brachii *istius sive* Braccii *Gesta libris sex descripsit Joannes Antonius Campanus, prout ea vidisse Mss. Bononiæ in insigni Canonicorum Regularium S. Salvatoris Bibliotheca testatur Mabilio Itineris Italici pag. 196. in eorumque fine hoc Epigramma legi addit.*

& victo iterum rebellante Brachio

Cum caderes, Bracci, belliclarissime Princeps:
Virtutis cecidit, sorte premente, jubar.
Obiit xvi. Kal. Novembr. MCCCCLVIII.

Per hanc victoriam magna D. Martino felicitas accrevit, & summa quies omnibus terris Ecclesiæ. Nam hoc extincto, civitates omnes quas de- E tinebat, in potestatem Ecclesiæ Romanæ pervenerunt; inter quas fuerunt Perusium, Tudertum, Assisium, innumerabiliaque alia castella & oppida munitissima; multique præterea tyranni & occupatores terrarum Ecclesiæ se tunc D. Martino sponte submiserunt. Hac igitur victoria parta, & terris hujusmodi in Dominio Ecclesiæ existentibus, decrevit almificus Pontifex pace a Deo sibi decœlo parta frui, & ab armis penitus abstinere: sicque omnes ejus nomen reverebantur & timebant. Nullus erat viarum abscissor, nullum peregrinis in via præstitum impedimentum, diu noctuque hominibus securum iter erat, & cum bonis & rebus suis in nemoribus velut in civitatibus aliquando transeuntes habitabant: tantaque erat tranquillitas, tantaque fertilitas, tantaque etiam in omnibus terris Ecclesiæ pax, ut Octaviani Principis tempora venisse crederes.

pacem Ecclesiæ præstat.

18 Hic ad armatam Bohemiæ hæresim extirpandam, quæ omnem pene Germaniam timore perculsam tenebat, in manu forti & potenti, destinavit primo Henricum Cardinalem tit. S. Eusebii, deinde D. Brandam Cardinalem Placentinum, postremo D. Julianum Cardinalem S. An- F geli Apostolicæ Sedis Legatum: qui pro tunc (non tamen culpa sua, sed ignavia potius Catholicorum, hæreticorum potentiam & sævitiam nimium pertimescentium) parum profecit. Hic a Deo dilectus Pontifex multas ecclesias Urbis reparavit, quæ ruinam minabatur. Nam porticum S. Petri, reædificavit. Pavimentum quoque navis mediæ Lateranensis ecclesiæ ex integro magna impensa lapidibus porphyreticis & serpentinis sumptuose valde fecit construi: eamdem etiam navim de novo pretiosis lapidibus & mira arte fabricatis ex parte pingi procuravit; sed morte præventus complere opus non potuit. Palatium etiam Basilicæ XII. Apostolorum, in quo magno tempore habitavit, quasi ex novo construxit. Ad ejus imitationem omnes Romanæ Ecclesiæ Cardinales eorum titulos, ruinæ pene proximos, repararunt, & ad magnum ornatum usque perduxerunt. Hic Papa ordinationem fecit nonnullorum S. R. E. Cardinalium; inter quos nepotem suum, D. Prosperum de Columna, S. Georgii ad Velum-aureum Cardinalem creavit ..... *Hic interponitur Antipapatus Ægidii Munionis, de quo infra.*

Contra Hussitas Legatos mittit:

ecclesias Romanas restaurat & ornat:

19 Habe-

fratrisque illatos assistit;

19 Habebat hic beatus Pontifex [duos fratres germanos] Jordanum Principem Salernitanum & Laurentium Comitem Albi. Erat D. Jordanus grandior natu, quem ut patrem ratione ætatis Pontifex ipse colebat; & Laurentius minor erat ætate, ipseque D. Martinus medius inter eos. Contigit fratrem majorem ex acutissima peste infirmari; & cum morti proximus esset, nequivit se Pontifex continere, quin fratrem, omni timore pestis abjecto, antequam obiret, videret, visitaret, alloqueretur, & manu tangeret, & per magnum spatium cum eo continuo Christiane exhortando remaneret: quod certe grandis, imo excessivi amoris signum ab omnibus extitit judicatum: & quod paucissimi, etiam privati homines fecissent, ipse Pontifex, nimio fratris amore devictus, ex fraterna pietate intrepide facere est aggressus; cujus mortem postea ita patienter tulit, ut de se cunctis spectaculum simul & exemplum præberet. Alter ejus frater, dum in turri quadam igne casu inopinato absumptus foret, mane antequam celebraret (instabat autem dies solemnis) novum istud tam inopinatum & casum tam miserabilem domestici ei nuntiarunt: quo intellecto non dimisit propterea publice divina etiam siccis occulis celebrare: sed quieto & placido, ut videbatur, animo omnem Missæ solennitatem explevit. Erat enim homo constantis & integri propositi, quique ad omnia adversa paratum jam animum haberet.

alterius mortem constanter fert:

20 Cum vero Deus statuisset post tot benegesta D. Martinum ad æternam vitam vocare, circiter finem mensis Februarii anni Domini MCCCCXXXI. ex apoplexia, jam sumpto prandio, infirmatus est; & nocte sequenti paulo ante diem, hic beatissimus & omni ævo memorandus Pontifex Deo animam reddidit, ætatis suæ (ut ferebatur) anno LXIII. cujus quidem mors, non modo popolum Romanum, sed universos Christi fideles magno dolore confecit. Dimisit tamen Ecclesiam ab omni prorsus schismate liberam, & ab omni strepitu bellorum in felicissimo statu quietam. Corpus ejus terræ, ut ipse in vita mandaverat, in ecclesia Lateranensi sepultum est, ante Capita Apostolorum Petri & Pauli; ut quorum semper tenuerat memoriam, & pro quorum semper honore pugnaverat, ipsi apud Deum pro eo fierent continui intercessores.

moritur ipse apoplexia.

21 *Hactenus nostrum Ms. Catalogi Pontificii, finem in* Martino *faciens, licet aliquam multis post ejusdem exitum annis, ex allatis Roma schedis, eleganti manu exarari curatum ab Auctore, non absq; mentione duorum* Martini *successorum* Eugenii IIII. *&* Nicolai V. *Additur autem in fine, eadem qua semper phrasi, ad vacantis Sedis tempus dumtaxat notandum,* & cessavit Episcopatus dies XII. *Idem habet Stella: Platina solum* X. *scribit: Sanctus autem Antoninus tit. 22. cap. 10. in principio, ait, quod post solennes* Martini *exequias, Cardinalibus in Conclavi constitutis,* intra paucissimos dies creatus est summus Antistes Eugenius, anno Domini MCCCCXXX. *usque ex stylo* Romanæ Curiæ*, postquam ex Gallia reducta est, more adhuc Gallicanum tenente, quemadmodum patet ex 3. Bulla ejusdem Eugenii apud Cherubinum Laertium, data anno* incarnationis Dominicæ anno MCCCCXXXI. XV. Kal. Martii, Pontificatus anno I. *quando ex hodierno usu scribendus fuisset annus* XXII. *istius seculi.*

Interpontificiū breve,

22 *Quod ad initium annorum* Martini Pontificali*um attinet, id more majorum (cui vix hactenus quemquam contrarium invenimus) sumpsisse ipsum a die, non Creationis, sed Ordinationis, probat Bulla ejus 19. apud Waddingum,* Data Walkern Electo Roslensi, XVIII. Kal. Decembris, anno I. *adhuc durante usque ad* XII. Kalendas, *licet anniversarius a Creatione, facta* XI. *Novembris, jam quatriduo præteriisset. Accipitur ergo recte Bulla ista, ut data anno* MCCCCXVIII. *nec enim nondum ordinato fas fuisset Episcopum instituere, sicut ibi facit; & ut fas fuisset, negotia urgentiora quæ totum tunc requirebant* Martinum *id non permisissent. Itaq; quæ apud eumdem Waddingum est Bulla* 122. data III. Idus Novembris, *ipso Ordinationis anniversario, recte ponitur prima earum, quas dedit anno Pontificatus* VIII. *exeunte anno Christi* MCCCCXXIV. *Bullæ vero* 214. *&* 215, datæ XVI. & XV. Kalend. Decembris anno XII. *non pertinent ad annum* MCCCCXXVIII. *uti credidit Waddingus, sed ad* MCCCCXXIX. *quia ad habendum finem anni* XII. *adhuc deerant dies* V. *vel* VI.

Initium annorum Pontificatus.

COMPENDIUM CHRONOLOGICUM

Rerum ad Decreta Constantiensia eorumque sensum & auctoritatem spectantium.

Servato titulo, quo Illustrissimus Auctor intentum ea lucubratione scopum optime explicuit, libertatem sumo, sententiarum ejus tenorem interpolandi partitione Paragraphorum magis historica, & omittendi brevitatis causa allegationes originalium Actorum Auctorumque, post singulos pene articulos subjunctas. Sit ergo

§. I. *Pisani Concilii irritus pro statuenda unione conatus, eumque secutus duarum Obedientiarum Constantiæ congressus, ad eumdem finem.*

UT Constantiensis Concilii historiam a sua origine repetant Actorum ipsius compilatores, notare consueverunt, quod ex Pisano cœperit; Pisanum vero Concilium ortum habuerit ex horrendo schismate, quod sequenti occasione inconsutilem Christi tunicam dilaceravit. Clemens V. anno MCCCV. ex Archiepiscopo Burdegalensi in Romanum Pontificem eligitur: qui, pro suo in nationem Gallicam amore, Sedem Apostolicam Avenionem transtulit, ubi plus quam LXX. annis sub variis Pontificibus permansit. Anno MCCCLXXVIII. Gregorius XI. hortante etiam S. Catharina Senensi, ad Urbem rediit: eoque ibidem fatis functo XXVII. Martii: Cardinales, ad instantiam Plebis, Papam Italum petentis, VIII. Aprilis elegerunt Archiepiscopum Barensem, qui se Urbanum VI. nominavit. Cardinales vero Galli, cum tribus Italis, asserentes eum per metum electum, Fundis convenerunt; & XXV. Septembris Robertum ex Comitibus Gebennensibus elegerunt in Pontificem, qui Clementis VII. nomen assumpsit, & Cathedram rursus Avenionem transferre conatus est.... Ex horum duorum electione ortum habuit magnum & horrendum schisma, cui nullum simile fuit, neque temporis, diuturnitate, neque causæ & rei dubietate, neque regnorum & provinciarum divisione. Clementi enim VII. adhæserunt omnes Galliæ, ab Alpibus inclusive usque ad Belgium & Oceanum Britannicum, Scotia, Hispania cum insulis eidem subditis, Cyprus, Rhodus & Janua; Urbano autem paruerunt reliqua regna & provinciæ, Italia nimirum cum suis insulis, Germania, Belgium, Bohemia, Hungaria, Polonia, & Anglia.....

Schisma ortum, sub annum 1378. orto,

2 Mortuo Romæ Urbano VI. a Cardinalibus istius Obedientiæ, anno MCCCLXXXIX. IV. Nonas Novembris, electus est in ejus locum Bonifacius IX. cui anno MCCCCIV. successit Innocentius VII. qui, una cum Cardinalibus in Conclavi existentibus sese juramento adstrinxerat ad cedendum Papatui, quoties alterius Obedientiæ Pontifex idem faceret; quod juramentum quoque præstitit Innocentii successor Gregorius XII. anno MCCCCVI. mense Decembris in

colludentibus inter se æmulis Gregorio 12. & Benedicto 13.

Pon-

Pontificem clectus; sicut & præstiterat Avenione Petrus de Lona, Benedictus XIII. in Clemeotis VII. successorem anno MCCCXCIV. substitutus . . . . . Anno MCCCCVIII. Gregorio XII. & Benedicto XIII. promissionem cedendi Pontificatui non adimpleotibus, Cardinales utriusque Obedientiæ ab iis recesserunt; & duos illos de Papatu cootendentes ad Concilium, pro extirpatione schismatis & unioòe Ecclesiæ Anno sequenti habendum, evocaront.....Ast Benedictus XIII. post subtractam sibi per Galliæ Regem obedientiam, fugit in Aragoniam ad Peepioianum, seque Concilii judicio subjectum non esse respondit; Gregorius vero XII. Seoas retrocessit, ad se Concilii convocationem spectare asseruit, ipsosque Cardioales ad aliud Concilium in provincia Aquilejeosi evocavit....

madeni vo-lens Concilium Pisanum 1409.

3 Anno MCCCCIX. celebratur ab utriusque Obedientiæ Cardinalibus Pisanum Coorilium, in quo adeo non fuit derisa quæstio de superioritate Concilii, ut oe quidem decisa fuerit quæstio de auctoritate Coocilii supra Papam tempore schismatis. Licet enim Universitatum Parisiensis & Bononiensis seotentia esset, quod, stante dubio Papatus inextricabili, propter dubium facti & juris, provisio spectet ad Coocilium & Ecclesiam universalem; Patres tameo Pisaoi non fuerunt ausi hoc titulo duos de Papatu cootendentes deponere; sed volueront primum probari, Gregorium & Benedictum ad invicem colludere; &, non quidem docendo, sed operando contra Articulum Symboli de una Ecclesia Catbolira, schisma fovere, eosque proinde, tamquam schismatis nutritores & veros hæreticos censeri debere..... Die v. Junii Sessione xv. Patres Pisani, *Visis & diligenter inspectis omnibus & singulis, productis, probatis, & agitatis in præsenti causa; habitaque prius inter se ipsos, & demum cum copiosa multitudine Magistrorum in sacra Theologia atq; utriusq; Iuris Doctorum pluries diligenti collatione; tãdem, deliberatione matura, in prædictos, tamquam de Papatu colludentes, schismaticos, & veros hæreticos, sententiam depositionis* pronuotiant; & die xxvi. Junii Cardinales in eorum locom eligunt Petrum de Candia, Ordinis Minorum, qui se Alexandrum V. nominavit.....

Intacta superioritatis quæstione, ipsos ut hæreticos abdicavit,

4 Depositis in Conrilio Pisaoo duobus contendentibus, & io eorum locum suffecto Alexandro V. schisma non extinctum, sed adauctum fuit: nihilque aliud Patres Pisaoi assecuti sunt, quam quod duobus de Papatu contendentibus tertium adjecerint. Non obstaote enim prædicta depositione, Benedicto adhæserunt regoa Scotiæ, Navarræ, Castellæ, & Aragonum, cum Sicilia, Majorira, & Canariis insulis, aliisque terris tam Regi Aragonum quam Comitibus Fuxi & Armeniaci subjectis: Gregorio vero XII. dudum post Pisanum Concilium, paruit regoum Neapolitanum; & usque ad Sessionem decimam quartam Coostaotiensis Concilii, in ipsius obedientia fuerunt Carolus de Malatestis cum Romandiola, Duces Bavariæ cum pluribus Episcopis Germaniæ, ultra plures timoratos, qui Gregorium usque ad cessionem Papatus pro vero Pontifice babuerunt, ut testis est S. Antoninus parte 3. tit. 22. ubi affirmat Gregorium XII. non collusisse, nec schismaticum aut hæreticum fuisse.....

& schisma auxit, electo Alexandro 5.

5 Anno MCCCCX. mortuo Alexandro V. ab ejus Obedientiæ Cardinalibus in Pontificem eligitur Balthassar Cossa, Legatus Bononiensis, qui Joannis XXIII. nomen assampsit; & cum Rege Romanorum Sigismundo Laudam aono MCCCCXIII. convenit, ubi, pro extirpatione schismatis & unioòe Ecclesiæ, Concilium Coostaotiense ad annum sequeotem convocavit . . . . . Anno MCCCCXIV. die XXVIII. Octobris, Joaones publice Constaotiam intravit, & XVI. meosis Novembris primam Sessiooem habuit: in qua nihil omnino actum est de materia Unionis, sicut nec post illam Sessionem usque ad finem Jaouarii sequeotis, *quia apud aliquos erat morbus Noli me tangere*. . . . . Die IX. Novembris MCCCCXV. ante valvas Conventus Augustinianorum, qui pro habitatione Legatorum Gregorii XII. parabatur, affiguntur insignia, vulgo Arma, prædicti Pontificis; quæ sequenti nocte, de mandato forsan Joannis XXIII. amota fuerunt: ob quod gravis quæstio exorta est inter Patres Concilii, quorom aliqui, Arma prædicta a Legatis apponi non potuisse, alii recte apposita fuisse existimarunt: omnes autem in eo coovenerunt, quod Gregorius ipse, si personaliter Constantiam advenisset, Arma Pontificia, non obstante Joanois XXIII. præsentia, potuisset affigere.....

cui successit Ioannes 23.

Concilium Constantiæ incipit 1414

6 Anno MCCCCXV. mense Januario, Legati Gregorii petunt salvum conductum a Rege Romanorum; & Joaones Dominici, cum Capello rubeo, tamquam Cardinalis, Constantiam ingredi cupit. Variæ hanc ob rem inter Patres exortæ sunt disceptationes: & quamvis Joannes XXIII. indubitatus Pontifex baberi volens, Gregorium, instar Pseudo-pontificis ob hæresim Pisis damnati, ejusque Legatos minime audiendos esse putaverit; Concilium tameo mentem Joanois in hoc minime secutum fuit; & quæstionem de jure Pontificatus intactam relinquens, Joanni Dominico, in habitu Cardinalitio, Coostantiam ingredi permisit XXII. Januarii . . . . . Cumque Ludovicus Bavariæ Dux pro Gregorio XII obtulisset Patribus Concilii, quod sese uniret, & Gregorius ipse persooaliter ad Concilium accederet, si Joanoes XXIII. a præsidentia ipsius amoveretur; nonnulli Patres exinde ansam arripuerunt agendi de materia Unionis. Circa initium itaque mensis Februarii, cum Cardioalis S. Marci schedulam publicasset, qua de variis viis, quibus ad unionem deveoiri potest, meorem suam exponebat; & de via coactionis oonnulla scripsisset, quæ Joannis auctoritatem lædere videbaotur; pro eadem tres schedulæ editæ sunt, in quibus pro hæretico babendus esse dicebatur, qui indubitatum Pontificem, de nullo hæresis crimine infamatum, ad Pontificatui cedeodum cogi posse tuetur.

ad quod recipiis Legatis Gregorii.

cessionem offerente si cederet Ioannes,

7 Quibus schedulis per nonoullos Coostantiæ editis, aliam schedulam vulgavit Petrus de Alliaco Cardinalis Cameracensis, in qua per modum Conclusionum de aliorum opinionibus sententiam suam exposuit. Ac prima quidem Cooclusione supponit, agi de Pontificatu, quem licet obedientia Joannis XXIII. eidem canonice competere existimabat, aliæ tamen duæ Obedientiæ probabiliter contrarium tenebant; quodque io ea opinionum diversitate non essent minores difficultates juris & facti, quam erant ante Pisanum Concilium. Statuit autem Conclusione sexta, quod, attenta perplexitate casus præsentis, contendentes, pro pace Ecclesiæ accelerandâ, possint ad cessionem compelli, & nolentes cedere deponi: eamque Cardinalis Cameracensis opinionem Concilium secutum postea fuisse, ex infra dicendis constabit . . . . . Tunc vero prætermisso supradictorum examine, solam viam cessionis teotandam esse idem Concilium credidit, & pro ea apud Joannem instare cœpit: qui die II. mensis Martii, io Sessione publica obtulit, se Papatui cessurum pro unione Ecclesiæ, casu quo alii duo de Papatu contendentes per se vel per Procuratores cedereot.....

bonam cogi posse censuit Petrus de Alliaco,

stante inde utrumque ambigui perplexitate.

§. II. *Ioannis XXIII. & Gregorii XII. procurata cessio, tamquam securior ad schisma tollendum via.*

8 Die XI. Martii cœpit Rex Romaoorum, cum Nationibus Galliæ, Germaniæ, & Angliæ, instare apud Joanoem, quod vellet constituere Procuratores ad cedeodum Papatui, ubi & quando Concilio videretur

Ioannes, qui tamquam sibi cessionem videns,

A retur expedire. Quod cum Joannes animadverteret excogitatum, ad ipsum ante alios duos contendentes Papatu privandum; nihil intentatum reliquit, ut hoc telum a se averteret; obtulitque die xv. ejusdem mensis, se Papatui cessurum pro unione Ecclesiæ; & casu quo per ipsum staret quo minus unio fieret; tunc ab omnibus vellet haberi pro non Papa, perinde ac si Papatui expresse renuntiasset. Verum persistentibus Germaniæ & Angliæ Nationibus in petendo Procuratorio; & die xix. Martii accedente ad earum conclusionem majori parte Nationis Gallicanæ; Papa hoc sentiens, post mediam noctem, inter diem Mercurii & Jovis xxi. Martii, fugam arripuit, Duce Austriæ Friderico illum conduci faciente: & Schaffusam, quatuor milliaribus Germanicis a civitate Constantiensi distantem, pervenit..... Ex hoc Papæ discessu magna mox oritur turbatio Constantiæ; nec minus ex mandato, quod mox post fugam suam eo misit, & valvis ecclesiæ affigi jussit, quo omnes Romanæ Curiæ Officiales suosque familiares Schaffusam evocabat. Unde Collegium Cardinalium, die xxii. Martii, nominavit tres Cardinales Legatos ad Papam, ne Concilium dissolveret, sed Procuratores ad renuntiandum Papatui constitueret.

Constantia profugit, & Concilium dissolvit,

B

9 Legatis autem die sequenti ad iter se parantibus, monentur omnes Cardinales, pro parte Regis Romanorum & Nationum, ut vellent interesse Missæ sancti Spiritus, pro unione Ecclesiæ & extirpatione schismatis. Post quam Missam habuit sermonem Joannes Gersonius, Universitatis Parisiensis Cancellarius, in derogationem Jurisdictionis Apostolicæ..... Occasione hujus sermonis orta est quæstio, tam Schaffusæ quam Constantiæ, de potestate Ecclesiastica. Cum enim tres Cardinales Legati eodem die Constantia discessissent; & una cum eis Archiepiscopus Remensis, Ludovicus Bavariæ Dux, & Nicolaus de Calvilla, Regis Galliæ Oratores ad Joannem pervenissent, ac de sero cum eodem locuti fuissent, Papa amaro animo conquestus est cum Oratoribus prædictis, quod Joannes Gersonius, unus ex ipsorum collegis, quædam contra Sedis Apostolicæ auctoritatem effutire ausus fuisset, aliosque Patres ad falsa & erronea contra Romanum Pontificem concludenda incitasset. Hæc autem querela, apud Oratores Christianissimi Regis interposita, effecit, quod ea de re cum Cardinalibus egerint, & sese cum iis conjunxerint, ac Decretis contra Sedis Apostolicæ auctoritatem edendis obstiterint. Joannes vero eodem die xxiii. Martii, datis ad Wladislaum Poloniæ Regem aliosque Principes litteris, conquestus est inter alia, quod Constantiæ suffragia Patrum neque libera essent, neque singulorum vota in Sessionibus audirentur; sed quatuor suffragia quatuor Nationum, per earum Præsides lata, totam auctoritatem Concilii repræsentarent.....

Tum mota Superioritatis quæstio,

Cardinalibus & Francis legatis r. ...? mentibus;

10 Die xxv. Martii, Constantiam redux Archiepiscopus Remensis, offert Regi Romanorum & Nationibus Procuratorium ex parte Joannis: sed exacerbatis ad ipsius fugam Patrum animis cuncta quæ pro illo offerebantur, figmentorum instar habita sunt: & feria tertia post Palmas, quæ fuit xxvi. Martii, celebrata est ante meridiem Sessio iii. cui non interfuere nisi duo Cardinales, Cameracensis nimirum & Florentinus, reliquis omnibus aut Schaffusæ constitutis, aut indecorum reputantibus eidem assistere, ut fidem faciunt Acta Victorina. Constitutum autem fuit in illa Sessione, Concilium Constantiense, per recessum Joannis, dissolutum non fuisse; sed nec dissolvi debere ante extirpationem schismatis, nec ad alium locum sine consensu Concilii transferri posse; neminem demum sine justa causa ante finem Concilii discedere licere. Quæ omnia Petrus de Alliaco Cardinalis Cameracensis, & Franciscus Zabarella Cardinalis Florentinus, non alia ratione publicari permiserunt, nisi sub conditione, quod Joannes ea ratificaret. Omissam hac de re a Basileensibus in compilatione Actorum Constantiensium Protestationem, habeo in Regesto Concilii & Ms. Capranicensi, ex quo eam addit Labbæus. Post istam Sessionem eodem die Constantiam reversi sunt tres Cardinales Legati, cum duobus aliis: qui de sero, coram Rege Romanorum & quibusdam Patribus, agere cœperunt de auctoritate Joannis; qui sibi, tamquam vero & indubitato Pontifici, potestatem dissolvendi Concilium competere existimabat, eaque occasione locuti sunt contra ipsum Concilium, scilicet quod dissolutum esset, propter absentiam & discessum Papæ. Cum vero nonnulli Patres sese acriter opponerent, suscitato contra Cardinales clamore, Cardinales insalutato hospite abierunt.

definitum quomodo cre Concilium;

D

11 Die Mercurii post Palmas, Cardinales & Ambassiatores Regis Francorum, volentes lenire quæ præcedenti die pronuntiaverant, retulerunt Nationibus & Regi in congregatione publica, quod Joannem induxerant ad dandum Procuratorium, & continuandum Concilium, & non fugiendum ad loca remotiora, dummodo ipsi præstaretur securitas. Quæ parum accepta fuere Nationibus & Regi: omnia enim, tamquam ludicra, & ficte pro parte Joannis oblata, credebantur. Unde multæ altercationes, tam ipsa die xxvii. quam xxviii. sequenti, fuerunt inter Dominos Cardinales & Nationes; fuitque ibidem exclamatum: *His non obstantibus, fiat Sessio: fiat Sessio*..... Die Veneris sancto Joannes a Schaffusa de novo aufugit; unde, turbatis contra ipsum cunctorum animis, plures ex Nationibus, Germanica, Gallica, & Anglicana, deliberarunt in crastinum celebrare Sessionem iv. & in ea statuere, Primo, quod Concilium Constantiense potestatem habeat immediate a Deo, cui etiam Papa obedire teneatur in his quæ spectant ad fidem, extirpationem schismatis, & reformationem Ecclesiæ in capite & in membris. Secundo, quod cogi possit, si obedire contumaciter contempserit. Tertio, alia plura. Quæ omnia, contradicentibus pluribus Patribus, apud Nationes conclusa sunt. Cum autem non solum Nationi Italicæ displicerent, sed & sacro Cardinalium Collegio ad deliberandum oblata non fuissent; noluerunt dicti Cardinales & Ambassiatores Regis Galliæ ad Sessionem venire, nisi inter alia Capitula secundum omitteretur, & in Primo non fieret mentio reformationis Ecclesiæ in capite & in membris.....

tum vero Joannis fuga irritatis primus,

E

compta decreta Sessionis 4.

F

12 Sabbato in Vigilia Paschæ, cum Patres jam parati essent cum mitris & pluvialibus ad celebrandam Sessionem, mediante Rege Romanorum, *adhibitum est quoddam moderamen in expediendis in illa Sessione*, quod nimirum inter cetera Decreta omitteretur secundum, de potestate coactiva Concilii, & in primo nulla fieret mentio de reformatione Ecclesiæ: sicut reipsa observatum fuisse testantur omnes Codices Mss..... Porro cum Cardinalis Florentinus, ad quem, tamquam ultimum Cardinalem publicata, venisset ad verba de reformatione Ecclesiæ in capite & in membris, quæ Nationes in schedula delere omiserant; *substitit, eaque falsa esse, & præter communem deliberationem addita*, asseruit; unde non solum tunc omissa fuit clausula de reformatione; sed eadem Sessione iv. Cardinales monuerunt Nationes, *quod suspenderent ad tempus materias illas, quæ habent magnas difficultates, & maturam exigunt deliberationem*..... Post iv. Sessionem Patres Constantienses non instituunt de Articulis & Decretis controversis examen publicum coram Nationibus, neque statuunt coram Concilio ipso habendum; sed, quasi de re parvi momenti

quibus intercedunt Cardinales;

Nationibus autem ad ea perferenda paratis.

ti ageretur, nominarunt aliquos, qui cum Cardinali Florentino desuper agerent. Ubi autem inter eos aliqualiter disputatum est, Deputati quatuor Nationum die 11. Aprilis inter alia multa statuerunt, *quod proxima Sessione omnes articuli & clausulæ, concordata per Nationes, in ultima Sessione prætermissæ expediantur* ....

protestantur illi se non consentire;

13 Die vi. Aprilis, cum Cardinales Nationibus nullatenus consentirent, quoad articulos & clausulas Sessione iv. prætermissas, easque se invitis Sessione v. publicandas esse percepissent; statuerunt primo non venire ad Sessionem, sicut & quatuor Cardinales ad eam venire noluerunt: ubi autem alii animadverterunt, omnes sine publico scandalo & periculo dissolutionis Concilii abesse non posse, statuerunt ad Sessionem venire, præmissa tamen Protestatione secreta, in camera Paramentorum palatii Constantiensis, *quod propter scandalum evitandum ad Sessionem ibant, non animo assentiendi his quæ audiverant in ea statui debere*. Eamdem protestationem fecerunt quoque Legati Regis Galliæ, qui sese quam strictissime cum Cardinalibus conjunxerant. Adeo ut, non solum contra mentem Joannis, sed & contra sententiam totius sacri Collegii Cardinalium, & ipsorum Galliæ Legatorum, publicata sint Decreta, quæ D. Maimbourg de superioritate Concilii intellecta, non solum indubitatæ auctoritatis, sed instar dogmatum fidei habenda esse credebat ..... Præmissa igitur protestatione jam dicta, ad Sessionem v. venerunt Cardinales, & inter eos Florentinus, Canonistarum sui temporis facile princeps, ad quem tunc spectabat Decretorum publicatio: qui rogatus ut Decreta legeret, munus illud exequi recusavit.

publicantur nihilominus Decreta,

& usque ad xi. Sessionem Nationes independenter a Collegio agunt;

14 Electus igitur Poznaniensis, *legit Decreta, per modum Constitutionum Synodalium, quia Cardinalis Florentinus ea legere noluit*. Postquam autem ea sic recitasset, legit alia *in materia fidei*, contra hæreses Wicleffi, Hus, & Hieronymi de Praga ..... Lectis Decretis, *tamquam prius* (ante Sessionem iv.) *apud Nationes deliberatis & conclusis*; dicere quidem potuerunt quatuor Præsides, quod illorum publicatio placeret majori parti Nationum, non tamen Collegio Cardinalium. Cum enim Cardinales, post fugam Joannis, frustra petiissent pro sacro Collegio suffragium, a Nationum suffragiis distinctum; separarunt se a Nationibus, earumque congregationibus interesse noluerunt: unde factum est, quod Nationes sine Cardinalibus deliberarint & concluserint: sicque a iii. Sessione, usque ad xi. inclusive, *pene in omnibus Decretis Concilii factum est, Cardinalibus invitis, quod tam arcto & brevi tempore ostensa sint Decreta jam conclusa in Nationibus, ut non fuerit in eorum potestate sufficienter deliberare, & in magnum contemptum habiti fuerint* .... Quamvis igitur reperiatur, quod singulis Sessionibus præsederit unus ex Cardinalibus; qui votum tulisse perhibetur; nullibi tamen significatur eum, decem primis Sessionibus, pro sacro Collegio votum tulisse...... Imo in Gestis Concilii Sessione xiv. dicitur; *Et responderunt quatuor Prælati pro quatuor Nationibus, Placet: & Cardinalis Ostiensis pro Collegio Cardinalium, Placet: & hoc nunc primo responsum est ex parte Cardinalium.*

15 Die xiv. Maji Sessione xi. lecta est sententia contra Joannem XXIII. in qua mentio fiebat criminis & fautoriæ schismatis; ut, sicut Concilium Pisanum eo titulo deposuerat Gregorium & Benedictum, ita Constantiense eodem Joannem, de Pontificatu cum superioribus contendentem, deponeret. Verum cum, lecta sententia, Cardinalis S. Marci cunctos Patres admonuisset, quod Joannes sæpius obtulisset conditiones unionis, & Procuratores ad nomine suo Papatui cedendum nominare voluisset, sicque de fautoria schismatis & crimine hæreseos non constaret; Patres sententiam ferre ausi non sunt, sed consensum ipsius Ioannis accedere voluerunt. Unde post Sessionem xi. *Rex, Cardinales, & Deputati, pluresque alii tractaverunt materiam, quod Papa consentiret sententiæ suæ depositionis, & ex abundanti renuntiaret. Et fuit ordinatum quod aliqui Cardinales, videlicet de Ursinis, Cameracensis, de Thellanco, Saluciarum, & Florentinus, irent ad Papam, qui erat detentus in oppido Cella ad duo milliaria; non tamen ex parte Concilii, sed Collegii; ad persuadendum sibi contenta in dicta schedula: qui iverunt, & Papa consensit* ..... Ergo; Sessione xii. die xxix. Maji, lata est in Ioannem sententia, quam Concilium misit ad Papam Cellæ detentum: qui ut sese Concilio subjecerat, ita sententiæ illius acquievit, *& ex abundanti renuntiavit* .....

donec Ioannes depositioni suæ consensum dedit;

16 Deposito Joanne XXIII. statim Gregorius XII. de cedendo Pontificatui egit, & pro ineunda unione Constantiam misit Carolum de Malatestis, Dominum Ariminensem, & pro Sede Apostolica Flaminiæ sive Romandiolæ Rectorem; qui Constantiam ingressus est die xv. Iunii, ac postridie Sigismundum Romanorum Regem salutationis causa invisit; significans missum se a Gregorio ad dandam pacem Ecclesiæ; directumque ea de causa ad ipsum Regem, non ad Concilium, quod illud Gregorius non approbaret ..... Die iv. Iulii Sessione xiv. facta est unio Obedientiæ Gregorii in manibus Regis Romanorum, non vero Concilii. Dederat namque Gregorius in mandatis, tam Carolo de Malatestis quam aliis Nuntiis suis Constantiæ constitutis, ne Concilii tamquam a Joanne convocati auctoritatem agnoscerent. Antequam igitur prædicti Nuntii sese unirent Patribus Concilii, convenit inter utramque Obedientiam, quod non fieret mentio de Pontificatu Joannis; & ex parte Gregorii fieret, nova convocatio Concilii: quæ duo Sessione xiv. observata fuerunt, ut patet ex omnibus Actis Constantiensis Concilii, tam editis quam ineditis: in iis enim refertur, Joannem Dominici, nomine Gregorii XII. Concilium Constantiense convocasse & auctorizasse: ipsum vero Concilium, per organum Archiepiscopi Mediolanensis, dictam convocationem & auctorizationem admisisse; hisque observatis, cessionem Papatus nomine Gregorii factam, ejusque Obedientiam Obedientiæ Joannis junctam fuisse.

qua facto, cessurus etiam Gregorius,

prius suo nomine Concilium convocat,

§. III. *Benedicti XIII. a sua ipsius Obedientia sectatoribus deserti, Abdicatio per Concilium tunc primum Generale.*

Duabus Obedientiis jam unitis accessura tertia,

Postquam Sigismundus Romanorum Rex, cum Deputatis Concilii ex una parte; & Rex Aragoniæ, cum Regum Castellæ & Navarræ Oratoribus, ac Comite de Fuxo de Obedientia Benedicti XIII. ex altera parte, sæpius Perpiniani egissent de unione; tandem concordata inierunt die xiii. Decembris, in Capitulo Narbonensis ecclesiæ, quæ a civitate nomen Narbonensium obtinuerunt. Primus articulus fuit, quod fieret nova convocatio Concilii ab utriusque partis Prælatis: sic ut Patres Constantiæ congregati, absque ulla mentione generalis Concilii, vocarent Prælatos Obedientiæ Benedicti; & Prælati illi, vice versa, convocarent Patres Constantiæ existentes ad Concilium, in quo se unirent: qua unione mediante, Constantiense *Concilium universale totius Christianitatis fieret*, quod, juxta Obedientiam Benedicti, non nisi particularis congregatio fuerat. .... Anno MCCCCXVI. Die iv. Februarii, in Congregatione publica Patrum Constantiensium, lecta sunt Concordata Narbonensia; *& singulariter per singulos Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, Ambassiatores Regum & Principum, atq; universaliter per universos, approbata, confirmata & observari jurata* ordinatumque, quod Colle-

Concilium etiam ipsa de novo convocat;

A Collegium Cardinalium & quælibet Natio deputaret aliquos, ad faciendum omnia quæ ad executionem dictorum Capitulorum pertinebant; a quibus Deputatis ordinatæ sunt litteræ convocationis Hispanorum, juxta formam sequentem. *Miseratione divina Episcopi, Presbyteri, & Diaconi Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Prælati, & ceteri in Constantia provinciæ Maguntinensis in Christi nomine congregati, Illustri Principi Ferdinando Dei gratia Aragonum & Siciliæ Regi &c.* ubi nulla fit mentio generalis Concilii, sicut nec in toto Epistolæ contextu, ut quisque videre potest.

Jonius tamen procedit unio;

18 Prima die Martii intravit Constantiam Generalis Magister Ordinis B. Mariæ de Mercede, tamquam Orator Ferdinandi Regis Aragonum. Ultima autem die Aprilis sequentis, nuntiatum est Patribus, Regem illum, in sua resolutum initia, vitam cum morte commutasse. Ex quo cum in dubium vocaretur unio cum Obedientia Benedicti; xvi. Maji allatæ sunt litteræ Alfonsi Primogeniti Regis Aragonum, qui patri successerat, & se illius propositum, in materia unionis, totis viribus perfecturum promittebat. Lente interim processit negotium; & cum iv. Julii, secundum concordata Narbonensia, Legati Regum Castellæ & Navarræ, cum Oratoribus Comitis de Fuxo & Præla-

B tis Obedientiæ Benedicti, Constantiæ adesse deberent ad unionem ineundam; nemo pro parte Regum, Principum, Communitatum, & totius illius Obedientiæ comparuit, præter Generalem Ordinis B. Mariæ de Mercede, Nuntium Regis Aragonum defuncti. Post decem dies, xiv. Julii, allatæ sunt litteræ Regis & Reginæ Castellæ, *ad Congregationem quatuor Nationum in Constantia* (sic enim inscripserant) non vero ad Concilium Generale Constantiæ congregatum, utpote quod Obedientia Benedicti ante suam unionem agnoscere nolebat. *Lectæ autem fuerunt*, xv. Julii apud Deputatos, *& continebant, quod Rex & Regina acceperant litteras dictæ Congregationis, exhortatorias mittendi Constantiam pro unione Ecclesiæ, cui rei adhuc vacare non potuerant, obstante morte Regis Aragonum, tutoris Regis Castellæ, qui Regnum Castellæ & Regem gubernabat: sed quam primum mitterent ad Constantiam suos Nuntios solemnes, plene instructos.*

propter absentiam Hispanorum;

& appulsis Aragonis.

19 Die v. Septembris, quinque Legati Alfonsi, novi Aragonum Regis, intraverunt Constantiam, cum quibus sæpe actum est de ineunda unione, juxta concordata Narbonensia. Cum autem illi in mandatis haberent, quod sese Concilio unirent, *advenientibus Prælatis Hispaniæ*, quorum nemo hucusque advenerat;

C responderunt, *quod videbatur ipsis expediens, expectare Legatos Regis Castellæ, quod ille esset major & præcipuus Hispaniarum Rex*, Cumque huic responso non acquiescerent Patres Concilii, post mensem integrum quo hac de re actum erat, *Legati Regis Aragonum dixerunt, quod vellent se unire Concilio; non tamen reputare esse generale Concilium, neque agi de rebus Concilii generalis, donec venirent Legati Regis Castellæ*. Die xv. Octobris Sessione xxii. unio facta est cum Legatis Regis Aragonum, sub conditione, quod haberent in Natione Hispanica voces tantæ auctoritatis, quantæ essent voces omnium Prælatorum & personarum Cleri regnorum dicti Regis, quæ citra & ultra mare possidebat, in quibus erant insulæ Canariæ, Siciliæ, Sardiniæ, Corsicæ & Majoricarum. Licet autem Legati Regis Portugalliæ, qui post Sessionem xxi. die v. Junii primum Constantiam advenerant, contra concessam Aragonensibus vocem protestati essent; & Legati Jacobi Comitis Marchiæ, appellantis se Regem Siciliæ; qui etiam tunc primum appulerant, contra loca Aragonensibus tributa egissent; processit tamen Concilium ad unionem, juxta concordata Narbonensia; quorum primo Capitulo, de no-

acceptatur nova convocatio;

va convocatione Concilii, publice perlecto, dixerunt Legati Regis Aragonum: *Cui quidem Capitulo satisfacientes, convocamus vos omnes Prælatos & ceteros Dominos de hac Congregatione, juxta tenorem dicti Capituli*. Ubi videre est nullam fieri mentionem generalis Concilii, sicut nec facta est ab Archiepiscopo Mediolanensi, qui nomine Concilii legit schedulam sequentem, *Nos permissione divina Episcopi, Presbyteri, & Diaconi Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Prælati, & ceteri hic congregati, dictam convocationem acceptamus* ..... D

editurque Tractatus de auctoritate Ecclesiæ & Cardinalium.

20 Edidit circa hoc tempus Petrus de Alliaco Cardinalis Cameracensis Tractatum suum, de Ecclesiæ & Cardinalium auctoritate. Licet enim Illustrissimus Annalium Continuator Spondanus putet, Tractatum illum editum fuisse anno MCCCCXV. post fugam Joannis; & licet initio Tractatus inter opera Gersonis notatum habeatur, quod *liber scriptus* sit in Concilio Constantiensi anno MCCCCXVII. in antiquo tamen Codice Ms. Bibliothecæ Vaticanæ; habetur ad finem ejusdem Tractatus, *Explicit Tractatus de Ecclesiastica potestate, editus a D. Petro de Alliaco Cardinali Cameracensi, datus Constantiæ de mense Octobris anno Domini* MCCCCXVI. Fatetur autem Cardinalis Cameracensis inter alia, quod *apud nonnullos magnam perplexitatem induxit, an Nationes Constantiæ congregatæ haberent auctoritatem privandi Romanam Ecclesiam, & sacrum Collegium ipsam repræsentans, jure suo, habendi scilicet vocem in sacro Concilio, & summum Pontificem eligendi*. Significat autem Parte 1. cap. 4. se ideo dubium illud cum aliis omnibus proposuisse, *ut in Consiliis super his deliberetur, & provideatur quod in futurum Acta non possint ab æmulis reprobari*. Quæ bene notanda sunt; cum ex his pateat, ab ipso Constantiensis Concilii tempore nonnulla ejus Decreta in dubium revocari cœpisse. E

Unitis Aragonis.

21 Post Sessionem xxii. cœperunt mense Novembri Legati Aragonum facere Nationem Hispanicam, & non solum dare Deputatos pro instituendo processu contra Benedictum XIII. sed & subsignare per modum Nationis acta & mandata Concilii, ob quæ graves controversiæ ortæ sunt inter Nationes ..... Sessione xxv. die xiv. Decembris, Xanzius Olorinensis & Bernardus Adurensis Episcopi, Legati Comitis Fuxi, unierunt se Concilio nomine dicti Comitis & trium Statuum Bearnæ. Exhibitis igitur Procuratoriis Episcoporum, Abbatum, Capitulorum, Cleri, atque Baronum & Nobilium ac Plebis, Statuum prædicti Ducis, facta est nova Concilii convocatio, juxta concordata Narbonensia; ut facta erat Sessione xxii. quando regnum Aragoniæ sese Concilio univerat, ... Mense Decembris intraverunt quoque Constantiam quatuor Legati Regis Navarræ, inter quos duo Episcopi & duo Doctores, qui Sessione xxvi. nomine dicti Regis & trium Statuum Cleri, Nobilium & Populi ejusdem regni, sese unierunt Concilio, illud de novo convocando, juxta concordata Narbonensia; & convocationem nomine Patrum Constantiensium admittente Archiepiscopo Mediolanensi. F

Provincialis & Navarrei accedunt, denuo Concilium convocando,

quod tamen ... sic quidem pro Generali agnoverat Scotia,

22 Die iv. Januarii anno MCCCCXVII. relatum est Concilio, quod mediante Alfonso Rege Aragoniæ, Rex Castellæ subtraxisset obedientiam Petro de Luna; & litteras convocatorias per totum Regnum publicasset, ac Legationem solennem ad Concilium misisset. Nuntiatum quoque circa hoc tempus Patribus Concilii est, quod eorum litteræ convocatoriæ in regno Scotiæ publicatæ essent; lectæque sunt litteræ Ducis Albaniæ; tunc Regis nomine Scotiam gubernanti, quibus reverenter significabat affectum ad unionem Ecclesiæ, seque commendabat Concilio, quod vocabat *Congregationem in Constantia*, pollicebaturque se *missurum Legatos, cum plena potestate ad* omnia quæ ad

A *ad unionem Ecclesiæ pertinebant.* Forma vero litterarum erat: *Reverendissimi Reverendique Patres, Doctores egregii, spectabiles Domini, ceterique devoti Viri, pro unione sanctæ Matris Ecclesiæ in civitate Constantiensi congregati.* Die xvii. Januarii, Rex Romanorum Sigismundus (qui, post tractatum in Narbona, Galliam petiverat, pro pace componenda inter Franciæ & Angliæ Reges) Constantiam reversus est, una cum Nicolao Gneanensi Archiepiscopo, quem Concilium ei itineris socium dederat. Attulit autem Gneanensis Archiepiscopus libellum Joannis a Falckenberg, quem acceperat a Doctoribus & Studiosis Parisiensibus, dum eos Lutetiæ ad convivium exceperat: effecit autem idem Archiepiscopus, ut Joannes a Falckenberg in tetrum carcerem detruderetur, ejusque *libellus famosus, in Wladislaum Regem & omne Polonum nomen conscriptus*, a quatuor Nationibus & Collegio Cardinalium damnaretur, & statueretur quod censurari debeat in Sessione publi-B ca. . . . .

non etiam Castellani.

23 Penultima mensis Martii, intraverunt Constantiam Legati Castellæ Regis, duo scilicet Episcopi, duo Milites, quatuor Doctores, & unus Secretarius: qui iii. Aprilis exposuerunt desiderium suum ad unionem Ecclesiæ, addentes se primum informari debere de aliquibus concernentibus statum Concilii. Rogati autem die v. Aprilis a Rege Romanorum, de iis circa quæ informari volebant; dederunt in scriptis quædam Capitula, quæ ut plurimum spectabant ad libertatem Patribus concessam in rebus ad Concilium spectantibus, & admodum qui observandus esset circa electionem futuri Pontificis. Duæ vero fuerunt rationes, ob quas de his informari volebant: prima, quod scirent quædam per impressionem Constantiæ facta, inter quæ erat Decretum, de non eligendo Pontifice sine consensu Concilii, Sessione xiv. editum, in quod Cardinales numquam libere consenserant: secunda, quod nollent Cardinales ab electione excludi; & loco Cardinalium Hispanorum, qui Benedicto adhærebant, Hispani quosdam de ejus Obedientia vellent adjungere . . . . Occasione horum Capitulorum, cœperunt Cardinales urgere materiam de modo eligendi futurum Pontificem; de quo cum Rex Romanorum agi nollet, nisi post ejectionem Petri de Luna, & reformationem Ecclesiæ in Capite & in membris, facta est magna animorum contentio: C quæ dudum duravit; persistente Rege Romanorum in suo proposito, & nolentibus Legatis Regis Castellæ se unire Concilio, nisi certificati de modo electionis.

Illis autem tandem accedentibus,

24 Compendii terminos excederem, si cuncta hac occasione inter Nationes acta describerem. Unico igitur verbo notasse sufficiat, Nationes Germanicam & Anglicanam adhæsisse Regi, Italicam & Gallicam Collegio Cardinalium: quibus ultimis post varias turbas significarunt Legati Castellæ die xv. Junii, quod vellent se unire Concilio, prout fecerunt post triduum Sessione xxxv. in qua, juxta concordata Narbonensia, facta est nova convocatio Concilii, quod Castellani huc usque agnoscere noluerant pro Generali. . . . Post Hispanorum unionem, voluit Rex Romanorum observari ordinem in rebus gerendis: & primo quidem, ut ejiceretur Petrus de Luna; secundo, fieret reformatio in Capite & Curia Romana; tertio, ceteris reformationibus Papæ reservatis procederent ad electionem Papæ. Quæ cum sæpius Nationibus proposuisset, & apud omnes nimium urgeret; protestata est Natio Gallicana, die xvii. Junii, de læsa libertate, quam Rex cum omni securitate cunctis promiserat. Cumque Rex Romanorum sese excusare niteretur, die xxviii. ejusdem mensis fuerunt datæ Regi, ex parte Nationum Italiæ, Galliæ, Hispaniæ, ac Collegii Cardinalium requisitiones in scriptis, quibus petebatur Decretum Concilii de modo D eligendi futurum Pontificem: dicebaturque ad Regem non spectare, in rebus Ecclesiasticis sequenda præscribere. Quæ aliaque effecerunt, quod Rex die xi. Julii publicarit litteras securitatis, & in quatuor locis Constantiæ affigi jusserit.

a Concilio nunc primum generali.

declaratur Benedictus 13. Papatu per hæresim excidisse.

25 His litteris publicatis, unanimi consensu statutum est procedendum ad sententiam, diffinitivam contra Petrum de Luna, ex tribus de Papatu contendentibus ultimum: quæ, xxvi. Julii Sessione xxxvi. lata est in dubium illum Pontificem, tamquam *perjurum, universalis Ecclesiæ scandalizatorem, fautorem & nutritorem inveterati schismatis & inveteratæ scissuræ & divisionis Ecclesiæ sanctæ Dei, pacis & unionis ejusdem Ecclesiæ impeditorem & turbatorem, schismaticum & hæreticum ac a fide devium; & Articuli fidei, Unam sanctam Ecclesiam Catholicam, violatorem pertinacem; cum scandalo Ecclesiæ Dei incorrigibilem, notorium ac manifestum; omni titulo, honore, gradu, & dignitate indignum; a Deo ejectum & præcisum; & omni jure, eidem in Papatu & Romano Pontifici ac Romanæ Ecclesiæ quomodolibet competente,* E *ipso jure privatum, & ab Ecclesia Catholica; tamquam membrum aridum, præcisum.* Post ejectionem Petri de Luna, qui Benedictus XIII. in sua Obedientia vocabatur, nominati sunt a Nationibus Deputati pro reformatione in Capite & Curia Romana. Quod animadvertentes Cardinales, statim materiam electionis proposuerunt; & contra Decretum, de non eligendo Pontifice absque consensu Concilii, quod Sessione xiv. ipsis invitis editum erat, protestati sunt apud omnes Nationes. Rogarunt etiam ac exhortati sunt Patres, ne, prætextu reformationis, negotium electionis differrent.

§. IV. Electio Martini V. per quam Ecclesiæ membris, jam inter se unitis, accessit Caput, salva in omnibus hujus ipsius superioritate.

Aliis deformationem, de Electione aliis prius agi volentibus,

26 Cum post ejectionem Petri de Luna, Rex Romanorum incepisset se iterum immiscere negotiis Concilii, & cum Nationibus Germanica ac Anglicana conclusisset, non agere de negotio electionis nisi post absolutum negotium reformationis; tres aliæ Nationes sese unierunt Collegio Cardinalium; factumque est, quod auctor coætaneus Gobelinus Persona in Cosmodromio, ætate 6. cap. 69. his verbis describit: *Orta est seditio inter Regem & Nationem Germanicam parte ex una, & ceteras Nationes parte ex altera; Rege cum suis volente, quod, priusquam ad electionem summi Pontificis procederetur, fieret reformatio Ecclesiæ tam in Capite quam in membris; ceteris contendentibus ex adverso, quod prius procederetur ad electionem Papæ, per quem reformatio Ecclesiæ esset deducenda ad effectum. Tandem reformatione concepta, ipsa tamen necdum publicata, processum est ad electionem.* . . . . Cum itaque Natio Germanica sæpius a tribus Nationibus & Collegio Cardinalium, ad dandos Deputatos pro materia electionis, frustra monita fuisset, ipsaque Regi Romanorum firmiter adhæreret, Cardinalis Pisanus, die x. Septembris, dedit legendam coram natione Germanica protestationem, ex parte Italicæ, Gallicanæ, & Hispanicæ, obstantium Nationum, ac sacri Cardinalium Collegii; cujus lectio, obstrepitum & discessum Regis, tunc perfici non potuit: die tamen xi. Septembris, a Cardinali Pisano in Ecclesia Constantiensi, non obstante tumultu a Germanis excitato, integre lecta fuit.

negant Cardinales alioquin hoc ad illam pertinere posse

27 Plura a tribus Nationibus & Collegio Cardinalium dicta sunt in illa Protestatione, notatu dignissima, & ad auctoritatem & sensum Decretorum Sessionis v. quam maxime facientia. Dictum est enim Ecclesia cle-

A elesiam tunc fuisse, *instar corporis acephali*, id est, sine Capite; & quorumdam regnorum ac provinciarum populos, *nondum solide & clare Concilio adhæsisse*, sed *expectasse fienda electionis summi Pontificis eventum, ut, si Canonice eligeretur, ei obedirent, alias non*. Adjunctum, quod *fides quorumdam, qui eidem Concilio adhæserant, propter rumores discordiarum & quasi impressionum, quas in eodem Concilio fieri audiebant*, jam vacillare cœperant; & in urbe Roma ac Italia de assumendo aliquo Pontifica plurimum dubitari. Demum Decretum Sessionis XIV. de non eligendo Pontifice sine consensu Concilii, non ligare Nationem Hispanicam, quia Sessioni illi non adfuerat: ex quo a fortiori concludi poterat, Decretis Sessioni IV. ac V. de Potestate Ecclesiastica, non teneri Romanos Pontifices, utpote qui ab illis non solum abfuerant, sed constanter contradixerant. Ne tamen expresse & in terminis tres Nationes Decreta illa reprobare viderentur, ea alio sensu, quam Rex Romanorum & alii volebant, intelligenda esse dixerunt. Asseruerunt namque, Decretis illis statui, quod prius

ant integr. Ecclesia unionem haberi.

B agatur de unione Ecclesiæ quam reformatione in Capite: *In omnibus enim locis, ubi in Concilium vel dicta capitula de agendis in isto Concilio loquuntur, semper proponunt unionem: quæ unio nec est nec dici potest perfecta, nisi Ecclesia unum Caput ministeriale habeat, cui corpus Ecclesiæ unatur. Duplex enim, secundum sacros Doctores, est unio Ecclesiæ: una, membrorum ad invicem, quæ jam creditur esse facta; altera, membrorum ad Caput, ut constituatur Corpus integrum & perfectum; & ipsa non est facta, igitur primo loco facienda.*

morituri potius quam patiantur everti eum ordinem:

28 Lecta hac Protestatione, tanta animorum conturbatio orta est in Natione Germanica, ut Rex Romanorum, habito cum suis consilio, egerit de capiendis nonnullis Cardinalibus: qui de ea re per cives Constantienses admoniti, statuerunt die XXI. Septembris, *quod propter tales minas & terrores incussos, aut propter machinationes quas Cardinales sciebant fieri contra eos, non dimitterent persecutionem unionis Ecclesiæ usque ad mortem; & portabant Capellum rubeum in signum martyrii, si opus esset, pro Ecclesia Dei, nec de aliquo terrebantur....* Post plures turbas & tumultus, cum Natio Anglicana adhæsisset Collegio Cardinalium & tribus Nationibus, ad dandum

C deputatos pro materia electionis; tandem Natio Germanica, quæ constantiam Cardinalium vincere nequiverat, agere cœpit de cautione, quod facta Pontificis electione fieret reformatio Ecclesiæ: *& petivit assecurationem per Decretum irritans, quod post electionem Papæ fieret reformatio ante Coronationem ejus & administrationem aliquam. Cumque facta essent*

Sed neq; decreto aliquo irritanti illigari eligendum volunt.

variæ formæ Decreti ad hoc, tandem dictum fuit, quod Papa electus ligari non poterat. Quo responsio significatum fuisse, quod verus & indubitatus Pontifex a Concilio ligari non poterat sub pœna depositionis, latius ostenditur alibi. Verum quidem est, quod Sessione XXXIX. quædam in materia reformationis edita reperiuntur; sed magna cum cautela, & sine ulla mentione pœnæ: quæ auctoritatem Concilii directivam, non vero coactivam indicant.

vel auctoritate n ejus aliquatenus imminui.

29 Illustre est hac de re exemplum in Capitulo *Frequens*; de celebrandis Conciliis generalibus & provisione erga futura schismata. Cum enim Patres Constantienses statuant Concilia generalia in quinquennium, septennium, & decennium celebranda esse, plurimum auctoritatis circa tempus & locum in Romano Pontifice agnoscunt, nulliusque pœnæ mentionem faciunt. Ubi vero de sopiendo schismate, quod oriri posset, agunt; pœnam privationis imponunt illis qui simul de Papatu contendunt; ut ipsi Patres Constantienses, Concilium, non nisi tempore schismatis, potestatem coactivam in Pontifices habere, D significarint. Cum ex his constaret, quod Concilium supra verum & indubitatum Pontificem potestatem coactivam non assumere, mediante Episcopo Wintoniensi, patruo Regis Angliæ, qui tunc primum Constantiam advenerat, consensit Rex Romanorum, quod ante reformationem procederetur ad electionem Pontificis, statutumque Decreto Concilii Sessionis XL. quod Pontifex de proximo assumendus, una cum Concilio vel ejus Deputatis, reformaret Ecclesiam in Capite & in membris. Cui Decreto, licet irritans non esset, nec aliquam pœnam Pontifici Ecclesiam reformare detrectanti imponeret, ipsa tamen Natio Germanica acquievit, contenta addere inter Capita reformationis hoc unum; *propter quæ & quomodo Papa possit corrigi & deponi*: quod ideo adjunctum puto, ut Pontifex cum Concilio quæstionem de potestate coactiva Concilii, quam Joannes Gersonius Sessione V. decisam fuisse crediderat, decideret..... E

Disputatur de jure illorum ad electionem faciendam;

30 Notavimus supra, Cardinalem Cameracensem, in Tractatu de potestate Cardinalium, Nationes monuisse, quod apud plures dubitaretur, num Cardinales potuerint privari voce in sacro Concilio, tam quoad acta, quam quoad electionis futuræ modum. Quæ ne quisquam putet ab eo tum sine fundamento proposita fuisse; notandum est ex gestis Concilii, quod anno MCCCCXVII. mense Octobris, loquentibus quibusdam de excludendo ab electione Pontificis Collegio Cardinalium, ut Collegio; Cardinalis S. Marci sese opposuerit eorum opinioni, dicens, ad Collegium Cardinalium de jure pertinere electionem: *Et multi sciunt*, inquit, *quod Concilium sine Papa non potest illa jura mutare, multæque Nationes sic electum non reputarent pro Papa*. Quæ Cardinalis verba tanti momenti visa fuerunt, ut die XXV. Octobris, *nihil factum sit nisi disputare; maxime utrum Concilium potuit derogare juribus, editis super electione Papæ, vel illa tollere....* Ex quibus patet quam graviter hallucinentur, qui omnia Decreta Constantiensis Concilii, ante trium Obedientiarum unionem edita, irrefragabilia putaverunt. Postquam autem diu actum fuerat inter Nationes & Collegium Cardinalium de modo eligendi futurum Pontificem; convenit inter omnes, die XXVIII. Octobris, quod una cum Cardinalibus sex Deputati ex singulis Nationibus haberent jus suffragii: qui proinde VIII Novembris Conclave ingressi, post triduum, in festo S. Martini, cum incredibili totius orbis Christiani lætitia, in summum Pontificem elegerunt Odonem Cardinalem de Columna, qui, ob festum suæ assumptionis, Martinus V. appellari voluit.

& tandem per ipsorum Nationum Deputatos creatur Papa Martinus V.

31 Hic cum Præsides Nationum, ad se evocasset, ut ex parte illarum eligerentur Deputati, qui cum sex Cardinalibus a se deputatis agerent de reformatione, per plures menses frustra inter illos actum est de hac materia, una Natione volente hoc modo, alia alio. Unde prudentissimus ille Pontifex, auditis Nationum opinionibus, Capitula obtulit, quibus illis satisfecit, quæ Sessione XL. de reformatione a Nationibus fuerunt desiderata: ad Capitulum vero, *quibus de causis Papa possit corrigi vel deponi*, respondit; *Non videtur, prout nec visum fuit in pluribus Nationibus, circa hoc aliquid novum statui vel decerni*. Ita duo Codices Mss. unus Vaticanæ, alter Palatinæ bibliothecæ: ex quibus non solum apparet, mutila esse Capitula reformationis a Labbæo edita; sed & constat clarissime, Martinum firmare noluisse Decretum Sessionis V. eo sensu quo a Joanne Gersone exponitur, quin potius novitatis accusasse & reprobasse. Quod ipsum ostendi potest ex concordatis particularibus, a Martino cum singulis Nationibus initis, in quibus cum de ceteris reformationum capitibus, salva Sedis

qui, reprobatis nonnullis priorum Sessionum articulis,

Apo-

A Apostolicæ auctoritate, statueret; de hoc capite ne verbum quidem fieri voluit, quantumvis Natio Germanica in suis advisamentis post electionem id instanter petiisset. Idem Martinus, anno MCCCCXVIII. mense Februario, rogatus a Patribus, ut juberet per omnes orbis Catholici regiones inquiri in hæreticos Hussitas & Wicleffistas; antequam litteras executorias, ad hæreticæ pravitatis Inquisitores, in Anglia, Polonia, Bohemia constitutos, publicaret; voluit primum auctoritate Apostolica confirmare omnia decreta in Concilio Romano sub Joanne XXIII. & in Concilio Constantiensi ante suam electionem contra hæreticos edita; qua de re extat ejusdem Pontificis Bulla authentica in Archivo Apostolico, huc usque inedita, & orbi Catholico his nostris temporibus plane ignota, *data Constantiæ octavo Kal. Martii, anno Pontificatus primo*.

edita contra hæreticos valida esse jubet,

32 Nicolaus Gneznensis Archiepiscopus, cum aliis Oratoribus, qui a Wladislao Rege suo & Witholdo Lituaniæ Duce litteras acceperant, ad prosequendam censuram errorum & hæresum in partibus suis B pullulantium; cum vidissent in litteris Synodicis ad Inquisitores Poloniæ contra hæreses, die XXII. Februarii datis, nullam factam mentionem errorum famosi libelli Joannis a Falckenberg, multis indicarunt se appellationem ad futurum Concilium interjecturos. Quod cum ad aures Martini pervenisset; ille, sexto Idus seu 10. die Martii, in Consistorio publico Constitutionem, *ad perpetuam rei memoriam*, edidit; in qua appellationem a Sede Apostolica ad futurum Concilium his verbis prohibuit; *Nulli fas est a supremo Judice, videlicet Apostolica Sede seu Romano Pontifice Jesu Christi Vicario in terris, appellare*. Quo Decreto auctoritatem Pontificis supra Concilium esse indicavit; & Decreta Sessionis V. in sensu Basileensium de superioritate Concilii intellecta, rejecit & infirmavit. De Martini Constitutione testatur Gersonius, in Dialogo apologetico pro Constantiensi Concilio, hactenus (ut puto) inedito, & in Tractatu, *An & quomodo appellare liceat*. D

appellationes ad futurum Concilium prohibet;

33 Mense Aprili, Sessione XLV. & ultima, Oratores Regis Poloniæ, videntes quod Martinus mitius cum libello Joannis a Falckenberg ageret; *rem novam ausi*, inquit Cromerus Warmiensis, lib. 18. de rebus gestis Polonorum, *ad futurum Concilium appellarunt*. Quo de re cum multa dicerentur, & tumultus in Concilio fieret; Martinus, imposito omnibus silentio, respondit ad prædicta & dixit, quod omnia & singula in materia fidei conciliariter decreta & statuta confirmaret, neque aliter, neque alio modo. Quibus verbis Articulum de propositione Joannis Petit, a Joanne a Falckenberg in libello prædicto renovatum, se cum Concilio Constantiensi damnare; statutum tamen Nationum & Cardinalium, de damnandis in Sessione publica prætensi aliis libelli erroribus, sese rejicere, significavit. Cumque Oratores Poloniæ appellationem suam ad futurum Concilium prosequi vellent; Martinus, suprema suæ Sedis auctoritate usus, & contra Constitutionem suam de non appellando ad futurum concilium procedi nolens, appellationem prosequi volentibus, silentium sub pœna excommunicationis imposuit; idque in medio Concilii, adstantibus cunctis trium Obedientiarum, omnium Nationum, & ipsius sacri Collegii cardinalium Patribus, fecit, & actis publicis ad perpetuam rei memoriam inseri voluit. . . . . Post Synodum vero, non solum ostendit Martinus supremam Sedis Apostolicæ auctoritatem, in ineundis cum singulis Nationibus concordatis; sed & in probandis nonnullis Constantiensis Concilii Decretis, quæ illi confirmanda offerebantur. E

ab eisque Polonos arcebens,

Concilio se superiorem ostendit.

CLEMENS ANTIPAPA. F

ÆGIDIUS MUNIONIS, natione Catalanus, Canonicus Barcinonensis, post Petrum de Luna electus a paucis Pseudo-Cardinalibus Antipapa, anno MCCCCXXIV. nomen Clementis VIII. assumpsit cum insigniis Pontificiis, coronatus anno MCCCCXXV. Peniscolæ XVII. Maii, in die Ascensionis Domini; & exhinc nomen Papæ usurpavit annos IV. menses II. dies X. abdicavit autem anno MCCCCXXIX. XXVI. Julii festo S. Annæ, & schisC ma ex toto cessavit.

Ab an. 1424 ad 29. an. 4. m. 2. d. 10.

Ratio temporis.

CORONATIONIS *illegitimæ, abdicationisque annos & dies nescio unde acceperit novissimus Ciaconii interpolator Oldoinus; nec vacat operose scrutari: non enim ad manum sunt Balthasaris Porreni elogia Cardinalium Hispanorum, vel Felicis Contelorii Elenchus, primum hoc seculo compilati libelli. Quod autem apud ipsum Oldoinum Coronationi assignatur dies 18. ejusmodi actui nequaquam conveniens, typographicum esse mendum volui præsumere, & 17. esse substituendam; cum ita natura comparatum sit, ut nulli scrupulosius consuetos ritus ceremoniasque observare studeant in adeunda dignitate, quam qui eam sibi disputandam sciunt, velut contra jus illegitime assumptam: inter ritus autem Pontificios vel unus ex primariis est, ut Coronatio fiat in Dominica vel aliqua majori festo. De hoc Antipapatu in Ms. nostro ista habentur, supra omissa & ad hunc locum dilata.*

Benedicto Pontifice mortuo,

2 Interea Petrus de Luna, in Paniscola; ut sæpe dictum est, moram trahens, & usque ad ultimum vitæ spiritum in sua duritie persistens, diem clausit extremum. Ipso defuncto, Anti-Cardinales qui ei adhæserant, quos supra nominavimus, novum conflare idolum aggressi sunt: nam quemdam Ægidium Munionis, canonicum Barcinonensem, genere nobilem, elegerunt; & non sine voluntate Alfonsi Aragonum Regis moderni, qui adversabatur D. Martino, pro eo quod ob eo titulum regni Siciliæ obtinere non poterat: & ipse Ægidius profanationi de se factæ consensit, voluitque Clemens VIII. appellari; creavit etiam cardinales, & reliqua fecit quæ per summos Pontifices consueta sunt fieri. Tandem de consensu D. Alphonsi, Regis Aragonum prædicti, regno erat reconciliati Martino, in cujus patria & regno erat castrum Paniscolæ, D. Martinus ad partes illas D. Petrum cardinalem de Fuso misit Apostolicæ Sedis Legatum; in cujus manibus ipse Ægidius suo prætenso Pontificatui sponte resignavit: quem postea in Episcopum Majoricensem D. Martinus promovit: ceteri autem cardinales ab ipso creati omnes libere cesserunt. Duo vero Anticardinales olim Petri de Luna, qui hunc Antipapam creaverunt, in sua duritie permanentes, ab ipso D. cardinale de Fuso capti sunt, & duris carceribus mancipati. Sicque ex omni parte schisma tam longum & horrendum, studio hujus Pontificis, extinctum est.

et sufficitur Clemens,

ac deinde se abdicat.

Oldoinus in Necrologio Pontificio diem XXVIII. Julii morti ejus assignat: quod pariter unde acceptum sit nescio, ubi nec locum nec annum quo obiit . . . CON-

A

CONTINUATIO CATALOGI,

A Joanne Stella Sacerdote Veneto Venetiis edita anno MDVII.

Cur eo hic recusa.

N*On fuerat quidem initio operis propositum mihi ultra* Martinum V. *pertexere Chronologiam, exhinc apud auctores liquidam minimeque controversam: considerans tamen Joannis Stellæ opus de Pontificum Vitis, veteri stylo ac simplicitate compilatum, & anno* MDVII. *Venetiis prima vice excusum, deinde Basileæ recusum* MDLXX. *adeo hoc tempore esse rarum, ut manuscriptis possit adnumerari; partem illius ultimam, quæ sua ætatis Pontificum Acta paucis exposuit, digne hic duxi recudendam. Ampliorem Vitarum deductionem qui volet, Baptistæ Platinæ opus adeat, in anno* MCCCCLXXI. *desinens; sed cusum ac recusum sæpius cum auctariis, primum Onuphrii Panvinii, usque ad annum* MDLXXII. *deductis; ac Antonii Ciccarellæ, in Urbano VIII. nostri ævi Pontifice terminatis. Intelligat autem prima verba in cujusque Pontificii chronologica Synopsi, usque ad signum], esse Stellæ ipsius, sequentia autem nostra.* D

CCXI. EUGENIUS IV.

Ab anno 1431. ad 47. an. 15. m. 11. d. 18.

EUGENIUS, Papa IV. ejus nominis, natione quidem gloriosissimus Venetus, familia Condelmeria vetusta, patre Angelo, Gabriel religiosissimus antea vocatus, (Canonicus Regularis S. Georgii in Alga) II. Nonas Martii apud Minervam Romæ anno MCCCCXXXI. post Martinum Papam Pontifex creatus) cum esset Presbyter Cardinalis tit. S. Clementis; coronatus XI. Martii in Dominica IV. Quadragesimæ, sedit annos XV. menses XI. dies XIII. mortuus XVIII. Februarii anno MCCCCXXXXV.I. & sepultus in Vaticano; vacavitque post ejus mortem Apostolica Sedes dies XV. B E

Ratio annorum apud Stellam,

J*Oannes Stella, annum scripserat* MCCCCXXX. *quo* Eugenius *fuerit electus; & infra consequenter stylo eodem prosequens, mortem in Februario obitam adscripsit anno seculi* XLVI. *quod addito* I. *utrobique supplevi, ut ex hodierni usus stylo procederem; idque in hoc Auctore deinceps mihi licere peto. Interim redeat tibi in memoriam velim, quod supra ad Pontificatum* Leonis IX. *docui ex Mabillone, jam inde a seculi* XI. *medio in usu apud Pontifices Romanos fuisse, ut annus Incarnationis Bullis eorum subscriberetur: quem usum partim inconstanter adhibitum, partim intermissum, primus continuo cœpit adhibere* Eugenius *hic, & quidem inchoando annos ab ipsa Incarnationis die, mensibus fere tribus post Kalendas Januarii. Hinc factum ut qui eo mortuo Epistolas ipsius collegerunt, quarum plurimas Waddingus habet post quintum tomum suorum Annalium, multas etiam Cherubinus Laertius in Bullario, eas quas dedit in fine anni sui* I. *cum nota anni* MCCCCXXXI. *crediderint datas ipso Pontificatus initio, & (quod hinc consequens est, sed solum sufficere poterat ad dubium movendum) ante susceptam Ordinationem Episcopalem: signatur enim una* VI. Idus Martii: *sed intelligi debebat nobis a Kalendis Januarii inchoantibus annum, scribendum esse pro* XXXI. XXXII. *annum ubilominus Pontificatus retinendum* I. *quia hic censeri debet durasse usque ad* XI. *Martii ejusdem anni* MCCCCXXXII. *idemque dicendum de omnibus quas quolibet anno ante* XI. *Martii dedit.* C

quale fuberit initium anni civilis & Pontificii.

2 *Quod autem* Eugenius *assumpserit annos, non a Kalendis Januarii, sed a* XXV *Martii sequentis inchoandos, liquet ex ejusdem Bullis apud Cherubinum prænominatum. Quæ enim apud eum est tertia,* data anno Incarnationis Dominicæ 1431. quinto decimo Kalendas Martii, Pontificatus anno primo, *necessario spectat ad annum nostrum* MCDXXXII. *nam die* XV. *Februarii anni prioris necdum creatus erat* Eugenius. *Idem probabit ejusdem pro Congregatione S. Justinæ Privilegium in Bullario Casinensi pag. 591. aliaque in Bullario Augustiniano pag. 112. Non invenio autem quod stylum hunc mutaverit cœperitque a Kalendis Januarii annum numerare, nisi forte circa finem sui Pontificatus: & sic in Bullario Constitutiones ejus ultimæ tres (quarum prima est Canonizatio S. Nicolai de Tolentino) notantur datæ* anno Incarnationis Dominicæ 1447. Kalendis, Nonis & VII. Idus Februarii, Pontificatus anno sexto decimo. *Dixi forte: quia successor* Nicolaus, *in suis Bullis apud Waddingum, constanter annum protrahens usque ad* XXV *Martii, vereri me facit, ne in Bullario per errorem notatus sit annus 1447. pro 1446. tunc adhuc Romanis currente, cum nobis jam esset inchoatus novus. Quod autem hic dixi de* Eugenio, *usque ad ultimos fere vitæ annos ipsos incipiente a festo Incarnationis, confirmationem accipere potest ex Bullario Lateranensium, ubi referuntur duæ ejus bullæ datæ* 15. Kal. Februarii & quarto Idus Januarii, Pontificatus anno quinto, & quintodecimo Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo trigesimo quinto, & 1145.

Abusus cyfrarum ad annos numerandos consparsarum in Bullario atque alibi.

3 *Porro pro hac vice nunc primum, postea vero sæpius annorum numeros, zyfris expressos in Bullario, sicut invenio, exhibeo. Interim monitum Lectorem velim, nemini Pontificum Romanorum, vel ante vel post* Eugenium *ejusmodi zyfris usum esse, adeoque nec ipsum* Eugenium: *sed numeros omnes usque in hodiernum diem ex stylo Curiæ exprimi vel litteris numeralibus* M, D, C, L, X, V, I, *vel verbis ad longum scriptis. Quare non possum non vehementer dolere, quod qui hoc vel superiori seculo exempla transcripsere, Bullariis aliisve libris imprimendis inserenda; libertatem sibi sumpserint numerales notas commutandi, zyfrasque substituendi. Sed longe gravius delinquere, deque publico pejus mereri videntur illi, qui scrupulo sibi non ducunt mutare aut alterare numeros ipsos, non admonito Lectore de mutatione facta, sed quasi sic invenissent. Proinde optandum foret, ut qui Waddingo ad imprimendum Annalium tomum 5. suam Lugduni operam commodarunt, id non fecissent in eo quod istic subjungitur Pontificiarum Bullarum Regesto: nam de Waddingo ipso nolim suspicari, aut sic errare potuisse, aut voluisse aliquid immutare contra fidem tot originalium. Illi ergo, non Waddingus, dum ignorarunt id quod de* Eugenio *dixi, extremo in summum Pontificatu cœpisse annos numerare a Januario; & annos Pontificatus exorsus esset Waddingus a die creationis; illa quam dixi numerorum mutatione subtraxerunt Lectori facultatem, dignoscendi annum verum earum Bullarum, quas inter* II. Nonas & V. Idus Martias *idem Pontifex dedit; quasque ego dico, non ad initium, sed ad finem cujusque anni Pontificii pertinere. Quod autem revera sic mutaverint annorum numeros, patet annis* Eugenii *singulis; nam quotquot invenerunt datas* anno *ejus* primo, *inter* Kalendas Januarii & II. Nonas F

A nas Martii, *adscripserunt anno 1432. & sic consequenter, quia aliat non videbatur ipsis posse annus Christi cum anno Pontificatus concordare. Non fuisset hoc ets difficile, si scivissent dictum annum Christi protrahere usque ad XXV. Martii, tunc enim potuissent plerisque anni primi Bullis nonnullisque secundi adscribere annum 1431. neque eo eo quod solum in Martio fuerit creatus Pontifex, coge se putassent ad Bullas Januarii ac Februarii insigniendas numero anni 1432. etsi nobis a Januario annos numerantibus talis numerus revera curat. Vidit, hunc eorum errorem sapienter aliquis, & ne in sequenti Pontifice* Nicolao, *idem committeretur cavit. Ille ergo zyfris quidem usus est sicut ante, sed talibus quæ originalibus numeris & a Waddingo acceptis fideliter responderent. Simili modo præfati Bullarii Lateranensis Evulgatoe, jam inde a Pontificatu* Celestini III. *idest ab anno* MCXCI. *numeros annorum Incarnationis Dominicæ, & Kalendarum, quoties ad longum non exprimit, reddit per zyfras, loco numeralium Romanarum substituat: sed ecce mox ipso*

Importuni aut quidoq; mutati suo numeri.

B *in principio error, dum pro 1191. impressum habetur 1591.*

Stella correctus.

4 *Creationis diem prælaudatus Stella scripsit* V. Nonas *pro* Euganio: *sed errorem esse numeri scribendumque* II. Nonas, *persuasit mihi Intropontificium dierum* XII. *non solum a Stella assignatum, sed etiam ab auctore Ms. nostri; & quidem ab hoc bis, semel in Principia* Vitæ Martini V. *ubi consueto more tempus Sedis collegit, ac deinde in fine. Cetera apud Stellam sic leguntur.* Hic Gregorii XII. ex sorore nepos, Canonicusque cœlestini habitus Congregationis S Gregorii in Alga Venetiis fuit, primo quidem ipsius Gregorii Thesaurarius, deinde Senensis Episcopus, postmodum Cardinalis (Presbyter tit. S. Clementis) demum Pontifex factus, nil eo honore elatior, nulla in re pristinam naturam mutavit. Eadem certe humilitate eademque continentia & austeritate vitæ vixit, quamvis in initio sui regiminis, malis consiliis ductus, varius extiterit. Cum enim divina humanaque omnia perturbaret, Romanum populum ad arma concitavit: qui ipsius Magistratibus e Roma pulsis, novos ereavere; ita quod ipsum Pontificem, mutato habitu cum monastico cucullo, fugere compulerunt, eumque per Tiberim fugientem lapidibus & sagittis persecuti sunt. Cumque Florentiam petisset, ibi per aliquod tempus substitit: quo in tempore omnia bellis & schismatibus ubique turbata sunt: Romani enim

Eugenii promotio,

& fuga ab Urbe tumultuante:

C sublato clamore, ad arma in libertatem conclamavere, & novis creatis Magistratibus Franciscum, Eugenii nepotem & Ecclesiasticæ dignitatis Camerarium, capiunt; arcemque S. Angeli expugnant; Capitolium firmo præsidio muniunt, & per sex menses in libertatem se vendicant.

5 *Non sunt hæc ipso statim Pontificatus* initio *facta, sive prima ejus anno, ut alicui forsan videri posset, obiter Stellam legenti; sed primorum annorum* quarto, *jam mensibus aliquot inchoato. Neque operosius refutandus hic Stella, culpam turbarum istarum* Eugenio *imputans, quasi* divina omnia humanaque *conturbanti. Satis a tali nota illum vindicant, ex Flavio Blondo* Eugenii *ipsius Secretario Raynaldus & Bzovius, Annalium Ecclesiasticorum scriptores. Et Blondus quidem in Decadibus suis, totam turbarum Romanarum historiam distincte explicat, aliique ex illo: sed quomodo Pisis atque Florentiæ exceptus sit fugitivus Papa, Annales non attingunt. Placet ergo id accipere ob Ambrosii Abbatis Generalis Camaldulensis Hodæporico, ex Illustriss. Maglitabechii Ms., ante hos fere decem annos excuso Florentiæ. Accingebat ille ex officio sese ad serium accuratumque examen eorum, quæ contra duos sui Ordinis Abbates Pisanos delata erant: sed* fregit istiusmodi propositum, *inquit*, rumor allatus. Quippe antea Romæ vinctum detineri Pontificem summum a Romanis, obscœna fama vulgaverat: tum vero effugisse proditorum manus Pisasque contendere nuntiabatur, & singulis diebus affuturum. Conjuraverant adversus tanti meriti virum, Patrem ac Pastorem omnium, conscelerati cives, ac nisi illum Deus omnipotens servasset ex impiorum manibus, actum fuisset de illius vita & salute. Innotuere Pontifici insidiæ perfidorum: seque observari ubi didicerat, e Palatio S. Petri, editiori scilicet atque munitiori, ad ecclesiam S. Mariæ trans Tiberim contulit, ut arte illorum impios conatus eluderet. Inde capta hora, cum jam rapiendus esset, posito Pontificali habitu & cultu, Monachi cucullum sumit; & uno tantum comite ejusdem habitus in hortos concedens, & quidem contra suorum sententiam, ad Tiberim pervenit; paratamque cymbam ascendens, summo remigum impulsu ferebatur. Ubi vero innotuit, elapsum esse Pontificem; id etiam sceleribus suis addiderunt, ut persequi jamjam fugientem pergerent atque evadentem; strictos dolentes fuisse conatus suos; jaculisque impetebant eminus. Sed illum omnipotens Deus mirabiliter atque misericorditer, & inter persequentium tela servavit illæsum; dum ille tandem ex minori scapha in triremem ad id præparatam scandens, paucis diebus Liburnam venit. Quorum principaliter scelere Romani tantum facinus aggredi voluerunt, quia anceps sententia est, ipsi nequaquam diffinire volumus.

Anno Pontificatus 4. Christi 1434.

D

quam venit g flagrat insidiosus Ambrosius Camald.

E

6 Pisis ubi innotuit, Liburnam applicuisse Pontificem, congrui ad eum suscipiendum, quantum angustiæ temporis sinebant, apparatus fiebant. Qua vero die affuturus expectabatur, ipsi ante lucem obviam illi ire perreximus, & decimo ferme lapide equitantem cum paucis offendimus Pontificem summum, nudum ferme. Miserati rerum faciem, & Deo tamen gratias pro illius ereptione referentes, resoluti in lacrymas sumus. Jumentis lapsi, ubi ille appropiaverat, occurrimus; illiusque sacra osculati vestigia & manus, ad oris osculum suscepti sumus, illo gratissime nos excipiente & benignissime resalutante. . . . Ubi vero Pisis appropinquavimus, Populus omnis & Magistratus occurrit, cum laudibus & gaudio inæstimabili. Præcedebant pueri, redimiti tempora lauro atque fronde variis & floribus, laudesque concinentes & inclamantes pacem, Pontifici & omnibus fletum excussere. Sequebantur viri suo ordine, umbraculoque exceptum Pontificem in civitatem deduxere; primoribus viris fræna equi regentibus dextra atque læva, & illi obambulantibus jugiter. Tum vero omni ex parte oppidi, qua erat transiturus, turba innumerabilis confluens, effecerunt ut esset perdifficilis transitus. Matres familias & pueri atque innuptæ puellæ e fenestris ac tectis prospectabant, donec in principalem ecclesiam est introductus, Archiepiscopo civitatis & Clero omni occurrente ex more. Ibi oratione fusa, in Palatio Archiepiscopali sedem habuit . . . . tam Prælati

eidem prope Pisas occurrens,

vestis quam honorifice exceptus fuerit tum Pisis.

F

7 Advenerunt ex Florentia plures, . . . Cardinali quam Nobiles, ut Pontificem deducerent: ex Cardina- S. Xisti advenienti occurrimus; solusque . . . adfuit. lium numero Pontifici Florentiam tendenti, ipsisque Movimus Pisis XX. Junii Pontifici adjuncti . . . . Postridie sex ferme millia passuum processimus . . . Pontificem die subito mane a S. Miniate iter ingressi, (. . .) didicipatum abesse (equitarat enim ante lucem) Pontifex alimus. Descendit ad S. Jucundi Ecclesiam . . . Montem Lupumque. Recreatis omnibus modice, ad . . . ecclesiæ Pontipum venimus. Susceptus est in ædibus . . . Florentiam pesex. . . . Mane ante lucem equitantes . . . qui setebamus. In villa Angeli Civis Florentini, . . . Jam vero cum equitabat, modice quievit Pontifex. . . . tunc portæ civitatis propinquantes, quæ vastissima . . . totusque ta patuit, omnis Nobilitas obviam venit, . . . Cle-

cum Florentia.

Clorus cum insignibus ornamentis occurrit: omnia ætas, sexus uterque, omnisque conditio sese per itinera quaquaversum diffuderat; ut nusquam transire ferme Pontifex posset, fueritque necesse disseminare pecuniam quacumque iter ageret, ut his colligendis occupati a pressura desisterent. Tecta ferme omnia ipsæque fenestræ vix capere spectantes poterant. Mulieres, matres-familias, puellæque innuptæ, præcipuo muliebri mundo compositæ, editioribus in locis residentes, magnum plerisque sui præbuere spectaculum; suosque in unum populos tunc vere prospexit civitas. Ad principalem ecclesiam civitatis, per illustriora urbis loca, ea pompa deductus; oratione fusa, inde ad habitationis suæ locum eadem frequentia & celebritate ductus est; Pontificalibus infulis ornatus, & equo candido insignibus phaleris exultante invectus; quæ omnia, priusquam Urbi propinquaret, obtulerat Civitas. Ita ætate nostra Florentia, profugos Pontifices duos, Joannem scilicet XXIII. atque Eugenium IV. sinu suo suscipere meruit, & inter hos medium Martinum V. annum fere & semis tenuit; imo ut verus esset Pontifex & indubitatus effecit, quando illic ad ejus vestigia (qui judicio multorum injuste abrogatus fuerat) Joannes accessit; verumque Vicarium Christi & Petri Successorem confessus, ipse minoribus contentus officiis perstitit.

Romani interim Nepotem ejus despoliant, & captivum detinent.

8 Romani, postquam Pontificem evasisse didicerunt, mœsti quod res illis nequaquam ex voto successerat, ad prædam conversi, omnia illius expilare pergunt, furore inaudito; complureſque Curiales violare, & imprimis nepotem Pontificis Franciscum, Tituli S Clementis Presbyterum Cardinalem; & reliquis ægre dimissis, illum arctissimæ custodiæ tradunt, vix sibi cujusquam colloquium permittentes, ingentemque pecuniæ summam & Castellum munitissimum, quod S. Angeli appellant, Ostiamque petunt. Enituit Pontificis constantia summa, dum neque affectu Nepotis potuit vinci; & quidem cum se plurimi orarent, & frequentibus litteris illius pulsaretur, ut aliquid ex his quæ postulabantur indulgere acquiesceret. Sum ipse quoque hanc ipsius magnitudinem animi summa admiratus, cum se orantem ut saluti juvenis consuleret, responso rationis & gravitatis pleno composuit, dicens; Nihil referre, uter alterum præcederet, se Nepos, an ipse Nepotem; cum conditione communi in vitam ambo essent ingressi. Præstare, si Nepos succumberet Ecclesiæ causa: se non posse salva conscientiæ integritate & dignitate sua, ea efficere quæ postulabantur. Denique cum hujus rei gratia postea Senas ipse concesserim, ab eo missus; & ea afferrem, quæ nequaquam viderentur esse respuenda, ne sic quidem acquievit, sed rigorem constantiamque servavit; ita ut hinc ipsius severitatem plerique carperent, crudelitatemque interpretarentur. Deo tamen dirigente negotia, consilium sententiamque Pontificis approbarunt omnes, dum & ille liber evasit, & sub ditione Ecclesiæ cuncta perstitere. Præbuit se spectaculum populis in ecclesia S. Joannis Baptistæ principali, sedens editiori in loco, & ipse quoque spectans Processionis solennia, admiransque magnificentiam singularem atque ordinem; dignam profecto miraculo rem, & quam, nisi conspectam, credere quisquam aut capere non posset, longeque difficillimum esset enarrare: tam multa, tam miranda, tam varia vidimus; namque & ipsi cum Pontifice spectabamus: sed ea narranda relinquimus cæteris.

& pro ejus solutione iniqua petentibus,

quæ constanter & feliciter negavit Eugenius.

Reb. Vita Pontificis continuatio.

9 *Atque hic fere deficit, post unam de negotiis privatis pagellam, mutilus Codex, multa de hoc Pontifice digna scitu suggesturus, si alicubi integer reperiatur. Nunc progredientem Stellam subsequi placeat, qui iniquiori nonnihil adversus* Eugenium *præjudicio abreptus, interrupto superius textui hæc subjungit.* Eo autem tumultu Basiliensem Concilium, antea Martini decreto inchoatum, augeri per Hispaniæ Galliæ Pannoniæque Regibus cœptum est, qui communem reipublicæ Christianæ gubernationem in arbitrio Concilii reponebant. Ad quod quidem Concilium Eugenius bis terque citatus ire recusavit: quam ob causam Eugenio Pontificatu abrogato, Amedeus Eremita, olim Sabaudiæ Dux, Pontifex delectus est. Eugenius autem indignatione permotus, cum inter Carolum Francorum Regem & Philippum Burgundiæ Ducem pacem composuisset, Delphinum Caroli Regis filium cum magno comitatu in Basileenses concitavit, cujus impetu ille conventus statim dissipatus est, quamvis primo eum approbasset, unde infinita subsecuta sunt mala. Ferunt autem hunc Eugenium, præter Pontificis dignitatem, mirum in modum amasse bella; verum postea ad se reversum prudentius & constantius egisse. Unde & Concilium Florentiæ habuit, in quo Orientalem Ecclesiam cum Occidentali, maximo cum impendio & labore, univit: ubi & Joannes Palæologus Constantinopolitanus Imperator cum suo Patriarcha, cum Episcopis, Archiepiscopis ac ingenti (numero) doctissimorum virorum atque nobilium totius Græciæ, interfuerunt: qui omnes sumptibus Romani Pontificis atque Romanæ Ecclesiæ enutriti ac in Græciam reportati fuerunt: eoque in Concilio affuerunt & Armeni, Æthiopes, Georgiani, Jacobitæ, Libyam Asiamque incolentes, atque alii ex Asia minori, Ponto videlicet, Cilicia, Syria & Africa: qui omnes fidei Catholicæ Romanæ tandem se submisere ac humiliter subdidere: idemque Sigismundum Cæsarem, perbenigne Romæ exceptum, Imperii corona insignivit. Philippum tamen Mediolanensem Ducem quoad vixit inimicissimum habuit, a quo per Nicolaum Picininum & Franciscum Sfortiam adeo bellis undequaque vexatus fuit, ut vix ei respirandi facultas daretur. Bona tamen multa Urbi contulit, maximeque circa Vaticanum; quia ærarii officinam & aream palatii instauravit, ac Urbis vias multis in locis stravit; ac Lateranense palatium restituit, juxta quod monasterium dignum, jam diu conditum, instauravit: in quo, pulsis Canonicis secularibus, Regulares Canonicos sub Regula D. Augustini nuperrime excitatos, ex Frisionaria loco Lucensis agri accitos, introduxit, basilicamque S. Petri & ejus sacristiam multa supellectili donavit.

Concilium Florentiæ actum,

Reformatus Clerus Lateranensis.

10 Religiosos omnes, sub regularibus institutis vivere volentes, mirum in modum dilexit, & privilegiis aliisque gratiis plurimis juvit: gymnasia omnium quam diligentissime fovit. Erat in omnes liberalis, sed potissimum doctos fovit, quorum familiaritate, licet ipse modicæ litteraturæ esset, delectatus est. Et licet numquam ad perdiscendam aliquam particularem litteraturam animum adjecerit; doctores tamen Ecclesiæ & oratores atque historicos libros ita assidue legebat, ut subtilissimo ingenio omnes intellexerit. Hic Uladislaum Poloniæ Regem, cum Juliano Cæsarino Cardinali in Turcos misit, qui cum xxx. millibus apud Andrinopolim cecidere. Erat Eugenius hic aspectu Angelicus, omni veneratione dignus: gravis semper & moderatus in dicendo: parcus in victu suo, sed in familia splendidus: familiares habuit doctos viros & sanctitate probatos, quorum opera in rebus arduis utebatur. Unum in eo reprehensibile fuit, quod Annatas omnium Beneficiorum, post Bonifacium IX. & ipse confirmavit, quod in hodiernum usque diem perseverare cernimus. *Hæc Stella, non tam suo sensu & verbis, quam eorum quorum memorias compilavit auctorum: unde familiaritatem cum viris doctis tertio hic inculcatum invenies intra paucas lineas: quod juverit animadvertisse, ad stylum Aucto-*

Doctrina Eugenii,

virtutes,

ris

A *ris cognoscendum; neque ipsi, sed iis quos transcripsit imputandum, cum aliquid occurret haud satis moderatum. Ita quod initio posuit.* Eugenium *initio sui Pontificatus,* divina humanaq; omnia conturbando, Romanum populum ad arma concitavisse, *ex seditiosi alicujus Romani calamo fluxisse debuit; quemadmodum etiam a Concilii Basileensis partiario videntur accepta verba nonnulla, haud satis æqua tam sancto Pontifici, qualem significant ipsiusmet Stellæ verba; ac demq; reprehensio Amatarii, tam justarum, quam sunt inevitabiles sumptus ii, quos in commune omnium particularium Ecclesiarum bonum sustinere cogitur Romana Ecclesia, in iisdem ferendis vicissim adjuvanda. Dictus vero Stella sic concludit.*

& Epitaphium.

15 Obiit autem, *Eugenius* anno a Natali Domini MCCCCXXXXVI. (*nobis* VII.) XII. Kalendas Martii, ætatis suæ LXIV. quo quidem anno B. Nicolaum de Tolentino in Sanctos retulit Confessores. En itaque mortuo in B. Petri basilica sepelitur, sepulchro marmoreo, cum hoc Epitaphio:

EUGENIUS jacet hic QUARTUS, cor nobile cujus
Testantur vitæ splendida facta suæ.
B Istius ante sacros se præbuit, alter ab Ortu,
Alter ab Occasu, Cæsar uterque, pedes:
Alter ut accipiat fidei documenta Latinæ,
Alter ut aurato cingat honore caput.
Quo duce & Armenii, Grajorum exempla secuti,
Romanam agnorunt, Æthiopesque fidem;
Inde Syri ac Arabes, mundique e finibus Indi.
Magna: sed hæc animo cuncta minora sun.
Nam valida rursum Turcos jam classe petebat;
Dum petit ast, ipsum sustulit atra dies.
Qui semper vanos mundi contempsit honores:
Atque, Hac impressa condite, dixit, humo,
Sed non, quem rubeo decoraverat ille Galero,
Non hoc Franciscus, stirps sua clara, tulit:
Susceptique memor meriti, tam nobile quod nunc
Cernis, tam præstans surgere jussit opus.

monumentum,

15 *Addidit Ciacconius, quod in* reædificatione Basilicæ Vaticanæ, cum sepulcrum dirueretur, Canonici sui S. Salvatoris (*imo* S. Georgii) in Alga, Romæ existentes, miserati memoriam tanti Pontificis, marmora quibus erat constructum emeruot, & monumentum ex ipsis in claustro confecerunt, cum hujusmodi Elogio:

Urbs Venetum dedit ortum. Quid Roma? Urbis
C & Orbis
Jura. Det optanti cælica Regna Deus.

sequitur Titulus prolixus, quem memoriæ Eugenii IV. *Congregatio prædicta, tamquam* Fundatori religiosissimo Pietatis caussa P.C. *ponendam curavit. Opus ipsum æri incisum repræsentat Oldoinus, locum prædicti tituli implens imagine duplicis numismatis sub eo cusi: de quibus aliisque hujuscemodi (ut vocant) medallis, vide insigne opus, a Martino V. incipiens, cui titulus:* Historia summorum Pontificum per eorum numismata, *a Claudio du Moulinet collectam Parisiis* MDCLXXIX.

Desideratur alia Vita Ms.

53 *Aliquam* Eugenii *hujus Vitam Ms. allegat Odoricus Raynaldus, initio ac fine Pontificatus Auctore quodam Florentino, quondam sibi communicatam ab Ughello: sed ea hactenus non potuit inveniri, etiam post diligentem inquisitionem, factam ab Odorici successore Leandro Coloredo. Nihilo magis scio ubi requirenda sit alia ejusdem* Eugenii IV. *Vita, quam scripsisse & successori ejus Nicolao V. misisse dicitur Joannes Juvenis Picardus, post gestos Episcopatus, Matisconensem, Morinensem & Ambianensem S.R.E. Presb. Cardinalis tit. S. Laurentii in Lucina: nam neque ista reperitur in Bibliotheca Vaticana. Insigne est specimen quod inde in suam Annalium Continuationem transtulit Odoricus, nescio an suis an veteris Auctoris verbis; quem quidem Auctorem ait addere,* se redegisse in compendium Vitam, cum de rebus memoria dignis ab eo gestis ingens volumen conscribi potuisset. *Profecto operæ pretium* D *foret illam inveniri & lucis publicæ fieri. Interim ex Italico Scriptoris coævi ac verosimiliter unius ex Cardinalibus, testisque oculati, reddo historiam paulo post electionem successoris descriptam, & compilationi Conclavium Pontificiorum insertam.*

ANONYMUS COÆVUS.

De Obitu Eugenii IV. & Creatione Nicolai V.

Ex veteri Ms. Italico.

Desperantibus de Vita medicis

1 CUm felicis memoriæ Eugenius Papa IV. eo esset adductus, ut de vita ejus corporali omnino jam desperarent excellentissimi quique Medici; idque ab eis esset Reverendiss. Archiepiscopo Florentino significatum, statim is ad suam Sanctitatem se contulit, secum deferens Extremæ-unctionis sanctissimum sacramentum. Hoc animadvertens Pontifex, atque versus eum se revolvens, intrepida voce sic allocutus est. Quæ istæc novitas? Venistin' ut mihi Extremæ-unctionis sacramentum administrares? Non credis quod noverimus opportunum ejus rei tempus? E Nunc quidem satis robustum me sentio, & quando opus erit advocari te faciam: verumtamen aliquantulum hic mane. Enimvero instanti morti generose tunc obnitebatur Sanctitas sua; &, prout dixerunt experti atque prudentes medici, cum ipsa aliquamdiu luctabatur. Unde cum id relatum esset Alfonso Aragonum Regi, dixit circumstantibus: Nihil mirum vobis videatur quod morti resistat, qui vivens intrepide bellum gerens opposuit sese Comiti Francisco, Columnensibus & Mihi, imo Italiæ universæ.

2 Tandem tamen urgeri sese ad finem sentiens, accersiri ad se fecit totum sacrum Collegium Cardinalium, quibus in hunc modum constanti voce locutus est; Adest tempus, venit hora, Fratres carissimi, qua mihi convenit mori: Nihil est quod de legibus naturæ queramur, per quas nobis longum spatium indultum est vitæ, ejusque honoratissimæ; in quo utinam ita supremi officii tenuissemus gradum, sicut muneris nostri erat & Dei honor exigebat! Verumtamen securi sub alis divinæ bonitatis, firma spe nitimur, quod bonam voluntatem no- F stram potius quam actionum & operum inspecturus sit qualitatem. Dignitatis hujus culmen fateor desideravisse me, ut hominem carne compactum; eam tamen numquam studiose ambivi. Multi ac varii casus Apostolicæ Sedi supervenerunt, dum eam administrabamus; non tamen ideo credimus minus nos placuisse Divinæ Majestati; *quos enim diligit,* abbreviantur *corrigit atque castigat.* Ceterum quia vobiscum futuri sumus horæ nostræ, & perquam modicum vobis, volui prius quam discederem a vobis en modo vos coram me convenire; daturus Christus depacem, quo eam Dominus noster Jesus quando volebat dit caris dilectisque discipulis suis, quam do vobis: digredi ab eis ex hoc mundo, Pacem meam omnes ad Carpacem meam relinquo vobis. Ego vos excepto uno solo, dinalitiam dignitatem assumpsi, dilexi: proinde quem nihilominus ut filium genuinum quam possum aromnes vos fratres estis. Rogo igitur vinculum padentissime, habentes præ oculis semper finita vobis cis, unionemque amoris fraterni. Longe eorum omschismata, eaque abominamini, fugientes econnes, quæcumque suboriri possent, occasiones: invicem & tro adimplete legem Christi, supportantes onnantes vobis-mecipsis.

convocatis Cardinalibus pacem precatur.

3 Sponsa Christi Ecclesia mox capite suo viduata manebit. Nostis optime, quæ dotes in summo Pontifice

hortatur ut aptissimum eligant,

A Pontifice requirantur: quapropter oramus ut eligatis personam, doctrina & moribus eminentissimam. Amandate obsecro procul a vobis omnem humanum affectum, in omnibus & per omnia intuentes honorem suæ Divinæ majestatis, publicumque commodum & utilitatem Ecclesiæ, non privatam unicujusque vestrum. Quod si me audiatis, potius eligetis mediocris conditionis hominem, qui concordiæ studeat; quam factiosum, licet alias eminentissimum: ubi enim invenitur & regnat pax, ibi Dominus. Insuper obtestor quam possum instantissime, ne post meum ex hac vita transitum consumatis tempus in adornanda pompa exequiarum, sed simpliciter executioni mandetis ceremonias & ritus funaris Pontificii: quia cupio sepeliri ad imitationem felicis memoriæ Eugenii Tertii, loco humili & abjecto. Hæc maxima cum expressione affectus locutus Pontifex, Cardinalium omnium excivit lacrymas. Nihilominus cum iidem ipsi eum rogassent, ut sua Sanctitas dignaretur Cardinalem Capuanum ab exilio liberum pronuntiare Romamque revocare, noluit assentiri; sed dixit, *Nescitis quid petatis*; magis enim expedit procul eum haberi, quam voto vestro fieri satis. His gravi cum pondere pronuntiatis, jussit præbe- B ri sibi sanctissimum Extremæ-unctionis sacramentum: quo per supradictum Archiepiscopum Florentinum suscepto, defectus viribus ad meliorem vitam transiit, XVIII. Februarii MCCCCXLVI. Corpus ejus statim conditum balsamo, toto illo die prostitit in ecclesia, ut occurrenti populo præberetur facultas deosculandi pedes ejus: postea portatum fuit in Vaticanum, atque sepultum in basilica S. Petri juxta sepulcrum fel. record. Eugenii Papæ III. quemadmodum vivens imperaverat.

Fr.; humili... mundo.

Fortuna hujus Pontificatus.

4 Tempore hujus Pontificatus multa prospere evenerunt, cum in plerisque bellis victoria penes Papam steterit. Cardinales aliquot, qui sub nomine Concilii abdicationem ejus moliebantur, audire ipse omnino recusavit, eosdemque gradu suo movit. In electione ad Pontificatum multos habuit competitores: in bellis neutrarum partium (quod sane rarum) se ostendit: obedientiæ ejus se subtraxit Germania, nihilo tamen minus recuperavit Sedi suæ obedientiam nationis Græcæ: Jacobitas adduxit ad fidem Catholicam: contra Turcos strenue bellum gessit: S. Nicolaum Tolentinatem canonizavit. Romæ captus, C inde profugit, eodemque majori deinde cum gloria revertit. Occupata contra eum Marchia fuit, sed eamdem postea recuperavit. Braccium, qui armatus Campaniam obtinebat, excommunicatione absolvit; Joannem Vitellium ad magnos honores extulit; multas expeditiones suscepit, in quibus aliquoties victor exiit, alias adversam est expertus fortunam cum maximo damno.

Arragonia Regis ad Cardinales legatio.

5 Vixdum ad alteram vitam transierat, cum advenerunt Legati Regis Arragoniæ cum litteris credentialibus, Regis sui mentem declaraturi sacro Collegio, atque dicentes; quod cum ad aures sacræ illius Majestatis perlatum esset, Sanctitatem suam decessisse ex hac vita, maximum conceperit dolorem, eo quod Ecclesia remaneret privata tali tantoque Pastore: rogabat autem sacrosanctum Collegium, ut successorem ei eligerent plenum doctrina & bonitate; ac firmiter crederent, nullam ex sua parte esse causam dubitandi, quin promptissimus esset ad Ecclesiam istamque sanctam Pontificis electionem, omni quo posset modo, juvandam ac protegendam; quapropter fidenter imperarent quidquid crederent posse proficere ad opus tam pium; incunctanter enim impetraturos quæ peterent. Respondit Collegium Cardinalium; securos esse omnes de ejus optima voluntate, neque ulla ratione ambigere. Interea more solito celebratæ sunt exequiæ Sanctitatis suæ per novem dies, D quibus semper post prandium agebantur conventus ad Minervam, consultantibus Cardinalibus circa expeditionem rerum, ad futuram electionem necessariarum.

Capuanus Car. reditus ab exilio.

6 Cardinalis Capuanus, mox atque intellexit decessum fel. record. Eugenii IV. festinus Romam rediit: ubi non solum ab omni populo, verum etiam a Clero, maximo cum plausu & jubilo exceptus fuit. Sic autem ingressus Urbem continuo præsentem se stitit exequiis Pontificis, divinæ Majestati instanter supplicans pro anima defuncti; dicens fuisse virum in suo munere prudentem, quique maturo admodum consilio usus ipsum voluerat Roma abesse. Quia autem erat ipse multæ litteraturæ, ætate gravi & moribus optimis, populus eumdem optabat Pontificem: sed ejus judicio ac voluntati non conveniebat propensio Cardinalium, quorum pauci admodum in eum inclinabantur. In funere Eugenii Papæ IV. dictæ sunt orationes duæ, una a Malatesta Auditore Rotæ, altera a Cardinali Bononiensi, in quibus multum laudata est vita illius Pontificis. Prior de qualitatibus Curiæ dixit, alter exposuit qua ratione deberet Eugenio successor eligi, exhortando omnes ad seponendum si quod forte esset inter eos E odium omnemque humanum affectum: tanto autem cum spiritu atque vehementia pronuntiata oratio hæc est, ut Angelum non hominem audiri sibi omnes dicerent, multique oratorem ipsum Papatu dignum judicarent.

Funebris oratio ... audiebant.

Custodia disponitur.

7 His ita peractis tres Cardinales, Ordinum Capita, cum reliqui totius sacri Collegii consensu, portarum custodiam disposuerunt ea ratione, ut ad custodiam Capitolii excubaret Procurator Ordinis Excalceatorum, circa custodiam autem Castri S. Angeli nihil mutaretur. Ordinatum etiam fuit ut Conclave fabricaretur juxta ecclesiam ad Minervam, quantumvis Canonici contra nitentes opponerent convenire, ut id potius fieret in Palatio Vaticano, ubi ut plurimum morari consueverant Pontifices, eo quod locus esset securior. Tunc multi ex Romanis Baronibus accesserunt ad Conclave, volentes interesse Pontificis futuri electioni; verum admissi non sunt a sacro Collegio Cardinalium, metuentium ne astu aliquo ad istam dignitatem pertraherent eum quem ipsi magis gratum haberent, aut aliqua alia ratione macularent electionem, vel etiam schisma procrearent. Nemo hujusmodi exclusioni vehementius restitit, quam D. Jo- F annes Baptista Savelli, vir nobilis & ætate gravis, generoso omnino animo protestans, eum honorem sibi ex jure antiquo competere, pro quo tenendo obligaretur etiam vitam ponere. Verumtamen necesse fuit, ut tranquillitatis publicæ causa cederet etiam ipse; & hac occasione commode usi Romani, liberati fuerunt a multis oneribus antiquitus sibi impositis. Erectum autem fuit Conclave ad Minervam in publico dormitorio, sub custodia quatuor clavium, quatuor personis sigillatim commissarum, videlicet Archiepiscopis Ravennati & Aquileiensi, Sermonetæ & Episcopo Anconitano, simul residentibus in Capitolio: ad quorum custodiam deputatus a sacro Collegio erat Legatus Equitum Rhodiensium.

Conclave ad Minervam cum exclusione Baronum.

Illuc ingressi Cardinales 16. die 18. Februarii.

8 Decimo post Eugenii mortem die transacto finitisque exequiis, Cardinales omnes sub horam vigesimam convenerunt ad ecclesiam supra Minervam: congregationeque eo die celebrata, solenne juramentum proposuerunt Officialibus cunctis præstandum, itaq; inchoato a Clericis hymno *Veni creator Spiritus*, cum omni submissione capitis atque oculorum, ingressi sunt pariter omnes in Conclave: ubi quisque se recepit ad assignatam sibi cellam. Cellæ vero non

erant

A erant distinctæ asseribus; sed panno coloris viridis aut violacei: solus Cardinalis Bononiensis mandavit, ut albi coloris panno cella sua extrueretur, quamvia mens ejus fortassis neque purior neque rectior esset quam aliorum. Mane sequenti conventum in capellam est, ubi celebrata Missa consueta de Spiritu sancto, factum est primum scrutinium. Verum quia Cardinales numero octodecim erant, adeoque pro obtinendis duabus tertiis suffragiorum necesse erat duodecim omnino vota concurrere, non potuit Pontifex eligi scrutinio illo. Decreti inter Cardinales moris erat, ut quinque primis diebus Conclavia liceret ipsis quibuscumque vellent cibis vesci, deinde vero per sequens triduum uno solo ferculo tostæ vel elixæ carnis contenti degerent, prout maluissent; quod si na tunc quidem crearetur Papa, adstringerentur ad certam panis ac vini portionem. Non poterant autem ibidem in Conclavi aliis uti ministris quam Capellano & Crucifero: nec alii istic insuper aderant præter duos Ceremoniarum Magistros, quibus concedebatur, ut post novi Pontificis electionem haberent sibi omnem ejus cellæ ornatum ac supellectilem. Porro ex eo die & hora, quibus ingressi fuerant Cardinales in Conclave, constans opinio perseveravit, quod Prosper Cardinalis Colomna essent ad Pontificatum assumendus. Verum satis trito proverbio Romæ dicitur, eum de Conclavi Cardinalem egredi, qui Papa ingreditur:
B quod etiam ipsi accidit, quamvis Cardinales complures ei faverent, puta Cardinalis Aquilegiensis, Cardinalis Minoricensis, Cardinalis Vice-cancellarius, Cardinalis Tarentinus, aliique.

more consueto ibi tractandi;

Populo Cardinali Columnæ eligendi sperante,

9 Secundo die duo scrutinia facta fuerunt, quorum primo Cardinalis Columna decem vota est consecutus, & Cardinalis Firmanus octo: nemo autem numerum sufficientem habuit. Reliquus dies consumptus inter Cardinales est tractatibus variis circa novi Pontificis electionem: & Cardinalis iste, ad omnem fortunam prosperam adversamque obarmatus, omni conatu adnitebatur pro sua. Sequenti die æque discordes, fecerunt etiam secundum scrutinium; quando plures Cardinales, aliquos extra Conclave nominaruot, interque eos Archiepiscopum Beneventanum, Episcopum Florentinum, & Nicolaum de Cusa: Cardinalis tamen prædictus superabat numero votorum quæ decem obtinuit, Cardinalis autem Bononiensis solum tria. Videns ergo Cardinalis Firmanus, Cardinalem Columnam proxime attingere ad Apostolatus Pallium, exclamavit, Ut quid tempus consumimus, cum Ecclesiæ nihil sit periculosius quam si creatio Pontificis pro-
C telatur? Romana Civitas bifariam scinditur, Rex Aragoniæ prope est in mari cum exercitu, Dux Sabaudiæ Amedeus adversum nos pro se nititur, habemus Comitem Franciscum inimicum: & hæc omnia patientes eccur non expergiscimur, ut Sponsæ Christi Pastorem suum ac Ducem demus? Ecce Dei Angelum, Prosperum, inquam, Cardinalem Columnam, instar agni mansuetum: hunc non eligimus Papam? Jam decem vota habet, duo solum desiderantur: quin surgitis & hæc quoque ei additis? Si vel unicus accedat, actum erit, accedet enim etiam alius. Nihil ad hæc moti alii, velut columnæ persistebant in gradu. *Imago Eugenium repræsentans inter Cavalierianas ejusmodi, ut prototypon videatur ad viventis similitudinem expressum, eodem quo Regularis Canonicus utebatur habitu; unde sequitur, quod vel hunc ille non mutaverit Pontifex, vel ita pictus sit ante Pontificatum; dignam proinde censeo quæ seorsim hic proferatur.*

hic quidem 10. vota obtinet,

agentque pro eo Card. Firmano pene digitur,

10 Tunc Cardinalis Bononiensis, ne Dei Ecclesia per istiusmodi moram gravius damnum pateretur, surrexit, volens ad Cardinalem Colomoam accedere: quod animadvertens Cardinalis Tarentinus,

sed Tarentino moran, te accessum Bononiensis,



CCXI EVGENIVS IV

D

E dixit: Subsiste paululum; neque tantum festina: quia in negotio adeo gravi opus est consilio bono. Rem magnam tractamus & habemus præ manibus; neque sero conficiendam, dummodo bene: quapropter necesse est majori cum consideratione procedere: neque enim agitur de electione alicujus, qui unius dumtaxat civitatis curam gerat, sed qui totum mundum regat atque gubernet; alicujus, inquam, qui habeat potestatem ligandi atque solvendi, claudendi & aperiendi, denique alicujus, qui sit quasi alius Deus super terra. Ad hæc Cardinalis Aquilejensis reposuit: Quidquid dicis agisque, o Cardinalis Tarentine, eo solum spectat, ut ne Cardinalis Columna ad summi culmen Apostolatus perveniat, atque ex tuo arbitrio Pontifex eligatur: dic ergo, quem tu Papam desideras? Bononiensem, inquit. At mihi respondit Aquilejensis, quemcumquem tu nominaveris, is placebit. Interim ad alios decem undecimus accessit Cardinalis Marinus, quando subito assurgens Cardinalis S. Sixti: Et ego, inquit, o Thoma te creo Pontificem, ipso die quo S. Thomæ Vigiliam agimus: statimque alii Cardinales omnes electionem laudarunt. Qui licet indignum se agnosceret, oraretque Cardinales ne se eligerent, sed in ea quam agebat vita manere sinerent; omnium tamen precibus acquievit tandem. F

subito consensu creatur ipsa 6. Martii,

11 Dum porro Sanctitas sua a ceremoniarum Magistris induebatur vestibus Pontificiis, interrogatus quod nomen sibi optaret, respondit dici velle Nicolaum Quintum, idque in honorem Cardinalis sanctæ Crucis, præceptoris sui, eo nomine appellati. Interim Cardinalis Colomna, Prior Diaconorum, de more aperuit fenestram sublimem conclavis, elataque foras Cruce ad populum exclamavit, electum esse Pontificem: sed quia eminentior locus erat, intelligi non potuit nomen Electi, quin multi dicebant electum esse Cardinalem Columnam: subitoque effracti sunt parietes Conclavis. Interim Ursini, quibus talis electio non valde placebat, confestim suas domos valido præsidio munierunt, diligenterque custodiebant bona sua. Romani vero existimantes Romanum aliquem Cardinalem sibi obtigisse in Pastorem, risu, plausu, ac tripudio ingentem testabantur lætitiam. Ast cum pacato tumultu

& Nicolaus appellatur,

dum populus credit electum Columnam:

A expilata subito fuisset domus Cardinalis Capuani, innotuit veritas; itumque est in domum Cardinalis Bononiensis, & quæ ibi erat, modica licet, supellex direpta. Regi Arragoniæ non fuit valde grata electio sam sancta, multum enim optaverat ut Cardinalis Columna ad supremum gradum exaltaretur.

32 Denique pro rei totius conclusione, Sanctitas sua magno cum strepitu portata fuit in ecclesiam Minervæ: ubi collocatus super altari, ab omnibus Dominis Cardinalibus, exhibentibus sibi obedientiam, fuit adoratus. Deinde in equum album, eo fine istic apparatum, impositus, ductus est ad ecclesiam S. Petri, frænum equi tenente uno ex Romanis Senatoribus, nomine Procopio: quem omnes Regum ac Principum Oratores; cum

& in Basilicam S. Petri deductus:

maxima populi multitudine, assectabantur. In ecclesia S. Petri iterum Electo præstita obedientia est, adoratusque a Cardinalibus deductus est ad gradus S. Petri: ubi Sanctitas sua infinitæ quasi turbæ, ad hoc congregatæ, benedixit ex more, in ejusmodi servari solito. Inde reductus ab omnibus Cardinalibus ad cameram Papalem, majorem eorum partem secum in prandio habuit: itaque relictus ab iis est ad custodiam palatii totiusque Dominici Gregis: quem divina Majestas diu servet incolumem, ad publicam totius populi Christiani utilitatem & summi Numinis sui majorem gloriam. In hoc Conclavi præteriti fuerunt illi, qui omni studio Papatum ambiebant; & is qui eumdem aperte recusabat electus, per misericordiam Dei, qui vivit & regnat in sæcula sæculorum. Amen. D

populo benedixit.

FELIX ANTIPAPA.

FELIX, V. ejus nominis, natione Sabaudiensis, Amedeus Eremita antea vocatus, anno Domini MCCCCXXXIX. die XVII. Novembris, Eugenio Pontifice a Basileensi Concilio Philippi Ducis (Mediolanensis) procuratione deposito, Pontifex electus in schismate,) Antipapatum acceptavit XVII. Decembris, coronatus Basileæ anno MCCCCXXXX. die XXIV. Augusti festo S. Bartholomæi; a qua die sedit annis VIII. menses VII. dies XV abdicavit se Lausanæ VII. Aprilis, anno MCCCCXXXXIX. postea Cardinalis Episcopus Sabinensis, pie defunctus est Genevæ anno MCCCCLI. VII. Januarii; ac Ripaliæ, loco sui primi secessus, tumulatus. E

Ab anno 1440. ad 49 an. 6. m. 7. dies 13. B

Ratio temporis,

A*Nnum & diem mortis maluimus ex Guichenono, historiæ Domus Sabaudicæ accuratissimo scriptore, accipere, licet Oldoinus noster in Necrologio Pontificio notet XIII. Januarii anni MCCCCL. Abdicationis suæ diem & annum ipsemet indicat, Bulla, quam ea occasione vulgavit Pontificalium actionum ultimam, quamque licebit in præfati Oldoini Additionibus ad Ciacconium legere. Coronationis solemnitatem, a qua ipse in suis Bullis invenitur annos Pontificatus numerasse, descripsit Æneas Silvius, tunc* Felici *& Basileensibus adhærens, ipsemet postea Pontifex* Pius II. *descripsit autem illam insigni Epistola, data Idibus Augusti, doctissimo viro Magistro Ioanni de Segovia, Theologo excellenti, ipsius* Felicis *ad dietam Bituricensem Oratori. Acta denique Concilii Basileensis Sess. 39. & 40. confirmant diem electionis acceptationisque præfatæ, quam Stella perperam anno uno prævertit: de* Felice *autem in hunc modum scribit.*

Amedei recessus ad eremum,

2 Eo creato e vestigio magnæ seditiones in Ecclesia Dei exortæ sunt, cum Christiana respublica trifa- C riam divisa, aut Felicem, aut Eugenium sequeretur, essentque qui neutrales vocarentur, quod neutri obtemperarent. Hic itaque Felix primus Sabaudiæ Dux fuit, qui prius Comites appellabantur, a Sigismundo Cæsare titulo Ducatus obtento; cum annis fere XL. post patrem provinciæ gubernacula tenuisset; aucto paterno imperio, parta undique pace, demum relictis principalis gloriæ fastibus, in eremum se recepisset, cum sex viris Equestris Ordinis; & ætate jam provectus mundo & pompis renuntiasset, Ripaliæ locum, tamquam paradisum deliciarum; sibi delegit. Cumque eo in statu vitam cœlibem ageret, a Basileensi Concilio Pontifex electus fuit, barbam totondit quam antea nutrierat, Ducatum primogenito suo tradidit, ecclesiasticas ceremonias didicit, stipatus magna Nobilium caterva Basileam perrexit: ubi inter duos filios, egregia facie adolescentes, tamquam Romanæ Præsul Ecclesiæ coronatus est. Celebravit sæpe divina, benedixit plebibus, Officia Curiæ ordinavit, Cardinales doctrina & auctoritate præstantes assumpsit. Verum cum pacis & humilitatis amator existeret; mortuo Eugenio Pontifice, illico, nullis pulsatus precibus, Nicolao ejus successori humanissime cessit; relicto nomine Papæ

electio ad Antipapatum

ultroneaque renuntiatio,

Cardinalatus honorem retinuit; in patria sua Legatus de latere creatus, defecit in senectute bona. Fuit autem clarissimus Princeps, propter genus & suæ elegantiæ formam, ac regiam dignitatem & promptam eloquentiam; manibus integer, vita & religione sanctus, in subditos clemens, in bello magnanimus, & in omnes justissimus; ac demum nimium felix, si senium suum Ecclesiasticis titulis non fœdasset.

3 *Anonymus quidam, Caroli Emanuelis Ducis Sabaudiæ historiographus, totam hujus Antipapatus historiam, ex originariis documentis conscriptam, satis fideliter Parisiis edidit, sub titulo* Amedei Pacifici; *& Basileensis Concilii Acta improbans, quamvis olim multis Principibus* Universitatibusque *probata, ostendit extra culpam fuisse* Amedeum *admittendo Papatum; & Blondi Flavii Foroliviensis fœdas in* Felicem *calumnias abstergit: quibus nimium credulus Odoricus Raynaldus, Annalium Ecclesiasticorum Continuator, ejus memoriæ videtur fuisse iniquior. Huic ergo noster Oldoinus in Ciacconio se opponens, ex prædicta Anonymo complura describit. Ceterum satis illum vindicare videntur Lausanensis Synodi &* Nicolai *Papæ de* Felice *se abdicante elogia, amplissimaque privilegia ipsi relicta. Regestum Epistolarum ejus, cum non modico historiæ detrimento, voluminibus pluribus Genevæ asservatum, ab illius civitatis Magistratu hæretica pertinaciter supprimi, ita ut nec prece nec pretio postulantibus Sabaudiæ Ducibus permittatur, idem Anonymus merito queritur.* Zelatorem concordiæ pacisque Auctorem appellat *Synodus Lausanensis.* F

Ejus historia edita,

Regestum MS. Genevæ.

4 Nicolaus *Papa, Basileensis & Lausanensis Synodorum Acta cetera approbans, quatenus ad unionem Ecclesiasticam opus erat, gratias a quondam* Felice *factas ratas esse jussit,* Eugenii *vero contraria Acta aboleri atque deleri; mortuum autem* Amedeum, *(sicut Philippus Bergomensis in* Chronico *testatur)* miraculis multis clarum, *insigni ornaturus elogio.* Talem, *inquit,* se ad unionem & pacificationem Ecclesiæ in oculis nostris & omnium Christi fidelium exhibuit, ut quidquid nobis factu possibile viderimus; suæ recordationi ac honori .... libenter tribuamus. *Porro Guichenonus scribit, defuncti corpus, ut Sancti, fuisse in honore habitum Ripaliæ, usque dum Bernates hæretici, tota Chablicensi tractu potiti, sepulcrum everterunt, nihil ejus reli-*

Acta a Nicolao V. approbata,

& laudata memoria.

A *reliquum dimittentes præter unius marmoris frustum, in quo Sabaudicæ stirpis insignia cum tiara & clavibus conspiciuntur: ossa vero ex sepulcri ruderibus collecta, Caroli-Emmanuelis Ducis cura, deportata sunt Taurinum, atque Domus illius Regia monumentis illata in templo Cathedrali, cum hoc Epitaphio, per Comitem Thesaurum composito.*

Translatis Taurinum ossibus positum Epitaphium,

5 Amedeus Pacificus, Sabaudiæ Comitum ultimus, Ducum primus, Chablasii & Augustæ octavus, tot Regum nepos, tot Reginarum pater, gestis, prudentia, sanctitate ter felix, ævi sui Salomon acclamatus; docuit Sabaudæ strenuitatis esse pro Christi Ecclesia tam bella dissipare quam gerere. Pace itaque Italiæ parta, ditione aucta urbibus, ornata titulis, stabilita legibus, cœlesti aspirans regno, suo sese abdicavit, aspirans solitudini. Sed orbi clarior dum latet, magnus dignitatum contemptor, omnium maximam dignitatem sibi supplicem vidit. Eugenio enim Quarto Pontifice Maximo, Basileensis Concilii ac totius pene Europæ consensione exauctorato, non regnandi libidine, sed obsequendi necessitate, impositum orbem sustinuit ne corrueret, FELIX PONTIFEX nuncupatus, aliis felicior quam sibi. Nam Christianæ reipublicæ reformandæ, sedandis Principum dissidiis, solicitum de-
B cennium impendens, publicam tranquillitatem prætulit suæ, orbemque pacare maluit, quam regere. Nam Nicolao Quinto ad Pontificatum rite assumpto, quam invitus dignitatem susceperat sponte abjiciens, Pontifex adhuc meritis & insignibus, bonæ fidei testibus; nec jam titulo, sed virtute Sanctissimus; amica in solitudine, solicitudine deposita, sacræ S. Mauritii militiæ cui auctor extitit auctoratus, iterum FELIX AMEDEUS esse cœpit, cum FELIX PONTIFEX esse desiit. Ejus sanctiones, gesta, & acta Ecclesiæ saluberrima, Nicolaus decretis, populus plausu, cœlum miraculis
anno 1654. comprobavit. Debuit illius religioni ecclesia, quod illud schisma ultimum fuit. Hæreticorum seditione Europam subvertente, fama notior fuit quam tumu- D
lo: demum diligentia Emmanuelis Philiberti abnepotis, Sabaudiæ Ducis, Regiæ familiæ sepulcro sub Taurinensi basilica compositus, ut singulare Sabaudici nominis lumen singulariter etiam clarescceret, Carolus Emanuel II. Sab. Dux Cypri Rex, æternæ memoriæ posuit anno MDCLIV.

6 *Princeps etiam Mauritius marmoream in ecclesia statuam erigendam eidem Cariniani curavit, cum hujusmodi titulo.* Amedeus a Sabaudia, nomine septimus, successione decimus tertius, Ducatus primus, ter Maximus; in puerili innocentia, juvenili conjugio, senili cœlibatu, ter Pius; cum filiis, cum subditis, cum vicinis, ter Pacificus; in Ducatu, Pontificatu, Legatione, ter Justus; suorum, exterorum, Conciliorum acclamatione, ter Salomon; in eremi cultu, ab eremo exaltatione, ad eremum reditu, ter Felix; vita, obitu, miraculis, ter Sanctus; cum in Augustiniani tirocinii Carinianensis secretiori delubro ad vivum expictus, immemorabili sed privata pietate coleretur; Mauritius Princeps a Sabaudia, ad majorem Dei gloriam, populi religionem, Regiæ stirpis decus, ad propriam denique quam semper ei præstitit venerationem, imaginem hanc ab illa exculptam publice collocavit anno MDCLVS.

Idem erecta statua.

E
7 *Carinianensem istam*, ad vivum (*ut præfertur*) *expictam olim imaginem, cum altera recentius exsculpta, delineari mihi sæpius petii: sed nostris in hoc mihi servire cupientibus defuit hactenus commoditas idonei pictoris, qui ectypon ad me mittendum formaret in loco, medii fere diei itinere dissito ab Augusta Taurinorum; unde necdum omnes spem abjiciens concepita accipiendi, interim observo*, Ripaliam *in Præfectura seu Balivatu Thononensi ad meridionalem Lemani Lacus ripam consistere, pari fere leucarum* VII. *intervallo ab Urbe Geneva, & Rhodani lacum illum efficientis ostio, Helvetiæ limite.*

Ripalia situs.

CCXII. NICOLAUS V.

NICOLAUS Papa, ejus nominis V. natione Genuensis, patria Sarzanensis, Thomas antea vocatus, patre Bartholomæo chirurgico, humili familia natus, anno MCCCCXXXXVII. omnium suffragiis Pontifex creatus), VI. Martii, coronatus XIX. Dominica IV. Quadragesimæ; sedit annos VIII. dies XIX. defunctus XXIV. Martii MCCCCLV. sepultus in Vaticano: & vacavit Sedes dies XIV.

Ab anno 1447. ad 55. an. 8. dies 19.

G
Ratio temporis in Regesto.

QUidquid de die electionis scribant alii, tenendum est firmiter, quod supra audivimus ex ore Cardinalis S. Sixti, electum eo die, quo S. Thomæ (*scilicet Aquinatis*) vigilia agebatur. *Nam quod in contrarium, pro die* quinta mensis *adduci posses ex Raynaldo, repertum in libro primo diplomatum hujus Pontificis, memoriale sphalma esse convincitur, ex conjuncta eidem nota* diei lunæ; *quæ anno* MCCCCXLVII. *habente litteram Dominicalem* A. *non fuit* quinta, *sed* sexta mensis Martii. *Sic autem ibi legitur initio scriptum, & simul Coronationis dies indicatur his verbis:* Liber primus Bullarum de Curia, inceptus in primordiis assumptionis sanctissimi in Christo Patris ac Domini D. Nicolai divina providentia Papæ V. Romæ, ubi idem Dominus, antea dictus Thomas tit. S. Susannæ Presbyter Cardinalis, Bononiensis nuncupatus, die lunæ; quinta (*imo sexta*) mensis Martii, anno a Nativitate Domini MCCCCXXXXVII. Indictione X per Reverendissimos Dominos S. R. E. Cardinales, in monasterio B. Mariæ de Minerva, ad summi Apostolatus apicem concorditer assumptus est, & die Dominica XIX. die mensis Martii in Basilica Lateranensi coronatus. *Quæ de humili ejus genere habet Stella, confirmantur a Vitæ scriptore Ianozzo* Manette, *qui patrem nominat* Bartholomæum Pere- F
gri medicum: *at scriptor Conclavis ejus mortem secuti, dicit procreatum* stirpe nobili, quæ Luca originem suam traxerit, natum *vero* in castro Fidiano, *territorii fortasse Larzanensis*. Lucandi *cognomen addunt aliqui.*

2 *Obiisse Nicolaus dicitur a Stephano de Infessura (quem alii apud Raynaldum nominati sequuntur)* hora quinta noctis, *juxta Italicum horologium ab occasu solis, quo sensu mors eadem die* XXV. Martii *a S. Antonino, ab aliis* Feriæ III. *attribuitur; concurrebant autem talis dies cum tali Feria, anno* MCCCCLV. *habente litteram Dominicalem* E. *Nobis tamen, ad mediam usque noctem protendentibus diem, adhuc currebat dies* XXIV. *Martii; Romæ enim aliisque locis in gradu* XLV *Borealis altitudinis positis, tali die non habebatur media nox, nisi quinque minutis ante sextam, ut videre est in Horario Ecclesiastico Theodosii Rubei Tabula 16. Porro* Nicolai *Vitam sic breviter describit Stella, ex Bergomensis Chronico hic (uti & alibi) nonnulla mutuatus.*

Tempus obitus.

3 Vir certe, *Nicolaus fuit*, tanto Principatu dignissimus & necessarius, omniumque litterarum scientissimus, ac virorum doctorum observantissimus,

Nicolai promotio,

A quos undique perquisivit, eosque semper ubicumque & pecunia & beneficiis mirifice juvit: qui cum omnium pene virtutum ornatissimus haberetur, & in Deum hominesque bene meritus, uno eodemque anno & Episcopatus & Cardinalatus ac Pontificatus munus, maxima eum omnium pace & admiratione adeptus est. Qui cum Pontificatum iniisset, præter omnium spem, omnes mundi Principes, cum esset & consilio & virtute illustris, habuit favorabiles & obsequentes. Cujus rei gratia & Felix Pontifex permotus, animadvertens id a Deo factum fuisse, e vestigio, ad tollendum omne schisma, Pontificatu se sponte abdicavit, & per Oratores suos eum Pontificem verum salutavit. Quapropter Nicolaus hic, visa hominis humanitate, statim Galerum Cardinalitium eidem solemniter transmisit, atque Sabaudiæ & Germaniæ totius eum Legatum ex latere creavit, & quidquid in Pontificatu sanciverat approbavit. Qua quidem concordia lætatus est non modo populus Romanus, sed etiam totus mun-

quam a Deo esse agnoscit Antipapa & cedit.

B dus, a tanta seditione liberatus. Nicolaus vero, ne ingratus Deo tanti beneficii videretur, supplicationes admodum celebres cum populo & Clero habuit: idem & omnes Italiæ populi effecere.

ejusdem opera publica

4 Ea igitur gratia & auctoritate Pontificis, populi & principes permoti, ad bella jam diu concitati, aliquamdiu substitere: & Fredericus, jam diu Romanorum Rex creatus, una cum Leonora conjuge sua nova, pro corona accipienda Romam concessit, & ab ipso coronam & benedictionem nuptiarum accepit. Multa etiam hic gloriosus Pontifex, in Urbe & extra ædificia magnificentissima ædificavit, & quam maxime in Vaticano Pontificale palatium sumptuosissime extruxit, & murorum ingentem molem ibidem inchoavit, quibus coerceri hostes possent, ne Pontificis ædes diripere possent. Pantheon quoque, quod S. Maria rotunda vocatur, plumbeo tecto restituit. Templum etiam S. Theodori a fundamentis erexit, ac S. Stephani ecclesiam restituit. Pontem Milvium & Urbis mœnia instauravit, ac Urbis vicos ubique ferme stravit. Habentur adhuc multa illius vasa aurea & argentea, nec non & Cruces multæ gemmis ornatæ, ac Sacerdotalia vestimenta auro & argento intexta, quæ ejus magnificentiam omnibus ostendunt: librosque perpulchros infinitæ multitudinis, cum adhuc imprimendi ars non prodiisset, exscribi fecit. Huic autem plures quam ulli mortalium dedicati fuerunt libri. Eleemo-

& virtutes.

C synas in pauperes & virgines erogavit, quasi expers avaritiæ omnino esset. Gratus erga se meritos, justitiæ pacisque amator atque auctor & conservator fuit. Jubilæum habuit permaximum quartum. B. Bernardinum canonizavit: & omnia prospere eidem successerunt. Tandem cum captam a Turcis Constantinopolim audivisse, dolore animi quo plurimum cruciabatur, & febri sauciatus, diem clausit extremum: quem in B. Petri basilica sepelierunt: cujus sepulcro tale Epitaphium inscriptum habetur: ab Ænea Silvio Piccolomineo, postmodum Pio II. compositum, ut fertur.

Epitaphiũ,

5 Hic sita sunt Quinti Nicolai Antistitis ossa,
Aurea qui dederat secula, Roma, tibi.
Consilio illustris, virtute illustrior omni,
Excoluit doctos doctior ipse viros.
Abstulit errorem, quo schisma infecerat orbem:
Restituit mores, mœnia, templa, domos.
Tum Bernardino statuit sua sacra Senensi,
Sancta Jubilæi tempora dum celebrat.
Cinxit honore caput Friderici [&] conjugis auro:
Res Italas icto fœdere composuit.
Attica Romanæ complura volumina linguæ
Prodidit. En tumulo fundite thura sacro.

Ipsius sepulcri, quale olim fuit antequam Basilica restauraretur, videre qui volet imaginem, inveniet in D *novo Oldoini nostri Ciacconio, nec non aliud priori haud absimile sensu, sed metro minus culto epitaphium, a Maphæo Vegio Laudensi compositum, qui & de S. Bernardino multa scripsit, ut ad diem ejus, scilicet XX. Maii, videbimus.*

6 *Prolixiorem ejusdem* Nicolai Papæ V. *Vitam; existentem in Bibliotheca Vaticana sub numero 2046. & a Jannotio de Manettis scriptam, inveniens citari a Raynaldo, & laudari in Bibliotheca Pontificia Ludovici Jacob, ut quæ etiam Florentiæ habeatur in San-Laurentiana Mediceorum Magnorum Ducum bibliotheca; quæsivi quid rei esset: & a Junninge nostra responsum accepi, stylo vago atque oratorio procedere (qualia etiam plura ejusdem Auctoris opera, qui Neapoli obiit* MCCCCLIX. *enumerat Ludovicus Jacob prœcitatus) atque in tres libros dividi, quorum primus juventutem describat nec non priorem ætatem usque ad Pontificatum; secundus acta Pontificatus; tertius extrema ejusdem monita: quibus non sit opera pretium augeri molem hujus operis, nisi forte prius, quod proprie historicum est, inde decerpserit & collegerit aliquis.* E

Vita per Jannotium de Manettis scripta.

7 Nicolaum *hunc* V. *in signandis Bullis litterisque, usum esse anno usque ad* XXV. *Martii currente, certissimo liquet ex singularum annorum actis apud Waddingum, idemque probaret, quæ prima sub ejus nomine habetur in Bullario, nisi typographico errore legeretur data* Kal. Aprilis; *sed ex margine constat* 19. Martii *datam esse, atque adeo legendum* XIV. Kal *quo errore correcto, & anno sicut dictum est producto, vere habebitur data* anno Dominicæ Incarnationis millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo, XIV. Kal. Aprilis, Pontificatus anno secundo, *ut omnia ista, ex stylo tunc Curiæ, ad longum scribuntur. Quia tamen dies* XIX. *Martii anniversarius est Ordinationis, needum intelligitur utrum is annum secundum cœperit ab hac die numerare, quod est verosimilius, an a die electionis factæ* VI. *Martii. Doceret id, si vitio careret, Bulla ejusdem* 135. *in Regesto Waddingi: sed hæc dum ibi data legitur* anno Dominicæ incarnationis 1453. 23. Kal. Aprilis, Pontificatus anno septimo, *solum relinquitur conjectura, vitium non esse in anno Pontificatus, qui alias debuisset fuisse* octavus, *pridie sive a die* XIV. *Kalendas inchoatus; sed in zyfra, atque pro* 13. *ponendum* 17. *vel* 18. *ut habeatur dies ultimus vel penultimus anni septimi: tunc autem sequeretur eumdem annum Pontificatus septimum non finire in anniversario Electionis, sed Ordinationis. Aliam quæ huc faciat nullam invenio: sed qui Regestum ejus posset in Vaticano videre, plures haud dubie inveniret.* F *In Bullario Lateranensi duæ inveniuntur hujus Pontificis bullæ, datæ* Kalendis Januarii & Martii *atque* III. Nonas Februarii, anno Incarnationis Dominicæ 1450. & 1451. Pontificatus anno tertio & quarto: *ubi annus inchoatur a Kalendis Januarii: Sed eum, qui numerales Romanos convertit in zyfras, etiam ipsos numeros anni ad usum vulgarem aptavisse, ostendit mox sequens Bulla pag. 337. notata anno Incarnationis Dominicæ* MCCCCLII. III. Nonas Februarii, Pontificatus anno sexto; *ubi apparet annum protrahi usque ad Martium, quando juxta fidem originalium Bullæ transcriberentur, sicut hic præter morem illius libri factum, servatis Romanis litteris.*

Anni Pontificii a die Ordinationis.

ELECTIO SUCCESSORIS

Ex Relatione Italica coævi Anonymi.

1 SEderat in Cathedra S. Petri annis circiter octo felicis memoriæ Nicolaus Papa V. non solum illustri prosapia ortus, sed etiam honesto vir animo doctrinaque egregia ornatus; cui natalis locus Castellum Fidianum fuit, licet familia ejus processerit e Lu-

Pontifice post felix regimen vita functo,

A Lucensi civitate, libera inter Hetruscos Republica. In ejus Pontificatu præ multis insignibus operibus illud specialiter eminuit, quod maxima & admirabili cum frequentia populi, solennissime celebraverit Annum sanctum, sacram Portam reserans in Vigilia Natalis Domini MCCCCXLIX. quo etiam tempore B. Bernardinum Senensem Cannoizavit, coronavit etiam in ecclesia gloriosissimorum Apostolorum sacram Majestatem Frederici Imperatoris ejusque uxoris Leonoræ, cum omnibus ceremooiis ritibusque ejusmodi actui convenientibus. Multas Romanæ Urbis ecclesias magnifice restaurandas curavit, plurima speciosissima ædificia inchoavit, duranteque Pontificatu suo pleraque perduxit ad culmen. Eminentissimæ Cardinalitiæ dignitati adjunxit viros nobilissimos septem, interque eos Philippum Cardioalem Bononiensem, hominem doctissimum & ingenii perquam acuti. Carcere claudendum ac deinde supplicio capitali afficiendum mandavit Stephanum Porcarium, nobilitate B præcipuum & Romano populo valde carum. Severe cavit ne Romæ scriberentur nova forasque emitterentur. Denique Pontificatus ejus omnis felicissimus ac nominatissimus fuit, si bellum Torcicum demas, quod famæ ejus haud parum detrivit; cui reparandæ dum studet, colicis doloribus oppressus varieque agitatus, transiit ad vitam meliorem: quo factum est ut ingens expeditio contra Turcas jam parata evanuerit.

Ingressi conclave Cardinales, 2 Interim ordinatæ fuerunt solennissimæ exequiæ, per novem continuos dies more solito a Cardinalibus celebrandæ: quibus peractis, intimatum iisdem Cardinalibus per apparitores est, ut in diem sequentem convenirent. Hi cum variis congressibus suis maxima cum prudentia disposuissent omnia necessaria ad custodiam Palatii & Civitatis, ceteraque tali casu opportuna præparassent, receperunt sese ad electionem futuri Pontificis; itaque celebrata de more a Cardinali Decano Missa de Spiritu sancto, processionaliter ingressi sunt in Conclave numero quindecim: mansit autem Conclave apertum usque ad quintam horam noctis, ut Principum Oratores Actoresque possent *post duo scrutinia infructuosa* agere cum Cardinalibus: illis vero digressis, nec non aliis omnibus quibus jus non erat in Conclavi remanendi, a Cardinalibus Ordinum capitibus clausum Conclave est. Qui hic inveniebantur Cardinales, factionibus inter se divisi, difficilem reddebant summi C Pontificis electinoem; cum multi eorum supremum istum gradum ambirent: unde factum est in scrutinia duo effectu caruerint.

pene eligunt Bessarionem Græcum: 3 Tum vehementer urgeri cœpit Electio Cardinalis Bessarionis, ex civitate Orno (*Trapezuntinum passim alii faciunt, nec Orni nomen usquam reperio*) eo quod ipsum judicarent præ cunctis aptissimum, ad sustinendum pondus tanti regiminis; eoque spes pro illo videbatur certior, quod jam conspirabat sufficiens numerus, neque dubium videbatur quin proximo scrutinio relaturus esset duas tertias votorum: quare jam etiam ei cœperant status Principum commendari, & pro hoc illove negotio supplicabat nunc unus nunc alter. Hæc cum a partiariis referrentur contrariæ factioni, Cardinali Avenionensi imprimis commissum est, ut modo hunc modo illum Cardinalem conveniens, eosdem a tali electione dimoveret: ipse autem intrepide dicebat: Sanctæ igitur Latinæ Ecclesiæ præ- *sed per Cardinalem Avenionensem abducti a proposito,* ficiemus hominem Græcum, & ad summi Pontificatus culmen provehemus Neophytum? Quid autem vos certos fecit de sinceritate conversionis ejus? An ergo Pastor noster erit, qui non ita pridem fidem Catholicam oppugnabat? Ad eamne Ecclesia nostra est redacta inopiam, ut in ipsa nemo inveniatur idoneus qui regat & gubernet Gregem Domini? Expergiscimini, illustrissimi Domini: neque permittite ejusmodi scandalum fieri in Ecclesia Christi. Ego certe ejusmodi electionem non probo: nec alius, quicumque D verbis meis fidem habuerit, umquam consentiet ut ejusmodi persona eligatur in Vicarium Jesu Christi, ejusque Gregi præficiatur, cum tanto Christianitatis periculo. Fuerunt tanta cum energia tamque vehementi spiritu hæc prolata, ut ad electionem Bessarionis numquam valuerint duæ tertiæ suffragiorum adduci: unde licet is tota nocte, propter fautorum suorum constantiam, crederetur proximus esse Pallio; exorto tamen quo eligendus erat die, longe se remotum vidit ab eo, quod noctu præcedenti sperabatur & pro certo habebatur. Ita scilicet contingere solet confidenti in hominibus, omniaque in irritum ei cadere.

4 Nihilominus adhærentes Bessarioni Cardinales, *consentiunt inopinato in Card. Borgiam:* cum eum omnino promovere vellent, tentarunt eligendum curare per viam accessus, a qua eatenus abstinuerant: tandem tamen duæ Cardinalium partes elegerunt eum de quo minima suspicio erat, videlicet Cardinalem Alfonsum Borgiam, Tit. Sanctorum E Quatuor-Coronatorum, natione Hispanum ex civitate Valentia, nobiliter natum, excellentissimi ingenii atque in regimine ecclesiastico exercitatissimi, quin & secularium negotiorum peritissimi: cui auctoritatem addebat matura & gravis ac tantum non decrepita ætas, annos septuaginta supergressa. Hic, cum Sedem primum vacare contingeret, palam omnibus & intrepide dixerat, sortem Pontificatus casuram in se: seque indubitabiliter futurum Papam, etsi nemo Cardinalium id affirmaret sibique adhæreret. Hinc pro more senum delirare potius credebatur: sed ratione implendum erat vaticinium, hominum optimi B. Vincentii, qui palam prædixerat, quod postquam decessisset ex hac vita (*discesserat autem anno* MCCCCXIX.) quidam suæ Hispanæ nationis deberet ad summi Pontificatus gradum assumi: ipse autem postea fuit relatus in Catalogum Sanctorum Christi Confessorum; *nempe eodem hoc anno* MCCCCLV. XXIX. *Junii.*

5 Post celebratam ergo missam de Spiritu sancto, *qui dictus Calixtus 4.* unanimiter omnes Cardinales, facto scrutinio votisque apertis, elegerunt Alfonsum: qui simul a cunctis alacriter adoratus, interrogatusque quod nomen sibi poni vellet, Callixti tertii appellationem optavit: F iterumque adoratus, recepit obedientiam Cardinalium, & per consuetam fenestram annuntiatus est populo a primo Cardinalium Diaconorum. Vix creatus *statuit urgentiam expeditionem Turcicam,* erat, quin statim, ut verus Pastor, studium omne converteret ad bellum Turcis inferendum: quo sine mora denuntiato collectoque exercitu, militibus omnibus plenariam peccatorum Indulgentiam obtulit, ac denique Legatos in Franciam & Ungariam destinavit, ad accelerandam expeditionem copiasque contrahendas. Postea in sella portatus fuit ad ecclesiam S. Petri, & facta coram altari Sanctissimi Sacramenti oratione, collocatus fuit super altari Apostolorum; quando iterum ad genua ciderunt Cardinales omnes, eumque ut Papam salutaverunt, absque ulla cujusquam contradictione vel repugnantia. Relatus deinde ad cameram Pontificiam, postquam juramento confirmasset capitula aliquot, in quæ ante triduum convenerat totum sacrum Collegium, ut deinceps etiam a summis Pontificibus inviolabiliter observanda; ipsum ad Gregis sui custodiam dimiserunt. *Allegat Raynaldus Stephanum de Infissura in Ms. Vatic. sign.* 111. *qui factum id dicat* VI. Idus, *id est*, VIII. Aprilis, *idemque Ms. pergit citare usque ad obitum* Alexandri VI. *&* *annum* MDIII. *fallitur igitur Ludovicus Jacob a S. Carolo in Bibliotheca Pontificia, qui huic Stephano attribuit* Diaria Alexandri V. Romani Pontificis, *qui ante annos fere centum creatus fuit: dicere voluit Alexan-*

A *lexandrum VI. Notat autem Collector Actorum Conclavialium, vixisse, cum Electio fieret, Cardinales viginti, quorum proinde quinque absentes fuerint.* D

CCXIII. CALLISTUS III.

Ab anno 1455. ad 58. an. 3. m. 3 d. 30. CALIXTUS Papa, III. hujus nominis, natione Catalanus, patria Valentinus, patre Joanne viro nobilissimo natus, Alphonsus Borgia antea vocatus, Nicolao Pontifici omnium suffragiis, jam decrepitus, anno MCCCCLV. suffectus est) VIII. Aprilis, coronatus XX. die, eademque Dominica II. post Pascha; sedit annos III. menses III. dies XXX. defunctus VI. Augusti, anno MCCCCLVIII. & sepultus in Vaticana basilica. Vacavit Sedes Apostolica dies XII.

Expeditio in Turcas suscepta, MAgni, *inquit Stella*, vir consilii & excellentissimi animi decoratus, & utriusque Juris peracutus Doctor, atque Regis Alphonsi prius præcipuus Secretarius: qui Pontificatu suscepto, ut ante devoverat, bellum in Turcos statim indixit, & ad id perficiendum per universum orbem Christianum prædicatores misit, qui Christianos in eam expeditionem animarent, ut eum suis opibus adjuvarent. E quibus eleemosynis tredecim triremes primum ædificavit, & in hostes per Patriarcham Aquilegiensem eisdem præfectum statim misit: qui eum illis toto triennio Turcos acriter vexavit, & magnas clades illis intulit, & eorum multas insulas cepit. Alphonsus vero Rex & * Ludovicus Burgundiorum Dux, plurimum animati in eam expeditionem se ituros spoponderunt: sed suorum regnorum voluptatibus impediti tantam tamque sanctam rem omisere. Nec idcirco Calixtus hic optimus Pontifex litteris & nuntiis eos & reliquos Christianorum Principes cessabat ad hujusmodi rem pernecessariam adhortari. *Indictæ ad eam preces.* Cujus rei causa etiam Sacerdotibus omnibus celebrantibus mandavit, ut orationem contra Paganos quotidie in Missa decantarent, ut Deus assiduo rogata flecteretur. Voluit quoque ut in meridie sonum campanis darent, sicut in sero, ad salutationem Virginis Mariæ, ut ea oratione eos adjuvaret qui contra Turcos continue dimicabant. Ea etiam de causa Transfigurationis D. N. Jesu Christi festum & officium ordinavit, jussitque cum Indulgentiis illud celebrari, sicut solennitatem Corporis Christi. Præterea legatos ad Usum cassanum, Armeniæ & Persarum Regem, cum multis & magnis muneribus misit, ut eum in Turcos excitarent: cujus plana persuasione magnas eisdem plagas intulit.

* *imo Philippus*

Alia ejus, 2 Hic B. Vincentium Catalanum, suum compatriotam, Ordinis Prædicatorum; & B. Edimundum Anglicum in sanctos retulit Confessores. Hujus inter cetera præcipua laus fuit, quod eleemosynas pauperibus & Dei servis libenter & frequenter dabat, virginesque pauperes maritis cum dote collocabat. Nobiles etiam ad inopiam redactos suis impensis pro posse juvabat, omnesque ad se venientes mira benignitate & benevolentia complectebatur, & eorum preces libenter pro posse audiebat. Denique moriens centum & quinquaginta millia aureorum, quos in Turcos conquisierat, reliquit: cujus funus in B. Petri basilica *Sepultura:* templo rotundo sepelitur. *Addit Ciacconi interpolator aliquis*, quod S. Mariæ in febribus dicitur, & hodie pro sacrario, quod Sacristiam vocant, in usu est, olimque Apollinis templum fuisse putatur, Nicolai V. impensis restauratum. *Ast Oldoinus, ex auctoribus Romæ subterraneæ, conditum ait* in Sacello, quod ipsemet in honorem SS. Andreæ & Jacobi erexerat in subterranea ædicula: ex quo loco, dum postea sacellum ipsum destrui contigit, translatus est post musicale organum; & inde demum anno MDCVI. inter recensita aliorum sepulcra, sub novæ Vaticanæ pavimento depositus .... Demum anno MDCX. die XXX. Januarii, ossa ejus cum cineribus Alexandri VI. opera Reverend. Joannis Baptistæ Vives, translata fuerunt ad ecclesiam S. Mariæ Montis-Serrati, nationis Coronæ Aragonum de Urbe; in cujus ecclesiæ sacrario in loculo plumbeo servantur. *Veteris monumenti effigiem, cujus statuæ & marmora quædam Vaticanis in cryptis etiamnum spectantur, visendam ex ære Oldoini Ciacconius exhibet. Raynaldus allegat Vitam auctore Poggio Florentino, ex MSS. Cardinalis Firmani: quam quæsitam si accepissem, hic dare totam voluissem; sed neque Romæ, neque Florentiæ hactenus eam reperire potuit plurium utrobique amicorum diligentia, vel ubi lateat, investigare.*

3 Callixtum *porro, eodem usum annorum civilium initio quo sui Decessores, a die scilicet Incarnationis Dominicæ, probant Bullæ ejus in Bullariis Casinensi & Augustiniano, nec non apud Waddingum, datæ ante illum diem anno nostro* MCCCCLVII. & VIII. *ibi autem adscripta anno* MCCCCLVI. & LVII. *Quæ porro est apud eumdem Waddingum in ordine Bulla* 28. *etiam nos docet, non nisi a die Coronationis numerasse annos Pontificis sui. Data quidem invenitur* anno Incarnationis Dominicæ MCCCCLVIII. decimo septimo Kalendas Maii, Pontificatus anno tertio, *qui fuisset numerandus quartus, si initium duceretur ab* VIII. *Aprilis quo fuit electus. Imo ex Bulla ibidem* 14. *data* MCCCCLVI. sexto Idus Aprilis, Pontificatus anno primo (*si error nullus subest*) *sequitur, anniversarium Ordinationis suæ anno uno præcise elapso adhuc imputasse, contra quam passim fecerunt alii; in ipsomet anniversario stilo novi anni ponentes diem primum, non ultimum veteris.* *Stylus Dat. in Bullis,* F

HISTORIA CONCLAVIS

Unde prodiit electio Pii II. ex Italico.

Cur ejusmodi historia quædam hic dentur. R*Ecte, meo quidem judicio dixit nonnemo*, Conclavia *Pontificiarum electionum, esse* glutinum mixturamque exquisitioris prudentiæ; dum in iis Divina sapientia, ad omnium stuporem, confundit humanam; manibusque palpatur, maxime secretas dissimulatasque negotiationes, quibus politica ratio impendit quidquid habet oculorum, momento dissipari; & cœlesti quadam operante virtute, in effectum ab intento diversissimum evadere. *Veritas hæc nulla ratione cognoscitur certius, quam ex eorum relationibus sinceris, qui nulli obnoxii parti ea scripsere, quæ coram oculis suis agi viderunt, præsentes ipsi, & arcanissimorum subinde dictorum factorumque oculati vel auriti testes dum res agerentur. Itaque historiam Conclavis, post* Callisti III. *mortem celebrati, atque nonnullorum sequentium ex Italico accipe.*

In Conclave ingressi Cardinales 16 Augusti. 5 Formatum fuit Conclave in Palatio Pontificio ad S. Petri, comprehensis in eo duabus aulis duabusque capellis. In illarum majori ordinatæ fuerunt cellæ decem, in quibus comederent & dormirent Cardi-

A dinales; minor, quæ S. Nicolai appellatur, reservata fuit electioni summi Pontificis: cameræ aliæ omnes recreationi & obambulationi Cardinalium & Conclavistarum relictæ fuerunt. Ipso die quo illuc ingressi Cardinales sunt (*fuit is verosimiliter ab obitu Callisti decimus, Augusti mensis decimus sextus, feria Hebdomadæ quarta*) nihil omnino actum circa electionem est. Die sequenti capitula quædam sanxerunt, inviolabiliter servanda a Pontifice futuro, in quemcumque sors caderet. Tertio die ab ingressu Conclavis, post Missam de Spiritu sancto celebratam consueto ritu, cum ventum esset ad scrutinium, reperti sunt Cardinales Bononiensis & Senensis ad Pontificatum postulati pari votorum numero; ex aliis nemo fuit qui quatuor vota ferret: Guilielmus Cardinalis Rotomagensis nec unum quidem pro se habuit, sive id odio hominis factum est, sive sic dispositum calidiore astu.

post primi scrutinii spem frustratam,

2 Consueverunt autem Cardinales præsentes, facto & publicato scrutinio, considere & colloqui, si B forte interea vellet aliquis mutare sententiam, & votum uni datum alio transferre: qui modus electionis dicitur fieri per accessum, eoque facile initur concordia. Modus hic prætermissus ea vice fuit; cum ii qui præteriti fuerant satis essent mœsti, quia fieri ad ipsos accessus non poterat. Inde itum ad prandium est, multaque conventicula habita potentiorum, qui auctoritate & gratia præpollere videbantur. Studebat autem unusquisque allicere ad se minus potentes, & vel sibi vel amico Pontificatum obtinere, obsecrando, promittendo, vel etiam comminando. Nec deerant qui seipsos prædicarent Papatu dignos, puta Guilielmus Cardinalis Rotomagensis, Petrus Barbus Cardinalis S. Mariæ novæ, & Joannes Castelli Cardinalis Papiensis: cumque eorum quilibet ipsum se multimodis jactaret, grandis revera erat inter eos contentio, nec diu noctuque dabatur requies.

ambitiis Paparum ambientibus,

3 Nihilominus Cardinalis Rotomagensis, non tam illos timebat, quam suspectum habebat silentium Cardinalis Æneæ Senensis, in quo plus roboris agnoscebat esse, quam in aliorum loquacitate. Accersebat ergo modo unum, modo alterum, atque dicebat; Quid vobis cum Ænea, quod eum Papatu dignum judicetis? Vultisne Pontificem nobis dare podagricum & pauperem? Quomodo egenus ille & debilis, egenti vacillantique Ecclesiæ succurret? Modo nobis ex Germania venit, quid scimus an eodem non sit deducturus C Curiam? Quas autem litteras didicit? An in Petri Sedem collocabimus Poetam? An regemus Ecclesiam ex statutis legibusque Gentilium? At forsitan dignum Papatu judicatis Philippum Bononiensem; hominem scilicet cervicosum, qui neque seipsum novit regere, nec audire bene consulentes. Ego inter Cardinales sum senior, neque temerarius vel stolidus, quantum autem ad doctrinam haud indignus Papatu; Regia insuper stirpe editus, abundo amicis, opibus, & facultatibus, quibus succurrere possim egenti Ecclesiæ: multa etiam Beneficia ecclesiastica possideo, quæ per renuntiationem inter vos dividentur. Precibus multis etiam minas addebat. Si quis autem opponeret, Simoniæ infamia pridem notatum, haud idoneum Pontificatui videri, qui beneficia omnia habiturus esset venalia; non diffitebatur sordido istoc vitio se quidem aliquando laborasse, sed jurejurando affirmabat abstenturum deinceps manus ab ejusmodi dedecore.

imprimis Card. Rotomagensi.

palam sollicitante,

4 Favebat illi Cardinalis Aveninnensis, homo audax & sordide avarus, non tam quia Francus, quam quia ex promotione Cardinalis Rotomagensis sperabat sibi certo obventuram Rotomagensem Ecclesiam, & Romæ Palatium Vice-cancellariæ. Multi etiam ad instar muscarum alliciebantur promissorum magnitudine: & esca capti, absque Christo, vestem Christi D vendebant. Horum ergo plures in loco secessus, tamquam magis secreto securoque ab arbitris, convenientes, tractabant inter se de modo promovendi Cardinalem Rotomagensem, eoque se obligabant jurejurando etiam scriptis firmato. Quibus ille fretus, promittebat eorum cuilibet benefitia officiaque, quin & in variis provinciis designabat munia; loco digno enimvero in quo talis Papa eligeretur; nec alibi aptius firmari poterant conventiones tam sordidæ. Guilielmi Cardinalis partes amplectebantur Cardinales Græci duo; Cardinales item Genuensis, S. Sixti, Papiensis, Aveninnensis, & Columna. Verum Cardinales, Bononiensis, Ursinus, & S. Anastasiæ pendebant animis, quamvis etiam ipsi viderentur se adjuncturi ceteris, ejusque rei spem aliquam fecerant: dum enim ad effectum venitur, non deest qui dicat, gratiæ demerendæ causa, Ego quoque Papam te creo.

plures pro in loco secessus conspirant:

5 Hoc in statu res erat, jamque confecta credebatur, & solum in expectatione erat dies, qua ad scrutinium veniretur; cum media nocte Cardinalis Bononiensis Cardinalem Æneam requisivit, dixitque, Nostin' quod jam habeamus designatum Papam? Conjurarunt in secessu Cardinales aliquot, definieruntque E eligendum Pontificem Gulielmum, & solummodo dies expectatur. Consulo itaque ut de lecto surgens eum ipse adeas, & priusquam electio fiat tuum quoque ipsi votum offeras: ne, eum contradicente te factus fuerit Papa, habeas inimicum. Ad me quod attinet, curabo ut ne recidam in foveam eamdem, propria sciens experientia quam durum sit habere Papam inimicum: docuit id me Callixtus Tertius, qui me propterea quod ad ejus electionem non concurrerim; numquam benevolo oculo est intuitus. Et vero multum juvat præoccupare gratiam ejus qui futurus videtur Papa: ideoque consilium tibi do quod sumpsi mihi.

quibus junctus se Card. Bononiensis

idemque suadens Card. Senensi,

6 Ad hæc Æneas Cardinalis: Consilium tuum tibi habe. Egon' ut eligam in successorem Petri, quem prorsus indignum tali munere judico? Servet me Deus a peccato tam grandi: quod si alii elegerint eum, viderint ipsi quam rationem daturi sint Deo; ego culpa vacabo, neque conscientiam meam gravabo. At, durum est, inquies, habere Papam inimicum. Fateor: scio tamen, quod non occidet me, quia ipsum non elegerim. Non faciet bene, non augebit reditus, non instruet mensam, paupertati meæ non subveniet. Ast paupertas non est difficilis ei qui ipsi assuevit. Vixi pauper hactenus: nihil refert si pauper etiam moriar. Non auferet mihi Musas meas, dulce in tenui fortuna hac solatium. Ceterum non credo, quod Deus F ter maximus dilectam sibi Sponsam Ecclesiam passurus sit perire inter manus Rotomagensis. Quid enim concipi potest alienam magis a professione Christi, quam fieri Vicarium ejus, qui simoniæ atque impudicitiæ nota infamis sit? Numquam divina bonitas patietur ut hoc Palatium, tot Sanctorum Pontificum habitaculum, commutetur in speluncam latronum & diversorium meretricum. Deus ipse est qui confert Pontificatus: quapropter ne dubites fore ut evanescant consilia eorum qui ipsum Papam elegerunt. Merito sane ejusmodi conjuratio coaluit in loco fœtido sordidoque; conatus enim eorum abibunt in secessum, eumdemque habebunt exitum quem Ariana perfidia. Cras apparebit quod Romanus Pontificatus non ab hominibus, sed a Deo conferatur: quod si vere Christianus es, numquam eliges eum quem nosti esse membrum diaboli. His dictis deterruit Philippum, ne & ipse consentiret electioni Cardinalis Rotomagensis.

ne faciat gravis ab eo oratione dimovetur:

7 Summa mane Cardinalis Æneas adivit Rodericum Vice-cancellarium, quæsivitque, num captus etiam per guttur ipse, in partem Rotomagensis concessisset. Quid enim, reposuit ille, vis faciam, quando

Cardinales Vice-cancellarius,

A do jam acta res est? Convenerunt eorum aliqui in locis necessariis, ibique definiverunt eum eligere: mihi vero non placet ut solus maneam expers gratiæ novi Pontificis: quare majori parti me adjungo. Certus autem sum, non auferendam a me Cancellariam, quia de hac fidem ipsius habeo firmatam chirographo; si vero non eligam ipsum, eligent alii, & privabor officio meo. Æneas ad hæc; O stolide ac temerarie! Ergo juvenem, tuæ nationis inimicum, Pontificatui admovebis; & chirographo hominis, fidem nullam habentis, habebis fidem? Tibi pollicitationibus istis deluso manebit chirographum, sed Cardinalis Avenionensis habebit Cancellariam; nam sicut tibi, ita etiam illi promissa est ac ratificata. Cui autem putas magis præstandam fidem? aut cui potius amicus erit homo Francus; Catalano, an Franco? extraneo, an conterraneo melius faciet? Vide, quid agas, inconsulte: quod si Ecclesiæ utilitas te non movet, faciasque tam parvi religionem & Deum, quibus obligaris dare idoneum Vicarium; tui saltem te moveat respe-
B ctus: periisti enim, si Papa Francus eligitur.

& Papiensis similiter a Senensi deterretur

8 Audivit Vice-cancellarius amicum patienter, seque continuit: postea vero videns Æneas Cardinalem Papiensem; Intelligo, inquit, etiam te esse ex numero eorum qui Pontificem elegerunt Rotomagensem: quid ais? Respondit ille, Promisi ei dare votum meum, ne solus remanerem. Jam facta res est, neque dubitandum quidpiam quin futurus sit Papa. Subjicit Æneas, Ego vero alium te virum esse rebar, quam revera sis. Tuus quondam avunculus Martinus Brandus, Cardinalis Placentinus, quo tempore Papa morabatur ultra montes in Germania, eo quod Joannes XXIII. Sedem trans Alpes detulerat, dum Concilium Constantiense ageretur; non acquievit, donec Pontificem reduxisset in Italiam; tantumque industria sua ingenioque effecit, ut ad eum gradum eveheretur Martinus Quintus, e familia Columnensi. Brandus ergo avunculus tuus Romanam Curiam e Germania reduxerit in Italiam, & tu nepos ejus eamdem ex Italia in Franciam transferes? eumque sis homo Italus, Franciæ potius quam Italiæ studebis? Ast, inquies; juratus promisit, numquam ex Italia abiturum se absque Senatus consensu, hic vero numquam consentiet, ut eat. Dic obsecro, si nihilominus discedere velit? quis Cardinalium resistet homini, jam
C rerum atque regiminis potienti? Primus utique eris tu, qui cum obtinueris bonam illam Commendam, dices ei; Vade, Pater sancte; quo placuerit: quid est enim Italia absque Romano Pontifice? æquumne est ut Apostolatum retineat, quæ amisit Imperium? Quod deinde lumen videbimus, absque illo lumine? Dicetur autem quod tua auctoritate, persuasione & consilio, simus eo privati. Sane vel Papa ibit in Franciam, & patria nostra remanebit absque splendore sui ducis; vel eo inter nos perseverante, Italia ipsa, mundi Regina. Domino extraneo serviet, & Francorum fiemus mancipia, qui occupabunt regnum Siciliæ, civitatesque & munitiones Ecclesiæ. Sapientiorem te facere potest Calixtus, sub cujus Pontificatu omnia tenebant Catalani: hos expertus, nunc etiam cupis experiri Francos? Verumtamen crede mihi, fore ut citius quam existimes, tuæ te pœniteat expesientiæ: videbis mox Collegium Cardinalium plenum Francis, nec umquam de manibus eorum extorquebitur Papatus. An adeo stolidus & improvidens es, ut eo posito non videas perpetuum jugum imponendum nationi tuæ. Quid porro de vita ejus & moribus dicam? Non te pudet, hominem lubricum, animique venalis ac sordidi, creare Vicarium Christi? Profecto bonum sponsum Sponsæ Christi eligisti, ut ovem saucibus lupi tradas. Ubi conscientia? ubi zelus Dei? ubi justitia? ubi est prudentia vestra? An tua tibi mens

ab homine Franco eligendo,

excidit? Numquid sæpe dixisti, perituram Ecclesiam D
Dei si in manus Rotomagensis deveniret: teque mortem optaturum potius quam Pontificem illum eligeres? Quæ tantæ obsecro tamque miræ mutationis caussa? Numquid momento temporis ille ex dæmonio factus est Angelus lucis, vel tu ex Angelo transformatus in dæmonium, qui ames libidinem, sordes, & avaritiam talis hominis? Quo nunc abiit amor ille erga patriam, quem præ te ferebas, una cum iis verbis, quibus Italiam præponebas universis nationibus mundi? Credebam ego, quod licet ceteri omnes ei rebelles fierent, tu numquam ab ipsa esses defecturus: decepisti me, vel potius decepisti te ipsum & patriam nostram, nisi errorem istum corrigas.

licet eidem vota jam obstrinxerat.

9 Hæc dicente Ænea, hærebat attonitus Papiensis: ejusque verbis, non minus dolore, quam pudore motus, erupit in lacrymas; postquam vero aliquamdiu ingemuisset; Verecundor, inquit, Ænea, sed quid agam? Jam fidem obstrinxi, & si non eligo Cardinalem Rotomagensem, traducar ut proditor & homo nullius fidei. Tum Æneas; Eo, inquit, adducta res est, ut in quamcumque partem te verteris, futurus es proditor: restat ut e duobus alterum eligas; patriamne & Italiam, an Rotomagensem malis prodere. Con- E
victus ergo Cardinalis Papiensis, melius esse iudicavit minusque malum Rotomagensem prodere quam Ecclesiam. Sed Petrus Cardinalis S. Mariæ-novæ, intellecta conjuratione Francorum, & amissa spe obtinendi Papatus, movente eum simul amore erga patriam, simul odio contra Rotomagensem concepto, cœpit ambire Cardinales Italos, neque prius quievit, quam omnes apud Cardinalem Genuensem ac postea Columnensem adunasset: ubi exposita conspiratione, quam Franci in necessariis conflaverant, addebat ruinam imminere Ecclesiæ, si Rotomagensis consequeretur Papatum; orabatque ut se viros generosos præberent, zeloque ardentes pro felici statu Sanctæ Ecclesiæ infelicisque & afflictæ Italiæ: exhortabatur deinde ut, sepositis odiis & rancoribus mutuis, Italum potius quam extraneum Pontificem eligerent: quod si arbitrio suo rem agere vellent, omnibus præponerent Æneam Piccolomineum.

Card. Petrus ipsum Senensem eligendum suadet.

10 Aderant simul Cardinales septem, qui omnes verba Petri laudabant, excepto Ænea, qui modis omnibus se judicabat tali munere indignum. Postea itum est ad Missam, qua finita ventum ad scrutinium. Positus fuit super altari calix aureus, quem tres Cardinales observabant, ne quis error aut fraus subreperet, videlicet Ruthenensis Episcopus, Rotomagensis & Columnensis: ceteri sessum se receperunt ad sua quique loca, atque pro suæ dignitatis gradu ætatisque F
surgentes ponebant in calice schedulas, in quibus descripta erant eorum nomina, quos designabant eligebantque. Cum ergo accederet Æneas, volens suam quoque schedulam calici imponere; exterritus Rotomagensis, dixit, O Ænea, miserere mei, meque habeto commendatum. Verba enimvero inconsiderata ac temeraria, tali præsertim tempore, quo nequibat mutari scriptura: sed ambitio excæcaverat hominem sanumque judicium ei abstulerat: Æneas autem aliud nihil respondit, quam, Mihi vermiculo te commendas? missaque schedula in suum sese locum recepit. Idem cum ceteri quoque fecissent, posita in medium mensa, prædicti Cardinales ipsas schedulas super eam effuderunt; dumque sigillatim alta voce legerentur, omnes notabant singulorum istic inscriptorum nomina, ne posset dolus aut fraus subesse: quod vehementer Æneæ profuit. Cum enim subduceretur votorum numerus, & lectore dicente ipsum octo vota habere omnes tacerent; Rotomagensis, non ferens spe sua se frustratum, mandavit lectori ut schedulas inspiceret accuratius: Nam ego, inquit, novem vota ha-

Itur in suffragia.

Rotomagensis turpiter etiam tum se ingerente,

A habeo. Id ut fieret consenserunt omnes: lector vero, ut qui sibi videbatur errasse, subticuit modum & ordinem schedularum, quas manu propria quisque sic notaverat, Ego Petrus, vel Joannes, vel aliud quodcumque nomen, nomino & eligo in Romanum Pontificem Æneam Cardinalem Senensem & Jacobum Olisipponensem: poterant enim duo vel tres aut etiam plures nominari, sub hac tamen tacita conditione, quod primo nominatus præferretur; hic vero si non haberet sufficientia vota, succederet immediate secundus, idque eo fine ut facilius in unum concurrerent Cardinales. Verum contingit sæpe, ut quod pro majori bono excogitatum est, in pravum finem usurpetur ab aliquo; quemadmodum eodem die fecit Cardinalis Ursinus, septem nominans, ut eo beneficio allecti devinctique sibi jungerentur in suo scrutinio, vel alium non eligerent quam ipsa; qua tamen fraude cognita, parum ei profuerunt doli sui.

& singuli duos aut plures nominant;

11 Publicato scrutinio, cum reditum esset ad numeranda vota, compertum est, sicut diximus, quod novem Cardinales Æneam legerant, soli autem sex B Rotomagensem; qui veluti perculsus stetit, videns tot suffragiis Æneam superare: admirabantur etiam ceteri omnes, neque enim quisquam recordabatur, quod aliquis scrutinio lectus umquam pervenisset ad tantum votorum numerum. Cum tamen is non sufficeret, sessum se receperunt, tentare volentes an per viam accessus, ut vocant, possent eo die creare novum Pontificem. Sedebant omnes in silentio, pallidi ac velut attoniti extraque se rapti; nec quisquam audebat loqui, vel os movere, vel aliam aliquam partem corporis, præter oculos, quos modo in hanc modo in illam volvebant partem. Mirum ergo erat videre tantam taciturnitatem, sed magis vultus singulorum, qui tamquam statuæ hærebant fixi absque voce, absque motu. Ita aliquamdiu constiterunt, expectantibus inferioribus ut superiores principium facerent accedendi. Tum surgens Rodericus Vice-cancellarius dixit, Ego accedo ad Æneam. Fuit ea vox tamquam sica in corde Rotomagensis, adeo ut emori videretur. Facto deinde silentio, dum alter in faciem alterius intuentur, monstrabant signis passiones affectusque animi. Jam sibi videbantur Æneam videre Pontificem; quod formidantes eorum aliqui excesserunt e loco, ad evitandam infelicitatem diei illius, videlicet Cardinales Ruthenus & S. Sixti, prætexen-C tes corporalem aliquam necessitatem: sed cum eos aliqui non sequerentur, confestim reverterunt. Tunc Jacobus S. Anastasiæ Cardinalis dixit, & Ego adjungor Senensi. Iterum omnes obstupuerunt obmutueruntque; jam enim una solum vox Æneæ deerat, cum ad electionem Pontificis requirerentur duodecim.

plura vota referens Senensis,

addit se ei Vice-cancellarius,

Card. S. Anastasiæ,

12 Hanc ergo gloriam vindicare sibi volens Prosper Cardinalis Columna, surrexit in pedes, volens more solito votum dare cum gravitate: sed medium hominem arripuerunt Nicænus & Rotomagensis, vehementerque increpuerunt, quod Æneæ vellet accedere. Cumque nihilominus sibi in suo constaret proposito, conati sunt eum violenter abducere a loco, alter dexterum, sinistrum alter trahentes brachium. Verum eorum verba nihili faciens Columna, quamvis antea votum dedisset Rotomagensi, ab olim tamen amicitia junctus Æneæ, ad alios Cardinales se convertit; & Ego quoque, inquit, Cardinali Æneæ me jungo, eumque Pontificem facio. Hoc intellecto animus statim adversariis concidit, omnisque eorum machinatio evanuit; unde Cardinales universi, nec tantilli quidem temporis interposita mora, ad pedes Æneæ se provolverunt, Papamque salutarunt: ac rursum suis considentes locis electionem factam confirmaverunt, nemine contradicente aut repugnante. Qui interrogatus de nomine quo appellari vellet, Pium dixit; & continuo appellatus est Pius Papa II. D Hinc Bessarion Cardinalis Nicenus, suo eorumque omnium nomine qui Rotomagensi faverant, sic prolocutus est: Gaudemus, o Pontifex maxime, de tua electione, certo credentes eam esse a Deo. Equidem semper te dignum hoc gradu æstimavi, quod autem te non elegerim exigua tua sanitas fecit; cum enim podagra labores, hoc unum deesse judicavimus sufficientiæ tuæ, maxime cum Ecclesia opus habeat homine actuoso, qui non formidet labores itinerum, seque exponere possit periculis imminentibus a Turca; tu econtra quiete indiges; idque nos movit in partem Rotomagensis. Quod si fuisses corpore validus, nemo hic erat quem tibi præferendum judicavissemus. Nunc quoniam sic placitum Deo fuit, nobis quoque oportet ut placeat: Dominus qui elegit te, supplebit etiam defectum pedum, neque castigabit ignorantiam nostram: adoramus te ut Papam, & quantum in nobis est eligimus, fideliter tibi servituri.

ac denique Card. Columna.

Ita electus ille, Pius II dictus,

atque a Bessarione laudatus,

13 Ad ista sic respondit Æneas, Profecto, multo melius judicasti de nobis, quam nos ipsi æstimemus, qui solis pedibus defectum tribuisti. Nos agnoscimus imperfectiones plures nostras, ob quas parum meremur hanc Sanctam Sedem: libenterque fatemur, non esse merita nostra, quæ ad eam nos extulerunt: quin potius omnino indignos nos diceremus, nec ullo mo- E do admitteremus honorem oblatum, nisi Dei judicium nos vocantis formidaremus: quod enim a duabus partibus Collegii fit, id certum habemus a Spiritu sancto emanare, cui se opponere nefas. Obediemus itaque vocationi divinæ; Te vero, Nicæne, etiam laudamus, quod cum ceteris tibi conjunctis, secuti dictum conscientiæ vestræ, me velut insufficientem non judicaveritis eligendum. Omnes æqualiter cari nobis eritis, agnoscentibus nostram vocationem non ab hoc vel ab illo, sed ab universo Collegio atque a Deo esse, a quo bonum omne omnisque perfectio principium ducit. Hoc dicto suis se vestibus exuit, assumpsitque albam Christi tunicam: ac jurejurando confirmatis articulis quibusdam ante tres dies formatis, collocatusque super altare, denuo adoratus fuit ab omnibus Cardinalibus, qui sigillatim ejus pedes manum & faciem osculati sunt. Hoc facto per unam fenestrarum publicata est populo novi Pontificis electio, clamatumque Pium II. dici, & esse Cardinalem Senensem.

Deo & Cardinalibus humiliter ascribit successum;

& adoratur albus.

14 Acta hæc, tertia post solis ortum hora, die XIX. Augusti, die quarto post ingressum Cardinalium in Conclave: mox autem ministri Cardinalium, qui pariter inclusi fuerunt, aggressi sunt spoliare cellam novi Pontificis, fœdeque distraxerunt argenteam, licet modicam, supellectilem vestesque & libros; plebs vero Romana, vilis atque infamis, non solum expilavit sed evertit domum totam, ipsa etiam marmora secum auferens. Alii quoque Cardinales haud parvum damnum passi sunt: suspenso enim in exspectationem populo, cum variæ voces audirentur, & modo hic modo iste diceretur electus, currebat vulgus ad ædes eorum, & incipiebat spoliare: cumque semel auditus esset nominari Genuensis pro Senensi, magna pars supellectilis domesticæ ablata ei est. Verum licet satis multi nominarentur, nullius nisi Senensis nomen excipiebatur cum applausu. Quando enim clamabatur quod Rotomagensis, Genuensis, aut Mediolanensis erant creati Papæ; omnes afflicti, dejecto in terram vultu, maledicebant Collegio Cardinalium: hi enim præ aliis erant in prædicamento. Sed quando constitit Cardinalem Æneam evectum esse in supremam S. Petri Cathedram, incredibili gaudio perfusi fuerunt universi. Vidisses non solum homines, sed omnia quasi animalia, pene dixeram ipsa Romanæ urbis ædificia, exultare. Ubique plausus, ubique cantus & risus strepebant, audiebanturque voces clamantium,

Spoliatur ejus cella & domus;

Lætitia incredibili electio excipitur a populo.

Se-

A Sena! Sena! Felix & fortunata Sena! Cumque tota civitas esset in armis, nec alibi quam in ferro posita videretur securitas; mox atque innotuit populo Papam esse creatum Æneam Cardinalem, exarmavit sese; & Urbs, quæ tota videbatur esse Martis, subito facta est, non dicam Urbs Veneris, matris Trojani Æneæ, sed Pacis atque Tranquillitatis, undique lætissima & securissima.

15 Interim novus Pontifex, restauratis nonnulla refocillatione viribus, deductus fuit ad S. Petri Basilicam; positusque est supra altare majus, sub quo sacra corpora beatissimorum Apostolorum; paulo autem postea, secundum morem, in sublimi throno ipsaque cathedra Apostolica. Ubi ad sedentis pedes deosculandos accesserunt, primum Cardinales & Episcopi, deinde plurimus populus, adorans eum in throno Papali velut Christi Vicarium. Denique reductus ad palatium fuit: sub noctem vero per omnes plateas cunctasque turres lucebant ignes, audiebantur plausus acclamantium sibi invicem vicinorum, interB sonantibus tubis lituisque; & cunctis certatim depromentibus aliquod argumentum insolitæ hilaritatis, sic ut dicerent seniores, tantum gaudium numquam a se fuisse in populo Romano conspectum. Ipsa nocte nobiliores Barones civitatis, conscensis equis albis, funalia manu ferentes, perrexerunt ad palatium salutandi summi Pontificis causa: quorum longissima series a Castello S. Angeli usque ad Basilicam S. Petri tendebatur. Neque Roma dumtaxat, sed plurimæ aliæ civitates Italiæ multique Principes, audita assumptione Æneæ ad summum Pontificatum, singularem demonstraverunt lætitiam: præ ceteris tamen exultabant Senenses, civem suum videntes tantopere exaltatum, ut primum inter homines locum teneret; licet majori Nobilium parti ea res displiceret, indeque affligeretur, utpote eidem inimica.

nobilitatis, civitatibus Italicis, Principibusque,

16 Ferdinando Siciliæ Regi nuntius lætissimus accidit, quod in amicum patris sui collata est S. Petri successio. Franciscus Sforzia Dux Mediolanensis, licet alium Papam optaverat, audita nihilominus Æneæ electione lætatus est: quia eum olim in suis sedibus Mediolani honorifico exceperat hospitio. Borsus D Dux Mutinensis, ut illustrius gaudium patefaceret, instituit ludos ac torneamenta: quia veteri arctaque amicitia devinctus erat Æneæ, vicissimque ab eo diligebatur, ab eo tempore quo ipsi Ducatum obtinuerat ab Imperatore Friderico, multam partem habens in ea concessione expedienda. Sperabat; Borsus, sub hoc Pontificatu res suas meliori loco futuras, & dilatandos terminos: ideoque mandavit ut Ferrariæ, & in cunctis dominationis suæ locis, singularis demonstratione lætitiæ celebraretur novi Pontificis electio. Marchiones Mantuanus, Montisferrati, ac Saluriarum similiter exhilarati sunt: quia omnes erant Æneæ amici. Venetis tamen & Florentinis inter alios minus gratus ejusmodi nuntius accidit: Florentini siquidem metuebant sibi, naturali quodam odio persequi Senenses soliti: unde tam molesta eis erat assumptio Æneæ ad Pontificatum, ut eunt ambulantibus per plateas salutem precabantur obvii, dicebantque Deus te salvet, ut moris est; illi vocem reponerent indignaE tionis plenam. Nihilominus tam ipsi quam Veneti publica quædam dedere lætitiæ signa, miseruntque homines honoratissimos Romam, æque ac alii Potentatus Italiæ, novo Pontifici gratulaturos obedientiamque delaturos. Inter Transmontanos Principes lætissimus fuit Fredericus Imperator, a cujus servitio Æneas fuerat ad Cathedram elevatus; omnes autem Reges Hispaniæ, qui Christum adorant, gavisi fuerunt; ast Scotiæ, Daniæ, Poloniæ, Franciæ, Ungariæ atque Cypri Reges, parum libenter audiverunt Æneam factum esse Vicarium Christi. *Hactenus Relatio illa, quam vel ideo libentius Latinam feci, quia video Joannem Gobelinum, in Vita Pii II., ante Commentarios ejus memorabilium rerum, multa verbotenus hinc transcripsisse. In notando die Electionis irrepserat ex grapho, unde factio est impressio, error, ut pro 19. scriberetur 27. quod cum aliunde certo constaret esse mendum, fidenter mutavi, idem postea aliquoties fariam, eam certior diei nota, numerum zyfræ vitiatum ostendet.*

Pio gratus instantibus per legatos à

F

CCXIV. PIUS II.

C

Ab an. 1458 ad 64. m. 11. d. 27.


PIUS Papa, II. ejus nominis, natione Hetruscus, patria Senensis, Æneas Silvius antea vocatus, Poeta egregius, patre Silvio, nobili satis familia Piccolominia natus, anno MCCCCLVIII. Calixto Pontifici surrogatus) XIX. Augusti, coronatus III. Septembris in Dominica; sedit annos V. menses XI. dies XXVII. defunctus Anconæ XIV. Augusti MCCCCLXIV. sepultus primum in Vaticano, denique in ædem S. Mariæ de Valle Patrum Theatinorum translatus. Vacavit Sedes dies XV.

Stylus datæ

SAcrosanctis infulis, *inquit Raynoldus*, redimitus est Pius apud S. Petrum III. Nonas Septembris, ut Gobelinus aliique testantur. *Hinc corrigas typographicæ omissionis mendum in Regesto Waddingi, ubi Bulla 16. Pii notatur data* anno Incarnationis Dominicæ MCCCCLX. IV. Septembris Pontificatus anno II. *apparet enim legendum esse* IV. Nonas Septembris, *at habeatur dies ultimus anni secundi, fuisset alioqui dies secundus anni tertii: ut taceam quod hujus ævi Pontificibus, & multo magis Pio Latinæ linguæ scientissimo, in usu consuetum fuerit, per* Kalendas, Nonas *&* Idus *numerare dies more Romano, non autem stilo nostro vulgari. Ex eadem Data, sic correcta, insuper discimus, non nisi ab Ordinationis die ordiri annos Pontificis hujus: quod vero continuaverit etiam ipse civilium annorum initium ponere in* XXV. *Martii pluribus ex Bullario & Waddingo exemplis probabit, cui id necessarium erit.*

2 Fuit vir; *inquit Stella*, plane omni laude dignus, utpote eruditissimus, eloquentissimus, copiosissimus, ac fortitudinis & prudentiæ singularissimus; qui non ad otium nec ad segnitiem, sed ad res agendas & quidem maximas vocatus, majestatem Pontificiam augere nisus est, per quam neque Reges aut Duces, neque populos aut tyrannos ullos formidasse compertum est: imo si quos delinquentes vidisset, & bello & censuris tamdiu persequebatur, quo ad usque ad sanitatem redisse agnovisset. Propterea Ludovico Francorum Regi adversarius extitit, quod libertatem Ecclesiæ suo in Regno minuere tentaret: Borsio, item, Estensi cognominato, eo quod Sigismundo Malatestæ & rebus Gallicis contra Ferdinandum faveret. Sigismundum Austriæ Ducem, quod in Cardinalem ad Vincula Petri animadvertisset, diris execrationibus persecutus; Moguntinum insuper Antistitem, malo de Ecclesia Romana sentientem, Sede dejecit, & alterum

Jurium Ecclesiæ vindex strenuus contra quoscumque.



Tab. XXXVII


CCXV PAULUS II


CCXVI SIXTUS IV


CCXVII INNOCENTIUS VIII


CCXVIII ALEXANDER VI


CCXIX PIUS III


CCXX. IULIUS II



terum ejus loco ſuffecit. Beneventanum quoque Archiepiſcopum, contra ejus voluntatem res novas molientem, & Beneventum Gallis prodere volentem, Archiepiſcopatu ſubmovit, multaſque Campaniæ urbes in partes Eccleſiæ redegit. Nil Regibus; nil populis timore vel avaritia umquam cooceſſit: Eccleſiæ inimicos, veluti hoſtes publicos, conſtanter & intrepide perſecutus eſt: amicos autem humaniſſime & officioſiſſime ſemper adjuvit.

Conatus pro expeditione Turcica irritus,

3 Hic primo ſui Pontificatus anno Mantuæ Conventum pro fide Chriſtiana habuit, & in eo Principes omnes congregavit, ut Turcis bellum indicerent. Sed fruſtra id fuit: ea quippe de cauſa innumerabiles viros ex Hiſpania, Gallia, Germania in Italiam convocavit, quos, dum ipſe Pontifex Anconam proficiſceretur, invenit: quorum magnam partem, & maxime Germanorum, cum benedictione Apoſtolica in patriam remiſit, quod minus idonei viderentur. Fuit autem pius hic Pontifex imprimis, ut ſupra monſtratum eſt, ſtudioſiſſimus ac doctiſſimus homo, & doctorum virorum amantiſſimus, continentiſſimæque vitæ, & otii ac deſidiæ inimiciſſimus: ſtatura brevi, facie ſeneſcta & ſerena, canoque capite: qui tandem anno ætatis ſuæ LIX. cum Anconæ eſſet ut cum innumerabilibus populis proficiſceretur, lenta febre percuſſus, diem clauſit extremum. Cujus funus Romam delatum, in baſilica Petri, apud altare S. Andreæ, ſepulcro marmoreo conditum eſt, cui....... epitaphium inſcriptum eſt...... Hic toto ſuo Pontificatu Cardinales XII. veteribus addidit: urbem Romam etiam multis ædificiis exornavit, & Tibure arcem extruxit.

obitus, ſepultura,

4 *Epitaphium, contextui Stellæ exemptum, quia ſine mutilum, hic integrum accipe ex Ciacconio.*

PIUS II. PONT. MAX.

Epitaphium,

Natione Hetruſcus, patria Senenſis, gente Picolominea, ſedit an. VI. Brevis Pontificatus ingens fuit gloria. Conventum Chriſtianorum Mantuæ pro fide habuit, oppugnatoribus Romanæ Eccleſiæ intra atque extra Italiam reſtitit, Catharinam Senenſem inter Sanctos Chriſti retulit, Pragmaticam in Gallia abrogavit, Ferdinandum Aragonenſem in regnum Siciliæ cis fretum reſtituit, rem Eccleſiæ auxit, fodinas inventi tum primum aluminis apud Tolpham inſtituit: cultor juſtitiæ & religionis; admirabilis eloquio, vadens in bellum quod Turcis indixerat Anconæ deceſſit, ubi & claſſem paratam & Ducem Venetorum cum ſuo Senatu commilitones Chriſti habuit. Relatus in Urbem Patrum decreto eſt hic conditus, ubi caput Andreæ Apoſtoli, ad ſe ex Peloponneſo advectum, collocari juſſerat. Vixit annos quinquaginta octo, menſes novem, dies XXVII. Franciſcus Cardinalis Senenſis avunculo ſuo ſanctiſſimo fecit, anno MCCCCLXIV. *Idem Epitaphium etiam Ciacconius refert: ſed* diruto poſtea, *inquit Oldoinus*, antiquo monumento, Pii corpus ſub novæ baſilicæ fundamentum translatum eſt: uſque quo Alexander Cardinalis Perettus in D. Andreæ de Valle templum deduxit, & pernobili monumento collocavit; *quod idem Oldoinus cum parergis nonnullis, implendæ chartæ cauſa non inutiliter additis, ea ære repræſentat, vetuſque Epitaphium, paucis additis mutatiſve ibidem reſtitutum, cum hac clauſula:* Romam relatus in Baſilica S. Petri anno MCCCCLXIV. conditur: tum, relicto ibidem Capite S. Andreæ, ubi ad ſe ex Peloponneſo advectum collocarat; Alexandri Peretti Card. Montalti pietate, huc, cum Pii III. nepotis oſſibus, ſummo translatus honore, hic honorifice tumulatur. Kal. Febr. an. MDCXXIII. *Exceptio illa Andreani Capitis, infra tumbam & ſupra Epitaphium medio ſpatio, eleganter ſculpta exprimitur in marmorea tabula: ſupra ingreſſum vero lateralem prædictæ eccleſiæ, ad lævam, infra ipſum monumentum hic titulus legitur:* Alex. Perettus S. R. Vicecanc. Card. Montaltus in Piccolomineorum domo, a Conſtantia Amalphis Duce Cler. Reg. dono data, D. Andreæ templum ædificavit, Pii II. P. M. Monum. reſtituit & ornavit. A. S. MDCXIV.

Translatio.

Die obitus 14. Auguſti.

5 *Qua ratione celebrata fuerit ſequens electio, ex epiſtolis Jacobi Cardinalis Papienſis qui adfuit, tam clare & eleganter ſcriptum invenies in Annalibus Odorici Raynaldi, ut ex Italica quæ habetur relatione certius ea res diſci nequeat; niſi quod hinc inſuper intelligatur, præliminarem Congregationem habitam in camera Cardinalis Camerarii, qui tunc Aquilegienſis erat; ibiq; decretum eſſe, ut ad Minervam conſtitueretur Conclave: quod ingreſſos Cardinales* ſexto Kalendas Septembris *cum dicat prædictus Papienſis, nec poſſum non erroris ſuſpectum habere notam diei* 28. Auguſti, *quæ habetur impreſſa pro* 27. *Magis miror, quomodo, dicente* Raynaldo, *veluti ex eodem* Papienſi, *quod* Pius *obierit* XIV. Kal. Septembris, pervigilio aſſumptæ in cœlum Virginis, nocturna hora circiter tertia, *hic legam* ad meliorem vitam emigraſſe Pium die ſeptimo Auguſti. *Utinam vel ad manum eſſent originales epiſtolæ prælaudati Papienſis, vel propria ejus verba ſingulari charactere ſicut alia tranſcripſiſſet Raynaldus, tunc enim nefas crederem ambigere quidquam. Nunc difficulter apparet, quomodo ea omnia, quæ ipſis Papienſis verbis ante ingreſſum Conclavis facta narrat Raynaldus, fieri potuerint intra dies duodecim mediantes, quot a* XVI. *Auguſti uſque ad* XXVII. *excluſis utrimque extremis, ſuperſunt. Demus enim ſequenti mox* XV. *Auguſti, licet alias feſtiviſſimo,* producto in templum cadavere, juſta a Patribus vetuſto more perſoluta *Anconæ, ubi tunc Curia erat, intenta in expeditionem Sanctam; eodemque die auditum a Collegio Venetorum Ducem, ac deductum ad claſſem; die* XVI. *in Venetorum & Hungarorum gratiam ea decreta ſubſidia, quorum cauſa rogatus Dux fuerat cum adhuc diem Anconæ agere; fuerint ut minimum* XVII. *dies, prius quam Romam iter inſtituerent Cardinales; quod, millium Italicorum circiter centum cum ſit, dies ut minimum quinque requirebat, etiam a feſtinantibus. Quomodo autem inveniri poterit novemdium exequiale Romæ peragendum? & tamen, non niſi* celebratis ibi exequiis, *Conclave ingreſſos Papienſis ait. Aut igitur contractæ illæ ad pauciores dies ſunt, propter urgentes maturandæ electionis cauſas, aut* VII. *Auguſti obierit* Pius: *quod poſtremum licet commodius ſit, non tamen præſumo definire, niſi ipſiſmet litteris Papienſis viſis, quod nondum licuit. Nihil huc juvat Vita ſcripta integro poſt hæc ſeculo per Gobelinum, Auctorem in notandis temporum circumſtantiis non ſtudioſiſſime verſatum: magis forte juvarent* Vitæ Pontificum Romanorum, quas Carmine *ſcriptas a prædicto Papienſi, ſed* æmulorum malignitate deperditas, *queritur Ludovicus* Iacob *a S. Carolo, ſi illæ poſthac uſpiam invenientur.*

non caret difficultate,

& forte melius ſtatuetur 7. Auguſti.

CCXV. PAULUS II.

Ab anno 1464 ad 1471. an. 6. m. 10. dies 26.

PAULUS Papa, II. hujus nominis, patria Venetus, patre Nicolao, matre Polyxena natus, Petrus Barbo antea vocatus, Eugenii Pontificis ex ſorore nepos, anno MCCCCLXIV. pridie Kal. Septembris ex Cardinali S. Marci Pio Pontifici ſuffectus) coronatus IX. Septembris in Dominica; ſedit annos VI, menſes X, dies XXVI; mortuus XXVI. Julii anno MCCCCLXXI, ſepultus in Baſilica Vaticana S. Petri; & vacavit Sedes dies XIII.

A *Ratio temporis,*

CUm pridie Kal. Septembris *creatum* Paulum *dicat, non solum Stella, sed etiam Platina, in hoc Pontifice librum suum finiens; nescio cur III.* Kalendas *debeam cum Onuphrio legere, tanto posteriori: sed in eo quod* V. Kalendas Augusti *mortuum dicant, error agnoscendus est, non tam Platinæ, quam librarii; siquidem successor Sixtus, in encyclica de sua creatione, assumptum se ait,* Paulo II. de mortalis hujus vitæ ærumnis ad cœlestem patriam, sicut Domino placuit, septimo Kal. Augusti evocato. *Quod secutum est mortem ejus Conclave, non caruit infamia aliqua adulationis & obsequentiæ nimia erga potentiores: ingenue enim Papiensis;* Si adesse voluissem, *inquit*, ubi periculum agebatur, & quibus offensum Principem sciebam, forsassis alio quam Xysti nomine Pontificem haberemus: non igitur injuria me Deus ulciscitur, qui facere omiserim quæ facto opus esse noveram. *Distinctiora plura de his ferremus, si Conclavis istius haberemus tam accuratam historiam, quam habemus aliorum quorumdam. Fuit nihilominus eximius valde Pontifex* Xystus *sicut &* Paulus, *quantumcumque eas nimies sui canati fuerint denigrato; sed de his videantur Annales Raynaldi; de* Paulo *sic Stella.*

B *Bella suscepta & dimissa,*

2 Magni certe animi magnæq; prudentiæ vir, corpus habens magnum ac majestati Pontificis dignum: qui Pontificatum adeptus, mox ejus majestatem tum auctoritate tum armis augere conatus est: nam & duo bella toto suo Pontificatu in Italia suscepit, quæ nulla re prius repetita, sed insidiis primo inchoata, postea deseruit. Tolpham enim veterem obsidens & oppugnans, supervenientibus Regiis copiis, quæ cum Ursinis militabant, cum adhuc LX. passuum millibus abessent, repente obsidionem solvit & locum deseruit. Eo etiam modo Robertum, Sigismundi Malatestæ filium aggressus est: qui cum Ariminum aliquamdiu oppugnasset, & aliqua ejus suburbia tormentis lacerasset, ab Regio & Florentino exercitu fusus atque fugatus, obsidionem solvere coactus est.

opera publica,

3 Cum autem Pontificatum iniit, statim Abbreviatores omnes, quos Pius Pontifex prædecessor suus instituerat, abrogavit & exauctoravit: & Canonicos Regulares, e S. Joanne in Laterano a Calixto Pontifice pulsos, restituit. Multa apud S. Marcum & in Vaticano extruxit, quæ viri magnificentissimi dignitatem se ferunt. Fuit inter cetera justus Pontifex; & pauperum, præsertim Cardinalium, Episcoporum, Principum, & Nobilium virorum, amator; quos una cum virginibus, viduis & ægrotis, propriis pecuniis frequenter juvabat; ejusque præcipua cura fuit, ut omnia ad victum necessaria Urbi non deessent. Sed in hoc aliquantulum reprehensibilis fuit, quod in colligendis pecuniis & jocalibus pretiosissimis nimium diligens extitit; & imperio cum omnia ageret, omnibus odiosus erat. Denique decem Cardinalibus creatis, inter quos Franciscus a Ruvere Savonensis unus fuerat; & cum annos plurimos vivere sibi persuaderet, anno salutis nostræ MCCCCLXXI. V kalend. Augusti, hora secunda noctis, cum eo die lætum Consistorium habuisset & jucundissime cœnasset, apoplexia correptus, vitam cum morte mutavit. Cujus corpus cum in Vaticano sepulturæ traditum fuisset...... postmodum incredibile sepulcrum marmoreum a suis nepotibus Cardinalib. erectum est.

C *virtutes.*

obitus.

Monumentum,

4 *Indicat Oldoinus fuisse illud opus Mini, ævo illo clari artificis, in sacella S. Andreæ locatum, cujus elegantiores partes hodieq; in cryptis Vaticanis monstrantur; ejusque, ut olim fuit, ea ære imaginem idem Oldoinus repræsentat. Nepotes (præter Marcum cognatum Patruelem, cui opus id unice in Epitaphio tribuitur) enumerat Ciacconius ea dumtaxat sororibus, Baptistam Zenum, Episcopum Tusculanum, Cardinalem S. Mariæ in Portica; & Joannem Michaelium, Cardinalem S. Angeli Episcopum Portuensem. Epitaphium vero sic legebatur.*

D

Epitaphium.

PAULUS II. VENETUS PONT. MAX.

E vetusta Barborum familia, præclaris naturæ dotibus avunculo Eugenio IV. non inferior; justitiæ, pietatis, divinarumque ceremoniarum cultor religiosissimus; Ecclesiasticæ libertatis majestatisque defensor constantissimus; præcipuo pacis servandæ studio, & singulari omnis generis munerum abstinentia, formidanda etiam lege Magistratibus indicta clarissimus; in principes munificentia, in pauperes misericordia insignis; patrio more annonæ copiam Urbi dedit: Patrimonium B. Petri, erratis populorum indulgentissimi parentis affectu emendatis, conservavit & auxit: furentes armis hæreticos repressit: & quod per difficilem rerum temporumque conditionem effici cum dignitate non poterat, matura cunctatione feliciter saluberrimeque disposuit. Uixit annos LIII. menses X. dies XXVI. Marcus Barbus, Cardinalis S. Marci, Patriarcha Aquilejensis consanguineo B. M P. *Ad hujus Pontificatus res imprimis memorandas spectat iterum Friderici Imperatoris Romam accessus, sub exitum anni* MCCCCLXVIII. *& mora usque ad IX. sequentis Januarii. Eam insigni Epistola accuratissime descripsit Augustinus Patricius Senensis, & ex ipso delibavit Raynaldus in Annalibus, totam vere, lectu sane dignissimam, inseruit Museo suo Italico Joannes Mabillo ex MS. Vallicellano.*

Ab anno 1464.

E

5 *Sub hujus Pontificatus initium adhuc in usu fuisse annum usque ad XXV. Martii protractum, demonstrat quam supra in* Gregorio XI. *allegavimus Bulla, procelebrantibus Præsentationis Mariana festum, data* Romæ anno Incarnationis Dominicæ MCCCCLXIV. XII. Kal. Februarii, Pontificatus primo. *Eodem facit relatum in Bullario, Lateranensi Indultum, velut* Datum apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quatercentesimo sexagesimo quarto, quintodecimo Kal. Februarii, Pontificatus anno primo, *numeris singulis ita ad longum scriptis, & tamen annum requirentibus productum usque ad diem Incarnationis. Nec non ea Bulla, quæ prima extat apud Wadingum,* data *sub simili annorum nota* V. Nonas Martii. *Quod tamen sub eodem Pontificatu cœperit etiam mutari stylus, civilisque anni initium ad Kal Januarii revocari, probari potest, ex ejusdem* Pauli *duabus in Bullario litteris: ubi ordine tertia data legitur* Anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, quintodecimo kalendas Aprilis. Pontificatus anno secundo; *sexta vero*, millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, octavo Id. Januarii, Pont. anno quinto, *ubi fuissent numerandi Pontificatus anni tertius & sextus, si annos Christi oporteret extendere usq; ad* XXV. *Martii. Idem patet ex Bulla ejusdem Pontificis apud Waddingum, data* an. Domin. Incarn. MCCCCLXVI. VI. Idus Januarii; anno Pontif. II. *Quæ porro post eosdem Annales est septima, data* anno Incarnationis Dominicæ MCCCCLXVIII. Kal. Septembris, Pontificatus anno quarto, *demonstrat annum Pontificatus ultra diem Electionis, qui fuerat* pridie Kalendas Septembris, *protrahendum esse usq; ad diem Ordinationis, non factæ nisi* V. Idus Septembris *ejusdem. Idem probat ejusdem Constit. 2 in Augustiniano Bullario, data* Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo septuagesimo, pridie Kalendas Septembris, Pontificatus anno sexto, *ipso scilicet die quo alias fuisset inchoandus annus* VII. *Sed quæ ibidem præcedit Constitutio 2. continens Privilegium Congregationi Lombardiæ* datum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, Nonis Januarii, Pontificatus anno sexto, *ostendit, quod de anni initio ad Kalendas Januarii retracto supra dixi, non ita universaliter usurpatum fuisse, quin etiam contrarium quandoque fieret.*

Annus civilis ad Kal. Januarii revocatus a Paulo,

F

Sed inconstanter,

CCXVI.

CCXVI. SIXTUS IV.

SIXTUS Papa IV. hujus nominis, natione Ligur, patria Saonensis, Franciscus a Ruvere antea vocatus, Ordinis Minorum generalis Minister, anno MCCCCLXXI. Paulo Pontifici repentino interitu sublato) surrogatus IX. Augusti, coronatus XXV. in Dominica, sedit annos XIII. dies IV. mortuus MCCCCLXXXIV. die XII. Augusti; sepultus in Vaticano. Vacavit Sedes Apostolica dies XVI. *Ab anno 1471. ad 84. an. 13. dies 4.*

Ratio temporis. L*icet Stellæ mortuum* Paulum *scripserit* V. Kalendas Augusti, *& successorem creatum ipsi* Idibus, *jam tamen ostendimus* VII. Kalendas *obiisse Paulum: quod autem pro* Idibus, *legendum sit* V. Idus, *quo creatus sit* Sixtus, *persuadent Mss. Vaticana a Raynaldo allegata.*

Resumitur annus a die 25. Martii inchoandus. 2 *Hic autem Pontifex, abrogato, quem Paulus invehi permiserat, usu inchoandi annum a Kalendis Januarii, decessorum aliorum stylum prætulisse dici debet, propter Bullas complures, tam in Bullario quam apud Waddingum, cum Pontificatus annum notantes, qui componi nequeat cum anno Christi, nisi usque ad festum Incarnationis Dominicæ protracto. Tales in Bullario sunt Bullæ 4. 12. 13. 16. & 22. apud Waddingum vero Bullæ 3. 4. 5. 11. 14. 31. 32. & 35. Idem probat in Bullario Augustiniano Constitutio 5. signata* Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septuagesimo quarto, septimo Idus Februarii, Pontificatus anno quarto. *Quomodo autem apud eumdem Waddingum Bulla 13. legatur data* die 22. Januarii 1474. Pontificatus anno tertio, *non valde laboro; quia video diem mensis vulgari notari numero, ubi ex stylo Curiæ scribi debuisset* XI. Kalendas Februarii. *Suspectus igitur est numerus anni, ne non secundum originale descriptus, sed ex hodierno usu subductus sit: aut forte nomen* Januarii *irrepsit pro* Junii. *Magis moveret quod quæ est in Bullario num. 14. habeatur data* duodecimo Kalend. Aprilis, *cum* anno Dominicæ Incarnationis MCCCCLXXVII. Pontificatus anno sexto, *scriberetur* P. an. 7. *itaque argueretur error subesse. Quamvis enim in numero per zyfram scripto erretur facilius, quam in eo ad longum extendendo; in hoc tamen non semper accuratissimum fuisse Cherubinum liquet ex Bulla 16. ejusdem Sixti, data (ut quidem habetur)* anno Incarnationis Dominicæ 1478. tertio Idus Januarii, Pontificatus anno nono, *ubi ut summum legi deberet* octavo; *cum tamen in margine legatur* Dat. P. an. 7. *ut mirum non sit, si in tam vitiose transcripta Bulla, pro* millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, *ex usu Curiæ ad longum scripto, aliquis styli veteris ignarus ex suo calculo scripserit* 1478. *ut salvaret annum Pontificatus septimum notatum in margine, tamquam genuinum. Idem factum videtur in Bullario Cassinensi, ubi Constitutio 96. signatur* die 13. Februarii 1483. Pontificatus duodecimo. *O quantum negotii viris eruditis facessunt ejusmodi libraria sphalmata; quæ nisi ex plurium aliorum monumentorum collatione inter se agnosci nequeunt, agnita autem vix aut ne vix quidem certo corrigo.*

& annus Pontificius 3 *Requirenti porro Bullam aliquam, indicaturam unde annos Pontificatus sui duxerit* Sixtus, *duæ occurrunt in Bullario, quæ suadeant, eos duxisse a die suæ Electionis, videlicet Bulla 10. data* anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto, decimo Kalendas Septembris, Pontificatus anno sexto, *adeoque inchoato ante IX. Kalendas, quo primum recurrebat dies Ordinationis anniversarius: itemque Bulla 17. data* anno millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo, quinto Idus Augusti, *id est ipso anniversaria Electionis*, Pontificatus anno octavo, *tunc præcise inchoato.* *initio non satis certo.* *Contrarium tamen video fieri in Bullariis Casinensi & Augustiniano, ubi Constitutiones 93. & 4.* Sixti *hujus, signantur* anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto & sexto; Nono Kalendas Septembris, & pridie Idus Augusti, Pontificatus *nihilominus* anno 3. & sexto *adhuc currente. Quare nihil hic ausim definire.*

dies obitus. 4 *Diem quo Sixtus obiit, ex Epitaphio sumimus, quia eodem quo obiit anno confectum id est: aliis tamen precedentem diem notantibus indulgendum putamus errorem exiguum, quia noctu obiit, hora post solis occasum quinta.*

Sixti doctrina, 5 Vir ingenio tantus, *inquit Stella*, quantus nostro tempore fuisset, præcipue doctrinarum vigore, & propterea de potentia Dei scripsit, librumque de sanguine Christi, de futuris contingentibus, de Conceptione B. Mariæ Virginis, & quædam alia perpulchra. Fuit namque ante Pontificatum ac etiam in ipso Pontificatu mitissimæ consuetudinis ac vitæ pientissimæ: in pauperes, Religiosos maxime, munificentissimus atque devotus & affectus: quos omnes uno ordine amavit & fovit, atque amplissimis privilegiis & gratiis, aliisque spiritualibus & temporalibus beneficiis indesinenter adjuvit: nam omnes mendicantes Religiosos, ad æmulationes evitandas, in privilegiis & gratiis censuit esse æquales. *& virtutes,* Inde inter amicos & familiares jucundus existens, clemens & modestus voluit nominari, Principes etiam pauperes, & nobiles viros patria extorres, præsertim Palæologorum filios Bosnæque Reginam, atque alios complurimos a Turco pulsos, pecuniis adjuvare non destitit: & Rhodiorum Milites ac Ferdinandum Regem a Turcis vexatos mira & incredibili pietate confovit & adjuvari fecit.

opera publica, 6 Urbem Romam, cœnosam & incompositam ac vetustate multis in locis collabentem & deturpatam, pro posse in omnibus instaurare sategit, & vias ejus omnes cultissime & decentissime stravit. Pontem super Tiberim maxima impensa exstruxit, & a se Sixti pontem nominari voluit: aliis quoque ædificiis quasi innumerabilibus, tum in Vaticano, tum in urbe Leonina, atque Romæ extructis: quibus mirum in modum Apostolicam Sedem exornare visus est, quasque ob res ipse Urbis novus conditor appellari merito potuit. Ædes insuper Pontificias multis in locis apud S. Petrum: non modo cultiores, sed cultissimas reddidit: ubi etiam ecclesiam novam, & quidem ornatissimam fabricavit; & in ea novos Sacerdotes constituit, additis multis proventibus ad ipsorum sustentationem, qui divina quotidie in ea suo nomine celebrarent. Hospitale sancti Spiritus in Vaticano permagnificum, quasi de novo fabricari fecit, in quo & vitæ suæ ordinem depingi voluit. Et cum beatissimæ Virginis Mariæ devotissimus esset, ecclesiam S Mariæ de populo sic nuncupatam, quasi vetustate collapsam, magnis impensis quasi de novo erigere fecit, & ipsam tandem perfectam multis muneribus decoravit; atque alia innumera tum spiritualia tum temporalia hic Urbis Romanæ contulit beneficia. Et, ut brevibus concludam, in suo Pontificatu nihil egit quod merito reprehendi posset, nisi quod etiam ipse (ut fit) suos nimium amavit, eis videlicet divina & humana con-

contribuens, præter Dei & Romanæ Ecclesiæ dignitatem atque honestatem: in quem sane errorem multi superiorum Pontificum etiam ceeidere. Duos enim Nepotes suos Urbis Præfectos, videlicet Leonardum & Joaonem successive constituit. Manfredos, Immolæ urbis Regulos, videlicet patrem & filium, inter se diffideotes; & postmodum Ordelafos similiter, e Foroliviο expulit; & ipsas eorum Urbes Hieronymo Riario, coocivi & oecessario suo carissimo, concessit, cujus quidem consilio arduis in rebus uti sæpe voluit.

7 Hic Jubilæum, a Paulo Pontifice prius per universum orbem Christiaoum institutum, honorifice & utiliter in anno IV. Pontificatos sui celebravit: & B. Bonaveoturam, Theologum Ordiois sui, in Sanctorum Confessorum numero adscripsit. Hic quædam bella, judicio multorum præter justitiam, suscepit: & imprimis Laurentium Medicem Floreotinum excommunicavit, & ipsis Florentinis bellum indixit, eo quod Raphaelem Diacooom Cardinalem, Comitis Hierooymi Riarii ex sorore Violentina nepotem, ac Fraocisсum Salviatum Pisanum Archiepiscopum, cum trecentis viris qui Julianum Medicem, ipsius Laureotii fratrem, in Divæ Reparatæ templo obtruncaverant, detinuisseot ac suspendio interemissent: quæ res cum huic Pontifici nuntiata fuisset, hortantibus Ferdinando Rege & Hierooymo Comite, bellum contra Laurentium ipsum Medicem & Floreotinos suscepit, & damna multa eis intulit. Aliud postea adversus Ferdioaodum Apuliæ Regem suscepit, quod nollet illum Herculi Estensi genero suo, a Venetis obsesso, auxilio adesse: iodeque cum ipso Ferdioaodo pace confecta, pro eodem contra Venetos mutata sententia pugoam suscepit; eo quod Veoeti ipsi, oollent eidem obtemperare, ut Herculem obsessum dimitterent atque ablata eidem restituereot: & propterea non modo omnes Italiæ Principes & Potentatus contra eos coocitavit, sed, veluti Clemens VI. alias fecerat, ipsos Veoetos interdixit, excommunicavit ac maledixit, atque etiam omoibus dignitatibus eos privavit, nec quoad vixit illis absolutionis beoeficium impendere voluit: dumque hæc ageret febribus decubuit; & pace inter Venetos & reliquos Principes confecta & audita, mox vitam exhalavit.

bella suscepta contra Florentinos,

Ferdinandum R.

& Venetos,

8 Fuit nihilomious Pontifex hic inter ceteros optimus; ac præ omoibus ceteris felicissimus & fortunatus, qui omoes Christianos Principes toto tempore sui Pontificatus obsequentissimos habuit; & quos voluit, depressit, quos autem voluit, pro voluntate exaltavit. Suis eteoim, ut præmissum est, sioe ulla cootradictione, multa ac plurima contulit beneficia: & si multos habuit detractores, tamen (ut verum fateor) vir boous erat & justus Pontifex. Summa etenim iostaotia & alacritate animarum custos extitit, cupiditatem omnino a se resecavit, iras compressit, & malitias omoes extirpavit, & virtutibus semper inhæsit. Triginta duos Cardioales toto tempore sui Poотificatus creavit, e quibus tres fuerunt Romani, duo Genuenses, & quatuor Saoneoses: inter quos Julianus S. Petri ad Vioeula ex fratre nepos fuit: qui ipsius corpus maxima pompa & devotissimis exequiis, ut decuit, novo in templo suo sacello apud Vaticaoum in S. Petro sepeliri fecit. Hic etiam multorum (Sanctorum) Officia nova, & institutiones festivitatum veteribus addidit: & multorum Sanctorum festa, videlicet Seraphici Francisci, Conceptionis & Præsentationis gloriosissimæ Virgiois Mariæ, S. Annæ matris ejusdem, sanctissimique Joseph Sponsi ejus, celebrari jussit: ac multa alia, ad cultum Dei pertioentia, hic Pontifex observari maodavit. Quo mortuo vacavit Sedes dies XV.

ejusdem felicitas,

Alia alia,

9 *Monumentum, quod in prædicto Sacello ante ejus aram maximam faciendum ex fusili ære curavit*, inter cetera Urbis ornamenta imprimis conspicuum, *ut ait Oldoinus noster*, fuit opus Antonii Palajoli Florentini, arg. auro, pict. ære clari. an. Dom. MCCCCLXXXXIII. *absolutum; sicuti sculptum legitur sub Epitaphio, ad pedes decumbentis Pontificaliter corporis exarato, in hunc modum*: Sixto Quar. Pont. Max. ex Ordine Minorum, doctrina & animi magoitudine omnis memoriæ Principi, Turcis Italia summotis, auctoritate Sedis aucta, Urbe instaurata, templis, ponte, foro, viis; bibliotheca in Vaticano publicata, Jubilæo celebrato, Liguria servitute liberata; cum modice ac plano solo condi se maodavisset, Juliaous Cardioalis patruo B. M. majori pietate quam impensa F. cur. Obiit Idib. Sextil. hora ab occasu quinta, an. Chr. MCCCCLXXXIV. Vixit annos LXX dies XXII. horas XII. *Ipsam monumenti venustissimi, sed non multum supra pavimentum extantis delineationem Oldoinus repræsentat, cujus superiorem arram duodecim distinguunt areolæ, per modum limbi figuram jacentis circumcurrentes; ita ut extremi quatuor anguli Roboreæ gentis insignia occupent, ad caput accumbat Caritas, ad tempora Fides & Spes assideant, tum virtutes quatuor Cardinales: infimus ad pedes loculus Epitaphium præfatum habet: in lateribus vero, quantum a pavimento acclivia eminent, ordine a pedibus circumducta super infimum limbum, assidere videntur totumque limbum occupare liberales omnes scientiæ*, Grammatica, Rhetorica, Dialectica, Astrologia, Arithmetica, Philosophia, Theologia, Geometria, Musica, Prospectiva. *Porro Sacellum* Sixti, ubi sacrum olim Canonicale odæum, extabat ad lævam introeuntibus *basilicam S. Petri, uti scribit in Roma subterranea Aringus lib. 2. cap. 8. addens; quod ipsum* Monumentum *prædictum*, una cum Sixti corpore, in veteris pariter Basilicæ Canooicorum chorum translatum, & demom Urbano VIII. jubente amotum, quod sacris ibi functionibus impedimento esset, in sacello quod e regione Chori ejuidem situm est, servatur.

& Epitaphium,

ornatus,

10 Fuisse Sixtum *Deiparæ Virginis cultui addictissimum, nemo dubitabit, qui Ciacconium ejusque recognitores & ampliatores voluerit legere. Plura etiam collecta habentur, & seorsim exhibita, apud Magnum illum Parthenophilum, Hippolytum Maraccium, in libello quem edidit anno* MDCLII. *sub titulo*, Pontifices Mariani, *ubi* Sixtus IV. *caput 76. bene longum implet. Sed quod is ex Manuali Mariano Joannis Baptistæ Grimaldi ad 2. Maji, quodque ex Maraccio indicat etiam Oldoinus noster ad Ciacconium, extare formulam quamdam salutandi Deiparam, sub nomine Sixti hujus, repertam* in antiquis Horis Parisiensibus, *quasi is eam* devote recitantibus undecim millia annorum Indulgentiam *concesserit; non facile, recipiet, qui considераverit quæ de hac materia, & de enormi illo tot annorum numero notavi ad Pontificatum* S Gregorii. *In eadem, ex quo alibi relatas & refutatas Indulgentias sumpsi, antiquo Breviario, cuso Venetiis sub annum* MDXII. *invento similiter Orationem, seu potius Salutationem, eadem quidem quo istam apud Maraccium principio, sed in progressu tam diversam & verbis & stylo, ut appareat ejusdem aucteris non esse: & tamen etiam huic præpositus, quod eam Sixtus* ipse coofecit, & dedit ad eam XI. millia aoonorum, & debet dici coram imagioe Beatæ Virgiois in sole, *id est, (ut ego interpretor) cum solaribus radiis circumcirca depictæ, ut appareat juxta Apocalypsim* mulier amicta sole. *Ut autem magis clarescat quam merito suspecta mihi sint omnia ista Horariorum librorum Parerga, absque conscientia (ut existimo) Curia Romana olim variis in locis extra Urbem adjecta; accipe utrumque contextum, devotum quidem, sed valde dissonum. In Breviario, apud me servato, sic legitur.*

Affingitur Sixto formula salutandi Deiparam,

cum Indulgentiis undecim millium annorum:

11 Ave Sanctissima Maria, mater Dei, regina cœli, porta paradisi, domina mundi. Tu singolaris

pura

pura es virgo: tu concepisti Jesum sine macula: tu peperisti creatorem & Salvatorem mundi, de quo non dubito. Libera me ab omni malo, ora pro peccato meo. Amen. *His per modum Antiphonæ præmissis, sequitur quasi Versiculus & Responsorium*

sed valde diversa ante Breviarium anni 1522.

O regina poli, mater gratissima proli:
Spernere me noli, me commendo tibi soli.

tum porro continuantur salutationes instar Collectæ:

Ave Maria, ancilla Trinitatis humillima;
A. M. sponsa Spiritus sancti amabilissima:
A. M. mater D. N. Jesu Christi dignissima:
A. M. filia Dei Patris dilectissima:
A. M. soror Angelorum pulcherima:
A. M. promissio Prophetarum desideratissima:
A. M. regina Patriarcharum gloriosissima:
A. M. magistra Evangelistarum veracissima:
A. M. doctrix Apostolorum sapientissima:
A. M. fons & pulchritudo Confessorum suavissima:
A. M. decus & corona Virginum jucundissima.
A. M. salus & consolatrix vivorum & mortuorum promptissima:

Mecum sis in omnibus tentationibus & tribulationibus, angustiis & necessitatibus & infirmitatibus meis: & impetra mihi veniam omnium peccatorum meorum: & maxime in hora exitus mei non desis mihi, o piissima Virgo Maria. Amen.

& in Horario veteri Parisiensi

12 *Confer hæc cum Horario Parisiensi apud Maraccium, & judica quam parum convenientia sint testimonia, ad fidem faciendam sic exorbitantis Indulgentiæ, tamquam a Pontificum aliquo reipsa concessæ. Ita habet:* Ave Sanctissima Maria, mater Dei, regina cœli, porta paradisi. Tu es singularis Virgo purissima: tu concepta sine peccato originali & ideo immaculatissima; tu sine macula concepisti Jesum Salvatorem: tu fuisti verissime ante, in partu, & post partum inviolata & illibata. Fac me tuis sanctis precibus pure, pie, & sancte vivere: & ora pro nobis Jesum filium tuum dilectum: & post mortem me suscipe. Ab omnibus malis mentis & corporis libera me, & alios fac me liberare, opera misericordiæ acquirere, & in gloria paradisi in æternum tecum gaudere. Amen. *Hæc cum sint recentioris multo compositionis quam priora, nullus dubito; & tamen sub eadem traduntur Indulgentia. Hoc ergo ut omnino spuriam fictitiamque scias, consule certas & indubitabiles prænominati Sixti Bullas, etiam isto ævo, ante elapsos annos dumtaxat ducentas, non nisi perquam moderatas Indulgentias largientis: mihi exempli causa sufficient tres, ex Bullario Laertii Cherubini. Est ibi ordine Tertia, data anno* MCCCCLXXII. *Pontificatus item* II. *In hac Sixtus, post prolixam commemorationem suarum erga* S. Franciscum Assisiatem *obligationum, volens* ipsius festivitatis diem celebrem magisque devotum & cunctis fidelibus acceptabilem reddere in futurum, *velle se declarat, ipsam* ut festum duplex a cunctis Christianis celebrari, ab omnique opere servili abstineri, & sub observantia & præcepto comprehendi: *sic autem eamdem observantibus*, annuatim quinque annos & totidem quadragenas de injunctis pœnitentiis *relaxat. In Bulla quoque* XVIII *ad instantiam Margaretæ Ducissæ Britanniæ data, volens omnes fideles excitare ad devotum usum Psalterii seu Rosarii Mariani, per centum quinquaginta salutationes Angelicas decurrendi*, pro qualibet quinquagena præfati Psalterii, quinque annos & totidem quadragenas Indulgentiæ misericorditer in Domino relaxare *se declarat. Denique in Bulla Canonizationis S. Bonaventuræ*, omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui in secunda Dominica Julii, *qua scilicet festum agendum decreverat*, ecclesiam in qua sanctum ejus corpus requiescit devote visitaverint, annuatim septem annos & totidem Quadragenas indulget. *Ex tali autem hujus temporis parcitate liquet, profusionem illam, qua annis ante hoc tempus centum usi arguuntur* Bonifacii IX. *familiares, ejus facilitate & nomine abutentes quaque* Plenariæ Indulgentiæ ad quæstum omnibus fere petentibus dabantur, *exigui admodum temporis fuisse, forte nec illum Pontificatum excessisse.*

Sixtus non fuerit solitus majorem largiri

quam 5. vel 7. annorum & totidem quadragenarum.

13 *Tomo 1. Aprilis nostri pag. 792. & 793. examinatur quædam hujus Pontificis, ut prætenditur, Bulla diciturque per errorem (nescio unde inductum, qui deinde iteratur ante Tomum 3. Maji pag. IX. col. 1. sub finem) dicitur, inquam, ejus mentio istic omissa, ubi maxime debuerat commemorari. Id licet nihil magnopere faciat ad rei istic tractatæ substantiam, libenter tamen nunc retractarem distinctius; si ii, in quorum gratiam id facere vellem, æquoanimiter paterentur res suas discuti; & quam exigunt a nobis celeritatem correctionis, si quid forte peccatum fuerit, nostro jam aliquoties provocati exemplo præstarent ipsi in longe gravioribus, & totius controversiæ summam attinentibus. Expectent igitur mensis Aprilis Supplementum, aut saltem Appendicem addendam tomo 6. Maji pro toto hoc mense; ubi istud & alia quædam leviuscula errata, ab illis observata, fideliter corrigentur.*

Error circa quamdam ejus Bullam indicatur, aliter corrigendus.

HISTORIA INTERPONTIFICII

Ab Anonymo coævo Latino descripta.

Die decima Augusti, videlicet in festo S. Laurentii Martyris, S.D.N. Sixtus Papa quartus, visus fuit complicatis manibus in vespera & multum tristis. Deinde sequenti die accesserunt ad eum Oratores Confœderatorum, putantes forte afferre ei aliquod gaudium; & exposuerunt ei quod omnes Potentiæ de liga & confœderatione reductæ erant ad concordiam: de quo ipse multum obstupuit: & miratus est quare pax sine eo conclusa esset, attento quod (ut dicebat) ipse principaliter debuisset intervenire. Et cum hoc sæpius interrogasset ab illis, & esset certificatus quod dicta pax esset conclusa, adeo quod non poterat amplius retractari, doluit valde. Et causa doloris, communi omnium æstimatione, hæc fuit, quia semper in omnibus suis operibus animum ostendit in hunc finem, ut aliquem statum, potentiam, sive dominium acquireret Comiti Hieronymo, ut videri potest per exempla: primo propter bellum quod gessit, Tudertinis, Spoletanis, Civitati Castelli, & Florentinis: deinde propter confœderationes quas fecit, primo cum Rege Ferdinando, secundo contra eum cum Venetis, tertio contra Venetos cum dicto Rege, & in aliis similibus. Putabat modo in hac pacis conclusione se posse aliquid omnino Comiti Hieronymo acquirere, & ista de causa intravit in tali confœderatione, & pecuniam Ecclesiæ expendit: sed postquam vidit se illusum, & cecidisse ab hac spe, & pecunias Ecclesiæ expositas perdidisse, nihilque ex bello prædicto acquisivisse, doluit valde. Itaque, tam ex primo dolore quam ex novissimo, infirmatus est febre, jacuitque in lecto & obmutuit, visusque fuit exanimis per aliquod spatium: deinde in se reversus, inflato gutture, duodecima Augusti, videlicet die Jovis, quinta hora noctis, ex hac vita migravit. Mane sequenti corpus ejus delatum fuit in ecclesiam S. Petri, cum intortitiis, in quadam antiqua aurea planeta, paucis comitatum hominibus. *Ista ille, non nihil ad invidiam exaggerata: ubi libenter intelligam,* quintam horam noctis *currentem, non expletam, quia media nox, unde inchoandus est* XIII. *Augusti, tunc habebatur quinque circiter minutis ante factam quintam post solis occasum. Quæ porro idem Auctor habet de eadem morte, videatur mendaciter ab æmulis conficta, indigna proinde quæ hic referantur, indicant autem scriptoris animum, a Sixto aversum, ideoque calumniis credulum.*

Mors Sixti, mœrori inordinato imputata.

Dissert. Tom. II.

Eo mortuo spoliatur domus Hieronymi nepotis,

2 Eadem die & mane multi juveoes accesseruot armati ad domum Comitis Hieronymi, putantes illum se posse ibi invenire; & cum non inveoissent, essetq; domus illa pro majori parte evacuata, clamantes fortiter, Columna! Columna! dictam domum diripuerunt, illamq; de residuo expoliaverunt atque destruxerunt, vastantes & destruentes ferreis bipennibus portas & fenestras marmoreas; & omnia alio portantes, extraxerunt viridarium, & arbores penitus convulserunt (prout de præsenti videri potest) quod nullum ei ostium sive fenestra relicta est. Eadem die juventus cum simili clamore trans-Tiberim se contulit, ibique juxta ripam fluminis duo Magazena mercibus plena quorumdam Genuensium similiter ad saccum, ut dicitur, miserunt; & post illa duo navilia viri cujusdam Genuensis, eum omni iostrumento nautico, alio asportaverunt: & reversi in urbem, ubicumque fuerunt aliquæ domus vel bona dictorum Genuensium, similiter acceperunt & dilapidaverunt. Nec defuerunt aliqui qui se ad castrum Jubilæi contulerunt, ubi ceotum vaccas & totidem capras, mulos, porcos, asinos, anseres & gallinas, quæ eraot Comitissæ, abstulerunt, uoa cum magna copia carnium salitarum & casei Parmensis, & suppellectilium quæ ibi inveoerunt. Postea maxima pars aperuerunt ecclesiam S. Theodori, & horrea S. Mariæ novæ, indeque extraxerunt maximam quantitatem frumenti, quod anno præterito vendi oon potuerat, sperabat tameo Papa vendere illud in futuro.

& quorumdam Genuensium.

varia castra ad Columnenses redeunt;

3 Die XIV. Conservatores & Officiales Populi Romani ceperunt curam civitatis; miseruntq; proclamam sub pœna furcarum, quod oullus offenderet aliquem Curialem vel alias derobaret posueruntq; custodes portis & pontibus; & fecerunt unum Marescalcum pro guardia in quolibet Rione. Eadem die castrum Cavarum reversum est ad Dominos Columnenses, interfecto Contestabili & duodecim peditibus, & reliquis percussis & e muris præcipitatis. Et illa eadem hora castrum Capranicæ, similiter cæsis custodibus, ad prædictos Dominos reversũ est. Et cum castrum Marini petiisset auxilium a Camerario, & denegatum esset, ad dictos Dominos reversum est. Eadem die Comitissa, uxor D. Comitis Hieronymi, castrum S. Angeli intravit; & Virginius Ursinus cum sua comitiva & Comes Hieronymus retrocesserunt iterum ad Iosulam.

& ipsi Romam excipiuntur:

4 Die sequenti Cardinalis Columna reversus est Romam, & infinitissimi cives comitati sunt eum, & multitudo peditum infioita, & cum magno clamore & triumpho intravit domum suam parvam in Regione [....] & in continenti reversus est Prosper & Fabritius, cum magna multitudine militum peditum, balistariorum & scoppetorum, io maximo oumero, steteruntque in domibus eorum.

5 Sequenti die, quæ fuit Martis, XVI. Augusti, inceptæ fuerunt exequiæ, in quibus non fuerunt multi Cardinales, propter timorem castri S. Angeli. Eadem die factum fuit concilium in Capitolio, & cives Romani decreverunt supplicare Cardinalibus quod dimitterent arma: omnes enim domi erant armati, multumque muniti: & rogaverunt ut essent concordes io creando Pontifice, & cito & quod facerent Conclave in loco tuto; & omnia & majora, quæ ab eis petita sunt, verbis & promissionibus obtinuerunt.

Castrum S. Angeli restituitur Collegio Cardinal.

6 Die XXII. Comes Hieronymus restituit castellum & fortellitias omnes Ecclesiæ, quas tenebat; sed non prius quam solutis ei per Cardinales quatuor millibus ducatis pro ejus stipendio: & jam restitutio, ut dicitur, facta fuit hoc modo: scilicet quod Episcopus Tudertinus, qui ibi est Castellanus, juret in maou Collegii, tenere dictum castrum ad eorum instantiam, & illud restituere summo Pontifici: & omnes custodes promisit mutare & dimittere ad voluntatem Collegii: & ita juravit. Et similiter facta est concordia inter Cardinales hoc modo; videlicet, quod, restituto castro Collegio, Virginius & cohortes & alii Domini de Ursinis statim Viterbium petant, & per unum mensem non possiot adhærere Urbi: Domini Columnenses cum sua cohorte similiter exeaot, stentque in loco remoto ab Urbe: nec non Jacobus de Comitibus dimittat curam Palatii, & recedat: sitque firma confœderatio duorum mensium, incipiendorum a die Coronationis futuri Pontificis.

7 Die XXIV. Augusti, Coogregati Cardioales omnes in tribuoa S. Petri, promiserunt Populo Romano unanimiter & concorditer observare quasdem gratias contentas in una scedula (*cujus summam ex Stephano de Infissura, qui vidit & legit, exhibet Odoricus Raynaldus num. 42. anni hujus*) in auxilium & commodum Populi Romani: & inter alia promiserunt omnia officia & beoeficia Romana coocedere non aliis quam Romanis, prout sunt Bullæ Nicolai, Callixti, & Sixti. Item observare ad unguem bullam Studii, removere Officiales ad vitam; & facere ut omnes terræ, subjectæ Populo, præstent ei obedientiam in carnisprivio.

qui Populo multas gratias spondent,

8 Die sequenti, videlicet ultima exequiarum Sixti, Cardinales iverunt ad S. Petrum, ut promissum erat, præterquam Sabellus & Columnensis: & causa fuit, quia io nocte præterita, contra Capitula & promissiones prædictas, in castro S. Angeli intraverunt ceotum quinquaginta pedites bene armati: propter quod Cardinales prædicti & omnes alii multum admirati & turbati sunt. Sed Domini Cardinales curarunt, Comitissa, cum tota familia, & cum dictis peditibus, castrum Collegio restitueret: & ipsa abiit die XXV. videlicet in die S. Bartholomæi.

receptoque iterum castro prædicto,

9 Die XXVI. Augusti allatum est nuntium, qualiter Diophobus, filius Comitis Aversæ, reversus est ad terras suas, & quod in continenti cepit Ronciglionum & Castrum-Jovis sioe prælio. Eadem die Cardinales omnes, nemine discrepante, intraverunt Conclave, in capella majori Palatii S. Petri: & fuerunt numero XXV. & tres alii Cardinales fuerunt absentes.

ingrediuntur Conclave

10 Die XXIX. Augusti, hora videlicet XIV. io die Dominico & io festo decollatioois S. Joannis Baptistæ, Juannes Baptista Cybo, dictus Cardinalis Melphiensis, creatus fuit Papa & vocatus Innocentius Octavus, filius Aron Cybo, qui fuit Senator Urbis tempore Calixti, & stemmata ejus suot in Capitolio. Et modus creationis fuit iste. Videlicet, quia cum die sabbathi in hora vespertina starent Cardinales in scrutinio, qui erant omnes numero XXV. causa faciendi Pontificem, Cardinalis S. Petri ad Vincula, ut fertur, dixit Cardinali S. Marci, qui illo tempore habebat XI. votes, si volebat promittere domum suam Cardinali Aragonensi, filio Regis Ferdinandi; & ipse promittebat ei tres alias voces, ita quod essent quatuordecim. At ille respondit, se minime hoc facturum; nam si hoc fecisset, non esset canooice (ut decet) electus: item quia domus sua fortiter præjudicabat castro S. Angeli; unde si hoc fecisset, fuisset forsitao causa disturbationis Urbis & totius fidei Christianæ: nam posset de facili ibi Rex venire, & facere se dominum Urbis, & disturbare statum Ecclesiæ. Deinde prædictus Cardinalis S. Petri ad Vincula accessit ad Vice-cancellarium, dixitque ei, si volebant simul facere uoum Pootificem ad votum eorum. At ille, dummodo disturbaretur electio S. Marci, quem solum odio habebat, conseosit. Deinde superveniente oocte Cardinales omnes iverunt dormitum: quibus dormientibus, prædictus Cardinalis S. Petri ad Vincula, una cum dicto Vice-cancellario, tractaveruot eum omnibus Cardinalibus, ut darent voces eorum Cardinali Melphitensi, præterquam cum sex de senioribus & principalioribus; videlicet cum Cardioali de Comitibus,

ubi Cardinale S. Angeli recusante domum suam dare pro Pontificatu,

omnes fere conspirant pro Melfiensi à

A bus, S. Marci, Geruadensi, Lisbonensi, Senensi, Neapolitano, & aliqui dicunt de S. Maria in porticu: qui Cardinales dormiebant in eorum cubiculis; itaque ceteri dederunt vota sua, & elegerunt dictum Pontificem.

11 Mane autem facto vocaverunt illos dormientes, dixeruntque illis; Venite, Papam fecimus. At illi dixerunt; Quem? Responderunt, Melphitensem. Dixeruntque illis, Quomodo? Responderunt. Hac nocte, dum dormivistis, congregavimus omnes voces, præterquam vestrum dormientium. At illi, videntes quod erant octodecim vel novemdecim qui consenserant, & quod ipsi tamquam pauciores non poterant actum disturbare, consenserunt. Deinde die sequenti detectum fuit, quod pro habendis vocibus multa bona Ecclesiæ promiserant, quæ (ut fertur) sic distributa fuerunt. Primo Cardinalis Sabellus habuit castrum quod dicitur Monticelli, in partibus Insulæ, item Legationem Bononiensem; Cardinalis Columnensis, castrum Ceperani & Legationem Patrimonii,

insignibus beneficiis & officiis idem remuneratur.

B & pro restauratione domus combustæ & damnorum viginti quinque millia ducatorum, & fuerunt illi promissa beneficia quamprimum vacantia pro septem millibus ducatis; Ursinus habuit Legationem Marchiæ, quæ fuit adempta Camerario, item castrum Cerveteris; Matisconensis, castrum Capranicæ & Episcopatum Avenionensem. Filio Regis Ferdinandi fertur fuisse concessum Pontem-corvum. Item data fuit domus vel palatium, quod fuerat Domini Papæ dum erat Cardinalis, videlicet S. Laurentii in Lucina, Cardinali Parmensi; palatium S. Joannis della Magliana cum omni ejus ædificio, Cardinali Mediolani. Archipresbyteratum S. Joannis Lateranensis & Legationem Avenionensem; Cardinalis S. Petri ad vincula: & Præfectus Urbis ejus frater habuerunt Fanum, cum quinque aliis terris circumstantibus, promisitque facere dictum Præfectum ejus fratrem Generalem Capitaneum Ecclesiæ. *Ita ille: econtra Stephanus de Infessura apud Rainaldum asserit quod* rite & recte & absque aliqua calumnia creatus fuit *Innocentius: queritur tamen teste eodem Rainaldo*, Cardina-

præsertim Cardinalis Roboreis.

les amplissima bona ecclesiastica, nec non munera pu- D blica, tum in Urbe tum extra Urbem, inter sese partitos, *qua ipsa videtur confirmare jam ex alio relata, difficulter obtenturus ut hæc partitio non dicatur facta ex compacto, adeoque ipsa creatio ex plerorumque parte Simoniaca. Mirabar porro quod in Ciaconio, jam iterum recognito, nusquam appareret inter Electores Innocentii aliquis cum* titulo S. Petri ad Vincula: *est deinde cognovi, quod* Julianus Cardinalis *Roboreus, postea* Julius Papa II. *cum titulum prius gesserit inter Cardinales Presbyteros eoque passim vocaretur, etiam cum ad Episcoporum translatus Ordinem, factus esset Ostiensis* & Velisernensis. *De hoc autem sic porro Relator noster.*

Idemque Ostiensis Episcopus.

12 Qui Cardinalis S. Petri ad Vincula continuo residet & manet cum ipso summo Pontifice, & omnia quæ gesta sunt & gerentur, ex suo consilio, sive potius ad suum velle fiunt: & cum aliqua per cum inadvertenter aut inscio dicto Cardinale fiunt, illico revocantur. Inter quæ est, quod Paulus Ursinus fuit per Pontificem deputatus cum militibus suis ad guardiam sive custodiam palatii, cum stipendio condicto: in quo officio solum unam diem permansit, & inde licentiatus cum magna indignatione ab urbe recessit. Deus E concedat sibi gratiam recte vivendi & administrandi, quod difficile videtur, attenta ejus præterita vita, cum sit juvenis Genuensis, & ex pluribus mulieribus septem filios inter mares & feminas habeat; & attenta etiam qualitate ejus electionis, quæ deterior fuit electione Sixti: adeo quod omnes quodammodo uno ore, tam Romani quam alienigenæ & Curiales, de ejus futura vita & gubernatione imperii & civitatis per maxime suspicantur, faciuntque super eo diversa judicia. *Verum ista ejus ante sacros Ordines suscepto incontinentia, excusatur integritate morum quam exinde tenuit: solumque arguitur, quod in illos nothos (quorum duo potissimum nominantur suos esse fassus fuerit) novo nec sane bono exemplo palam et divitiis cumulans habens, & prejudicia egregie refutavit* Innocentius, *Pontifex de se cætera bonus & munificus, uti mox apparebit.*

omnia apud Innocentium S. Scelerata et bona agens.

CCXVII. INNOCENTIUS VIII.

C INNOCENTIUS, Papa VIII. ejus nominis, patria Genuensis, patre Aaron Cyborum mediocri familia sed honorata natus, Joannes Baptista antea vocatus, post Sixtum Pontificem ex Cardinali Presbytero S. Cæciliæ, anno MCCCCLXXXIV. Pontifex creatus XXIX. Augusti, coronatus XII. Septembris in Dominica, sedit annos VII. menses X. dies XXVIII. mortuus anno MCCCCXCII. XXV. Julii, sepultus in Vaticano: & vacavit Sedes dies XVI.

F *Annis 7. 10. 28.*

ad. 1492. 7. m. 10. d. 18

1 QUam merito Stella (*a cujus utpote coævi verbis hunc vicinosque Pontificatus exdior usque ad notam*]) *quam merito, inquam*, *Stella* familiam Cyborum, *licet et tempore fortunis* mediocrem, honoratam *tamen aucupaverit, ex Ciaconio intelligi potest. Laudat ipse eam* a vetusta nobilitate apud Græcos, *quæ in duos divisa ramos Neapolitanis* Tomacellos *dederit, ex quibus fuit* Bonifacius VIII. *Genuensibus* Cybos, *unde in Hungaria progenti* Cybacii; *quorum unus* Emericus, *anno* MDXXVII. *Temeswariensis Comitatus Titulum obtinuit. Inter Cybos autem Genuæ claros, primus a Ciaconio laudatus* Guilielmus, *a sancto Rege Ludovico vel ejus filio* equestri dignitate ornatus. *Pater autem Joannis Baptistæ* Aaron, equestris ordinis vir primarius *fuisse dicitur, quem Renatus Andegavensis & postea Alphonsus Aragonius, Reges utriusque Siciliæ, sibi Neapoli* Proregem *substituerunt; idemque a* Callisto III. Senator Urbis *creatus, eam dignitatem, tunc non solitam committi nisi viris*

Innocentii genus illustre

omnino præcipuis, maxima cum laude gessit, cujus idcirco insignia cum elogio extabant in Palatio Capitolino cum Ciaconius scriberet. Idem Ciaconius illam ipsam fortunarum mediocritatem, *quam Stella indicat; haud vulgariter commendat; dum filium, jam factum Cardinalem*, virum *appellat dignissimæ* paupertatis, *in qua*, tanta moderatione alebat multam honestamque familiam, ut in recta privatæ domus gubernatione optimum se universalis Ecclesiæ Rectorem futurum præmonstraret. *Ad Stirpem quod attinet, ejus tunc capiti Aaroni, in præcipuis Reipublicæ muneribus diu multumque versata, laus magna filios suos, non magnae in iis divitiae collegisse, quibus locupletes & summis Principibus pares relinquere, & bene laudem nunc sibi propriam vindicat, illius post duo seculo dignissimus Nepos* Alderanus Card. Cybo, *in munere* Primi sub Innocentio XI. Ministri *laborem nihil sibi fœnerans, quam curas & labores. Sed quod præ manibus est agamus, & ex Lectore nostra*

A *stro coeptum* Innocentii *elogium prosequamur*.

Innocentii virtutes, 2 Hic inter ceteros Cardinales, cum pauperior, humilior, atque humanior haberetur, *inquit Stella*, propter ipsius humanitatem & mansuetudinem Pontificium munus assequi meruit: ferebat etiam se in rebus gerendis prudentissimum & magnanimum atque constantem, eo quod Senis & alibi Legatione proxime functus fuisset, & magnam sui regiminis & prudentiæ Patribus spem præstitisset. Factus deinde Pontifex, ut erat vir optimus, Ecclesiam Dei pro posse in pace continere constituit. Et merito quidem Innocentius fuit appellatus, quia & sanctimonia ac animi magnitudine cum quovis optimo Pontifice conferri potuisset; rerum divinarum maxime appetentissimus, munificusque, & quam maxime in pauperes, ut verus decet Pontifices. Nihil erat quod illi melius pace communi videretur, cum ejus omnia consilia quietis forent: nec tamen bellum dissuadebat, cum pro tutela Ecclesiasticæ ditionis suscipiendum foret. Sed arma, non propter victoriam, neque propter in-
B juriam vindicandam, sumenda dicebat, sed propter pacem obtinendam: finem vero belli, non rapinam aut gloriam, sed quietem esse debere.

3 Hujus itaque Pontificatus per duos annos infelix *pro obtinenda pace*, plurimum extitit, & multorum bellorum plenus: & quod a principio multa cum instantia ab omnibus Potentatibus expetivit, difficillima tandem obtinuit. Quibuscumque enim oratoribus a principio, ad præstandam eidem ex more obedientiam venientibus, summopere pacem & concordiam suadebat, armaque omnibus deponere precipiebat. Sed inimicus homo, ut bonis ejus desideriis obsisteret, haud multo post in languorem maximum eum perduxit; statimque inter Ursinos & Columnenses maximum dissidium excitavit. Diu etenim inter ipsas potentissimas familias immortale intercesserat odium, quod vivente Sixto Pontifice sopitum esse videbatur: sed eo Pontifice defuncto, Columnenses contra Ursinus arma sumpsere, & multis eos incommodis affecere, ac universam Urbem *bella suscepta*. perturbavere: quas ob res multis sceleratis & damnatis, in Urbe & extra Urbem, licentia concessa fuit. Quæ res eum aliis permultis maximum animi dolorem Pontifici optimo inflixit; indeque pro Ecclesiæ libertate & ipsorum subditorum tuitione, videlicet Aquilæ urbis aliarumque urbium & procerum, magnum bellum, licet invitus, contra Ferdinandum Apuliæ
C Regem suscepit; & Robertum San-Severinatem, maxima cum impensa, contra ipsum ducem conduxit. Sed post varias depopulationes & vastationes atque incendia, tandem rogatus pacem cum omnibus facere voluit, ea scilicet lege, ut Rex ipse tributum Ecclesiæ, quod singulis annis pendere consueverat, quodque Sixtus Pontifex relaxaverat, de cetero Pontificibus Romanis integre persolveret; utque regni Proceribus, contra ipsum Ferdinandum Regem erectis, omnino ipse Rex parceret: atque illum jurejurando adstrinxit, ne deinceps contra Romanum Pontificem arma moveret; & pace conficienda etiam dissidia Ursinorum & Columnensium composuit, quibus ea rebus magnam suæ virtutis & constantiæ laudem reportavit. His ex sententia bene gestis, etiam Buchallinum, Osimi Principem seu Tyrannum, qui contra Ecclesiam rebellaverat & ad Turcum defecerat, debellavit ac expugnavit; illumque tandem captum & vinctum, ad Ludovicum Sfortiam Mediolanum transmisit, & oppidum sibi & Ecclesiam subjecit.

3 Multa denique hic optimus Pontifex & circa Pon- *acta alia publica*, tificiam dignitatem remque publicam Christianam, nec non amicorum utilitatem facere decreverat: sed ob temporis brevitatem, suamque infirmitatem, ac bellorum & epidemiæ perturbationem, non adimplere modo, sed nec incipere potuit. Hic Cardinales multos in toto suo Pontificatu creavit, inter quos (ut D.
alios missos faciam) Antoniottus Palavicinus, vir profecto religiosissimus, optimus unus fuit. Hic post beneficium sanitatis adeptum, Leopoldum olim Austriæ Ducem, jam diu defunctum, ob erebra miracula enarrata, in sanctorum Confessorum numero aggregavit: Venetosque ab interdicto Ecclesiastico & censura, in eos a suo prædecessore fulminata, liberavit & absolvit; & eosdem sibi confœderatos & amicos efficit: beneficus siquidem, quoad potuit, circa Deum imprimis amicosque, pro viribus semper fuit. Nam post corporis sanitatem, inter cetera, pro gratiarum actione, monasterio & ecclesiæ S. Mariæ de populo argenteam ecclesiam, miro artificio elaboratam, cum magna cleri populique Romani frequentia, ipsemet propriis manibus super altare obtulit: atque aliaquibusdam ecclesiis aliis locisque piis condonavit. Paren- *ac privatim*, tibus & agnatis aliquod beneficii signum, nisi Francisco & Theodorinæ filiis, ostendere minime potuit: E
ante enim Pontificatum & Cardinalatum, sicut Divus Augustinus dum in minoribus esset, duos ex damnato coitu susceperat filios, videlicet Franciscum filium & Theodorinam feminam, quibus nimio afficiebatur amore: ambos anim pro virili sua enitebatur amplos efficere. Unde imprimis filiam honorato & illustri viro matrimonio, cum ingenti dote, collocavit: Francisco autam filio dilectissimo illustris Laurentii Medicis Florentini filiam conjugem dedit: cique dum moreretur maximos thesauros de consensu Cardinalium dimisit: quos nihilominus ipse, dum adhuc Pontifex pater viveret, furtim abstulit, & Florentiam ad prædictum Medicem socerum transmisit.

4 Fuit itaque hic dignissimus Pontifex omnibus virtutibus, quæ in Pontifice maximo requiruntur, *Obiitur*, decoratus, sanctitate videlicet, & justitia, atque prudentia: quippe qui propria virtute, & non aliquo favore nec fortuna, ex humili loco ad id fastigium evectus fuit. Tanta enim hujus Pontificis fuit gloria, ut nullius laude crescat nulliusque vituperatione decrescat: nec plura de ejus laude ob ingenii exiguitatem referenda censeo. Denique relicto apud omnes Christianos sui desiderio, moritur, & apud S. Petrum magna funeris pompa sepelitur. *Stephanus de Infessura apud Raynaldum*, die, *inquit*, xxv. Julii in die S. Jacobi, sexta vel septima hora noctis (*quæ nobis, post noctis medium exordientibus diem naturalem, esset inter secundam & tertiam nocturnam*) mortuus est In- F
nocentius Papa VIII. cujus anima requiescat in pace. *Corrigimus itaque in sequentis historiæ impresso zyfras 23. & scribimus 25. jam usu doctis quam vitiosa fiat zyfra istius editionis, culpa haud dubio amanuensium, qui MSS. veterum exempla submiserunt Conclavium Collectori.*

5 Sepultus *est autem* Innocentius, *teste Ciacconio*, in æreo monumento, quod extrui jussit ejus nepos Laurentius Cybo, Cardinalis Beneventanus, juxta *sepultura*; aram ab eo designatam, in qua ferrum hastæ, quo Christi latus apertum fuit, condi jusserat. *Huic* monumento, *inquit Aringus*, ejusdem ad vivum superpositum est simulacrum, *itidem æreum, Pontificali residentis in throno*, & dextera lanceam manu tenentis, *in memoriam illius sacræ Lanceæ, sibi a Bajazete Turcarum Imperatore transmissæ*. Quod quidem nobilissimum monumentum, una cum eodem, *alteroque desuper jacentis ut mortui* simulacro, ad hunc usque diem in navi ejusdem Ecclesiæ, in amplissimam formam exædificatæ, ad sinistram introeuntibus apparet: *elegantem vero totius operis iconismum, æneo expressum lamina, videre licet in Oldoini sæpe dicto Ciacconio novo.*

6 *Quod attinet initium anni civilis in Bullis* Innocen-

A centii hujus servatum, si eas solas consideres quas proponis Waddingus, incunctanter judicabis absolute sub eo servatum fuisse, ut usque ad XXV. Martii protraberetur annus: hunc enim invenies facere Bullam 4. 10. 15. 18. 19. 22. 26. 36. & 45. nec quidquam propius erit quam ut judices, per merum typothetæ errorem factum ut pluribus signatis nota anni 1488. quarum antepenultima datæ sunt v. Idus & pridie Idus Januarii, ultima vero v. Kal. Martii, omnes anno Pontificatus quinto, intermisceatur penultima una eodem quinto anno data IX. Kalend. Martii, sub nota anni 1489. Verum ad Bullarium Cherubini reflectens oculos, videbis non ita constanter servatum morem antiquiorem, quin aliqua ordiantur annum a Kalendis Januarii. Nam Bulla istic 13. signatur data Anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo octuagesimo octavo, Idibus Januarii, Pontificatus anno quarto, econtra Bulla 17 signatur anno millesimo quadringesimo nonagesimo primo, octavo kalendas Februarii, Pontificatus an. octavo: quæ nequeunt convenire, nisi annus ille Christi protrahatur usque in Martium anni nostri MCCCCXCII.

Stylus quo ad initium anni civilis varius sub hoc Pontifice

B Eodem modo procedunt in Bullario Augustiniano Constitutio prima & ultima Innocentii, hæc signata die decima sexta Februarii, millesimo quadringentesimo sexto, Pontificatus anno secundo; ista die decima septima Martii, millesimo quadringentesimo octuagesimo nono, Pontificatus anno quinto. Item in Bullario Casinensi Constitutio 103. data die 5. Januarii 1488. Pontificatus anno 4. cui si aptari debeat, correcte errore zysra, Constitutio 100. ibidem, pro eo quod nunc scribitur die 20. Februarii 1487. Pontificatus anno secundo, scribi debebit, 1486. vel anno tertio: aliter enim non conveniunt characteres. Est porro in Cherubini Bullario hoc etiam mirabilius, quod in præcitata Bulla 13. cui tum in subsignatione quam in publicatione bis ad longum subscribitur annus octuagesimus octavus, additurque in publicatione etiam nota Indictionis sextæ, quæ mense Januario cadere non potest nisi in annum communem MCCCCLXXXVIII. subscriptum legitur ex stylo veteri, Lecta Romæ in Cancellaria Apostolica die Sabbati, 19. Januarii 1487. Econtra sub Bulla 3. stylo veteri data anno millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto XIII. Kalendas Martii, Pontificatus anno primo, subscribitur ex forma styli recentioris,

C Lecta & publicata fuit suprascripta Bulla in Cancellaria Apostolica die Jovis, XVII. mensis Februarii, Pontificatus Domini Innocentii Papæ VIII. anno primo, quæ magnam styli inconstantiam sub hoc Pontifice arguunt. Certius statuere possis, quod anni Pontificii initium sumptum fuerit a die Creationis, eo quod Bulla 9. data an. 1. D. MCCCCLXXXVI. tertio Kal. Septembris, & 10. signata die trigesimo Septembris, dicantur datæ anno Pontificatus tertio, uno scilicet aut altero die post anniversarium Creationis. Sed contra est, quod Bulla 33. apud Waddingum notetur data anno Incarn. Dom. 1490. 7. Idus Septemb. Pontif. an. 6. qui septimus fuisset, si annus esset a IV. Kalendas Septembris incoandus: facilius tamen uno in ecgrapho errorem zysræ, quam in duobus numeros ad longum exprimentibus errorem in sensu supposueris: nisi in hoc variasse Notarios Pontificios dixeris.

Pontificius annus a die creationis.

INTERPONTIFICII HISTORIA

Ex Italico Anonymi coævi.

Sepultus Innocentius.

OBiit Innocentius Papa VIII. post longam infirmitatem, XXV. Julii MCCCCXCII. inter quintam & sextam noctis; quapropter multi Cardinalium, qui decreverant proximum Augustam hilariter transigere, & ferventem in leone solem tolerare beneficio temperatioris per vicina castella seria, coacti fuerunt ad creandum successorem regredi in Urbem. Corpus defuncti portatum fuit mature ad S. Petri, comitantibus illud Cardinalibus Beneventano, Albiensi, S. Anastasiæ, Medice & S. Severini, qui tunc pro Galero accipiendo advenerat: remansitque expositus venerationi populi ad plantas ejus deosculandas accurrentis: felix, cui deinde sepulto idem locus obtigit in quietem, ubi olim inventæ fuerant S. Augustini Reliquiæ...... Verum Urbs tota erat in tumultu, volitantibus per eam male feriatorum hominum catervis, nec paucos occidentibus, quia in tribunalibus nulla ministrabatur justitia, dum Judices clausos se continebant metu mortis. Hac de causa, ne in seditionem res verteretur, Cardinales deputaverunt viros duos, quorum unus custodiæ Palatii, alter Civitatis præsideret. Gubernator autem Palatii fuit Gundisalvus Archiepiscopus Tarraconensis, nobilissimus & sapientissimus Hispanus: cujus opera pax fuerat conclusa inter Innocentium Papam & Regem Neapolitanum, deinde seditio Asculanorum composita, quemq; Alexander Papa Urbis denique Præfectum fecit.

[illegible]

E a Sequenti die cœptæ fuerunt exequiæ, quibus octavo Augusti finitis cantata est Missa de Spiritu sancto; cui Cardinales omnes præsentes interfuerunt. Finita Missa, Bernardinus Caravagliæ Episcopus Cartagenensis, Orator Regis Hispaniarum, eruditissimum elegantissimumque sermonem habuit: quæ res, quoniam tunc multi Hispani ad publica munia adhibebantur, augurio fuit Papam quoque Hispanum futurum. Ad hujus electionem in Conclave processerunt Cardinales XXIII. quos inter Marcus Girardus Cardinalis Patriarcha Venetus, ex Ordine Camaldulensi, homo decrepitus: qui intellecta morte Innocentii Romam venerat ad recipiendum Galerum, quamvis ægre movere se ac pedem figere posset. Fuit autem Conclave constitutum in capella Sixti aulisque vicinis; ad cujus custodiam excubabant Principum Oratores.

Cardinales 23. Conclave intrant;

a Discurrebant per urbem turmatim latrones, homicidæ, exules, & quodvis genus hominum pessimorum; palatiis autem Cardinalium, ne expilarentur, prospectum erat per custodes sclopetarios. Tamen, licet tota in armis esset Roma, nullus notabilis tumultus exortus est; solum inimicitiarum causa occidebantur impune multi. Plateæ Burgi, repagulis F trabalibus clausæ, custodiebantur a militibus, & levioris armaturæ equites continuo circuibant Palatium. Cardinales interim, multa diligentia tractantes inter se, die secundo omnes volentes accesserunt ad adorandum Rodericum Borgiam Vicecancellarium: qui omnem artem industriamque impenderat ut immoderatæ ambitioni suæ faceret satis, modisque omnibusque licitis & illicitis conciliaverat sibi animos omnium Cardinalium potentiorum. Sub Auroram, exposita per fenestram Cruce, publicatum est haberi Pontificem sub nomine Alexandri; & Basilica S. Petri statim repleta est populi quasi innumerabilis multitudine, spectatum accurrentis. Dum ingrediebatur Ecclesiam, eram ego altari majori vicinus: cui cum appropinquasset Papa, exceptus inter brachia fuit a Cardinali S. Severini positusque in Cathedra, ubi ei publicam obedientiam præstiterunt Cardinales per pedum osculum.

& propter pericula turbarum,

celeriter eligunt Card. Borgiam;

3 Prius autem quam ab altari descenderet Papa, Vicecancellarium creavit Ascanium Mariam Sforza: quia hoc ei promiserat in Conclavi. Deinde cantata est more solito Missa; & Cardinales suam quisque domum reversi sunt, manente apud Papam ad prandium Cardinali Sforza, & paucalis aliquot. Tota Urbe luculentissimi ignes instructi fuerunt, ejusque Senator (erat hic Ambrosius Mirabilis, Eques Mediolanensis)

cum maximo gaudio totius civitatis.

A sis) in Capitolio signa lætitiæ inusitatæ exhibuit: fuit enim in ea dignitate confirmatus a Pontifice. Postea autem Episcopatus Perusinus datus fuit Joanni Lopez, antehac Scribæ Papali, cui prius data fuerat Dataria: & in hac successor obtigit Bernardinus Luna Papiensis, eum favore Cardinalis Antonii Sforza. Transacto ipsius creationis die, sub horam secundam noctis, Senatores, Conservatores & Capita. Regionum Urbis, cum plurima Romanæ nobilitatis juventute, accesserunt pulcherrimo ordine ad Palatium Pontificium equites omnes, cum facibus in manu ardentibus; & in area S Petri quoddam quasi torneamentum instituerunt, varios in flexus gyrosque circumferendo easdem faces. Idem etiam fecerunt in atrio Papalis Palatii, cum maxima satisfactione suæ Sanctitatis: qui de camera prospiciens, sua eos benedictione impertivit.

qui ad Augusti coronatur. 4 Postea die xxvi. Augusti, coronatus est Papa maxima cum ceremonia: longe tamen majestuosior fuit processus ejus ad S. Joannem Lateranensem, pro ineunda possessione supremi Episcopatus: in quo ceteros omnes Papas antecessores suos splendore & magnifi- B centia superavit: cum plateæ omnes ornatæ essent D corymbis & floribus in arcus triumphales contextis, ad imitationem veterum triumphorum. Ultimo Augusti Consistorium habuit, in eoque Cardinalem creavit Archiepiscopum Montis-regalis, nepotem suum: *scilicet Joannem Borgiam. Hæc habui quæ adderem monumentis, ejusdem fere sententiæ nec minoris auctoritatis, a Raynalda addactis de creatione Alexandri; in quibus præcipue considerationis sunt verba Stephani de Infissura*, Anno Domini MCCCCXCII. Augusti mensis die undecima, videlicet die Sabbati, summo mane, Rodericus Borgia, nepos Callixti, Vicecancellarius, creatus fuit Papa. *Concursus diei & sabbati non patiuntur dubitare nos, quin certus sit dies Creationis: qui videtur supra* secundus *dici, non ab ingressu in Conclave, sed a cœpta tractatione inter Cardinales; si vere ipsi illud ingressi sunt die* octavo Augusti, *ut supra dicitur: & exequiæ decessoris intelliguntur cœptæ* sequenti die, *non post mortem Innocentii (sic enim notarotus* XXVI. *Julii) sed post constitutum Gubernatorem Palatii aliasque provisiones factas pro Urbis custodia.* E

CCXVIII. ALEXANDER VI.

Ab an. 1492 ad 1503. An. 11. d. 8.

ALEXANDER, Papa ejus nominis VI. natione Hispanus, Rodoricus antea vocatus, S. R. E. Archidiaconus, Calixti olim Pontificis ex fratre nepos, anno MCCCCXCII Innocentio Papæ consensu Cardinalium Pontifex suffectus,) XI. Augusti, coronatus, XXVI in Dominica; sedit annos XI dies VIII. defunctus anno MDIII. XVIII. Augusti, sepultus in Vaticano: & vacavit Sedes mensem I. dies III.

Anno Pontificis initio a die creationis:

HUnc quoque Pontificem a die Creationis suæ cœpisse annos Pontificatus numerare, saltem magis ordinarie, suadet Bulla 9. apud Cherubinum, data anno Incarnationis Dominicæ MCCCCXCIII. XI. Kal. Septembris, Pontificatus anno VIII. *& Bulla 19. apud Waddingum, data* anno Incarnat. Dom. XIV. Kalend. Septembr. Pontificatus anno tertio, *respectu Ordinationis needum inchoato. Ipso autem Ordinationis die invenies signatas gratias duas primas apud Waddingum. Ne tamen absolute id valuisse asseram, facit Bulla 77. apud eumdem Waddingum, data (nisi error subsit)* anno MDI. XII. Kal. Septembris, Pontificatus anno IX. *qui eum respectu ad diem Electionis debuisset numerari annus* 2. *a novem diebus inchoatus.*

C

anni civilis omnino varium.

a *Magis certum est, varium fuisse tunc temporis stylum Notariatom, etiam in Curia, quoad anni civilis initium. Nam apud Waddingum inveniuntur omnino Bullæ quindecim, videlicet* 4. 5. 27. 29. 34. 37. 38. 43. 44. 50. 70. 81. 82. *in quibus productus dicendus est annus usque ad diem Incarnationis: inveniuntur autem nihilominus novem, videlicet* 9. 12. 13. 39. 68. 69. 71. 72. 81. *quæ censendæ sunt annum ordiri Kalendis Januarii; & cum his facit tertia in Bullario Cherubini, data* anno Incarn. Domin. millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto, septimo Idus Januarii, Pontificatus anno quarto. *Denique in Bullario Lateranensi invenitur Breve simili stylo*, datum sub annulo Piscatoris, die undecima Februarii, millesimo quingentesimo, Pontificatus anno octavo, *numeris ita ad longum expressis.*

ACTA PONTIFICATUS

Ex Vitis Pontificum Joannis Stellæ.

Alexandri doctrina,

HIc ex gente Borgia, nobilissima Hispaniarum familia duxit originem, quem Calixtus Papa III. ejus patruus a puero educavit, instruxitque atque ad hujus dignitatis gradum præparavit, unde & litteris humanis pariter & divinis a principio summopere illum instituit & erudiri curavit: in quibus certe, ut erat acri ingenio adolescens, præstantissimus evasit: quo factum est ut in explicandis consiliis optimam facundiam, ab ipsa sua adolescentia, demonstraret.

gravia munia cum laude obiit ante Papatum.

Quapropter & in ipsa juvenili ætate Cardineum munus ac Vicecancellariatus officium, ad quod prope omnes graves Curiæ Romanæ referuntur expeditiones, ubi & maximæ ecclesiasticarum rerum referuntur moles, eidem concessit. In quo quidem officio tanta cum omnium Curialium benevolentia atque admiratione se exhibuit, ut tandem ad id fastigium merito pervenire meruerit: in quo quidem officio per F quatuor & quadraginta annos, maxima rerum pericula atque naufragia constanti animo (ferens), maximum experimentum de se dedit. Nulla equidem negotiorum gravitas, aut Romanæ Ecclesiæ conditio, temporumque difficultas contigit unquam, quam in officio non fuerit expertus, quæque suo non cesserit consilio. Inito itaque Pontificatu ab omnibus Christianis Principibus, & præcipue Italis, maxima pompa est salutatus.

Cardinales creati ex suis.

a Huic ideo hoc nomen magnum decretum fuisse arbitror, quod ejus regius imprimis aspectus, ac cœlestis quædam in eo species utrique & nomini & Pontificatui apte conveniret: quia Alexandri omnes tum Pontifices tum Reges, Pontificatum & Imperium felicissime gessere, ut eorum gesta feliciter demonstrant. Hic statim ex suis, ut moris est, duos Cardinales, videlicet Joannem Borgiam Montis-regalis nuncupatum, & Valentinum similiter Borgiam creavit: quem quidem Joannem nepotem, S. Susannæ Presbyterum Cardinalem, ex sacri Senatus-consulto Legatum declaratum, secundo sui Pontificatus anno, Neapolim, cum ingenti Prælatorum & Curialium comitiva, ad Alphonsum nuper Regem creatum investiendum & coronandum, misit: quod & factum fuit, multa cum fo-

A solennitate & ceremoniarum omnium exactissima observantia. Quo facto, fœdus cum eo, maxime propter adventum Caroli Gallorum Regis, initur: in quibus duobus, videlicet Pontifice & Alphonso, spes omnis contra Gallos relicta erat. Tunc Julianus a Ruvere, S. Petri ad vincula Cardinalis, Sixti Papæ nepos, Ostiæ oppidi Dominus, jam tum Gallorum amicus & Pontificis hostis effectus, Tiberim fluvium interclusit, ne commeatus in Urbem deveherentur; quamobrem statim Romani ad rerum omnium inopiam devenere. Tum vero Pontifex, cum antea Romanorum numero & virtute fretus securus esse videretur, appropinquante Gallorum Rege adeo territus est, ut vi illa ac magnitudine animi elanguescente, ad oblatas per Regis Legatos conditiones primus descenderet.

Fœdus cum Alphonso R. Neap. contra Gallos init.

3 Tum populus ex summa tristitia in plausum & lætitiam convertitur: Pontifex invitus Regias (Alphonsi) copias, quæ in auxilium venerant, extra Urbem excludit; ipse vero in arcem S. Angeli se contulit, formidinis plenus. Carolus Kalendis Januarii
B cum universo exercitu Romæ exceptus, in palatio Divi Marci sedem locavit: ubi cum Pontifice compositis rebus, inter mutuos complexus, Maclovienscm, unum ex Baronibus Regi carissimis, mentitæ amicitiæ auctorem, Cardinalem designat. Subjugata deinde rerum quasi domina Roma, v. Kal. Februarii Rex Gallus discessit: & invito Pontifice, Zizimum Imperatoris Turcarum fratrem, virum maximæ virtutis & strenui animi, ut omnia in Turcos moliri videretur, secum abstulit. Ejus causa Pontifex quadraginta millia nummum aureorum singulis annis data taxatione a fratre accipiebat; traduntque eam ob causam hactenus Turcos extra Italiam coercitos fuisse: qui paulo post negligentia Regis rheumatismo moritur, non parva rei Christianæ jactura.

Ab his tamen cedere cogitur Alexander:

4 His cognitis Alexander Pontifex sibi timens, deposita spe, quam in Romana turba rei militaris expertæ posuerat, Urbe extrema inopia laborante, cognito Caroli Regis odio ac Valentini Cardinalis fuga, instantem ruinam reformidans; incerta consilia volvebat: (tandemque) statuit, convocato Patrum concilio de summa rei deliberare, in quo hæc pauca eloquutum accepimus. Videtis, inquit, filii, Carolum Gallorum Regem magnam Italiæ partem subegisse, &
C eam armis virisque implevisse, ac Pontificiæ Sedi oppida urbesque ademisse, jamque penitus Ecclesiam eversurum. Videtis etiam multos proditores, multos Ecclesiæ hostes cernitis: nemo nostrum in reliquo tutus erit: hinc profecto mea sententia discedendum est. His dictis confusæ voces fuere, aliis alia judicantibus. Tandem visum est, in tanto rerum præsentium discrimine, nutantes Italiæ res Principum posse fœdere contineri; & ad id Maximilianum Romanorum Regem, Ferdinandum & Elisabeth Hispaniæ Reges, Senatum Venetum, ac Ludovicum Sfortiam Mediolanensem Principem idoneos esse. Missis igitur Legatis nova fœdere inter hos Principes circiter Kalendas Apriles icta fuerunt; ac Senatus Venetus per Legatos suos adeo constanter hoc fœdus stabilivit, ut imperium omne pro Italiæ & Ecclesiæ salute facile expositurus esset. Regrediente autem Rege ex Neapoli Romam, cum id intellexisset Alexander Pontifex, Hieronymo Georgio Equite, Veneto Oratore, suadente, militibus, quos Venetus Senatus paulo ante ad ejus tutelam miserat circumseptus, in Urbem-veterem primum secessit; deinde Perusia decreverat Anconam adire, & Venetias postremo navigare si opus fuisset.

Et quid ei post acciderit;

plurium Principum fœdera solicitat:

5 Reverso denique in Galliam Carolo Rege, & ibidem haud multo post defuncto, ac Ludovico Aurelianensi eidem Regi surrogato; Alexander pristina formidine liberatus, plurima meditati cœpit, & ea quidem permaxima, quæ ad præsens usque ad votum per omnia eidem successere. Nam Ludovico Vicecomite Mediolanensium Duce captivato, & in Gallias vincto abducto, & ejus imperio ad Gallos perducto, cumque & Parthenopæum regnum Galli denuo sibi vendicassent; hic sapientissimus Pontifex cum Francorum Rege & Venetis nova percussit fœdera: quibus confectis exercitus magnos congregavit, & Valentinum Borgiam virum impigerrimum eisdem ducem & imperatorem præfecit. Qui dum congregatis omnibus copiis, primo omni cura contra Catharinam Vicecomitem, Hieronymi Riarii Comitis relictam, (Forlivii) Principem, expeditionem assumpsit, & cum legionibus eaodem Imolam civitatem devenit, quam penes Catherina in nullo perterrica confederat, (eamque) expugnavit. Ubi cum Valentiniana virtus videretur superior, Catherina virago relicta Imola Forlivium se recepit, in quo e vestigio a Valentino obsessa fuit. Quam cum aliquandiu oppugnasset, & mira solertia se defenderet, in magnam penuriam rerum opportunarum deducta est. Verum tandem, cum viribus Pontificis obsistere Catherina non posset, post calptam armorum vi civitatem, & arce tormentorum ictibus lacerata; a Valentino capta est, atque ipsa Catherina captivata Romam missa, Pontifici viva præsentata est; ex quo Pontifex ipse, non aliter ac si permaximum superasset Ducem, est gloriatus. His gestis bellum contra Faventiam, munitissimam Manfredorum urbem, movit (Valentinus) magna quam demum post multas oppugnationes, cum [illegible] suorum militum cœde, obtinuit (quæ tandem in Venetorum manus devenit) & Hastorem Puerum urbis Principem, ultro sibi oblatum, Romam ad patrem Pontificem in triumphi modum perduxit.

6 His facinoribus tam egregie tamque strenue a Valentino confectis, Pontifex in admirationem sui, adductus imo stupefactus, ipsum protinus cum auctoritate Apostolica Ducali dignitate insignivit; illumque civitatum earumdem atque aliarum ditionis Ecclesiasticæ urbium Principem declaravit. Dejecit itaque Regulos omnes, quos prædecessores sui Pontifices, maxime Clemens VI. annis centum elapsis, in urbibus Flaminiæ & Umbriæ Vicarios Ecclesiæ instituerant, videlicet Manfredos, Ordelafos, Malatestas, Feltranos, & Varanos: & eorum civitatum Valentinum Borgiam, jam Ducem & titulo Ducatus decoratum, Principem instituit. Hic etsi, multas pecunias in belli sumptibus, atque in dotanda Lucretia filia, quam copulavit matrimonio Alphonso Estensi Ferrariæ Duci, splendide erogaverit; nihilominus & in munienda S. Angeli arce, quam minutissimam ultra modum ingenti impensa reddidit, & in exornando Divæ Mariæ Majoris Urbis templo, cælum ejus incredibili pulchritudine deaurando, vias quoque publicas Leoninæ urbis sternendo, atque alia & alia in Urbe ædificia instaurando, plurimas pecunias huc usque erogavit. Multos etiam Cardinales nun[illegible] creavit, inter quos fuerunt duo Veneti, Dominicus Grimanus, & Marcus Cornelius: Jubilæumque, per universum Christianum orbem a prædecessoribus suis institutum, in anno salutis millesimo quingentesimo honorifice celebravit.

7 Tandem, post multa bella in Italia atque in urbe gesta, XVIII. die mensis Augusti veneno periit, & apud S. Petrum, ut decet Pontificem, magna funeris pompa sepelitur: quo mortuo vacavit Papatus mense 1. & diebus v. *computatis utrimque extremitatibus. Monumentum quod olim habuit in Vaticano, & cujus reliquiæ adhuc servantur in cryptis, elegans sane & visu dignum, Oldoinus repræsentat, alio nullo Epitaphio inscriptum quam paucis hisce verbis;* Alexandri Sexti Pontificis cineres hic clauduntur: *quomodo* [illegible] *postea* [illegible]

A *translati fint in Urbanam ecclesiam nationis Hispana, diximus in* Calisto Papa III.

Titulus Catholici datus Hispanis Regibus

8 *Huic Pontifici Hispaniarum Reges acceptum referunt Titulum* Catholici: *testatur enim Philippus Comineus, lib. 5. de bello Neapolitano idemque ad annum 1496. refert Odoricus Raynaldus,* decrevisse Alexandrum attribuere illis ut Christianissimi dicerentur, & in suis ipsum litteris atque sermone sic eos vocasse: sed cum ex Cardinalibus quidam resisterent, neque Galliam vellent appellatione illa privari, Catholicos nominari jussisse, *ob Catholicam scilicet fidem, expulsis Mauris stabilitam in Hispania, & in novum Orbem feliciter invectam. Nec defuerant suo isti Titulo Successores, perpetuis fere bellis contra Infideles hæreticosque gerendis, videlicet* Carolus I. *Rex, at V. Imperator sui nominis, & tres consequenter* Philippi: *quorum egregia proles* Carolus II. *nunc feliciter regnat, & Austriacæ Pietatis erga Venerabilem Eucharistiam illustria renovat identidem exempla, sicut in Propylæo Maii fusius declaravi. Dignus profecto illorum, quos dixi, & Gothorum in Hispania Regum heres: cui perquam congrue aptentur elogia, qualibus ab Ariana hæresi ad Catholicam Religionem traducto Recaredo Regi*
B *Toletanum Concilium anno* DXCIX. *invenitur acclamasse:* Cui a Deo æternum meritum, nisi vero Catholico Recaredo Regi? Cui a Deo æterna corona, nisi vero Orthodoxo Recaredo Regi? Cui præsens gloria & æterna, nisi vero Amatori Dei Recaredo Regi? Ipse novarum plebium in Ecclesia Catholica conquisitor: ipse mereatur veraciter Apostolicum meritum, qui Apostolicum implevit officium: ipse sit Deo & hominibus amabilis, qui tam mirabiliter Deum glorificavit in terris. *Respirantis porro in Hispania Religionis instaurator* Alfonsus I. *jam inde ab anno* DCCXXXVIII., *quo Socero Pelagio Regi successit; cognominatus* Catholicus, *teste Luca Tudensi, eumdem Titulum, si non hereditarium transmisit ad successores, multis tamen usurpandum dimisit: ex quibus apud Michaelem Angelum Laureti in Vita Italica S. Ferdinandi,* Ordonius I. *anno* DCCCXXVIII. Sancius Crassus *anno* CMXXX. Alfonsus VI. *anno* MLXVI. Alfonsus VIII. *anno* MCLX. *&* Joannes I. *anno* MCCCLXXIX. *Castellæ Reges, eumdem Titulum adamasse reperiuntur in vetustis monumentis; uti etiam in Aragonia* Petrus I. *&* II.
C *sub annum* MXCIV. *&* MCCIII. *Quid quod etiam* Christianissimi *Titulus, Francia Regibus, jam inde a Stirpis secunda origine quodam quasi jure proprius, Hispanis datus etiam ante illos invenitur: nec enim soli* Recaredo *acclamatus is fuit, tum in Concilio Toletano quod dixi: tum etiam in altera anni* DXCVII *ac Barcinonensi anni* DXCIX. *sed etiam* Cintilæ *in Toletana* VI. *anni* DCXXXVIII. *ut taceam eo priorem* Sisebutum, *qui expulsis toto suo regno Judæis eamdem appellationem commeruisse dicitur, circa annum* DCXVI.

INTERPONTIFICII HISTORIA

Ex Italico Joannis Brocardi, Clerici Ceremonialis præsentis.

Veneno extinctus creditur Alexander, an recte?

V*Eneno extinctum* Alexandrum *vulgaris opinio fuit, etiam scripto confirmata a Petro Cardinali Bembo & Raphaele Volaterano; ad eamque opinionem altius figendam valuit, quod eodem pariter tempore morbo correptus fuerit Cæsar Borgia, & Hadrianus Cardinalis, una cum Pontifice cœnati. Sed nihil hujusmodi indicant Diaria Vaticana, ad fama illius dissipandam fidem allegata a Raynaldo, morbum pestilenti aeri tribuente, & verbotenus fere consentientia cum iis quæ initio Historia Interpontificii hujus scripsit Italice Ceremonialis Clericus, uti hic profitetur; in sequenti autem Interpontificio describendo ipsum se nominans* Joannem Brochardi: *quem placeat Latine & sincere scribentem audire, sicut audivit & vidit; in cyfris, quas vitiose exscriptas invenimus, subinde corrigendus, dum annus 1511. pro 1503. hora 22. pro 12. & alia nonnulla enarrantur contra mentem Auctoris, qui sic errasse non potuit.* D

Mors subita febris momento.

x Sabbato mane, die XII. Augusti MDIII. Alexander Sextus Pontifex Maximus sentire cœpit se male habere, & circa horam XXII. correptus fuit febri; quæ ipsi ad extremum adhæsit eumque afflixit. Die XV. cum extractus ei esset sanguis ad sex uncias, supervenit tertiana. Die Jovis, quæ erat XVII. medicinam sumpsit. Die Veneris proximo, Confessionem fecit Domino Petro Episcopo (Rainensem *Italicus textus vocat,* Culmensem *Latinus: est autem* Clarenna *vulgo* Rain, *notum quidem in Bavaria oppidum, sed non habet Episcopum;* Culmia *vero Episcopalis quidem est, sed in Prussia: neutrum satis placet, atque ne mendum aliquod subsit vereor*) Idem Episcopus, postquam coram Pontifice Missam celebravit, eidem residenti in lecto Viaticum sacrum præbuit. Missæ interfuerunt infrascripti Cardinales, Cuzentinus, Montisregalis, Arbonensis, Casanovæ & Constantinopolitanus; ad quos deinde se convertens Papa, dixit se male habere: nec multo post, cum extremam Unctionem suscepisset a præfato Episcopo, expiravit coram Domino Datario, eodem Episcopo & equitonibus nonnullis, qui habebant custodiam. Dux Valentinus, E

Direptæ pecuniæ,

qui eo tempore decumbebat æger, misit D. Michaelem cum multo comitatu, ut clauderet portas, respondentes cameræ & habitationi Papali. Eorum unus, inveniens Cardinalem Calæ novæ, minabatur strangulare eum & per fenestram dejicere, nisi sibi traderet claves Pecuniæ Pontificiæ. Perterrefactus ille, porrexit claves: ipsi vero turmatim magnaque cum violentia irruentes in cameram secretiorem, quidquid in duabus capsis repererunt nummorum (erant autem circiter decem millia ducatorum) diripuerunt.

& publicata morte,

3 Circa XXIII. horam apertæ fuerunt portæ, & publicata est mors Pontificis: interea temporis ejus famuli vindicaverunt sibi modicam illam supellectilem, quæ erat in vestiario. Dux Valentinus toto ægritudinis tempore numquam visitavit Papam. Socius meus, Ceremoniarum Magister, videns Papam mortuum, suis manibus quod potuit fecit, ac deinde jussit per famulos de lecto extrahi. Vocatus quoque ego sum, paulo antequam mors Pontificis nuntiaretur Cardinalibus: quibus omnibus deinde intimari jussi, ut dignarentur se sistere ad Minervam, ubi in medio sacristiæ disposita in quadrum fuerunt scamna quatuor. Sequenti nocte Romam redivi (*ita loquuntur, qui ex burgo S. Petri, ubi est Palatium Vaticanum, Tiberim transeunt*) comitatus octo custodibus Palatii, relicto Papa absque custodia ulla: mandavique Carolo Cursori ex parte Vice-cancellarii, sub pœna amittendi officii, ut ipse ac socii universo Clero civitatis tam Regulari quam Seculari edicerent, conveniendum sequenti die ad horam XII. in Palatio, pro conducendo cadavere Pontificis a Capella Majori ad ecclesiam S. Petri, fueruntque in eum finem præparata funalia trecenta ceræ albæ. F

indicuntur exequiæ;

quibus a militibus perturbatis,

4 Die sequenti, præcedente Clero Religioso de more, portatus fuit Papa per aream basilicæ S. Petri a quatuor pauperibus, manum feretro ex latere admoventibus Canonicis. Cum repositus esset in ecclesia, dum expectatur ut diceretur, *Non intres in judicium,* haud reperiebatur Clerus. Cœpit tandem Responsorium, *Libera me Domine*: quod dum canitur, milites, quibus demandata erat custodia Palatii, violenter rapuerunt funalia de manibus quorumdam Clericorum. Reliquus Clerus se contra illos ipsis tuebatur funalibus, milites vero armis instabant: unde territi

omnes

A omnes, omisso cantu, cucurrerunt in sacristiam: & mansit ibi Papa solus. Ego igitur aliique arripuimus feretrum Pontificale, detulimusque inter altare majus suamque sedem, converso ad altare capite. Eodem mane sedecim Cardinales convenerunt ad Minervam, qui Gubernatorem Urbis nominaverunt Episcopum Ragusinum, assignatis ei pro custodia militibus ducentis. Postea officium Camerarii dederunt Archiepiscopo Salernitano. Coram iisdem Cardinalibus diffractum etiam fuit plumbum Plumbatorum Alexandri Sexti; mandatumque est ut *Annulus piscatoris* consignaretur Datario, quod fecit Cardinalis Casæ-novæ. Deinde factum est inventarium supellectilis & mobilium Papalium, quæ inventa fuerunt esse maximi pretii: & quamvis a supradicto Michaeletto perquisita essent diligentissima omnia, inventum nihilominus adhuc est scrinium, panno viridi opertum, in quo erant gemmæ ac lapides pretiosi, quorum valor ad viginti millia scutorum æstimabatur.

Corpus absq; custodia relinquitur,

5 Dum Papa adhuc staret ante altare, cœpit nigrescere & deformari, ita ut sub horam XXIII. similis esset aterrimo panno; facies autem prorsus obscura & fœda, nasus plenus fœtoris, os distensum, & lingua adeo tumefacta ut tota labra impleret, quod sane horrendum visu erat. Vesperi post horam XXIV. delatus est ad Capellam a sex bajulis duobusque li- B gnariis fabris: qui circum eum jocabantur ridebantque. Et cum sandapila facta esset justo brevior, compingebant & pedibus conculcabant corpus, ut totum intromitterent, postquam prius ipsum expoliassent mitra & pannis, eorumque loco obvolvissent vetus sordidissimumque tapetium: atque ita posuerunt in sinistro angulo altaris S. Petri. Eodem die Silvius Savelli, Marescallus Curiæ, permisit omnes Savellos incarceratos libere egredi.

Et jam fœde deformatum,

Parum reverenter [illegible].

6 In secunda congregatione, habita XXI. Augusti, commissum fuit Carolo Alfonso Capitaneo, ut cum bis mille militibus soluto stipendio custodiret diligenter civitatem: plateæ etiam repagulis obseptæ sunt, ne esset equitibus liber transitus discursusque. Castellanus S. Angeli promisit juravitque Cardinalibus sanctæ Crucis, Medices, & Cæsarinio observare fidelitatem Collegio, idemque promisit pro eo Orator Regis Hispaniæ. Eodem die liberati fuerunt ab eodem Castellano, sub cautione viginti millium ducatorum, Auditor Cameræ, Abbas Cajetanus, Bernardinus Abbas Alviani, Jacobus de Saranello, & alius quidam Abbas. Eodem die Hispani incenderunt palatium Ursi- C norum ad Montem-Jordani.

Cardinales sæpius congregati.

7 In tertia congregatione, habita ad Minervam, factus fuit magnus tractatus ad ineundam concordiam cum Duce Valentino: qui valde humilem se monstrabat Collegio, offerebatque ei jurare fidelitatem quandocumque placeret. Deputatus igitur fuit Pandolfus Notarius Cameræ, qui cum Duce stipularetur quoddam mandatum, in persona D. Agapiti de Ameria Secretarii sui. In quarta congregatione, quæ fuit sedecim Cardinalium, ab eodem Pandulfo lectum fuit mandatum, & a D. Agapeto jure-jurando firmatum juxta, quod alias etiam Dux fecerat coram Papa. Promisit insuper defendere Collegium & quemcumq; Cardinalem sigillatim; nobiles item Romanos, civesq; & populum, nec non Cardinalium domus custodire. Hoc vero ut faceret etiam libentius, confirmatus est ei titulus Capitanei Ecclesiæ, usque ad electionem novi Pontificis, cum omnibus consuetis honoribus & functionibus. Denique de consensu omnium Cardinalium constitutum fuit Conclave, parandum in Castello S. Angeli. Ut autem majori cum tranquillitate posset Pontifex eligi, ex parte Collegii scriptum est ad Prosperum Colomnam & Ursinos, ne venirent Romam: sed contra voluntatem Collegii intravit Pro-

Pacta [illegible] cum Duce Valentino;

sper eadem die, ac postea excusavit. Sequenti die, quæ fuit XXIII. Augusti, Romam etiam ingressi sunt Ludovicus de Rutilisno & Fabius Ursinus, cum ducentis equitibus totidemq; peditibus, ac plures quam ducentas domos expilarunt circa Palatium candidum, inter quas fuerunt ædes Cardinalis Cusani; ac postea de mandato Collegii recesserunt.

8 Die Veneris, quæ fuit XXV. Augusti, vocati fuerunt in Congregationem duodecim Cardinalium quatuor Oratores, Regis Romanorum, Hispaniæ, Franciæ, & Venetiarum, simul cum Secretario ejusdem Reipublicæ; eisque injunctum fuit, ut persuaderent Duci Valentino excedere Roma; Oratoribus autem Hispaniæ & Franciæ injunctum est providerent, ne milites sui eodem accederent. Disputatum fuit inter Cardinales & Oratores per horas tres; multaque proposita & conclusa sunt, quæ longum foret recensere sigillatim. Ipsi vero Oratores eodem die iverunt in Vaticanum; ubi habitabat Dux, suaseruntque ei ut Urbe excederet & milites suos ablegaret. Respondit Dux, neque intra neque extra Palatium securum esse se; ideoque necesse esse sibi ut Romæ maneret cum suo armato milite. Obtulerunt ei, vel tribus ex duobusque suis, cameram & recursum in castello S. Angeli: sed non placuit ei. castellum tamen acceptabat, quando illuc ingredi posset cum iis quos vellet, & reliquos deinde foras dimittere. Regressi sunt Oratores cum modica omnino satisfactione; nam [illegible] opinabatur castellum esse sub obedientia [illegible] Collegio, quod [illegible] cebat Ducem illuc admittere eo quo volebat modo, nec poterat ei aliter securitatem præstare. In [illegible] vit castri Præfectus, quod Cardinales [illegible] berent in eo Conclave instruere; nec voluit [illegible] acquiescere, dicens, quod juravisset [illegible] se futuro Pontifici, idque vellet præstare.

9 Die Lunæ, quæ fuit XXVIII. Augusti, [illegible] ingressus Romam est D. Jacobus, frater Cardinalis Senensis. Die Martis [illegible] Cardinalis Volaterranus. Die Veneris, quæ fuit I. Septembris, in duodecima Congregatione habita in ædibus Cardinalis Neapolitani, accersiti fuerunt prædicti Oratores, cum quibus multa definita fuerunt, atque imprimis sequentes conditiones pro discessu Ducis. Promisit sacrum Collegium dare liberum ac securum transitum, per civitatem & statum Ecclesiæ ipsi Duci & toti ejus comitatui, cum tota re tormentaria & annonaria: sicut etiam Populus Romanus pollicitus est, nec ipsum nec homines ejus lædere, sed totam [illegible] paratum ejus deducere, & præstare ac conservare ei annonam. Obtulit etiam Collegium scribere reipublicæ Venetæ, ut nullum ei offendiculum vel impedimentum præberet in terris Romandiolæ. Ipse autem promisit invicem, non offensurum se Populum Romanum, nec permissurum ut offenderetur a suis vel ille vel bona, vel personæ, animalia, aut res alia quæcumq; ad Ecclesiam pertinens; discessurum autem se Roma intra triduum, & Prosperum Colomnam cum suis tota die sequenti. Insuper Oratores Regis Romanorum & Regis Hispaniæ, suo ac Regum suorum nomine, promiserunt, quod neque Dux, neque milites ejus, neque Columnenses appropinquarent civitati ad decem millia, durante vacatione Sedis. Idem pro Ursinis spopondit Legatus Franciæ proque militibus ejus.

10 Eodem die Dux Valentinus subscripsit capitibus conventionis, & Populus Romanus promisit Cardinalibus Hispanis, quod neque ipsis neque domibus eorum noceret. Iidem Legati Franciæ, simul cum Odoardo equitum suorum Magistro, qui heri Urbem ingressus fuerat, petierunt ut sibi consignaretur castrum Viterbiense, sed non potuerunt impetrare. Eodem die rediit Romam Cornarus; atque edictum per præconem fuit, sub pœna vitæ & bonorum, ne quis cujuscumque conditionis aut status auderet mo- [illegible]

[illegible]

ex parte Cardinalium;

& discordia die 2. Septembris.

S f

destus esse Duci Valentinn ejusve comitatui in recessu, qui futurus erat die Sabbati, id est 11. Septembris, uti reipsa discessit incognitus, intra sepimentum quoddam. Cardinalis Cæsarinus operiebatur eum extra portam, quæ ducit ad Montem-Marium, ut ipsi loqueretur; sed dictum est illi, quod Dux iter cepisset versus Neapolim, quo ipsum secutus est Cardinalis S. Severinæ. Die Lunæ & iv. mensis Romam venerunt Cardinalis S. Petri ad vincula, scilicet Julianus Roboreus, & Cardinalis Comensis.

Patribus in Conclave ingressis,

11 Tandem ordioatum est Conclave more consueto, in eoque distributæ cellæ xxxix. quæ deinde sortito distributæ sunt inter Cardioales; eumque Cardinali Seoensi per sortem obtigisset sua, eo ipso loco in quo solitus erat Papa residere, res in omen versa est. Eodem die Urbem ingressi sunt Cardinales Rotomagensis & S. Georgii: omnibus autem ingressis in Conclave, prælecta eis fuerunt Capitula ejusdem, facta ab Innocentio VIII. mandatumque ut unusquisque Cardioalis eorum exemplar sibi sumeret: octodecim vero illorum sequenti die exposuerunt, quid illis additum demptumque vellent, sicut statim est factum. Die xii. inveni in lance una quamdam schedulam, directam Cardinali Bononieosi, quam apertam vidi & tacui, ex re id fore judicaos. Multæ tum inter Cardinales vigebant factiones, magnsque varietas consiliorum, quæ reticeo, propter turpitudinem admixtamque iis Simoniam; nam hæc sioe verecundia ulloque pudore inter eosdem exercebatur. Deoique adjuvante Domino, die Jovis & xxi. mensis, Cardinales Ascaoius, Volaterranus & Rotomagensis consultarunt de eligendo Cardinali Seneosi, qui multa ipsis promiserat, si ipsis mediantibus fieret Papa: inventique sunt multi Cardinalium quibus in animo erat ipsum eligere, qui etiam illum adiverunt exhilaraturi se cum ipso: mane autem sequenti Sacrista pertundi fecit quamdam portam obturatam, misitque schedulam in domum Cardinalis Senensis, qua nuntiabatur ejus assumptio.

& concurrentibus in Senensem,

12 Die Veneris, quæ fuit xxii. ejusdem, dixi Missam de Spiritu sancto cum commemoratione Sedis vacantis: deinde Cardioalibus suggessi, ut, quoniam inter eos jam convenerat, electio fieret per viam Spiritus sancti. Sed respondit Rotomagensis hanc viam esse periculosam, eo quod vel uno solo contradicente electio sit irrita. Ægrotabat quidem tunc Cardinalis Seoensis: sed vigilabat pro illo Cardinalis S. Georgii aliique: itaque scrutinio facto retulit vota duarum tertiarum partium: quod cum Cardioalis Neapolitanus intellexit, statim ipse aliique ex ordine protulerunt ad pedes Electi deosculandos; eumque induerunt vestibus Pontificiis: ipse autem sibi optavit nomen Pii III. & Cardinalis S. Georgii exposita per fenestram Cruce, alta voce proclamavit, *Annuntio vobis, Papam habemus*. Delatus deinde Pontifex in Basilicam S. Petri non potuit genua flectere, eo quod uno crurium infirmabatur; verum ita sedens inclinavit se altari adoravitque. Eidem deinde imposituscum esset, inchoatum est *Te Deum laudamus*, iterumque adoratio facta a Cardinalibus. Postea dimissis sub porticu S. Petri Cardinalibus, Papa relatus ad Palatium est; ubi sequenti die dedit publicam audentiam Cardinali eique contulit Sigoaturam. Dixit autem mihi Sanctitas sua, quod volebat Presbyter ordinari a Cardinali Neapolitaoo; sed cum huic id retulissem isque reouisset, acquievit sua Saoctitas ut ordioaretur a Cardinali S. Petri ad Vincula, qui promptissimo aoimo id se facturum recepit, quemadmodum & fecit die xxx. Septembris; interim die Mercurii xxvii. fuerat Papæ incisum locis duobus crus, cum magno ejus cruciatu.

& ordinatus successive,

13 Dominica quæ fuit 1. Octobris, Pontifex fuit consecratus Episcopus a Cardinali S. Petri ad Vincula, in Camera Papagalli, id est Psittaci. Sequenti die Urbem ingressus est Dux Valentinus, cum equitibus ac peditibus suis, & hospitium cepit ad S. Petri: die Martis sequenti fuit visitatus a Cardinali S. Praxedis. Dominica, videlicet viii. mensis, fuit Papa coronatus in gradibus S. Petri, a Cardinali S. Georgii cum ceremoniis debitis. Die Jovis publicata per Urbem fuit unio & liga inter Colomnenses & Ursinos, quod simul omnes proficiscerentur in regnum Neapolitanum, in auxilium Hispanorum contra Francos. Eodem die sumpsit Papa medicinam, & correptus fuit frigida febri. Dominica, Videlicet die xv. Dux Valentinus egressus est Roma cum omnibus suis, per portam Belli-prospectus, fingens alioísum se ire ad inspiciendos stabiliendosque suos, sed eorum aliqui continuo sunt regressi. Hoc cum auditum ab Ursinis esset, egressi sunt per portam S. Pancratii, eo animo ut Duci Valentino obviam se darent: quod ille suspicatus, rediit Romam, hospitatusque est in Cameria Rotomagensis, milites suos relinquens in area ad custodiam Palatii. Ursini vero incederunt portam Turrionis, ubi haud pauci occubuerunt. Dux porro Valentinus, majoris securitatis ergo, deductus fuit in Castellum S. Angeli per inferiorem meatum, comitatus Cardinalibus, Arbonensi, Salernitano, Surentioo, Bononiensi, Rotomagensi, & Borgia. Cumque illuc denique receptus esset, de maodato Papæ cum duobus ephebis & famulis quatuor, ceteri causa securitatis jussi sunt discedere. Fuerunt etiam eodem adducti omnes ejus liberi, & major eorum positus a Castellano in loco qui nuncupatur Masculus.

coronatur 8. Octobris.

Dux Valentinus egressus, ultro se in custodiam tradit.

CCXIX. PIUS III.

PIus, Papa III. hujus nominis, natione Hetruscus, patria Senensis, nepos Pii II. Franciscus Piccolomineus antea vocatus,) S. R E. Archidiaconus tit. S. Eustachii Cardinalis, Alexandro suffectus xxii. Septembris, anno MDIII. coronatus viii. Octobris, sedit dies xxvi, defunctus xviii. Octobris: sepultus in Vaticano, translatus fuit ad S. Andream de Valle: & vacavit Sedes dies xii.

HIc vir, *inquit Stella*, tantæ modestiæ & integritatis fuit, ut omnium fere consensu Pontifex creatus sit: & præterea nulla injuria affectus aut ignominia notatus fuit, propter temporis brevitatem. Moriens xv. Kalendas Novembris, in B. Petri Basilica sepelitur; quo mortuo vacavit Sedes diebus xiv. *utroq; extremo computato. Oldoinus noster ad Cicconium addit,* quod corpus in sacello S. Andreæ Apostoli conditum est prope avunculum, marmoreo eleganti sepulcro; *cujus æque ac illius nulla extat memoria, nisi quatenus utrumque translatum habetur apud novam S. Andreæ Theatinorum ecclesiam, super Pompeiani theatri ruinas extructam, supra utrumque lateralem ingressum, Avunculi ad dexteram, Nepotis ad lævam: hoc supra utramque portam posito titulo.* Alex. Perettus, S.R.E. Vice-cancellarius Card. Montaltus, sepulcrum Pii III. ex adverso positum, Paulo V. P. M. concedente e Vaticano translatum, magnificentius repo-

sepultura,

A reponendum curavit. A. S. MDCXV. *Sub tumba exprimitur magnificentissima illius Coronatio, in marmorea tabula (est enim utriusque monumenti restaurati forma prorsus eadem, solaque statuarum illud ornantium varietate distinguitur) & sub hoc Epitaphium nonnihil immutatum legitur, quod vos ab eo gestas breviter complexum in Vaticano tale erat, uti Oldoinus refert.*

PIUS III. PONT. MAX.

Epitaphi.: A Pio II. avunculo, duos & xx. annos natus, in Cardinalium Collegium accitur. Urbis ac Piceni legatione integerrime functus, a Paulo II ad Fridericum III. missus, ut Germanorum arma in Turcas concitaret, conventum frequentissimum Pontificis morte dissolutum babuit. Sub Innocentio VIII. Umbros dissidentes pacavit. Carolo Gallorum Rege in Italism irrumpente, ab Alexandro VI. fero admodum obviam missus. Eo mortuo duodequadraginta Patrum suffragiis Pontifex creatus, dum de restituenda in pristinam majestatem Christiana republica ae B Urbe agit viginti sex dies, ex tanta expectatione rerum publico omnium luctu decessit. Eloquio, prudentia, religione, innocentia & gravitate domi forisq; insignis, in dicendis in Senatu sententiis liber & gravissimus. Vixit annos LXIV. menses V. dies X. Obiit anno Salutis Christi MDIII. XV. Kalend. Novembris. Jacobus & Andreas fratri Sanctissimo posuere.

INTERPONTIFICII HISTORIA

Ex Italico ejusdem Clerici Cameralis.

a ANno MDIII. die Martis XVIII. Octobris, Pius Papa III. graviter infirmatus communicavit de manibus sui Confessarii; acceptaque sequenti nocte extrema Unctione per eumdem, reddidit Domino Deo spiritum: & anima ejus ad cœlestem quietem evolavit sub horam X. Egó vero Joannes Brocardi, Clericus Ceremonialis, vocatus fui ad Palatium per unum ex equisonibus: statimque eo me contuli. Expositum fuit corpus Papale in anticamera sua, indutumque Pontificalibus omnibus collocatum supra culcitram, apertam holoserico viridi; sola Cruce deficiente, quam ipsi in ejus locum feci ex quatuor limbis a stragulo pendentibus; quas totidem aciculis fixi supra C ejus pectus. Portato deinde eo in cameram Papagalli, compositoque supra mensam, Pœnitentiarii ipsi recitarunt supra eum Officium mortuorum, quia nostræ Capellæ Cantores nolebant id facere, & alii Religiosi serius advenerunt. Dum autem transibatur per cameram, dicebatur Pater noster & Ave Maria cum Oratione, *Deus qui inter Apostolicos Sacerdotes &c.* & pedibus ejus unusquisq; dabat osculum. Delato deniq; corpore in S. Petri a Canonicis & Beneficiatis ejusdem Basilicæ, recitatum ab illis fuit idem Officium defunctorum; & cadaver collocatū in Capella Sixti, cum pedibus extra cancellos, ut ad eos osculandos accedere populus posset: ibique mansit usq; ad diem Jovis & horam Tertiarum. Deinde præcedente Clero cum funalibus accensis, portatum ab equisonibus est in Capellam S. Gregorii: ubi post decantatam Missam de defunctis, sepultus fuit in monumento, quod sua Sanctitas sibimet vivens præparaverat. Tunc ad custodiam Palatii deputatus est Archiepiscopus Tarentinus. Eodem die Joannes Marchio Salutiensis, Nepos defuncti Pontificis & Capitaneus Palatii Apostolici, habitationem suam transtulit in ædes Cardinalis Senensis patrui sui.

Mortuus 18. Oct. — Sepelitur 19 — & exequiis deinde celebratis,

a Die Veneris sub horam XX. habita est Congregatio Cardinalium in Aula Pontificum, eorum scilicet qui voluerunt interesse; atque inter alia ordinatum fuit, ut omnes milites Ursinorum vacuum facerent Burgum, atque ut Cardinales Fliscus, Medices, & Cæsarini, nomine Collegii reciperent juramentum fidelitatis ab Episcopo Senogalliensi Castellano S. Angeli: quapropter finita congregatione iidem Cardinales equitarunt versus Castellum, dictumque juramentum exceperunt. Die XXI. tantum increvit aqua Tiberina ex præcedentium dierum continuis pluviis, ut circa S. Celsi & ad domos Bsokariorum, aqua elevaretur ad hominis staturam. Prima Missa exequialis dicta fuit a Diacono Cardinali S. Petri ad Vincula cum interventu XV. Cardinalium: funebrem orationem pronuntiavit Dominicus Crispus. Hispani & Francici Cardinales, metuentes militiam Pauli Balionis & Ursinorum, quæ se in Burgum receperat, noluerunt exequiis interesse, excusantes quod nequirent secure transire per Burgum. Post Missam iterum habitus est conventus in Aula prædicta, cui intervenerunt Hispani & Francici Cardinales: fuitque mihi ab Episcopo Massano, Sacrista & Thesaurario Apostolico, mandatum, ut intenderem distribuendæ ceræ ad exequias Pontificias: sicut feci cunctis exequiarum diebus.

3 Die XXIX. Octobris commissa mihi fuit, de mandato Illustriss. DD. Cardinalium, schedula tenoris infrascripti. Ex commissione Illustrissimi Collegii Cardinalium significatur suis Illustrissimis Dominationibus cunctis, quod die crastina, quæ erit ultima mensis Octobris, Illustriss. D. Cardinalis Alexandrinus celebrabit Missam de Spiritu sancto, & Reverendissimus Episcopus Castri habebit orationem *de Pontifice eligendo*: qua finita ingredientur Illustrissimæ Dominationes suæ in Conclave ad electionem summi Pontificis, hora commoda & opportuna tempore faciendam. Similiter ex eadem commissione indicatur omnibus Prælatis & Oratoribus Principum, ut eodem die ad horam XX. dignentur venire ad Conclave, & audire quid ipsis sit committendum ex parte Illustrissimarum Dominationum suarum. Eodem die Cardinalis S. Petri in vincula collocutus est in Palatio Vaticano, cum Duce Valentino & DD. Cardinalibus factionis Hispanicæ ibi præsentibus, ubi inter se varia concluserunt capitula; inter quæ, præter alia quæ non debent publicari, Cardinalis S. Petri in Vincula præfato Duci pollicebatur, quod quandocumque ejus opera eligeretur summus Pontifex, crearet ipsum Confalonerium & Generalem S. Ecclesiæ ut scilicet ipsi cum sequacibus suis faveret: ipse vero vicissim multa pollicitus est Papæ: & omnes Cardinales ibidem præsentes promiserunt & juramento se obstrinxerunt, in prædictum Cardinalem conferre vota sua, ad creandum eum Papam.

4 Die Martis ultima Octobris, convenerunt Cardinales insimul triginta quinque: & Missa per Cardinalem Alexandrinum, sicut jam dixi, celebrata, processionaliter ingressi sunt Conclave, Canonicis S. Petri indesinenter cantantibus Hymnum *Veni creator Spiritus*; ac postea Antiphonam, *Emitte Spiritum tuum*. Omnes custodes sacri Palatii, unus post alterum, præstiterunt secundum consuetudinem juramentum fidelitatis in manibus Cardinalis Camerarii. Circa horam XXI. fuit facta congregatio Illustrissimarum Dominationum suarum in tertia aula, in qua fuerunt conclusa Capitula: fuitque ordinatum, ut eadem a futuro Papa subscriberentur. Vesperi eodem die, sub primam horam noctis, conclusum est inter Cardinales factionis Hispaniæ, ut Illustrissimus S. Petri in Vincula fieret Papa: statimque omnes excepto Alexandrino iverunt ad cellam ejus, ut gratularentur ei, & ego cum illis; qui mihi promisit Ecclesiam Hortanam, unaque mulam cum paramentis, Cappam & Rocchetum.

5 Die Mercurii, festo Sanctorum omnium, ad horam XVI. a D. Episcopo Massano, Sacrista, ... majore & ... The-

A Thesaurario Apostolico, dicta est Missa de Spiritu sancto, cum Oratione solita Sede vacante, cui interfuerunt XXXII. Cardinales; & ego Pacem obtuli prioribus tribus qui stabant in fronte. Missa finita assignavi omnibus Cardinalibus locum suum, circa mensam scrutinii: ubi suæ Illustrissimæ Dominationes ordinaverunt subscripseruntque Capitula, quæ singuli jurarunt promiseruntque observare *ad unguem:* & ego, sic jubentibus illis, ivi ad Cardinalem Neapolitanum, deinde ad ceteros omnes per ordinem, excepturus eorum juramenta: sicut fecerunt omnes, jurando *ad sacra Dei Evangelia;* & rogando D. Adrianum de Caprinis, Raimundum de Raimundis, Garziam Ferdinandi, nosque ipsos tamquam publicos Notarios, D. Venturam Episcopum Massanum Sacristam, Paulum Plancæ, Justinum Carosi, Alfonsum Dicenum, Advocatos Consistoriales, & Dionysium Morone Scribam Apostolicum. Præparata deinde mensa fuit, in qua legeretur scrutinium: supra quam posito Calice, egressi sumus de Capella & clausimus B portam. Conclavistæ vero loco solito fecerunt suam congregationem etiam ipsi. Scrutinium istius matutini temporis fuit tenoris sequentis; Illustrissimus Grimanus elegit S. Petrum in vincula: & similiter in omnibus aliis schedis scriptum erat, S. Petrus in Vincula; qui ipsemet postea elegit Virbonensem & Rotomagensem: omnes autem sua quique manu schedulas conscripserant, exceptis Neapolitano, Rotomagensi, & Casanova, qui scribi fecerant a suis Conclavistis.

6 Publicato scrutinio, Cardinales omnes accesserunt ad gratulandum novo Pontifici, cui placuit assumere nomen Julii II. itaque publicatum fuit. Ego exui ipsum chlamyde: & remotis scabellis scrutinii, admovi Sedem Pontificiam, in quam se Sanctitas sua collocavit: Cardinalis autem Neapolitanus inseruit digito ejus annulum Pauli III. moxque allatus est annulus alius cum nomine Julii II. dictus *Annulus Piscatoris:* jam enim a duobus vel tribus diebus scitum per D Urbem totam fuerat, quod Illustrissima Dominatio sua esset Papa futurus, unde sequenti mane apparuerunt multis locis esposita insignia ejus, cum Regno picto supra chartam. Cepit autem sua Sanctitas subscribere Capitulis: cumque Cardinales festinarent, solum tres subscripserunt: & nos, uti supradictum, fuimus testes præfatæ subscriptionis. Noluit Pontifex ulli supplicationi subscribere, sed jussit eas e vestigio signari a D. Fabio, quem paulo post declaravit Datarium: promisit tamen signare omnes, æque ac bullas Conclavistarum. Ex fenestella Capellæ monstrata est Crux populo, clamatumque contenta voce *Papam habemus.* Finitis subscriptionibus ingressus est Sacrista in Capellam, & Sanctitas sua exuta fuit Roecheto atque Veste, quam mihi sumpsi, non obstante contradictione Sacristæ. Indutus est autem Pontifex veste alba aliisque ornamentis Pontificalibus; positoque super altari Cardinales omnes exhibuerunt reverentiam: mihi autem promisit denuo ecclesiam Hortanam, ad intercessionem Cardinalis Ascanii.

Et Julium II adorant.

7 Denique Sanctitas sua in cathedra deportatus est E deorsum in ecclesiam S. Petri, præcedentibus Illustrissimis Cardinalibus: factisque debitis orationibus, intonuit Hymnus *Te Deum laudamus:* quo finito, iterum Cardinales & Prælati processerunt ad osculum pedum manuumque; dictaque oratione a Cardinali Neapolitano, ac data populo benedictione, Sanctitas sua reducta est ad cameram suam. Multi autem Cardinales rediverunt in domos suas: alii remanserunt cum Papa ad mensam, interque eos Rotomagensis & S. Severinæ. Die Veneris & III. mensis (Novembris) Dux Valentinus, de mandato suæ Beatitudinis, cœpit habitare in Palatio, fueruntque ei assignatæ cameræ novem supra Audientiam. Deinde Sanctitas sua proposuit coronari die XIX. mensis prædicti, supra gradus S. Petri secundum consuetudinem.

Ubi coronatur 19. Novembris.

CCXX. JULIUS II.

Ab anno 1503. ad 13 an. 9. m. 3. dies 21.

F JULIUS, Papa II. hujus nominis, natione Ligur, patria Saonensis, Julianus a Ruvere antea vocatus, Sixti olim IV. Pontificis ex fratre nepos, hoc anno MDIII. pridie Kalendas Novembris, ex Presbytero Cardinali tit. S. Petri ad vincula, post Pium III. Pontificem C creatus est Pontifex) coronatus XXVI. Novembris in Dominica, sedit annos IX. menses III. dies XXII. obiit anno MDXIII. XXI. Februarii. Inferendus monumento, quod in ecclesia S. Petri ad vincula sibi vivens curaverat, manet adhuc in Basilica Vaticana: & vacavit Sedes dies XVII.

INITIA HUJUS PONTIFATUS

Ex eodem Italico Joannis Brocardi.

Egressio Ducis Valentini,

DOminica & XIX. (Decembris) Dux Valentinus sub mediam noctem discessit Roma, ut iret Ostiam, atque inde mari in Franciam, comitante eum D. Barone Roboreo nepote Pontificis: sed postea, propter aliquam occurrentem novitatem, revocatus est Romam, ac denique iterum remissus Ostiam. Die XX. Novembris sub horam XXI. ingressus est Urbem Dux Ursinus per portam Flaminiam; cui obviam processerunt Electus Episcopus Narbonensis, Episcopus Rutenensis, & de Francis Orator Regis Franciæ. Hospitium autem accepit in Palatio Apostolico, accessitque ad Sanctitatis suæ pedes deosculandos. XXIX. Novembris Sanctitas sua in Consistorio secreto, coram universo sacro Collegio enuntiavit subscriptos quatuor Cardinales, Franciscum-Guilielmum Narbonensem, Joannem Hispalensem, Clementem Mediolanensem, & Galeottum Lucensem, quorum duo ultimi erant nepotes sui. In hoc Consistorio expeditæ fuerunt plures Ecclesiæ: & ego factus sum Episcopus Hortanus, cum reservatione officiorum & beneficiorum. Finito Consistorio, novi Cardinales non processerunt ad agendas gratias Pontifici aut Cardinalibus aliis, sicuti alias solitum erat, & sicut ego eis suaseram; sed manserunt in suis cameris, neque mutaverunt pileolum, neque vestem neque chlamydem; verum ad proximum Consistorium venerunt in habitu Cardinalitio, quando eis obsignatum fuit os, & in sequenti Consistorio apertum. In eodem Consistorio designatus fuit Legatus ad Regem Franciæ Illustrissimus Cardinalis Rotomagensis: eodemque die Romam ingressi sunt Oratores duo Ducis Ferrariensis.

ingreditur Dux Ursinus;

creantur 4. Cardinales,

8 Die Veneris XV. Decembris habitum fuit publicum Consistorium in tertia aula, in qua post solitas reverentias Cardinalium Illustrissimus Cesius Romanus proposuit primam commissionem; & hac finita Alfonsus Cardinalis Picenus exposuit secundam: qua inchoata, interim dum Orator Ducis Ferrariensis præstolabatur in capella minori, præstiterunt suæ Sanctitati obedientiam secundum consuetum solennem morem. Die Martis XIX. Decembris redivit Romam

Dux Valentinus post agnitam ejus perfidiam

A Romam D. Carolus Moschiavellar, Camerarius Domini nostri, missus a sua Sanctitate, cum quodam Petro, etiam Camerario suo & Alexandri quondam Papæ VI. Ducisque Valentini, qui ab hoc ferebat mandatum, ut arcem Cæsenatensem aut Foroliviensem consignaret D. Carolo, eam recepturo nomine Pontificis. Retulit autem Sanctitati suæ, quod Castellanus, lectis litteris Ducis & receptis contrariis signis XV. mensis, suspendi fecerat prædictum Petrum, absque eo quod aliquid ipsi esset confessus. Hoc intellecto fecit sua Sanctitas advocari Cardinales Olisiponensem & S. Georgii: fuitque decretum, ut Dux Valentinus deduceretur in castrum S. Angeli: eo quod nesciatur quomodo fuerit regressus Romam, & usque in horam illam manserat sub custodia in quadam camera supra habitationem Pontificis, in qua camera usque ad eamdem horam fuerat Cardinalis Rotomagensis. Non fuit tamen tunc deductus ad castrum jam dictum, sed positus in camera alia supra turrim novam Alexandri VI. Cardinales Surrentinus & Borgia, eodem vespere discedentes ex suis habitationibus in Palatio, equites abierunt in ædes suas proprias, sitas e regione ecclesiæ S. Marcelli: cumque intellexissent Ducem clam retineri, abierunt noctu versus Marinum.

deducitur captivus.

B

3 X. Januarii (MDIV.) die Mercurii & Dominica sequenti, Oratores Senenses & Florentini seorsim præstiterunt obedientiam Domino nostro in Consistorio secreto. XVII. equitavit sua Sanctitas ad S. Antonii, cum amictu & cingulo albo, atque capucio holoserici rubei ac stola rubea. XXIV. celebratum est festum in Testaceo. XXV. fuit Consistorium secretum, & Sanctitas sua priusquam illuc introiret, in secreto suo cubiculo coram Cardinalibus S. Georgii, S. Crucis, Alborensi, Cusentino, Capite-aquæ, & Elensi pactum inivit cum Duce Valentino quamvis absente, cujus illico fuerunt expeditæ Bullæ: pactum autem fuit, ut Dux infra dies quadraginta libere consignaret Papæ terras Cæsenæ & Forolivii; & vicissim Sanctitas sua faceret illum cum bona comitive & secure deduci Ostiam, ubi maneret in arce. Suscepit curam Ducis in se Cardinalis S. Crucis, promisitque quod non fugeret: postquam autem prædictas terras resignasset, cum bonis ac supellectili sua posset libere ire quocumq; vellet, prout dictus Cardinalis ex parte Papæ Duci pollicebatur. Quod si intra istos quadraginta dies reipsa non impleretur

& post eum, dum pacta sunt Papa

mittitur Ostiam:

C restitutio prænominatarum terrarum Domino nostro facienda, reduceretur Romam perpetuo carceri mancipandus. Die Jovis, quem pinguem vocant (*adeoq; non* XXV. Januarii, *ut perperam translatum & excusum: sed* XV. Februarii) celebratum festum in Piazza Navona. Prima Dominica Quadragesimæ (*fuit ea* XXV. *Februarii*) intrarunt Urbē Oratores duo Reipublicæ Genuensis, ad præstandam Domino nostro obedientiam.

4 Die Mercurii (*adeoque non* XVI. *uti iterum excusum perperam, sed* XXVIII. *Februarii*) Aquinus de Colorero, Clericus Aquilejensis, homicida bonæ memoriæ Cardinalis S. Angeli, degradatus fuit in area ante basilicam S. Petri, in theatro ante gradus, per manus D. Petri Episcopi Civitatis-vetulæ, de expressa commissione Domini nostri coram Domino A.C. Quæ sententia cum lecta esset, etiam coram Domino Cesio suum locum tenente, & Senatore Capitolii cum suis, stante supra ipsum theatrum in medio, consueto more degradatus fuit, & traditus manibus prædicti Senatoris: qui eum in sabbato decapitari fecit.

Occisor Cardinalis S. Angeli capite plectitur.

5 Die XIX. Aprilis Dux Valentinus Ostia Neapolim abiit. XII. Maji Urbem intrarunt per Portam Belli-prospectus tres Oratores Regis Angliæ: qui die XX. præstiterunt obedientiam suæ Sanctitati, obtulerunt que litteras credentiales Regis sui, quibus supra scriptum erat, Henricus Dei gratia Rex Angliæ & Franciæ, Duxque Hiberniæ. Dominus autem Robertus

Papæ exhibitis obedientiam Regis Angliæ.

Dissert. Tom. II.

D Episcopus Redonensis, Orator Regis Franciæ, conjecit se in genua coram sua Sanctitate; instanterque oravit, ne permitteret Oratores istos Anglo: obedientiam profiteri cum titulo sui Regis, quam gratiam a sua Sanctitate obtinuit: unde prædicti Oratores simpliciter professi sunt obedientiam nomine Regis Angliæ & Ducis Hiberniæ. Orator autem Franciæ rogavit desuper publicum instrumentum. Die XIX. Maji relatum fuit Domino nostro, quod Capitaneus Guido Fernandus, intra castellum Neapolitanum captivum conclusisset Ducem Valentinum, Romosinum & alios tres. Die XXIX. Junii in sabbato, dedicato gloriosissimis Sanctis Petro & Paulo, post Missam Papalem oblati fuerunt suæ Sanctitati duo asturcones albi, pulcherrime instructi ornatique, quorum alterum obtulit Episcopus Redonensis Orator Regis Franciæ, nomine suæ Majestatis Christianissimæ in censum pro regno Neapolitano: cui Sanctitas sua respondit, acceptamus, absque præjudicio nostro & aliorum.

& census pro Regno Neapolitano [illegible] R. Franciæ.

6 *De stylo hujus Pontificatus in signandis Bullis, non possum, quā* [illegible] *quoad initium anni civiles, aliud dicere* [illegible] *desinerent Novembris* [illegible] *credendum ita regulatum fuisse, ut absolute* [illegible] *Kalendas Ja-* [illegible] *Bullarii Au-* E *taris Apostolici annum protrahere ultra* [illegible] *dubium quam nuarii. Nam licet ab his incipiat prima* [illegible] *sunt Bullæ S. Augustiniane; plures quoque tam apud Cherubinum* [illegible] *rate usque in apud Waddingum; quæ tamen apud* [illegible] *Bullarios, sicut decem- 16. & 17 requirunt ut annus censeatur* [illegible] *quales sunt Pon- Martium. Porro ipso die suæ Ordinationis* [illegible] *deinceps* [illegible] *an vero ser fecerat, gratias plures signavit Julii* [illegible] *quia nul- ter prima apud Waddingum; sed ne* [illegible] *pridie Kalendas tificatus sui annos ab hac die cœperit numerare* [illegible] *datam, unde a die Creationis, non habeo unde definire* [illegible] *lam adhuc Bullam ejus reperi, intra* [illegible] Novembris & VI. Kalendas Decembris [illegible] *id posset æstimari.*

Stylus ejus in Bullis signandis.

7 *Monumentum quod hic Pontifex sibi, ut dictum est,* [illegible] *paravit, maxima ex parte marmoreum, celeberrimus artifex* [illegible] *abstulit Michaelis Angeli Bonarotæ opus,* [illegible] *videre in Oldoino apud Ciacconium licet, sed parum sculptura expressum, & absque Epitaphio. Ut enim dictus* [illegible] corpus amplo funere, non ad S. Petri ad vincula, sed ad Vaticanam basilicam illatum est, in Canonicorum choro juxta Sixtum IV. patruum, inde progressu temporis sub pavimentum ejusdem basilicæ translatum, scribunt omnes qui templum illud scriptis illustrarunt.

Julii II. Monumentum

F *& sepultura*

8 Ioannes *Stella anno* MDV. *die* XXIII. Januarii Opus de Vita Pontificum *finiens, quod ab eodem, sicut ad calcem legitur,* summa cum diligentia revisum, atq; correctum *prodiit*, impressum Basileæ per Michaelem Furtar, anno Christi MDVII. pridie Kalendas Septembris; *post ea quæ initio de Julio proposui verba, sic Vitam ordi- tur:* Sedit usque in præsentiarum anno I. mensibus II. & diebus XXIV. vir certe bonus & tanto Principatu dignissimus (qui Pontificatu suscepto, omnia quæ ad religionis Christianæ dignitatem pertinere arbitrabatur curiosissima circumspexit animo, maximeque circa Ecclesiæ pertinentia mira usus est pietate) si prudentiam, consiliumque quo plurimum valet, aspicias: justitia vero atque clementia ita insignis habetur, ut difficile judicetur qua in re majorem promereatur laudem. Fuit enim bonarum litterarum scientissimus, virorum doctorum observantissimus, quos undique conquisivit, eosque semper & ubicumque pecuniis & beneficiis mirifice juvit. Tali namque Pontifice indigebat Ecclesia Dei, qui Petri naviculam, vitiorum fluctibus diu acriter quassatam, redigere in portum salutis sciret & posset: quem speramus divi Petri Apostolorum Principis vestigia esse imitaturum.

9 *Hic una cum Stella finiturus Tractatum, iterum impellor eo usque satem progredi, quousque Annales Ecclesiasticos continuavit Odericus Raynaldus* [illegible] *concludent*

A *dept cum Pontificatu* Clementis, *qui fuit post* Julium II. *tertius: quin & reliquos viginti, usque ad præsentem* Innocentium XI. *suadeor non omnino dimittere: sed indicata strictim singulorum Chronologia integrare Catalogum, pervolvendo nihilominus eorumdem Bullas, quatenus ex eis aliquid cognosci poterit de stylo numerandi Pontificatus annos, non semper eodem observato a singulis.*

ELECTIO SUCCESSORIS

Ex impresso Italico Auctoris coævi, & verosimiliter unius ex Conclavistis.

Mortuo Julio 2.

JUlius II. Savonæ natus anno MCCCCLIII. XV. Decembris, a patruo suo Sixto Papa creatus Cardinalis tit. S. Petri ad vincula anno MCCCCLXXI. factus est Papa anno MDIII. post mortem Pii III. die decimo quarto, ac denique obiit in Vaticano, XXI. Februarii MDXIII. ætatis suæ anno LXX. cum tenuisset Pontificatum annos IX menses III. & dies XXII.

B *& Cardinalibus ingressis Conclave 4. Martii,*

2 Peractis solitis ei exequiis, die IV. Martii MDXIII. Feria VI. sub horam XIII celebrata est Missa de Spiritu sancto in capella S. Andreæ, quæ dicitur Pii III. ab Illustriss. Cardinali Strigoniensi. Et oratione habita per Episcopum Castelli-ad-mare, processionaliter ingressi sunt Cardinales Conclave, comitantibus Cantoribus S. Petri, sub horam circiter XVIII. Eo die aliud nihil actum est, quam quod juramentum fidelitatis de more præstitum sit in manus Cardinalis Camerarii, coram aliis Cardinalibus, per Prælatos aliosque Officiales, deputatos ad custodiam Conclavis; itemque per Conservatores & Capitaneos, deputatos ad publicum regimen civitatis. His peractis, sub horam XXII. clausum fuit Conclave, præmissa tamen diligenti perscrutatione totius loci, per Illustriss. Dominos Cardinales Camerarium, Arragoniæ, & Farnesium, ne quis in ulla camerarum remaneret præter Cardinales & Conclavistas eorum. Eadem vespera, hora circiter III. ingressus Conclava est Cardinalis Adrianus, qui Romæ non fuerat, sed ipso vespere advenerat.

5. ejusdem de Capitulis illius,

3 Die Sabbati, V. mensis, mane ad horam Missæ, Magister ceremoniarum pulsavit tintinnabulum ad portam capellæ majoris Sixtinæ, altaque voce dixit, Crociæ. (*Sunt autem* Crociæ, *inquit in Hierolexico Magrius, cappæ nigri coloris, quibus Cardinales utuntur in Conclavi, circa collum crispatæ, longæ usque*

C *ad terram, & ex parte anteriori apertæ, manto Græcorum Episcoporum similes, nisi quod habeant in parte posteriori exiguum caputium, ad instar illius quod fertur in Mozetta.*) Et venientes omnes Cardinales axuerunt se Crociis, audiveruntque Missam in prædicta capella: qua finita ac resumptis Croeiis, intraverunt omnes in ultimam aulam tractaturi super capitulis Conclavis. Interea temporis etiam Conclavistæ in aliam aulam convenerunt, ad postulandas exemptiones & prærogativas solitas illis concedi. Paulo post eodem intraverunt Cardinales XXII. supra conclusionem Capitulorum Conclavis: sed nulla re peracta, rediverunt in suas quique cameras.

6 Martii adm ittitur chirurgus,

4 Dominica mane, die VI hora consueta, pulsavie Magister ceremoniarum tintinnabulum; & omnes Cardinales ingressi sunt in Capellam ad Missam audiendam, qua finita convenerunt in unum. Eodem tempore intravit Conclave chirurgus quidam, dictus Jacobus de Briera, ad instantiam Cardinalis de Medices, ut apostema ei secaret; ingressum autem non permiserunt ceteri egredi, quantumvis multum instaret. Eodem die ad horam XXI. congregati Cardinales, loco consueto, determinarunt quidquid faciendum erat circa Capitula Conclavis.

5 Feria II. die VII. hora consueta, congregati sunt in capellam Cardinales, & consilium inierunt super diversis Capitulis aliis. Prædicto die sub horam XXI. fuerunt a Magistro ceremoniarum convocati Conclavistæ, ut scriberent Capitula sua, dictante Thoma Fedra Secretario Collegii, & multis Conclavistarum ea scripto excipientibus. D *7 concipiunt Conclavistæ capitula sua*

8 eadē præsentant Cardinalibus,

6 Feria III. die VIII. hora consueta, venerunt omnes Cardinales ad Missam: qua finita illisque congregatis, cum Conclavistæ formassent Capitula sua, deputaverunt quatuor e suis, qui ea confirmanda atque subscribenda offerrent Dominis Cardinalibus; videlicet D. Gabrielem Sacristam, Thomam Fedra & Bartholomænm Salicetum Secretarios Collegii, ac Petrum Rapelli. Hi, una cum Francisco Armellini, Rainerio Gentilis, & Petro Rusinardo, ingressi ad Dominos Cardinales, supplicarunt ut dignarentur subscribere Capitulis & gratiis Conclavistarum. Quæ cum essent exhibita, sicut ea ipsi Conclavistæ in bonam formam redegerant, fuerunt eis reddita: responsumque est, quod Domini Cardinales curaverant fieri prædicta Capitula & gratias, tali modo ut esset eis faciendum satis; atque ita Capitula facta per Cardinales fuerunt ab ipsis subsignata, gratanterque & citra contradictionem ullam suscepta a Conclavistis, scientibus jam quid iis contineretur. Id autem a Cardinalibus factum est secreto, neque publicatum statim qualia essent ipsa Capitula & gratiæ: egressi tamen Conclavistæ sua, quæ ipsimet scripserant, lacerarunt. Porro extra Conclave positi, quibus incumbebat admittere victualia ad usum Cardinalium allata, restrinxerunt ea ad unum solum ferculum, juxta Bullas desuper emanatas. E *qui alia a se scripta signant.*

9 ipsimet jurant observanda quædam,

7 Feria IV die IX. hora consueta venerunt Cardinales ad Capellam, Missaque audita subscripsarunt Capitulis, & postea ingressi sunt in Capellam consuetam S. Nicolai, ubi ordine & suo quisque loco consederunt. Cumque Secretarius Fedra advocasset Notarios, qui erant in Conclavi, multosque testes; aliquantum disceptatum fuit super prædicta Capitula: & tandem communi consensu jurati omnes promiserunt, inviolabiliter servaturos se illa, secundum eorum formam & tenorem: quo super juramento rogati fuerunt omnes Notarii & Testes qui erant in Conclavi. Deinde lectæ sunt litteræ D. Joannis Golandini, significantis Illustrissimo Capitulo, quod Parma & Placentia rebellaverant Duci Mediolanensi opera Hispanorum: iisque lectis receperunt se Cardinales ad prandium. Ad horam vero XXII. iterum congregati in loco consueto, ibidem manserunt usque ad primam horam noctis: disputatumque inter eos est, utrum vota ad Pontificis electionem publice danda essent. F

10 fit primū scrutinium,

8 Feria V. die X. hora consueta venerunt ad Capellam omnes Cardinales. Iisdem post Missam auditam residentibus loco suo, illata est charta & atramentum; atque de ipsorum mandato prælecta Bulla Julii II. fel. recordationis, de Simoniaca electione Pontificis. Tunc omnes Conclavistæ jussi sunt foras egredi, solique manserunt Cardinales ad primum scrutinium faciendum: ipsi vero Conclavistæ, a Magistris ceremoniarum reclusi in Capellam Sixtinam majorem, etiam ipsi fecerunt Congregationem suam; statuerunt & mutuo se obligarunt, quod Conclavista ille, cujus Patronus in præsenti Conclavi eligeretur Papa, teneretur ceteris Conclavistis solvere ad rationem Cameræ Patroni sui, ad Pontificatum assumpti, mille quingentos aureos camerales, proportionaliter distribuendos: ac desuper rogatus fuit Notarius Cameræ Apostolicæ. Porro facto primo scrutinio a Cardinalibus in Capella S. Nicolai, multi ipsorum retulerunt honorem aliquot suffragiorum: sed nemo pervenit ad numerum requisitum. Quare absoluta votorum lectione, rediverunt *quo frustra acto.*

omnes



Tab.XXXVIII.


CCXXI. LEO. X.


CCXXII. HADRIANVS VI.


CCXXIII. CLEMENS. VII.


CCXXIV. PAVLVS. III.


CCXXV. IVLIVS. III.


CCXXVI. MARCELLVS. II.



A omnes in cameram quisque suam: & quia in prædicto scrutinio Cardinalis Alborensis habuerat tredecim vota, usque adeo exterriti fuerunt ejus æmuli, eo quod vulgo & universaliter æstimaretur esse vir famæ non admodum bonæ, ut cœperint pro se ipsis esse soliciti.

diu et palā, secreto tamen, colloquuntur Cardd. S. Georgii & Medicæus,

9 Post prandium audiebatur per Conclave rem calide ac vehementer agi, numquam tamen retegi potuit in cujus favorem ageretur: eo quod multi Cardinales, præsertim seniores & papabiles, essent consternati, non valentes comprehendere quid tractaretur, eo quod tractatus essent admodum secreti. Circa horam porro XXII. invicem collocuti sunt in Sala Majori Cardinales S. Georgii, & de Medicea, protracto publice ultra horam sermone, nemine tamen intelligente qua de re agerent. Id cum alii Cardinales notavissent, statim judicaverunt agi de eorum uno ad Pontificatum evehendo; cœperuntque ambire eos, ad discordiam inter ipsos seminandam, ne quid in alterum concluderetur. Taliter aliquamdiu tricatis illis, cum tandem inveniretur res parata atque matura, publicatum toto Conclavi est,

& huic accedunt ceteri,

B Cardinalem de Medices futurum Papam. Tunc omnes Cardinales, videntes quod non possent invenire modum excludendi eum, iverunt ad aulam in qua dictus Cardinalis erat; ejusque manus deosculati, gratulabantur ei de tam sancta electione: postquam autem cum eo satis diu collocuti fuissent, deduxerunt ipsum ad suum cubile, ubi tota nocte recepit visitiones & obsequia Cardinalium.

10 Feria VI. die XI. mane, Cardinales iverunt ad I cameram Cardinalis de Medices, ibique manserunt horam unam circiter, quoad usque omnes congregarentur in Capella S. Nicolai; ubi celebrata more consueto Missa, & Conclavistis omnibus foras missis, portaque obserata, itum in suffragia est, & communibus votis, nemine prorsus diffidente, electus in Papam Cardinalis de Medices. Ergo reclusa porta, intromissus Magister ceremoniarum aliique omnes qui foris expectabant, induerunt novum Pontificem consuetis Papalibus vestimentis: deinde collocatum in Sede Cardinales omnes eum adorarunt, vicissim amplexu osculoque dignati: tum dixit se velle appellari Leonem Decimum.

12 Die XIX. Martii, MDXIII. fuit Sanctitas sua cum consuetis ceremoniis coronata, coram maximo numero personarum: magnaque cum exultatione processit die IX. Aprilis, ad ineundam possessionem Patriarchii Lateranensis, civitate tota pulcherrime ornata, per plateas vestitas tapetibus & distinctas arcubus triumphalibus, atque in lætitiam ingentem effusa. *Hactenus Auctor coevus, quem sine dubio credere fuisse Paridem Grassum, Ceremoniarum Magistrum, cujus Diaria in Vaticano sibi visa allegat Victorellus, si hæc Italice scripta diceret; interim ex eo censui corrigendam zyfram impressi nostri, Coronationis diem assignantis 18. pro 19. Martii.*

CCXXI. LEO X.

LEo, antea Joannes Laurentii de Medices, patria Florentinus, ex Diacono Cardinali, tit. S. Mariæ in Dominica, electus anno MDXIII, XI Martii, coronatus XIX. in Sabbato, Lateranum progressus solenniter XI. Aprilis festo S. Leonis Papæ, sedit annos VIII. menses VIII, dies XX: defunctus anno MDXXI. 1. Decembris: sepultus in Vaticano, translatus est ad S. Mariæ super Minervam. Vacavit Sedes menses duos, dies XXV.

Anni Pontificalis initium variam.

AB hoc tempore habemus anni civilis initium in Bullis Brevibusque Pontificum ferme continuo affixum Kalendis Januarii: Pontificatus autem anni principium non uno modo sub hoc Pontificatu sumptum videtur: nam Bulla 16. & 17. apud Cherubinum signatur anno Incarn. Domin. millesimo quingentesimo de-

C cimo sexto, XVII. kal. Aprilis, Pontificatus anno quarto; utique triduo citius quam elaberetur tertius annus die Coronationis sumptus. Econtra vero apud Waddingum ad innovationem anni videtur expectari dies iste: nam Bulla 7. signatur 17. Martii, 1514. Pontificatus anno primo, Bulla 13. data legitur, 15. Martii, 1516. Pontificatus anno tertio; & 14. Bulla, 17. Martii, 1519. Pontificatus anno sexto. Quin etiam quæ sunt apud eumdem Waddingum Bullæ 26. 27. & 28. notatæ anno Incarnationis Dominicæ MDXVIII. decimo nono mensis Februarii, 5. Kalendas Martii, & 1. Martii, omnes habentur adscriptæ anno Pontificatus VI. quod fieri non potest nisi confundendo & componendo ad kalendas Januarias initium anni Pontificii, non minus quam civilis.

ELECTIO SUCCESSORIS

Ex simili styli & auctoritatis impresso Italico.

Mortuo Leone consultatur Urbis securitati.

1 DOminica die ac prima Decembris, MDXXI. obiit nocte sequenti Leo Papa Decimus, nono anno sui Pontificatus, non absque suspicione veneni. Feria II. ac II. die mensis, bene mane, venerunt Cardinales ad Palatium Apostolicum in aulam, ubi invenerunt Pontificem defunctum: quo adorato, coiverunt in aliam aulam propinquam, ibique elegerunt Officiales; ac primo Capitaneum Civitatis, D. Constantinum Cominum, Ducem Macedoniæ, Gubernatorem Urbis, D. Vincentium Caraffam Archiepiscopum Neapolitanum; Custodes sacri Palatii, D. Episcopum Spoletinum, & D. Hannibalem Rangone, Pro exequiis autem aliisque negotiis expediendis, deputarunt Dominos Cardinales S. Martini in Montibus Episcopum, Piccolomineum Presbyterum, & Cesium Diaconum. Huic congregationi non interfuerunt cardinales de Medices, Corona, Cornaro & Cybo: & quotidie habebatur congregatio in aula secunda. Inchoatis porro exequiis in ecclesia S. Petri loco consueto, tres deputati convenerunt in cameram cardinalis S. Martini in Montibus simul cum Camerario, multaque expediverunt ad custodiam urbis Romæ, platearumque & pontium ac portarum ejusdem.

2 Die X. venerunt cardinales, Grimanus, Sodorinus, Sedunensis, Gonzaga, Hipporegiensis: [illegible] dum veniret Hipporegiensis retentus fuit Papiæ; quare propter collegium scripsit D. Hieronymo Morono, aut Roti, aliisque Baronibus Mediolanensibus; neque prius voluerunt ingredi conclave, quam scirent liberationem cardinalis istius.

3 Die XI. finitis exequiis, fuit facta congregatio generalis in ædibus cardinalis Decani super ingressu in Conclave; & ex Custodibus Palatii adductus in suspicionem fuit Comes Rangonius, factaque super eo protestatio est, ut ei rei aliter provideretur. Præterea adducti sunt duo Barones Colonnenses, Vespasianus & Prosper Junior; duo item Domini Ursini, Lodovicus Comes Petiliani, & Laurentius Cajetanus; qui a Cardinalibus deputatis postulaverunt sex millia ducatorum-

A ducatorum pro faciendis provisionibus. & quia taota pecunia non iovenieba ur, cogitaruot Cardinales illi eam mutuo accipere; assignando ereditoribus fructus ae reditus communes minutaque servitia, quæ solvuntur Collegio Cardinalium.

4 Die XIII. facta est congregatio georalis io ædibus Decani, cui omnes interveoeruot, exceptis Grimano, Cybo, & Maotuaoo: qui satis habueruot præstare assensum suum.

5 Die XIV. Cardinales deputati, simul cum Camerario, sumpserunt mutuo ab Elisiis duo millia ducatorum: & D. Thomas Righi, Clericus Cameralis, tantumdem eis commodavit gratis.

6 Die XVI. facta est congregatio in Capella Sixti IV. ad S. Petri: & cantata Missa de Spiritu sancto, ingressi sunt in Conclave Cardinales viginti novem: sed ea die nihil tractatum fuit circa electiooem Pontificis; solumque de custodia Conclavis & audientia danda Legatis Principum.

In quod 16. Martii ingressi Cardinalibus,

7 Die XX. adductum io deliberationem est, utrum vota deberent esse secreta, & singulæ schedæ clausæ ac sigillatæ ea parte ubi est oomen electoris; alia vero parte complicatæ, sed non sigillatæ; ut si quis vellet

decernitur res agenda secretis suffragiis,

B accedere ad eum qui nominatur, fraus committi ooo posset: decretumque est ut singulæ obsignarentur certa quadam nota, ut qui vellet accedere, exhiberet notam suam, & sic aperto nomine accedi posset ad nomioatum ab eo. Hæc forma jam decreta fuerat die VIII. Decembris, sed hodie iterum proposita: multique Cardinalium discrepabant seoteotiis, nec acquiescebant ceteris, malebantque ut servata forma antiqua publica essent suffragia. Major autem pars evicit ut noo darentur signata, quantum ad nomen electoris.

8 Die XXX. fuit Missa celebrata per Sacristam in Capella Papæ Nicolai, factumque est primum scrutinium, ubi Capita Ordinum Cardioalesque Aracœli & Priaous circuibaot secretes schedas, quas Cardinalis Cornarus legebat: legebat autem vota omnium, & postea omnes Cardinales legebaot ea io scriptis suis. Inventus vero est Cardinalis Ostiensis habere vota novem, Grimaous decem, Volaterranus quinque, uti etiam Fliscus, de Mootibus, & Anconitanus; Farnesius & Jaconaecin septem, alii denique pauciora.

30 Decem. fit scrutinium 1.

9 Prima Jaouarii factum scrutinium secundum, in qua scheda una reperta tredecim omoino nominaos: quod multi indigne tulerunt, volebantque schedam illam aperiri: factum tamen oon est: in aliis unus, duo, aut plures usque ad quinque nominabantur: ba-

1. Januarii secundum,

C buitque Cardinalis Ostieosis ad quioque suffragia, Fliscus, Piccolomioeus, Comensis, Jaconaccius & Ursinus septem; Medicæus, Tranensis, Anconitanus, Aræ-cœli, & Cornarus quinque; pauciora ceteri.

10 Die II. factum est scrutinium tertium, in quo Cardinalis SS. Quatuor coronatorum retulit suffragia quatuordecim; Ostiensis & Anconitanus quioque, Fliscus, Jaconaccius & S. Sixti septem; Valentinus, Seduneosis, Aræ cœli & Mantuanus sex; S. Martini io Montibus & Ursinus quinque; Volaterranus, Bononieosis, Medicæus, Campegius & Ægidius quinque.

deinde tertium,

11 Die IV. factum est quartum scrutinium, & habuit Fliscus vota novem, Sedunensis vero, Sanctorum Quatuor-coronatorum, Valeotious, Jaconaccius, Campegius & Ursinus quinque.

quartum,

12 Die V. factum est quintum scrutinium, & Fliscus iterum retulit novem suffragia, Seduneosis octo, Saoctorum Quatuor coroonatorum quatuor, Cardioalis de Vio septem; Ostieosis, Anconitanus, Boooniensis, Medicæus & Jaconaccius sex.

quintum,

13 Die VI. factum est scrutinium sextum, ad quod Anconitanus & Ursious tulerunt schedam Cardinalis Cybo infirmi, & ipse habuit vota duodecim. Tunc

sextum cum magna apparentia successus

dixit Cardinalis Saoctorum Quatuor coronatorum, D Papam habemus: & ad eumdem cœperuot multi accedere, videlicet Medicæus, Petruccius, Valeotinus, Campegius, Cortonensis, Armelinus, Rangonius; Cæsarinus vero accessit ad Ægidium, recedens a Farnesio, cui dederat votum suum: quod caussa fuit contentionis magnæ, cum dicerent aliqui scire se velle, utrum liceret inspicere votum accedentis ad alterum, & utrum posset auferri votum a prius electo: sed decisum nihil fuit; & tamen dicebatur, Papam habemus. Cardinalis Grimanus, partim propter infirmitatem suam, partim quia videbat multa agi quæ sua conscieotia ferre oequibat, recessit a Conclavi, frustra dissuadentibus aliis: Cardinalis autem Ægidius Conclave totum cooturbavit, multa mala dicens de Farnesio, cujus ab annis pluribus jam elapsis fuerat Confessarius.

14 Die VII. factum est scrutioium septimum, io quo Jaconaecium nomioarunt vota undecim; Ursi- *septimum,*

oum, Fliscum & Sedunensem decem; Grimaaum E septem.

Die VIII. factum procul dubio est scrutinium octavum, haud dissimile prioribus, sed cujus historia festinanti inter transcribendum libraria exciderit.

15 Die IX. factum est scrutinium nonum, io quo Cardinales Ostieosis & Dertusensis retulerunt suffragia quindecim. Cardinalis autem S. Sixti dictus de Minerva dixit, quod cum Cardioalis Dertusensis esset vir probus, virtuosus, ac doctus, eidem accedebat, orans ceteros ut eidem accederent etiam ipsi, sicut fecerunt Columnensis, Cavalicensis, Monteosis, Friultius, Piccolomineus, Anconitas, Aræ-cæli, Armelinus, Jaconaccius, Comensis, Tranensis. Tunc Cardinalis sanctæ Crucis dixit Farnesio, oportere ut accederet etiam ipse: sed respondit, noo facturum, quia non ooverat Dertusensem, quandoquidem numquam Romæ fuerit. Nihilominus accessit ad eumdem major pars Cardinalium, ipsumque in summum Pontificem elegerunt: de quo rogatus D. Darius de Grassis Episcopus Pisaurensis, tamquam Protonotarius Apostolicus, alta voce & Latine dixit: Papam habemus, Illustrissimum Dominum Adriaoum, natione Flandriæ, ex civitate Trajectensi, tit. SS. Joaonis & Pauli Presbyterum Cardioalem, Dertusensem (Episcopum) absentem, commorantem in Hispania in civitate Victoria: & fuit publicatum per D. Cornelium die 1c. Januarii MDXXII. Post publicatiooem prædicti Pontificis, Cardinales in aula congregati, per fabas oigras & albas deputaruot Legatos duos F mitteodos suæ Saoctitati, videlicet Cardinales Pompejum Columnam & Alexandrum Cæsarini: quo facto fuit subito reseratum Conclave.

& novum quo eligitur Adrianus Car. absens,

ad quem destinatur legatio

16 Die X. in tertium Legatum legerunt Cardinalem Ursioum, decreveruotque ut, quoad venisset Pontifex, tres ex tribus Ordinibus lecti per ordioem mensium guberoarent manerentque in Palatio.

& prospicitur regimini Urbis,

17 Die X. Februarii, Cardioales Cybo & Grimanus petierunt excusari a regimine propter suam infirmitatem; & deputatus fuit Cardinalis Fliscus, qui similiter se excusavit, sed excusatio ejus admissa ooo est: adeo ut necesse ei fuerit regimen acceptare, verumtamen noluit in Palatio residere.

18 Die X. Aprilis D. Guilielmus per literas credentiales publicavit nomen Pootificis, Adriani Papæ VI. quod noo placuit multis Cardioalibus, quia mos erat oomen mutare.

19 Die III. Augusti solvit Pontifex e portu Tarraconensi: & XIV. appulit ad portum Liburoensem cum triremibus quatuordecim: eademque nocte in ipsas triremes recepit Cardioales, Medicæum, Piccolominium, Petruccium, Cortooensem & Ridolfium, qui obviam iverant Pontifici ut ei gratularentur, pe-

ille 14 Aug. advectus Liburnum;

des

A dea oscularentur, & comitatum præstarent.

20 Die xxvi. prædictus Pontifex cum octodecim triremibus venit Centumcellas.

21 Die xxvii. advenerunt Cardinales Columna & Ursinus in navem qua Pontifex vehebatur, eumque ei obtulissent litteras aliquas a sacro Collegio, osculati sunt pedes ejus: propter urbanam autem pestilentiam elegit Pontifex ipsa nocte in triremi manere.

22 Die xxviii. Sanctitas sua ab Ostia per flumen, in Brigantino quod vocant navigio, multis triremibus subsequentibus, ascendit usque ad basilicam S. Pauli: ubi accesserunt ad eum multi Cardinales, Legatique Principum cum Populo Romano.

& sq. invectus in Urbe 23 Die xxix. eadem Sanctitas sua induit Pluviale, & Mitram in sacristia Paulinæ ecclesiæ; & omnes Dominos Cardinales recepit ad pedum oscula. Postea cum Cantoribus accessit ad altare majus prædictæ Ecclesiæ, supra quod positus Pontificaliter denuo recepit Cardinales ad pedum oscula: eodemque die invectus est equo Pontifex cum galero & stola, per plateam Judæorum & Campum Floræ, in Basilicam S. Petri; ubi consueto loco positus, iterum suscepit adorationem Cardinalium.

24 Die xxx. Augusti vestitus Pontificaliter, in Capella S. Andreæ, celebravit Missam ad altare S. Petri: post quam coronatus fuit ante gradus S. Petri a Cardinali Cornaro: convivium autem fuit in aula Innocentii VIII. *in 30. coronat.*

CCXXII ADRIANUS VI.

B ADRIANUS, patre Florentio Trajecti ad Rhenum, sive Ultrajecti in Belgio humiliter natus, ex Dertusensi in Hispania Episcopo Presb. Cardinalis tit. SS. Joannis & Pauli, electus Romæ absens ipse in Hispania, anno MDXXII. IX. Januarii, Pontificatum suscepit Victoriæ in Cantabria XVI. Februarii, Romæ coronatus * XXXI. Augusti in Dominica; sedit a die acceptati muneris annum I. menses VI. dies XXX. mortuus anno MDXXIII. XIX. Septembris, sepultus in ecclesia Teutonicorum S. Mariæ de anima: & vacavit Apostolica Sedes menses II. dies IV.

Historia ejus scripta a Blasio Ortizio; TOtum Pontificatus Historiam, *eleganter ac luculenter descriptam habemus, sub hoc titulo:* Itinerarium Adriani VI. ab Hispania Romam usque, ac ipsius Pontificatus eventus, per Blasium Ortizium, in Decretis Doctorum Canonicumque Toletanum ac generalem Vicarium, summa fide collectum: *dedicatur autem opus* Illustrissimo ac Reverendissimo Domino D. Joanni Martino Siliceo, Archiepiscopo Toletano Hispaniarumque Primati: *fuitque primo quidem* editum Toleti anno MDXLVI. per Joannem ab Ayala typographum, curante Blasio Garaya; *sed quia rarissima erant exempla, dignum censuit vir eruditissimus Stephanus Baluzius, quod libro tertio Miscellaneorum suorum nuper recuderet. Atque hinc obiter corrigitur error Joannis Tamoji de Salazar ad XXV. Octobris, eo illo Archiepiscopatu retinentis Siliceo decessorem Joannem de Tavera usque in annum MDXII. quem ex propria hujus Chronica, per D. Petrum de Salazar edita 1603. Carilius in suis Annalibus Hispanicis docet, obiisse* *ex hoc discimus,* C MDXLV. *Sed in rem nostram potissimum faciunt sequentia hæc puncta.*

I *Quod* cum *Auctor* Undecimo Kal. Februarii esset *electionem ano,* Lucronii, *illac transiens* cursor, *qui* litteras Domini Gerundensis Episcopi, Romæ commorantis ad amicum datas deferebat; quibus continebatur Dominum Adrianum, Cardinalem Dertusensem, Inquisitorem Generalem; in Christi Vicarium unanimiter a sacro collegio creatum. *Adeo ut cursor iste intra dies* XIV. *iter istud emensus fuerit.*

II *alteroque nuncio intellectam,* *Quod cum de nuncio isto diu ambigeretur Victoriæ, ubi Adrianus erat, & quo mox ad gratulandum auctor excurrerat; tandem* Nonas Februarii nobilis quidam Hispanus ex Pincia, Antonius a Studillo, Reverendiss. D. Cardinalis S. Crucis a Carravajal Camerarius, Breve sacræ Electionis detulit.

III *primo acceptasse 16. Febr.* *Quod primum septimo deliberationis sumpto die, videlicet* quarto decimo Kalendas Martii, Missa ex more celebrata, Pontificatum acceptare destinavit. Et quia, inquit Auctor, naturæ suæ propensione negotia ipsi peragenda potius secreto quam palam conabatur facere; tres tantum ex multis, ad actum celebrem hujus acceptationis, scilicet Magnificum Doctorem de Agreda, & me indignum Doctorem Blasium Ortiz, ab sanctissimo eodem Patre postmodum Toletanos Canonicos creatos, & Secretarium Consilii generalis Inquisitionis Aragoniæ Joannem Garsiam, virum satis egregium, elegit; jussitque intrare in cameram interiorem, præcipiens ostiariis, ut neminem neque domesticum neque externum sinerent ad se ingredi: unde nos tanta novitate perterriti expectabamus, nos ad invicem conspicientes. Cum autem summus Pontifex in loco secretiori esset, hæc verba fatus est. Jam dudum intellexistis electionem a sacro Collegio de me factam, cujus testimonium attulit Camerarius Reverendiss. Cardinalis a Carvajal: cujus quidem acceptationem hactenus distuli, timens muneris tanti onus sustinere: quamvis non me lateat, nihil esse in hac vita, & maxime hoc tempore, facilius & hominibus acceptabilius Episcopi officio, & præcipue Papæ, si obiter & ut hominibus tantum arrideat, atque adulatorie rem agat. Sed nihil est quod periculosius homines suscipere debuissent, si arctissimam Deo reddendam rationem præ oculis mentis haberent, si non eo modo militetur quo noster imperator Christus præcepit. Sed quia suspicor ex repudiatione graviora discrimina Ecclesiæ imminere, ideo divino auxilio suffultus, munus hoc sacrosanctum vobis præsentibus assumere statuo. Et quia ad hanc dignitatem sua inscrutabili præscientia me vocare dignatus est, spero illius gratia me idoneum ministrum evasurum, atque hujus acceptationis peto a præsenti Notario fidem, vosque testes rogatos volo, injungens vobis ne minimam rem gestam dixeritis. *post deliberationem diuturnam.* *ex uno die vixit voluntatis ...*

IV. *Quomodo* quarto Idus Martii. egressus ab urbe Victoria, *cum eo quem creaverat Generale exercitus ad opem Italiæ laborantis ferendam comparato aliisque, Lucronii Cæsaraugustæque acceptus honorifice ... erat; facta ibi solenni benedictione Palmarum, ac ... Pa-sebat e* prima die Maii, regulas Cancellariæ, a se noviter editas, solemniter promulgari jussit ... atque eo die illa negotia omnia undecumque sub annulo (quamvis ab aliquibus esset dubitatum utrum Papa ante Coronationem facere possit) expediebantur. *& vivit in Hispania compositis,*

V. Celeberrima ingressio Pontificis maximi in urbem Romam *describitur cap. 21. facta die* Veneris quarto Kalendas Septembris, & *Caput* 22. est de Coronatione Adriani Papæ *facta* proxima Dominica. *susceptam Coronam Romæ in Augusto,*

A 2 *Ab hac solum die videtur* Adrianus *annos sui Pontificatus mutari voluisse: siquidem in Bullario Casinensi extat Constit.* 139. *signata* Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die vigesima septima Aprilis 1523. Pontificatus anno primo: *& in Registro Waddingi*, Adriani *hujus Bulla unica datur*, Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 8. Junii 1528. Pontificatus primo. *Neque contrarium probant primæ duæ Bullæ apud Cherubinum. Dum enim utraque scribitur data* Romæ apud S. Petrum, *prior* IV. Nonas Maii, *altera* sub annulo Piscatoris die 20. Julii: *& utraque nihilominus* anno Incarnationis Dominicæ MDXXII. *prior ad longum scripto, altera per zyfras expresso, & utraque* anno Pontificatus primo; *apparet manifeste vitiatam esse utramque, vel in loco vel in anno, cum Romam non accesserit Pontifex anno* MDXXII. *ante* XXIX *Augusti*.

exhinc computi numerari anni Pontificatus,

3 *Et primam quidem, qua Administratio Militiarum S. Jacobi, de Calatrava, & de Alcantara in Regnis Hispaniarum Coronæ Regiæ perpetuo conceditur, cum omnibus juribus quæ earum Magni Magistri habe-*

B *re consueverant. Crediderim vero, ipso quo scribitur anno datam, non tamen Romæ, sed Cæsar-augustæ, ubi tunc* Adrianus *manebat, aulam suam formans, eosque exspectans qui se comitaturi erant Præsules, virosque illustres complures cap. 8. Itinerarii enumeratos, primum inde digressus Dertusam, Sedem suam primam,* tertio Idus Junii. *Quia autem navigatio* octavo Idus Julii cœpta, *toto illo ac sequenti mense continuata fuit, & Breve præcitatum dirigitur Inquisitori Comensi, petenti sibi confirmari facultatem a decessoribus Pontificibus datam procedendi contra maleficos & obedientiam diabolo præstantes, ideo dixerim illam anno dumtaxat sequenti datam, sicut illæ de quibus supra; & eadem temeritate, qua supra scriptum fuit*, Romæ, *hic notatam zyfram* 1522. *ut omnia essent conformia; nihil cogitantibus illis quid præsumpserunt de mora quam Pontifex in Hispania & in itinere traxit.*

quamvis anno data fuerit Bulla in Hispania:

& quarumdam altera-ta data,

4 *Unde ulterius intelligitur, quam non temere in rebus Chronologicis uni Bullario credi possit; sitque optandum magis quam sperandum, ut singulis Bullis ac Brevibus denuo ad sua originalia relatis, Datæ quas vocant recognoscerentur, & sicubi eas errare ignorantia vel negligentia fecit, ad pristinam formam reducerentur. Et diligentiæ quidem defectus excusabiles sæpe sunt (quis enim homo omnem ubique & quamodolibet, præstare semper possit) sed quod ignorans temeritas peccat, alterando studiose originarios textus, dum se putat commodo lectorum servire, excusare frustra conetur intentio minime mala; cum simul & juvari quateaus opus est lector, & fides præstari integra possit, addito ad marginem vel subinde indicio factæ aut faciendæ mutationis.*

quid ulterius non sapiens in Bullario factum!

C

HISTORIA CONCLAVIS

Ex impresso Italico Auctoris synchroni.

Cum anno MDXXIII. die V. Augusti, Adrianus Papa VI. ivisset ad S. Mariam Majorem, causa solennis ibi festi; ibidem eodem mane publicari fecit ligam contra Francos: in quam præter Venetos concurrerunt etiam Henricus Rex Angliæ & Ludovicus Rex Hungariæ, omnesque liberæ Civitates Italiæ, Principes item omnes ac Toparchæ subditi Ecclesiæ; & Generalis exercitus declaratus est Fredericus Gonzaga Mantuæ Dominus. Quia autem Sanctitas sua admodum fatigata erat prolixitate Officii, tempore tam calido celebrati; recepit se ad ecclesiam S. Martini in Montibus, loco vicinam, sumendi commodius prandii & quietis causa, Cardinalis vero Columna sumptuosum ac regie apparatum epulum fecit Cardinalibus Principumque Legatis. Ibi Pontifici advenit febricula, quæ initio nihili æstimata a medicis, tandem facta est ei lætalis. Ea ergo semper crescente, cum se approximare suo fini Papa videret, jussit se deportari in Vaticanum: convocatoque ad se sacro Collegio Cardinalium, commendavit eis sanctam Dei ecclesiam & Christianam religionem, creavitque Cardinalem unum; & paucis horis post, die XIV. Septembris, transiit ad vitam meliorem, cum fuisset Pontifex anno uno, mensibus octo, & diebus sex (*scilicet a die electionis numeratos*) ætatis suæ anno LXIV. D

Promulgata liga contra Francos.

febricula corripitur & moritur Adrianus,

2 Mors ea Romanis nuntiata, eisdem grata supra modum accidit: universim enim Curiæ parum acceptus Adrianus erat, eo quod sua Beatitudo longe discreparet ab illa amplitudine, magnificentia & splendore, quem proximiores sui decessores sectati fuerant; quamvis revera esset propinquior bonis illis qualitatibus, quæ requiri solebant in electionibus Pontificum, temporibus a primitivæ Ecclesiæ spiritu minus remotis. Id autem adeo publicum erat, ut cum labente superliminari capellæ Papalis, Sanctitas sua quodam mane ad Missam audiendam illuc intrans, vehementer esset periclitatus de vita (quam etiam amiserant milites Helveti nonnulli de custodia corporis, petræ illius ruina oppressi) ipseque ægre salvatus fuisset, non modo non sint gavisi Prælati multi qui præsentes aderant; sed etiam unus eorum fuit, qui sermone inter Cardinales ea de fortuna moto, non verecundaretur fortunæ factoque maledicere, quibus fuerat a morte ereptus: quodque mirabilius erat, maledicus atque blasphemus ille, a nemine Cardinalium reprehensus castigatusque, pacatis omnium auribus ac fere annuentibus frontibus auditus & toleratus fuit. Lacerabatur igitur vir iste sanctus hominum linguis atque dicteriis, velut parum idoneus regimini rerum secularium, variisque calumniis impetebatur: quia non habebat mensam lautam curiamque magnificam, sed privatim instar religiosi vivebat, unum secum habens familiarissimum sodalem, quem etiam unicum creavit Cardinalem. Fuit etiam divulgatum de eo, quod non solum astrologiæ judiciariæ studeret, sed etiam arti magicæ daret operam: quæ calumniæ ex optimi cujusque sententia falsissimæ erant. E

invisus Romanis, quia minime splendidus,

ideoque variis calumniis passus,

3 Ut ut fuerit, factæ sunt ei post obitum suum exequiæ sumptuosissimæ & magnificentissimæ, cum majori quam soleat passim concursu populi: quibus expletis ingressi sunt in Conclave, ad novi Pontificis electionem, Cardinales numero triginta; inter quos erant varii valde considerabiles, præsertim Pompejus Columna, Alexander Farnesius, Julius de Medices, Franciscus Ursinus, & Cardinalis Paciecus: æstimatissimi tamen præ ceteris erant Medicæus & Columnensis, ambo facultatibus dignitateque clari ac famosi, potentior tamen erat Medicæus, propter magnum numerum adhærentium ei Cardinalium, idque mediante recenti ac grata memoria felicissimi Pontificis Leonis Papæ, patruelis sui. Columna e contrario magni fiebat etiam ipse, propter claritatem familiæ, favoremque & strictam amicitiam Caroli Quinti Imperatoris.

Post ejus exequias ingressi Cardinales Conclave,

F

4 Inter hos ergo principalissimos duos maximæ vigebant discordiæ, neque poterat ad electionem Pontificis deveniri: mox enim atque proponebatur aliquis a Cardinali Medicæo, a Columnensi & sequacibus ejus excludebatur; & si hic aliquem proferebat in medium, a Medicæo vicissim & partiariis ejus repellebatur. Hæ contentiones cum jam durassent diebus pluribus, Cardinales seniores, Columnæ faventes, luce quadam convenerunt conspiraruntque eum assumere ad Pontificatum: verum non potuerunt pervenire ad præfixum votorum numerum, quem tamen ei obtinendi spem faciebant, dicentes, duo dumtaxat de-

in duas scinduntur factiones; per Medicæum & Columnensem.

fi. e-

A ficere, quæ confiderent haud difficulter obtinenda. Juniores Cardinales, ex parte altera magis affecti Medicæo, vehementer ei votis fuis omnibus fuffragabantur: fed non poterant numerum Columnenfium æquare. Videns ergo Medicæus, propter Columnam fruftrari fe defiderio fuo, nullamque ferme fpem relictam fibi videns; propofuit Cardinalem Urfinum, declaratum hoftem Columnenfis, dicens quod eum vellet creare Papam, devolvendo in eum vota fequacium fuorum omnium. Conterritus ad hanc denuntiationem Columna, cœpit fatagere pro ejus exclufione, palamque profiteri; quod in alium quemcumque fibi propofitum effet confenfurus, præterquam in iftum.

5 Interea fedulo follicitеque tractabatur pro Cardinali Farnefio, multumque videbatur promotum negotium: verum quia fautores Medicæi dicebant fe pollicitos vota fervare ipfi, neque de fuffragio fuo audere difponere præter ejus affenfum, multa quoque acta in contrarium funt. Cum ergo appareret, pro-

contra injectas hinc moras protestantur aliqui:

B pter nimias inter Medicæum & Columnenfem animofitates, nullam fundari in quoquam fpem poffe: quia abfque partis utriufque confenfu fruftraneum erat vel cogitare de Papa eligendo; multi ex Cardinalibus decreverunt palam in Congregatione proteftari, omnino tempus effe ut tandem aliquid concluderetur, eo quod tam diuturna mora graviffimum præjudicium crearet toti Chriftianitati. Refpondit autem eis Medicæus, quod etiam Columna dixit, fimul cum aliis fuis magnæ auctoritatis Cardinalibus, id quoque fibi conftitutum effe: proinde decretum ab omnibus fuit, fequenti mane procedendi ad electionem fore.

6 Proxima ergo die, primo mane, vifi funt multi Cardinales accedere ad cameram Medicæi: & jam per totum Conclave fpargebatur factum effe Papam, etfi nemo fciret eum certo nominare. Paulo autem poft progreffus de camera Medicæus, eum magna a tergo fequela, dixit alta voce: Nunc imus creaturi Pontificem. Hoc cum effet relatum Columnæ, ifque dubitaret metueretque ne eligeretur Urfinus, quem videbat perquam hilarem & feftivum in comitatu Medicæi; cœpit cogitare, quod fi perfifteret in fua cum Medicæo contentione, hic tandem illum eveheret ad Papatum, utpote arcta confanguinitate annexum familiæ Medicææ, & fuum infeftiffimum inimicum. Ut ergo difturbaret hujufmodi electionem, feque ipfum periculo præfenti fubduceret; exhortabatur Cardina-

quare Columna, cupiens exclufum Urfinū

C les omnes, ut ad finiendam litem ipfummet Medicæum eligerent; eo magis, quod jam antea cum multis Cardinalibus amicis fuis perquam diligenter egerat, ut proponerent alium quemdam, tantum ne deveniretur ad electionem Urfini.

7 Ifti ergo cum intellexiffent refolutionem Columnæ, eo inftanti factam in favorem Medicæi, folum tendere ad exclufionem Urfini; dixerunt, quod qui tantum jam laboraverant ipfius intuitu, eoque in fimul rem adduxerant ut perfona ipfi grata eligi poffet, neminem eo viderent aptiorem, quam qui iftic aderat Cardinalem SS. Quatuor coronatorum, maximi meriti & valoris virum: proinde dignum videri ut pro eo tentaretur fortuna; efficeret ergo Dominatio fua Illuftriffima ut ifte proponeretur, fi non ad alium finem, faltem ne illufus ab eis videretur. Volens ergo Columna præftare fidem verbo fuo de eligendo ea die Pontifice, refpondit dignum & honeftum id fore: & converfus ad partiarios Medicæi, orabat eos hanc gratiam fibi facerent, dignarenturque acceptum habere, ut proponeretur Cardinalis SS. Quatuor-coronatorum; fciens numquam perventurum ad competentem numerum fuffragiorum, eo quod multi illum palam excludebant. Eodem concurrit etiam Medicæus; quamvis nonnulli ex creaturis ejus nollent fuffragium fuum illuc convertere. Propofitus proinde eft Cardinalis præ-

in ipfummet Medicæum confentit,

Proponitur tamen alius fed fruftra,

dictus, multaque in favorem ejus vota concurrerunt; D non tamen tam multa ut fufficerent electioni, licet pauca deficerent. Nihilominus conftanter divulgabatur per Conclave jam electum effe Papam; idque univerfaliter affirmabatur ab omnibus, cum admiratione uniufcujufque. Vehementer autem gavifus eft Columna, quod ejufmodi fatisfactionem dediffet facro Collegio, a quo fuerat tam inftanter rogatus.

8 Interim cœperunt alii diverfi proponi, multumque & vehementer tractari pro Cardinali Oftienfi, ut pote viro maturo, majorique judicii ac multæ experientiæ circa regimen, & toti Collegio fingulariter caro. Verum Cardinalis de Montibus, qui optabat etiam ipfe defiderium fuum confequi, dixit, ea ratione proceffum iri in infinitum, occafionemque fuggeri longius etiam protrahendi Conclave; quandoquidem numquam effet perveniendum ad finem optatum nifi ad concordiam adducerentur Medicæus, Urfinus, & Columna. Idem dicebat Cardinalis Cæfarinus, quando cupiebat promovere tractatum pro Cardinali Far- E nefio, qui & ipfe digniffimus erat Papatu, poffetque fatisfacere omnibus illis, quorum merita talia videbantur, ut & ipfi deberent aliquid experiri quo ad tantam dignitatem afcenderent. Tum vero Cardinalis Medicæus, confiderans Columnam quidem confenfiffe omnibus in fuum favorem, & declaraffe quod vellet ipfum efficere Papam, & nihilominus protelari tantopere electionem; vereri cœpit ne Columnam datæ fidei pœniteret, aut in moram iftam ftudiofe innecteret, ut vel ipfemet tandem eligeretur, vel aliud commodum confequeretur, aut denique ex caufa fibi prorfus ignota. Quapropter, nolens expectare donec improvifus aliquis cafus fuperveniret, ipfumque nihil minus cogitantem involveret, decrevit quocumq; modo Cardinalem Urfinum eligendum curare, ut quamprimum fuum confequeretur intentum.

aliiq; nominati.

Medicæus interim exclufionis caufam Urfini

9 Tractato igitur ut propofuerat negotio, inventoque fufficienti votorum numero, convocavit Cardinales omnes in unum. Jamque procedebat Cardinalis de Montibus in comitatu Medicæi atque Urfini, & interrogantes eos dicebat. Quonam imus? Refpondit Medicæus, Eligere Papam, ex hinc enim tempus non erit amplius. Tum Columna, tantam turbam collectam videns, atque formidans ne procraftinationibus fuis aliud nihil effectum effet quam ut facilius eligeretur Urfinus, tantopere invifus fibi; fumpta fiducia fe convertit ad unum quemdam eorum qui fe- F quebantur Medicæum: &, Ecquo, inquit, pergitis animo tam determinato? An fortaffis ad eligendum Cardinalem Urfinum? Refponfum ei eft, Nefcire eos quod effet confilium voluntafque Medicæi, credere tamen potius illud ipfum effe quam diverfum. Unde in propiorem timorem adductus Columna, denuo cœpit dicere, fe quod promiferat Cardinali Medicæo omnino præftiturum. Hoc vero poftquam eft Medicæo relatum, cœperunt omnes unanimiter difcrepante nemine proteftari, quod vellent Medicæum eligere in fummum Pontificem, & infimul Papam proclamaverunt: atque ita, poft expectationem duorum menfium ac quatuor dierum, quibus Conclave duraverat, elegerunt Cardinalem Medicæum XIX. Novembris MDXXIII.

quod mercatus Columna,

proteftatur fe velle Medicæum,

Ifque eligitur 19. Novembris,

10 Tunc vero referato oftio capellæ accerfitus eft ceremoniarum Magifter: quo ingreffo confeftim Sanctitas fua veftita Pontificaliter, collocata fuit fupra altare, atque ab omnibus pariter adorata cum pedum ofculo. Ipfe vero fingulos amplexus alacriter, declaravit fe velle nuncupari Clementem Septimum; deditque benedictionem plurimo populo, qui perfracto in oculi ictu Conclavi irruperat. Adfcendit etiam furfum continuo Clerus S. Petri, cum multis Epifcopis, Prælatis atque Proceribus, in magna hilaritate atque

dictus Clemens 7.

A atque frequentia: delataque est Beatitudo sua deorsum in ecclesiam, cunctis Cardinalibus comitantibus; & positus Clemens supra altare ad limina Apostolorum, denuo ac publice adoratus fuit, non desistens eo mane benedictionem suam impertiri accedentibus bono temporis spatio; ac deinde reductus est ad consuetas cameras Pontificias. Placuit vehementer electio multis, præsertim iis qui Romæ fuerunt sub Pontificatu Leonis, dicentibus hunc æque felicem fore atque is fuerat, quandoquidem sua Sanctitas vir erat maximæ dignitatis, auctoritatis, & nobilitatis; quodque iis omnibus majus est satis expertus in negotiis seculi, nec minus prudens atque probus. Primum nomen Julio fuerat, filio Juliani, de Medices, germani fratris primi Laurentii. Divina majestas dignetur eum conservare longo tempore in vivis, ut possit eum amore & caritate regere & gubernare Ecclesiam universam, repartumque in ea gregem: *quod nobis Deus concedat.*)

cum omnium approbatione.

B 11 *Hic porro finis nobis esto ex impressa Collectione Conclavialium relationum, a testibus ut plurimum oculatis descriptarum, augendi hunc Tractatum, jam ultra quam animo præconceperam excrescentem. Etenim in* Clemente VII. *desinunt Annales Ecclesiastici, a Cæsare Cardinali Baronio incoati, & ab Oderico hactenus deducti; quorum aliis laudatissimorum defectibus corrigendis supplendisque Conatum nostrum volui potissimum deservire, quasi derelictas a copiosius metentibus spicas post eorum vestigia colligendo. Dum autem eosdem Annales nunc prosequitur carissimus nobis, & tantis scriptoribus dignissimus successor, Leander Coloredus, non lubet falcem mittere in messem ipsius, adhuc integram.*

Hic ergo desino Conclavium historias tradere,

quia hactenus tantum habentur editi Annales Ecclesiastici.

12 *Deinde forsitan aliquando in lucem dabitur dignior alia grandiorque hujus argumenti Collectio, ex Mss. Codicibus, in curiosissima Bibliotheca Laurentii vander Hem Jurisconsulti Amstelodamensis, in præfatione ad Ephemerides Graeco-moscas a me laudata, inventis, & pretio pæquam magno sub auctione redemptis, præterita nuper Aprili. Continent autem, Tomus primus, in tres libros divisus, discursus Italicos de ratione, praxi, mysteriisque Conclavium, secundus ac tertius, eorumdem historias a* Clemente VI. *id est ab anno* MCCCXLII. *usque* Julium III. *annumque* MDL. *deductas, Latinas omnes præter unam; nonnullas etiam semel iterumque ab auctoribus diversis descriptas, quartus denique ac quintus, similes Italicas, a* Marcellus II. *successore* Julii III. *usque ad* Clementem
C VIII. *anno* MDXCII. *electum. Si vir iste clarissimus, conatibus meis promovendis nihil non daturus, tamdiu vivere potuisset, donec hic tractatus, quem initio propositum fuerat in* Martino V. *finire, hactenus extenderetur; libenter utique thesaurum istum communicasset mecum collatisque ad invicem monumentis editis ineditisque; fortasse potuissem materiam opportunam suggerere amico Annales ecclesiasticos prosequenti: at postquam ille obiit, nec licuit cum determinato ad quantumcumque pretium afferendum licitatore contendere pertinacius. Nihil restabat aliud, quam indagare, quisnam ea Mss. jussisset Emi. Ita inventus est tandem in Hamburgensi civitate illustris. D. Bara de Kielmans-Egge: qui non alicujus lucri causa, sed sola argumenti caritate adductus, eisdem voluerit ornare suam bibliothecam. Non fuit ergo mihi difficile, dum hæc jam impressa lentius ad metam adducerentur, ab humanissimo viro impetrare ex Tom. 3. ad specimen reliquorum, transcribenda aliqua; quemadmodum factum mox est, curante R. P. Henrico Isaac, jam alibi nobis laudato ad tumulum Benedicti V. descriptaque fuerunt, quæ ibi habebantur de Electione* Clementis VI. Innocentii VI. Gregorii IX. Bonifacii IX. Innocentii VII. & Gregorii XII. *His autem visis, apparuit*

& speratur alibi edenda Collectio plenior ex Mss. Laurentii vander Hem.

D *quidem diligentia Collectoris non exigua; sed qui primum scripserit initio hujus seculi, cum jam extaret opus Alfonsi Ciacconii, unde accepto Electionum singularum ordini subtexuit loca aliarum, quos ad manum potuit habere, scriptorum. Ita initium sumitur pro electione* Clementis VI. *e verbis Ciacconii, cursum pro* Innocentio VII. *describebantur verba Hartmanni Schedel Nurimbergensis, qui claruit sub finem seculi* XV. *alibi: allegatur Platina; ut plurimum vero, cum venitur ad electionem* Urbani VII. *& schisma Clementinum, sequitur Auctor Theodoricum a Niem, acta sui temporis describentem in opere de schismate. Nihilominus vix dubito, quia porro legens aliquis, istic etiam inedita monumenta plura reperiet, seculum* XV. *&* XVI. *spectantia: sed hæc aliis scrutanda relinquo, eorum judicaturis quanto operæ pretio in lucem dari possit ista collectio. Quod si fiat, suaserim partes utriusque Tomi permiscere in unum codicem, secundum ordinem chronologiæ (id enim facile erit, & Lectori longe commodius) quam divisim requirere singula.* E

13 *Non aliud ergo nunc superest agendum mihi, quam ut pergam, prout cœpi, scrutanda Bullas ac Brevia, quatenus habentur impressa, quærere, quam quisque Pontifex tenuerit annorum suorum numerandarum Epocham. Res hæc, a nemine (quod quidem scire possim) hactenus observata, videtur utilitatem non parvam habitura, atque adeo digna esse, pro qua suscipiatur labor, major quam facile æstimari ab inexperto possit, quemque solus publici boni respectus valeat dulcorare. Prius tamen quam progredior, placet huc ex Appendicibus, post primam Partem hujus Conatus alias editis, accipere Tertiam, eique dare Titulum Dissertationis, hactenus nunc usurpatum.*

DISSERTATIO XLVII.

De usu annorum Incarnationis in Cancellaria Pontificia diu vario, nostra ætate primum firmato, diversoque ab usu signaturæ Brevium.

1 A *Cturus de* S. D. N. Innocentio Papa XI. *fi-aemque Conatui meo impositurus, cum Roma quæsivissem, utrum die instituisset Pontificatus sui annos renovare, electionisne, an Coronationis Pontificalis; monitus inde fui,* quod in Cancellaria vel Camera Apostolica annus non incipit a Kalendis Januarii, sed a xxv. Martii, quo mysterium Incarnationis celebra- F tur. *Id quomodo cum Bullarii Tomis ultimis conciliarem, equidem non inveniebam; postea autem iterum admonitus didici, Stylum istum, esse earum dumtaxat Constitutionum, quæ eduntur* per Bullam, *uti dicitur; non item earum, quæ* in forma Brevis *dantur,* sub Annulo Piscatoris, *ad supplicantium preces; vel alias* Motu proprio, *sine consuetis Bullarum solennitatibus, expediuntur: nam in his annum inchoari constanter a Kalendis Januarii. Interim necesse habeo excusare, quod nomine* Bullæ, *indifferenter, & more vulgi, usus sum in Decretis Rescriptisque Pontificiis appellandis. Quamvis enim non ignorarem, in rigore verborum aliud esse* Bullam, *aliud* Breve, *aliud* Motum proprium, *atque notabilem & multiplicem intercedere inter ea differentiam; hanc tamen nesciebam aliquo modo spectare ad rationem temporum ineundam, & ideo non putavi mihi distinctionem aliquam hic faciendam, sicut nec in* Bullario *fecerunt ejus Compilatores; sic illud appellantes, quamvis in ea collectione multo plura* Brevia *sint quam* Bullæ *stricte dictæ. Ad objectionem porro a me ex Bullario factam, sic mihi respondetur.* Fieri poterit quod in Bullario appareat aliqua discrepantia quoad datas: & sic distinguendus erit Annus Cancellariæ Apostolicæ, qui (saltem moderno tempore) inci-

Bullæ stricte dictæ saltem nunc inchoant annos 25. Martii.

quomodo ea capita distingui a Brevibus,

A incipit a xxv. Martii, & Annus Secretariæ Brevium, qui cum anno politico incipit a Kalendis Ianuarii.

2 Equidem de moderno tempore, ipsis qui scire possunt ac debent nolim movere ulteriorem quæstionem: libenter tamen scirem, quam olim iste resumptus sit antiquus ille usus, ut sciatur, quo præcise tempore is debeat haberi pro regula. Ac primo noto Romanos Pontifices, postquam prætitulare sese cœperunt stabiliter Servos servorum Dei, & cum eo titulo nomen suum suis scriptis præponere hoc modo, N. Episcopus, Servus servorum Dei, eumdem modum tenuisse usque ad initium seculi XIV. quando Clemens V. Joannes XXII. Martinus V. Eugenius IV. Clemens VII. Paulus III. Brevibus nonnullis seu scriptis minus solemnibus cœperunt præponere Nomen suum, cum titulo Papæ & numero nominis, hoc modo, Clemens Papa V. Quod quidem initio rarum & infrequens (uti colligitur ex Bollario) superiori seculo frequentari valde cœpit; cum hoc tamen discrimine, usque in hodiernum diem durante, quod Bullas non incipiat Pontifex, nisi sub nomine sine cum titulis Episcopi & Servi servorum Dei; Brevibus vero ac Motibus propriis, a tempore Julii III. addatur ad nomen titulus Papæ cum numero nominis. Annis ante Julium sexaginta, primus,

& hæc dari sub Annulo Piscatoris.

B quod equidem inveniam. Alexander VI. cœpit litteras suas aliquas signare sub Annulo Piscatoris; ab insculpto Petri piscantis signaculo. Hunc Annulum fixus paulatim usus, & sub Julio III. plene sibi constans, addixit solis Brevibus. Alexandri exempla ac porro aliorum extant apud Waddingum Tom 8. nec non in Bullario Lateranensi. Ab illo ergo tempore conveniet Bullas Breviaque distinguere secundum istud principium. Bullarum autem rursus duo sunt genera, aliæ quidem a Pontifice & Cardinalibus solenniter subscriptæ; aliæ non item: de utrisque autem indifferenter procedit quæstio, quandonam eis cœperit Cancellaria Romana adscribere annum Incarnationis producendum ultra Kalendas Februarii ad xxv. Martii, sicut id præ regula fuerit. Ordior autem post medium seculum XVI. præteritum.

Stylus Cancellariæ producens annum usque ad 25. Martii,

3 Invenio ergo Pauli IV. Brevia alique annum ad Incarnationis diem protrahere; invenio nihilominus, quod ejusdem Pauli Constitutio 19. quæ utique Bullata habetur, & ab ipsomet Pontifice ac triginta Cardinalibus propria manu subscriptione firmata, data dicatur anno Incarnationis Dominicæ 1559. quintodecimo Kalendas Martii, Pontificatus anno quarto; adeoque annum istic inchoari a Ianuario, qui alias dicendus fuisset,

C set, Pontificii annus quintus. Pii IV. Constitutio 73. similiter Bullata similibusque subscriptionibus firmata, eomdem tenet stylum, ut habetur impressa, tamquam data anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo * quarto septimo Kalendas Februarii, Pontificatus anno quinto. Sed Cherubinus, dum notat in margine * tertio, nescio an significatum voluerit ita, in ecgrapho suo haberi, aut ex usu Cancellariæ haberi debuisse; adeoque facultatem nobis unfert ex eo quidpiam discernendi. Posteriori tamen Lectioni favet successor Pius V. qui licet solum Electus sit in Ianuario anni MDLXVI. primo Pontificatus sui anno & mense dedit nostra Societati Bullam contra Apostatos, anno, ut scribitur, Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo quinto sexto decimo Kalendas Februarii: & similiter in Bullario ejusdem Constitutio 119. ad Ordinis Humiliatorum extinctionem Bullata, ab ipsomet & quadraginta tribus Cardinalibus subsignatur, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo, septimo Idus Februarii, Pontificatus anno sexto: quem annum non possumus habere, nisi eum protrahendo ultra mensem Februarium. Sed hujus Pontificis tam multæ sunt aliæ Bullæ, saltem minus solennes, prætitulatæ tamen Pius Episcopus servus servorum Dei, neque D sub annulo Piscatoris expeditæ, in quibus inchoatur annus a Kalendis Ianuarii, ut primum exemplum adhuc rarum sub eo videatur fuisse; & tales sunt Bullæ 29. 30. 33. 118. & 122. inter quas ultimas ponitur unica illa de Humiliatis, annum protrahens; cui addi posset Constitutio 31. data Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, septimo Idus Februarii, Pontificatus anno tertio, numeris omnibus ita ad longum scriptis; nisi id dubium faceret Cherubinus in margine notans D. P. an. 2. id est, Data Pontificatus anno secundo, inter cujus anni Bullas etiam ipsam ponit.

superiori sexto necdum finis erat.

4 Similiter Gregorium XIII. Bullam, qua Bajanos articulos damnavit, dedisse quarto Kalendas Februarii, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo nono, Pontificatus sui anno octavo, asserit Urbanus VIII. in sua famosissima Constitutione, damnante eosdem articulos & simul prohibente librum cui titulus, Augustinus Cornelii Iansenii olim Iprensis Episcopi. Cumque pervicaciores ejosdem libri defensores prætexerent errorem Datæ, in ista Constitutione allegatæ; atque ita ipsammet Urbani Constitutionem niterentur reddere de suppositione suspectam; responsum continuo E iisdem est a peritis styli Curiolis, Cancellariæ Pontificiæ proprium esse annum producere usque ad festum Incarnationis, itaque annum MDLXX. in Bulla Gregoriana, cum Pontificatus anno VIII. componi qui alias fuisset notandus MDLXXI. Verumtamen aliud simile exemplum in toto hujus sat longi Pontificatus Bullario nullum quidem occurrit, sed in corpore Instituti Societatis nostræ habetur unum longe certissimum; confirmatio scilicet ipsius Instituti ac Constitutionum ejus facta anno Incarnationis Dominicæ MDLXXXII. Kalendis Februarii, Pontificatus anno XI. In ipso nihilominus Bullario ejusdem Bullæ; 26 42. 85. annum a Kalendis Ianuarii ordiuntur.

imo satis varius sub Gregorio 13.

5 Sixtus V. similiter plurimas edidit Bullas, sic annum notantes: & quidem primo suo anno Bullam 17. 18. 22. 23. & 24. quarum penultima etiam solennis est, ab ipsomet & Cardinalibus viginti octo signata, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo octingesimo sexto, Id. Februarii, Pontificatus anno 1. similes etiam aliis ejus annis inveniuntur, puta 75. & 101. ut quasdam minus solennes taceam. Nihilominus Tomo 3. Bullarii in Appendice Pag. 38. invenio Solennem valde Bullam, prohibentem alienationes officiorum seu jurium & emolumentorum officiis S. R. E. annexorum, quam idem Sixtus dederit anno Incarnationis F Dominicæ 1589. 18. Kalend. Februarii Pontif. anno 3. publicatio autem facta post dies tredecim, adscribitur anno a Nativitate Domini 1590. Indict. 3. die vero 28. mensis Januarii, Pontificatus anno v. Habet etiam Societas nostra ab eodem Sixto V. facultatem, aggregandi primariæ Romanæ Sodalitati Scholarium Sodalitates alias per nostrum Generalem, cum communicatione Indulgentiarum illi concessarum, datam anno Incarnationis Dominicæ MDLXXXVI. utique ultra Kalendas Ianuarias protracto, Nonis Januarii, utpote Pontificatus anno secundo: Eodemque modo Bullarium Casinense num. 139. profert Constitutionem Gregorii XIV. velut datam anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo nonagesimo primo, Idibus Martii, Pontificatus anno primo Huic dum consonent ejusdem Bullæ 3. & 4. in Bullario, eodem Incarnationis & Pontificatus anno notatæ, Idibus etiam Martii & duodecimo Kal. Aprilis, nec aliunde quidquam adfertur quod probet Cancellariæ usum unum fuisse annos protrahendi usq. ad festum Incarnationis; videremur nobis posse statuere quod ea tunc cœperit ea regula observari, nisi rursum sequeretur

& Sixto 5.

firmior in eo tuendo Gregorius 14.

rursus tamen Clemens 8. scire a Kalendis Ianuarii cœpit.

A *usus plane contrarius ejusdem Cancellariæ sub* Clemente VIII. *cujus cum plures inveniantur Bullæ, intra Kalendas Januarii & diem Incarnationis datæ, puta* 18, 19. 20. 26. 39 40. 55. 58 *&* 66. *omnes tamen (præter unam* 40. *adscriptam* anno millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, pridie Kalendas Martii, Pontificatus anno quinto, *sed Bullis ac Brevibus anno* XCVI, *permixtam omnes, inquam, auspicantur annum a prædictis Kalendis.*

6 Leo X. *nullas Kalendas Januarias vidit, in brevi suo dierum paucorum Papatu. Pontificatus etiam* Pauli V. *nihil suggerit quod huc faciat, ante Pontificatus annum* XV. *qui in tomo* 4. *Bullarii Constitutione* 17. *data* Idibus Januarii, *suum istum annum componit cum* anno Incarnationis Dominicæ 1619. *sed cum manifesto vitio in nominando mense: nisi enim legatur* Junii *loco* Januarii, *adhuc currebat annus Pontificatus decimus quartus, cum Paulus solum electus sit anno* MDCV. *mense Majo. Ita nobis ingressis seculum* XVII. *catenus nemo occurrit, qui dici possit in Cancellaria firmasse usum, cujus firmate initium quærimus, quoad annum ultra Kalendas Januarias protrahendum: donec veniamus ad* Gregorium XV. *Hujus quidem Brevia omnia annum inchoant a Kalendis Januarii; ejus tamen, anno* MDCXXI. *mense Februario electi, prima Bulla de Privilegiis Conclavistarum data legitur* anno Incarnationis Dominicæ MDCXX. *utique, sicut dictum est protracto,* Idibus Martii, Pontificatus anno primo: *eodemque stylo procedit Bulla* 18. *& quæ ordine temporis priores sunt hac,* 19. *atque* 20. *una ordinans Ceremonias Electionis Pontificiæ, altera sanctorum Canoni adscribens S. Teresiam, ambæ adhuc adscriptæ anno seculi hujus* XXI. quarto Idus Martii, Pontificatus *autem* anno secundo. *His adde ex eodem Bullario Constitutionem* 47. *ac denique conclude, nunc saltem fixum fuisse usum, quem sub prægressis Pontificibus toto seculo* XVI. *instabilem fuisse ostendimus.*

Primus Gregorius 15. tenuit in Bullis suis constantiam.

7 *Placet tamen etiam subsequentium Bullas scrutari: sic autem inveniuntur* Urbani VIII. *Constitutiones* 10. *&* 11. *signatæ* undecimo Kalendas *&* pridie Idus Februarii, *anno ejus* 1. *adhue adscribi* anno Dominicæ Incarnationis millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, *qui alias ipse creatus fuit* VI. *Augusti. Sic rursum insignit Bulla confirmans, Gregorianam de Electione summi Pontificis,* quinto Kal. Februarii, Pontificatus anno Tertio, *tribuitur adhuc* anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo quinto. *Similiter in Tomo V. Bullarii invenitur Constitutio* 7. *signata* anno Dominicæ Incarnationis MDCXXIII. undecimo Kalendas Februarii, Pontificatus anno primo. *Et Constitutio* 160. *indicens sex decimas super omnibus fructibus ecclesiasticis Italiæ, bullatur ac subsignatur* anno Incarnationis Dominicæ 1631. 14. Kal. Februarii, Pontificatus anno IX. *Eodemque stylo procedunt aliæ ejus solemnes Bullæ; ut de minus solemnibus nihil dicam. Hæc si observare scivissent continuatores Bullarii, & ordinem temporis tenere, sicut conveniens erat; debuissent ejusmodi Bullas ponere post Brevia, toto illo anno vulgari data; quæ nunc inveniuntur male permixtæ Brevibus Januarii ac Februarii, eumdem annum vulgarem inchoantium.* D

Numero sexto sunt Februarii.

8 Innocenti X. *Pontificatus, ut est in Bullario, nihil suggerit quod huc faciat.* Alexander VII. *autem volens ne quæ loca Ecclesiastici status vendi aut gravari contingeret,* anno Pontificatus sexto, 17. Kal. Februarii, *& sex Decimas indicens super fructibus Ecclesiasticis in Italia & Insulis adjacentibus,* Nono Kal. Martii, *stylum jam fixum sequitur, & annum Incarnationis Dominicæ* MDCLX. *vocat, qui in publicatione, post secuta, vocatur* MDCLXI. *inter cujus anni Brevia Tomo* 6. *Bullarii, jam sapientiores Collectores ejus, prædictas Bullas reposuerunt. Sequens* Clementis IX. *Pontificatus, nihil habet in Bullario quod hic referri mereatur: nam B. Rosæ Limanæ Beatificatio, facta* Pridie Kalendas Martii, Pontificatus anno primo, Dominicæ Incarnationis 668 *facta est per Breve, & subsignatur* Placet. Motu proprio. *Et* Clemens X. *eamdem Canonizavit* pridie Idus Aprilis, *de quo tempore nobis quæstio non est. Solummodo in Appendice ad Tomum* 6. *Bullarii, istius Pontificis Constitutio* 1. *quæ data legitur* anno Incarnationis Dominicæ 1670. Nonis Martii; Pontificatus anno primo *evidenter probat continuationem anni præmonstratam, cum certum sit ipsum ineunte Aprili anni civilis* 1670. *primum esse creatum,* E

& Alexander 7.

CCXXIII. CLEMENS VII. F

C CLEMENS, patria Florentinus, antea Julius Juliani de Medices, ex Archiepiscopo Florentino & Cardinali Presbytero tit. S. Clementis, electus MDXXIII. XIX. Novembris; coronatus XXVI. Novembris Feria V. sedit annos X. menses X. dies VII. obiit MDXXXIV. XXV. Septembris: sepultus in Vaticano, translatus fuit ad S. Mariæ supra Minervam; & vacavit Sedes dies XVI.

Ab anno 1523. ad 34. an. 10. m. 10. d. 7.

U*Trum hic Pontifex a die Electionis vel Ordinationis numeraverit annos, discerneretur ex Bulla* 16. *apud Cherubinum &* 21. *apud Waddingum, data utraque* vigesima tertia Novembris, Pontificatus anno tertio; *nisi Cherubini Bulla notaretur data* millesimo quingentesimo vigesimo quinto; *Waddingi vero* anno 1526. *Posterior tamen jure suspecta est zyfra, in qua errari facilius, patet ex sequenti mox apud Waddingum Bulla, quæ signatur itemque data* anno Incarnationis Dominicæ 1526. sexto Idus Martii, Pontificatus anno quarto, *ubi scribendum* 1527. *fateri oportet; nisi dubitare velis, utrum a Kalendis Januarii inchoandus fuerit annus civilis.*

Epocha annorum ejus Pontificatus incerta.

2 *Cum hoc autem Pontificatu destituit nos Regestum Waddingi, utilis ad multa collectio, si esset aliquanto accuratior. Sequuntur nos Bullaria Casinense & Augustinianum, usque ad* Urbanum VIII. *pertinentia. Similiter pro continuatione Annalium ecclesiasticorum Odorici Raynaldi, hic ut dixi desinente, ad eumdem usque Pontificem deducet Continuatio* Henrici *Spondani; quin & Alphonsus Ciacconius, in Vitis Pontificum & Cardinalium editus anno* MDCI. *auctus porro & continuatus a variis, videlicet ab Andrea Victorello & Ferdinando Ughello sub annum* MDCXXX. *ac denique anno* MDCLXXVII. *ab Augustino Oldoino nostro. Vitas quoque Pontificum descriptas a Platina quas Onuphrius Panvinius a* Sixto IV. *usque ad* Pium V. *inclusive continuaverat, prosecuti deinde Antonius Cicarella usque ad* Paulum V. *& Abrahamus Bzovius usque ad* Urbanum VIII. *nonnullis quoque usui erunt: sicut etiam impressa Collectio Conclavium usque ad* Alexandrum VIII. *ducta.*

Auctores unde sumpta hæc continuatio.

CCXXIV.

CCXXIII. PAULUS III.

PAULUS, natione Romanus, ex patre Petro Aloysio de Farnesiis, antea Alexander Cardinalis Episcopus Ostiensis, electus anno MDXXXIV. XIII. Octobris, coronatus III. Novembris Feria III. sedit annos xv. dies XXVIII. obiit MDXLIX. X. Novembris, sepultusque est in Vaticano. Vacavit Apostolica Sedes menses II. dies XXVIII.

Ab an. 1534. ad 49. an. 15. d. 28

Relaxatus usus Dominica ad Coronationes Papales.

HIc Pontifex, æque ac præcedens, quia erant Episcopi ordinati cum eligerentur, videntur existimasse liberum sibi esse, qua magis placeret die coronari, prægresso insuper exemplo Leonis X. qui die Martis xv. Martii factus Presbyter, & die Jovis XVII. consecratus, ac die Sabbathi XIX. coronatus Papa repentissime fuerat, ante Dominicam Palmarum: quia scilicet in Consistorio diei XIV. fuerat conclusum, propter septimanam sanctam quæ instabat, non decere Pontificem non fore Presbyterum, & consecratum ac coronatum. Ita quantumvis antiquæ consuetudines, dum semel gravi aliqua urgentique in speciem causa prætermittuntur, aliis aliisque emergentibus postea facile antiquantur aut relaxantur.

2 Quod autem Paulus Electionis suæ anniversarium revera constituerit epocham Pontificatus sui, intelligitur ex ejus Bullis apud Cherubinum; scilicet 15. & 48. quæ inveniuntur datæ anno Incarnationis Dominicæ, prior quidem millesimo quingentesimo vigesimo septimo, pridie Kalend. Novembris, Pontificatus anno quarto; altera, 1549. decimo quinto Kalend. Novembr. Pontificatus anno quinto decimo, utique intra spatium, Electionis & Coronationis anniversariis diebus interjectum. Idem probaret Bulla 35. Dat. Romæ apud S. Petrum Kalend. Novembris, anno nono, si haberet annum Incarnationis additum, qui fortassis festinanti librario excidit, sicut ad calcem sequentis Bullæ 36. dat. anno Incarnationis Dominicæ, Pontificatus nono, non solum anni Christiani numerus per evidentem socordiam desideratur, sed etiam dies III. Novembris expressus in Margine. Nec minus vitiis suspecta est zyfra, subscripta Constitutioni 69. Bullarii Casinensis, quasi signata ea sit die 23. Octobris 1546 Pontificatus anno dundecimo, cum supputando ab anniversaria Electionis cœptus fuerit annus decimus tertius.

E verba, dies Electionis assixa.

3 Electum Paulum die XII. Octobris habet Cherubinus Laertius ante ejus Bullas Tomo I. Bullarii; id secutus sum, quia obscure loquebatur Ciacconius, Cardinales Conclave ingressos dicens VII. Idus Octobris, idest die IX & Paulum electum post duos a Comitiorum ingressu dies, quod solum notaret diem XI. mensis. Verum die XIII. factam electionem scripsit noster Philippus Labbe in chronologia Epitome, & quotquot imagines Pontificum ediderunt, cum brevi ad singulas synopsi chronologica. Ex eo, qui descripsit breviter Conclave, in quo Pauli III. electio facta est, nihil definire possumus solum eam ait, prius pene factam, quam Conclave clauderetur; nempe quia ipso vespere ingressus Cardinalium tantum non conclusa fuit. Tandem Oldoinus in Additionibus allegat Manuscriptum Tabularii Capitolini, in quo notatur dies 13. Octobris: quo moveor ut nunc quoque, malim istum notare, & supra annos xv. Pontificatus solum ponere dies XXVIII. Nam quod in historia Chronologica Pontificum Romanorum Francisci Carrere an. 1663. iterato Lugduni edita mihi autem nunc primum visa, scribuntur solum dies 18. typographicum in zyfra mendum esse censeo, non auctoris.

CCXXV. JULIUS III.

JULIUS, natione Hetruscus, ex oppido S. Savini, antea Joannes Maria Vincentii de Monte, Cardinalis & Episcopus Prenestinus, electus VIII. Februarii, MDL. coronatus XXII. Februarii, sabbato festo Cathedræ S. Petri Antiochiæ; sedit annos I. mensem I. dies XVI. obiit MDLV. XXIII. Martii. Sepultus fuit in Vaticano. Vacavit Sedes dies XVI.

Ab anno 1550. ad 1555. an. 5. m. 1. dies 16

Ratio temporis quoad electionem

ELectionem factam 8. Februarii, habet auctor & testis oculatus in Historia hujus Conclavis; Onuphrius vero Panvinius, tam in Vita quam in Chronico, 7. Idus, id est diem VII. Februarii notat; & quidem addita in Chronico nota diei Veneris: quæ facile conciliantur, eo quod Electio facta dicatur circa horam noctis post solis occasum) tertiam, quando censeri potest inchoari dies VIII. mensis; eo magis quod non nisi sequenti mane publicata populo illa sit. Et sic etiam Alphonsus Ciacconius VI. Idus factam ait: quod Spondanum decepit, aut ambigue saltem loqui fecit.

2 Iidem consentiunt quod VIII. Kalendas Martii, & quidem proximo Divi Petri Cathedræ Antiochenæ solenni die, ut scribit Panvinius, Coronatio successerit. Quapropter quod in Historia conclavis impressus legatur dies 21. Februarii, malim inter ejusmodi menda zyfralia, quibus plus satis inquinatur præcipitata impressio numerare. Inveniuntur porro apud Cherubinum tres Julii Bullæ, datæ anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo, Kalend. Martii, vel 28. Februarii 1550 Pontificatus anno primo: sed utrum hunc deinceps Natalem habuerit, an vero in die Electionis sui Pontificatus annos inchoaverit, nullam invenio Bullam quæ doceat.

& coronationem.

Bulla.

CCXXVI. MARCELLUS II.

MARCELLUS, ex patre Richardo Cervino, natione Picenas in oppido Montis-fani natus, antea Presbyter Cardinalis tit. S. Crucis in Hierusalem, electus anno MDLV. IX. Aprilis, & mox propter imminens festum Paschæ sequenti die consecratus, ac coro-

An. 1555. d. 22.

A natus Feria IV. Majoris hebdomadæ, sedit dies XXII. defunctus nocte ante diem I. Maji, D sepelitur in ecclesia Vaticana: & vacavit Sedes Apostolica dies XXII.

Paupertas cameræ Apostolicæ eo tempore.

EX *paucis quas forte edidit Bullis, extat unica in Bullario Casinensi,* quarto decimo Kalendas Maii, *id est Feria II. Paschalis, qua præfatur, quod* Julio Papa III. *rebus humanis exempto*, Camera Apostolica ea in egestate reperta est, ut neque ipsius Prædecessoris exequiæ modo solito, neque Conclavis expensæ commode fieri potuerint; quin imo ad eas satis remissé faciendas oportuerit multum æs alienum, cum gravi ipsius Cameræ jactura, contrahere; *ideoque subsidium triennale trecentorum millium scutorum ne decimarum super fructibus Beneficiorum ac Monasteriorum,* a Paulo Papa III. *indictum & a* Julio *item III. successive continuatum, etiam ipse ad aliud triennium, & deinde ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, prorogat.*

CCXXVII. PAULUS IV.

Ab anno 1555. ad 59. an. 4. m. 2. d. 27.

PAULUS, antea Joannes Petrus, patria Neapolitanus, patre Joanne Caraffa, Cardinalis Episcopus Ostiensis, electis anno MDLV. XXIII. Maii, festo Ascensionis Domini, & proxima Dominica XXVI. mensis coronatus, sedit annos IV. menses II. dies XXVII. E obiit anno MDLIX. XVIII. Augusti, sepultus in Vaticano, ac postea translatus ad Minervam: & vacavit Sedes menses IV. dies VII.

Anni ratio in Bullis.

B QUæ apud Cherubinum est hujus Pauli *Bulla* 17. *& in Bullario Casinensi alia sub numero* 178. *ambæ datæ* Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo, decimo Kalendas Februarii, Pontificatus anno quarto, *demonstrans needum penitus exolevisse in Curia Romana usum protrahendi civilis anni usque in Martium, alias solum potuisset annus tertius numerari. Favet ordo, quo Cherubinus dictam Bullam postponit alteri datæ* 17. Kal. Januarii, *eodem Incarnationis & Pontificatus anno. Cum neutra data sit in forma Brevis* sub annulo Piscatoris, *causa fortassis referri posset ad proprium Bullarum stylum: verum & huic rationi obstat Bulla allegata Dissertatione* XLVII. *num.* 3. *Nihilo magis placet ordinem inversum dicere, & credere quod* Paulus, *primo sui Pontificatus anno incompleto relicto, secundum a Kalendis Januarii inchoaverit: hoc enim non facile admisero, nulla certiori exempla persuasus.*

CCXXVIII. PIUS IV.

Ab an. 1559 ad 65. an. 5. m. 11. d. 14.

PIus, natione Lombardus ex civitate Mediolani, antea Joannes-Angelus Bernardini de Medicis, Presbyter Cardinalis tit. S. Priscæ, electus XXVI. * Decembris MDLIV. coronatus VI. Januarii in festo Epiphaniæ in Sabbato; sedit annos V. menses XI. dies XIV. defunctus MDLXV. IX. Decembris, sepultusque in Vaticano, & inde translatus in Ecclesiam S. Mariæ Angelorum. Vacavit Sedes dies XXVIII.

Ratio temporis quoad spatium Sedis

EPitaphium ei a nepotibus positum, *præter Pontificatus* annos V. menses XI. *numerat* dies XV. *non accurate subducto calculo: quia nocte Natalem Domini sequente inter horam septimam & octavam, nobis post mediam noctem prima, electus fuit, & sic vulgo obtinuerat ut ipso Natali die electus diceretur: nam in die martis* v. Idus Decembris *etiam Epitaphium conve-* C *nit. Evidentior ac palpabilis omnino error obrepsit ei Ms. unde habemus historiam Conclavis, electionem prægressi. Cum enim præfatus Auctor esset*, vacationem *fuisse* mensium quatuor dierum septem, *quia a* XVIII. *Augusti ducunt ad* XXVI. Decembris; *legitur nihilominus Electio facta* 23. Octobris, *vitiata non solum cyfra, quæ forte in autographo erat* 25. *sed etiam mensis nomine, quod utrumque transcribentibus, non Auctori imputandum mihi persuadeo.*

2 *Quamvis hujus Pontificis Bullæ passim ducunt initium anni a Kalendis Januarii, sicuti patebit examinanti Bullarium Cherubini; tamen quæ ibidem est* 19. *signaturque* anno Incarnationis Dominicæ 1560. Nonis Februarii Pontificatus anno 2. (*si non est erratum in cyfra*) *procedit aliter: quare publicatio subjuncta facta dicitur* anno a Nativitate D. 1561. Ind. 4. die F vero 15. mensis Februarii Pont. Sanctiss. in Christo Patris & D. N. D. Pii divina Providentia Papa IV. anno II. *Plures quoque ejusdem Constitutiones præfixum aut subscriptum habent* Motu proprio, *quod antea non invenio in usu fuisse.* *& stylum Bullarum.*

3 *Idem Pontifex Pontificatus sui annos innovabat in anniversario suæ Electionis, uti patet ex Bulla ejus* 24. *data* die ultima Decembris 1560. Pontificatus anno secundo; *& ex Bulla* 44. *solemnissima, qua Reformatio Rotæ Romanæ continetur, subscribentibus Cardinalibus triginta duobus,* Anno Incarnationis millesimo quingentesimo sexagesimo primo sexto Kalen. Januarii Pontificatus anno 3.

CCXXIX. B. PIUS V.

Ab an. 1566 ad 72. an. 6. m. 3 d. 25.

PIus, natione Lombardus, ex oppido Boschi, antea Michael Pauli de Gisleriis, ex Ordine Prædicatorum, Presbyter Cardinalis tituli S. Mariæ super Minervam, anno MDLXVI. electus VII. * Januarii, coronatus die suo natalitio & festo S. Antonii, XVII. ejusdem mensis Feria V. sedit annos VI. menses III. dies XXV. vita functus MDLXXII. I. Maii, & sepultus in Vaticano, ac postmodum translatus ad Basilicam S. Mariæ Majoris, Beatificatus autem anno MDCLXXII. a Clemente Papa X. & die V. Maii Officio ecclesiastico coli jussus. Post mortem ejus vacavit Sedes dies XI.

Vitam

Tab. XXXI.


CCXXVII. PAVLVS. IV.


CCXXVIII. PIVS. IV.


CCXXIX. S. PIVS. V.


CCXXX. GREGORIVS XIII.


CCXXXI. SIXTVS V.


CCXXXII. VRBANVS VII.





A *Abrahami Bzovii Annalium Prosecutio.*

V*Itam a Gabutio scriptam dedimus post tomum I. Maji. Cum hac deinde conferre voluimus Vitam Italice prius scriptam a Hieronymo Catena, ita exigentibus quibusdam auctoritatis minime levis personis, & observata in ista collatione dare in Appendices post* VII. *Tomum ejusdem Maji: sed exemplari nullo reperto, non potuimus. Hic vero insuper monemus, quod & alibi monuimus, Abrahamum Bzovium Annales ecclesiasticos fuisse prosecutum usq; ad obitum* Pii; *sed ultimum hunc ejus Tomum non prodiisse nisi anno* MDCLXXII. *ea quod Coloniam Agrippinam missum exemplar, mortuis jam forte omnibus iis qui priores Tomos impresserant Bibliopolis, incuriosos tutores nactum fuerit. Ex illo Tomo dedi ego positam in calce libri Notulam miraculorum, in vita & post mortem patratorum, atque sub* Clemente X. *in Congregatione sacrorum Rituum pro ejus Canonizatione propositorum: quorum equidem contextum proliaiorem volebam more meo, ipsis Testium verbis e Processu excerptis, exhibere: sed neque tunc, neque nunc, cum feci Appendicem ad omnes Tomos Maji, quemquam ex iis, quorum maxime intererat hoc promovere, potui inducere, ut ea originaliter describenda mihique mittenda curaret.*

Pii miracula a Processibus desiderantur.

2 *Innovabat hic Pontifex annos sui Papatus in anniversario Electionis, prout patet ex ejus Bulla* 26. *apud Cherubinum, data* die 8. Januarii 1567 Pontif. anno 2. *& ex Bulla* 52. data die octava Januarii, millesimo quingentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus anno tertio, *numeris sic ubique ad longum scriptis, ne quis in priori forte suspicetur errorem zyfræ. Similiter procedit bulla* 79. *signata* Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo nono, quarto decimo Kalendas Februarii, Pontificatus anno quarto.

Epocha Bullarum.

B

3 *Nescio quod hic faciam Bullario Casinensi, inter Constitutiones Apostolicas Ordini datas num.* 190. 192. 193. *referenti Bullas, & quidem postremas duas etiam a Cardinalibus subsignatas, veluti datas* Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo nono, Kal. Februarii, Pontificatus anno quinto; & millesima quingentesimo septuagesimo, quarto decimo Kal. Aprilis *ambas*: Pontificatus anno sexto: *quando solum poterat numerari* Pontificatus annus tertius & quartus, *vel, si ad* XXV. *Martii extendat annum*, quartus, & quintus. *Gravis profecto ea hallucinatio est nec Ministris Cancellariæ Pontificiæ imputabilis. Rursus autem errore plane simili ibidem Constitutio* 234. *data* anno I. D. millesimo quingentesimo octuagesimo nono, decimo Kal. Martii, *adscribitur* Pontificatus anno quinto Sixti V. *qui ut summum potuit numerari* quartus.

D

4 *Meretur hic Sanctus Pontifex, ut, cum jam cepermus occurrentium in Majo Sanctorum genuinas effigies exhibere, ejus imaginem inferamus operi nostro, accuratiorem quam rudibus prorsus lineamentis Cavallerius repræsentandam curavit. Igitur ipsam hic accipe, toto vultu reformatam, secundum ideam, quam in ipsius Beatificatione Romæ sculptam accepimus, invenimusque positam ante Annalium Ecclesiasticarum, ad Abrahamo Bzovio continuatorum, Tomum postumum*, Rerum in orbe Christiano ab anno Domini MDLXVI. usque ad LXXII. (*hoc est sub* Pii V. *Pontificatu*) gestarum, narrationem complexum.

Ejus effigies.



CCXXIX. S. PIUS. V.

C

CCXXX. GREGORIUS XIII.

F

GREGORIUS, natione Italus, ex civitate Bononiæ, ante Hugo Christophori de Boncompagnis, Presbyter Cardinalis tit. S. Sixti, electus anno MDLXXII. XIII. * Maji, coronatus in festo Pentecostes XXV. Maji; sedit annos XIII. menses X. dies XXIX. defunctus MDLXXXV. X. Aprilis; sepultus in Vaticani sacello Gregoriana: & vacavit Sedes dies XIII.

A anno 1572. ad 85. an. 13. m. 10. d. 29.

Epocha Bullarum.

B*Ulla* 50. *apud Cherubinum latior extensa, facta* die prima Maji millesimo quingentesimo septuagesimo octavo Pontificatus anno sexto, *in Camera Apostolica exhibita & præsentata dicitur* die 12. Maji 1578. *affixa vero & publicata*, anno a Nativitate Domini 1578. Indict. 6. die vero (decima) septima mensis Maji Pontif..... anno ejus sexto; *unde consequens foret annum illum sextum ultra diem Electionis procurrere; sed hac incuria scribentis fuerit, qui sicut* septimam *diem scripsit pro* decima septima, *ita nec cogitavit de anno* Pontificatus, *intra diem datæ Bullæ & publicationis factæ mutato: & talis incuriæ simili casu exempla etiam alia observare licebit in Bullario, ac nominatim in publicatione Bullæ* 55. Sixti V. *signata* anno MDLXXXVII. Idibus Aprilis, Pontificatus anno secundo; *qua* 13. Maji, *mutato jam anno ante dies novemdecim, nihilominus affixa & publicata scribitur* Anno ejus 2. *Revera enim annos suos innovasse hunc Gregorium in die sua Electionis, suadet quæ sola in hanc remoccurrit Bulla* 54. *signata* anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo octavo, decimo Kal. Junii, Pont. anno 7. *utique duobus diebus ante anniversarium Coronationis incoato.*

2 *Mirum est autem quomodo in prædicto Bullario non contineatur Bulla allegata a Cicarella, cujus initium*, Inter gravissimas Pastoralis nostri officii curas ea postrema non est, *edita anno* MDLXXXII. *per omnia secula memorabilis, propter reformationem Kalendarii, eo fine institutum*, ut æquinoctium vernale ad vigesimum primum diem Martii, ubi antiquitus a Pa-

Reformatio Kalendarii.

A tribus Concilii Niceni statutum erat, reduceretur, ablatis semel tantum a mense Octobri illius anni decem diebus. *Quo factum statim est, ut sancta Mater Teresia, quæ isto anno obiit* Idibus Octobris, juxta Kalendarii Romani emendationem, *nunc colatur* xv. Octobris; *quæ si die uno citius abiisset, quando ante correctionem currebat die* iv. *mensis, dicta fuisset obiisse & coleretur* iv. Nonat Octobris. *Hic vero eluceet hæreticorum quorumdam Statuum ac Regnorum hoc seculo pervicacia: qui necessitatem correctionis istius notam habentes, scientesque nihil hic egisse* Gregorium *nisi de consensu Imperatoris ac plerorumq; Principum Christianorum, hactenus tamen renuant ipsam admittere, cum proprio suo incommodo non levi & peritorum risu; dum scilicet novilunia censet, quando conspicua jam in cœlo Luna, ipsa se ostendit ad dies aliquot a sua innovatione progressam; idque ideo tantum, ne a Romano Pontifice didicisse, videantur.*

Vita a M. Antonio Ciappio scripta,

3 *Vitam Italice scripsit, & sexto post mortem* Gregorii *anno evoluto*, Gregorio XIV. *dedicavit Marcus Antonius Ciappius Senensis. Ea Capitibus paucis distinguitur, sub hoc Elencho,* I. De origine & patria Gregorii XIII. & dignitatibus ante Pontificum obtentis. II. De multis ad publicam utilitatem fabricis ædificiisq;
B III. De inventione ac translatione Sanctorum Corporum; institutione novorum Ordinum Religiosorum; fundatione monasteriorum, locorum piorum in Urbe, Collegiorum ac Seminariorum per orbem universum, IV. De actionibus heroicis atque per omnia secula memorandis, in commodum Apostolicæ Sedis & Reipublicæ Christianæ. V. De studio ad pacem atq; unionem inter Principes populosq; Christianos, sublatis discordiis, sarciendam conservandamque. VI. De eleemosynia in pauperes, & singulari erga vivos ac mortuos caritate. VII. De mirabili zelo in conservandis augendisq; rebus, ad fidem Catholicam & cultum divinum spectantibus. VIII. De viris principibus eximiisq; sub ejus Pontificatu Romam appulsis, legationibus atque obedientia, ex partibus etiam remotissimis, delata; & honoribus officiisq, a sua Sanctitate vicissim redditis. IX. De conservatione, moribus, statura ac rarioribus dotibus Gregorii XIII. X. De felici ejusdem transitu. XI. De Titulis sive Inscriptionibus eidem per varia loca positis. *Penultimum Caput ordiunr Auctor a comparatione instituenda inter ipsum &* S. Gregorium Magnum *sive* Primum: *quæ comparatio, cum fere complectatur summam præstitulatorum Capitum, nostraque Societas Pontifici isti tantum quantum vix ulli alteri debeat, visa*
C *mihi est hic Latine reddenda.*

ejus cum S. Gregorio Magno comparatio,

4 Sategit Gregorius, Sanctus & Primus hujus nominis, ut doctrina, verbo ac scripto tradita, solidaret Ecclesiæ Catholicæ fundamenta, undique ab hæreticis sectariisq; concussa. Hic autem illius successor dignissimus eodem intendit, tum observationibus ac lucubrationibus suis in sacros libros, tum maxime opera ad Jus Canonicum emendandum collata, repurgando ipsum ab erroribus & corruptelis propemodum infinitis, partim per librariorum inscitiam, partim per nequitiam inimicorum fidei subinductis; illud insuper locupletando utilissimis ac saluberrimis Constitutionibus ac Legibus multis; idq; celeritate admirabili & promptitudine tanta, ut satis appareret, eas jam pridem omnes in ejus Catholico pectore conceptas digestasq; fuisse. Taceo reformationē Kalendarii, per anni reductionem, opus vere Gregorianum, nolo enim Cæsareum dicere. Quod si Gregorius Sanctus, Ecclesiæ Doctor, gavisus est videre sub regimine ac solicitudine sua, ad Romanæ Ecclesiæ obedientiam adduci penitus toto divisos (ut Poeta loquitur) orbe Britannos; ecce ex insula, non una, sed pluribus, iisque amplissimis ac remotissimis, allatos de Catholica fide sub Gregorii XIII. auspiciis promulgata nuntios, atq. imprimis ex vastimo Japoniæ imperio advectos, Regum Arimæ, Bungi atq; Omuræ Legatos, ad quorum conspectum potuit cum Davide dicere, Populus quem non cognovi servivit mihi. D
Fuit Gregorius Magnus ipsissima caritatis erga pauperes Christi idea: Decimus tertius autem eamdem in se expressit, thesauros suos in viduas, orphanos, egentesque tam larga distribuens manu, quam forsan præteritis seculis nemo. Primus, justam Dei iram placavit, quando supra molem Adrianam vidit Angelum, reducto in vaginam gladio compescere pestilentiam, Urbe tota grassantem: hic autem ejus Synonymus, quo tempore Venetias, Mediolanum, Genuam, Siciliam insulam, totque alias Italiæ partes similis desolabat calamitas, meruit ut, non solum Urbs Roma, sed totum etiam Ecclesiasticum Dominium a flagello isto immune servaretur. Primus, erga fidelium defunctorum animas misericordissimum sese exhibuit, applicando iis sacrificia quibus a purgantibus flammis absolverentur; hic vero Decimus-tertius, quam fuerit iisdem juvandis intentus, testantur tot Altaria privilegiata; non solum Romæ, sed per totam Italiam omnemque orbem Christianum eo fine erecta. Denique, Primus annis tredecim Ecclesiam rexit, maximo cum profectu; & iste ejus imitator, totidem annis navim Petri gubernans, portum denique cœlestis beatitudinis attigit, Feria IV. ante E
Dominicam Palmarum, anno MDLXXXV. die X. Aprilis, sub horam XVIII. ætatis suæ anno LXXXIII. Mors autem ea hoc modo contigit.

Beatoque mors.

5 Die VII. mensis eademque Dominica Missam in secreta sua Capella Pontifex celebravit, deinde in Capella Sixti IV. una cum Collegio Cardinalium, Sacrificio solenni interfuit. Sequenti die Consistorium habuit, atque in diem IX. indixerat Signaturam. Sed hanc indictionem revocari fecit D. Ludovicus Blanchettus, Magister Cubiculi, animadverso malo minime levi extremaque sanctissimi Patris debilitate: jussit autem advocari medicos. Hi cum advenissent arteriamque explorassent, habito inter se consilio responderunt (ut solent) morbum levem videri, nec sine spe magna convalescentiæ: lentam enim febriculam esse cum modico catarrho, præsentem vero debilitatem natam ex Quadragesimalis jejunii observantia: tum præscriptis nonnullis quæ opportuna videbantur, in horam decimam octavam redituros se condixerunt, relicto apud suam Beatitudinem primario ejus Medico ac F
Simplicista Papali, Michaele Mercati. Is vero mox ad S. Sixti Cardinalem, Papæ Nepotem accedens, dixit; utcumque alii periculum nullum præsens agnoscerent, se tamen, attenta languentis ætate, existimare in horas singulas expectandam mortem. Igitur in omnem mutationem intentus, pulsumque explorans, pene totum defecisse animadvertit: ac sevocato tantisper Cubiculi Magistro indicavit, parum admodum vitæ restare, exhaustis enim spiritibus mox migraturum Pontificem. Ad hanc denuntiationem mœstus ille, subito accersivit D. Sacristam, cum eoque ad lectum decumbentis accedens; Beatissime Pater, inquit, ne consterneris, quod hic adsimus cum Oleo sancto, extremam animæ corporique medicinam facturi. Ad quos vultu hilari conversus Papa; Ut quid, inquit, filii vicina morte consternemur, scientes eo natos nos esse? Cum igitur usque eo processerimus, facite quidquid convenit. Inter ungendum ergo recitans Credo aliasque Orationes, animam suam gregemque commissum commendabat Deo, verbis ac gestibus devotissimis. Denique signo sese Crucis obarmans, dum illud tertium iteraret, cum multa circumstantium ædificatione Jesu nomen pronuntiavit, & exspiravit.

CCXXXI.

CCXXXI. SIXTUS V.

Ab an. 1585 ad 90. An. 5. m. 4. d. 4.

SIXTUS, natione Picenas, ex oppido tunc, mox civitate, Montis-alti, antea Felix Peretti de Perettis, Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci, Presbyter Cardinalis tit. S. Hieronymi Illyricorum, electus anno MDLXXXV. XXIV. * Aprilis, coronatus I. Maii feria IV. sibi semper felicissima, utpote qua & natus fuerat, & factus Frater, Generalis, Cardinalis, ac Papa. Sedit annos V. menses IV. dies IV. defunctus anno MDXC. XXVII. Augusti, sepultus in Vaticano, postea translatus ad proprium suum sacellum in Basilica S. Mariæ Majoris; & vacavit Sedes dies XVIII.

Epocha Bullarum.

ETiam hic cum anniversario suæ Electionis mutavit annos Pontificatus: itaque Bullæ ejus 80. apud Cherubinum, signata anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo octuagesimo quarto, *adscribitur* Pontificatus anno quarto, *scilicet ante triduum inchoato, similiter Constitutio* 128. *Bullarii Casinensis,* motu proprio *facta*, tertio Kal. Maii anno secundo, *dicitur Registrata* die octava Junii 1587.

Vita auct. Greg. Leti

2 *Bibliotheca Pontificia Ludovici Jacob ad triginta sex scriptores enumerat, qui Sixti gesta litteris consignarint: sed compendio plerique. Cunctos antegressos prolixitate superasse videtur Gregorius Leti, tanti Pontificis vitam actionesque decem libris Italice complexus, quos nuper etiam Francice loquentes accepimus e Gallia. Ejus versionis editioni secunda præmittitur succincta totius Vitæ Synopsis, digna quæ hic Latina legatur.*

explicat humillimos Sixti natales,

3 Sixtus V. primam lucem vidit XXX. Decembris, anno MDXXI. natus in quodam Marchiæ Anconitanæ vico, cui a Cryptis, vulgo Grottis, nomen est; ex parentibus summa inopia pressis, Felix tamen in Baptismo nuncupatus. Vix nonum ætatis annum ingressus erat; cum puerum pater suus (Franciscus Peretti nomen erat) opulento cuidam ejusdem vici inquilino tradidit, oves ejus in pascuis custoditurum: verum quia Domino suo minus ea in re fecerat satis, transire ab ovibus ad porcos agendos jussus est. In hoc tam vili ministerio versabatur, cum Deus, qui, cum sibi visum fuerit, suscitat de terra inopem, & de stercore (sicut Psalmista loquitur) erigit pauperem, ut collocet eum cum Principibus, cum Principibus Populi sui, fecit ut illac transiens Religiosus quidam ex Ordine S. Francisci, Asculum missus ad habendas per Quadragesimam conciones, hæreret in quadrivio, anceps in quam potissimum partem dirigeret gressum. Vidit id eminus ex eo ubi porcos pascebat loco Felix, accurrensque obsequium suum obtulit; ac viam quæ Asculum duceret requirenti, mira cum alacritate præcurrere cœpit. Inter colloquendum indicavit, quanto amore teneretur liberaliorum artium discendarum: idque verbis, tanta energia ac spiritu plenis, ut Religiosus ille non dubitaverit ex eo quærere; num vellet habitum S. Francisci assumere. Respondit citra hæsitationem Felix: Felicissimum ea sorte futurum se. Duxit eum ergo Asculum Frater, & Guardiano Conventus commendavit; qui, sicuti & ceteri istic Religiosi, mox pluribus in eo, quam suus Concionator laudaverat, magnæ indolis deprehensis indiciis, contulerunt ipsi sui Ordinis habitum.

servuit ad ordinem S. Francisci vocationem

studia promotionum

4 Tum litteris discendis applicitus, intra sex hebdomades eas legere perdidicit; nec plus quam biennio opus ei fuit ad linguam Latinam. Ex hinc Philosophus subtilis, præstans Theologus, Concionator eximius factus, ad altiora emersit; nominatus Consultor sacri Officii Romæ, Inquisitor Venetiis, Generalis Ordinis, Episcopus, Cardinalis, ac denique Papa. Paucos invenias qui sanctam Sedem dignius impleverint, adeo a natura factus ad regimen apparebat. Summo apud Reges ac Principes in pretio fuit, universis certantibus eum sibi conciliare. Vigilantia ad jus dicendum, legumque tam civilium quam ecclesiasticarum observationem curandam infatigabili pollebat. Primo suo ad Pontificatum ingressu Ecclesiasticum statum repurgavit a publica peste Proscriptorum (Banditos appellant Itali) qui latrocinantes impune, in ipsas usque villas & oppida, freti numero, se inferebant; atque ita securitati communi consuluit. Urbem fontibus & edificiis pulcherrimis ornavit. Exercitum viginti duorum millium sic formavit distribuitque, ut quacumque superveniente necessitate posset intra mensem colligi totus. Quinquaginta milliones intulit in Ecclesiæ ærarium: pauperum nihilominus amator egregius, præsertim verecundorum, in quos magnas secretasque eleemosynas faciebat. Nosocomium erexit, cum dote quinquaginta millium librarum annue percipiendarum; tum Collegia plura; ac denique Bibliothecam Vaticanam, omnium quotquot toto sunt orbe instructissimam pulcherrimamque.

egregia ad Pontificatum talenta

& grandia in eo opera,

5 Consanguineos suos quamquam amaret tenerrime, nihil tamen largitus eis est ex thesauris Ecclesiæ satisque habuit in eorum subsidium conferre minutos quosdam proventus, quorum quomodolibet elargiendorum liberrima penes Pontificem potestas est. Sororem habebat, Dominam Camillam nomine, ex cujus præmortua filia quatuor proles supererant, masculi duo totidemque femellæ: audi vero quomodo universis prospexerit. Camillam in suo ad S. Mariam Majorem palatio habuit, cum honesto quoad viveret proventu. Duorum pronepotum alterum Cardinalem creavit, voluitque eodem, quo ipsemet antea, cognomine dici Cardinalem Montaltum: alteri amplos fundos multumque paratæ pecuniæ attribuit, ea conditione, ut uxore ducta assumeret cognomentum Peretti. Quod ad pronepotes spectat, earum unam Domino Virginio Ursino, secundam Comestabili Columnæ uxorem tradidit; familias duas tota, non solum Roma, sed etiam Italia nobilissimas, affinitate ea sibi obstringens.

cum vero erga consanguineos moderatione.

CCXXXII. URBANUS VII.

An. 1590. d. 13.

URBANUS, patria Romanus, antea Joannes Baptista Cosmi Castaneæ Genuensis, Presbyter Cardinalis tit. S. Marcelli, electus MDXC. XV. Septembris, sedit dies XIII. obiit, nec ordinatus nec coronatus, XXVII. Septembris, sepultus in ecclesia Vaticana: & vacavit Sedes menses II. dies VII.

A *Fuit verus Papa licet non ordinatus.*

QUin verus Pontifex hic quoque fuerit, dubitari non vult Cicoarella, cum Distinc. 23. cap. In nomine Domini, *decretum legatur*, ut is qui electus est in Apostolatum, si juxta consuetudinem inthronizari non valet; Electus tamen, sicut verus Papa, obtineat auctoritatem regendi Romanam Ecclesiam & disponendi omnes facultates illius: quod B. Gregorium ante suam Coronationem fecisse legimus. *Ita* Nicolaus II. anno ab Incarnatione D.N.J.C. MLIA mense Aprili Indict. XII. auctoritate Apostolica decernens.... *& volens* futuris casibus prudenter occurrere: *suo tamen Decreto, non tam quid veteris esset juris definiens, quam quid juris deinceps futurum Electo esset* (*non quia id statuit Nicolaus n... quod non fuit;*) *primus constituens. Quod autem* S. Gregorium *attinet, singulare hoc ejus privilegium fuit (causa grassantis pestilentiæ, & eos, quibus regenda Sede vacante Ecclesiæ jus erat, convenire prohibentis) extra ordinem ei concessum; cum alioqui ea ætate, sicut vidimus, Electus, si Diaconus solum erat, nequidem primum locum teneret. Non definit autem* Nicolaus, *quod* Electus ante coronationem *sit* verus Papa, *sed* sicut verus Papa obtineat auctoritatem regendi & disponendi *Nempe, non erat tempore* Nicolai *tam absoluta, et a Principis cujuscumq; nutu independens, nec ulla ratione irritabilis electio Pontificis, uti nunc est, quando solus Electi assensus eam complet;* (*sed quia ei electio solus sufficiebat assensus.*) B *adeoque* verum Papam *non faciebat, ut facit modo. Facit autem, dum ei confert jurisdictionem absolutam in omnes subditos & facultates Ecclesiæ, quatenus ejusmodi jurisdictio potest absque ordinatione Episcopali exerceri. Ex hoc exemplo nunc etiam Episcopi, postquam suam Confirmationem Roma acceperint, scribunt se absolute* Episcopos (*etiam qui sacrorum Ordinum, saltem majorum, expertes manent*) *& tales a Romanis Pontificibus appellantur.* D

2 *Hoc vero ut summum, nec amplius, voluit* Clemens V. *quando, ut est in ultima Extravagantium ejus cap. 4. anno suo II. Christi* MCCCXLIII. *sic scribit:* Quia nonnulli . . . asserere non verentur, quod summus Pontifex ante suæ Coronationis insignia se non debet intromittere de provisionibus, reservationibus, dispensationibus & aliis gratiis faciendis; nec se in litteris Episcopum simpliciter, sed Electum Episcopum scribere; nec etiam uti Bulla, in qua nomen exprimatur ipsius; Nos talium temeritates compescere cupientes, singulos, qui occasione hujusmodi aliquas litteras nostras, super negotiis quibuscumque confectas, quæ a nobis ante Coronationis nostræ insignia emanarunt, ausi fuerint impugnare, excommunicationis sententia innodamus. (*ad obtinendam plenam jurisdictionem.*)

3 *Ad* Urbanum *quod attinet, ei etiam mortuo Pontificia omnia insignia detulit in statua sua, erectoque in ecclesia super Minervam tumulo, Confraternitas sanctissimæ Annuntiatæ, ejus ex asse hæres; ut videre est in novo Oldoini Ciacconio, ubi qua adduntur similis formæ, ut Pontificis jam coronati, numismata, videntur in diem Coronationis fuisse confecta, diligentia præmatura.* E (*Ejusdem mos ius.*)

CCXXXIII. GREGORIUS XIV.

Ab an. 1590 ad 91. m. 10. d. 11.

GREGORIUS, natione Lombardus, ex civitate Mediolani, antea Nicolaus Francisci de Sfondratis, Presbyter Cardinalis tit. S. Cæciliæ, electus anno MDXC. V. Decembris; coronatus VIII. festo Conceptionis Immaculatæ in sabbato; sedit menses X. dies XI. defunctus MDXCI. XV. Octobris; sepultus ad S. Petrum in sacello Gregoriano: & vacavit Sedes dies X.V.

CCXXXIV. INNOCENTIUS IX.

An. 1591. a 30. Octobris ad 30. Dec.

INNOCENTIUS, natione Italus, ex civitate Bononia, antea Antonius Antonii de Fachinetti, Presbyter Cardinalis tit. SS. Quatuor-coronatorum, electus XXX. Octobris, MDXCI. coronatus III. Novembris, in Dominica, sedit menses duos; defunctus XXX. Decembris anno eodem, & sepultus est in Vaticano. Vacavit Sedes mensem unum.

CCXXXV. CLEMENS VIII. F

C *Ab an. 1592 ad 1605. an. 13. m. 1. d. 5.*

CLEMENS, natione Hetruscus, de civitate Florentia, antea Hippolytus Silvestri de Aldobrandinis, Presbyter Cardinalis tit. S Pancratii, electus anno MDLXXXXII. * XXX. Januarii; ordinatus II. Februarii, in Dominica festo Purificationis, & coronatus IX. ejusdem similiter in Dominica; sedit annos XIII. mensem I. dies III. defunctus anno MDCV. III. Martii; sepultus in Vaticano: & vacavit Sedes dies XXIX.

Epocha Bullarum.

QUod hic Pontifex ante Coronationis suæ anniversarium, atque adeo a die suæ Electionis vel ordinationis annos Pontificatus numeraverit, conficitur ex ejus Bulla 97. apud Cherubinum, signata die tertia Februarii, millesimo sexcentesimo tertio, Pontificatus anno duodecimo. *Si tamen numeri, sic ad longum extensi, recte se habent, nec alteruter fallit; sicut certo fallit in subscriptione Bulla 40. data (ut legitur)* anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, pridie Kalendas Martii, Pontificatus anno quinto: *nam si dixerit annum forte produci usque ad XXV. Martii, reponetur tibi Bulla immediate præcedens, data* septimo Kalendas Martii, Pontificatus anno quinto; Incarnationis *nihilominus* millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, *uti & alia præcedens pluresque sequentes. Istarum tamen pleræque, ac nominatim Bulla 39. expeditæ fuerunt* sub Annulo Piscatoris, *ut possint a Signatura Brevium profectæ æstimari.*

LEO

Tab. X L.


CCXXXIII GREGORIVS XIV.


CCXXXIV INNOCENTIVS IX.


CCXXXV CLEMENS VIII.


CCXXXVI LEO XI.


CCXXXVII PAVLVS V.


CCXXXVIII GREGORIVS XV.



CCXXXVI. LEO XI.

An. 1605. a 1. Aprilis ad 26.

LEO, patria Florentinus, antea Alexander Octaviani de Medices, Cardinalis Episcopus Prænestinus, electus MDCV. II. Aprilis; coronatus x. ejusdem, Dominica Paschæ; sedit dies XXVI. defunctus XXVII. Aprilis; sepultus in Vaticano: & vacavit Sedes dies XVIII.

CCXXXVII. PAULUS V.

Ab an. 1605 ad 21. an. 15 m. 8. d. 13.

PAULUS, patria Romanus, antea Camillus Marci-Antonii de Burghesiis, Presbyter Cardinalis tit. S. Chrysogoni, electus anno MDCV. XVI. Maii; coronatus in festo Pentecostes XXIX. ejusdem mensis; sedit annos XV. menses VIII. dies XIII. obiit XXVIII. Januarii, MDCXXI. sepultus in Vaticano, ac deinde translatus in Basilicam S. Mariæ Majoris ad exstructum hujus imagini ab eo sacellum. Vacavit porro Sedes dies XI.

Epocha Bullarum.

IPse electionis anniversario, id est, die decima sexta Maii, millesimo sexcentesimo sexto anno secundo, *signata Bulla* 20. *apud Cherubinum, certos nos redderet de Epocha annorum huic Pontifici usitata, ut opus non esset plura exempla conquirere aliunde; nisi ibidem inveniretur Bulla* 80. *sub* die 16. Maii, 1614. Pontificatus anno nono, *quando conformiter ad priorem debuisset inchoari* annus decimus; *iterumque in Appendice Bulla* 1. *alias* 89. *futura, sed* die 19. Maii, 1611. Pontificatus anno 6. *quando similiter debuisset inchoatus dici* septimus. *Sunt quidem suspecta nobis semper zyfra, quarum usus an umquam fuerit in Romana Cancellaria receptus discam libenter ab iis quibus patent illius arcana, cum hactenus nihil inde vel ex Dataria aut Congregatione Indulgentiis præposita viderim nisi Latinis signatum numeralibus. Si tamen talium duorum consensus, componi potest cum unico hactenus, in quo numeri ad longum expressi reperiuntur, tutum non erit aliquid definire, donec tertia auctoritas, eaque certior, in alterutram partem judicium flectat.*

DISSERTATIO XLVIII.

Quibus causis motus Paulus indulserit, lingua Sinensibus eruditis communi per indigenas Sacerdotes celebrari Sacra.

Ex nuper allata Relatione de statu Missionis Sinicæ,

1 A*Cturus Dissertatione* XVIII. *nunc* XXX. *de lingua Slavonica usu in sacris, seculo Christi nono ab Apostolica Sede, per* Nicolaum *Papam* I. *ac Successores ejus plures approbato, præfatus eram, occasionem illius argumenti tali loco tractandi oblatam fuisse mihi, ex adventu* R. P. Philippi Couplet, *pro novella Christianitate Sinensi missi in Urbem Procuratoris, ad pedes* S. D. N. Innocentii Papæ XI. *una potissimum de causa, scilicet impetrandi executionem Decreti, a* Paulo Papa V. *anno Christi* MDCV. *impetrati, in favorem Sinensis linguæ (ejus nempe qua Eruditi utuntur) ad Christiana mysteria recipienda, secundum Romanum Missale, vigore decreti illius impressum more ac typis Sinensibus. Hoc ille dum agit lentius quam optabat, quamque populorum exigere videbatur necessitas, nec tamen peragit; Pontificia aula curis fere totis in Turcicum aversis bellum; otium habuit plus quam sufficiens scribendæ brevis Relationis*, de statu & qualitate Missionis Sinicæ, post reditum Patrum e Cantonensi exilio, *sub annum* MDCLXXI.

habemus, tota China libere prædicari & exerceri fidem Christi,

2 *Relationem autem concludit ille, asserendo, quod* libertas propagandæ hoc tempore apud Sinas Religionis tanta fere est, sub Tartaro dominante & dissimulante, quanta in iis Europæ partibus, ubi variarum Religionum libertas permittitur, sperari potest; longe autem major, quam fuerit tribus primis seculis in tota Europa. Nam ubi tandem in Europa, primo prædicati Evangelii seculo, erectæ sunt publice ecclesiæ, uti in Sina? ubi imagines & altaria publice exposita, quæ, etiam tempore persecutionis, cum tamquam rei rebellionis ac capitis in aulam citabantur fidei Christianæ ministri, prohibita sunt tamen decreto Regio profanari ac destrui? Quis non miretur, & Regulos, & omnibus præcipui Præfectos, cum ad ædes Patrum gratia visendi veniunt, in templo prius coram sacra imagine, & capite in terram prono, adorare Salvatorem; quando post trecentos & amplius annos, in ecclesia Romæ per S. Silvestrum publice consecrata, primum apparere visa est imago illa, depicta in pariete? Cui non miraculi instar videri possit, singulis Dominicis atque festis, ad templa, ad conciones, ad Missas quibusdam in urbibus convenire Christianos, intuentibus atque dissimulantibus Ethnicis, Sinis pariter & Tartaris? Denique quid ad Religionis commendationem illustrius; quam non solum in Provinciis procul ab aula positis, sed in ipsa orbis Sinici Regia, coram immensa populi gentilis applaudentisque multitudine, celebrari funebres pompas Catholico ritu, in quibus vexilla Regis Christi prodeunt, fulget Crucis mysterium, & imagines Deiparæ Virginis atque Archangeli Michaelis, præeuntibus tibicinibus, & incensis suffitibus, deferuntur in pegmatis serico vestitis, per latissima compita, spectantibus & frendentibus, ipso cum Erebo, Idololatrica impietate, perfidia Mahometana, & Politica arrogantia?

spectantibus Tartaris & Sinis Ethnicis;

3 *Sed hæc & alia, quæ Relator distinctius prosequitur, ostendit etiam evidenter*, unice post Deum deberi Astronomiæ Europæ, & *in ejus æstimatione cuparisque* fundato favori Regio. *Hunc vero quis perpetuum fore aut saltem diuturnum speret, in tanta Regiarum affectuum mutabilitate? maxime quando Sinenses ipsi Tartarive, ex nostris ipsorum libris adamatas sibi tantopere artes proprio assecuti studio, non amplius egebunt peregrinis Magistris? quos proinde, quod nuper pene factum erat, pronum sit minima aliqua occasione simul omnes exterminari. Hinc ergo progreditur Auctor ad demonstrandum*, nullum hactenus stabile fundamentum reperiri in Sina conservandæ propagandæque per exteros Sacerdotes Religionis Christianæ, adeoque per indigenas id fieri debere: *quod tali fere modo facit.*

sed omnia haberi debent beneficio Astronomiæ Europæ,

adeoque firmum non esse.

§. I.

§. I. *Rationes ab amplitudine, genio, & politia Gentis, non diu externos toleraturæ; cum adhortatione ad decretum tam salutare tandem executioni mandandum.*

Propagatio fid. Christi in China

4 NUmerus Christianorum, cum inde discessi, anno MDCLXXX. non videbatur excedere, forte nec accedere ad ducenta quadraginta millia; ea quo satis colligitur, quam parum per tot annos, in tam vasto Imperio, provecta sit Religio; quodque ea, licet jam centenaria sit, adolescens tantum censeri debeat. Accidit hoc, tum ob gentis politicæ ac superbissimæ aversionem ab omni extranea & natione & religione; tum ob ingenium hominum, qui pedetentim & multa cum patientia, rationibusque potius quam miraculis aut martyriis, flectendi sunt, ad eum fere modum quo in Germania Hollandiave inter heterodoxos agendum est; tum denique quod, etsi rationibus convincantur Sinenses, multis iisque gravissimis illigentur impedimentis; cujusmodi sunt, eorum quæ a majoribus acceperunt pertinax observantia, sui suarumque rerum æstimatio immodica, superstitionum alte radicatarum multitudo, auri & honorum per fas ac nefas acquirendorum cupiditas pene inexplicabilis, polygamiæ licentia, pusillanimitas, suspicacitasque &c. Mirum proinde non videbitur, consideranti quod libertas Christiana Romano in Imperio post tria primum secula efflorverit, si eadem in hoc amplissimo Regno, post unum dumtaxat seculum, nondum eo provecta sit, quo sibi in Europa imaginantur aliqui; licet per tredecim omnino Provincias (Regna potius dixerim) prædicata propagataque dicatur Religio Christiana. Nam quid sunt ducenta aut etiam trecenta Christianorum millia, ad ducentos & amplius animarum milliones, qui absque controversia in China censentur, nisi unus circiter ad mille? Quid septuaginta fere urbes aut oppida ubi ecclesiæ habentur, ad bismille & amplius civitates? ut nihil de locis militaribus muro cinctis dicam, quæ plura insuper numerantur; nihil de innumerabilibus vicis municipe frequenti habitatis; nihil de fluminibus lacubusque, navigiorum numerosas familias continentium non minori multitudine constratis, quam terra domibus; incolis autem utrobique tam multis, ut simul omnes suffecturi non sint quotquot in Italia sunt Sacerdotes, excolendæ colligendæque messi.

variat ob causas proprias genti;

& cui supra ducentos milliones animarum censent

5 Interim non potest sperari humanitus, ut in ea laboraturi Sacerdotes Europæi, ad magnum numerum sinantur excrescere. China enim, quæ per annos quater mille nullum cum externis habuit commercium, sed legibus severissimis omnes exclusit; paucos illos quos recepit hactenus, solius Astronomiæ titulo suscepit, cum diplomate Regio, in Aulam & Imperium; ceteri vero, tam Societatis quam aliorum Ordinum Religiosi, clam Rege & supremis Magistratibus irrepserunt in remotiores ab Aula Provincias; idque per solam portam Macaensem, quæ patet unica, reliquis omnibus maritimis locis portubusque clausis. Astronomia vero Europæa, cui hactenus innititur Religio Christiana, & quia eam consequuntur favores Regii, quam debile fulcrum sunt? quot casibus æmulationibusque obnoxium? maxime quando obierit P. Ferdinandus Verbiest, nunc quidem summam Mathematicæ rei Præfecturam gerens, sed incertus de successore, Europæumne an Chinensem sit habiturus. Imperator sane, qui anno MDCLXXV. per quinque menses, docente P. Ferdinando, Mathesi atque Astronomiæ Europææ constanter applicuit animum, jussit perpetuas Ephemerides ad bis mille annos expansas confici, servatque in archivio Regio; & aliquando Ferdinandum interrogavit, cur non edoceret discipulos suos theoriam motus Planetarum, rationemque Eclipsium Europæo more accurate calculandarum, cum ingenio non minus acuto ac perspicaci Sinæ quam Europæi pollere videantur. Hæc sane omnia videntur eo tendere, ut ab extraneis paulatim se liberet; cum tamen ipse Tartarus, extraneus quoque censendus sit. Quid ergo, si pulso Tartaro Imperium aliquando recuperet Sina quomodo is erga externos afficietur, Tartarorum indulgentia ad istum auctoritatis gradum tantisper evectos?

solum pauci Sacerdotes externi permittuntur,

non solum non diu dudum quam necessarii sunt ad Astronomiam;

6 Ad hæc, novit quadamtenus suspicacissima hæc natio potentiam Principum Europæorum; ipsorum ad se legationibus edocta; unde fit ut Batavos, quantumvis de Tartarico imperio meritos optime, quia eorum potentissimas classes ad Fokien vidit, non audeat recipere ad commercium. Novit & Americæ provincias, & vicinas sibi Philippinas, armis Hispanorum subactas; stragesque ibidem non semel editas, occisis multis millibus indigenarum. Novit viciniores etiam Japoniæ decreta contra Christianos, & atrocissima supplicia de iisdem sumpta, quæ in publicis comitiis Imperii totius objecta fuerunt nobis ab adversario nostro & verbis & scriptis. Ex istis autem omnibus apparet majoris multo moliminis esse, stabilem in China pedem figere, quam in regnis Siami, Camboyæ &c. ubi liberrima est facultas nationum omnium, tam vicinarum quam Europæarum, more suo & habitu conversandi. Apparet etiam Religionem Christianam nullum stabile fundamentum habere ibi hactenus. Nam si corruat Astronomia Europæa, aut ad eam procurandam soli Sinenses recipiantur; cessabunt favores Imperatoris, & (quod consequens est) Præfectorum omnium; adeoque vel minima persecutio sufficiet, ut omnes ad unum Europæi, etiam prætextu pietatis debitæ parentibus, in patriam remittantur; occludaturque janua urbis Macaensis, adeoque & Religionis Christianæ; licet hæc ipsa, in publicis Imperii comitiis, declarata sit rectæ rationi & gubernationi pacificæ nullatenus contraire.

suspectos omnes habentibus Sinis, nec absque causa,

7 His aliisque gravissimis causis motus S. D. N. Paulus Papa V. felicis memoriæ, tamquam præsagus futurarum in gente tam politica persecutionum, & humanarum bello ac pace vicissitudinum; pro sua erga Sinensium salutem paterna solicitudine, post habitas identidem cum Purpuratis Patribus deliberationes, anno tandem MDCXV. Apostolica auctoritate concessit & indulsit Clericis Regularibus Societatis Jesu, in florentissimo & amplissimo regno Sinarum pro tempore commorantibus, ac inibi conversioni illarum gentium operam dantibus .... ut sacra Biblia in linguam Sinarum, non tamen vulgarem, sed eruditam & litteratorum propriam, transferre, illisque sic translatis uti (ita tamen ut in ejusmodi translatione summam & exquisitam adhibeant diligentiam, ut translatio fidelissima sit) insuper personis nationis Sinarum quæ ad fidem Catholicam venerint; ut, postquam Canonice fuerint ad sacros Ordines promotæ, sacrosanctum Missæ sacrificium præfatum ac divina Officia Horarum Canonicarum, nec non (postquam ab habente auctoritatem idoneæ repertæ & admissæ fuerint) Sacramenta ecclesiastica ministrare, & alias qualcumque ecclesiasticas functiones, lingua similiter Sinarum & litteratorum propria, juxta Ritum tamen Ecclesiæ Romanæ, celebrare, recitare, ac ministrare & peragere respective possint & valeant.

Id intelligens Paulus V.

libros sacros Sinice reddi,

& indigenas promoveri ad Ordines concessit:

8 Non audeo, ut candide fatear veritatem, omnino hic excusare quorumdam olim operariorum Societatis nostræ in Sina languorem, & nimiam per tot annos cunctationem, in suscipiendo & executioni mandando Pauli V. indulto; multo minus probare possum aliquorum Macai degentium exiguam de gente Sinica opinionem, quasi ad munus Sacerdotale non satis idoneos homines gignat; quod tamen nemo pos-

quod tamen hactenus factum non est,

let

A set absque injuria Ecclesiæ existimare de Maronitis, Coptis, Slavonibus, Armenis, Syris, tanto quam Sinæ sint minus cultis, quando iis omnibus proprios Sacerdotes numquam cunctata est illa concedere: quin & Apostolus gentium, cui *Cretenses* sunt, *ventres pigri, semper mendaces*, etiam inter ipsos reperit quos Episcopos & Presbyteros consecrarat. Aliter profecto de Sinis judicant, qui cum gente cultissima usum aliquem habuerunt, linguæ morumque notitiam vel modicam adepti. Hos autem posteriores, ut nec responsa quidem dignos arbitror; ita priores multimodis video excusabiles esse, quibus, ut maxime voluissent, temporis opportunitas defuit, ut perlatum ad se decretum executioni mandarent.

& diu non potuit satis commode fieri.

9 Etenim in nascente & pene adhuc balbutiente Sinarum Ecclesia, pauci admodum reperiebantur adultiores ac vidui, ad munus Sacerdotale idonei. Necdum etiam facta erat versio Missalis aliarumque rerum, ad peragenda rite Sinico sermone Sacra requisi-B tarum; qui labor uni alterive exercitatiori, sed alias occupatissimo demandandus, non erat brevi tempore circumscribendus. Deinde vixdum perlato in Sinas indulto, quasi mox contra illud totus infernus armaretur, orta est gravissima Imperio toto persecutio contra præcones Evangelicos, qua omnes denique anno MDCXVIII. excedere China, Macaumque se cogebantur recipere. Dum autem hi a suis ecclesiis absunt; Tartari, semper Sinensibus formidati, cœperunt commoveri, prælioque non uno victores timeri magis; & tum quidem in bello, per occasionem petitorum præstitorumque a Lusitanis auxiliorum, revocati sunt, qui ante biennium exierant, auctiori etiam numero: & qui latuerant, prodierunt in publicum; sed barbarorum potentia quotidie magis magisque invalescente, ac tandem anno MDCXXXVI. intra viscera regni recepta, ad compescendam latronum exitialem tyrannidem; data occasio novis hospitibus est transferendi ad se ab indigenis Imperii. Has inter turbas, continuasque hinc aut inde formidines, dispersis hinc inde Sociis, & aliis captis, aliis fugientibus, quis locus erat vel cogitandi de indigenis ad Sacerdotium disponendis? Licet enim non parum creverit etiam tunc Religio Christiana, tam Sinis quam Tartaris favorem præstantibus; nihil tamen cuipiam certum ali-C cubi erat, pendente adhuc & variante fortuna, ac veluti ambigente, utris Imperium cederet. Prius autem quam hæc jactatio conquiesceret, extincta penitus Regum priorum familia, & Tartaris dominio absoluto potitis, defecit ab Hispano Rege anno MDCXL. Lusitania; nec potuit sibimet ultra Episcopos impetrare ab Apostolica Sede, nedum Indis aut Sinis; nolente scilicet Pontifice præjudicare Regi Catholico, vetus jus suum adhuc armis & legibus persequenti. Denique annis abhinc viginti, Christianæ æræ MDCLXV. gravissima denuo excitata fuit tempestas, hostibus fidei nihilominus quam universæ rei Catholicæ apud Sinas excidium machinatis; quando primum rei capitis omnes fuimus convocati in Regiam, deinde in Cantoniense exilium relegati, non tantum nos, sed etiam duorum sanctissimorum Ordinum Religiosi, Franciscani & Dominicani, quotquot aditum sibi in Imperium fecerant.

Interim Europæi Sacerdotes an. 1665. Cantonem relegantur;

10 Hic primum cœpimus aperire oculos, & damnare (si quis fuit) errorem nostrum, ac serio apprehendere necessitatem adhibendi ejus medii, quod a Paulo V. indultum fuerat; quandoquidem in procinctu esse videbatur, ut ad oram maris jam positi Missionarii, omnes omnino in Europam amanderemur: quod omnino factum esset, si amicus in aula Ferdinandus Verbiest feralem sententiam non avertisset. Mox igitur missus ab ipso exilii nostri loco, in Urbem Procurator est P. Prosper Intorcetta, ut hoc negotiorum negotium

qui agnito rei periculo Christianæ periculo,

Romanæ Curiæ exponeret. Eamdem in spem Socie- D tatis Generalis Joannes Paulus Oliva, anno MDCLXXII. jam dederat Vice-provinciali Sinensi cum suis ad pristinas Stationes reducto, facultatem amplissimam, admittendi in cœtum nostrum ex Litteratis Sinensibus viros ætate maturos & Sacerdotio idoneos futuros; statim atque ii, penes quos est auctoritas statuendi de mediis fidei propagandæ, annuissent eos consecrari, sub ea quam Paulus V. addiderat, Sinensis linguæ conditione. Quæ causa licet tunc fuerit a sacra Congregatione rejecta in tempus aliud, suspensis animis in successum, quem habituri essent Episcopi, cum Vicariorum Apostolicorum Titulo in Orientem destinati; nunc certa, cum illi penetrarunt in Sinas, quin tempus antea amissum redimitur, & præsenti occasione utitur Congregatio?

instant pro Pauli V. indulto,

11 Sane, si tantam commoditatem elabi nobis nunc sinamus e manibus, frustra (quod utinam non vere augurer!) redire eamdem votis omnibus cupiemus; quando, alienato levi aliqua ex suspicione Rege, nova (quæ timetur quotidie) procella involvet & exturbabit e Sina ipsos, cum Missionariis nostris omni- E bus, Apostolicos Vicarios, quos solos spectat judicare de aptitudine proponendorum ad Sacros Ordines & hos ipsis conferre. Ecquis tunc obsecro modus erit rem Christianam apud Sinas erigendi? Profecto, nisi quamprimum admoveatur manus negotio tam salutari, formidandum est valde, ne, uti de Japonia, sic & de florentissimi Imperii salute in multa secula, ac forsan in æternum, sit actum; deque irreparabili animarum innumerarum jactura triumphet infernus. Cur autem triumphet? Aspirante Deo, triumphet Ecclesia de ipso imperio Inferorum; opponat tartareis potestatibus tot millenas animarum Sinicarum ad Christum convertendarum myriadas, & erepta orco spolia cœlis inferat; dum potentissimo istoc medio divinæ gloriæ, per indigenas Sacerdotes procurandæ, longe lateque dilatabit sese, & ad usque terminos orbis terrarum palmites suos propagabit. Tunc enimvero impletum spectabit Europa istud Malachiæ Prophetæ, *Ab ortu solis usque ad Occasum, magnum est nomen meum in Gentibus; & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda*. Tunc etiam verificatum spectabit Isaiæ vaticinium, dicentis Cap. XLIX. *Ecce isti de longe venient, & illi ab Aquilone & mari, & isti de terra Australi*. Hebræa littera habet de terra *Sinim*; quapropter Osorius, Arias Montanus, Cornelius a Lapide aliique verterunt, *de terra Sinarum*. Horum certe Imperium, initium sumens a Gradu 52. altitudinis, sub quo etiam Palæstina est, per XXIII. Gradus versus Austrum porrigitur; nec potest pluralis *Sinim* commodius quam *Sinæ* reddi, sicut *Gelelim* Galilæi, *Gebudim* Judæi, *Assurim* Assyrii, *Casdim* Chaldæi. Ipsi sunt igitur populi de quibus dictum est, *Ecce isti de longe venient*: unde mox subdit sacer Vates, eorumdem conversionem, cum cœli terræque plausu cito secuturam; *Laudate cæli & exulta terra, jubilate montes laudem; quia consolatus est Dominus populum suum, & pauperum suorum miserebitur*.

ut committatur indigenis fides,

implent oracula Prophetarum de Sinis.

Istis porro ex parte potiore Sinensis deductis rationibus, liceat mihi, ipsas publicas facienti, unum de proprio addere, ex parte Europæorum ipsorum. Nempe quod, licet omnibus portis portubusque, terra ac mari, pateret China ad illos excipiendos; moraliter tamen sperari non possit futurum, ut Sacerdotes nostrates eo ingrediantur tanta copia ad rem idonei, quanta opus esset, ad tot vastissimas Provincias excolendas, sic ut quodammodo illi sustineant talis ministerii dignitatem. Non enim solum difficillima est eorum lingua; sed iis exprimitur characteribus, qui cum singuli singulis respondeant vocibus & nominibus, in tantum excreverunt numerum, ut (Athanasii Kircheri verbis utar) e summo-

A morum litteratorum numero non habentur, qui octuaginta characterum millium notitiam non possederit; e quibus saltem decem millia, ad idioma perdiscendum, ut tolerabiliter conversari quis possit, necessaria sint.

§. II. *Rationes ex morali impossibilitate docendi Sinas adultiores Latinam linguam, aut eum in finem erigendi puerorum Seminaria.*

A Latina lingua diversissima Sinensis,

12 PRæter rationes communes iis omnibus nationibus, quæ alio quam Latino sermone Sacra facere per Orientem sinuntur, una, Sinis particularia ac propria, movisse Paulum potuit debuitque, quod Latinam linguam intelligeret adeo Sinensibus peregrinam ac pronuntiatu difficilem esse, ut moraliter impossibile ipsis sit eam recte addiscere. Hoc ut nunc etiam intelligatur ab omnibus, placet diversissimas Sinensis linguæ a Latina conditiones paucis perstringere. Non ago autem de lingua Tartarica, quia hæc B ob rationem politici status est vetita Regio edicto doceri, non etiam de peculiari cujusque provinciæ apud plebem usurpato idiomate, quia characteres non habet quibus exprimi possit; non item de ipsa communi lingua, nonnullis in provinciis sic corrupta, ut non minus quam Italica a Latina, differat a Mandarinica Eruditorum lingua. Et hanc solam Pontifex adhiberi in Sacris probavit, velut toto Imperio universaliter laudatam, vicissitudini alterationique nulli sicut aliæ vulgares obnoxiam stabilemque: quam soli percalleant eruditi, ceteri vero plus minusve intelligant, prout plus minus culti sunt: omnes tamen catenus, quatenus ea opus habent ad quasdam in usu & convictu quotidiano formulas; quales pro Christianis sunt, Kyrie eleison, Gloria Patri, Oratio Dominica, Agnus Dei, Domine non sum dignus, aliaque similia.

scilicet Mandarinica seu Litteratorum,

paucis constat vocabulis,

13 In ista autem Mandarinica seu Litteratorum lingua, non numerantur universim plura vocabula seu dictiones, quam trecenta ac viginti circiter; quæ licet Europæis scripta litteris polysyllaba subinde videantur, revera tamen omnia monosyllaba sunt, & cuique vocabulo respondet propria littera seu character: sed eadem tam pauca vocabula, sub diverso tono sive accentu pronuntiata, diversam induunt formam. Tonis vero, cum aliis quatuor aut sex, nonnullis octo, vel etiam undecim aptari possint; fit, ut universus C Sinicarum dictionum sic diversificabilium numerus ad ducentas supra mille ascendat. Tum vero unum idemque vocabulum, sub uno eodemque pronuntiatum tono, plures habet significationes; decem aliud, aliud etiam viginti, & quadraginta; quas significationes tam multiplices cum discernere vix aliter Sinæ possint quam characterum diversitate, contingit sæpe, ut litteratus aliquis, audiens epistolam legi, non intelligat nisi characteres videat: ob eamdemque vocabulorum paucitatem, & accentuum unius vocis similitudinem, non semel vidi, ipsosmet Doctores, inter se colloquentes, de subjecta materia nihil intelligere, donec formato in aere vel palma manus charactere, declararet alteruter, qua de re sermonem instituerit. Quanto igitur minus timendum erit, ne Missam, tali stylo compositam, intelligere possit promiscuum vulgus; præter paucas ordinarias formulas, in manuali precum contentas, & ab omnibus sæpius pronuntiandas? Manebit proinde sua sacris mysteriis reverentia in vulgo, æque aut magis, quam per Latinam Græcamque, eruditis solis notas linguas in Europa.

sola varietate accentuum.

compositiones, & scripturis multiplicandis.

14 Sed ab his rursum sic differt illa, quoad formam modumque Grammatices, ut huic assueti adultiores, ad Latinam Grammaticam conformare phantasiam ordinarie nequeant. Siquidem verba omnia, tam activa quam passiva, cum sint Sinensibus inconjugabilia, D ad personarum distinctionem utuntur Prænominibus, *Ego*, *Tu*, *ille*, in vulgari quidem sermone, *Nho*, *Ni*, *Ta*, quidem in Plurali addunt particulam *Men*; in stylo vero litteratorum *Ngu*, *Ulh*, *Y* vel *Ki*, quibus in Plurali addunt *Chai*, vel *Poi*, vel *Tem*. Ad Præteritum tempus denotandum particulam *Leao* verbo postponunt. Futuro præponunt particulam *Ciam*. Modum Imperativum quomodo explicent, ex Oratione Dominica patebit: sic enim recitant, si verbum verbo Latine reddas: *Existens in cœlis noster Pater, nos desideramus tuum nomen fieri sanctum, tuum regnum advenire &c.* Sic in Missa, τὸ *Oremus*, dicitur, *Cim zum tum tao*, id est, *Invito omnes simul orare*. Modus Optativus exprimitur tribus vocabulis, *Pa*, *Pu*, *Te*, quæ singula respondent, Latino *Utinam*. Passivis formandis servit præposita particula *Pi*, quod est, *Recipere*. v. g. *Ngo pi ta ngai*, verbotenus, *Ego recipio ipsius amare*, id est, *Amor ab ipso*. Porro quemadmodum inconjugabilia sunt Verba, sic & indeclinabilia Nomina, quæ etiam neque per genera E neque per numeros variantur: sæpe autem Verba a Nominibus non differunt, eademque vox pro varia positione Nomen substantivum & adjectivum, Verbum & Adverbium esse potest; quo fit ut lingua Sinica, quamvis adeo paucis constet vocibus, copiosissima tamen videatur.

Sunt autem ea inconjugabilia, omnia.

Eadem sunt quæ carent litteris B. D. R.

15 Omnis tamen hæc difficultas capaci ac subtili Sinarum ingenio superabilis foret, nisi vocis organa sic haberent longo usu disposita, ut quantovis conatu adhibito nequeant efformare usitatissimas aliis linguis ac Latinæ imprimis consonantes B. D. R. quarum vice pronuntiant P. T. L. verbi gratia, Beatus, dicunt, *Pe ya tu su*; Deus *Te u su*; Crux, *Cu lu su*. Præterea in medio dictionis numquam consonantem unam immediate subjungunt alteri, sed opus habent interposita vocali, itaque pro, *Baptizo*, pronuntiabunt *Pa pe ti so*; pro Cardinalis, *Ka ul b i ua li su*; pro Spiritus, *Su pi li tu su*. Ad hæc vocales A & E nequeunt initio dictionis efferre, sed loco A pronuntiabunt *Ya*, Adam, *Ya tam*, vocali autem E præponent *Nge* itaque conjunctio *Et*, millies recurrens in sermone Latino, fiet *Ngeto*. Denique finales consonantes nullas norunt, præter M & N; alteri vero cuicumque necesse habent addere E. vel V. *Christus* ergo ipsis erit *Ki li su tu su*; Noster, *No su to lo*.

nequit consonantes copulare,

16 Universæ autem istæ difficultates fere concurrunt F in forma Consecrationis Latina, ubi enim dicimus, *Hoc est corpus meum*; dicent Sinæ, *Ho ke ngo su to ge nim co lu pu su me um*, quod nemo Europæorum superveniens intelliget: ipsi autem qui sic pronuntiabunt, animumque reflectent ad singula, pro diversis quibus eas voces exprimendas imaginabuntur characteribus, disparatissimos volvent in imaginatione conceptus; aut enim intelligent verba hoc sensu, *Fluvius*, *posse*, *occiput*, *assequi*, *labor*, *quies*, *quisque*, *tu*, *non*, *servus*, *pulsus*, *Dominus*: aut easdem voces aliis litteris expressas interpretari poterunt, *Ignis*, *hospes*, *labor*, *ista*, *victus*, *frons*, *præstat*, *frater*, *auris*, *reficere*, *mori*, *meditari*, *bene*; vel sub aliorum characterum conceptu sic, *Quomodo*, *vincere*, *fons*, *resurgere*, *ærumna*, *loquax*, *cacabus*, *duo*, *pannus*, *gratificari*, *tria*, *patruus*. Opus ergo erit, ut, cum verba istæc sensum nullum inter se faciant, singula tamen intelligens, credat se Latine dicere, *Hoc est corpus meum*; quod est ridiculum, & idem ac si Hebraica vel Teutonica vocabula, nullam inter se connexionem facientia pronuntians audiensve credatur, credatque se dicere, *Pater noster qui es in cœlis*; quo sane non mediocriter augetur Sinis difficultas in pronuntiandis quomodocumque Latinis vocabulis. Foret enim utcumque tolera-

disformque vix finita syllabas.

itaque Consecrationis Latinæ verbis formam prorsus insulsam dare cogitur,

lerabile, si eum in modum distractæ litteræ syllabæque, nec loquenti nec audienti aliud quidquam possent significare: sic enim facilius sibi viderentur Sinæ Latine loqui, loquentemque audire, licet vox revera nihil minus quam verba Latina sonaret; & enuntiationis defectum ut cumque posset supplere phantasia, hoc, quod docta est, dici & audire persuasa. Nunc vero (quod nescio an alia aliqua in lingua inveniendum sit) perpetua vis erit adhibenda intellectui, ut aliud dici credat quam dici audiet; audiet autem tam disparata, ut ad eorum inordinatam conglomerationem advertens animum vel ipse Heraclitus, converso in risum fletu, Democritus fieret.

17 Et cui tandem bono serviet, in tam sacrosancto Mysterio, per tantas difficultates & ambages, cum tanto invalidandæ formæ periculo, cumque onere intolerabili, & indecentia tam insulsa, obligare Sinenses ad ejusmodi Consecrationis pronuntiationem? Quod si hanc nolis tolerare (quia revera sic pronuntiantes neque Latina utentur lingua, sed nova & incognita hactenus, formata ex vocabulis Sinensibus, nativa sua significatione exutis, ut per imperium voluntatis Latinis vocibus æquivalere credantur) si, inquam, pronuntiationem, quæ per ignorantiam alterari tam facile & dubiam facere formam Sacramenti possit, tolerare nolis; cui bono eosdem Sinas æternum torquere, cum Magistrorum, alibi melius necupandorum, nihilo minori quam ipsorum molestia? eo tantum, ut ipsos assuefacias ad exprimendas combinandasque in unam syllabam consonantes, quas per quatuor annorum millia nec potuerunt nec possunt tolerabiliter pronuntiare aut copulare; cum interim ipsi in sua lingua habeant Latinis verbis æquivalentia verba, quibus Laconice & eleganter explicent necessarium sensum. Sunt enim Missalis Sinensis verba sequentia, *Cui cu cie ngu kiu ti ye*, sic verbotenus reddenda, *Nam hoc est meum corpus*, seu, *mea corporea substantia*. Istis sic positis, liceat mihi quærere, an si Apostolorum Principes Petrus & Paulus in Sinam prædicaturi advenissent, non id facturi fuissent quod Romæ & Athenis fecerunt; & relicta lingua Hebræo-Syriaca, ut ibi usi sunt Græca & Latina, ita apud Sinas Sinica lingua in Sacris non fuerint usuri, haud quidem vulgari illa, sed Mandarinica & Provinciarum omnium eruditis viris communi?

modo in tam Sacris plane ridiculo.

18 Haud equidem diffiteor, prædictas pronuntiandæ linguæ Latinæ difficultates magna ex parte posse superari a pueris, aliquo in Seminario erudiendis. Verum annorum septuaginta experientia nos docuit, ejusmodi in conatu alumnos simul & operam perdi. Nã & Macai & in Nam-cheaoo Provinciæ Chekiam Collegio institutis ejusmodi Seminariis, aliud profectũ est nihil, improbo tanti temporis labore maximisq; impensis, quam quod inde sex septemve melioris indolis adolescentes fuerint ad gradum temporalis Adjutoris in Societatem admissi, præstituri domesticis servitiis operam, quam exiguo stipendio conducti infimæ conditionis laici seculares præstare nobis potuissent. Movit ad id tunc temporis tentandum Moderatores nostros successus felicissimus ejusmodi Seminariorum in Japonia; ubi etiam viri Principes honori suæ familiæ ducebant, filios instituendos tradere Patribus nostris ad obsequium veræ Religionis, sicuti ibidem Ethnici suos non dubitant credere Bonziis instituendos. Videbant ex ejusmodi apud Japones Seminariis tot tamque egregios prodiisse viros, qui fidem Christi fructuosissime prædicarunt, suumque pro ea sanguinem constantia plus quam Europæa fuderunt: supersedendum ergo tantisper censuerunt ab executione Paulini indulti. Sed iidem tandem, licet serius, agnoverunt, nec in Japonia quidem durabile fuisse, quod pro Sacris lingua Latina celebrandis haud improspere susceptum consilium videbatur; expulsis tandem tam indigenis quam externis Sacerdotibus, & simul cum eis Latina lingua, adituque per annos supra quinquaginta occluso; idemque viderunt non esse pari modo in Sinis practicabile, tum propter naturalem Gentis præ Japonica inconstantiam, maxime in adolescentia; tum propter fraudes molestiasque parentum & consanguineorum, pueros suis usibus suæq; educationi reposcentium; tum denique propter exæstuantis illa in ætate juventutis Sinensis libidinem, quam contineri vix possibile sit.

ut in Japonia factum,

vero etiam ibi non durabilem,

in Sinis etiam plane inutilem videtur

19 Quocirca multo tutius expeditiusque videtur, hisce præsertim initiis, Sacra administranda committere viduis ac maturioris ætatis viris, quemadmodum & Apostoli ubique terrarum fecisse sciuntur. Quando enim aut ubi legimus eorum aliquem instituisse adolescentium Seminaria, ad Sacerdotes formandos vel linguam Syriacam eosdem docendam: quam si Græci aliqui Latinive didicerunt, idem solum id fecisse noscuntur, ut Sacra Biblia Rabinorumque commentarios Græce Latineve traducerent, sicut Europæos libros in Sinensem Europæi traducunt. Accedit quod eo modo Sacerdotes habituri simus viros graves & honoratos, & ut tales suis popularibus notos; cum econtrario alumnos colligere ex nobilioribus familiis difficillimum sit futurum; emere autem a parentibus parvulos, vel pauperum filios gratis suscipere, atque paulatim excultos & Latinam edoctos linguam evehere ad ministeria sacrosancta, plurimum detrahet æstimationi status Ecclesiastici; cum illis enim, sic natis, sic educatis, litteraturæ autem Sinensis expertibus, litteratus nemo, nemo nobilis volet agere, quantumvis Christianus.

cum possis viros graves ac litteratos adhibere Sacris,

20 His addo, quod minime sperandum sit, fore ut hæc Gens, tam politica, tam suspicax, tam aliena ab externis doctrinis ac ritibus; præsertim nunc temporis, patienter ferat apud se vigere usum peregrinæ linguæ: quam Judices urbiumq; Præfecti nequeant intelligere, soli autem Europæorum hominum discipuli, ex iisque ordinati Sacerdotes intelligant: qui per eamdem possint clandestina quælibet inter se consilia agitare, & sine arbitro proditiones moliri. Quoniam vero augescente (ut sperandum est) Christianorum numero necessarium erit alia atq; alia seminaria singulis pene in civitatibus institui, quis obsecro persuadere sibi possit, id permissum iri a Sinis? Non aliter credo quam si vestitum Gallicum aut Hispanicum eo introducere vellet aliquis; cum neque Tartarus Imperator, qui nunc jam Chinæ pacifice dominatur, nativam Gentis suæ linguã velit a Sinensibus disci, nisi forte a paucissimis aliquibus ex speciali indulgentia ac dispensatione sua. Itaque non solum erunt rei istiusmodi difficillima initia; sed, ut superentur labore improbo & pertinaci constantia quæcumq; salebræ, non poterit illa unquam diuturnitatem sperare; verum, ut domus super arenam fundata, levi momento cito corruet tota, si non & ipsos fabricatores suos una pariter ruina involvat.

21 Denique, ut alia plurima prætermittam, demus possibile esse, quod hactenus impossibile conatus sum demonstrare, & Latinam linguam multi ac facile apud Sinas discant; quot schismatum errorumq; periculis exponetur religio Christiana per libros, quos illuc certatim invehent Batavi atq; Angli & heterodoxi alii, causa commerciorum affluxuri? Quid ibi istic non leget illa Gens, omnium quæ uspiam sunt curiosissima, de Christianorum Principum dissensionibus ac bellis, de populorum integrorum ab Apostolicæ Sedis obedientia defectionibus, de scandalis per improbos Ecclesiasticos ubique terrarum etiam supra veritatem exaggeratis, de novis in fide ac religione opinionibus, de rituum quamvis alias bonorum piorumque diversitatibus? Econtrario, si patrio sermoni

A suisque litteris relinquatur, non plus profectò sciet, quam docebunt libri Sinici, ab E ropæis Missionariis editi edendiq; adeoq; millenis perplexitatibus novitatibusq; scandalis hæresibusq; obstruetur via; nihilq; in toto hoc vastissimo Imperio, quod fidem religionemq; attinet, spectabitur, audietur, docebiturve, quod (unam linguam excipio) non consentiat cum Ecclesiæ Romanæ ritu, consuetudine, atque do trina.

quia solum Ecclesiæ Romanæ doctrinam audiunt. 22 Et hoc etiam nomine videri poterit nobilissima atque amplissima natio speciali ori digna favore, quod præ aliis per totum Orientem populis, sancto quidem, proprio tamen ritu sacra facientibus, Romanu dumtaxat utetur illa; itaque a solis ortu ad occasum spectanda sit ac triumphatura communis Ecclesiarum omnium Mater, non solum in doctrina sua incontaminata atque sincera, sed etiam in s is omnibus præcipuis ritibus, non nisi quoad paucas minutias ex Pontificis summi & Cardinalium consensu leviter immutatis, pro majori utentium commodo & ædificatione spectantium; quando scilicet contingit id quod decor m Europæis est, contumeliosum haberi Sinensibus, puta caput ad Sacra detegere, aut scandalum ipsis creare deberet, quod nobis innoxie usurpatur, ut est mulierum pedes nudare ad Unctionem supremam. D

CCXXXVIII. GREGORIUS XV.

Ab anno 1621. ad 23. an. 2. m. 4. d. 29. GREGORIUS, patria Bononiensis, antea Alexander Pompeii de Ludovisiis, Presbyter Cardinalis tit. S. Mariæ in Transpontina & Archiepiscopus Bononiensis; electus anno MDCXXI. IX. Februarii, & post dies aliquot (forte Dominica proxima, die XIV. Februarii, coronatus; sedit annos II. menses IV. dies XXIX. obiit VII. Julii, MDCXXIII. sepultus in Basilica S. Petri: ac deinde translatus ad Ecclesiam Collegii Romani Societatis Jesu, quam S. Ignatio fundatori, per ipsum canonizato Card. Ludovisius nepos extrui mandavit: & vacavit Sedes dies XXIX. E

B

EDidit hic Pontifex XVII. Kalendas Decembris, Constitutionem omni posteritati memorabilem, qua Romanorum Pontificum electionem per secreta suffragia faciendam sanxit, quo liberiora essent eligentium vota.

CCXXXIX. URBANUS VIII.

Ab anno 1623. ad 44. an. 20. m. 11. d. 24. URBANUS, patria Florentinus, antea Maphæus Antonii de Barberinis, Presbyter Cardinalis tit. S. Onuphrii, electus MDCXXIII. * VI. Augusti; coronatus XXIX. Septembris, Feria VI. festo S. Michaelis; sedit annos XX. menses XI. dies XXIV. defunctus MDCXLIV. XXIX. Julii; sepultus in Vaticano: & vacavit Sedes mensem I. dies XVI.

Epocha Bullarum. *NOn solum ante coronationem suam cœpit Urbanus Bullas edere, spectantes politicum regimen, sed etiam cultum divinum concernentes; itaq; octavo Idus Augusti, expedivit eas, quas decessor suus morte præventus expedire non potuerat, de Canonizatione Sanctorum Ignatii de Loyola, Francisci Xaverii & Philippi Nerii. Quod autem ab anniversario electionis numeraverit annos diuturni Pontificatus, tam multis exemplis e Bullario sumptis demonstrari potest, ut superfluum foret ea sigillatim enumerare. Una tamen Bulla, quæ Tomo 4. occurrit 22. sub ejus nomine, indicari meretur,* data dies XII. Augusti, MDCXXIV. Pontificatus anno C secundo; *quia eam præcedit altera, data* anno Incarnationis Dominicæ 1624. duodecimo Kalendas Aprilis, Pontificatus anno secundo; *ubi procul dubio est error in zyfra, ponendusque annus sequens 25. Nam quod initium anni Pontificalis jusserit ad Kalendas Ianuarii retrahi, vel annum civilem extendi usque ad* XXV. *Martii, non est verosimile, tam multis in contrarium exemplis obstantibus, quot recensere operæ pretium non sit.*

2 *Præ omnibus autem hujus Pontificis Bullis Brevibusq; Operi huic memorabile est Decretum, relatum in Bullario sub numero* XXXVII. *tamquã* Feria V. die XXIII. *Constitutio Urbani 8. de Sanctorum cultu.* Martii, anno a nativitate D. N. Jesu Christi MDCXXV. *formatum*, in Generali Congregatione sanctæ Romanæ & universalis Inquisitionis, *coram ipso Sanctissimo Domino & Cardinalibus Inquisitoribus, ac* publicatum Anno millesimo sexcentesimo vigesimo quinto, Indictione VIII. Pontificatus S. D. N. Urbani divina Providentia Papæ VIII. anno ejus II. die vero quarta mensis Aprilis. *Hoc enim Decretum, præsentis Operis quasi regula, est ad definiendum quorumnam, ut* Sanctorum *ac* Beatorum, *Acta debeant in recessum habere; neque id tantum, sed etiam scutum contra querimonias quascumque, de nimio vel rigore vel laxitate in faciendo delectu. Vix* Heribertus Rosweidus *noster, anno* VII. *hujus seculi, ediderat eorum Fastos, quorum Vitas in Belgicis Bibliothecis manuscriptas reperierat, præfatus*, Sanctorum omnis sexus, ætatis, ac nationis historiam *meditari se, per menses digerendam; cum antiquos imprimis requirenti, nec alios quam quorum certus erat cultus, offerri undiquaq; cœpit tanta copia plurium recentiorum, ut animi anceps totis annis octodecim, apud se non posset plene statuere, ex eorsum usue esset opus, quo videbat se non posse placere tam multis, quin ægre faceret saltem aliquibus, oblatos a se prætermitti dolituris; instituta cum iis quos forte retulisset comparatione invidiosa. Actum igitur erat de Sanctorum Actis, needum inchoatis, nisi eo quod dixi Decreto succurrisset* Urbanus. F

3 *Etenim* solicite animadvertens abusus, qui, *isto ac præcedenti seculo*, irrepserant, & quotidie irrepere non cessabant, *in* colendis quibusdam, cum sanctitatis aut martyrii fama vel opinione defunctis; qui, etsi neque, Canonizationis neque Beatificationis honore insigniti sint ab Apostolica Sede, eorum tamen imagines in oratoriis atque ecclesiis aliisque locis publicis ac etiam privatis, cum laureolis & radiis seu splendoribus proponebantur; miracula & revelationes aliaque beneficia, a Deo per eorum intercessiones accepta, in libris eorum ab ipsis gestarum enarrabantur, & ad illorum sepulcra tabellæ, imagines & res aliæ, ad beneficia accepta testificanda, & lampades & alia lumina, apponebantur: *hæc, inquam animadvertens Urbanus, iisque* volens pro debito Pastoralis officii occurrere, *ejusmodi omnia absque Apostolicæ Sedis assensu fieri vetuit; & si qua ita facta erant, abolenda, ac pro numquam captis habenda mandavit.* Declarans *nihilominus*, quod per suprascripta præjudicare in aliquo non vellet *neque* intenderet iis, qui aut per communem Ecclesiæ consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum virorumque sanctorum scripta,

sicut prohibet vetera indulta aut inducenda. *ita nil derogat instituti ante longissimi seu immemorabile tempus.*

Tab. XLI


CCXXXIX VRBANVS VIII.


CCXL INNOCENTIVS X.


CCXLI ALEXANDER VII.


CCXLII CLEMENS IX.


CCXLIII CLEMENS X.


CCXLIV INNOCENTIVS XI.

A scripta, vel longissimi temporis scientia ac tolerantia Sedis Apostolicæ vel Ordinarii, colebantur. *Respiravit ad hujusmodi Decreta Rosweidus: & quasi gravi jactatus æstu, videbatur sibi Cynosuram prospicere, ad quam cursum dirigeret; sed occupationes quædam aliæ urgentiores, ac subsecuta post annos paucos mors, non permiserunt opus procedere ultra cogitationem; comparata licet non exigua materia, sed cui discerniculo opus esset non minus quam supplemento, cum redundarent multa, deficerent plura.*

4 *Successit morienti primum* Joannes Bollandus: *qui licet ad recipiendorum rejiciendorumque discrimen per Constitutionem præfatam satis jam instructus, ut quos duodecim vel tredecim prima secula agnovissent Sanctos, quacumque auctoritate receptos, citra cunctationem admitteret; recentissimæ vero memoriæ neminem, nisi quem Apostolica Sedes expresse annuisset pro tali haberi; ambiguus tamen remanebat circa non paucos ætatis mediæ, quamdiu non habebatur definitum, quod esset censendum* longissimum tempus, illiusve immemorabilis cursus, *sufficiens ad cultum alicujus, numquam expresso a Sede Apostolica Canonizati aut Beatificati, excipiendum a lege istic lata. Sed huic quoque incommodo remedium fecit idem Pontifex,* B *quando anno* MDCXXXIV. *declaravit, eo nomine intelligi tempus;* centum annorum metam excedens. D *Tum vero nihil causæ fuit, quin statim daretur principium impressioni, ad quam maturandam socius etiam accesserat Godefridus Henschenius: ac tandem anno* MDCXLIII. *prægrandibus duobus Tomis prodiit Januarius, ejusdem* Urbani VIII. *nomini merito inscriptus, ad cujus leges fuerat exactus.*

Id est excedens 1000. annos.

5 *Exinde* Barbarina familia, *mortuo mox* Urbano, *subnixa Eminentissimis ejus duobus Nepotibus,* Francisco & Antonio S. R. E. Cardinalibus, *opus hoc peculiari affectu complexa, provexit ipsum protexitque: quod & in parte Martii.* Cardinali Francisco *dedicanda, testati sumus: nunc vero placuit testari denuo, præfixa Dedicatoriæ Tomi IV. imagine* Urbaniani Monumenti; *quod ipse sibi vivus erigi fecerat in Vaticana Basilica, manu & arte celeberrimi hoc ævo Architecti Ioannis Laurentii Bernini Equitis Romani. Placuit etiã in ipsa tabella eidem hinc inde appendere Nepotum effigies, nec non Eminentissimi Pronepotis* Caroli *subtus addere; ut ab eorum memoria non separaretur, qui ipsorum virtutes prudentiam, justitiam, pietatem, religionem, munificentiam, amorem erga litteras & litteratos tam egregie pergit* Romanæ *urbi & orbi Christiano repræsentare, dignatus etiam nunc adscribi hujus Operis Mecænatibus, ad omnem posteritatem memorandis.*

Illius monumentum expressum ante tom. 4.

cum iconibus Nepotum.

CCXL. INNOCENTIUS X. E

INNOCENTIUS, patria Romanus, antea Joannes Baptista Camilli Pamphilii, Presbyter Cardinalis tit. S. Eustachii, anno MDCXLIV. electus, XV. Septembris; coronatus * IV. Octobris ferias III. festo S. Francisci sedit annos X. menses III. dies IV. defunctus MDCLV. VII. Januarii; sepultus in Vaticano, ac postmodum translatus ad ecclesiam S. Agnetis in foro Agonali. Vacavit Apostolica Sedes menses III. seu menses II. dies XXX.

Ab anno 1644. ad 55. an. 10. m. 3. dies 4.

Typus Bullarum.

R*Evocavit hic Pontifex in consuetudinem, quæ jam pene in oblivionem venerat, ut sui Pontificatus annos non innovaret nisi in Coronationis suæ anniversario: & sic inveniuntur tomo 5. Bullarii Bullæ* 11. *ac* 12. *datæ* 19. *&* 23 Septembris, 1645. Pontificatus anno primo; *itemque* 59. *Bulla, signata* 25. Septembris, 1654. Pontificatus anno decimo.

CCXLI. ALEXANDER VII.

C ALEXANDER, natione Hetruscus, patria Senensis, antea Fabius Flavii Chisii, Presbyter Cardinalis tit. S. Mariæ de Populo, Episcopus Neritonensis, electus anno MDCLV. VII. *Aprilis; feria IV. post Octavas Paschæ; coronatus XVIII. ejusdem, Dominica III. post Pascha: sedit annos XII. mensem I. dies XIV. obiit MDCLXVII. XX. Maji sepultus in Vaticano, & vacavit Sedes mensem I. seu dies XXX.

Ab anno 1655. ad 67. an. 12. m. 1. d. 14.

Epocha Bullarum.

S*Tylus hujus Pontificis, numquam sine grati animi commemoratione nominandi in hoc de Actis Sanctorum opere, cui singulariter favit, fuisse omnino certo videtur, ut die Electionis suæ anniversario, Pontificatus annum mutaret: sic enim procedunt quæ habentur sub ejus nomine in Bullario Constitutiones* 63. die 9. Aprilis, 1660. Pontificatus anno quinto; 90 123. *&* 139. *Nam quod anterior illis una, scilicet* 16. *legatur data* anno Dominicæ Incarnationis millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto, Idibus Aprilis, anno primo, *licet numeris ad longum scriptis, videtur per incuriam, forte non tam scribentis quam transcribentis factum. Etenim quæ subjungitur publicatio, iisdem anno ac mense facta,* Indictione vero nona, *adscribitur* anno ejus secundo, *æque ad longum.* F

CCXLII. CLEMENS IX.

CLEMENS IX. natione Hetruscus, patria Pistoriensis, antea Julius Hieronymi Rospigliosi, Cardinalis Presbyter tit. S. Sixti, electus die XX. Junii, MDCLXVII. & XXVI. ejusdem, Dominica quarta post Pentecosten, coronatus, sedit annos II. menses V. dies XX. defunctus MDCLXIX. IX. Decembris; sepultus in Basilica S. Mariæ Majoris: & vacavit Sedes menses IV. dies XIX.

Ab anno 1667. ad 69. an. 2. m. 5. d. 20.

A

RELATIO AUTHENTICA

gloriosi exitus, quem sub hoc felici Pontificatu habuit accusatio Legis Christianæ apud Sinas.

Innocentia victrix Latino Sinice excusa in Quàm cheu unde habetur

QUoniam persecutionis, anno MDCLXV. motæ contra Christianæ legis prædicatores in China, facta est mentio Dissertatione superiori, n. 9. eaque gloriosissime terminata fuit prius quam e vivis excederet Clemens IX. *placet tam memorabilem, sub hoc, quamvis brevi, Pontificatu, historiam Tractatui præsenti intexere. Nam qui Latino-Sinice eo de argumento habentur libelli, anno* MDCLXXI. in Quàm-chèu metropoli Provinciæ Quàm tùm *excusi, rari admodum sunt; solaque Latina versio instrumentorum, istic etiam Sinice productorum, abunde sufficiet iis, qui rem, variorum litteris & sermonibus in Europa vulgatissimam, authentice nosse cupiant. Titulus libelli, Sinicis typis, id est ligneis formis excusi, hic est*; Innocentia victrix, sive Sententia Comitiorum Imperii Sinici, pro innocentia Christianæ Religionis, lata juridice per annum MDCLXIX. jussu R. P. Antonii de Govea, Societatis Jesu ibidem Vice-Provincialis, Sinico-Latine exposita.

B

quod post supplicium regni Comitiis ...

1 Accusaverat Evangelicos Præcones in China livor & impietas Ethnicorum, de ignorantia artis Astronomicæ, de meditata perduellione, de falsitate ac pravitate Religionis; verum, pugnante pro suis illo qui ipsa est veritas, cœlum quidem experimentaque cœlestia, erroris & ignorantiæ convicerunt æmulos; suspicionem perduellionis, communis ubique Neophytorum quies, innocentia, patientiaque dispulit; calumniam falsæ pravæque Religionis, Christiana tam veritas, quam sanctitas oppressit: pœnas interim severissimas de perversis impiisque tum calumniatoribus tum etiam Judicibus exigente Deo, teste, judice, & ultore; ac tandem innocentiam & æquitatem causæ, per illos ipsos, a quibus damnata olim fuerat, eo quo subjicimus ordine & modo, mirabiliter declarante, & in conspectu Sinarum revelante justitiam suam.

Sublatis qui Christi legē damnarant Quatuorviris,

2 Multum quidem peccaverant quatuor Proceres, natione Tartari a quibus, Imperatore etiamnum puero, Sinica res administrata fuerat vicaria cum potestate. Verumtamen haud alia ulla re peccaverant gravius, quam quod innocentissimam Christi Legem, uti seditiosam pravamque, damnaverant. Neque tulit injuriam innocentiæ vindex Deus. Unum ex ipsis, Soni vulgo nominabatur, mors, morbum consecuta, humano quidem eripuit judicio supplicioque, at non divino. Alterum, Sucamà nomine, ipsemet Imperator, simul atq; suscepit Imperium anno MDCLXVII. tota cum stirpe jussit interfici Reliqui duo per anni spatium, non impuniti modo permanserunt, sed in gratia quoq; ipsius Principis, cujus adolescentia indigere adhuc videbatur consilio ipsorum. Quoad anno MDCLXIX. iacuit Patrocùm nec non Ngan-Pai nomen erat, conscientia meritorum suorum (quę utique non fuerant mediocria) in familiam hanc Imperatoriam Tartarorum, tumidus atque insolens; jamque non auctoritatem modo Regiam, sed etiam potestatem visus affectare, idemq; hostis ater & acerbus Christianæ Religionis, cecidit tandem aliquando; reusque agitatæ defectionis, alios complures qui ipso nitebantur, nec non Collegam suum, Erpicùm nomine, in eamdem secum, minus tamen atrocem, suspicionem traxit & ruinam.

C

& triumphante demum iterum Astronomia Europæa,

3 Edictum protinus, ut quicumque damni quidpiam ab alterutro passi essent, oblatis de more libellis id exponerent Imperatori. Plurimum passa fuerat Christiana res. Hujus ergo causam suscipiunt tres e Societate Jesu Sacerdotes, Ludovicus, Gabriel, Ferdinandus; qui destinato plane consilio Numinis jussi fuerant in Aula persistere; reliquis omnibus divinæ Legis præconibus, numero viginti quinque, in extremam Provinciarum Australium ablegatis. Commodissime etiam paucis ante mensibus acciderat, ut peritia singularis rei Astronomicæ, qua pollebat Ferdinandus, eam denuo portam reseraret Evangelio, quam cum olim aperuisset industria Societatis Jesu, Sinarum deinde superbia invidiaque Mahometanorum occluserat: sed nunc, demonstratis, sole prope ipso clarius, & horum & illorum erroribus, emerserat quodammodo, velut ex eclipsi sua annorum circiter quatuor, Astronomia Europæa; pristinoque usui & dignitati restituta, plurimorum studiis atque sermonibus, maxime quidem Tartarorum, celebrabatur. Erant jam isto nomine, non modo Ferdinandus, sed etiam duo Socii, perquam gratiosi apud Imperatorem; cui adeo, non per libellum supplicem; sed (quod rarissimæ felicitatis est) coram & per se exponunt omnia, occasionem prorsus insperatam tantæ rei offerente Deo. Et spem quidem successus optatam audientis attentio benignitasque fecerat: ea tamen haud contenti, exacto deinde biduo, Regulis sive Principibus stirpis Regiæ, quibus suscipiendorum libellorum datum erat munus, de scripto quoque declarant acceptas in re Christiana injurias atque damna. *Hoc tenore*,

D

hujus curatores in Aula Socii tres,

E

per supplicem libellum Imperatori oblatum

4 Offerunt libellum supplicem Ludovicus Buglius, Gabriel Magellanius, Ferdinandus Verbiest. Causa supplicandi multiplex: fraus imprimis, qua circumventus Princeps; & violentia, qua præcipitati in exilium innocentes, communi cum indignatione & offensa tam superum quam mortalium. Obtestamur itaque Majestatem Regiam, ut extinguat quidquid etiamnum latet nequitiæ confœderatæ; & sic palam faciat causam innocentiamque Joannis Adami Schall, vita licet jam defuncti. Hoc igitur cum dolore gemituque nos tres dicimus; annum jam agi quadragesimum octavum, quod popularis ille noster & longinquus advena Joannes Adamus, pervenit ab Occidente in hanc Aulam; &, imperante etiam tum familia superiora Mìm, protinus mandato Regio curam suscepit rei Astronomicę; deinde vero beneficio singulari novæ hujus Familiæ Tartaricæ, novo jussus diplomate perseverare in illo munere; constanter annos viginti & amplius, nemine omnium vel adversante vel obtrectante; motus cœlestes annuasq; vicissitudines accurate supputatas, rite quotannis vulgavit per Imperium; quoad (pro dolor!) tandem incidit in insidias ac manus improbi veteratoris Yàmquàm-Sien Qui quidem homo, imperante Familia Mìm; jussu Regio cælus fustibus, jam pœnas semel dederat accusationis, absque justo fundamento & cum pervicacia institutæ: & tamen idem nunc rursus, tyrannica fretus auctoritate unius maxime Patrocùm, haud dubitavit erroris arguere Astronomiam Europæam, eamque Regulam, quam præcedens Imperator ab annis decem & amplius stabiliverat, temere criminari; quoad indictis nuper Comitiis (in rem nostram sane feliciter) jussi sunt Principes primi & secundi Ordinis, nec non Regiorum Tribunalium Præsides & Assessores, examinare denuo novam illam methodum, quæ & approbata tunc fuit, summo cum assensu omnium; & ipse mox Ferdinandus, jussu beneficioque Regio, Astronomicæ rei curam denuo suscepit; nec fas deinde cuiquam fuit movere amplius hanc controversiam.

petunt, ut qui causam Astronomię nostræ, temere erroris accusatæ,

F

recognosci in Comitiis jusserat;

idem faciat in causa Religionis.

5 Sola nunc superest declaranda similiter Lex atque Religio Domini cœlorum, de quo pervetustus ille codex vester ait, Supremus est & maximus Imperator, scilicet qui descendens in hæc inferiora tremendam suam Majestatem manifestat, estq; ipse Conditor omnium rerum ac Dominus. In Occidente quidem nostro servant ipsius Legem triginta & amplius regna

&

A & satrapiæ, unius omnes familiæ adinstar, idque jam per annos mille ac trecentos, nec secus ac si foret dies una: ex quo etiam potest intelligi Legis ejusdem tam antiquitas quam amplitudo. Quid? quod imperante Vàn Liè Rege, existebat in hac China? suntque adeo jam anni octoginta & amplius, quod eam Doctor Europæus Matthæus Riccius, fixo bic domicilio, scripto verboque vulgavit. Summa porro Christianæ Legis hæc est, ut veneremur cœleste Numen, ac diligamus Proximum: nec alio fere spectant quæ docet præterea, quam ut nos vincamus ipsi, & impleamus naturæ nostræ leges omnes, fidei imprimia erga Regem, obedientiæ observantiæque erga Majores, moderationis item modestiæque, quæ omnia præcipua sunt illius capita. Et talis quidem inter ipsa principia passim audiebat Lex nostra: quam adeo tum Nobilitas, tum etiam Magistratus habebant carum & in pretio. Xùnchì certe, conditor bujus Familiæ Imperatoriæ, adivit sæpenumero ædes nostras ac templum, & in bujus quidem atrio jussit ipse de censu Regio marmoreum erigi monumentum suæ erga nos benevolentiæ: aliud item præfigi voluit ipsis foribus, quo ædes ipsas more gentis celebrabat, nimirũ, SEDES ILLUSTRIA

unde quoque sanctissimus,

B PENETRANTIS ARCANA: ipsum deniq; Adamũ bonoravit novo hoc cognomento PRÆSTANTIS ET ARCANÆ LEGIA DOCTOR. Quod si Religio Christiana perversa est ac falsa, quomodo virtus illa ac sapientia memorati Imperatoris non eã severe omnibus interdixit?

atque ab ejus Patre laudata,

6 Et nunc tamen, propter ea quæ Yàm-quàm Sièn confinxit, concremati fuerunt libri divinæ Legia ædesque destructæ: quin & idem præterea Yàm quàm Sièn reum agit Joannem Adamum meditatæ perduellionis. Atqui nos cæterique Sociorum, tam remotis e regnis advenæ, & qui terra marique posuimus annos omnino tres in hoc itinere stadiorum nonagies mille & amplius; nos, inquam, qui nunc in China degimus, homines dumtaxat viginti & aliquot, nati quidem in Occidente, sed viventes & morientes in hoc Oriente, quibus tandem alis instructi sumus, quibus obsecro subsidiis, ad suscipienda perduellionis consilia, & occupandum (armis scilicet) hoc Imperium? Et tamen os illud tortuosum subdolæque confictiones tantum effecerunt, ut innocentes isti advenæ, viginti & aliquot, ablegati sint in Provinciam Cantoniensem; ubi etiamnum hærent miseri, vinctorum instar, & nec progredi sinuntur nec regredi: cumque nullum crimen admiserint, quod bonorum publicationem mereatur; ædes tamen ipsorum traditæ sunt aliis incolendæ, loca sepulturæ destinata alii invaserunt. Quo

deinde iniquo judicio oppressa,

ac propterea exules jubeat restitui in integrum.

C magis etiam urgemur nos tres clara voce conqueri de tanta iniquitate. Cumque jam tyrannis illa Patrocùm tandem protracta sit in lucem, & insignia illa insolentia solis instar jam patescat; obsecramus Majestatem Regiam, ut demittat sese, ac discooperiat hos qui etiamnum latitant dolos; riteq; examinet ac declaret causam istam: ut sic patefacta defuncti jam ministri innocentia, deprædicet is ipse beneficientiam Regis sui, quam vivus mortuusque senserit. Offerebant hunc libellum, anno octavo Cam Hi Imperatoris, Lunæ quintæ die quinto, Salutis bumanæ MDCLXIX. XXI. Junii.

7 Exceperunt eum Reguli cum inusitata quadam significatione voluntatis erga nos suæ, quamvis id baudquaquam tunc probaretur Præsidi Concilii Rituum, quippe hosti capitali Christiani nominis: quo etiam acerbius ipsum deinde ussérit, opinor, quod eumdem libellum jussus ipsemet e Sinico reddere Tartaricum, referri viderit inter alios primi ordinis; ac primo loco recitandos Imperatori. Recitatus est igitur, & quidem ab eo qui nunc Colaos inter est primus, idemque patruus Imperatricis. Verum perspecta jam dudum erat Principi causa nostra & causæ æquitas. Placuit ipsi nihilominus (quo perennius, credo, esset firmiusque be-

Ad acceptũ benigne libellum, & Regi ad gratum prius lectum,

neficium) referri de postulatis nostris ad Concilium, D quod modo dixi, Rituum. Est illud inter sex majora Concilia Regia ordine tertium, propriumque illius munus de rebus ad Religionem spectantibus sententiam dicere: ceterum numquam adbuc favere visum est rei Christianæ, postremis vero hisce temporibus adversari damnoque esse persæpe. Hujus rei egregie conscii tres Patres, ubi delatam eo causam cognoverunt, angi animo atque æstuare scilicet. Nec mora: is, cui Ferdinando nomen, adit rursus Imperatorem, rogat eum lacrymis & obtestatur, ad aliud Tribunal causam traduci ut jubeat. Annuit: jubet traduci. Sed enim favorem benigni Principis celeritas inimicorum jam anteverterat. Prodit illico responsum, quo homines impii, ipsam illam sententiam, quæ ante annos quatuor inique lata fuerat, tuentur & confirmant iniquius, *in bæc verba*.

jussus re- spondere Præses Concilii Rituum

8 Præses Concilii Rituum, cum suis Assessoribus suisque Consiliariis, libellum offert, quo exquirit reverenter voluntatem suæ Majestatis. Ego subditus ac minister Regius cæterique administri, instituta communi consultatione, comperimus, secundum ea quæ referuntur in libello supplice Ludovici Buglii, Gabrielis Magellanii, & Ferdinandi Verbiest, quod Lex & Religio Domini cœli jam existebat in China temporibus Vàn liè, qui fuit superioris Familiæ Mim Imperator; jamq; adeo effluxisse annos octoginta & amplius, quod Europæus Doctor Matthæus Riccius perveoit in bunc Orientem, fixoque bic domicilio vulgare cœpit doctrinam E suam, quam & scripto verboque declaravit: summam porro Christianæ Legis hanc esse; venerari cœleste Numen ac diligere proximum; nec alio fere spectare quæ Lex ista præterea doceat, quam ut vincamus nos ipsi, & impleamus naturæ nostræ leges omnes, fidei imprimis erga Regem, & obedientiæ observantiæque erga Majores, nec non modestiæ & moderationis.

relata ejusdẽ summa

9 Nos interim, facta disquisitione, rursum comperimus, quod anno decimo tertio Xùo Chì Imperatoris proxime defuncti, luna undecima; excepimus venerabundi edictum Regium, quo præcipiebat iis huic Rituum Concilio hisce verbis: Ego, ut administrem recte hoc Imperium, debeo ante omnia necessario dirigere probeque instituere subditorum meorum corda, adeoque rejicere doctrinas omnes artesque pravas ac perversas. Et tres quidem sectæ, una Litteratorum scilicet, ac duæ quæ suo quæque ritu idola colunt, si pariter considerentur, omnes hoc efficiunt, ut agant homines quæ bona sunt, abjiciant quæ mala; ut avertant sese ab eo quod pravum est, & ad id quod est rectum convertant. Verum dantur præter istas aliæ quædam F sectæ, aberrantes ac sinistræ, quæ confundunt imperitam multitudinem, quæ sociant inter se homines improbos, noctu congregantur, disperguntur orta luce. Ex harum sectatoribus, ii qui tenuiores sunt nummis fere inhiant, ac turpitudini dedunt sese: qui vero potentiores sunt, prorsus abjiciunt obedientiam Regi debitam, & clanculum meditantur defectiones. Porro adhibui ego sæpenumero severa quædam remedia: nondum tamen (utique præter meam opinionem) penitus extingui potuerunt reliquiæ istius mali. Totum hoc revera oritur ex eo, quod dentur in ipsa Aula sectatores quidam, qui cum assistant Imperatori, patrocinantur interim illis hominibus, qui specioso nomine religiosarum supplicationum & oblationum, multa interim perpetrant temere & inverecunde, viris pariter ac feminis parum honeste concurrentibus &c. Nos igitur voluntati Regiæ tam disertæ reverenter morem gerentes, vulgavimus tunc severam interdictionem: extatque processus totius rei in archivio nostro.

respondet; defuncti Imperatoris decreto,

vetitam legem Christi juisse,

10 Præterea fundator bujus novæ dominationis, Imperator defunctus, honoravit Joannem Adamum elogio marmori insculpto. Elogii pars una hæc habebat:

honores F Adamo tributos,

A Ego dum lustro septa mea venatoria, sita ad meridionalem plagam Regiæ nostræ; forte transivi per templum quoddam, in quo vidi Spiritus cujusdam venerandam effigiem, similem hominibus illius regni (*scilicet Europæis, estque fermo de picta Christi Salvatoris imagine*) forma quoque templi & suppellex & ornamenta respondebant normæ illius regni: libri denique mensæ impositi dicuntur agere de rebus quæ spectant ad Legem Domini cœli. Joannes autem Adamus, qui ante decades aliquot annorum in Chinam est ingressus, præclare servat Legem istam, servitque dicto Spiritui (cui etiam exstruxit novum istud templum) non sine laude insignis observantiæ, integritatis, innocentiæ, plane vir est egregia vitæ morumque constantia; ad hæc vere impiger ac sedulus, & denique vir prorsus eminens: aliaque ibi dicuntur ejusdem fere sententiæ. Dicimus præterea, Ferdinandum Verbiest ac socios ipsius, prout ipsimet juridice interrogati professi sunt, admittere in Legem suam mares æque ac feminas: quo etiam tempore utentes aqua pura abluunt ipsis frontem, & sic remittunt eorumdem peccata. Ad hæc quotiescumque, seu viri seu feminæ, ex iis qui jam susceperunt Legem, quodpiam delictum commiserunt, ipsos tunc loco Dei solvere illud ac remittere: quotquot

& legis nostra mysteria invidiose deludunt,

B item ægrotant cum periculo, inungere illis oleo sacro organa quinque sensuum; & Deum, tunc procul dubio miseratum illos, ignoscere peccata. Ceterum iidem isti Christiani non cremant papyrum avis suis ac majoribus vita functis (*ridicula superstitio est, qua ii maxime, qui Bonzios audiunt fabulasq; Pythagoricas, opitulari conantur suorum manibus, apud inferos detentis*) quod est utique non observare legem honorandorum parentum: nec est interim quidquam ex quo dilucide patescat vel solutio peccatorum, vel opitulatio, vel alia quæpiam utilitas istius Legis; sed pertinet ipsa ad sectas, a tribus supradictis diversas. Non est igitur vera Lex, lex Christiana: neque expedit eam admitti.

cumque de neglectu Majorum accusat;

11 Ad id vero quod præterea in libello suo prædicant tres Europæi homines, crematos fuisse libros suos, ædium suarum alias fuisse destructas, alias vero traditas certis hominibus qui incolerent; loca item sepulturæ suæ destinata ab aliis fuisse occupata &c. Respondemus: libros quidem qui tractant de Religione Europæa; item ærea numismata, tabulasq; etiam libelli, de propagatione Religionis ejusdem novissime excusi, hæc, inquam, omnia, tamquam res proprias Christianæ Religionis, jam tum fuisse concremata. Templum

& ideo propria Patribus templa sua,

C quoque ipsorum ac domicilium, quod ad plagam occidentalem Regiæ Pekinensis situm est, ex mandato Regio (*quatuor scilicet dictorum Procerum, tunc vices gerentium Imperatoris pueri*) tradita fuisse duobus summis Præsidibus (*Tartaro & Sinæ*) Collegii Astronomici: alterum vero eorumdem templum, situm ad plagam Orientalem ejusdem Regiæ, concessum fuisse Adamo, Ludovico, Gabrieli, Ferdinando incolendum: tertium denique templum, situm extra portam Feù chim dictam, traditum fuisse Concilio Regio operarum publicarum, a quo & venumdatum est; emptor vero demolitus est illud in usum suum. Alia interim templa, extra Pekinensem provinciam sita, nos, obtemperantes mandato item Regio, nondum destruximus, sed habitari jussimus ab aliis: loca tamen destinata sepulturæ eorum, nondum cuiquam tribuimus, sed ipsis relicta sunt.

12 Præterea quod attinet ad Titulum, favore Regio præfixum foribus, SEDES ILLUSTRIS PENETRANTIS ARCANA; simul cum altero Titulo, qui similiter collatus fuit ipsimet Joanni Adamo; scilicet, PRÆSTANTIS ET ARCANÆ LEGIS DOCTOR: uterque hic Titulus ideo collatus ei fuit a Fundatore novæ dominationis, quia callebat ipse Astronomiam, non autem ut commendaret vel illustraret ipsius Religionem;

damnatum Adamum,

non imo propter illam ipsam causam, quod exerceret D Joannes Adamus ac propagaret Christianam Religionem, idcirco privatus fuit sua dignitate, & traditus criminum Tribunali ut castigaretur; (*veritatem hanc ex inimicis nostris audiat Europa, causamq; persecutionis tam gloriosæ gratuletur nobis, qui neq; gloriari novimus, etiam inter Sinas, in cruce Domini nostri Iesu Christi*) dum autem deliberatur de supplicio, nos interim Titulos modo dictos eradi jussimus. De reliquis interim hominibus Europæis numero supra viginti; cum vereremur, ne si relinquerentur hic, denuo vulgarent legem & doctrinam suam; nos, consulta prius Majestate Regia, ablegavimus illos in Provinciam Cantoniensem. (*Invidenda sors nostra! Exilium ter felix! tametsi decennale fiat, quod jam nunc est quinquennale, quando talis fuit exulandi causa*). Ad extremum quod attinet ad tres illos Regios ministros; Tùm-quo kì (*hic tribus in provinciis, quas Prorex administraverat, impense faverat rei Christianæ, sumptusque fecerat in extruendas ædes sacras*) Doctores item Hiù cùm çem, Hiu chì çièn; aliosque: hos omnes vel propter collatas pecunias in extruenda templa, vel quia susceperunt legem ipsam, vel propter conscriptum Proœmium libelli supradicti de propagatione Religionis Christianæ, reos esse tunc judicavimus, adeoque privandos dignitate publica: neque est quod E res istæ vocentur jam amplius in deliberationem. Quippe post examen accuratum latæ fuerunt sententiæ, extatque Processus rei totius in archivio nostro. Ceterum parerat a nobis simul omnia sic exponi, & exquiri sententiam Majestatis Tuæ.

ablegatos Cantonem Socios,

fautores punitos.

13 Hæc illi, multa nequidquam cogitantes consilia, quæ numquam stabilire potuerunt. Protinus enim cognovit vel Imperator ipse, vel certe privatum ipsius ad supremum Concilium (quod ex Colais fere constat) non alio tendere ambages tam subdolas illorum Judicum, & narrationes nomini Christiano tam invidiosas, quam ut tenebras offunderent animo Principis adolescentis; & inani quadam specie æquitatis, iniquitatem maximam superiorum temporum ac judiciorum offuscarent: parum interim memores peccari ab se hoc pacto, non solum adversus eum qui nunc imperat; sed etiam adversus Xunchium, ejusdem patrem, & fundatorem Tartaricæ dominationis; dum sic perseverant reos agere doctrinæ falsæ perversæque homines illos, e quibus alterum filius, tanta cum significatione honoris ac benevolentiæ, rei Astronomicæ rursum præfecerat; alterum pater ipse tam raris celebrarat encomiis, usque non ab una peritia A- F stronomia, sed multo etiam magis ab observantia cultus religiosi, ab eximiæ vitæ morumque constantia, innocentia, integritate, a præstantia denique ipsiusmet divinæ Legis (quam vox Kiao extra controversiam significat isto loco, uti Sù vox altera, Magistrum seu Doctorem) qui adeo Legis auditores atque discipulos ei similiter permisisse dici debet; quam denique Legem, ut alia defuissent omnia, solæ septem voces, Regio præfixæ monumento, id est, MONUMENTUM INCISUM MARMORI PRO TEMPLO DOMINI CÆLORUM, satis superque & tueri debuerant & commendare; cæcis interim hominibus impiisque nihil prorsus afferentibus, quo probarent innocentissimæ Legis pravitatem, præter neglectum superstitionis unius, quam ipsamet Litteratorum Sinensium schola disertis verbis Kò siao, rediculam atque inanem vocat. Sic ut miranda plane fuerit cæcitas ista hominum vere pertinacium; & eo quidem magis miranda, quod suis ipsi oculis jam pœnas viderint justissimas, quas dederant (dederant autem non isto quidem rei nomine, vere tamen & illo rei, & occulto justoque judicio Dei vindicantis) omnes illi, qui tribus ante annis, in utroq; Concilio & Rituum & Criminum, causam rei Christianæ

Expensa re, spons istius iniquitas,

& mira auctorum ejus pervicacia,

tam

A tam inique violenteqne tcactaverant ; omnes scilicet, præter unum qui nunc Præses erat, spoliari sua dignitate; succedentibus in eorum locum hisce, qui, uti nunc videmus, & errare cum priotibus, & pugnare secum ipsi perseverabant.

Rex jubet ad Comitia Imperii transferri causam.

14 Ceterum Imperator, malto plus tribuens æquitati causæ & Ferdinandi lacrymis, quam patronis impiis tot calumniarum & judicii tam perversi, jubet sine mora transferri causam a Tribunali Rituum ad Comitia ipsius Imperii: quæ dum verbis edicit sane gravibus, ordiri voluit ab illo nomine, qand Cnnsiliarii illi consultn malitioseque prætererant, veteratoris scilicet Yàm quàm Sièn, qui quidem dux & administet fuerat tntias fraudis ac sceleris. Mandatum Imperatoris *tale erat*. Superinribus mensibus jam semel *in Camitiis Imperii*, judicatus fuit Yàm quàm Sièn reus esse gravioris crimiois, *atqua adeo & capitis, quamvis id ei protinus condonatum fuerit, periniqua violentaque sententia, non tam Imperatoris, quam duorum Procerum Patrocum & Erpioum, qui etiamnum dominabantur*: propter accusationem, quam instruxerat quondam contra Joannem Adamum. Quæ
B quidem accusatione & processu judiciali homines item aliquot (*quinque Mandarini Christiani ex Collegio Astronomico*) damnati fuerunt capitis, aliique aliis addicti pęnis. Verum cum nane aperte dicatur, quod crimen & condemnatio Joannis Adami ex inimicitia calumniaque processerit; quomndn fas sit non examinare dilucide, num ita res habeat, nec ne? Quocirca præcipio Principi Comitiorum Præsidi, alitsque Principibus ac Primoribus stirpis Regiæ, item Præsidibus, *tam Sinis, quam Tartaris*, Conciliorum nostrorum; nec non Censoribus Imperii nostri, ut coacto rite cętu examinent denuo accurate singula, ac deinde faciant me de omnibus certinrem. *Hactenus Imperator.*

bisque sexies coactis.

15 Omnino sexies coactus est cœtus ille gravissimus, nec nisi ob res admodum graves solitus indici. Tres Societatis Jesu Sacerdotes ter adesse jussi: & in secundis quidem judieiis cam impio Yam quam Sien, præcipuo persecutionis administro, pugnatum fuit acerrime. Perduellionis simul ac falsæ religionit infame crimen, cujus ille nos reos agere perseverabat, egregie dilutum; sic prorsus, ut cum indignabundi Principes ac Primores Tartari calumniatorem tam gravem sine mora vinciendam esse judicarent, Judices autem Sinæ hie dissentirent; consulto per ioter-
C nuntios Imperatore & assemiente Tartaris, in ipsn statim vestigio conspectuque omnium vinciretur. Confecta res erat, nisi fraus intercessisset. Cum enim Comitia, quæ proxime secuta sunt, multa præclare statuissent in rem nostram; memoratus ille Præses Concilii Ritoum, a nobis & a Christo alieni, alieoissimus & ipse; dum Acta Comitiorum describit Imperatori recitanda, voculæ unius fraudulenta commutatione evertit rem nostram. Sed Imperator fraudem, credo, subodoratus (Præses certe quidem non mulio post dignitate sua privatus est) iterum jubet iterumque haberi Comitia, & quæ minus declarata videbantur rursum discuti. Prioribus iterum adstitere Patres, & pro libertate innocentiaque Cbristiana fortissime dimicaverunt: quo autem successu patebit ex sententia Comitiorum, quam subjungimus.

tandem per sententiam declaratur,

Lex Christi innocēs esse

16 Ego summus Præses Comitiorum (*orimus bic ast Prinseps sanguinis Regii, idemqua mirifice nunc favet hamnibus nostris & rei Christianæ*) ceterique mecum Judices, obtemperantes mandato Imperatoris nostri, postquam coactn rite cœtu denan instituimus disquisitionet & consultationes nostras; comperimus Yàm quàm Siѐn, hominem improbum & nequam, confictis maligne criminibus, importune violenteque accusasse Religinnem Christianam falsitatis ac pravitatis: quæ quidem Religio rejecta tnm fuit & vetita per sententiam *trium Canciliorum, cui deinde subscripserunt Imperatoris nomine quatuor Proceres*. Nunc
D autem perspicue nos cognovimus, quod professio illa Christianæ Religinnis nihil prorsus contineat, quod pravum sit, vel ad defectiones vergat perturbationesque poblicas. Quapropter par est rursum cnnstituere, ut iis qui seqountur Religionem Christiansm, liceat eamdem profiteri, pristino cum ritu ac libertate, sie tamen ut prohibeantur instituere cœtus majores; item spargere supradictum libellum de propagationa ejusdem Religionis; æra item numismata; *ne daretur ansa scilicet renovandæ suspitionis & calumniæ, qua nos jam absolverant, de agitata clam defectione*. Cognomentum Joannis Adami, *qua ipsum Xūn obi Imperator honoris gratia quondam ornavit*, scilicet Præstantiæ & Arcanæ Legis Doctor, eidem restituatur. Curæ sit etiam Concilio Magistratuum (*primum est inter sex Regia, propriumque illius munus dispensare Magistratus, & de eorumdem causis cognoscere*) ut ai-

ideoque restituendos in integrum vetantes propterea

E dem similiter restituatur gradus suus dignitasque pristina, *tametsi vita jam pridam functa; mos pervetusto gentis scilicet, quotiescumque post mortem comperta est cujusquam innocentia*. Pari modo quod attinet Doctorem Hiù çuòn çèm & alios (*circiter duodecim, Christianæ Legis causa dignitate privatos*) mandetur dicto Concilio, at exquirat ecquid publics muneris ipsi quondam gesserint, & restitaatur anicuique munus suum.

reddendas ecclesias.

17 Qund item attinet ad templam ac domicilium *Societatis Jesu*, sita qaondam extra portam hujus Regiæ, Feu Chim dictam, restituaotur, & pretium quo venumdata fuerunt, *a Quæstore Regio, & ab emptore diru destructa*, & fundus ipse Ferdinando & sociis. Detur vero in mandatis supremo Gubernatori Provinciarum Quàm tùm & Quàm sì, nec non Proregi proprio Provinciæ prioris, nt expediant sliquos e ministris suis, qui homines quinque & viginti, ob causam Religionis Christianæ ablegatos in dictam Provinciam, deducant in hanc Aulam: quo ubi perveneriat, exqniret tunc Concilium Rituum voluntatem suæ Majestatis. Præterea Mandarino Lì çù pè, & aliis *quatuor e Collegio Astronomico, privatis publico munere, fortunis ac vita*, procuret Concilium Magistratuum, ut singulis prn suo cujusqae gradu ea im-
F pendatur beneficentia Regia, quæ mortuis consuevit impendi, filiique & fratres eorumdem ab exilio revocati, quotquot publicam gesserunt dignitatam, eam recipiant.

calumniatorem Yam quam sien,

18 Jam si agatur rursam de Yàm quàm Siѐn, utique innixus illa fuit iniquo patrocinio gratiaq; *Patrorum*. Nuper certe, cum per se examinasset Imperatnr quæ ab illo peccata fuerant, *variis in rebus spectantibus Astronomiam cui fuerat Præfectus, impune tamen peccata propter auctoritatem perfidi Patroni*; sine mora privavit hominem suo Magistratu, usucus deioceps opera Ferdinandi, ad Astronomicæ rei curam & administrationem. Ex quo potest intelligi, eumdem Yàm quàm Siѐn, dum grassatus quondam fuit tot mendaciis & calumoiis, id revera fecisse fretum auctoritate potentiaque perfidi Ngào pài, *sive Patracum*: qui & auctor ipsi fuit ut sic faceret. Plane sic res habet. Innixus Yàm quàm Siѐn isti societati improborum atque rebellium, per meras fraudes & calumnias præcipitavit homines inoocentes in interitum. Idem quoque suapte auctoritate demolitus est ac destruxit altare seu pegma sacrum, nec non marmoreum Monumeotum in templo Domini cęli; eum tamen ea mandato Regin vetita fuissent violari. Quæ cum ita sint, cum fuerint octn capita accusstionum, ex odio & temeritate profectarum, quibus Yàm quàm Siѐn nocuit certis hominibus; eumque alias similiter instruxerit calumnias paulo ante memoratss; ipse quidem plectatur

plectendum capite.

ctatur

A *ctetur capite, uxor vero & liberi exules abeant in Tartariam nostram Nìm cum tà. Hactenus Comitia.*

19 Quid nunc aliud expectet, quisquis priora consideraverit attentius, quam promptissime subscripturum Principem æquitati justitiæque tam potenti? Poscebat id quidem res ipsa & ratio: sed enim voluit is vincere dumtaxat Innocentiam Christianam; triumphare (quod tamen erat justissimum) nondum voluit. *Ita ergo rescripsit.* Oportebat me quidem hic subscribere sententiis vestris, ipsumque Yàm quàm Siēn morti addicere: verumtamen, considerata hominis ætate, admodum jam provecta (*erat septuagenario major inveteratus ille dierum malorum*) ego pro lenitate mea & clementia, ipsum hac quidem vice mortis supplicio; uxorem vero & liberos exilii pœna absolvo. *At non absolvit Deus: quippe duobus post mensibus extinxit impium calumniatorem, sævo prorsus ac pestilenti morbo correptum.* Europæos homines quinque & viginti non est necesse adduci in Aulam. Ad Christianam Religionem quod attinet (excepto quidem Ferdinando & reliquis, qui eam sicut prius, ipsimet exerceant licet) quoniam verendum est, ne foris in hac Provincia Pekinensi ceterisque denuo forte extruantur templa & suscipiatur ista Religio; mando rursus expediri diplomata, quibus id severe interdicatur. Cetera vero quæ censuisti (*de innocentia scilicet Legis Christianæ, atque adeo at Sinis, qui Christiani jam sunt, perseverare liceat in illa more pristino; ut item recuperent suam libertatem, nec non honores pristinos ac facultates, quicumque ea propter Christianam Religionem nuper amiserunt*) omnia approbo & rata habeo.

Huic parti Imperator subest;

necum fidem Christi propagari,

B

probat cetera sententia capitis,

20 Protinus itaque executioni mandata omnia, revocati exules, restituta bona, &c. Non respondit quidem hæc sententia spei nostræ, qui summa quæque (nec temere) speraveramus: fatendum tamen, eo nos id fuisse consecutos, quod temporibus maxime secundis & per annos octoginta summis expetitum votis, numquam potueramus consequi; ut scilicet Innocentia Christianæ Legis, gravissimo testimonio Comitiorum Imperii & ipsiusmet Imperatoris, tandem confirmaretur. Regiis itaque diplomatibus vulgata per universam Chinam hæc sententia, adeo non dejecit animos Neophytorum (quod principio timuerant Socii) ut e contrario erexerit dejectos; & quæ Religio, apud Ethnicorum non paucos, in odio & contemptu fuerat, propter calumnias superiorum temporum, hac tandem audita sententia cœpit esse in honore. Formidines interim nescio quæ, injectæ animo Principis, etiamnum adolescentis, ab uno alterove Consiliario, plus quam par erat politico, hic in causa fuerunt ne penitus explerentur spes nostræ & vota.

quod sane non parum fuit,

C

21 Verumtamen numquam fuit, neque nunc erit, consilium contra Dominum. Cœpit: utique perficiet. Sic sperare nos jubet ejusdem bonitas, summe sapiens, summe potens. Quin & ille ipse qui erravit; Imperator, inquam, creduli timoris ac facilitatis suæ quodammodo pœnitens, haud multo post coram sulatus Ferdinandum, sperare illum jussit meliora. Et vero exploraverat ipse studiosius, quo animo ferrent Socii promulgandæ Legis Evangelicæ interdictionem; certoque cognoverat, instar acerbissimi fuisse vulneris. Quocirca spem datam quantocius confirmare volens, missis postridie duobus Aulicis ad ædes nostras, significari jussit suo nomine Sociis in genua provolutis (*sic enim mos est audire quidquid nuntiori jubet Sinica Majestas*) æqua sibi videri, adeoque jam tum probari quæ postulabant: quo tamen ordinatius stabiliusque fierent omnia, libellum de more supplicem denuo offerrent. Quibus quidem verbis inde etiam accedebat pondus, quod idem Princeps tribus ante diebus Apologiam nostram & Summam doctrinæ Christianæ, gemino comprehensas volumine, exhiberi sibi voluisset. Quamvis igitur hoc in negotio nunc quoque adversarios habeamus & acres & potentes; procul dubio tamen (sed favente Regum Rege) quæ nunc vicit Innocentia, brevi etiam triumphabit. D

spem deinde facit amplioris gratiæ,

22 Favoris interim humani & spei etiam humanæ pignus haud exiguum, præter ea quæ paulo ante commemorata sunt, fuit eximius honor ille, sumptusque e fisco petitus Regio, quo celebrari jussit Sinensis Imperator memoriam & exequias P. Joannis Adami Schall; ejus nimirum viri quem tribus ante annis per tot raptatum tribunalia, tot oppressum calumniis & injuriis, quatuor illi Proceres, quamvis iniqui infestique, absolverant tamen, primum quidem peracerbo mortis supplicio, ad quod ipsum calumniatrix (ut ita loquar) superstitio ceu reum perduellionis condemnaverat; quasi consulto scilicet diem infaustum designasset, ad funus efferendum infantis Regii: deinde vero absolverant ipso etiam crimine, quando nempe Imperatoris nomine declararunt, exercere judiciarias observationes & electiones temporum, non esse munus proprium illius qui supremus Astronomiæ est Præses. Quem item virum Imperii Comitia, uti modo vidimus, altero crimine, sed longe gloriosissimo liberaverant, promulgatæ Legis Christianæ, quatenus scilicet eam Legem sine ullo esse crimine pronuntiaverant. Et tandem Princeps ipse Sinarum simul ac Tartarorum, vita jam defunctum, tantis est prosecutus, non modo laudibus, sed etiam gratiis; quantæ non solent nisi in viros summos optimeque meritos de Imperio conferri, per hoc Elogium exequiale. E

Adami defuncti memoriam honorat,

23 Imperator deferri jubens honores funebres piis manibus Joannis Adami, ministri quondam sui ex primo ordine (*sunt autem Sinicæ dignitatis ordines omnino novem, primusque idem est qui supremus, adeoque paucissimorum*) nec non rerum Astronomicarum Præsidis supremi, sic ait: Impendere summa cum reverentia vires omnes animi corporisque, *in obsequium Principis & utilitatem publicam*, laus fuit atque opus illustre hujus ministri mei, *velut alterius Chū co leàm, qui id olim sermone factoque usurpavit, & vir fuit integerrimæ fidei publicæque salutis studiosissimus, & nulli prope eorum quos China deprædicat secundus; adeo ut Imperator Chāo liē, jam moriturus anno Christi CCXXIII. sic eum reliquerit filio suo & heredi consiliarium, magistrum, & patrem, ut simul capescere juberet Coronam & Imperium dejecto filio, si quando is monitis illius haud obtemperaret.* Commiseratione vero nunc affici vita functi, meritisque ejus munus aliquod ac præmium rependere, est hoc vicissim meum Imperatoris præcipuum quoddam & officium & beneficium. Venisti huc, o Joannes Adame, a finibus Occidentis: & cum peritus esses Astronomiæ in eaque exercitatus, administratio supremo rerum Astronomicarum uni tibi fuit commissa: quin & condecoratus fuisti cognomento illo honorifico, Præstantis & arcanæ Legis Doctor: quando ecce derepente longum illud a nobis iter moriens ingressus es. Ego sentio vehementer hanc mortem tuam, dataque opera collaturus tibi beneficium, cujusmodi solet in mortuos conferri, legavi unum ex ministris meis Regiis, qui honores hosce exequiales tibi meo nomine rite persolvat. Ah! Ah! Tu quidem inter nos immortalem famam relinquis ac gloriam nominis tui: at suscipe tamen hanc qualemcumque remunerationem constantis fidei, qua tuimet oblitus, totumque te utilitati publicæ quondam consecrasti: & quando is es, qui etiamnunc percipias sensum animi mei, potes utique venire, & quæ deferimus suscipere.

exquisitis laudibus eum ornando.

F

& mortuum dolendo.

24 Hunc igitur in modum quatuor illi præcones innocentissimæ legis Christi, Adamus, Ludovicus, Gabriel, Ferdinandus (præter alios sex & viginti; quatuor scilicet ex sacra Divi Dominici familia, ex

Ipsum socios que declarat fuisse innocentes,

Se-

A Seraphica S. Franeifci unum, reliquos mioimæ Societatis noſtræ) cum Legis ejuſdem cauſa innocentes & ipſi, multat tamen graveſque ærumnas & contumelias paſſi eſſent præ reliquis in Regia Pekineoſi; præ reliqnis etiam honorati ſunt ioeadem Regia; volente ſic ipſos hoorari, non tam Siaico Rege, quam eo in cujus manu ſunt omniom corda Regum: qui uti potuit, itaetiam voluit illuſtrare innocentiam Legis immaculatæ, inaocentium contumelia ſimul & honore: idque eo admirabilius, quo ſuaviur ſortiuſque & accommodatius (ut ita loquar) ad ingenium Sinarum. Cujus quidem fortiſſimæ ſuavitatis, & quæ huie famulata eſt Regiæ voluatatis, adeo propenſæ in rem noſtram, & pleriſque Magiſtratuum jam perfectæ, non D mious illuſtre quam receas argumentum hoc eſt, quod videamus interdictionem illam, ſeu potius ſuſpenſionem propagandæ Religionis Chriſtianæ, ſic eſſe vulgaram, ut timori quidem officioque politico ſactum ſit ſatis, re autem vera propagetur ipſa Religio, numeruſque Chriſtianorum aovis indies acceſſiooibus, tam in hac eeteriſque Provinciarum, quam in ipſa Regia, nemine vel prohibente vel inquirente, feliciter augeatur.

et fidem non obſtante decreto propagari toleratur.

CCXLIII. CLEMENS X.

B CLEMENS X. patria Romanus, antea Æmilius Laurentii de Alteriis, Epiſcopus Camerinus, & Cardinalis, nondum accepto Galero Tituloque, electus Pontifex anno MDCLXX. XXIX. Aprilis, coronatus XI. Maii, Dominica quinta poſt Paſcha; ſedit annos VI. menſes II. dies XXIV. obiit anno MDCLXXVI. XXII. Julii; ſepultus in Baſilica S. Petri, & vacavit Apoſtolica Sedes menſem I. dies XXIX. E

Ab an. 1670 ad 76. an. 6. m. 2. d. 24.

Epocha Bullarum.

QUamvis Clementis IX. *Bullam nullam invenetim, quæ doceret, utrum exemplum* Innocentii X. *ſecutus, ſolum a die Coronationis anniverſario inſtitueris reliquos Pontificatus ſui annos eſſe numerandos; in affirmativam tamen propendebat conjectura, etiam priuſquam id Roma definitum acciperem: quia inveniebam, id feciſſe hunc ejus ſucceſſorem* Clementem X. *juxta Bullas ejus in Appendice ad tomum 6. Bullarii, quarum ultimæ duæ datæ inveniuntur* die 17. *& die* 20. Maii, 1673. Pontificatus anno quarto: *tres autem immediate præcedentes, poſt anniverſarium quidem Electionis, ſed ante anniverſarium Coronationis expeditæ (videlicet* 34. 35. *&* 36.) *ſignantur* die 6. *aut* die 8. Maii, 1673. Pontificatus anno III.

Harum una quomodo confirmet Indulgētias

2 *Eſt autem notabilis nobis harum ultima 36. confirmans & approbans Indulgentias oblatas ſibi, velut eatenus conceſſas inſigni cuidam religioſo Ordini: quarum quia iſtic refertur Summarium*, ut omnis quæ circa illas oriri poſſet dubietas recideretur, *putant aliqui Sedis Apoſtolicæ auctoritate definitum haberi, non ſolum quod illæ, demptis demendis* (opere *ſcilicet* porrigen- C di manus adjutrices Fratribus, Monialibus, Eccleſiis, vel Domibus præfati Ordinis, *ſub quo* plures earum *dicebantur* elargitæ, *atque adeo per* Pii V. *Conſtitutionem revocatæ*) *putant, inquam, definitum, non ſolum quod illæ fuerint* in eum, in quo erant ante dictam revocationem, ſtatum reſtitutæ & revalidatæ; *ſed etiam quod omnes iſtic enumeratæ fuerint, ab iis qui nominantur etiam ante ſeculum* XI. *Pontificibus, revera ſicut prætenditur conceſſæ; quod tamen, ſicut in dubitationem nondum venerat de aliquibus earum, quæ fuiſſent prædicto ſeculo* XI. *anteriores, eratque pura facti quæſtio; ſic non intendit Pontifex ſtabilire, nec intendere prudenter potuit: eſto fortaſſis intenderit in ejuſmodi gratiis, licet a nemine forſitan revera conceſſis olim, ſed ut ſummum diu poſtea acquiſitis, utpote nemini noxiis, ſupplere quemcumque non ſolum juris, ſed & facti defectum.*

oblatas ſibi ut datas ante ſec. 11.

non obſtante facti errore.

3 *Hunc autem errorem in talibus potuiſſe & poſſe quotidie intervenire, non dubitabit, qui leget Bullam 34. prænominatam, ubi de Fratribus ejuſdem Ordinis, Congregationis Hiſpanicæ, queritur Pontifex, quod* nulla facta mentione *expreſſæ prohibitionis, ſibi factæ de non inſtituendo Bilbai conventu*, imo ex falſa relatione, quod a civibus & incolis dicti loci de Bilbao deſideraretur dicta nova fundatio; extorſerant a felicis recordat. Clemente Papa IX. .... ut petitam licentiam fundandi concederet, *velut* nulli in temporalibus damnoſam, & omnibus in ſpiritualibus proficuam: *cujus contrarium quia conſtabat* ex conciliis publicis & contradictionibus ſemper factis a populo, eccleſiis Parochialibus, & Conventibus SS. Franciſci & Auguſtini; *ſemel iterumque decernit Pontifex*, non eſſe locum prætenſæ fundationi. *Cur autem prædictæ Indulgentiæ, ab iis quorum nomine proferuntur veroſimilius numquam conceſſæ, contradictionem ejuſmodi paſſæ non ſint, neque cum primum Apoſtolicæ Sedi propoſitæ fuerunt, in turba aliarum majorum certaminumque; neque cum deinde iterum iterumque petita eſt earumdem confirmatio; patet cauſa, ex hic & alibi dictis.*

RELATIO II.

De reſtitutione Præconum Evangelicorum apud Sinas in eccleſias ſuas an. 1671.

Juxta exemplar Latino-Sinice impreſſum in Quamcheu Provinciæ Cantonienſis Metropoli.

DUobus circiter poſt menſibus, quam ſuperior Narratio typis edita fuerat, cum nos, admodum ſuſpenſi animo, ſucceſſus novos expectaremus novorum conatuum atque certaminum; tandem die IX. Martii anni hujus MDCLXXI. ex privatis publiciſque nuntiis cognovimus, deſideratam diu poteſtatem nobis fieri ab Imperatore ad eccleſias ac ſtationes priſtinas revertendi. *Quæ res quia primum Clementis X. annum toti Eccleſiæ, pro Sinis jure ſoliciti, lætiſſimum reddidit, placet ipſam ſubtexere Pontificatus ejus, velut digniſſimam quæ ad poſteritatum memoriam in hoc opere conſervetur: tota enim contexta eſt ex authenticis documentis, quæ verbotenus conſervari, non tantum hiſtoriæ eccleſiaſticæ intereſt, ſed etiam facit ad curioſitatem Lectoris, formam forenſem Sinenſium in hoc ſpecimine explicatam habituri.*

2 Annus erat eoque amplius, quod Socii Pekinenſes conſcripſerant libellum, & ex conſilio virorum prudentum atque amiciſſimorum ſæpius ad limam revocatum, verbis inſtruxerant ac rationibus, ad ingenium utriuſque gentis, Sinenſis ac Tartaræ, mire accommodatis, quibus adeo gratiam illam ac facultatem ſupplices flagitabamus. Verum cum uſitata ac prope neceſſaria offerendi libelli ratio ac via eſſet, ut per manus ejus, qui Rituum Concilio præſidebat, offerretur; numquam hic, id ut faceret, exorari potue-

Pro reſtitutione eorum Cantonienſium

A tuerat. Quare Socii, alism ingressi viam, patrocinante oobis cum patruo Imperatricis eodemque primo Imperii Administro; cum atiam Principe stirpis Regiæ, qui Præses fuerat Comitiorum antecedentium, tandem assecuti sunt, ut admissus ab alin Magistratu, qui Tùm chìm sù vel gò dicitur, libellus ad manus Principis perveniret. Magistratum eum, qui tertii est Ordinis, Litterati complures coostituunt, quos quidem recte Magistros suppliestionum voces: ipsorum namque munus est, admittere libellos supplices, admissos discutere; &, siquidem æqua postulari videantur, Colais ac Priocipi repræseotare. *Libelli tenor hic erat.*

Scriptus libellus Regique oratus.

3 Nos Ludovieus Buglius, Gabriel Magellanius, Ferdinandus Verbiest, ceterique ex remoto Occidente subditi tui, reverenter ac supplices certiorem facimus Tuam Majestatem, de rebus ad tuam ipsius spectaotibus munificentiam, cui perdifficile est referre vices ac grates. Nos subditi tui, suspicimus admirabundi, reque ipsa experimur Imperatoriæ Majestatis Tuæ perspicacitatem, prudentiam, clementiamque

eidem indicant, quam æquum sit ceteris jam restitutis in integrum,

B amplissimam, nunc & olim semper unsm & eamdem. Sicut patuit nuper, quando scilicet exsminato progressu judiciali, quo Yàm quàm Siēn falsi criminis accusaverat Joannem Adamum Schall; post totam illam causam tuo jussu, per Principem Comitiorum Præsidem, aliosque Principes ac Primores stirpis Regiæ, Præsides item Conciliorum tuorum, nec non Censores Imperii, coesctis rite Comitiis sigillatim & accurste discussam; iis quidem omnibus qui munere publico fuerant privati, restituta fuit dignitas pristina; qui vero in exilium ablegati, restituta patria; mortuis ea quæ solet impensa est miseratio, superstites autem (*eorum filii*) gaudent jam humanitatis & clementiæ tuæ munificentiæque donis (*censu paterno scilicet ac dignitate*) nihil denique tam fuit humila tamque exile, quo non pertigerit collustrstio benignitatis tuæ. Soli ex omnibus Antooius (*de S. Maria scilicet, ex D. Francisci familia: qui tum persecutionis tempore primus in Aolam perductus fuisset, primam Regiis in Catalogis locum, qui stylus est Curiæ, mortuus quoque semper obtinuit*) ceterique homines *Sacerdotes Europæi*, supra vigioti, multo jam tempore, vinctorum more detinentur in Provincia Cantoniensi. Obversantur autem assidue oculis mentis nostræ prædicti Socii: ex quibus multi jam nati sunt anoos plus minus

ipsos quoque frui ejus gratia,

C septusginta vel octoginta; plures item quam decem artis Astronomicæ periti. anno decimo sexto imperantis Xùn chì, mandato ejusdem Chinam sunt iogressi; postquam nempe Concilium Rituum (cujus Acta etiamnum extant) voluntatem Regiam exquisiverat.

4 Porro nos, subditi tui, ab ineunte jam ætate nostra res omnes curasque humanas abjecimus, & disciplinæ religiosæ operam damus: cumque vitam hausimus in Europa, tamen finimus illam in China; idque per annos prope centum, a temporibus familiæ Taimingæ ad hunc usque diem. Et defuncto quidem Imperatori Patri tuo penitus perspectum fuit, Legem divinam expertem esse labis omnis ac vitii: quocirca etiam benefice oobis concessit ipse templum, tribuit Titulum, foribus ejusdem præfixum, tribuit elogium marmori incisum: repetitis etiam vicibus sacra Majestas illa accessit ad templum nostrum, & permisit nos ceterosque Sociorum commorari singulos in propriis templis, & vacare divino cultui studioque virtutum. Obsecramus ergo supplices Tuam Majestatem, ut dimittas in nos perennem illam magoamque beneficentiam tuam: & benigne memor ærumnarum Antonii ac reliquorum omni culpa vacantium, digneris permittere, ut eadem eum libertate, qua tempore Imperatoris defuncti, liceat ipsis qui vegetioris quidem ætatis sunt, remigrare proprias ad ædes

& ad ecclesias ac loca sua sepulturæ remitti.

ac templa; qui vero senes atque decrepiti, ad loca sepulturæ suæ destinata: ut sic humanitas atque benignitas illa, qua Pater tuus, imperantis Familiæ conditor, homines exteros complecti atque fovere consueverat, per te perpetuetur. Hoc pacto, si quid vitæ nobis omnibus subditis tuis erit reliquum, id omne virtutis tuæ, qua nos ad vitam quodammodo revocaveris, munus erit. Iterum hic supplices imploramus sapientiam tuam, qua expendas quæ modo proposuimus, & executioni mandari jubeas. Concilio quidem Rituum similiter exposueramus hæc omnia de scripto: sed impetrare oon potuimus, ut referret ea pro nobis Majestati Tuæ. Quocirca nos ipsi, oblato reverenter libello, certiorem facimus Tuam Majestatem, ejusque mandatum præstolamur D

Ex remoto Occidente subditi,
Buglius, Magellanius, Verbiest;

Imperantis Càm Hi anno IX. die XX. mensis undecimi.

5 Libellum hunc admisit Imperator, & intimo ac supremo Colaorum Concilio perlectum, transmisit de more ad Concilium Rituum. Mandatum autem Imperatoris, quod prodiit ejusdem anni die XXVIII. tale erat: Quæ continentur hoc libello Concilium Rituum consideret ac discutiat, oosque certiores faciat. E Huic mandato cum necesse fuerit vel invitos morem gerere; patebit ex duplici quod hic subjicimus Consulto, quanta cum pervicacia simul & calliditate homines politici adversati sint propensæ in rem nostram voluntati Regiæ, pristinæque libertati ad Legem divinam suscipiendam. Primum sic legebatur.

Ad libellum Concilio Rituum est missum,

6 Nos e Concilio Rituum subditi Majestatis Tuæ, instituta consultatione communi comperimus, qua ratione Buglius ac Socii exposuerint Majestati Tuæ, quod Antonius ceterique homines supra viginti, jam diu hæreant quasi vincti in Provincia Cantoniensi: ex quibus cum multi jam nunc sint quasi nati aonos plus minus septuaginta vel octoginta, reputantes hoc ipsi apud animum suum, supplices rogant Majestatem Tuam, ut demittat perennem illam magnamque munificentiam, & recordetur ærumnarum Antonii ac Sociorum omni culpa vacantium, quibus adeo liceat, vegetioribus quidem remigrare ad templa sua, senioribus vero ad loca sepulturæ suæ designata &c. Quarum rerum per nos facta disquisitione, comperimus, quod, postquam nuper instituimus communem consultationem his ipsis de rebus, mentemque nostram exposuimus Tuæ Majestati; edictum haud multo post prodiit, F quo significabatur non esse necessarium, ut Antonius ceterique homines viginti quinque adducerentur in Aulam; ad Religionem vero Christianam quod attinebat (excepto quidem Ferdinando & ceteris, quibus fas esset eamdem sicut prius exercere) quoniam verebatur Majestas Tua, ne foris, in hac Provincia Pekinensi reliquisque, denuo forte extruerentur templa, & Religio ista susciperetur; mandabat iterum expediri diplomata, quibus id severe interdiceretur. Nos itaque venerabundi morem gessimus huic mandato. Nunc autem, siquidem Antonius & ceteri jubeantur redire ad sua templa, veremur & nos, ne lapsu temporis denuo iostituant ipsi templa extruere & facere Christianos: res est saltem incerta. Quapropter ea quæ de Antonio ceterisque proposita sunt Tuæ Majestati, non vocentur amplius in deliberationem, sed reverenter procedatur secundum edictum præcedens. *At certe non edixit Imperator, ut ii quos innocentes declarat, extra domicilia sua in exsilio contabescerent, quæ vestra hic videtur esse sententia.*

respondet Præses,

nec mandatum sibi restitutionis talem,

nec cum edicto stare decreto non propagandæ legis

7 Alterum consultum & responsum ejusdem Concilii tale erat. Rebus iterum discussis comperimus, quod sententia superiorum Conciliorum proposita Majestati Tuæ fuerit, ut restitueretur privatis dignitate dignitas pristina, ut exulibus restitueretur solum

ad gratiam sufficere, si permittantur

pa

A patrium, vita functis ut impenderetur solita miseratio, Antonio ceterisque etiamnum detentis in Provincia Cantoniensi, potestas ut fieret singulis ad propria templa redeundi. (*Liquet igitur, idque testimonio hominum tam acriter nobis adversantium, placuisse tunc Comitiis Imperii evocari nos Pekinum, eo maxime consilio, ut dimitteremur inde, majori cum honore & auctoritate, ad pristinas ecclesias & stationes nostras; & quidem sine ulla prohibitione divinæ Legis propagandæ.*) Sed quoniam venerandum Majestatis Tuæ responsum deinde fuit ac placitum, vereri se, ne forte in hac aliisque Provinciis denuo extruerentur ab ipsis templa, atque indigenæ Legem istam susciperent, cumq; adeo rursum præscripserit severam ejusdem prohibitionem; censemus & nos haud expedire, ut singuli revertantur ad sua templa. Verumtamen quia carituri illi sunt communi noxarum condonatione & gratia, siquidem detineantur etiamnum in Provincia Cantoniensi; & quia plures quam decem dicuntur esse inter ipsos periti Astronomiæ; poterunt satis convenienter evocari omnes in hanc Regiam, ut ibidem simul cum B Ferdinando commorentur. Die XVIII. mensis XII.

simul omnes Pekini morari.

8 Mitior aliquanto sententia, verum divinæ Legis promulgationi nostræque libertati non minus quam prior adversans. Quamquam sperari non poterat quidquam melius ab eo cœtu Consiliariorum, a quo nulla unquam secta vel religio legitime suscepta vel approbata fuisse dicitur, quamdiu stetit hæc Monarchia, præter unam quæ Jù kiàn nuncupatur, estque propria hominum litteratorum ac Magistratuum: quamtumvis interim multi sæpe Principes Imperii totius, quin & Præsides ac Senatores hujus ipsius Concilii, privata quadam superstitione, sectis aliis aliisque impense faverint. Secta porro Jù kiàn, rationi legique naturæ satis consentanea, primis illis Monarchiæ temporibus, diu sane perstitisse videtur inviolata (quantum nobis licet conjicere ex vetustissimis gentis libris ac monumentis) quoad lapsu vitioque temporis depravari cœperunt, qui illam maxime profitebantur; ac tot erroribus totque superstitionibus tandem inquinari, ut hoc tempore prisci quidem codices illam conservent; Litteratorum vero multi solo illius nomine & fucata quadam specie glorientur: quo minus est mirandum, adversari tam constanter legi Gratiæ, qui Naturæ parere desierunt.

Plus sperari non poterat ab obstinatis adversariis.

9 Accidit etiam, quod tam Sinæ quam Tartari, C proprius insuper stimulis contra nos concitentur: Sinæ quidem, livoris ac invidiæ, dum se non æquari modo, sed etiam superari vident ab iis quos in incultis barbarisq; numeraverant; dum item lux Evangelica suas vel invitis exhibet maculas, ac palam facit quam tenue lumen fuerit priscæ ipsorum Philosophiæ; quam cum adeo deprædicant tumidi, suis tamen erroribus vitiisq; tam fœde commaculant. Tartaros perpetuæ quædam suspiciones agitant atque formidines, quas gignit paucitas sua conscientiaque occupati Imperii, & sic occupati: quo fit ut nihil ipsis videatur alienus ab omni prudentia cautioneque politica, quam homines exteros, & quidem Magistros peregrinæ Legis, per urbes ac provincias suas dispergi. Malitiose interim callideque metus istos & curas nonnulli Sinarum exaggerant, non tam ut consulant publicæ incolumitati, quam ut barbari creduli que victoris animus contra nos ferocius concitetur. Superstitio denique & dæmoniorum cultus multorum animos vehementer a nobis alienat (quamvis hoc ipsum mira tegant dissimulatione quotics jus dicunt) ferunt enim peracerbe, quod ea numina, quæ ipsi tanta cum superstitione colunt, Christiana Religio spernat ac detestetur, & dæmonia esse doceat æternis inferorum suppliciis addicta.

tam Sinis quam Tartaris:

10 Et his quidem aliisque de causis, ubi duo ista Senatus-consulta ad supremum intimumque Concilium delata sunt, tam ferociter ibi contra nos vota nostra D pugnatum fuit; ut ab amico nuntiaretur tribus Sociis, non posse jam diutius adolescentulum Principem, tam obfirmatis tot ac tantorum virorum sententiis reluctari. Constabat certe, Colaos omnino tres, natione Sinas, palam adversari rebus nostris: sic ut stupendum fuerit ac divinæ tribuendum potentiæ, evicisse bonum Principem, ut reditus nobis ad ecclesias, cum tam illustri testificatione innocentiæ nostræ, tametsi non cum ea qua par erat libertate, concederetur. Placitum Imperatoris ac sententia, data ejusdem mensis XII. die XXXI. talis fuit. Secundum ea quæ nobis significata sunt a Ludovico Buglio ac Sociis, Antonius ac ceteri (quos inter multi sunt annos plus minus septuaginta nati) tam diu & absque culpa sua detinentur in Provincia Cantoniensi &c. Ex his igitur qui periti sunt rei Astronomicæ jubemus seligi ac venire in Regiam, una cum Ferdinando commoraturos; qui vero periti non sunt, iis gratiam facimus, ut revertantur singuli ad propria templa. E Verum præter exercitia virtutum cultusque divini, propria Religioni ipsorum, haud permittimus ut quisquam in hac aliisque Provinciis suscipiat Legem istam, sed etiamnum vigere volumus priorem prohibitionem.

edicit nihilominus Rex.

dimittendos exules,

11 Effluxerant duo menses cum dimidio, post decretoriam hanc in causa nostra sententiam; quando perlatæ sunt litteræ Curiales ad Gubernatorem provinciæ Cantoniensis, a duobus exaratæ Conciliis Regiis. Rituum scilicet Reique militaris, quibus executio sententiæ de more demandata fuerat. Repetebatur autem dictis litteris magna cum fide supplex libellus noster; ac deinde recensebantur nostra Sacerdotum Europæorum nomina, nec non Provinciarum, in quibus dicata Deo habemus templa. Dignumque est animadversione, quod, cum similis enumeratio templorum, bona fide per nos facta in libello quodam paulo ante persecutionem edito, tam graviter offenderit, ac innocentiam nostram in suspicionem crimenque vocaverit; nunc, ubi declarata fuit innocentia, Judices ipsimet in favorem nostrum eamdem repetant provinciarum ac templorum enumerationem, hoc ordine.

restituendas ecclesias,

12 Nos, omni cum reverentia obsequentes mandato Regio, comperimus, quod annis superioribus degebant, in ecclesiis quidem provinciæ Xàn tùo, Antonius de S. Maria *Hispanus*, *in Cantoniensi exilio defunctus*, Joannes Valat *Gallus*; in ecclesiis provinciæ F Xàn sì, Michael Trigault *Gallobelga*, *defunctus ut supra*, Christianus Hertrich *Austriacus*; in ecclesiis Provinciæ Nàn Kim, Emmanuel Georgius *Lusitanus*. Franciscus Rougemond *Flandrobelga*, Joannes Dominicus Gabiani *Pedemontanus*, Franciscus Brancati *Siculus*, *defunctus ut supra*, Jacobus le Favre *Gallus*, Felicianus Pacheco *Lusitanus*, Philippus Couplet *Flandrobelga*; in ecclesiis provinciæ Hùquàm, Jacobus Motèl *Gallus*, in ecclesiis provinciæ Kiàm sì, Petrus Canevari *Genuensis*, Adrianus Grelòn *Gallus*, Prosper Intorcetta *Siculus* in ecclesiis provinciæ Chè kiàm, Humbertus Augeri *Gallus*. Dominicus Navarrete *Hispanus*, Philippus Leonardi *Hispanus*, Dominicus Sarpetri *Siculus*; in ecclesiis provinciæ Fò kièn, Antonius de Gouvea *Lusitanus*. Ignatius a Costa *Lusitanus*, *defunctus ut supra*; in ecclesiis provinciæ Xèo sì, Franciscus de Ferrariis *Pedemontanus*, Claudius Motèl *Gallus*; in ecclesiis provinciæ Quàm tùm, Stanislaus Torrens *Romanus*, Andreas Lubelli *Lupiensis*.

quique suas ex ordine.

13 Post hæc referebantur ea, quæ duplici consulto statuerant Consiliarii, & quæ Imperator ipse supremo Colaorum Concilio decreverat: ac tandem hac sequenti clausula litteræ finiebantur. Ubi decretum hoc Regium debita cum veneratione delatum est ad Curiam

Litteris ad Gubernatorem Cantoniensem semper latis,

oo

A nostram; oportuit nos pro officio expedire litteras ad Gubernatorem supremum provinciæ Cantoniensis, qui adeo perlectis litteris diligenter examinet, quam molti sint inter ipsos valde periti rei Astronomicæ, & carec ac honorifica deducantur in Aulam: efficiat etiam ut qui minus periti sunt Astronomiæ, ad suas singuli provinciæ cujusque ædes ac templa revertantur. Nos itaque præmittimus hic causæ totius seriem & acta. Gubernator autem provinciæ istius non gravetur expendere omnia, & secundum ea quæ Imperatoris placito continentur, revereolar executioni mandare. *Hactenus Concilium*. Porro quod vix ausi fueramus sperare, permissum nobis fuit eligere pro arbitrio qui pergere ot in Aulam, nec coacti fuimus plures duobus eodem destinare; magno utique commodo rei Christianæ, in tanta Ministrorum penuria.

Sumptu Regio reducuntur Patres.

14 Dum hæc itaque prælo committuntur, ipsi nos ad iter accingimus: & alii quidem ad leucarum ducentarum iter, ad quadringentarum alii, multi etiam B ad quingentarum eoque amplius. Qui Aulam petent expensis ibunt Regiis & singulari cum honore, quem Gubernatores oppidorum, urbium, provinciarum, ubique deferent: reliquis etiam omnibus (quod modo nobis nunciatur) Prorex hujus provinciæ navigia, per trecentas circiter leucas, attribuenda esse edicto censens; simul docet id ita fieri oportere, ac ministri Regii cum exemplo ipsius Regis, benigne foventis exteros, conformentur. Quoniam vero superioris argumenti litteræ ad Præfectos aliarum quoque Provinciarum sunt expeditæ; dubitari vix potest, quin, diu antequam revertamur ad ecclesias nostras, ex cura ministrorum Regiorum (sic quidem sperare nos jubent Socii Pekinenses) vacuæ serventur in adventum nostrum.

Quod sunt prohibitio maneat propagatio fidei.

15 Quod interim prohibeantur indigenæ Legem Christi suscipere, nos usquequaque non angit: tum quia non vetantur in ea perseverare qui jam susceperunt; tum vero maxime, quod viri graves ac prudentes, & in his Ethnici, fidenter asserant, specietenus id factum. Et vero qui potest fieri, ut quo edicto Lex ista tam serio tamque diserte pronuntiatur innocens, & innocentes qui illam profitemur ac promulgamus, eodem ipsa edicto serio prohibeatur? Quod si post interdictum, anno MDCLXX. prima vice vulgatum, tamen illo ipso anno, & quidem in Aula conspectuque Principis, tria circiter millia Christo sunt C adjuncta, uti ex postremis Sociorum litteris accepimus, quid in terris ab Aula remotioribus erit sperandum? Necessaria tamen erit in posterum summeque necessaria moderatio, prudentia, vigilantia singularis: verendum est enim, ne errore quamvis levi & peccato zeli præfestinantis atque præfervidi, sive eorum qui foris cum degant, aditum sibi quærant in hasce missiones; sive horum qui filios suos in Christo, a quibus per exilium sex annorum fuerant distracti, denuo jam revisent; Christiana res iterum adducatur in discrimen, & multo quidem gravius ac quo modo est perfuncta. Atque adeo quæ Sinarum claustra portæque Europæis hominibus adhuc quidem non fuerunt nisi æneæ, metuendum erit ne culpa nostra reddantur adamantinæ æternumque obseratæ, cum incredibili damno tot animarum, pro quibus mortuus est Christus; nec minori injuria divini nominis, dum atroces impiæque suspiciones & calumniæ, quæ in multorum animis non tam extinctæ quam consopitæ sunt, denuo (quod avertat Deus) suscitabuntur, & multo quam antea vehementius exardescent. Cum e contrario sperare possimus, non libertatem modo pristinam, sed æmulam Constantiniani quoque temporis pacem ac felicitatem, siquidem, freti Deo, cum prudenti caritate Apostoli gentium, qui omnibus fiebat omnia, conjunxerimus mansuetudinem ac patientiam Christi

Solam monet prudentiam patere utrosque agendum.

Jesu; cujus innocentia, peccatorum alienorum pondere quondam oppressa & in crucem acta, tam gloriose vicit ac triumphavit, & triumphabit in æternum. D

DISSERTATIO XLIX.

De epikia seu discretione, in prædicando Sinis Tartarisque Evangelio tenenda.

Cruce seposita landis Neophytis addi jussa,

SI Auctor præmissæ Relationis jure merito potuit formidare incommodum, rei Christianæ aliquando inferendum ab iis ipsis, qui, licet tot annis in ea gente versati, ad ecclesias tamen diu desideratas redituri, haud satis forte moderari possent fervori suo; quanto majora pericula metuenda erunt a novorum & inexpertorum hominum ingressu; maxime, si iidem persuasi venirent, alia omnino ratione, quam factum hactenus, tractari Nationem utramque debere, ad solidum in ea fructum faciendum. Hujus ergo periculosissimæ persuasionis susceptibiles ut faceret Europæos homines, in eam missionem ituros, hostis vaferrimus, jam pridem cœpit de Evangelicis istic Prædicatoribus sinistros rumores E disseminare, & quidquid non omnino ex usu nostro ab illis agitur in suspicionem vocare abusus. Inventi sunt etiam qui affirmarent, occultari omnino apud Sinas Crucis Christi mysterium, quia illa non ubique in manibus est, nec passim ante oculos Gentilium ponitur. Quam bene nota Neophytis Crux Dominica sit, doceat hic juncta forma earum, cum quibus jam pridem plerique sepeliuntur, posteritati quantumvis fera testatam relinquere volentes fidem, sibi viventibus prædicatam. Quam prudenter Crux eadem non exponatur ubique conspectui omnium, præsertim nudo crucifixo instructa, præclara Dissertatione Parisiis explicuit Doctor Theologus, per modum epistolæ scriptæ Gallice cuidam in Chinam ituro Missionario, & super moribus illic tenendis, nonnullos ex haustis perperam præjudiciis scrupulos moventi. Ea Dissertatio cum multam hoc tempore utilitatem habere possit, breviterque, dilucide ac solide expediens plerasque difficultates, circa modum propagandi inter eas gentes Evangelii motas, doceat epikiam & discretionem, non solum in aliis rebus omnibus, sed etiam in Christo annuntiando tenendam; ipsam accipe, Latine redditam a R.P. Emmanuele van Outers S. I. hanc mihi operam commodare dignato.

falsi vulgabant calumniatores Patrum.

Doctor Theologus Parisius.

2 Studium illud ardens, Amicorum optime, quod te, relicta patria, ad extremos orbis hujus fines lustrandos impulit, ut emptas Christi sanguine animas in viam salutis revoces & reducas, eo laudabilius est, quo justo quodam moderationis, judicii, prudentiæ F fræno temperatius; uno verbo (quoniam ita loqui cogor) quo discretius: quam virtutem in iis litteris, quas ad duos e discipulis animi fervidioris dedit, Apostolus Paulus tantopere commendat. Etenim diversi Regionum mores & vitæ consuetudines, longo seculorum usu inolitæ & confirmatæ, gravi solent esse hominibus obstaculo, quo minus Religionem amplectantur peregrinam; tum maxime, cum quis consilio, tam cæco quam præcipiti, seu potius inconsulto animi impetu, totum prioris vitæ genus, repente & uno quasi ictu convellit & invertit, etiam in iis rebus, quæ Religioni neque prosunt multum, neque incommodant, & vulgo dicantur indifferentes.

iturum ad Sinas amicum monet, circa versatu apud ipsos temperet.

3 Hæc agendi ratio tam parum Ecclesiæ menti respondet, & ei rationi, quam Christus in terris tenuit ejusque primi discipuli; ut, si vel obiter examines, prorsus videas apertaque pugnare. Singularis illius sapientiæ vim miror toties, quoties cum animo reputo Dei Filium (qui ea mente adierat has terras, ut dissipatæ Synagogæ ruinis novam Legem quodammodo inædificaret altiusque erigeret) totos triginta tres ætatis annos ab Judæorum præscriptis transegisse, nihil-

extendendum nullum in discretum;

FORMA CRVCIS
ex argento, ære vel ligno factæ
cum qua Plurimi Sinenses Neophyti sepeliuntur ad perpetuum Susceptæ fidei Christianæ monumentum.

FACIES ANTERIOR.

I·N·R·I·

sin vam gnai	信 望 愛	Credo, spero, amo

tiēn chù uâm guéi yĕ tì

天主王位一體

Cœli Dnum, trinum personis, unum essentia

nhiàm laý	仰 賴	affectuose innixus
je su xim cum	耶 穌 聖 功	Je su sanctis Meritis,

hŏ ch'am sem chī ngen	kién sín cie uám fö	活 常 生 之 恩	堅 信 切 望 復	firmiter Credo, ardenter spero, resur.	tionis aeternae que vitae gratiam.

聖號經
以十字聖架
號天主我等主
救我等於我仇
因罷德肋及費
畧及斯彼利多
三多名者
亞孟

Gio Paolo Finazzi Sculpsi

S. SIGNI ORATIO

Per decimæ litteræ sanctæ Constructionis signum
Cœli Dominus, Noster Dominus,
liberet nos de Inimicis Nostris
In Patris et Filij et spiritus sancti Nomine,
amen.

FACIES POSTERIOR



ngò sín	我 信	Ego Credo



kí xeù nán yûn	其 受 難 云	eum esse passum etc
yûn	云	etc
pí tím xĕ çú kiá	被 釘 十 字 架	affixum decimæ litteræ Constructioni (idest Cruci)
sù	死	mortuum

徐永昌
松江人于順治
甲申年八月十二日領洗
聖名斐理伯在世卌歲
于康熙甲子年四月廿五日
去世已行教禮賴
天主仁慈
息安所

SIU YUM CHAM (*est nomen defuncti*)

fuit Kianensis Civis, xūnxi (Imperatoris) anno Kiă kin die 8 luna, 12 die baptizatus, sanctum nomen Filipe. Fuit in seculo 40 annis Imperantis Cām hī anno Kiă Cu, 4 mense, 25 die obijt e seculo postquam actam more Christiano confisus Cœli Dñi pius misericordia
Requiescat in Pacis loco.



A hilq; in iis innovassa. Quemadmodum vixerat, ita vivere desiit, ritus Mosaicæ Legis oblervans. Neque templi velum ante mortem ejus scissum est, radiosq; lucis admisit, quibus reconditæ veritates divinaque mysteria panderentur, quorum solis Judæi ducti fuerant promissis, & figuris inanibus allecti. An non & tu, mecum admirabundus, prudens Apostolorum institutum suspicis, Christianismi fundamenta, stante, nec adhue convulsa veteri Lege, molientium? Tingebatur quotidie templum victimarum sanguine, & spargebatur cineribus holocaustorum, etiam tum cum primi Servatoris discipuli æterno Patri incruentam Filii hostiam sacrificabant. Baptismi salutaris usus viguit, circumcisione necdum abolita. Paulus ipse (qui Petrum graviter castigarat, quod Gentilium cervicibus ad melinra jam conversorum jugum intolerabile imponeret) inanes abrogatasque ceremonias non negligebat interdum, ne offensioni esset iis quibuscum viveret. Quot prisci Gentium ritus in nostros vel conversi sunt sancte, vel sapienter retenti; ne forte eorum exasperarentur ingenia, qui, cum nondum ita essent affecti animo, ut nuntium ceremoniis omnibus remitterent, ad Ecclesiæ gremium tamen aspirabant?

exemplo Christi & Apostolorum,

4 Neque adeo te fugit, qui me quoq; profundius id B genus arcana serutatus es, res esse quasdam, sine quibus Religio stare neq; potest neq; concipi, quasq; in Scholis vocamus Essentiales; quasdam vero, quibus sine pernicie & incommodo graviori facile carere possit, dicique solent Accidentales. Ex hoc genere nonnullas videmus ejusmodi, ut in natura spectatæ sua, sint prorsus indifferentes, soloq; hominis animo ad Deum verum dirigentia fiant bonæ, vel interdum (si alio vertantur) pessimæ, ut sunt ea quæ nobis cum hæreticis & idololatris sunt communia: videlicet precationes, vota, corporis afflictationes, supplicationes, templa, imagines, sacrifitia, quæ nos omnia Deo reddunt commendabiles, illos vero dum abutuntur execrabiles. Unde sacra passim nomina mutuati sumus, si non a Gentilibus? Hinc templa, ceremoniæ, liturgiæ, mysteria, sacramenta. Erant siquidem illi, primi earum linguarum magistri, quibus vel usa Religio, vel posteris tradita. Deniq, de rebus hisce dici jure videtur posse, quod Philosophi veteres de Materia prima tradidere; esse nempe velut promiscuas, formarumque diversarum capaces, quæ bonas eas efficiant vel malas. Erigimus nos statuas & imagines, eriguntur & a Gentilibus. Erectas & nos colimus, & colunt illi: quanto tamen discrimine? Abomi-C nabiles Deo sunt istæ, quia vim quamdam altiorem & cœleste numen in iis præsens Gentes venerantur: nostræ vero Cœlitibus Deoque acceptæ, qui nihil in iis cultu dignum agnoscimus, nisi id quod repræsentant. Reducunt eæ nobis in memoriam mysteria quædam, quibus animus altius attollitur, divinumque aliquid cogitat & veneratione prosequitur, quod imaginibus inesse neutiquam existimat. Numquam ille cultus noster, ut Gentilium solet, in simulacris ceterisque externis signis defixus hæret: & in iis honoribus, quos Sanctorum hominum memoriæ tribuimus, Deum veneramur maxime, sanctitatis omnis auctorem. Solemus enim tum potissimum cœlestis gratiæ virtutem admirari, qua mors eorum pretiosa redditur in conspectu Domini, & transacta vita velut exemplar quoddam imitatione nostra dignum.

ritus Judaicos non dedignatorum,

5 Artes eæ, quibus Evangelii præcones inter Sinas usi sunt, ut aditum Religioni panderent, humanæ nimis videntur, inquis; Astronomia nempe, scientiæ quædam illustriores, quas Mathematice complectitur. Ita favorem Principis sibi conciliarunt & nationis, quæ cœli conversionibus plurimum tribuit, aliaque naturæ effecta, quæ prodigii loco sunt apud eos, qui sic ea observant, ut causas neque penetrent neque assequantur. S. Paulus, ut existimas, aliique Apo-

nec culpandum, quod Astronomia fulti Patres favorem quæsierint Religioni:

stolorum Principes adjumentis ejusmodi non leD guntur usi, dum per omnes orbis oras Christi nomen & fidei lumen spargebant, quas a se mutuo disjuncti post Magistri necem peragrarunt. Gentium Doctor aperte negat, ad Corinthios scribens, eloquentia se fretum sua venisse, aut persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis. Non infitior utiq; & est verissimum, ad confutandam & simul confundendam Ethnicorum callidam sapientiam Evangelii simplicissimis placitis, & ad Philosophorum superbiam Crucis ignominia domandam, non placuisse Christo, nisi indoctam & humilem paucorum piscatorum manum, quæ fidei facem terris inferret, cœlitusque acceptas proderet veritates. Verum & tu considera, qualis is fuerit, qui hæc instrumenta, tam parum de se apta, ad rerum tam grandium molitionem adhibuit. Christus ipse, scilicet æterni Patris & virtus & sapientia, cui ut erat facillimum stupidas discipulorum mentes subita arcanorum omnium intelligentia acuere & illustrare, cumque iisdem patrandorum prodigiorum vim summam communicare; ita non fuit difficile lapides istos, ut ejus phrasi loquar in Abrahæ filios transformare. Cujus esset imprudentiæ, cujus arrogantiæ sperare, nedum in animum in- E ducere, idem nos ista via consecuturos? Fuerint discipuli rerum ignari omnium, eo quo vocati sunt tempore, & in filii Dei contubernium admissi: certe nihil erat illis doctius, nihil perspicacius, cum Apostoli jussi sunt. Spiritus sanctus singulis ultimam quasi manum imposuit, & ad sacræ eruditionis culmen, ut Magister multo ante prædixerat, perduxit. Et adhuc hodie in Epistolis Petri, Joannis, Jacobi, Evangelii Matthæi & Joannis, ejusdemque Apocalypsi, non obscura Theologiæ admirandæ vestigia deprehendimus. Da mihi Missionarios, donis talibus instructos, neque magnopere repugnavero, quo minus ejus generis homines, simplices & ignorantes, ad stabiliendum in exteris regionibus Christianismum destinentur. Verum ubi loci tandem aut temporis comperies, vel ab Apostolis vel ab Ecclesia munus Apostolici viri rudibus unquam esse commissum? istos in sacrorum præcones aut præsides electos? Lucam sibi Paulus adjunxit; medicinæ peritum. Dionysius Areopagita non fuit tantum juris & justitiæ consultus, sed & Astronomicis disciplinis imbutus. Sanctus ipse Paulus, cujus nos exemplo moveri cupis, Gamalielem audierat cum Stephano; cujus tantus ardor visque in disputando, cum variis Hierosolymæ sectis, eo clarius enituit, quod esset in Lege sacrisque Vatibus versatissimus.

nec quia Apostolos idiotas assumpsit Christus.

tales apud Evangelia nunc esse;

6 Et quoniam mentio cœpit de Paulo fieri, quæ tibi F videtur ejus viri, divino spiritu pleni, quantaque sapientia? Quam ille dextere, quam prudenter, quot, quamque diversis viis Christum pectoribus hominum inserit? Vide, qua potissimum ratione Athenienses aggrediatur, multarum disciplinarum homines, quales tuos tibi tu Sinenses fingis. Philosophorum testimonia citat, quos summo noverat apud eos esse in pretio: citat Poetarum, & ex inscriptione aræ cujusdam, IGNOTO DEO consecratæ, occasione capta, eum Deum notum facit, cujus propagatum nomen ibat. Vide rursus, quibus telis Judæos premat, in Epistola ad Hebræos. Geminum Christi Sacerdotium ex eorum placitis statuit & firmat; alterum, secundum ordinem Leviticum, quod in ipso finem acciperet; alterum, secundum ordinem Melchisedech, sempiternum. Quo demum impetu, quanto argumentorum pondere, quanta eloquentiæ vi Romanos instruit, ut e Judæorum animis, qui se Romam receperant, vanam fiduciam extorqueat, qua gloriabantur sibi solis venisse Servatorem: utque Gentilibus persuadeat, Philosophos, quos vitæ magistros sectabantur, voluntaria sese vanissimarum opinionum nocte mersisse, ut eo peccarent liberius,

Paulum ad Hebræos & Romanos,

utrorumque literis egregie usum,

A arque ita excæcatos, flagitiis omnibus contaminasse. Doctus exemplo tam sancto, non possum non suspicere prudentiam eorum, qui Sinarum Philosophorum scripta adhibent, ut iis populis probent, Philosophos eos Deum verum solo naturæ lumine agnovisse; quamquam non ea, qua par erat, affecerint gloria. Id ipsum ad Romanos Apostolas inculcabat olim, eaque via est & facillima & rectissima, qua populos hos ad agnitionem veri Dei deducas, qui se gentium omnium existimant acutissimos & eruditissimos, quique magistrorum suorum veterum placitis adeo multum deferunt; Numen istud, quod colendum unice annuntias, demonstrare istis ipsis fuisse cognitissimum.

7 Quod de Astronomia censes, tamquam arte parum Christiana, & Religioni fundandæ minus idonea; nescio utrum notaveris aliquando, hanc unam esse ex iis scientiis, quas Deus voluit nos ante alias cognoscere. Abrahamus, pater & dux piorum hominum, qui ante Legem per Moysen latam fuere, hanc inter Chaldæos didicit. Deusque olim, diserte jubens ut sol & luna vicissitudines temporum designarent, Judæorum ceremonias per novilunia & certas solis conversiones distinxit. Idem ille instituit, ut Agnus paschalis immolaretur, & manducaretur decima quarta lunæ post æquinoctium vernum; unde necessaria fuit Sacerdotibus & Legis peritis quædam astronomicarum rerum intelligentia. An non & simile quid, circa Paschatis celebrandi tempus, in Ecclesia Christiana usus obtinuit? An non opus aliquando fuit peritissimis viris, qui nascentes de eo lites gravesque controversias dirimerent & consopirent, Victore Pontifice maximo, S. Irenæi temporibus, qui Romam ab Ecclesiis Galliæ legatus venit, ut, quid de toto hoc negotio sentiendum esset, edocerentur? Adeo artes hæ cum Christianismo non pugnant, ut ab iis ipse duxerit exordium. Unde sapientibus Magis Servatoris natalis innotuit, nisi per novum sidus, quod in Oriente observaverant? Unde potuissent illi discere, quid sibi vellet id ostenti genus, in quo nihil non erat extraordinarium, nisi corporum cœlestium naturam, cursum, motum apprime calluissent? Noti sunt tibi sermones, quos in Herodis aula solidis fundamentis nixos tenuerunt: notæ quæstiones objectæ legisperitis, quos in Regiam eumolus Princeps convocarat, unde opportunitas iis data est Servatoris nativitatem manifestandi & confirmandi, tum Prophetarum oraculis, tum sacrarum Litterarum testimoniis. Si sunt, ut affirmas, Sinenses adeo cœli observationibus dediti, per quid aliud possunt facilius adduci, ut cognoscant verum Deum, quam per ea prodigia, quæ quotidie deteguntur in cœlo? Nonne Firmamentum laudes ejus & gloriam tot linguis annuntiat, quot in eo videmus sidera? Solis Lunæque cursus tam constans, tamque apte per spatia dimensus; Stellarum varietas, magnitudine, lumine, influentiis, aspectibus, tamque diverso inter se situ & conjunctione discriminatarum, quæ sapientissimum quemque Sinarum stupentem detinet, nullumne poterit in Conditoris notitiam trahere? Aliaue ratione Graoatensis, facile seculi sui disertissimus, Theologos acutissimos imitatus, divinam providentiæ rerum omnium moderatricem, naturam ejus, potentiam, sapientiam stabilit, & demonstrat? Ex hoc fonte argumenta pleraque manant, quæ vocamus naturalia, quæque ille transtulit in admirabilem suum Catechismum, qui, tamquam perfectissimi operis singulare quoddam specimen, inter id genus pia opuscula, recensetur.

8 Si fieri debemus omnibus omnia, ut hominum animos afferamus Deo; quid interest, utrum sub astronomi habitu an militis, medici, an mercatoris, philosophi an cujuslibet denique, populis illis, in errorum nocte degentibus, lucem Evangelii postam? Dei

utriusq; Leges Pascha ex astronomis pendere,

per eam & Christiani amonit Magi;

utque Dei facilius ... ex ... ipsius cognoscit,

D filias; qui studium animarum rebus comparat diversissimis, modo cœlo ipsi, modo pecuniæ & nummis, alias ingentis pretii margaritæ, convivio alias, interdum ædificio, interdum expeditioni bellicæ, variam in tam variis industriam haud obscure probat, qua divino mancipentur homines obsequio. Neque refert, hacne via, an alia Deus verus innotescat; modo cognoscatur & honoretur ea ratione, qua cognosci ipse ab homine, & honorari desiderat. Quamquam Deus sit ab omni materia & concretione sejunctissimus, quamquam purissimus spiritus, atque adeo ab iis a quibus adoratur adorari velit in spiritu; mundum tamen hunc aspectabilem, velut imaginem magnitudinis suæ, oculis hominum objecit, in qua tamquam in speculo reluceret. Per hac igitur sensibus quotidie expositas res eque tot corporibus contretas, voluit intelligi, inaspectabilis ipse, & nulli materiæ obnoxius. Et profecto, quandoquidem Christus Jesus, dum nos coram instrueret, tot tamque varias similitudines miscuit, ab Agricultura, itineribus longinquis, Medicina, Architectura, Astronomia petitas, ad illustranda quæ docebat arcana; quid tu adeo nos prohibes, per istiusmodi artes, captare opportunitatem vulgandæ veritatis? Agnoscis ultro, vastissimum Sinarum regnum, ubi ante annos centum circiter nullum erat Christianæ religionis vestigium, modo plenum esse E Christi cultoribus. Constructa sunt innumera templa, sedesque quas oratoria nuncupamus, in quibus verum Numen adoratur; idq; Mathematices & emendati Kalendarii beneficio. Quod majus poterat iis gentibus bonum, quam quod hæ artes peperere, procurari? Qui Moysen olim populi sui ducem & magistrum destinarat Deus, perque illum Ægyptiorum frangere contumaciam decreverat; priusquam illi potestas fieret patrandorum prodigiorum, quibus & populum & religionem erigeret, voluit ut in Academiis Ægypti omnibus imbueretur scientiis, quas tum superba hæc natio profitebatur. Sanctus Stephanus, in eloquenti illa disputatione quam ad convincendos Judæos instituit, nobis affirmat, hunc Hebræorum legislatorem, & Philosophum egregium extitisse & Astronomum excellentem, hisq; ab eo scientias in Ægypti scholis haustas. Erat siquidem, *eruditus omni sapientia Ægyptiorum.* S. Franciscus Xaverius, qui in ipso Sinarum aditu, post promulgatum Indis & Japonibus Christum, exhaustam tot laboribus animam Deo reddidit; necessariam harum artium peritiam jam pridem agnoverat iis, qui gentibus hisce cuperent fidei veritates aperire. Etenim in litteris ad Academiam nostram datis, quibus F & missionis suæ successum Doctoribus exponit, & ad culturam agri, a quo messis tam ampla speratur, invitat; diserte notavit, opus esse viris rerum cœlestium totiusq; physices peritissimis: quoniam frequenter res esset cum Bonziis, Philosophiam professis; quique gloriantur, se rationis unius lumine posse Religionis nostræ fundamenta subvertere.

9 Quis non videt opus esse periculosæ plenum aleæ, cum hoc hominum genere stupidos quosdam & humanarum scientiarum rudes committere? Quamlibet magno flagrent illi animarum studio, plus detrimenti Christianismi propagationi adferent quam obsequii, nisi vanam Doctorum horum sophisticen sciant detegere, detectamq; expugnare, solutis, quas de natura rerum instituunt, quæstionibus. Hac naturæ peritia Xaverius inter Japones utebatur tam dextere, ut ejus, quotquot essent, & ingenium mirarentur & scientiam. Si quos volebat apertius confutare, non aliud quam humanis mentibus inditum rationis lumen adhibebat, petitis ab eo demonstrationibus: ita facile victi dabant manus, & convertebantur ad meliora; quemadmodum patuit in celebri disceptatione, de mundi opificio coram Bongi Rege instituta cum Bonzio quodam, qui-

mun-

& Spiritualia per res sensibiles ... doceri;

Naturalibus Scientiis instructus Moysen,

& Xaverium.

...maximas peregisse;

A mundum hunc contendebat esse sempiternum. Victus est Bonzius, Rex certaminis spectator cum plerisq; aulicorum, hac occasione, ad Christum & veritatem accessit. Econtrario nuper accepimus, quantum damni passa sit Religio apud Persas, Missionariorum quorumdam inscitia: qui cum nihil invenirent, quod quæstionibus de corporum cœlestium observatione curiosioribus responderent; speraverant citharæ sambucæque, cum fides non male pulsare didicissent, & reliquo musices apparatu, populos hosce in amorem & existimationem nominis sui pellicere. Verum non ita multo post, accepta insigni ignominia, regno toto pulsi sunt cum instrumentis musicis; coactique Christiani, vulnere tanto nec minore dolore perculsi, Judæos, Astronomiæ & naturalis Philosophiæ callentes, intueri in eorum locum substitutos. Neque a vero alienum, Missionarios hos, de quibus agis, si nihil aliud Sinenses populos docuissent præter Euclidis elementa aut Cœli accuratius systema, si quosdam dumtaxat aut de Sphæra tractatus aut de Trigonometria Sinica lingua donassent, non magnum minimeque a me approbandum operæ pretium fecisse. Non erant intee
B tot pericula tam vasta maria transmittenda, ut de Mathematicis disciplinis in extremo orbe scholæ erigerentur. Verum ex libris inde huc delatis, qui in Vaticana Regiaque Bibliotheca custodiuntur, videmus illorum industria Sinice versum novum Testamentum, vim ingentem Catechismorum, & ante alios Concilii Tridentini, Summam S. Thomæ, diversos precationum libros, orationis Dominicæ, Symboli Apostolici, præceptorum divinorum explanationes, Vitam Jesu Christi & Sanctorum, Missale Romanum, & quędam sanctorum Patrum volumina, eadem lingua vulgata. Demum; primus liber, qui typis Sinicis editus est auctore Michaele Rogerio, anno salutis MDLXXXIV. sinceram sacræ legis Historiam complectebatur. Pręcipua mysteria Verbi divini; hominem induti, & acerbissima pro nobis in Cruce morte defuncti, accuratione summa in eo elucidata leguntur.

& sic Christianæ Legis libros plures jam Sinice legi.

10 Huic tuæ querimoniæ, quæ spectabat artes, quibus prima jacta fuere apud Sinas Christianismi fundamenta, subnectis aliam multo graviorem, neque æquis auribus audiendam, si quid illi forte subsit veri. Missionarios, qui sedem in Sinis fixere, accusari ais, quod Christum populis non annuntient Crucifixum, sed Crucis opprobria quo possunt studio celent. Nullum inter eos prætenta manibus Cruce verba facere, quod
C solenne est quibusdam aliis per Indiā Religiosis: Crucifixi imaginem in aris populi venerationi non exponi; neq; baptismo jam initiatis, neque neophytis quos instruunt icunculas hujus generis dari: quo profecto pacto Crucis inimicos, non Christi præcones sese exhiberent. Verum accipio rem habere secus, præconesq; istos adeo Christi Crucifixi opprobria non celasse, ut aperte totam ignominiosę necis historiam figuris ęneis insculptam vulgaverint, additis ad singula mysteria justis explicationibus. Hinc famosus ille Iam-Quam Sien, capitalissimus hostis, quem toto Sinarum imperio nascens Christiana respublica habuit, occasionem avide arripuit persequendi Missionarios. Detracta enim ex eorum libris Christi effigie, inter duos latrones in crucem suffixi, & ad hujus exemplar innumeris aliis excusis; librum scripsit, quem cum iis spargeret in vulgus; quo callide insinuabat, homines ejusmodi, qui Deum crucifixum, latronibus latus utrumque stipantibus, adorarent, non tacite favere perduellioni Prædonum publicorum, qui tyrannidem apud Sinas ea tempestate affectabant, nonnullasque jam tum Provincias subegerant. Neque caruit successu tam astute compositum vaferrimi hominis scelus. Doctoribus Evangelii injectæ catenæ; Tutoribus Principis, necdum per ætatem Imperii capacis, calumniatorem fo-

neutrum vero abesse ut Crucifixus Sinis non prædicetur,

ac hinc sumpta sit gravissimæ infestationis causa:

ventibus. Neq; fuisset spes libertatis innocentibus, nisi D
cœlum inauditis prodigiis in miserorum patrocinium conjurasset. Et tibi rem gestam seu factum, quod in duabus aut tribus rerum Sinicarum relationibus legi: & est una penes me litteris Sinicis latinisque in China impressa, quæ inscribitur INNOCENTIA VICTRIX, in qua se strenue Christi pugiles, adversus calumniam defendunt; & edicto Imperatoris declarantur immunes & innocentes. Disco insuper in plerisq; Provinciis, in quibus admissa est & consita Religio, erecta esse Christi Patientis sodalitia, quę Neophyti frequętant eo more, quo solent oratoria in Italia, diebus Veneris funestam Christi Crucifixi historiam meditaturi, ubi se flagellis excipiunt, participes futuri pęnarum & dolorum mortis ejus, per istos pęnitentiæ & Christianæ submissionis actus. Quod si populis adhuc ab Evangelio abhorrentibus partem aliquam mysteriorum tantisper subducimus, ut oculis lippientibus apertum solem, aut delicatiori stomacho solidiores cibos; imitamur Apostolos & primos Christianismi Magistros, qui tam parci fuere cautique in communicandis Religionis arcanis cum iis qui necdum erant initiati aut Catechumeni; ut inde, quod nostri, præbita sit occasio nigerrimarum calumniarum, per quas accusabantur de puerorum cædibus quos vorarent, & abominandis flagitiis quæ in E
cœtibus subterraneis committerent.

11 Quid est præterea quod Missionarios hosce culpes, si veterum Philosophorum Sinensium scriptis & testimoniis in Dei notitiam populos eos adducant, quibus naturalis ingenii lumen multo est subtilius & expeditius, quam gentibus ceteris minus humanitatis legibus excultis; penes quos est innumerabilium librorum copia, antiquitate ipsa venerabilium, ubi disseritur de natura divina, deque principio primo q od condidit res ceteras & auctor est omnis boni? Quid in eo, inquam, vituperatione dignum, si per Magistros Sinensium Sinenses doceant, Numen, quod annuntiant, majoribus ipsorum non fuisse incognitum? Qua tandem alia ratione Paulus Apostolus Athenienses traduxit ad Christum? Hoc est obligare sibi Sinensium ingenia, nec mitiora dumtaxat sed & dicto audientiora reddere; Confucium, cujus tanta est iis veneratio, quem pro Sapientiæ oraculo colunt, testem adhibere dictorum; ex ejus vetustissimis libris Numen illud supremum adstruere, cujus mortalia hæc omnia agantur & temperentur imperio; qui & æternitatem ejus agnoverit, & majestatem, & justitiam, & sapientiam, & omnipotentiam; quique suos olim monuerit, qua reverentia, quo cultu par esset prosequi fontem bonorum omnium F
& auctorem rerum, qui malos suppliciis, præmiis afficeret bonos. Si tam præclare de Deo sensit hic Philosophus, docuitque tam præclare, ut tu ipse auctor es, qui monumenta ab eo posteris relicta lustraveris; adeo non reprehendo eos qui scripta tam illustria manibus terunt, eorumque cum laude meminerunt apud populos, qui memoriam tanti doctoris supra modum venerantur; ut vehementer probem, præsertim cum in iis nihil sit cum Christi placitis aperte pugnans, quorum auctor vixerit ante natum Christum. Laudo enimvero & admiror novorum hujus ætatis Apostolorum prudentiam singularem industriam, qui gentia hujus institutionem ab eo potissimum ordiantur, quod nullo negotio notitiam sempiterni Numinis mentibus insinuet, facileque convincat, unum esse Dominum, terrarum & cœli moderatorem, improborum vindicem, remuneratorem proborum. Harum enim rerum perceptio justo naturæ ordine præcedit, & viam sternit ad agnoscenda secretiora multoque altiora, ut sunt Divini Verbi cum humana natura intima conjunctio, quam sancti Patres Incarnationem nominant, nativitas, vita, mors, resurrectio Christi Jesu; siquidem natura Divina ab æterno

testimonia ex gentilibus libris petita,

ipsis ad instruendos [illegible] adhiberi.

A quæstionum tuarum alteram, de extrema Unctiona videlicee. Quod Sacramentum Missionarii feminis Sinensibus ita impertiuotur, ut numquam pedes ungaot, quas illæ semper studiosissime tegunt, & oudare banc corporis partem parum verecundum & honestum putant. Quod si ita est, nihil utique video quod vituperare bac in parte debeam, multum vero quod laudare. Quippe, si solo pudoris respectu, diserte cavit Ecclesia, ne mulierum reoes uogerentur, cum tameo soleat Oleo sacro viros in ea corporis parte linere; certum habeo, non esse ejus mentis, Unctionem sacrosanctam mulierum Sineosium pedibus admovere, quoniam in eo multum inesset indecori. Illa verecundiæ cura, quæ ritum pervetustum abolevit in Baptismo, per immersionem fieri solito, cur noo queas unam aliquam in extrema Unctione confereoda ceremoniam innovare? Cumque sola incommoda fieri oata io sacrosancti Sanguinis distributione in Communiooe fidelium, Ecclesiam potuerint impellete, ut Laicis usum Calicis denegaret, ita tamen ut Sacramenti integritati subtractum sit nihil: tunc existimes aliquid detractum iri Sacramenti bujus efficaciæ, si Unctio una vel altera prætermittatur, ab causam tam gravem justamque, quantam præbet iovererata regionis universæ consuetudo? ubi

Idemque in feminis recte omitti pedum Unctionem,

B ne medici quidem micantem feminarum venam explorant, nisi linteolo interposito: ubi mariti ipsi remedia applicant ægris, quæ manum posterent expertissimorum Chirurgorum? Age vero quantum torquerere, si cuperes ex sacrarum Litterarum testimoniis ostendere populis istis, Unctionem pedum esse necessriam? Quid enim habet Jacobus amplius, qui clarissime omnium bujus mysterii meminit, quam Sacerdotes advocandos, fuodendas ad Deum preces. Oleo ungendum ægrum? An non sufficit, ut valeat Baptismus, si pars quæpiam corporis abluatur? An non anima sie abluti Deo protinus conciliatur, immunisq; fit sordium peccati? Et quot moribundis accelerata repente mors & temporis angustia unam aut alteram harum Unctionum invidit? Judicium etiam istorum probo, qui, dum sacro Lavacro Sinenses feminas abluunt, de more pectus baud linunt Oleo Catechumenorum. Non id enim solum hisce populis videretur peregrinum, sed natum fores ab hoc mysterio abalienare, & sacros Præcones ita reddere suspectos, ut causa non opus esset graviore toto regno exturbandi tamquam infames, qui ceremonias inducerent verecuodiæ legibus tam inimicas.

quæ tamen offendiculo apud Sinas fit,

atque ac unctio pectoris in earum baptismo.

C 15 Reliqui tui scrupuli ratione mihi videntur nitì justiore; atque ille imprimis, qui te oon mediocriter cruciat; si tamen verum est, permittere Missionarios statuam adorari Confucii, celebris istius Philosophi, qui Sinensium mores ante annos amplius bis mille sanctioribus emendavit disciplinis. Est ea proculdubio idololatriæ quædam species: neque est quod malam populi fidem excusent Cruces, idolis aut statuis appositæ, quasi iste bonores hos venerando Christi ligno redderet & non profanis simulacris. Abominanda prorsus bypocrisis, quæque parere possit in animis adstantium infidelium errores perniciosos & offendiculo plenos; facileq; persuadere, simili oos deditos cultui, & eosdem habere pro diis, quos adorent ipsi. Odit germana pietas fucos tam periculosos: & vix inducor ut credam, inventum iri a Theologia colores quospiam & titulos, quibus abominationes bujuscemodi videri queant tolerabiles. Quare, ut exactius respondeam, doceri per te primum volo, num Sinenses Confucium istum habeaot pro Numioe: utrum bonores ii, quos tribuunt, divini sint, & quidam quasi Religionis actus; ao, ut loquimur, pure civiles politicique. Hinc pendet omnis nodi hujus difficilis explicatio. Neque enim ignorare te arbitror, esse quosdam adoraodi modos mere civiles, quales esse soleot ii, quibus rerum

Nulla quidem ratione tolerandos cultus idololatricos:

sed non omnem adorationem idololatricam esse,

potentes & principes in terris colimus, dum coram D prosternimur. Nosti Romanos Pontifices, simul atq; electi sunt, a Cardinalibus quodammodo adorari. Neque abs re fuerit, si breviter bic exposuero, quid in ceremonia simili evenerit Alexandro VII. ad summum Pontificatum evecto. Cum translatus esset de more, ex sacello Conclavis ad S. Petri templum, ubi stabat in ara parata sedes, & in aræ quidem medio; voluit ille, ductus singulari quodam modestiæ & reverentiæ instinctu, sedem ad alterutrum latus dimovere, ne eodem prorsus in loco adoraretur, io quo Christus Jesus, Sacrificii divini tempore. Verum Franciscus Cardinalis Barberinus prudenter monuit, non exhiberi hos bonores Fabio Chisio, sed vivæ Servatoris nostri imagini, cujus Vicarium ageret in terris; & fas ipsi esse eosdem illic admittere, ubi lignea æneaque Crucifixi simulacra, quæ Dei filium non repræsentent indiciis tam illustribus, afficiuntur indies haud dissimilibus; utpote Christi vices gerenti, & summo Ecclesiæ in terris Capiti, & singulari Spiritus sancti afflatu in ejusdem administratione prævento. Haud diffiteor bujus generis honoribus, quos Pontificibus deferimus, haud parum bæreticos offendi. Nosti plus satis, quo proruperit insolentiæ Molinæus, ausus impudenter orbi toti Paulum V. seu quoddam idolum Catholicorum Romanorum ostentare. Sed horum offensio tanti nobis esse E non debet, ut ceremoniam Ecclesiæ tam vetustam antiquemus. Nec Pontifices solos veneratione simili prosequimur, verum etiam Reges seculique Principes. Qui mioistrant Angliæ Regibus, genua suppliciter incurvant: eodem corporis habitu tertii Ordinis delegati Galliarum Reges affaotur. Et postquam accipio, vetustum esse Sinensium morem, natali cujusque die, coram parentibus se prosternere, quoties eos iovisunt, & quotannis idem fieri coram Imperatoris nomine, litteris Sinicis in ampla tabula exposito, in atrio ad hanc ceremoniam destinato, fateor ingenue, si reverentia nomini & memoriæ Confucii deferri solita generis sit ejusdem, neque aliud per hunc cultum testentur Sinæ, quam virum magnum fuisse Confucium & sapientem Legislatorem, cujus memoria apud eos in veoeratione sit, quorum mores reformarit; fateor, inquam, nihil in eo videri, quod idololatria redoleat. Quoniam aliunde Sinæ consentiunt, honorem huoc esse mere civilem, illique non dissimilem quo proge- F nitores suos afficiunt, quos tamquam Deos colere haud volunt; quemque nos Regibus & nostræ Religionis Antistitibus exhibemus. Haud secus Episcopos honoras, quibus ad genua supplex accidis, ut, facta prius potestate, sacra obeundi munera, ad missionem properanti bene precentur.

nec illi qui nomini Confucii defertur:

16 Lubet hic mihi commemorare rem satis singularem, quæ Patavii contigit in honorem Titi Livii, Historici perquam celebris, qui res Romanas, Augusto imperante, multis voluminibus complexus est. Ab hinc duobus circiter seculis, nescio quo casu, in quodam angulo nobilis monasterii S. Justinæ, detecta est plumbea sandapila, ossa quædam servans. Additum erat Epitaphium, Titi Livii nomen præferens. Mox desiderium honorandi memoriam scriptoris tam clari impulit Patavinos, ut depositum tam carum in Curiæ atrium transferrent, ubi magnificum erexere monumentum. Andreas Dandulus Senator Venetus, tresque simul aut quatuor Equites, læti humeros feretro subjecere. Zacharias Trevisanus, & Leonardus Mocenigus, duo Reipublicæ Magistratus, funus inclitum prosequebaotur, soleooi cum pompa per nobiliores urbis vicos circumductum. Alphonsus Rex Aragonum, litteratorum amator insignis & æstimator, simul atque thesaurum hunc erutum agnovit, traosmitti sibi brachium postulavit per Antonium Panormitanum inclitum Poetam, qui le-

Patavii translata solemniter T. Livii ossa,

& brachium Aragoniæ Regi missum absq. periculo:

A gatione pro Rege ordinaria apud Rempublicam fungebatur. Datum id precibus Regis, missum brachium: cui longo post temporis intervallo monumentum statui curavit Jovianus Pontanus, erepto rebus humanis Alphonso, priusquam Neapolim navis appelleret, tanto insignis munere, quod avide Princeps erat præstolatus. Minusne sit impium, imo non sit magis, Titi Livii reliquias ea veneratione excipere, qua solemus passim Sanctorum corpora, quam Confucii nomen honorare? Interim, neque Congregatio Rituum Patavinos demoliri sepulcrum jussit, neque legimus nobiles hos Venetos apud fidei Quæsitores idololatriæ postulatos, quod honores publicos tanta cum pompa Ethnici hominis ossibus detulissent. Sinensium vero ritum omni suspicione impietatis liberas ipse, quando videlicet, in Gymnasiis & Scholis publicis dumtaxat, affirmas, Confucii nomen adorari, additis septuaginta discipulorum nominibus illustratum, quibus pariter assurgitur, & Mandarinorum filios magno B ambitu apud Imperatorem contendere, oblata sæpe grandi pecunia, ut parentum suorum nomina, qui civitates rexere, præcipuisque functi sunt magistratibus, iisdem mandentur tabulis, & inter tanti Magistri discipulos recenseantur, iisdem quibus discipuli augendi honoribus; tamquam qui sapienter, ex Philosophi hujus placitis, reipublicæ præfuerint, nomenque sint meriti dignum quod cum Magistri nomine transeat ad posteros. Addis insuper, Imperatoriis edictis diserte vetitum, ne quis in templis aut extra scholæ parietes hoc observantiæ & honorum genere utatur: ex quo manifeste licet cognoscere, non esse Confucium Sinensibus quasi quemdam Deum.

Confucium certe non haberi pro Deo a Sinensibus;

17 Quod funera spectat & officia in mortuos, nosti pervetustum Ecclesiæ morem; publice exponi corpora, indumentis iis induta, quorum usus est in pompis solennibus; Pontificum pedes per dies complures patere piorum hominum osculis in sacello ad S. Petri; adhiberi cereos accensos, thura, flores; neque tamen est quisquam qui nos ausit accusare idololatriæ, quamquam hæ ceremoniæ nobis sint cum Gentilibus communes. Quid de epulis dicam, quas mortuis Sinenses apparant? Nosti Galliæ consuetudinem, quidque Rege mortuo vetustus usus obtineat, nec opus longe exempla repetere. Excesserat e vivis Franciscus primus anno MDXLVI. Regis mox effigies per undecim continuos dies collocatur in lecto, magnifice ad ostentationem composito: statis prandii cœnæque C temporibus, velut in scena repræsentatum quidquid vivo Principi solebat obsequii: strata mensa, per triclinii Præfectos, mensaria suppellex per Nobiles ad id munus destinatos illata: expeditur canistris ceres: aderat pincerna, structor aderat, qui dapes appositas delibaret & distribueret, præeunte apparitore Regio: deprompti scyphi, & inclinato de more reverenter corpore mensis impositi: exploratum vinum; pane in frusta secto, perque mensam distributo, inferuntur fercula, stipante Accenso Regis; Oeconomi, Pueri nobiles a cubiculo, rei culinariæ Præfectus, vasorum Custos stabant, suo quisque intentus muneri; mantile per Oeconomum viro, tum in aula Principi, oblatum, per quem Regi daretur in manus: recitatæ per Cardinalem preces, quibus cibi consecrantur: aqua lavandis manibus sedili regio, non aliter ac si adesset, porrecta: continuati tres ferculorum missus, ordinaria cum pompa, admotusque calix eo tempore quo solebat bibere, bis nempe refectionibus singulis: tandem gratiis actis largitori bonorum omnium Deo, subjiciebat Cardinalis Psalmum *De Profundis*. Ausis hasce tu ceremonias idololatriæ vel impiæ superstitionis condemnare? Quid dices denique, cum intelliges similes plane ritus observatos in funere Constantini, Christianorum Imperatoris primi, testante Eusebio?

quorum etiam funebria officia;

nihil plus noxiæ illis, quæ mortuis Franciæ Regibus impenduntur.

18 Hic Imperator, ejurato falsorum Deorum cultu, Christum professus, ejusque in imperio & religione successores, titulum Pontificis Maximi retinuere, ut legimus in veteribus numis. Interim hic ille erat ipse, quo Gentiles sacrorum suorum Principes supremosque arbitros donabant. Verum Ecclesiæ Præsides & Patres publico Religionis bono censuere conducibilius, non eripi Christianis Imperatoribus tantum dignitatis, cujus beneficio facilius auctoritatem sustinerent suam, & superstites falsorum Deorum cultus possent sensim sine sensu radicitus extirpare. Equidem non arbitror Mandarini dignitatem apud Sinas vehementius adversari nomini Missionarii Apostolici, quando & ipsa facere tam multum potest ad terminos veræ pietatis ampliandos, & Christianam rempublicam firmius stabiliendam. Quippe & titulus quidam est, quo litterati homines supra vulgus efferuntur, & nos ipsi similibus honorum præmiis alimus artes & ingenia. Videmus quotidie Sacerdotio initiatos, adeoque singulari cultu Christum professos, Academicis gradibus evehi, nec Doctores solum honorifice pronuntiari, sed in tribunalibus regiisque conciliis Assessores, quos Consiliarios Ecclesiasticos dicimus. Sugerus Abbas S. Dionysii, sancto Ludovico rerum potiente, administer Imperii factus, non putavit alienum ab instituto suo, ita volente Principe, tractare regni negotia habenasque moderari. Præpositus Generalis Fratrum Minorum, cujus nomen nil nisi modestiam & sonat & spirat, Magnatibus Hispaniæ accensetur. Neque unquam in Gallia, vel Germania, dignatio Principis, Ducis, Paris, Comitis, Dominique (ut loquimur) temporaris, credita est cum sacri Antistitis dignitate pugnare. Si necesse judices ut personam tantam pro dignitate sustineas, splendore vestium pretiosiorum abuti, alere familiam servorumque manum, rerum multarum ostentare apparatum, ita exigentibus Sinensium ingeniis, ne muneris Apostolici sanctitas veniat in contemptum; ego prorsus existimo, permittendas externas hasce excellentiæ cujusdam & nobilitatis notas, ne vilior fiat Christiani Sacerdotii amplitudo apud populos, qui cuncta splendore apparatuque externo metiuntur. Fuere quidam qui Bonziorum, hoc est Sinensium Sacerdotum & religiosorum, vitam & institutum studuerunt æmulari. Quo tandem operæ pretio? Nullo. Piguit incepti serius, postquam se videre vilissimo cuique despicabiles. Concedendum aliquid Evangelii dignitati, inter ingenia paupertatis & humilitatis intolerantia, quam Apostoli profitebantur.

D

Mandarini dignitatem utiliorem rei Christianæ esse,

E

quam Bonziorum;

F

19 S. Paulus, qui labore manuum victum quæritabat ne cuiquam esset oneri, Romanum se civem aliquando dixit hocque nomine ad Cæsarem appellavit, ut iniquæ se Romani Præsidis sententiæ sævitiæque subduceret: neque ausus est Præses reluctari. Ut civis Romanus, cujus tuenda sibi jura sumpserat, ductus est Romam, simulque occasionem nactus, incognitam adhuc Jesu Christi Philosophiam in Neronis aula profitendi. S. Franciscus Xaverius (quo quis erat modestior?) usus est dignitate Legati Apostolici, adversus Gubernatorem Malacensem, injustas Evangelio moras injicientem. Ostentationem fastuosam excellentiæ, qua nihil vanius, studiose vitandam scio: sed Sacrorum majestas, quando ita opus est, quibusdam insignibus & ornamentis exquisitioribus neutiquam destituenda. S. Carolus Borromæus, perfectum quoddam Christianæ modestiæ exemplar, festis majoribus, veste Cardinalitia galeroque prodibat insignis. Quin etiam diversa vestium & ornamentorum genera, pro diversitate cujusque Ordinis, quoties similis pompæ usus est, Ecclesia præscripsit. Pontifex Romanus, qui se servum servorum Dei toties nominat, tiaram gestat triplici corona aurea distin-

sic Paulum usum titulo Civis Romani:

& ornamenta exteriora serica vestes non esse culpandas.

A stinctam, vocaturque hæc Triregnum. Post hæc omnia profecto non video, cur Patribus Dominicanis, Franciscanis, Jesuitis, Augustinianis sericarum vestium usus sit interdictus; neque fas sit alere domesticos, lecticaque gestari, vitamque ducere, cujus exterior species ab habitu Doctorum Sinicorum non discrepet; modo dumtaxat id conducat auctoritati Evangelii majori, neque prætextum præbeat vivendi mollius delicatiusque. Ad extremum, si ita est, ut dicis, serica corporum integumenta tam esse vulgaria inter Sinas, ut nec manuariis artibus dediti careant; Europæaque, ex panno confecta simplicius, majoris pretii luxusque æstimanda; modestiæ quoddam genus est uti sericis. Sperandum insuper hos populos, postquam Christum Jesum penitius cognoverint, pluris Evangelica consilia facturos, neque tum amplius paupertatem vitamque humilem & abjectam Christi causa, tam fore despicabilem.

B 20 Insurgerem hoc loco altius, gravibusque verbis castigarem avaritiam, negotia quæstuosa & commercii quoddam genus illic exercentium Sacerdotum; si neglecto animarum lucro, de quibus fluxas opes solum captarent, aurum, gemmas, coralia, moschum, saccharum, ut accusari quospiam non semel audivi. Verum immensa hominum multitudo, tam brevi annorum spatio Christianæ militiæ aggregata, quavis apologia facundius demonstrat & efficacius, quantum fuerit eorum studium, quæ cura rerum divinarum, quamque animus vitio tam turpi altior. Adeo ut nihil magis hos populos in admirationem rapiat Christoque concilier, quam dum manifeste vident, ab extremis orbis sibi oppositi finibus, per tot rerum discrimina, venisse tales viros, unico salutis suæ desiderio impulsos; qui, cum nihil sibi expetant, hoc unum agunt, ut vitæ post mortalem hanc alterius memores Religionem amplectantur Christianam, sine qua sperari obtinerique beata semperque felix non possit. Non fuerit absurdum hic aliquod quærere diverticulum, & paucis exponere rem notatu dignam, quam nuper accepi. Europæus quidam recens erat in Chinam illapsus per insulam Formosam. Lustrat curiose vicinos portus. Aderant navigia complura, majoresque onerariæ, mercium plenæ. Videt immensam omnis generis sarcinarum vim, Societati inscriptam: spectabant autem ad Societatem Indicam mercatorum nostratium. Ille sibi fingere has Jesuitarum esse divitias, ductus

De negotiatione quod objicitur,

ut errore ridiculo probavisse;

C ambiguitate nominis, quod per Gallias passim Jesuitæ, Patres Societatis appellentur. Neque opus habuit graviori argumento, ut Romam scriberet, Jesuitas in Sinis strenue negotiari & exercere mercaturam.

21 Qua potui diligentia inquisivi in criminationem alteram, Romæ pariter ab ingeniis malæ fidei jactatam; Sinenses nempe Missionarios Neophytis permittere veterem idolorum cultum, modo sub statuis delitescerent Cruces, quas animo venerarentur, eo reverentiam omnem dirigentes. Deprehendi, meram esse calumniam: pessimum hoc simulandæ & dissimulandæ Religionis artificium semper habitum esse damnatumque ut nefarium: arripi potuisse accusationis speciem ab homine calumniandi cupido, ex Christianorum consuetudine quadam; qui cum officii vel necessitatis causa cogerentur adire Gentilium domos, ubi rum sacra idolis fierent, erigebant in cubiculi sui mensa Crucifixi imaginem, & adorabant tamquam Deum suum. Memorabile est, quod in litteris Sinensibus nuper legi, Christianæ fortitudinis exemplum. Doctor Siu Colaus, & primus Sinici imperii administer, Mandarinorum Princeps, dederat Christo nomen. Evocatur subinde negotiorum causa in provinciam: instruitur in adventum tanti hospitis magnificum palatium, collocatis de more per omnia domus conclavia falsorum Deorum simulacris. Ille, ut ingressus

uti & de Crucibus abditis post idola,

quæ Neophyti fortiter detestantur:

est, viditque singula, raptis scalis in conspectu omnium Magistratuum malleo diffringit; aperte professus, nullum sibi esse cum diabolis, ita vocabat, commercium, nedum communem domum. Simulacris collisis, erigi jubet in atrio ingentem Crucem; & continuo, novies solum fronte feriens more Sinico, supplex veneratur. Facinus tam audax, coram tot tantisque testibus, satis superque declarat, haud permitti Sinensibus Christianis pietatis cultum dissimulare, & celare modis tam perniciosis, quales sunt de quibus accusantur. D

22 Denique, prius quam Epistolam prolixam finio, non moleste feres, si libere aperiam animum, & ea qua par est inter amicos sinceritate & candore, quidquid sentio expromam. Optandum magnopere foret, quotquot iter illud arduum, quod aggrederis, instituunt, solo Christi spiritu animari, & caritatis stimulis agi; non rapi interdum invidiæ & obtrectationum affectibus, non partium studiis, quibus separari sejungique videmur toties in Europa. Utinam Ecclesiastici, quos de Clero dicimus, Dominicani, Jesuitæ, E Franciscani, Augustiniani, & quotquot sunt alii, cum vestibus in China exuerent sui quisque Ordinis affectus, neque spectarent privatum decus vel emolumentum! Utinam eadem omnes lingua unice quærerent quæ Jesu Christi sunt! ejus gloriæ salutique animarum unice studerent! Id ex animo quidem opto; sed nescio an spe ducar improba, si consequi sperem. Apostoli hi nostri, sunt homines; humani nihil ab iis alienum. Et quoniam Apostolorum primos multis infirmitatibus vidimus obnoxios, quas Evangelium, quas Acta, quas Pauli Litteræ recensent; quid ab his a nostris exspectandum? Ceterum hic perspecta prudentia tua multis in rebus, facit ut mihi persuadeam, te neque illic ab ejus sapienti ductu declinaturum, neque aliam initurum viam quam qua processisti hactenus tam feliciter. Considera in iis regionibus sapientissimos quosque, & longa experientia magistra usos. Eorum vestigiis insistere judicem consultius, quam fidem habere quorumdam narrationibus, qui cursim Sinensium littora explorarunt; cumque justis destituerentur præsidiis & meritis, non potuere sedem figere: hinc, cum nulla veræ gloriæ spes affulgeret, umbram ejus in orbe nostro captant, nomen illorum calumnia obscurando, qui tanto jam tempore, fructu tam ubere, successuque tam fortunato, in hac Domini vinea excolenda desudarunt.

denique optandum esse.

ut dimittant omnes ad opus Evangelii,

antecessorum vestigiis inhæreant.

F 23 *His a vero Catholico discretoque Doctore ex ratione evidenti deductis, placet gravissimæ pondus auctoritatis addere ab Apostolicæ Sedis judicio, expresso in sequenti Brevi* Innocentii VI. *adeo non improbantis præsidium Religionis ex Astronomicæ artis usu petitum, ut illius apud Tartaro-Sinas Præsidem Ferdinandum Verbiest, eumdemque inter ipsos Vicorum Provincialem Societatis nostræ, vel eo nomine maxime collaudet. Brevis ipsius anno* MDCLXXXI. *signati, die* III. *Decembris, tenor est ut sequitur:* Dilecte Fili, salutem. Incredibilis prope argumentum lætitiæ attulerunt nobis litteræ, quibus, post devotas filialis tuæ erga nos observantiæ significationes, duplex ex amplissimo isto Sinarum Regno munus ad nos detulisti; Missale videlicet Romanum, Sinensi idiomate conscriptum; & imagines Astronomicas, Sinensi item more a te affabre delineatas, ad conciliandum Catholicæ Fidei favorem Gentis, in omni disciplina liberaliter excultæ, & ad omnem virtutem mirifice propensæ. Jucundissimum vero præ ceteris fuit ex iisdem Litteris cognoscere, quam sapienter atque opportune profanarum scientiarum usum, ad Sinensium populorum salutem, & ad Christianæ fidei incrementum utilitatemque devexeris: earum beneficio repellens falsas criminationes & calumnias, quibus nonnulli in Christianum nomen inve-

Innocentius XI. laudat Ferdinandum Verbiest,

ab profanas scientias ad causam fidei utiliter impensas.

A invehebantur; viamque tibi sternens ad eum gratiæ locum apud Sinarum Regem ejusque Consiliarios, ut solutus ipse gravibus molestiis, quas diu magno fortique animo pertulisti, sociosque tuos Missionarios ab exilio revocaveris, & religionem ipsam non solum pristinæ libertati dignitatique restitueris, sed etiam ad meliora indies speranda provexeris. Nihil enim est quod Dei adjutrice gratia sperari non possit, te tuique similibus viris apud Gentem istam Religionis causam agentibus, & Rege ipso ingenio tam solerti atque animo ad Christianam pietatem propenso, sicuti præ ceteris declarant, quæ is auctoritate consilioque tuo adversus hæreticos schismaticosque mandavit; cum e contra Catholicos Lusitanos omni amoris atque humanitatis significatione complexus sit. Reliquum est, ut merito, quod in commissa tibi Provincia gerenda egregium hactenus comparasti, recentibus quotidie religiosi zeli consuetæque industriæ documentis majorem cumulum adjungas: in quod opus omnia tibi a

B Pontificia caritate, & ab hac sancta Sede polliceri debes: cum nihil antiquius pro Pastorali nostro munere habeamus, quam Christi fidem feliciter adolescere & propagari, in nobilissima ista & florentissima orbis terrarum plaga; quæ quidem quamvis a nobis immenso pene terrarum tractu sejuncta sit; proximam tamen, imo præsentem facit caritas Christi, cujus impulsu in populorum Sinensium æternam salutem sollicitudinis nostræ oculos curasque continenter intendimus. Piis interim laboribus & conatibus tuis tuorumque Sociorum, bene precamur; & paterni, quo

eique & sociis vel adest benedicit.

vos & omnes Sinensis Regni Fideles in Domino complectimur, amoris indicem, Apostolicam Benedictionem, vobis peramanter impertimur. D

24 *Breve hoc Gallice nuper redditum vidimus, insertumque* Defensioni Neophytorum Missionariorumque in China, Japonia, Indiisque, *videlicet part. 1. cap. 3. art. 1. dictæ Defensionis, oppositæ iis calumniis, quibus utrorumque integritatem commaculare ausus est auctor hæreticus* Theatri Jesuitici, *nomen & titulum Episcopi Malacitani mentitus, quemadmodum Præsul iste clarissimus evidenter demonstravit, edita mox ad S. D. N. Innocentium* XI. Querimonia Catholica *adversus imposturam tam impudentem. Demonstrat autem Tractatus iste, similia etiam esse scripta ea omnia, quibus calumniæ, in Theatro ista propositæ, & ab auctore Moralis Practicæ Jesuitarum citra examen creditæ, superstruuntur, velut fidelissimis & nemini suspectabilibus testimoniis. Eum sane Tractatum operæ pretium fuerit Latine reddi, quo vindicatæ in solidum innocentiæ notitia tam late propagetur quam late sparsa fuit calumnia, cum universæ Ecclesiæ injuria; cujus fraude tali subtraheretur justissima contra Sectarios gloriatio. Hi enim, cum Christiani nominari velint, pro Christiana tamen religione propaganda nihil agunt, nequidem in ipsis illis regionibus, quas suis commerciis operosissime aperuerunt & studiosissime obligatas tenent; dum interim solius Romanæ unionis professores, Gentium insudant conversioni, sui insiatti laboris sanguinisque impendio nec fructu minori.* E

Plenior Neophytorum Missionariorumque defensio commendata indicatur.

CCXLIV. INNOCENTIUS XI.

INNOCENTIUS XI. natione Lombardus ex civitate Como, antea Benedictus Livii Odeschalchi, Presbyter Cardinalis tit. S. Onuphrii & Episcopus Novariensis, electus anno MDCLXXVI. XXI. Septembris, coronatus IV. Octobris, in Dominica, vivat diu regatque, feliciter ad Religionis exaltationem, Mahometanæque perfidiæ exterminium, divinitus tempori huic donatus.

A anno 1676. 21. Septemb.

HIc annorum suorum Pontificialium epocham elegit habere diem suæ Coronationis, prout jam usu communi Pontificum aliquot decessorum receptum asserunt, qui Dataria inserviunt idque optime scire

C *possunt ac debent. Aliud quod posteros de optimo hoc Pontifice moneam nihil est: solum autem restat, ut cum cetera opera nostra omnia Apostolicæ Sedis censuræ subjecta esse oporteat, hunc imprimis in chronologia Pontificia explicanda Conatum, ad suæ Sanctitatis pedes, cum humili eorumdem osculo, offeram; pridem quidem adumbrari a me cœptum paulatimque promotum, ad finem tamen duntaxat perductum, anno* MDCLXXXV. *ac deinde iterum revocatum ad incudem, dum postremi duo Tomi mensis Maii pararentur prælo. Cum his autem, atque cum appendicibus tomorum præcedentium ejusdem mensis prodeunt hæc Paralipomena anno præsenti* MDCLXXXVIII. *Alteram editionem, ubi singula suis referantur, corriganturque locis, optandam quidem scio a curiosioribus; sed hos vicissim opto tam multos esse, ut distractis primæ editionis exemplaribus necessarium vel utile sit Bibliopolis secundam parare.* F

KALENDARIUM ROMANO-PONTIFICIUM

Ex Conatu Chronico-historico,

Super Pontificum Romanorum Catalogo.

AUguſtinus Oldoinus *noſter* p.m. *ſæpe in præcedenti tractatu cum laude nominatus, ſemperque laudandus ob inſignem quam hiſtoriæ Pontificiæ ſimul & Eccleſiaſticæ noviſſime navavit operam, recognoſcendo, locupletando, continuando, & evulgando* Alphonſi Ciacconii *libro*, de Vitis Pontificum & Cardinalium; *collocatum eodem adhuc nonnihil ſe credidit, ſi eorumdem* Pontificum Necrologium *texeret, & hanc* B *quaſi racemationem exhiberet poſt collectam adeo inſignem vindemiam; quamvis in die obitus cujuſque ſignando, vix aliquid novi docturus erat, ſed veſtigiis Eminentiſſ. Card. Baronii fere inſiſtiturus. Tali exemplo commonitus ego, qui jam tot nova reformandæ* Pontificiæ Chronologiæ *ſubſidia mihi videbar retexiſſe; non potui non judicare, alio* Necrologio, *& principiis iſtis inhærenti opus fore iis, qui hunc Conatum meum probarent, recipiendumque putarent. Cenſui etiam eodem labore fieri poſſe, ut iidem illi haberent, per omnes anni dies digeſtum* Kalendarium, *exhibiturum non ſolum qui* Pontificea *quoque die obierint, ſed inſuper qui* Electi, Ordinati, Coronati, *vel etiam* Abdicati, *aut ſolennibus exequiis in Vaticana ad S. Petrum Baſilica fuerint* Depoſiti. *Hujus* Depoſitionis, *ſive (ut Anaſtaſius loquitur)* Sepulturæ diem, *cum die* obitus *hactenus male confuſum fuiſſe, ſatis ſuperque in prima parte demonſtravi. Docui deinde in hac ſecunda, non eamdem ſemper metiendorum Pontificatuum fuiſſe Regulam; cum initio quidem Epocha duceretur a die ſuſceptæ* Ordinationis Epiſcopalis, *etiam ejus quæ non conſtituebat Pontificem, ſed* Pontificis *captivi, ægri, vel aliter impediti ad Pontificales functiones* Vicarium. *Cum vero uſus hic ceſſavit, ceſſantibus quæ neceſſarium fecerant perſecutionibus, cœpti ſunt anni Pontificatus ſupputari a die* Ordinationis Pontificiæ, C *quantumcumque diu poſt* Electionem *celebratæ, nulla ipſius* Electionis *habita ratione; quippe quæ needum cenſebatur* Pontificem *conſtituere. At vero, poſtquam exigentibus demeritis ſecularium Principum coacta fuit Eccleſia jugum eorumdem enecutere (quod partim ipſa ſibi, partim tyranni Barbariei impoſuerant) non habendi* Pontificem, *niſi quem Rex vel Imperator probaſſet; cœperunt Continuatores* Pontificiorum Catalogorum *metiri tempus cujuſque* Sedis *a die* Electionis, *ut quæ Pontificiæ juriſdictionis plenitudinem jam conferret* Electo. *Hinc porro factum eſt, ut deinde aliqui eumdem ſuæ* Electionis *diem pro* Natali *haberent, in ipſo mutantes ſui* Pontificatus annos: *plures tamen, veteri inſtituto ſervato, nullaque habita ratione temporis, ante Epiſcopalem* Ordinationem *ipſamque* Coronationem *ſuam decurſi, hujus Anniverſarium diem dumtaxat ſolebant recolere, in eoque annos commutare.* E

Talium principiorum prius ignota obſervatio, uti alios atque dies diſtinguere docuit, ſic materiam non contemnendam præbuit inſtruendo Kalendario: *quod prius quam exhibeo accipe explicationem Notarum compendiariarum, quarum hic uſus futurus mihi eſt. Erit ergo* El. Electio; Ord. Ordinatio Pontificalis; Ord. V. Ordinatio in Vicarium; Conf. Confirmatio *jam ante ordinati in* Epiſcopum Vicarium, *vel controverſam* Electionem *aut* Ordinationem *ſecuta* Cor. Coronatio; Ob. Obitus; Pas Paſſio *vel Martyrium;* Abd. Abdicatio *ſive ſpontanea ſive coacta;* Dep. Depoſitio *ſolennis, ſcilicet in Vaticana, cujus vel ſolius vel præcipua habita ratio fuit per octa prima ſecula, in contexendis Pontificum Catalogis,* Trans. Tranſlatio *corporis de loco mortis ad locum ſepulturæ ſolenniorís;* F. Feſtum *ex alia quacumque cauſa. Ad hæc* ✠ *major earum Notarum alicui addita, deſignabit ejus rei memoriam annue in Romanæ Eccleſiæ Officiis ſeu Romano Miſſali ac Breviario feſtivam haberi: minor vero* † *indicabit ejus reſpectu adſcriptum nomen Martyrologiis, aut Romano hodierno aut aliis antiquioribus.* Locus Electionis, Ordinationis, Coronationis, Obitus *aut* Sepulturæ *tunc ſolum notabitur, cum aliquid iſtorum factum extra Urbem fuerit: cum alius non additur,* Urbem Romam *intellige. Zyfræ denique notabunt æræ Chriſtianæ annum quo unaquaque res geſta eſt, de quo plus aliquid videre deſiderans, in prægreſſo Tractatu Chronologico, facile ipſum poterit tali indicio invenire.* F

JANUARIUS.

a CONF. SS. Felicis I. anno 270. & Innocentii I. 402.

ii Ob. Romani, 898

iii Ob. † S. Anteri, 236.

iv Ord. S. Deuſdedit 616.

v Ob. ✠ S. Teleſphori, 138. Ord. S. Siricii, 385. & Gregorii IV. 828. atque Cor. Gregorii XI. 1371.

vi Ord. SS. Eutychiani, 275. & Zoſimi, 417. atque Cor. Clementis III 1188. & Pii IV. 1560.

vii Dep. Adriani I. El. B. Pii V. 1566. Ob. Amedei, ante Felicis Antipapæ, Genevæ 1451. & Innocentii X. 1655.

viii Ord. Theodori II. 898. Ob. Cœleſtini III. 1198. & El. Innocentii III. 1198. Item Cor. Benedicti XII 1335. El. Adriani VI. abſentis in Hiſpania, 1522.

ix Cor. Nicolai III 1278.

x Ob. S. Melchiadis, 314. Dep. † S. Agathonis, 682 Ob † B. Gregorii XI. Aretii, 1276.

xi Ob. ✠ S. Hygini, 110. & Gregorii IV. 844. & Agapeti II. 956.

xi vel xix. Ord. S. Pii I. 150.

xii Pas. S. Cleti vel Anacleti *ſecundum Nos*, *aut* 12. *Septemb.* Eodem die vel xix. Conf. S. Pii, 150. *ſecundum Nos.*

xiii Conf. S. Hygini 138. Ob. Siſinnii 708. Ord. Joannis XII. 956.

xiv. *Vacat.*

xv *Vacat.*

xvi Pas. ✠ S. Marcelli, 310.

xvii Ob. Gregorii II. 731. Cath. ✠ S. Petri Romæ, 50

xviii Ord. V. S. Soteris pro S. Aniceto, 162. Ord. S. Marci, 336.

Ob. Pa-

A Ob. Paschalis II. 1118.
xix *Vacat.*
xx Pas. ✠ S. Fabiani, 250. Dep. Paschalis II. 1118.
xxi El. Innocentii V. 1276.
xxii Ob. Stephani IV. 817.
xxiii Cor. Bonifacii VIII. 1295.
xxiv Conf. S. Evaristi *secundum Nos*, 96. *vel* xix. *Septembris* Ard. Benedicti X. Antipapæ, 1059.
xxv Ord. Paschalis I. 817.
xxvii Ob. S. Deusdedit, 619. & Theodori II. 898.
Dep. † S. Vitaliani, 672. Item Ord. & Ob. Sergii II. 843. & 847. D
xxviii *Vacat.*
xxix Ord. S. Aniceti *secundum Catalogos*, 150. Bonifacii III. 607. Ob. Gelasii II. Cluniaci, 1119. & Pauli V. 1611.
xxx Ob. S. Felicis III. 492. El. Clementis VIII. 1592.
xxxi Ord. Silvestri, 314. Cor. Nicolai II. 1059. El. Gelasii II. 1118.

FEBRUARIUS.

i VAcat.
ii Ord. S. Gelasii, 492. Cor. Leonis IX. 1049. & Clementis VIII. 1592. & Ob. Martini V. 1431.
iii Or. Stephani III. 772.
iv Or. Pelagii II. 590.
v Ord. Joannis IX. 898.
B vi Ord Julii I. 337. Clemens IV. Electioni suæ assentitur, 1265.
vii Ob. Sabiniani, 606. & Anacleti Antipapæ 1238. Dep. Pelagii II. 590. & Sisinii, 708.
viii Ord. Joannis VII. 705. & Adriani I. 772. El. Julii III. 1550. & Gregorii XV. 1621
ix Ob. Leonis VI. 930.
x Ob. S. Simplicii, 483.
xi *Vacat.*
xii Ord. Innocentii III. 1198.
xiii Ord. V. S. Stephani I. pro S. Lucio I. 253. & Ord. S. Felicis III. 483. Dep. † S. Gregorii II. 731. & Ob Lucii II. 1145.
xiv Ord. Stephani VII. 930. & Leonis VII. 936. El. Callisti II. *facta Cluniaci* 1119. & Eugenii III. 1145. Ob. Honorii II. 1130. Cor. Gregorii XV. 1621.
xv Adrianus VI. electioni suæ absens consentit, 1522
xvi Conf. S. Cleri *secundum Catalogos* 77. Ob. Joannis XI. 935.
xvii El. Innocentii II. 1130. & Anacleti Antipapæ, 1130
xviii Ord. Eugenii III. 1145. Ob. Gregorii V. 999 & Eugenii IV. 1447.
xix Ob. Joannis IX. 898.
xx F. † S. Agathonis apud Græcos.
xxi Ord. V. S. Pii pro S. Hygino, 146. Or. S. Hilari, 467. & Julii II. 1517. E
xxii Cath. ✠ S. Petri Antiochena, 37. El. Martini IV. 1281. & Nicolai IV. 1288. Ord. Gregorii III. 731. Cor. Clementis IV. 1265. & Julii III. 1550. Dep. † S. Siricii, 399. & Sabiniani, 606.
xxiii Ord. Innocentii II. 1130. & Anacleti Antip. 1130. Cor. Innocentii V. 1276. Ob. Marini I. al. Martini II. 884.
xxiv Ord. Gelasii II. 1118.
xxv Dep. † Felicis 3. ad S. Paulum. Cor. Nicolai IV. 1284
xxvi *Vacat.*
xxvii *Vacat.*
xxviii *Vacat.*
xxix *Vacat.*

MARTIUS.

i ORd. Adriani III. 884. & Bonif. VII. Antip. 974
ii Or. Benedicti IV. 900 Cor. s. Gregorii X. 1272 Ob. Pelagii I. 561. Dep. † S. Simplicii, 483. Ob. Theodori II.
iii Ob. S. Zachariæ 752. Theodori II. 898. & Clementis VIII. 1605. C
iv Ord Constantini, 708. Ob. ✠ S. Lucii, 255. Dep. Pelagii I. 561.
v Ord. S. Simplicii, 467.
vi El. Eugenii IV. 1431. & Nicolai V. 1447.
vii *Vacat*
viii Ard. Silvestri Antipapæ, 1045.
ix Or Cœlestini II. 1144
x El. Lucii II. 1144. Ob Benedicti III. 858.
xi El. Leonis X. 1513. Cor. Eugenii IV. 1431. Ob. Bonifacii V. 616
xii Ob. ✠ S. Gregorii I. 604. El. Urbani II. Terracinæ, 1088. Ord. Lucii II. 1144
xiii Ob. Doni I. 679
xiv Ord. Adeodati, 672
xv Dep. † S. Zachariæ, 752
xvi El. Gregorii Antipapæ 1118.
xvii Cor, Gregorii Antipapæ, 1118.
xviii Ob. Constantini, 715. & Honorii III. 1227.
xix El. Gregorii IX. 1227. Ord. Joannis XVIII 1004 Cor. Nicolai V. 1447. & Leonis X. 1513. F
xx Ord. Victoris Antipapæ, 1138
xxi Cor. Gregorii IX. 1227.
xxii *Vacat.*
xxiii Ob. Julii III. 1555.
xxiv *Vacat.*
xxv Ord. V. S. Evaristi pro S. Anacleto, 95. Ord. Nicolai I. 858. Cor. Martini IV. 1281. Ob. Benedicti II. 686. Stephani VII. 932. & Nicolai V. 1455
xxvi *Vacat.*
xxvii Ob. Gregorii XI. 1378
xxviii Dep. † S. Sixti III. ad S. Laurentium 440.
xxix Ord. Stephani II. 752 Ob. Stephani IX. Florentiæ, 1058.
xxx Cor. Callisti II. 1119. & sub finem mensis. Ob. Benedicti VI. 974.
xxxi *Vacat,*

APRILIS.

SUb initium mensis, Ob. Leonis VIII. 965.
i Ord. Joannis XI. 932.
ii El. Leonis XI. 1605. Cor. Silvestri II. 999.
iii Ob. S. Sixti I. 127. & Honorii IV. 1287
iv Ob. Formosi, 896.
v F. † Pii V. ex ordinatione Clementis X. 1672. Cor. Benedicti X. Antipapæ, 1058 Ob. Clementis III. 1191
vi Dep. † S. Sixti I. 127. & † S. Cœlestini I. 433. Ord. Benedicti IV. 900. Ob. S. Symmachi, 514.
vii El. Alexandri VII. 1655. Abd. Felicis Antipapæ, 1449.
viii El. Urbani VI. 1378. & Callisti III, 1455.
ix El. Marcelli II. 1555. Dep. Constantini, 715.
x Cor. Marcelli II. 1555. & Leonis XI. 1605. Ob. Gregorii XIII. 1585.
xi El. Honorii IV. 1285. Ord. Bonifacii VI. 896.

Leonis

A Leonis X. processus solemnis ad Lateranense Palatinm, 1513. Dep. ✠S. Leonis I. 462 & Doni I. 679
xii El. Cœlestini III. 1191. Ord. S. Leonis IV. 847. Ob. † S. Julii, 353. & Victoris Antipapæ Lucæ, 1164.
xiii El. Gregorii XIII. 1572. Cor. Victoris II. 1055. F. † S. Martini I. apud Græcos; tali die avecti CP. in exilium Chersonam.
xiv Obd. Pelagii I. 556. & Cœlestini III. 1191. Ob. Nicolai IV. 1292
xv Conf. S. Stephani I. 255.
xvi Ord. S. Eusebii, 310. Cor. Alexandri VII. 1655 Ob. Stephani II. 757
xvii Ob. ✠S. Aniceti, *secundum Catalogos*, 154. *secundum Nos*, 162. & S. Agapeti Constantinopoli, 536.
xviii Cor. Urbani VI. 1378 Abd. Joannis XIV. 985.
xix Ob. † S. Leonis IX. 1054.
xx Ob. ✠S. Soteris 17. & F. ✠S. Gaji, Ob. etiam S.
B Victoris I. 197. Theodori I. 649. Leonis VIII. 965. Alexandri II. 1073. & Clemente V. in Rocca Mauri ad Rhodanum, 1314. Cor. Callisti III. 1455. & circa hunc diem, Abd. vel Ob. Joannis filii Roberti. Abd. Gregorii Antipapæ 1121. D
xxi Ob. Joannis II. 535.
xxii Ob. † S. Caji, 296. Dep. Alexandri II. 1073. & El. S. Gregorii VII. 1073.
xxiii Abd. Gregorii Antipapæ, 1121. Ob. Benedicti etiam Antipapæ Avenione, 1423.
xxiv El. Sixti V. 1585.
xxv Obd. Joannis XV. 986. Cor. Gregorii XIII. 1572. Ob. Bonifacii VI. 896. & Benedicti XII. Avenione, 1342.
xxvi Dep. ✠SS. Cleti *secundum Catalogos*, 84. & Marcellini, 296. Conf. S. Soteris, 162. Dep. Stephani II. 757.
xxvii Ord. S. Cornelii, 251. & Bonifacii V. 620. Transl. † s. Anastasii, a Sergio II. curata, circa 846. Ob. Leonis XI. 1605.
xxviii Obd. S. Gregorii II. 715. & Abd. Benedicti IX. 1045. item Gregorii Antipapæ 1121.
xxix Ord S. Agapeti I. 535. & El. Clementi X. 1670 E
xxx Ob. s. Hormisdæ, 523. & Joannis XV. 996. Ord. Joannis X. 915. Ob. Marcelli II. 1555.

M A J U S.

i ORd. Severini, 640. Cor. Sixti V. 1585. Ob. B. Pii V. 1571. Sub initium quoque hujus mensis facta est El. Nicolai Antip. 1328.
ii Ord. Stephani VI. 896.
iii Pas. ✠s Alexandri I. 117. Ob. Alex. V. Bononiæ, 1410.
iv *Vacat*.
v *Vacat*.
vi Conf. s. Pii, *secundum Catalogos*, 154.
vii El. Clementis VI. 1342.
Ob. Bonifacii IV. 615. Dep. Benedicti II. 686.
viii Obd. V. s. Lini pro s. Petro, 54. & Victoris III. 1087. Conf. s. Anacleti, *secundum Catalogos*, 84.
ix *Vacat*.
x *Vacat*.
xi Ord. V. s. Anacleti pro s. Cleto, *secundum Catalogos*, 83. Cor. Clementis X. 1670. Ob. Paschalis I. 824.
xii Ob. Silvestri II. 1003.
xiii *Vacat*.
xiv Obd. Benedicti II. 685. Ob. Joannis XII. 963.
C Dep. † s. Theodori I. 649. El. Clementis Antipapæ, 1424.
xv *Vacat*.
xvi El. Pauli V. 1605. Ob. Joannis XXI. Viterbii, 1277.
xvii El. Joannis XXIII. 1410. Obd. Gregorii V. 996. Cor. B. Pii V. 1566. Ob. Vigilii in Sicilia. 555 Cor. Clementis Antipapæ, 1425.
xviii Obd. s. Marcelli, 308. Ob. s. Joannis I. in carcere Ravennæ, 526. & Adeodati, 677.
xix Ob. ✠s. Petri qu. Cœlestini V. 1296. Cor. Clementis VII. 1342.
xx Ob. Alexandri IX. 1607.
xxi Cor. Honorii IV. 1285.
xxii Ord. s. Pauli I. 757. Ob. s. Leonis II. 684.
xxiii El. Pauli IV. 1555.
xxiv Ob. ✠ s. Urbani, 231. Obd. Liberii 350. & Leonis VII. 939. El. Victoris III. anno 1086.
xxv Dep. ✠ s. Urbani I. 231. & Bonifacii IV. 615. Obd. Benedicti VII. 975. & Joannis XXIII. 1410. Ob. † s. Gregorii V. 1085. & Alexandri IV. Viterbii, 1261.
xxvi F. ✠ s. Eleutherii. Cor. Pauli IV. 1555. Dep. s. Soteris, 171. Ob. Marini II. alias Martini III. 946. & Doni II. 974.
xxvii Dep. ✠ s. Joannis I. 526. & Joannis II. 535.
xxviii *Vacat*.
xxix Ord. s. Agathonis, 679. & Benedicti V. 964. F
Cor. Pauli V. 1605. Abd. Victoris Antipapæ 1138
xxx Dep. ✠ s. Felicis I. curata a Felice II. circa annum 356.
xxxi Conf. s. Sixti I. 117. Ob. Eugenii I. 657. Abd. Joannis XXIII. 1415.

J U N I U S.

i CIrca initium mensis, Abd. Christophori, 905 *Vacat*.
ii Conf. s. Telesphori, 127. & Obd. Agapiti II. 946. & Clementis Antipapæ, 1083. Dep. Eugenii I. 657.
iii Obd. s. Soteris, 171. Ob. † s. Anteri, 236.
iv *Vacat*.
v Ord. Eugenii II. 824. El. Clementis V. 1305.
vi Obd. s. Silverii, 536. & Joannis XVII. 1003.
vii *Vacat*.
viii *Vacat*.
ix Obd. Sergii III. 905. & Stephani VIII. 939.
x Obd. Joannis V. 686.
xi Ord. s. Zephyrini, 198. Ob. s. Leonis III. 816.
xii *Vacat*.
xiii Ord. V. s. Urbani pro s. Callisto, 222.
xiv Ord. s. Martini I. 649. Ob. Landonis 915.
xv *Vacat*.
xvi Ord. Benedicti I. 575.
xvii *Vacat*.
xviii Obd. Joannis X. 915.
xix *Vacat*.
xx Ob. ✠ s. Silverii in Pontia, 538. Joannis V. 687. & Joannis X. 29. El. Clementis IX. 1667.
xxi Ob. s. Pauli I. 767.
xxii Obd. Stephani IV. 816. Ob. Innocentii V. 1276
xxiii Obd. V. s. Lucii pro Cornelio, 252.
xxiv Conf. s. Pontiani, 231. Ob. Nicolai II. Florentiæ 1061. El. Innocentii IV. 1243.
xxv *Vacat*.
xxvi El. Alexandri V. 1409. Cor. Clementis IX. 1667. Dep. Adeodati, 677. Conf. s. Pontiani 231
xxvii *Vacat*.
xxviii Transl. † s. Leonis I.

Dep.

A Dep. ✠ s. Leonis II. 684. & † s. Pauli, 767.
xxix Pas. ✠ Ss. Petri & Pauli, 65.
Ord. Innocentii IV. 1243. D
xxx Ord. s. Marcellini, 296. & s. Gregorii VII. 1075.

JULIUS.

i V*acat*.
ii Ord. Ss. Telesphori, 127. & Melchiadis, 310 Abd. Joannis X. 928.
iii *Vacat*.
iv Ob. Severini, 640. & Angeli Corarii qu. Gregorii XII. Recineti, 1417. in die anniversario Abd. factæ, 1415.
v Ord. Leonis VI. 929. Ob. Benedicti V. Hamburgi, 965. El. S. Cœlestini V. 1294
vi Ob. Benedicti XI. Perusii, 1304.
vii Ord. s. Lini, 65. Cor. Alexandri V. 1409. Ob. Gregorii XV. 1623.
viii Ob. Adriani III. Nnnantulæ, 885. & Eugenii III. Tibure, 1157.
B ix El. Anastasii IV. 1153.
x El. Adriani V. 1276. Ob. Benedicti VII. 984. & Benedicti VIII. 1024.
xi Ob. ✠ S. Pii I. *secundum Catalogos* 161. *secundum Nos*, 153.
xii Ord. s. Felicis IV. 526; & Anastasii IV. 1157.
xiii Ob. ✠ s. Anacleti *secundum Catalogos*, 95. & Sergii IV. 1012. Dep. Joannis III. 575.
xvi Ord. † S. Aniceti *secundum Nos*, 153. Ob. s. Symmachi 514. † S. Leonis IV. 855. & Innocentii III. 1216.
xvii *Vacat*.
xviii El. Honorii III. 1216. & Ob. Joannis XVIII. 1008
xix Ord. V. s. Callisti pro S. Zephyrino, 207. & Joannis XIX. 1024. Dep. s. Symmachi, 514.
xx Ord. s. Hormisdæ 514. Benedicti VIII. 1012.
xxi *Vacat*.
xxii Ob. Clemensis X. 1676.
xxiii Abd. Clementis Antipapæ, 1429.
xxiv Ord. s. Dionysii, 259. Cor. Honorii III. 1216 Ob. s. Sixti III. 440.
xxv Ord. V. S. Pontiani pro s. Urbano, 230. Stephani V. 885. & Clementis Antip. 1080. Ob. Innocentii VIII. 1492.
xxvi Conf. S. Evaristi *secundum Catalogos*. 95. Ob. Pauli II. 1471. Abd. Clementis Antipapæ, 1429. E
xxvii *Vacat*.
xxviii Dep. ✠ S. Victoris I. 196. Transl. ✠ s. Innocentii per Sergium II. circa 846. Ob. Victoris II. Florentiæ, 1657.
xxix Abd. s. Felicis II. 358. Ob. Urbani II. 1099. & Urbani VIII. 1644.
xxx Ord. Vitaliani, 657. Dep. Benedicti I. 580.
xxxi *Vacat*.

AUGUSTUS.

i OB. s. Cœlestini, 432. & circa initium hujus mensis, etiam Stephani VI. 897.
ii Pas. ✠ Stephani I. 257. Dep. Severini, 640. & Joannis V. 687.
iii Ob. Cononis, 688. Ord. Stephani IX. 1057.
iv Ob. S. Hormisdæ 513. & Marini III. 946.
v Ob. S. Cornelii, Centumcellis, 252.
vi Pas. ✠ s. Sixti II. 258. Abd. s. Martini I. in Naxo, 654. Cor. Callixti III. 1458. El. Urbani VIII. 1623.
vii Ord. s. Sixti III. 432 & Stephani III. 768. Ob. Stephani V. 891. Dep. † s. Hormisdæ, 514. El. Joannis XXII. 1316.
viii. *Vacat*.
C ix Ord. Agapeti II. 946. El Sixti IV. 1471.
xi El. Alexandri VI. 1492.
xii Conf. s. Bonifacii I. 419. Ob Joannis III. 574. Benedicti I. 579. & Sixti IV. 1484.
xiii *Vacat*.
xiv Ord. Paschalis II. 1099. Ob. s. Sergii I. 701. & Pii II. 1464.
xv *Vacat*.
xvi *Vacat*.
xvii Cor. Joannis XIV. 984.
xviii Ob. Adriani V. Viterbii, 1276 Alexandri VI. 1503. & Pauli IV. 1559.
xix. El. Pii II. 1458.
xx Ob. Joannis XIV. 985.
xxi Ord. Joannis III. 561. Ob. Gregorii IX. 1241.
xxii *Vacat*.
xxiii Conf. s. Sixti II. 257.
xxiv Ob. Nicolai III. Suriani, 1280. Cor. Felicis Antipapæ Basileæ, 1440.
xxv Ord. Bonifacii IV. 608. Cor. Sixti IV. 1471. Ob. Alexandri III. 1181. Abd. Nicolai Antip. 1330
xxvi Dep. ✠ S. Zephyrini, 218. Cor. Alexandri VI. 1492. F
xxvii Ob. Eugenii II. 827. & Sixti V. 1585. F. S. Liberii apud Græcos.
xxviii *Vacat*.
xxix El. Lucii III. 1181. Urbani IV. 1261. Clementis IV. absentis in Gallia, 1264. Innocentii VIII. 1484. Cor. s. Cœlestini V. 1294. Abd. Callixti Antipapæ, 1178.
xxx Ord. Sabiniani, 604. Cor. Lucii III. 1181.
xxxi Ord. V. s. Sixti II. pro s. Stephano. El. Pauli II. 1464. Cor. Adriani VI. 1522.

SEPTEMBER.

i EL. Gregorii X. absentis. 1271. Ord. Valentini, 827. & Benedicti III. 855. Ob. Adriani IV. 1159.
ii *Vacat*.
iii Ord. s. Joannis I. 523. & † Gregorii I. 590. Cor. Pii II. 1458.
iv Ob. † s. Bonifacii I. 423. Cor. Urbani IV. 1261.
v Cor. Joannis XXII. 1316.
vi Ob. s. Soteris, 185. Cononis, 687. Joannis XIII. 972. Vicedomini, ante acceptatam Electionem defuncti Viterbii, 1276.
vii El. Alexandri III. 1159. Ord. Eugenii annuente S. Martino, 654.
viii Ord. s. Leonis I. 440. Ob. s. Gelasii. 496. & Anastasii II. 498. Dep. † S. Sergii I. 701.
ix Cor. Pauli II. 1464.
x Dep. † s. Hilari, 468.
xi Ord. s. Victoris I. 186. & Romani, 897.
xii Pas. S. Cleti vel Anacleti *aut 12. Januarii secundum Nos*. Ob. Innocentii VI. 1362. Cor. Innocentii VIII. 1484.
xiii Ord. s. Symmachi, 498. Ob. Honorii I. 638.
xiv Ob. Adriani V. 1523.
xv Ob. Victoris *III.* Cassini, 1087 Ord. Anastasii *II.* 496.

A 496. Urbani VII. 1585. & El. Innocentii X. 1644.
xvi Transl. ✠ s. Cornelii ex Centumcellis, 252. Ord. s. Cœlestini I. 423. El. Joannis XXI 1276. Ob. s. Martini in Chersone, 655. Benedicti IV. 900. & Clementis Antipapæ Avenione, 1394.
xvii *Vacat.*
xviii Ob. ✠ s. Leonis IV. 855.
xix Ord. s. Evaristi, *secundum Nos vel xix Septembris*, 96. item Formosi, 891.
xx Dep. † S. Agapiti Romæ, 536. & † S. Martini CP. in Blachernis, 655. Ob. Joannis IV. 642. El. Clementis Antipapæ, 1376. Ord. Alexandri III. 1159. Cor. Joannis XXI. 1276.
xxi El. S.D.N. Innocentii XI. 1676. Dep. Cononis, 688.
xxii El. Pii III. 1503. Ord. Benedicti VI. 972. D
xxiii Ob. ✠ S. Lini, 67. & Liberii, 366.
xxiv Ob. Joannis VII. 707. Sergii III. 912. & Innocentii II. 1143.
xxv Ob. S. Felicis IV. 530. & Clementis VII. 1534.
xxvi Ob. ✠ S. Eusebii, 310. El. Cœlestini II. 1143.
xxvii Conf. s. Cleti, *secundum Nos*, 67. Ob. Urbani VII. ante ordinationem & coronationem suam, 1585
xxviii Ord. Honorii I. 626. Ob. s. Callixti I. 222. Abd. s. Pontiani, 235.
xxix *Vacat.*
xxx El. Bonifacii II. 530. Cor. Alexandri II. 1061. & Urbani VIII. 1623. & circa finem mensis. Ob. Petri de Corbario, qu. Nicolai Antipapæ, Avenione.

OCTOBER.

i ORd. V. S. Alexandri I. pro S. Evaristo, 108. & S. Damasi. 366. Cor. Joannis XIII. 965
B Ob. Bonifacii IX. 1404
ii Dep. s. Eusebii, 310. Cor. Sergii IV. 1009. Ob. Urbani IV. Perusii, 1264.
iii Ord V. s. Telesphori pro s. Sixto I. 126. & Celestini II. 1143.
iv Ord. Doni I. 677. & Anastasii III. 912. Ord. Innocentii X. 1644 S. D. N Innocentii *XI.* 1676. & Victoris Antipapæ, 1139.
v Ord. V. S. Hygini pro s. Telesphoro, 136.
vi *Vacat.*
vii Ob. ✠ S. Marci, 336.
viii Conf. s. Melchiadis, 310. Ord. Joannis *VI.* 702. Cor. Pii *III.* 1503.
ix vel x Ob. Clementis *II.* Bambergæ, 1047.
x Conf. s Lucii, 252. Ob. Valentini, 840.
xi Conf. S. Clementis *I. secundum Catalogos*, 67. Ob Bonifacii *VIII.* 1303,
xii Dep. s. Felicis *IV.* 539. Honorii *I.* 638. Joannis *IV.* 642. Ob. Cœlestini *IV.* 1241.
xiii El Pauli *III.* 1534.
xiv Dep. ✠ S. Callixti *I.* 222. Ob. Bonifaci. *II.* 532.
xv Ob. Urbani VI. 1389. & Gregorii *XIV.* 1591.
xvi *Vacat.*
xvii Dep. Bonifacii *II.* 533. El. Innocentii *VII.* 1404
xviii Dep. Joannis *VII.* 707. Ob. Pii *III.* 1503.
xix Ord. S. Leonis II. 682.
xx Conf. s. Urbani I 222. Ob. Bonifacii III. 607. & Urbani *III.* Ferrariæ, 1187. E
xxi El. Gregorii *VIII.* 1187.
xxii El. Benedicti *XI.* 1303.
xxiii El. Urbani V. absentis in Palæstina, 1262. Ob Stephani *VIII.* 942.
xxiv Ob. s. Marcellini, 304.
xxv Dep. s. Bonifacii *I.* 425. & Bonifacii V. 626 Ord. Gregorii *VIII.* 1187.
xxvi Pas. ✠ S. Evaristi, 108
xxvii El. Cœlestini *IV.* 1241. Conf. Bonifacii *II* 530. Decretum Electionis suscipiunt absentes, Urbanus V. 1262. & s. Gregorii X. 1271. Cor. Benedicti *XI.* 1303.
xxviii El. Honorii Antipapæ, 1061.
xxix *Vacat.*
xxx Ob. s. Pontiani, in Sardinia, 235. Ob. S. Leonis *I.* 461. El. Innocentii *IX.* 1591.
xxxi Ob. Joannis XVII. 1003. El. Julii *II.* 1503. Cor. Clementis Antipapæ, 1378. Item Ob. Doni II. 975 hoc mense, sed incerto die.

NOVEMBER.

C i VAcat.
ii Ord. Innocentii VII. 1404. El. Bonifacii IX. 1389. Benedicti Antipapæ, 1394.
iii. Ord. Theodori, 642. Cor. Cœlestini IV. 1241. Pauli III. 1534. & Innocentii IX. 1591.
iv *Vacat.*
v Conf. S. Alexandri I. 108.
vi Cor. Urbani V. 1262. Ob. Innocentii VII. 1406
vii *Vacat.*
viii Dep. † S. Deusdedit, 619. Ob. Joannis XIX. 1033.
ix Ord. Benedicti IX. 1033.
x Conf. Bonifacii II. 530. Ob. Gregorii III. 741. & Pauli III. 1549.
xi Ord. Bonifacii IX. 1389. El. Martini V. 1417.
xii Transl. ✠ S. Martini a Constantinopoli. Ord. S. Hilari. 461. Dep. Bonifacii III. 607. Ob. Nicolai *I* 867.
xiii Ord. Marini II. alias Martini III. 942
xiv Cor. Clementis V. 1305. Bonifacii IX. 1389. & Benedicti Antipapæ, 1394. Ord. Leonis IV. 935
xv *Vacat.*
xvi Abd. S. Clementis *secundum Nos*; & Rest. S. Cleti, jam Anacleti *secundum Nos*; 83. Abd. S. Silverii, 537.
xvii *Vacat.* F
xviii Dep. Anastasii II. 398. El. Felicis Antipapæ absentis, 1439. Ob. Leonis V. 904.
xix Transl. ✠ S. Pontiani ex Sardinia, circa 237. Ord. S. Zachariæ, 741. El. Clementis VII. 1523.
xx Ob. S. Felicis II. abdicati in suo Prædiolo, 365.
xxi Dep. † Gelasii, 496. Cor. Martini V. 1417.
xxii Conf. S. Symmachi 498. Ord. S. Anteri, 235. Vigilii, 537. & S. Sergii I. 688.
xxiii Pas. ✠ *S.* Clementis in Chersone, sub Trajano Imp. 107.
xxiv *Vacat.*
xxv Ob. Adriani II. 872. Anastasii III. 914. & Lucii III. Veronæ, 1185. El. Nicolai I*II.* 1277. Ord. Christophori, 904.
xxvi Ob Siricii, 398. El. Urbani III. 1185. Ord. Pelagii II. 579. & Clementis VII. 1503. Cor Julii II. 1503.
xxvii Dep. † Gregorii II*I.* 741.
xxviii *Vacat.*
xxix Ob. Clementis IV. Viterbii, 1268.
xxx El. Gregorii XII. 1406.

DECEMBER.

I OB. S. Agathonis, 681. & Leonis X. 1521
II Ob. Anastasii IV. 1154.
III Abd. S. Cleti, *secundum Nat*, 73. Ord. Joannis IV. 640.
IV El. Adriani IV. 1154. Ord. Landonis, 614 Ob. Joannis XXII. Avenione, 1334.
V Conf. S. Clementis I. *secundum Nat*, 73. Ord. S. Anastasii I. 398 Cor. Adriani IV. 1154. & Gregorii XII. 1406. El. Gregorii XIV. 1590. Abd Joannis XII. 963.
VI Ord. Leonis VIII. 963. Ob. Clementis VI. Avenione 1352.
VII Ob. Innocentii IV. 1254.
VIII Pas. † S. Eutychiani, 283. Cor. Urbani III. 1185. & Gregorii XIV. 1590. Ob. Pii IV. 1565.
IX Dep. ✠ S. Melchiadis, 314. Ob. S. Damasi, 384. & Clementis IX. 1669.
X *Vacat*.
XI Dep. ✠ S. Damasi, 384. Ord. S. Fabiani, 236
XII Ob. Callixti II. 1124.
XIV Ord. V S. Sixti I. pro S. Alexandro, 116. Adriani II. 867. & Joannis VIII. 872. Ob. S. Anastasii I. 401. & Joannis VIII. 882.
XV Ord. V. S. Aniceti pro S. Hygino, 148. S. Caii, 283. & Honorii II. 1124.
XVI *Vacat*.
XVII Ob. S. Zosimi, 418 & Gregorii VIII. Pisis, 1187 Felix Antipapatum acceptat, 1439.
XVIII El. Innocentii VI. 1353.
XIX El. Clementis III. 1187. Ord. Joannis II. 532. Ob. Urbani V. Avenione, 1370.
XX Abd. S. Clementis *secundum Chebloget*, 77. Ob. S. Zephyrini, 217. El. Benedicti XII. 1334.
XXI Ob. S. Innocentii I. 416.
XXII Pas. Felicis I. 274. Abd. S. Cœlestini V. 1294. Ob. Baldassaris Cossa, qu. Joannis XXIII. Florentiæ, 1419.
XXIII Ord. Marini I. al. Martini II. 882.
XXIV El. Bonifacii VIII. 1294.
XXV Ord. S Sisinnii, 707. Ob. Adriani I. 795. Cor. Clementis II. 1046. El. Alexandri IV. 1254.
XXVI Conf. 2. Callixti I. 217. Ob. † S. Dionysii, 269. Dep. † S. Zozimi, 418. El. Pii IV. 1559.
XXVII Ord. S. Leonis III. 795. Cor. Alexandri IV. 1254. Abd. Gregorii VI. 1046.
XXVIII Ord. V. S. Felicis I. pro S. Dionysio, 268. Dep. S. Dionysii, 269. Cor. Honorii II. 1124. El. Urbani *III.* 1185.
XXIX Ord. S. Bonifacii I. 418. Cor. Benedicti *VII.* 975
XXX El. Gregorii *XI.* 1370. Ord. Silvestri Antipapæ, 1049. Ob. *Innocentii IX.* 1591.
XXXI Ob. ✠ S. Silvestri, 335. & S. Vitaliani, 671.

INDEX PONTIFICALIS

Ordine Alphabetico digeſtus

AD TOTUM CONATUM

CHRONICO-HISTORICUM.

*Prior numerus Ordinem Seſſionis, ſecundus Nominis, tertius Initium, quartus finem Pontificatus per annos & menſes, quintus denique paginam deſignat. Huic ultimo additus Aſteriſcus * ad Partem ſecundam remittit.*

A *in prima ſerie Antipapas; a in quarta notat Abdicantes vel Abdicatos.*

ord.	Nomen	Initium	Finis	Pag.
79	Adeodatus	672 Mart.14	677 Maii 18	102
97	Adrianus 1.	772 Feb.9	795 Dec.25	124
108	Adrianus 2	867 Dec.14	872 Nov.25	140
111	Adrianus 3	884 Martii 1	885 Jul. 8	143
171	Adrianus 4	1154 Dec.4.	1159 Sept.1.	*23
188	Adrianus 5	1276 Jul.10.	1276 Aug.18	*57
222	Adrianus 6	1522 Feb.16	1523 Sept.14	*153
59	Agapetus 1	535 Apr.29.	536 Apr 17	79
132	Agapetus 2	946 Jan. 2	956 Jan. 11	160
81	Agatho	679 Maii 29	681 Dec.2	103
7	Alexander 1	108 Nov.5	117 Maii 3	20
158	Alexander 2	1061 Sept.30	1073 Apr.20	196
172	Alexander 3	1159 Sept.7	1181 Aug. 25	*25
183	Alexander 4	1254 Dec.25	1261 Maii 25	*49
208	Alexander 5	1409 Jun. 26	1410 Maii 3	*108
218	Alexander 6	1492 Aug.11	1503 Aug. 18	*141
241	Alexander 7	1655 Apr.7	1667 Maii 20	*162
5	Anacletus	84 Maii 9.	92 Jul.13.	19
A	Anacletus	1130 Feb.17	1138 Febr.7	*19
41	Anaſtaſius 1	398 Dec.5	401 Dec.14	60
52	Anaſtaſius 2	496 Sep 15.	498 Sept. 8	68
123	Anaſtaſius 3	912 Oct.4	914 Nov.25	155
170	Anaſtaſius 4	1153 Jul. 9	1154 Dec. 2	*23
11	Anicetus	150 Jan. 19	154 Apr.17	22
al.	12 Idem	153 Julii 16	162 Apr. 17	24
20	Anteros	235 Nov.22	236 Jan.3	32
		B		
64	Benedictus 1	575 Jan 16	579 Aug 12	87
83	Benedictus 2	685 Maii 14	686 Mar.25	109
106	Benedictus 3	855 Sept. 1	858 Mar.10	135
119	Benedictus 4	900 Mart.2	904 Sept.16	149
135	Benedictus 5	964 Maii 19	964 a Jun.	164
137	Benedictus 6	972 Sept.22	974 a Mart.	165
139	Benedictus 7	975 Apr.25.	984 Jul.10	167
148	Benedictus 8	1012 Julii 20	1024 Jul.10	180
150	Benedictus 9	1033 Dec.9	1048 Jul. 17	182
A	Benedictus 10	1058 Apr. 5	1059 a Jan. 24	194
196	Benedictus 11	1303 Oct. 22	1304 Jul.6	*69
199	Benedictus 12	1334 Dec. 20	1342 Apr.25	*83
A	Benedictus	1394 Sept. 28	1423 Maii 23	*105
44	Bonifacius 1	418 Dec.29	423 Sept.4.	62
57	Bonifacius 2	530 Sept.29	532 Oct.24	77
68	Bonifacius 3	607 Jan.29	607 Oct.20	93
69	Bonifacius 4	608 Aug.25	615 Maii 8	94
71	Bonifacius 5	620 Apr. 27	626 Martii 11	95
114	Bonifacius 6	896 Aprilis 11	896 Apr. 25	146
141	Bonifacius 7	985 Jan. —	985 Dec....	169
197	Bonifacius 8	1294 Dec.24	1303 Oct.11	*67
205	Bonifacius 9	1389 Nov.2	1404 Oct.1	*104
		C		
45	Cœleſtinus 1	423 Sept.25	432 Aug. 1.	63

ord.	Nomen	Initium	Finis	Pag.
167	Cœleſtinus 2	1143 Sept. 26	1144 Mart.9	*20
177	Cœleſtinus 3	1191 Apr.12	1198 Jan.8	*31
181	Cœleſtinus 4	1241 Oct.27	1241 Nov.22	*37
194	Cœleſtinus 5	1294 Julii 5	1294 a Dec. 12	*65
29	Cajus	283 Dec.16	295 Apr.22	40
17	Callixtus 1	217 Dec.26.	222 Sept.28.	27
164	Callixtus 2	1119 Feb.14	1124 Dec.12.	*14
A	Callixtus	1167 Aug....	1179 a Aug.29	*26
213	Callixtus 3	1455 Apr.8	1458 Aug.6	*127
121	Chriſtophor.	904 Nov.25	905 Jun. ...	150
3	Clemens 1	67 Oct.11	76 a Dec.22	17
al.4	Idem	73 Dec.5	87 a Nov.16	218
152	Clemens 2	1406 Dec 25	1047 Oct. 9	186
A	Clemens	1080 Jul.25.	1101	198
176	Clemens 3	1187 Dec.19	1191 Apr.5	*31
185	Clemens 4	1265 Feb.6	1268 Nov. 29	*53
197	Clemens 5.	1305 Jun.5	1314 Apr.20	*70
200	Clemens 6	1342 Maii 7	1352 Dec.6	*86
A	Clemens	1378 Sept.20	1394 Sept. 16	*101
A	Clemens	1424 Maii 14	1249 a Jul. 25	*117
223	Clemens 7	1523 Nov. 19	1534 Sept. 25	*156
235	Clemens 8	1592 Jan.30	1605 Mar. 3	*161
242	Clemens 9	1667 Jun. 20	1669 Dec.9	*162
243	Clemens 10	1670 Apr.29	1676 Jul.22	*163
3	Cletus	67 Sept.27	73 a Decem. 3	18
al.4	Idem	77 Feb.16	84 Apr.26	217
Id.	Anacletus	85 Nov.16	96 Septem.26	218
90	Conſtantin.	708 Martii 4	715 Mar.18	116
A	Conſtantin.	767 Junii 28	768 a Jul. 29	123
22	Cornelius	251 Apr.27	252 Aug.5	34
		D		
39	Damaſus 1	366 Octob.1.	384 Decem.10	57
153	Damaſus 2	1048 Jul.17	1048 Aug. 8	188
70	Deuſdedit	616 Jan.4	619 Jan.26	95
26	Dionyſius	259 Jul.24	269 Decem.26	37
80	Donus 1	677 Octob. 4.	679 Mart. 13	103
138	Donus 2	974 April.26	974 Octob. ...	167
		E		
11	Eleutherius	171 Jan. 3	185 Sept.6	26
6	Evariſtus	95 Jul.26	1 8 Oct. 26	19
77	Eugenius 1	654 Sept.7	657 Maii 31	101
101	Eugenius 2	824 Jun.5	827 Aug.27	128
169	Eugenius 3	1145 Feb.14.	1153 Jul.8	*21
211	Eugenius 4	1431 Mar.6	1447 Feb.18	*118
32	Euſebius	310 Aprilis 16.	310 Sept.26	46
28	Eutychianus	275 Jan.6	283 Decemb.8	40
		F		
21	Fabianus	239 Dec.11	250 Jan.2	33
27	Felix 1	270 Jan. 1	274 Decem.24	38

ord.	Nomen	Initium	Finis	Pag.
38	Felix 2.	355 . . .	358 a Jul. 29	53
50	Felix 3	483 Febr. 13	482 Jann. 30	67
56	Felix 4	526 Jul. 12	530 Sept. 25	71
A	Felix	1436 Dec. 17	1449 a Apr. 7	*123
113	Formosus	891 Sept. 19	896 Apr. 4	144
		G		
51	Gelasius 1.	492 Feb. 2	496 Sept. 8	68
167	Gelasius 2	1118 Jann. 31.	1119 Jann. 29	*9
66	Gregorius 1	590 Sept. 3	604 Mart. 12	88
91	Gregorius 2.	715 Apr. 28.	731 Jan. 17	115
92	Gregorius 3	731 Febr. 22	741 Nov. 10	120
103	Gregorius 4	828 Jan. 5	844 Jan. 11	129
142	Gregorius 5	996 Maii 17.	999 Febr. 18	174
151	Gregorius 6	1045 Apr. 28	1046 Dec. 17	183
159	Gregorius 7.	1073 Jun. 30	1085 Maii 25	197
A	Gregorius	1118 Martii 15	1121 Apr. 27	*13
175	Gregorius 8	1187 Oct. 21	1187 Dec. 17	*30
180	Gregorius 9	1227 Mart. 9	1241 Aug. 21	*36
186	Gregorius 10	1271 Oct. 27	1276 Jann. 10	*56
203	Gregorius 11	1370 Dec. 30	1378 Mart. 27	*94
207	Gregorius 12	1406 Nov. 30	1415 a Jul. 4	*107
236	Gregorius 13	1572 Maii 13	1582 Apr. 10	*159
237	Gregorius 14	1590 Dec. 5	1591 Oct. 15	*160
238	Gregorius 15	1621 Feb. 9.	1623 Jul. 7	*161
		H		
48	Hilarus	461 Nov. 12	467 Febr. 21	66
71	Honorius 1	626 Sept. 28	638 Sept. 13	97
A	Honorius	1061 Oct. 28	1065	197
165	Honorius 2	1124 Dec. 16	1130 Febr. 14	*15
179	Honorius 3.	1216 Jul. 18.	1227 Mar. 18.	*35
192	Honorius 4	1285 Apr. 2	1287 Apr. 3.	*63
54	Hormisdas	514 Julii 20	523 Aug. 4	69
10	Hyginus	138 Jan. 13	150 Jan. 11	21
		I		
42	Innocent. 1.	402 Jan. 1.	416 Dec. 21	60
166	Innocent. 2.	1130 Feb. 17	1143 Sept. 24	*17
A	Innocentius	1178 Aug.	1178 a Sept.....	26
138	Innocent. 3.	1198 Jan. 8.	1216 Jul. 16	*33
182	Innocent. 4	1243 Jun. 24	1254 Dec. 7	*36
187	Innocent. 5	1276 Jan. 21	1276 Jun. 22	*57
201	Innocent. 6.	1352 Dec. 18.	1362 Sept. 12.	*89
206	Innocent. 7.	1404 Oct. 17	1406 Nov. 6	*106
217	Innocent. 8.	1484 Aug. 29.	1492 Jul. 25	*139
234	Innocent. 9	1591 Oct. 30	1591 Dec. 30	*160
240	Innocent. 10.	1644 Sept. 15	1655 Jan. 7	*162
244	Innocent. 11.	1676 Sept. 21	. . .	*163
55	Joannes 1	523 Sep. 3.	526 Maii 18	69
58	Joannes 2.	532 Dec. 19	535 Apr. 21	78
63	Joannes 3	561 Aug. 21	574 Aug. 12	87
74	Joannes 4.	640 Dec. 3	642 Sept. 20.	99
84	Joannes 5.	686 Jun. 10	687 Jun. 20	109
87	Joannes 6	702 Oct. 7	704 Dec. 21	112
88	Joannes 7.	705 Feb 8	707 Sept. 24	113
109	Joannes 8	872 Dec. 14	882 Dec. 15	140
118	Joannes 9.	898 Feb. 5	900 Feb. 19	148
125	Joannes 10	915 Jun. 18	929 Jun. 20	156
128	Joannes 11	932 Apr. 1.	935 Feb. 16	158
133	Joannes 12	956 Jun. 13	964 Maii 14	160
136	Joannes 13	965 Oct. 1	972 Sept. 6	165
140	Joannes 14	984 Oct. 19	985 Jun	168
El.	Jo. F. Robert.	985 Dec...	986 Apr....	169
142	Jo. 15. al. 16.	985 Apr. 25	996 Apr. 30	170
A	Jo. 16. al. 17	997 Maii	998 Mar....	175
145	Jo. 17. al. 18.	1003 Jun. 6	1003 Oct. 31	178
136	Jo. 18. al. 19.	1004 Mart. 19	1009 Jul. 18.	178

ord.	Nomen	Initium	Finis	Pag.
149	Joa. 19. al. 20	1024 Julii 19	1033 Nov. 8	181
189	Joannes 21	1276 Sept. 16	1277 Maii 16	*59
198	Joannes 22	1316 Aug. 7	1334 Dec. 4	*74
203	Joannes 23	1410 Maii 17	1415 a Maii 31	*110
36	Julius 1	337 Feb. 6.	352 Apr. 12	51
220	Julius 2	1503 Octob. 31	1513 Feb. 12	*148
225	Julius 3	1550 Feb. 8	1555 Mart. 23	*157
		L		
124	Lando	914 Dec. 4	915 Jann. 14	156
47	Leo 1	440 Sept. 8	461 Octob. 30.	64
82	Leo 2	682 Octob. 19	684 Maii 23	106
98	Leo 3	795 Dec. 27	816 Junii 11	124
105	Leo 4	847 April. 12	855 Julii 17	135
120	Leo 5	904 Sept. 23	904 Nov. 18	150
126	Leo 6	929 Jul. 5.	930 Febr. 9	157
129	Leo 7	935 Nov. 15	939 Maii 24	158
134	Leo 8	963 Dec. 6.	964 a Feb....	162
154	Leo 9	1049 Feb. 12	1054 Apr. 19	189
221	Leo 10	1513 Martii 11	1521 Dec. 1.	*151
236	Leo 11	1605 Apr. 2	1605 Apr. 27	*161
37	Liberius	352 Maii 24	366 Sept. 23.	51
2	Linus	65 Jul. 7	67 Sept. 23	17
23	Lucius 1	252 Octob. 10.	255 Mart. 4	35
168	Lucius 2	1144 Mart. 10.	1145 Feb. 13	*20
173	Lucius 3	1181 Aug. 29.	1185 Nov. 25	*28
		M		
30	Marcellinus	296 Jun. 30.	304 Oct. 24	41
31	Marcellus 1	308 Maii 18	310 Jan. 18	45
126	Marcellus 2	1555 Apr. 9	1555 Apr. 30	*157
35	Marcus	336 Jann. 18.	336 Octob. 7.	50
110	Marinus 1	Vide	Martinus 2	142
131	Marinus 2	Vide	Martinus 3	169
76	Martinus 1	649 Jun. 14	654 Aug. 6	100
110	Martinus 2	882 Dec. 23	884 Feb. 23	142
131	Martinus 3	942 Nov. 13	946 Maii 26	159
191	Martinus 4	1281 Feb. 22	1285 Mar. 28	*60
210	Martinus 5	1417 Nov. 11.	1431 Feb. 20	*112
33	Melchiades	310 Oct. 8	314 Jan. 10	46
		N		
107	Nicolaus 1	858 Mar. 25	867 Nov. 12	136
152	Nicolaus 2	1059 Jann. 31	1061 Jun. 24	193
190	Nicolaus 3	1277 Nov. 25	1280 Aug. 23	*61
193	Nicolaus	1328 Maii ...	1330 Aug. 25	*80
A	Nicolaus 4	1288 Feb. 22	1292 Apr. 4	*64
212	Nicolaus 5	1447 Mar. 6	1455 Mart. 25	*124
		P		
100	Paschalis 1	717 Jan. 25	824 Maii 11	127
162	Paschalis 2	1099 Aug. 14	1118 Jan. 18	202
A	Paschalis	1164 Apr...	1167 Aug....	*26
95	Paulus 1	757 Maii 22	767 Jun. 21	*122
215	Paulus 2	1464 Aug. 31	1471 Jul. 26	*133
224	Paulus 3	1534 Oct. 13	1548 Nov. 10	*156
229	Paulus 4	1555 Maii 23.	1559 Aug. 18	*158
237	Paulus 5	1605 Maii 16	1621 Jan. 28	*161
61	Pelagius 1	556 Apr. 13	561 Mar. 2	86
65	Pelagius 2	579 Nov. 26	590 Feb. 4	87
1	Petrus	50 Jan. 18	65 Jun. 29	11
11	Pius 1	150 Jan. 19	153 Jul. 11	23
al.	12 Idem	154 Maii 6	161 Julii 11	24
214	Pius 2	1458 Aug. 19	1464 Aug. 14	*132
219	Pius 3	1503 Sept. 22	1503 Oct. 18	*146
228	Pius 4	1559 Dec 26	1565 Dec. 28	*158
229	Pius 5	1566 Jan. 7	1572 Maii 1	*158
19	Pontianus	231 Junii 26	235 Sept. 28	28

ord.	Nomen	Initium	Finis	Pag.
		R		
116	Romanus	897 Sept. 11	898 Janu. 2	148
		S		
67	Sabinianus	604 Aug. 30	606 Febr. 7	92
86	Sergius 1.	688 Nov. 22	702 Aug. 14	111
104	Sergius 2.	844 Janu. 27	847 Janu. 27	130
122	Sergius 3	905 Jun. 9	912 Dec. 6	153
147	Sergius 4	1009 Oct. 2	1012 Jul. 13	179
73	Severinus	640 Maii 1	640 Jul. 4	98
60	Silverius	536 Jun. 6	37 Nov. 16.	79
34	Silvester 1.	314 Janu. 31	335 Dec. 31	47
144	Silvester 2.	999 Apr. 2	1003 Maii 12	176
A	Silvester	1044 Dec. 30	1045 a Mar. 8.	182
49	Simplicius	467 Martii 5	483 Febr. 10	67
40	Siricius	385 Jan. 5	398 Nov. 26	59
89	Sisinnius	707 Dec. 25	708 Jan. 13	113
8	Sixtus 1.	117 Maii 31	127 Apr. 3	20
25	Sixtus 2.	257 Aug. 23.	258 Aug. 6.	37
46	Sixtus 3	432 Aug. 7.	440 Jul. 24	63
216	Sixtus 4	1471 Aug. 9	1484 Aug. 12	*134
231	Sixtus 5.	1585 Apr. 24	1590 Aug. 27	*159
13	Soter	162 Apr. 26	172 Apr. 22	25
24	Stephanus 1	255 Apr. 25.	257 Aug. 2	36
El.	Stephanus	752 Mart. 6	752 Mart. 10	121
94	Stephanus 2	752 Mart. 19	757 Apr. 16	122
96	Stephanus 3	768 Aug. 7.	772 Febr. 3	123
99	Stephanus 4	816 Jun. 22	817 Jan. 22	126
11	Stephanus 5	885 Jul. 25	891 Aug. 7	144
115	Stephanus 6	896 Maii 2.	897 Aug....	147
127	Stephanus 7	930 Febr. 14	932 Mart. 25	157

ord	Nomen	Initium	Finis	Pag.
130	Stephanus 8.	939 Jun. 9	942 Octob. 23	159
156	Stephanus 9	1057 Aug. 3	1058 Mart. 29	191
53	Symmachus	498 Sept. 13	514 Julii 16	68
		T		
9	Telesphorus	127 Junii 2	138 Janu. 5	21
75	Theodorus 1	642 Nov. 3	649 Apr. 10	100
117	Theodorus 2	898 Janu. 8	898 Jan. 27	148
		V		
102	Valentinus	827 Sept. 1	827 Octob. 10	129
El.	Vicedomin.	1276 Sept. 5	1276 Sept. 6	*58
15	Victor 1.	186 Sept. 18	196 Apr. 20	26
155	Victor 2	1055 April. 13	1057 Jul. 28	191
160	Victor 3	1087 Maii 1	1087 Sept. 15	199
A	Victor	1138 Martii 16	1138 Maii 19	*19
A	Victor	1149 Octob. 4	1164.....	*25
61	Vigilius	537 Nov. 22	557 Maii 17	82
78	Vitalianus	657 Julii 30	671 Dec. 31	102
18	Urbanus 1	222 Octob. 20.	231 Maii 24	27
161	Urbanus 2.	1088 Mart. 12.	1099 Jul. 29	200
174	Urbanus 3	1185 Nov. 26.	1187 Oct. 20	*29
184	Urbanus 4	1261 Aug. 29	1164 Oct. 2	*51
202	Urbanus 5.	1362 Octob. 31	1370 Dec. 19.	*91
204	Urbanus 6	1378 Apr. 8	1389 Oct. 15	*95
232	Urbanus 7	1590 Sept. 25	1590 Sept. 27.	*160
239	Urbanus 8.	1623 Aug. 6	1644 Jul. 29.	*162
		Z		
93	Zacharias	741 Nov. 29	753 Mart. 5	120
16	Zephyrinus	198 Junii 11	217 Dec. 20	26
43	Zosimus	417 Janu. 6	418 Dec. 17	60

SYNOPSIS CHRONOGRAPHICA ROMAN. PONTIFICUM

		Secundum Catalogos.									Secundum Baronium.								
Ordo	Pontificis Nomen	Ordinatio. An	Men. D.	Sedis A	M	D	Obitus An	Men. D.	Vac. M	D	Electionis An	Men. D.	Sedis A	M	D	Obitus An.	Men. D.	Vac. M	D
1	Petrus	50	Ianuarii 18.	15	5	12	65	Iunii 29.	0	9	45	Januarii 18.	24	5	11	69	Junii 29	0	1
2	Linus	61	Iulii 7.	2	2	17	67	Septemb. 2.	0	17	69	Julii 1.	11	2	2	80	Septem. 23.	.	24
3	Clemens.	6[illegible]	Octobris 11	9	2	12	76	Dec. 22	4	24	...	...	...	...	...	...	...	...	...
4	Cletus.	7	Febru. 16	7	2	11	81	Aprilis 26.	0	12	...	...	...	...	...	...	...	...	...
5	Anacletus.	84	Maii 9	11	2	1	95	Julii 13.	0	12	...	...	...	...	...	...	...	...	...
alias	S. Cletus.	67	Septemb. 27	6	2	7	73	Dec. 3	0	1	80	Septem. 25.	12	7	1	93	Aprilis 26	0	21
alias	Clemens.	72	Decemb. 5	9	2	11	83	Nov. 16.	0	0	93	Maii 18.	9	6	8	102	Novem. 23	4	10
	S. Cletus.	83	Novemb. 16	12	2	10 3	96	Ja. & Sep. 12	0	9	103	Aprilis 3.	9	3	10	112	Julii 13.	0	13
6	Evaristus.	95	Julii 26	13	3	1	108	Octob. 26	0	9	112	Julii 26.	9	2	0	121	Octobris 26	0	18
7	Alexander.	108	Novemb. 5	8	5	29	117	Maii 3	0	27	121	Novem. 13	10	5	20	132	Maii 3.	0	25
8	Sixtus.	117	Maii 31	9	10		127	Aprilis 3.	1	29	132	Maii 28	9	10	8	142	Aprilis 6.	0	2
9	Telesphorus.	127	Junii 2.	10	7	4	138	Januarii 5	0	7	142	Aprilis 9.	11	8	28	154	Januarii 5	0	7
10	Hyginus.	138	Januarii 13	11	11	30	150	Januarii 11	0	7	154	Januarii 13.	3	11	29	158	Januarii 11.	0	3
11	Anicetus.	150	Januarii 19	4	3	0	154	Aprilis 17.	0	18	...	...	...	...	...	...	...	...	...
12	Pius.	154	Maii 6.	7	1	6	161	Julii 11.	0	14	...	...	...	...	...	...	...	...	...
alias	1 Pius.	150	Januarii 19	3	5	22	154	Julii 11.	0	4	158	Januarii 15.	9	5	27	167	Julii 11	0	13
alias	2 Anicetus	152	Junii 16.	8	9		162	Aprilis 17	0	18	167	Julii 25.	8	8	25	175	Aprilis 18.	0	17
13	Soter.	162	Aprilis 26	8	11	28	171	Aprilis 22	1	11	175	Maii 4	3	11	19	179	Aprilis 22	0	12
14	Eleutherius.	171	Junii 3.	14	3	2	185	Septemb. 6	12	4	179	Maii 3.	15	0	23	194	Maii 26	0	5
15	Victor.	186	Septemb. 11	10	7	10	196	Aprilis 20	13	21	194	Junii 1.	9	1	28	203	Julii 28	0	12
16	Zephyrinus.	198	Junii 11	19	6	10	217	Decemb. 20	0	5	203	Augusti 8.	18	0	18	221	Augusti 26	0	6
17	Callixtus.	217	Decemb. 26	4	9	5	222	Septemb. 28	0	21	221	Septemb. 2	5	1	12	226	Octobris 14.	0	6
18	Urbanus.	222	Octobris 20	8	7	5	231	Maii 24	0	30	226	Octobris 21.	6	7	4	233	Maii 25.	0	30
19	Pontianus.	231	Junii 26	4	3	3	235	Septemb. 28	1	24	233	Junii 24.	4	4	27	237	Novemb. 19	0	13
20	Anterus.	235	Novem. 22	0	1	12	236	Januarii 3	11	7	237	Decemb. 3	0	1	0	238	Januarii 3	0	13
21	Fabianus.	236	Decemb. 11	13	1	10	250	Januarii 2	15	6	238	Januarii 16	15	0	4	253	Januarii 2	.	...
22	Cornelius.	251	Aprilis 27	1	3	10	252	Augusti 5	0	66	254	...	.	.	.	255	Septem. 14	0	35
23	Lucius.	252	Octobris 10.	2	4	2[illegible]	255	Martii 4.	1	10	255	Octobris 19.	1	4	17	257	Martii 4	0	35
24	Stephanus.	255	Aprilis 15	2	3	18	257	Augusti 2	0	26	257	Aprilis 9.	3	3	24	260	* Augusti 2	0	22
25	Sixtus 2.	257	Augusti 23	0	11	1	258	Augusti 6	11	17	260	Augusti 24.	0	11	14	261	Augusti 6	0	35
26	Dionysius.	259	Julii 24	10	5	2	269	Decemb. 26	0	5	261	Septemb. 12	11	3	14	272	Decemb. 26.	0	5
27	Felix.	270	Januarii 2.	3	11	2	274	Decemb. 22.	0	15	272	Decemb. 31	2	5	3	275	Maii 3.	0	5
28	Eutychianus.	275	Januarii 6	8	11	2	283	Decemb. 8.	0	7	275	Junii 4.	8	6	4	283	Decemb. 8.	0	9
29	Cajus.	283	Decemb. 16	12	4	.	296	Aprilis 22	2	7	283	Decemb. 17	12	4	5	296	Aprilis 22.	0	11
30	Marcellinus.	296	Junii 30	8	3	2[illegible]	304	Octobris 24.	42	23	296	Maii 3	7	11	23	304	Aprilis 26	7	4
31	Marcellus.	308	Maii 18	1	6	3	310	Januarii 18.	3	0	304	Novemb. 21	5	1	25	309	* Januar. 16	0	20
32	Eusebius.	310	Aprilis 16.	0	5	11	310	Septemb. 26	0	11	309	Februarii 5	2	7	16	311	* Sept. 26.	0	7
33	Melchiades	310	Octob. 8.	3	3	2	314	Januarii 10.	0	20	311	Octobris 3	2	2	7	313	Decem. 10	1	21
34	Silvester.	314	Januarii 31.	21	11	1	335	Decemb. 31	0	17	314	Febru. 1.	21	10	1	335	* Decem. 31	0	16
35	Marcus.	336	Januarii 18	0	9	20	336	Octobris 7.	3	29	336	Februar. 14	0	7	22	336	Octobris 6	0	20
36	Julius.	337	Februarii 6	15	2	7	352	Aprilis 12	1	11	336	Octobris 26	15	5	17	352	Aprilis 12	0	25
37	Liberius.	352	Maii 23.	14	4	0	366	Septemb. 23	0	7	352	Maii 8.	15	4	1	367	Septemb. 9	0	6
38	Felix 2.	355	...	3	.	.	358	a Julii 29	.	.	355	...	2	.	.	356	...	.	...
39	Damasus.	366	Octobris 1.	18	2	10	384	Decemb. 10.	0	25	367	Septem. 15	17	2	27	384	Decemb. 11.	0	31
40	Siricius.	385	Januarii 5.	13	10	2[illegible]	398	Novem. 26	0	8	385	Januarii 12.	13	1	14	398	* Febru. 22.	0	20
41	Anastasius.	398	Decembr. 5	3	0	10	401	Decem. 14	0	17	398	Martii 14.	4	1	13	402	Aprilis 27	0	21
42	Innocentius.	402	Januarii 1.	14	11	2[illegible]	416	Decem. 21	0	15	402	Maii 17	15	1	10	417	* Julii 28	0	22
43	Zosimus.	417	Januarii 6.	1	11	1[illegible]	418	Decem. 27	0	11	417	Augusti 19	1	4	7	418	Decemb. 26	0	11
44	Bonifacius.	418	Decemb. 29	4	8	.	423	Septem. 4.	0	11	418	Decemb. 28	4	9	27	423	Octobris 25	0	9
45	Cœlestinus.	423	Septemb. 16	8	10	1[illegible]	432	Augusti 1.	0	5	423	Novem. 3.	8	5	[illegible]	432	Aprilis 6	0	20
46	Sixtus 3.	432	Augusti 7.	7	11	18	440	Julii 24.	1	12	432	Aprilis 27	7	11	1	440	Martii 28.	1	12
47	Leo	440	Septemb. 8.	21	1	24	461	Octobris 30	0	2	440	Maii 10	20	11	0	461	Aprilis 11.	7	0
48	Hilarus.	461	Novem. 12.	5	3	1[illegible]	467	Februar. 21.	0	1[illegible]	461	Novemb. 12	6	9	[illegible]	467	* Septem. 10	0	20
49	Simplicius.	467	Martii 5	1[illegible]	11	6	483	Februar. 10	0	[illegible]	467	Septemb. 20	15	5	1[illegible]	483	Martii 2.	0	6
50	Felix 3.	483	Februar. 31	8	11	18	492	Januarii 30	0	.	483	Martii 8.	8	1	18	492	Februar. 25	0	5
51	Gelasius.	492	Februar. 2.	4	7	7	496	Septemb. 8	0	6	492	Martii 2.	4	9	2[illegible]	496	Decemb. 21.	0	7
52	Anastasius 2.	496	Septemb. 15.	1	11	25	498	Septem. 8.	0	[illegible]	496	Septemb. 15	1	11	[illegible]	498	Septemb. 8.	0	4
53	Symmachus.	498	Septemb. 13	15	11	4	514	Julii 16.	0	[illegible]	498	Novem. 23.	15	7	[illegible]	514	Julii 19.	0	7
54	Hormisdas.	514	Julii 20.	9	0	16	523	Augusti 4	0	29	514	Julii 26.	9	0	[illegible]	523	Augusti 6.	0	7
55	Joannes.	523	Septemb. 3	2	9	16	526	Maii 18	4	23	523	Augusti 13	[illegible]	[illegible]	[illegible]	526	Maii 27.	0	27
56	Felix 4.	526	Julii 12.	[illegible]	2	14	530	Septem. 25	0	3	526	Julii 24	4	[illegible]	[illegible]	530	Octobr. 12.	0	3
57	Bonifacius 2.	530	Septem. 29.	[illegible]	0	26	531	Octob. 24	1	24	530	Octob. 16.	[illegible]	0	[illegible]	531	Octobr. 17.	.	...
58	Joannes 2.	53[illegible]	Decemb. 19	2	4	3	535	Aprilis 21	0	7	531	...	4	6	.	535	Junii 26	0	6

Aga-

SYNOPSIS CHRONOGRAPHICA ROMAN. PONTIFICUM

Secundum Catalogos. — *Secundum Baronium.*

Ordo.	Pontificis Nomen	Ordination. An.	Ordination. Men. D.	Sedis A	Sedis M	Sedis D	Obitus An.	Obitus Men. D.	Vac. M	Vac. D	Electionis An.	Electionis Men. D.	Sedis A	Sedis M	Sedis D	Obitus An.	Obitus Men. D.	Vac. M	Vac. D
59	Agapetus.	535	April. 29.	0	11	20	536	Aprilis 17.	1	19	535	......	.	.	.	536	......	.	..
60	Silverius.	536	Junii 6.	1	5	11	537	Novemb.16	0	5	536	......	4	6	.	540	Junii 20.	0	6
61	Vigilius.	537	Novemb.22	17	5	26	555	Maii 17.	10	26	540	......	16	.	.	555	......	.	.
62	Pelagius.	556	April. 13.	4	10	18	561	Martii 2.	5	18	555	......	4	.	.	559	Martii 2.	4	25
63	Joannes 3.	561	Augusti 21.	12	11	23	574	Augu.12.	10	3	559	Julii 27.	12	11	17	572	Julii 13.	10	3
64	Benedictus.	575	Junii 16	4	1	28	579	Augu.12	3	13	573	Maii 16.	4	2	15	577	Julii 31.	3	10
65	Pelagius 2	579	Novem.26.	10	2	10	590	Febr. 4.	6	29	577	Novemb.11	12	2	27	590	Febr. 8.	6	24
66	Gregorius.	590	Septemb. 3.	13	6	10	604	Martii 12.	5	17	590	Septemb. 3.	13	6	10	604	Martii 12.	5	19
67	Sabinianus.	604	Augusti 30	1	5	9	606	Febr. 7.	11	21	604	Septemb. 1.	0	5	19	605	Febru. 19.	11	26
68	Bonifacius 3.	607	Januar.29.	0	8	22	607	Octob. 20.	10	4	606	Febr. 15.	0	8	19	606	Novemb.12	10	6
69	Bonifacius 4.	608	Augusti 25	6	8	14	615	Maii 8.	7	26	607	Septemb.18.	6	8	13	514	Maii 31.	5	12
70	Deusdedit.	616	Januar. 4.	3	0	23	619	Januar. 26.	15	0	614	Novem. 13.	2	11	26	517	Novemb.8.	1	16
71	Bonifacius 5.	620	April. 27.	5	10	13	626	Martii 11.	6	16	617	Decemb.24.	7	10	1	625	Octob. 25.	6	18
72	Honorius.	626	Septemb.28	11	11	17	638	Septemb.13.	19	17	626	Maii 13.	12	5	30	538	Octob. 12.	19	7
73	Severinus.	640	Maii 1.	0	2	4	640	Julii 4.	4	28	639	......	.	.	.	539	Augusti 2.	4	29
74	Joannes 4.	640	Decemb. 3.	1	9	18	642	Septemb.20	1	13	639	Decemb. 31.	2	9	6	641	* Octob. 12.	1	13
75	Theodorus.	642	Novemb. 3.	6	5	18	649	April. 20.	1	24	642	Novem. 25	7	5	10	649	Maii 14.	1	16
76	Martinus.	649	Junii 14.	6	1	24	654	a Aug. 6.	1	1	649	Julii 1.	5	4	12	654	Novemb.12	.	.
77	Eugenius.	654	Septemb. 7.	2	8	25	657	Maii 31.	1	29	654	......	.	.	.	655	Junii 2.	2	29
78	Vitalianus.	657	Julii 30	4	5	2	671	Decemb. 31	1	13	655	August. 31.	14	4	26	669*	Janu. 27.	2	13
79	Adeodatus.	672	Martii 24	5	2	5	677	Maii 18.	4	15	669	April. 9.	7	2	17	676	Junii 26.	4	6
80	Donus.	677	Octob. 4.	1	5	10	679	Martii 13.	2	15	676	Novemb.1	.	.	.	...	......	.	.
81	Agatho.	679	Maii 29.	2	6	3	581	Decemb.1.	10	17	677	......	3	.	.	682	* Janu. 10.	19	5
82	Leo 2.	682	Octob. 19	1	7	5	684	Maii 23.	11	20	683	Augusti 15.	0	10	8	684	Junii 28.	1	12
83	Benedict. 2.	685	Maii 14.	0	10	12	686	Martii 25.	2	15	684	Augusti 2.	0	8	10	685	Maii 8.	2	15
84	Joannes 5.	686	Junii 10.	1	0	11	687	Junii 20.	2	18	685	Julii 22.	1	0	11	686	August. 2.	2	18
85	Conon.	687	Septemb. 8	0	11	23	688	Augu. 30.	2	22	686	Octob. 20.	0	11	23	687	* Octob. 13	2	13
86	Sergius.	688	Novem.22.	13	8	24	702	Augu. 14.	1	23	687	Decemb.27.	13	8	14	701	Septemb. 9.	.	20
87	Joannes 6.	702	Octob. 8.	2	2	14	704	Decemb.21.	1	17	701	Octob. 29.	3	2	12	705	Janu. 10.	1	10
88	Joannes 7.	705	Februar. 8	2	7	27	707	Septemb.24	3	0	705	Martii 1.	2	7	17	707	Octob. 18	3	0
89	Sisinnius.	707	Decemb.25.	0	0	20	708	Janu. 13.	1	19	708	Janu. 18.	0	0	20	708	Febru. 7.	0	17
90	Constantin.	708	Martii 4.	7	0	15	715	Martii 18	0	40	708	Martii 1.	6	1	1	714	April. 9.	11	12
91	Gregorius 2.	715	April. 28.	15	8	21	731	Janu. 17.	0	35	714	Maji 22.	16	8	20	731	Febru. 11.	0	4
92	Gregorius 3.	731	Februar.22	10	8	20	741	Novemb.10	0	8	731	Febru. 16.	10	9	12	741	Novem. 28	0	7
93	Zacharias.	741	Novem. 19.	10	3	14	752	Martii 7.	0	15	741	Decemb. 6	10	3	10	752	Martii 15.	0	12
El.	Stephanus.	752	Martii 6.	0	0	5	752	Martii 10.	.	.	752	Martii 27.	0	0	3	752	Martii 29	0	0
94	Stephanus 2.	752	Martii 19.	5	0	29	757	April. 16.	1	5	752	Martii 30.	5	0	28	757	Apr. 26.	1	1
95	Paulus.	757	Maii 22.	10	1	0	767	Junii 21.	13	16	757	Maii 28.	10	1	0	767	Junii 21.	13	16
A	Constantin. 2	767	Junii 28.	1	1	2	768	Julii 29.	0	8	767	......	1	1	.	768	......	.	.
96	Stephanus 3.	768	Augusti 7.	3	5	28	772	Febru. 3.	0	5	768	August. 5.	3	5	26	772	Febr. 1.	0	7
97	Hadrianus.	772	Februar. 9	23	10	15	795	Decemb.25.	0	1	772	Febr. 9.	23	10	17	795	Decemb.26.	0	0
98	Leo 3.	795	Decem. 27.	20	5	16	816	Junii 11.	0	10	795	Decemb.27.	20	5	16	816	Junii 11.	0	10
99	Stephanus 4.	816	Junii 22	0	7	1	817	Januar. 22.	0	2	816	Junii 22.	0	7	3	817	Janu. 25.	0	2
100	Paschalis.	817	Januar.25.	7	3	17	824	Maii 11.	0	24	817	Janu. 28	7	3	17	824	Maii 14.	0	4
101	Eugenius 2.	824	Junii 5.	3	2	23	827	Augu. 27	0	4	824	Maii 19.	3	2	23	827	August. 11.	0	3
101	Valentinus.	827	Septemb. 1.	0	0	40	827	Octob. 10.	2	25	827	August. 11	0	1	10	827	Septemb. 20	0	3
103	Gregorius 4.	828	Januar. 5.	16	0	7	844	Janu. 11.	0	15	827	Septemb.24	16	0	0	843	Septemb.24	4	16
104	Sergius 2.	844	Januar.27.	3	0	1	847	Janu. 27.	2	15	844	Febru. 10.	3	2	13	847	Apr. 12.	0	0
105	Leo 4.	847	Aprilis 12.	8	3	6	855	Julii 17.	1	15	847	April. 12.	8	3	5	855	Julii 17.	0	20
106	Benedictus 3.	855	Septemb. 1.	2	6	10	858	Martii 10.	0	1	855	August. 6.	2	6	10	858	Febr. 16.	1	7
107	Nicolaus	858	Martii 25.	9	7	19	867	Novemb.12	1	1	858	April. 24.	9	6	20	867	Novem. 13.	1	9
108	Hadrianus 2.	867	Decemb.14.	4	11	12	872	Novem. 25.	0	18	867	Decemb.23.	4	10	10	872	Novem. 1.	1	15
109	Joannes 8.	872	Decemb.14.	10	0	2	882	Decemb.15.	0	7	872	Decemb.15.	10	0	1	882	Decemb.15.	0	17
110	Martinus 2.	882	Decemb 23.	1	2	1	884	Febr. 23.	0	6	882	Decemb.28.	1	0	20	884	Janu. 18.	0	1
111	Hadrianus 3.	884	Martii 1.	1	4	8	885	Julii 8.	0	16	884	Januar. 20	1	3	19	885	Maii 9.	.	.
112	Stephanus 5.	885	Julii 25.	6	0	14	891	August. 7.	1	1	885	......	6	.	.	891	......	.	.
113	Formosus	891	Septemb. 19	4	6	17	896	April. 4.	0	6	891	......	4	6	.	896	Decemb.14.	.	.
114	Bonifacius 6.	896	Aprilis 11	0	0	15	896	April. 25.	0	6	...	......	.	.	.	...	.....	.	.
115	Stephanus 6.	895	Maii 1.	2	3	0	897	August...	1	.	896	......	.	.	.	900	......	.	.
116	Romanus.	897	Septemb.17	0	3	23	898	Jan. 2.	0	5	901	......	.	.	.	...	.....	.	.
117	Theodor. 2.	898	Jan. 8.	0	0	20	898	Jan. 27.	0	8	901	......	.	.	20	...	.....	.	.
118	Joannes 9.	898	Febr. 5.	2	0	15	900	Febr. 19.	0	12	901	......	3	0	15	...	....	.	1
119	Benedictus 4	900	Martii 12.	4	6	15	904	Sept. 16.	0	6	905	......	.	.	.	907	....	.	.

SYNOPSIS CHRONOGRAPHICA ROMAN. PONTIFICUM

Secundum Catalogos. — *Secundum Baronium.*

Ordo.	Pontificis Nomen	Ordinat. An.	Ordinat. Men. D.	Sedis A	Sedis M	Sedis D	Obitus Ao.	Obitus Men. D.	Vac. M	Vac. D	Electionis An.	Electionis Men. D.	Sedis A	Sedis M	Sedis D	Obitus An.	Obitus Men. D.	Vac. M	Vac. D
120	Leo 5.	904	*Septemb.* 23	0	0	40	904	Novem. 18.	0	2	907	......	..	1	10	907			
121	Christophor.	904	Novem. 25.	0	6	0	905	a *Junii*	0	..	907	......	..	7	..	908			
122	Sergius 3.	905	*Junii* 9.	7	3	16	912	*Decemb.* 6.	0	9	907	......	3	..	..	910			
123	Anastasius 3.	912	*Octob.* 4.	2	1	22	914	Novem. 25.	0	8	910	......	2	2	..	912			
124	Lando.	914	*Decemb.* 4.	0	6	11	915	*Junii* 14.	0	3	912	......	..	..	..	912			
125	Joannes 10.	915	*Junii* 18	14	0	3	929	*Junii* 20	0	14	912	......	16	..	..	928			
126	Leo 6.	929	*Julii* 5.	7	0	5	930	*Febr.* 9.	0	4	928	......	..	6	15	929			
127	Stephanus 7.	930	*Februar.* 14	2	1	12	932	*Martii* 25.	0	6	929	......	2	1	15	931			
128	Joannes 11.	932	*Aprilis* 1.	1	10	15	935	*Febr.* 16.	8	19	931	......	5	..	..	936			
129	Leo 7.	935	*Februar.* 15	3	6	10	939	*Maii* 14.	0	15	936	......	3	6	0	939			
130	Stephanus 8.	939	*Junii* 9.	3	4	15	942	*Octob.* 13.	0	20	940	......	3	4	5	943			
131	Marsinus 3.	943	Novem. 13.	3	6	14	946	*Maii* 26	0	6	943	......	3	6	13	946			
132	Agapetos 2.	946	*Junii* 2.	9	7	10	956	*Janu.* 11.	0	1	946	......	9	10	10	955			
133	Joannes 12.	956	*Januar.* 13.	7	10	23	963	1 *Decemb.* 5	0	0	955	......	9	..	..	964			
134	Leo 8.	993	*Decemb.* 6.	0	2	...	964	1 *Febru.* ...	..	..	...	......	..	..	..	...			
Iter	Joannes 12.	964	*Februar.* ..	0	2	0	964	*Maii* 14.	0	14	...	...	..	..	..	...			
135	Benedict. 5.	964	*Maii* 19.	0	1	...	964	1 *Junii* ...	..	..	...	...	..	..	..	...			
Iter	Leo 8.	964	*Junii*. ..	0	9	...	965	*April.* ...	..	..	...	...	..	..	..	...			
Iter	Benedictus 5.	965	*Maii*. ..	0	1	...	965	*Julii* 5.	2	25	965	...	..	..	..	965	*Julii* 4.		
136	Joannes 13.	965	*Octob.* 1.	6	11	6	972	*Septemb.* 6	0	15	965	*Octob.* 2.	6	11	5	972	*Septemb.* 6		
137	Benedictus 6	972	*Septemb.* 22	1	6	...	974	*Martii* 2	2	...	973	...	1	3	..	974			
A	Bonifacius 7.	974	*Martii* 29.	0	0	1	974	*April.* 2.	..	..	...	...	..	..	..	...			
138	Donus 2.	974	*Aprilis* 26	0	6	...	974	*Octob.* ...	6	...	972	*Octob.* ...	0	3	..	973	*Janu.* ...		
A	Item Bonif. 7	974	*Octob.* ...	0	5	...	975	Apr. 2.	..	..	...	...	..	..	..	...			
139	Benedictus 7.	975	*April.* 25.	9	2	15	984	*Julii* 10.	3	8	975	...	9	..	..	984	*Julii* 10.		
140	Joannes 14.	984	*Octob.* 19	0	8	...	985	*Junii*	0	...	984	...	1	..	..	985	*Augu.* 20.		
141	Bonifacius 7.	985	*Januar.*	0	11	0	985	*Decemb.*	4	...	985	*Augusti* 20.	0	4	..	985	*Decemb.*		
El.	Jo. F. Rober.	985	*Decemb.* ...	0	4	0	986	*April.* ...	0	0	...	...	..	..	..	...			
142	Joa. 15. al. 16.	985	*April.* 25.	10	0	6	996	*Aprilis* 30.	0	16	985	*Decemb.* ...	10	0	12	996	*Maii* 7.	1	6
143	Gregorius 5.	996	*Maii* 17.	2	9	2	999	*Febr.* 18.	1	14	996	*Junii* 14.	2	8	4	999	*Febr.* 18.		
A	Joa. 16. al. 17.	997	*Maii*. ..	0	10	...	998	*Martii* ...	0	0	996	...	..	..	..	...			
144	Silvester 2.	999	*April.* 2.	4	2	11	1003	*Maii* 12.	0	24	999	...	4	..	..	1003			
145	Joa. 17. al. 18	1003	*Junii* 6	0	4	26	1003	*Octob.* 31.	4	18	1003	...	..	..	..	1003			
146	Joa. 18. al. 19.	1004	*Martii* 19.	5	4	0	1009	*Julii* 18.	2	13	1003	Novemb. 10	5	8	8	1009	*Julii* 18.	1	23
147	Sergius 4.	1009	*Oct.* 2	2	9	12	1012	*Julii* 13	0	6	1009	*Augusti* 31.	2	8	13	1012	*Maji* 13.		
148	Benedictus 8	1012	*Julii* 20	11	11	21	1024	*Julii* 10.	0	8	1012	...	11	..	..	1024	*Febru.* 28.		
149	Joa. 19. al. 20.	1024	*Julii* 19.	9	3	21	1033	Novemb. 8	1	2	1024	*Martii* ...	9	8	..	1033	Novemb. 8.		
150	Benedictus 9.	1033	*Decemb* 9.	11	..	...	1044	2 *Decem*....	0	..	1033	...	10	..	..	1044			
A	Silvester.	1044	*Decemb* 30.	0	0	69	1045	2 *Martii* 8.	0	0	1044	.....	..	..	..	1044			
Iter	Benedictus 9.	1045	*Martii* 8.	0	1	12	1045	2 *April.* 28.	0	0	1044	...	..	..	..	1044			
151	Gregorius 6.	1045	*April.* 28.	1	7	20	1046	2 *Decem.* 17	0	7	1044	...	2	8	..	1046	*Decemb.* 2...		
152	Clemens 2.	1046	*Decem.* 25.	0	9	16	1047	Octob. 9.	0	29	1046	...	0	9	16	1047	Octob. 9.		
Iter	Benedictus 9	1047	Novemb. 8	0	8	10	1048	2 *Julii* 17.	0	0	1047	...	0	8	..	1048			
153	Damasus 2.	1048	*Julii* 17	0	0	23	1048	*August.* 8.	6	3	1048	...	0	0	23	1048			
154	Leo 9.	1049	*Febru.* 12	5	2	8	1054	Apr. 19	11	24	1049	*Febru.* 12.	5	2	8	1054	April. 19.	11	24
155	Victor 2.	1055	Apr. 13	2	3	16	1057	Julii 28	0	5	1055	April. 13.	2	3	16	1057	Julii 28.	0	5
156	Stephanus 9.	1057	*Augusti* 3.	0	7	27	1058	*Martii* 29.	0	6	1057	August. 3.	0	7	27	1058	*Martii* 29.		
A	Benedict. 10	1058	Apr. 5.	0	9	20	1059	2 Jan. 24	0	6	1058	...	..	..	..	1059			
157	Nicolaus 2	1059	*Januar.* 31	2	4	25	1061	Junii 25.	3	5	1059	...	2	..	..	1061	*Jun.*		
158	Alexander 2	1061	*Septemb* 30	11	6	22	1073	Apr. 20.	2	9	1061	Oct. 1.	11	6	12	1073	Apr. 22	0	0
159	Gregorius 7.	1073	Junii 30	11	10	26	1085	Maii 25	23	13	1073	April. 22.	12	1	3	1085	*Maii* 24.	12	0
160	Victor 3.	1087	*Maii* 11.	0	4	7	1087	*Sept.* 15.	5	25	1086	*Maii* 24.	1	3	24	1087	*Septemb.* 16.	5	24
161	Urbanus 2.	1088	*Martii* 12.	11	4	18	1099	Julii 29.	0	15	1088	*Martii* 12.	11	4	18	1099	Julii 29.	0	13
162	Paschalis 2.	1099	*Augusti* 14	18	5	5	1118	*Januar.* 18.	0	12	1099	*August.* 12.	18	5	4	1118	*Januar.* 18	0	..

Gelasius

SYNOPSIS CHRONOGRAPHICA ROMAN. PONTIFICUM

Secundum novam a die Electionis Epocham, hactenus durantem.

*Ubi * notat, hujusne, an Coronationis Anniversario innovetur in Bullis annus Pontificatus.*

N.	Pontificis	Electionis & Coron.			Sedis			Mortis & Sepulturæ				Vac.	
ord	Nomen	An.	Men.D.	Men.D.	A	M	D.	An.	Men.D.	Locus & Ecclesia		M	D
163	Gelasius 2.	1118	Januarii 31.	Februar. 24	0	11	29	1119	Januarii 29	Cluniaci	in ecclesia monasterii	0	15
A	Gregorius.	1118	Martii 16	ejusdem 17	3	1	3	21121	Aprilis 20	in C. Fumonis	incertum quo anno	0	0
164	Callistus 2.	1119	* Febr. 14	Martii 30	5	9	28	1124	Decem. 12	Roma	in Basil. Lateranen.	0	3
165	Honorius 2.	1124	Decemb. 16	ejusdem 28.	3	1	30	1130	Februar. 14	Roma	in Basil. Lateranen.	0	2
166	Innocentius 2	1130	Februar. 17	ejusdem 23	13	7	8	1143	Septemb. 24	Roma	in Basil. Lateranen.	0	1
A	Anacletus.	1130	Febru. 17.	ejusdem 23	7	11	22	1138	Februarii 7	Roma	in Laterano	1	8
A	Victor.	1138	Martii 16	ejusdem 20	0	2	14	1138	a Maii 29	......	....	0	0
167	Cœlestinus 2	1143	Septemb. 26	Octobr. 3	0	5	13	1144	Martii 9.	Roma	in Basil. Lateranen.	0	0
168	Lucius 2.	1144	Martii 10	ejusdem 12	0	11	4	1145	Febru. 13.	Roma	in Basil. Lateranen.	0	0
169	Eugenius 3.	1145	Febru. 14	ejusdem 18	8	4	25	1153	Julii 8.	Roma	in Basilica S. Petri	0	0
170	Anastasius 4.	1153	Julii 9.	ejusdem 12	1	4	23	1154	Decemb. 2.	Roma	in Basilica Lateran.	0	1
171	Hadrianus 4.	1154	Decemb. 4	ejusdem 5.	4	8	28	1159	Septemb. 1	Roma	in Basilica S. Petri	0	5
172	Alexander 3.	1159	Septemb. 7.	ejusdem 20.	21	11	19	1181	Augusti 23.	Roma	in Basil. Lateranen.	0	3
A	Victor.	1159	Septemb. 7	Octob. 4	4	6	..	1164	circa Pasc.	Luca	in monast. Suburbano	0	..
A	Pascalis.	1164	Aprilis ...	Ejusdem	3	4	..	1167	Augusti	Roma	loco ignoto & obscuro	0	..
A	Calixtus.	1167	Augusti ...	.....	10	0	..	1178	a August. 29	......	....	0	0
A	Innocentius.	1178	Augusti	Septemb......	0	0	..	1178	a Sept....	....	....	0	0
173	Lucius 3.	1181	Aug. 29.	ejusdem 30	4	2	28	1183	Novem. 23.	Verona	in eccles. Cathedrali	0	0
174	Urbanus 3.	1185	Novem. 26	Dec. 8	2	10	25	1187	Octobris 20.	Ferraria	in eccles. Cathedrali	0	0
175	Gregorius 8	1187	Octobris 21.	ejusdem 25	0	1	27	1187	Decem. 17	Pisis	in eccles. Cathedrali	0	1
176	Clemens 3.	1187	Decemb. 19	Januarii 6	3	3	18	1191	Aprilis 5.	Roma	in Basil. Lateranen.	0	6
177	Cœlestinus 3	1191	Aprilis 12.	ejusdem 14	6	8	28	1198	Januarii 8	Roma	in Basilica Lateran.	0	0
178	Innocentius 3	1198	Januarii 8.	* Februa. 22	18	6	9	1216	Julii 16.	Perusii	in eccles. Cathedrali	0	1
179	Honorius 3.	1216	Julii 18	* Julii 24.	10	8	0	1227	Martii 18.	Roma	ad S. Mariam Major.	0	0
180	Gregorius 9	1227	Martii 19.	Martii 21	14	5	3	1241	Augusti 21	Roma	ad S. Petrum in Vatic.	2	5
181	Cœlestinus 4.	1241	Octob. 27.	Novemb. 3.	0	0	17	1241	Novemb. 12	Roma	ad S. Petrum in Vatic.	19	11
182	Innocentius 4	1243	Junii 24	Junii 29.	11	5	14	1254	Decemb. 7	Neapoli	in eccles. Cathedrali	0	17
183.	Alexander 4.	1254	Decembr. 25	Decem. 27	6	5	0	1261	Maii 25.	Viterbii	in eccles. Cathedrali	3	3
184	Urbanus 4.	1261	Augusti 29.	Septemb. 4	3	1	4	1264	Octobris 2	Perusii	in eccles. Cathedrali.	4	3
185	Clemens 4.	1265	Febr. 6.	Februar. 22	3	9	24	1268	Novem. 29	Viterbii	in eccles. Prædicator.	34	27
186	Gregorius 10.	1271	Octobris 27	72 Mar. 27	4	2	15	1276	Januarii 10.	Aretio	in eccles. Cathedrali.	0	10
187	Innocentius 5	1276	Januarii 21	Febr. 23.	0	5	2	1276	Junii 22.	Roma	in Basilica Lateranen.	0	17
188	Hadrianus 5.	1276	Julii 10.	....	0	1	9	1276	Augusti 18.	Viterbii	in ecclesia Minorum	0	28
El.	Vicedominus	1276	Septemb. 3	......	0	0	1	1276	Septemb. 6	Viterbii	in ecclesia Minorum	0	0
189.	Joannes 21.	1276	Septemb. 16.	Septemb. 20	0	8	1	1277	Maii 16	Viterbii	in eccles. Cathedrali	6	8
190	Nicolaus 3.	1277	Novem. 25	1278 Jan. 10	2	8	30	1280	Augusti 23	Suriani	Roma ad S. Petrum	5	29
191	Martinus 4.	1281	Febru. 22.	* Martii 23	4	1	7	1285	Martii 28.	Perusii	in eccles. Cathedrali	0	4
192	Honorius 4.	1285	Aprilis 2	Maii 20	2	0	2	1287	Aprilis 3.	Roma	ad Aram-cœli ex Vat.	10	18
193	Nicolaus 4	1288	Febru. 22.	Februar. 25	4	1	24	1292	Aprilis 14	Roma	ad S. Mariam Major.	26	29
194	Cœlestinus 5	1294	Julii 3.	Augusti 29	0	5	0	1294	a Dec. 12	in C. Fumonis	Aquilæ apud Cælestinos	0	11
195	Bonifacius 8.	1294	Decemb. 24	1295 * Ja. 23	8	9	18	1303	Octob. 11.	Roma	ad S. Petrum in Vatic.	0	10
196	Benedictus 11	1303	Octobris 22.	Octob. 27	0	8	15	1304	Julii 6.	Perusii	in ecclesia Prædicator.	10	29
197	Clemens 5	1305	Junii 5.	* Nov. 14.	8	10	15	1314	Aprilis 20	in Rocca Mau.	Uzestæ in Collegiata	27	17
198	Joannes 22.	1316	Augusti 7	* Septemb. 5	18	3	28	1334	Decemb. 4	Avenione	in eccles. Cathedrali	0	15
A	Nicolaus.	1328	Maii	......	2	4	..	1330	a Aug. 25	Avenione	in ecclesia Minorum	0	0
199	Benedictus 12	1334	Decemb. 20	1335 * Jan. 8	7	4	6	1342	Aprilis 25	Avenione	in eccles. Cathedrali	0	11
200	Clemens 6.	1342	Maii 7.	Maii 19	10	6	30	1352	Decemb. 6	Avenione	in monast. Casa-Dei	0	11
201	Innocentius 6	1352	Decemb. 18.	Decemb. 30	9	8	26	1362	Septem. 12.	Avenione	Villa-nova apud Cart.	1	18
202	Urbanus 5.	1362	Octobris 31.	Novem. 6	8	1	19	1370	Decemb. 19.	Massiliæ	in eccl. Mon. S. Victoris	0	10
203	Gregorius 11.	1370	Dec. 30	1371 Jan. 5	7	2	27	1378	Martii 27	Roma	in eccl. S. Mariæ novæ	0	11
204	Urbanus 6.	1378	Aprilis 8.	Aprilis 18	11	6	8	1389	Octobris 15	Roma	ad S. Petrum in Vat.	0	17
A	Clemens.	1378	Septem. 20.	Octobris 31	15	11	28	1394	Septem. 16	Avenione	in eccles. Cælestinorum	0	11
205	Bonifacius 9.	1389	Novem. 2.	Nov. 14	14	11	0	1404	Octobris 1.	Roma	ad S. Petrum in Vatic.	0	13
A	Benedictus.	1394	Septem. 28	Octob. 11	28	7	26	1423	Maii 23	Paniscola	in ecclesia loci Paroch.	0	0
206	Innocentius 7	1404	Octob. 17	Nov. 2.	2	0	21	1406	Novem. 6.	Roma	ad S. Petrum in Vatic.	0	23
207	Gregorius 12.	1406	Novem. 30	Decemb. 5.	8	7	5	1415	a Julii 4	Recineti	in eccl. Cathedrali	0	0
208	Alexander 5	1409	Junii 26	Julii 7.	0	10	8	1410	Maii 3	Bononiæ	in ecclesia Minorum	0	13
209	Joannes 23	1410	Maii 17	Maii 25.	5	0	15	1415	a Maii 31	Florentiæ	in eccles. Cathedrali	29	10
210	Martinus 5	1417	Novemb. 11	* Nov. 21.	13	3	10	1431	Febr. 20	Roma	in Basilica Lateranen.	0	13

SYNOPSIS CHRONOGRAPHICA ROMAN. PONTIFICUM

Secundum novam a die Electionis Epocham, hactenus durantem.

*Ubi * notat, hujusne, an Coronationis Anniversario innovetur in Bullis annus Pontificatus.*

N.	Pontificis	Electionis & Coron.			Sedis			Mortis & Sepulturæ				Vac.	
ord	Nomen	An.	Men. D.	Men.D.	A	M	D	An.	Men.D.	Locus & Ecclesia		M	D
A	Clemens	1424	Maii 14	1425 Mai 17	4	2	10	1429	2 Julii 26	......	. . . .	0	0
211	Eugenius 4	1431	Martii 6.	* Martii 11	15	11	13	1447	Februar. 18	Roma	ad S. Petrum in Vat c.	0	15
A	Felix.	1439	Decemb 17.	1440 An. 24	8	7	15	1449	2 Aprilis 7	Geneva	Ripalia, nunc Taurini	0	0
212	Nicolaus 5	1447	Martii 6.	* Mar. 19	8	0	19	1455	Martii 24	Roma	ad S. Petrum in Vat.	0	14
213	Calistus 3	1455	April. 8.	* April. 20	3	3	30	1458	Augusti 6.	Roma	ad S. Petrum in Vatic.	0	12
214	Pius 2	1458	Augusti 19	* Septemb. 3	5	11	27	1464	Augusti 14	Ancona	ad s. And. de Valle 22 V	0	16
215	Paulus 2	1464	Augusti 31.	* Septemb. 9	6	10	26	1471	Julii 26.	Roma	ad S. Petrum in Vatic.	1	13
216	Sixtus 4.	1471	* Aug. 9	* Aug 25	13	0	4	1484	Augusti 12	Roma	ad S. Petrum in Vatic.	1	16
217	Innocentius 8	1484	* Aug. 29	Septemb. 12	7	10	28	1492	Julii 15.	Roma	ad S. Petrum in Vatic.	0	16
218	Alexander 6	1492	* Aug. 11	Augusti 26	11	0	8	1503	Augusti 18.	Roma	ad S. Petrum in Vatic.	1	3
219	Pius 3	1503	Septemb. 22	Octob. 8	0	0	27	1503	Octob. 18.	Roma	ad s. And. de Valle 22 V	0	12
220	Julius 2	1503	Octob. 31.	* Nov. 26	9	3	22	1513	Febru. 21.	Roma	in Basilica S. Petri	0	17
221	Leo 10.	1513	* Martii 11	* ejusdem 19	8	8	21	1521	Decemb. 1.	Roma	S. M. ad Minervam	1	14
222	Adrianus 6.	1522	Februar. 16	* Aug. 31	1	6	30	1523	Septemb. 14	Roma	in S. M. de anima Teut.	2	4
223	Clemens 7.	1523	Novem. 19.	ejusdem 26	10	10	7	1534	Septemb. 25	Roma	S. M. ad Minervam	0	16
224	Paulus 3	1534	Octob. 13	Novem. 3	15	0	28	1549	Novem. 10	Roma	in Basilica S. Petri	2	18
225	Julius 3	1550	Februar. 8.	ejusdem 22	5	1	16	1555	Martii 23.	Roma	in Basilica s. Petri	0	16
226	Marcellus 2	1555	Apr. 9.	ejusdem 10	0	0	22	1555	Aprilis 30	Roma	in Basil. s. Petri	0	22
227	Paulus 4	1555	Maii 23	ejusdem 26.	4	2	27	1559	Augusti 18	Roma	in s. M. ad Minervam	4	7
228	Pius 4	1559	* Decem. 26	1590 Jan. 6.	5	11	14	1565	Decemb. 9	Roma	in s. M. Angelorum	0	28
229	Pius 5	1566	* Januar. 7	ejusdem 17	6	3	25	1572	Maii 1	Roma	ad S. Mariam Major.	0	11
230	Gregorius 13	1572	* Maii 13	ejusdem 25	13	10	29	1585	Aprilis 10	Roma	in Basil. s. Petri	0	13
231	Sixtus 5	1585	* Apr. 24	Maii 1	5	4	4	1590	Augus. 27	Roma	ad S. Mariam Major.	0	18
232	Urbanus 7.	1590	Septemb. 15	......	0	0	13	1590	Septem. 27	Roma	in Basilica s. Petri	2	13
233	Gregorius 14	1590	Decemb 5.	ejusdem 8.	0	10	16	1591	Octobris 15	Roma	in Basil. s. Petri	0	14
234	Innocentius 9	1591	Octob. 30	Nov. 3.	0	2	0	1591	Decemb. 30	Roma	in Basil. s. Petri	1	0
235	Clemens 8	1592	* Janu. 30.	Februar. 9	13	1	3	1605	Martii 3.	Roma	in Basilica s. Petri	0	29
236	Leo 11.	1605	Aprilis 2.	ejusdem 10	0	0	26	1605	Aprilis 27.	Roma	in Basilica s. Petri.	0	18
237	Paulus 5	1605	* Maii 16.	ejusdem 29.	15	8	13	1621	Januarii 28	Roma	ad s. M. Majorem	0	11
238	Gregorius 15	1621	Febru. 9	ejusdem 14	2	4	29	1623	Julii 7.	Roma	in Basil. s. Petri	0	19
239	Urbanus 8	1623	* Aug. 6	Septemb. 29	20	11	24	1644	Julii 29.	Roma	in Basil. s. Petri	1	16
240	Innocent. 10	1644	Septemb. 15	* Octob. 4	10	3	4	1655	Januarii 7	Roma	ad s. Agn. in Agonali.	3	0
241	Alexander 7	1655	* April. 7.	ejusdem 18	12	1	16	1667	Maii 20	Roma	in Basil. s. Petri	1	0
242	Clemens 9	1667	Junii 20.	* ejusdem 26	2	5	10	1669	Decem. 9	Roma	ad S. M. Majorem	4	19
243	Clemens 10	1670	April. 29.	* Maii 11	6	2	24	1676	Julii 22.	Roma	in Basilica s. Petri.	2	24
244	Innocent. 11	1676	Sept. 21.	* Octob. 4					Utinam in annos plurimos.				

NICOLAI RAYÆI

TRACTATUS PRÆLIMINARIS
DE ACOLUTHIA
OFFICII CANONICI

Pro Ecclesiis Orientalibus Græcorum, in solenni Commemoratione trium Doctorum,

BASILII, NAZIANZENI ET CHRYSOSTOMI;

NICOLAI RAYÆI
TRACTATUS PRÆLIMINARIS
DE ACOLUTHIA
OFFICII CANONICI

Pro Ecclesiis Orientalibus Græcorum, in solenni Commemoratione trium Doctorum,

BASILII, NAZIANZENI ET CHRYSOSTOMI.

B E

PRÆFATIO.



Simul ac primum me P. Danieli Papebrochio ejusque Sociis, ad prosequenda Sanctorum Acta ex Moderatorum imperio adjunxeram, rogatus fui, ut Commemorationis in titulo expositæ historiam e Græca Latinam facerem, eruditissimo P. Francisci Baertii de Magni Basilii vita tractatui, jam tunc maxima ex parte impresso, inserendam. Id ego præstiti eo modo, quo ibi octavo & trigesimo capite in hoc secundo Junii Tomo legitur. Atque ea occasione incidi in Rituales Græcorum libros multos ac varios, eosque cœpi & evolvere curiosius, & cum nostris Latinorum conferre. Cum autem Ecclesiam Græcam a Latina hic non modice discrepare animadverterem, operæ pretium esse existimavi totam seriem divini Officii, apud Græcos celebrioribus diebus usitati, a nemine, quod sciam, usque adhuc pro dignitate explicatam, ponere ob oculos, & quasi perpetuo Commentario illustrare.

Ad Ritus Græci & Latini Officii aptius inter se comparandos:

2 Et vero si hic opus est appositione exempli, sicut revera opus est, non videor mihi deligere posse ullum aptius, quam Officium illud, quod ponitur in solenni Commemoratione trium Doctorum Græcorum, Basilii, Nazianzeni & Chrysostomi: tum quia a præcipuo hujus Tomi argumento, vita, inquam, Magni Basilii alienum non est; tum quia, uti Menæa testantur, superat quidquid in illo genere editum est hactenus, & in posterum edetur. Hoc tam præstans Horarum Canonicarum Officium acceptum referre debemus Joanni Euchaitorum Antistiti, qui quo major esset populi erga institutam a se trium illorum Doctorum celebritatem religio, hoc Officium pro sua industria concinnavit, quotannis in Græca Ecclesia die xxx. Januarii recitandum: quod cernere est tam ex Typico S. Sabæ, quam ex Menæis. Menæorum verba invenies in nostris S. Basilii Actis, capite jam supra dicto. Quamobrem satis habebo huc proferre verba solius Typici: Ἑσπέρας δὲ τῇ τῆς ἀγρυπνίας ψάλλομεν ἀκολουθίαν τῶν γεγονυῖαν παρὰ τοῦ ἐν Ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Μητροπολίτου Εὐχαΐτων. *Vespere in pervigilio canimus Acoluthiam Sanctorum* (Basilii Magni, Gregorii Theologi, & Joannis Chrysostomi) *compositam a Sancto Patre nostro Joanne Metropolita Euchaitorum.*

exemplo eris id quod pro dico sufficit.

C

Joannes Metropolita Euchaitorum compositum;

3 Ubi obiter & quasi per transennam observare potest eruditus Lector, Officium divinum a Græcis Ἀκολουθίαν appellari: non aliam fortasse ob causam, quam quod omnes ejus partes aptissime cohærescant inter se, & aliæ alias consequantur: quippe quod *Consequi* est apud Latinos, hoc est apud Græcos Ἀκολουθεῖν. Ut autem res tota clarius intelligatur, placet quædam nomina eo spectantia, & passim in quocumque de peculiaribus Sanctis Officio recurrentia, ante explicare. Mihi enim verissimum videri solet illud, quod scite omnino sapienterque in Cratylo pronunciavit Plato; qui rerum nomina penitius perviderit, eumdem & res itidem ipsas funditus exploratas compertasque habiturum.

Officii ordo, cur dictus Acoluthia.

F

DISSERTATIO PRÆVIA

De quibusdam generatim ad Acoluthiam Græcorum spectantibus.

§. I. *Quid sit* Echus *sive* Tonus *&* *quotuplex*; *quid* Troparium, Sticherum *&* Stichus, *quid* Idiomelum.

Toni habitus Græci octo,

4 Quemadmodum in Ecclesia Latina, sic & in Græca, Officium divinum concinitur modulate. Perperam tamen existimavit Meursius Ἦχος, quæ vox in rituum Græcorum codicibus recurrit frequentissime, significare *Canticum*. Meursii erratum confutant Jacobus Goarus & Leo Allatius: hic in dissertatione 1. de Libris ecclesiasticis Græcorum pag. 66. ille in Euchologio pag. 206. ubi sic loquitur: „ Propria Ἦχος, in cantu Græco ecclesiastico, idem est „ quod *Tonus* in Latino. Habent autem Græci suos „ octo Tonos, a quibus Libellus Ὀκτώηχος, *id est*, „ *continens octo Tonos*, dicitur. Quatuor Toni priores „ simplicem appellationem fuat nacti; Ἦχος α', Pri„ mus; Ἦχος β', Secundus; Ἦχος γ', Tertius; Ἦχος „ δ', Quartus. Quatuor posteriores disparem sortiun„ tur denominationem: Quintus enim est Ἦχος πλα„ γίου πρώτου, scribiturque Ἦχος πλ. α', Tonus obli„ quus primus: Sextus est Ἦχος πλ. β', hoc est πλα„ γίου δευτέρου, Tonus obliquus secundus. Tertius di„ citur Ἦχος βαρύς, Tonus gravis, propter moram „ & vocis gravitatem inter illum canendum, *quam„ quam dicatur etiam* Ἦχος πλ. γ'. Ultimus est Ἦχος

AUCT. N. R.

A „πλ. δ', Tonus obliquus 4. Eadem repetuntur pag. „433. & additur: „Toni primi quatuor vocantur a Musices studiosis, Principales & Recti. Alii, Minus „præcipui, Obliqui, Ministri; eorumque a primis „io eo stat discrimen, quod vocibus quatuor, seu so„nis διὰ τεσσάρων, vel si mavis una quarta sub Prin„cipali descendunt.

sub quibus fiat canones,

5 Neque dissentit Allatius: qui cum in prædicta Dissertatione pag. 64., eamdem Tonorum partitionem, brevius quidem, sed minus distincte exposuisset; de eorum libro sive Octoecho dicere aggreditur: & „Canones omnes, inquit, sive Troparia, & quæ„cumque aliæ Cantiones in hoc libro contentæ, ita „dispositæ sunt, ut quæ primo Tono concinuntur, „omnia simul primum sibi locum occupent; quæ se„cundo, secundum; quæ tertio, tertium; & sic de „singulis, donec ad Obliquum quarti perveniatur, „qui inter Tonos ultimus, ultimum quoque sibi locum „vendicat, & Cantiones eo modulatæ ac commensu„ratæ, ultimo quoque loco reponantur. Continet

cujusfcumque generis Cantica;

B „autem tantum Troparia & Canones, qui a primi „Vesperis Dominicæ ad finem usque Missæ canuntur, „& octo Dominicis pro Tonorum numero finitur. „Singuli Toni tres habent Canones. Primum, Ἀνα„στάσιμον, qui in Resurrectionis Dominicæ, Secun„dum, Σταυροαναστάσιμον, qui in Crucis & Resurre„ctionis; Tertium, qui in Mariæ Virginis laudibus „celebrandis, versantur. Et hæc in Octoechis antiquis „habebantur. In recentioribus modo additur pro sin„gulis Tonis Canon, qui in Μεσονυκτίῳ vel μεσονυ„κτικῷ, mediæ scilicet noctis Officio, cani suevit; „& quod de Trinitate pertractet, Triadicus dicitur.„

In ipsorum libris ecclesiasticis descripta.

6 Libri isti Græcis Ecclesiasticis valde commodi sunt, imo pene necessarii: nam (ut testatur Goarus pag. 434.) *libros Notis musicis ornatos inter cantandum rarissime conspiciunt, vel etiam habent Græci; communesque ideo, & verbis & cantu, memoriæ tenaciter infigunt Hymnos, ad quorum normam alios pari syllabarum numero constantes cantando inflectunt; ideoque eorum primordia Canticis aliis inscribunt, ut ad eorum regulam, sequentes indicent esse decantandos.* Versus autem, qui in hunc finem æquali syllabarum numero alligantur, dicuntur Στιχηρὰ προσόμοια, Papebrochius Versus Similares appellare consuevit. Hinc intelligitur quid sibi velint ea, quæ leguntur statim in ipsa inscriptione promissi Officii. Ψάλλομεν Στιχηρὰ

Ex his alia sunt, Prosomia,

C προσόμοια. Ἦχος δ'. Ὡς γενναῖον ἐν μάρτυσιν. At vero non quilibet Versus Στιχηρὰ vocitantur; sed soli illi, qui paulo longiores sunt, & ab Hymnographo ecclesiastico conscripti. Nam Versus breviores, & e Psalmis Davidicis, vel aliis Scripturæ locis excerpti, appellantur Στίχοι. Hinc oritur Στιχολογία, quæ est alterna Psalmorum Davidicorum per Versus recitatio. Non possum tamen assentire Cangio, qui putat Στίχος *Versiculum*, & Στιχηρὸν *Versum*, Latine reddi posse. Cum enim (ut ex jam dictis constat, & animadvertit ipse Cangius) Στίχος Scripturæ verbis, & Στιχηρὸν verbis Hymnographi contexantur, hæ voces *Versus* & *Versiculus* istud discrimen haud satis declarant. Nolo tamen λογομαχεῖν, sive contendere de nomine. Quapropter modo intelligi me sciam, hasce Græcanicas voces in posterum ita Latine interpretabor. Porro στιχηρὰ alia sunt Προσόμοια, alia Ἰδιόμελα. Quæ sint Προσόμοια, dictum nunc est. Ἰδιόμελα vero sunt ea Στιχηρὰ, quæ (ut ait doctus Ligaridus apud Goarum p. 206.) peculiari sibi, gravi nempe & concinno, voce recitanda sunt, quasi ἴδιον μέλος, id est, propriam modulationem habentia.

alia Idiomela, cum peculiari sono cantanda,

7 Objicietur fortasse huic definitioni Codinus, in libro de Officialibus Palatii Constantinopolitani & de Officiis magnæ Ecclesiæ Cap. 7. n. 23. dicens; Εἰσέρχονται καὶ οἱ ψάλται . . . καὶ ψάλλουσιν ἰδιόμελον τῆς ἑορτῆς; quod ita vertit noster Gretserus. *Ingrediuntur etiam cantores, canuntque festi proprium Canticum.* Unde videtur posse concludi, Canticum aliquod nuncupari Ἰδιόμελον, quia festo proprium sit, non vero quia peculiarem sibi modulationem vindicet. Per

D hæc sane Codini verba scrupulus, fateor, mihi injectus fuit non levis; sed evanuit, quando vidi plura esse Stichera festo congruentia, quæ non inscribuntur Ἰδιόμελα. Ne longius abeamus; fideles tuos oculos, Lector, in horum trium Præsulum Officium intende: & licet Stichera omnia sint huic festo propria quam quæ maxime, tamen non invenias alia inscribi Ἰδιόμελα præter Stichera Nili Xanthopuli, id quod nobis argumento debet esse, non propterea Canticum aliquod apud Græcos dici Ἰδιόμελον, quia festo proprium est, sed quia peculiari & a ceteris discreto sono accinitur. Ad objectum locum quod attinet, is nobis nequaquam officit: neque enim quidquam aliud ibi vult Codinus, quam super mensam Imperatoris a cantoribus concini idem illud Ἰδιόμελον, quod eo die canitur in ecclesia. Huc accedit, quod Ἰδιόμελον ibi-

non inde dicta quod sint propria festo.

E dem in margine exponatur *proprii cantus Canticum*. Atque hæc marginalis expositio recurrit denuo Cap. 10. num. 5. ubi narrat idem Codinus, quibus ceremoniis festo Palmarum *in ambulacrum veniat Lampadarius, lampadem ferens, totamque festi proprium Canticum decantans*, Græce tantum est Ψάλλων ὅλον τὸ Ἰδιόμελον, prætermisso verbo, τῆς ἑορτῆς. Jam vero quid est, amabo, *proprii cantus Canticum*, nisi Canticum peculiari ac proprio modulandi genere cantandum?

§. II. *Unde dicta* Troparia *&* Hirmi? *quis eorum usus?*

8 A Sticheris ad *Troparia* veniamus. *Troparium*, inquit Goarus pag. 32. vox generica est, & cunctis canticis in Ecclesia Græca receptis communis: *Modulum* ubique interpretamur. . . Quoad sui compositionem Latinis Antiphonis similis est: quamvis Antiphonam ulla ratione interpretari nequeamus. Hanc vocem sic explicat laudatus Ligaridus, tamquam si Τροπαιάριον. ἀπὸ τοῦ Τροπαίου, derivetur; & sit quasi Pæan sive Hymnus, in quo canatur victoria; vel in quibus οἱ τρόποι, id est, mores alicujus Sancti referantur. Verum Goar existimans ἀπὸ τοῦ Τρέπειν *verteo*, vel propinquius ἀπὸ Τροπῆς *conversione* originem duci; *sive dicas*, inquit, *ob vocem in cantando vario versam & inflexam* (quæ mihi ratio est, ut modulum semper reddiderim) *sive, quia Canonarcha,*

Troparii etymon alii a more, alii a vertendo ducunt.

F *dum Troparium illud per commata suggerit* (raro namque pulpitis adstant Græci) *modo in obvium hunc, modo in alium τρέπεται, sive vertitur*. Superest sementia alia, sed quæ plene intelligi ante non potest, quam vis ac natura Hirmi declarata fuerit.

9 *Hirmus porro*, ut est apud Allatium loc. cit. pag. 98. *est Hymnus sive Troparium, a quo reliquorum Troparioram, quæ in ea Ode canerentur, consequentia & series ducebatur. Idque ita esse notarunt viri docti, ex Simeonis Thessalonicensis Archiepiscopi libro de Templo, Sacerdote & Mystagogia. Addi potest Zonaras, Comment. in Canones Anastasimos Damasceni, in procemio*: Εἱρμὸς δὲ λέγεται ὡς ἀκολουθίαν τινά, καὶ τάξιν μέλους, καὶ ἁρμονίας διδοὺς τοῖς μετ' αὐτὸν Τροπαρίοις. Πρὸς γὰρ τὸ τῶν Εἱρμῶν μέλος ἐκεῖνα ῥυθμίζονται, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἀναφερόμενα ἁρμόζονται ἐν τῷ ψάλλεσθαι, καὶ τῷ ἀρχαίῳ τῷ μελῳδήματος ἐκείνου ἀκολουθοῦσιν, ὃ ἔστι συνείρει καὶ συμπλέκει ἑαυτῷ κατὰ τὸ μέλος ὁ Εἱρμὸς τὸ Τροπάριον. *Hirmus appellatur, eo quod seriem quandam & connexionem & ordinem cantus & consonantiæ tribuat consequentibus post se Tropariis. Nam ad cantum Hirmorum conformantur, & attemperantur etiam Troparia, & decantantur non sine relatione ad Hirmum, quorum itidem melodiam & sonum imitantur. Vel inde Hirmus nomen habet, quod contrahat & connectat*

quia convertit debet ad tonum Hirmi, sic dicta,

quod catera post se trahat,

A *flat sibi in melodia & cantu Troparium*. Et certe Εἴρω, a quo *Hirmus* deducitur, significat *Trabo* & *Necto*, ut patet ex illo, quod Hesiodus in Theogonia de Musis cecinit

sicuti Musæ apud Hesiodum

.... καὶ Διὶ πατρὶ
Ὑμνεῦσαι, τέρπουσι μέγαν νόον ἐντὸς Ὀλύμπου,
Εἴρουσαι τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα,
φωνῇ ὁμηρεῦσαι.

...... *Hominum patrem atque Deorum*
Laudantes, magnum mentem exhilarant in Olympo;
Nectentes præsentia, præterita atque futura,
Gutture fundentes cantum.

Et quamvis Boninus Mombritius, Patritius Mediolanensis, in sua elegantissima Theogoniæ versione, non videatur sensum Hesiodi satis expressisse, dum vertit:

.... *illa*
Laude animum patris exhilarant: pleramq; canunt et,
Quæ sint, quæ fuerint, & quæ ventura trabantur.

B Tamen a significatione verbi Εἴρω neutiquam recessit.

10 *Hirmus* ergo, quoad licet assequi, sequentes Modulos ad suam musicam inflexionem trabit, atque ideo non male a Goaro redditur *Tractus*. Tractum autem cum dico, nolim equidem cum aliquo apud Allatium existimes, Hirmum a Tractu Ecclesiæ Latinæ non differre. Etenim, ut Gretserus noster tom. 3. de Cruce pag. 2318. observavit, Latinorum Tractus a trahendo dictus est, non eo quidem quod sit norma ad quam concinantur subsequentia (nam Latinorum Tractus talis norma non est) sed quod tractim cantetur. Igitur cum Græcorum Hirmus canon sit ac regula sequentium Troparioruin, Tractus Latinorum non item; consequens est, ut alterum ab altero differre pronunciemus. Est autem inter Græcorum libros Ecclesiasticos aliquis, qui Hirmos, secundum octo tonorum varietatem collectos, continet, atque inde Εἱρμολόγιον dicitur.

& est quasi sequentis Canonis regula,

11 Hisce explicatis videtur mihi jam redeundum ad *Troparia*, & commemoranda sententia Cangii, qui Zonaram secutus, ait inde *Troparia* appellari, *quod ad modos Hirmorum τρέπονται, vertuntur & inflectuntur*. Zonaræ verba, quæ a Cangio in hanc sententiam adducuntur, hæc sunt: Τροπάρια λέγονται, ὡς πρὸς τοὺς Εἱρμοὺς τρεπόμενα, καὶ τὴν ἀναφορὰν ὡς μέλους πρὸς ἐκείνους ποιούμενα· ὅ καὶ τρέπουσι τὴν φωνὴν τῶν ᾀδόντων πρὸς τὸ μέλος καὶ τὸν ῥυθμὸν τῶν Εἱρμῶν. Εἰ μὴ

ex Zonara dicta.

C γὰρ πρὸς ἐκείνους ὁ τῶν αὐτὰ ψαλλόντων φθόγγος εὐθύνοιτο, οὐκ εὔρυθμον ἂν εἴη τὸ μέλος, οὐδὲ ἐναρμόνιον, καὶ μέλος οὐ γένοιτο, ἀλλ' ἠχὼ καὶ ἀνάρμοστον φώνημα. *Troparia vocantur, ut quæ ad Hirmos vertuntur, eosque respiciunt tamquam modulationis subsidium: vel etiam, quæ vertunt canentium voces ad modos numerosque Hirmorum. Nisi enim ad eorum normam vox psallentium exigatur, neque concinnus erit cantus, neque suavis harmonia, neque melodia poterit appellari, sed vociferatio inconcinna & inamœna*. Zonaræ consentit Arcudius, consentit Gretserus. Sed si hæc ita sit, tria satis mirari non possum. Unum est, quod Hirmus ab Allatio inter Troparia reponatur. Alterum, quod Cangius etiam Ἰδιόμελον affirmet esse Troparium. Tertium denique quod idem Cangius cum Goaro, Troparium definiat *vocem genericam & cunctis Canticis, in Ecclesia Græca receptis, communem*. Etenim tradita a Zonara Troparioruin definitio, non complectitur tamquam sua membra aut Hirmum aut Idiomelum, utpote quæ ad nullius Hirmi numeros inflectuntur. Qui igitur *Idiomelum* & *Hirmus* Troparia esse dicuntur? Qui vox illa *Troparium* communis est omnibus Ecclesiæ cantionibus?

12 Hæreo incertus animi, neque tamen me possum adducere, ut viros in rituum Græcorum scientia apprime versatos, & hoc nomine per totum orbem terrarum celebres, autumem loqui pugnantia, & hic a vero abesse. Quid igitur? Ut hæ eorum locutiones dumtaxat in speciem pugnantes concilientur inter se,

ipsi tamen Hirmus & Idiomelum ad Troparium se habent, ut species ad genus.

D entaque Tropariorum natura intelligatur, ego quidem sic statuo; quamlibet in Ecclesia Græca Cantionem communi nomine appellari *Troparium*, vel ob vocem, quæ inter cantandum multiplici, ac diverso modo inflectitur; vel etiam ob Canonarcham, qui dum per commata Cantionem aliquam suggerit, varium vertitur in chorum; ita ut *Troparium* sit veluti genus ad plures Cantionum differentias sive formas pertinens. Atque alterutro sensu, vel potius utroque, & *Idiomela* & *Hirmi* & *Stichera* & *Stichi*, & Cantiones reliquæ omnes jure merito nuncupantur *Troparia*. An enim cantio potest esse ulla, in quam utraque illa ratio non conveniat? Quamquam Cantiones illæ aliæ sive Moduli, qui inter canendum Hirmis attemperantur, non solum propter alterutram vel utramque rationem, sed etiam propter illam tertiam a Zonara allatam, commune nomen *Troparii* sibi vendicent, tamquam peculiare & proprium, idque per antonomasiam aut per excellentiam:

Auct. N.R.

§. III. *Quid* Contacium, *quis ejus inventor? Quid* Canon? *& quotuplex?*

E

13 Duplex illa significatio, quam voci *Troparium* supra dedimus, modo generica modo specifica, si admittatur, plana sunt omnia, nihil in doctissimorum hominum locutionibus pugnans, nihil ambiguum. Et vero admittetur sine ulla controversia ab iis, qui norunt similes homonymias in ecclesiastico Græcorum sermone esse complures. Vocabula alia ut præteream, unum Κοντάκιον quam multa significat! quam diversa! Significat aliud in commentatione, aliud in divino Horarum Officio, aliud in Liturgia, iterum in Ordinatione aliud atque aliud. Has significationes singulas, in Ἀρχιερατικῷ, sive libro Pontificali Ecclesiæ Græcæ, operose perque erudite explicat Isaacius Habertus, Doctor Sorbonicus, tunc Abbas S. Mariæ de Allodiis, postea Vabrensis Episcopus, quem avidus sciendi Lector potest consulere: longum est enim afferre omnia. At vero cum hic Græcorum Ἀκολουθίαν evolvendam susceperim; necesse est dicere, quid, Κοντάκιον, saltem in ea significet. *In Oratione*, inquit ibi Habertus pag. 59. *seu divini Horarum Officii recitatione vel decantatione, Contacium est genus quoddam modulatum Hymni seu Cantici Ecclesiastici, ceteris simplicius, iisque brevius, quale singulis diebus festis proprium est: unde* Κοντάκιον τῆς ἡμέρας CONTACIUM DIEI *vocatur*. Tum subjicit exemplum Contacii ejus diei in quo de *Contacio* scribebat, qui erat dies sacer Sancto Georgio. Non est in animo exemplum illud transcribere, quia aliud in Officio horum trium Sanctorum mox inventurus est Lector.

ut Troparii nomen,

sic & Contacii vario accipitur,

F

14 Porro ex hac Haberti descriptione effici cogique potest, *Contacium* profluere a dictione Κοντὸς, *rem brevem* significante. Neque vero placet Ligaridius; qui audet ἀπὸ τοῦ Κοντοῦ ab *Hasta* sive *Jaculo* deducere Κοντάκιον; perinde quasi foret *Contacium* Oratio, quam vocamus *jaculatoriam*. Non enim Κοντὸς *jaculum* proprie significat; licet Joannes Morinus de sacris Ordinationibus pag. 230. id velle probare videatur ex illo Homeri versiculo Odyss. 1.

dicitur que abbreviate

Αὐτὰρ ἐγὼ χείρεσσι λαβὼν περιμήκεα κοντὸν.

Hunc Homeri locum si Morinus adiisset, vidisset luce clarius, Κοντὸς non esse *jaculum*, *sed prælongam perticam* qua minora navigia impelluntur, latine quoque *Contus* dictam; ibi enim facit Homerus Ulyssem narrare, quomodo appropinquantem ad littus Polyphemum detruserit, arrepto immani conto.

15 Sed juvat iterum audire Habertum sic prosequentem: *Hæc autem Contacia inventa sunt circa annum Domini quingentesimum, sub Anastasio Imperatore. Inventa, inquam, divinitus a Romano* (Emeseno) *Diacono; qui dum in quadam Deiparæ ecclesia* τὴν Παννυχίδα, *sacras Vigilias perageret, ut narratur*

A „ vatur. Quidam alphabeti ordinem servant, ita ut primum Canonis troparium ab A incipiat, & in Ω demum desinat. Alii in Acrostichide Θεοτόκια (troparia „ sunt Odarum postrema, in honorem Virginis concinnata) includunt. Alii extra eam suo modo agi „ ferrique Canones suos sinunt.

21 Alii primis Tropariorum litteris aliquam sententiam contexunt; Alphabetum alii, & tunc dicitur Canon κατ᾽ ἀλφάβητον: & exemplum Alphabeticæ Acrostichiæ exhibet Paracleticum p. 16. Aliorum exempla varia exhibet aliquoties Papebrochius, occasione Sanctorum quorumdam, aliam fere historiam vel encomium non habentium. Longe pulcherrimum dat nobis trium Doctorum Græcorum Officium, quod jam paramus illustrare, exprimens primis elementis hunc versum jambicum

quorum aliqui etiam acrostichidem jungunt.

Τρισήλιον φῶς, τρεῖς ἀνῆψεν ἡλίους.

Hujus sensum latine reddam alibi, totidem litteris totidemq; Tropariis seu Strophis. Et vero, ne postea hæreas, oportet præmoneam, tantum abesse, ut ejusmodi Acrostichides semper continuentur & proxime cohæ-
B reant inter se, ut interjectos & dispersos habeant & Hirmos & Troparia, Martyrica, Theotocia, aliaque, quibus exactis resumitur Canon: qui si duplex est, ut est sæpe, alterius Canoni continuationi præponitur vox Ἄλλος; plerumque vero tam unius quam alterius Canonis Odæ distinguuntur per numeros litteris Alphabeti signatos hoc modo, ᾠδὴ α´, β´, δ´ &c. Quæ omnia appositione promissi Exempli clariora evadent.

22 At quinam fuere Canonum Auctores? Infinitum est recensere omnes, neque id nostri ratio instituti postulat; cum eos omnes novisse ad Græcorum Acoluthiam intelligendam nihil intersit. Præcipuos Lectori suggeret Typici caput 6. quod hic præteriri haud potest. Ἰστέον δὲ καὶ τοῦτο, ὡς ἐὰν ἔχῃ τὸ Μηναῖον ἐν μνήμῃ Ἁγίου τινὸς Κανόνας τῶν διαφόρων Ποιητῶν, εἰ μὲν ἐστὶ Κανὼν τοῦ Κὺρ Κοσμᾶ, προκριτέος· εἰ δὲ τοῦ Κὺρ Ἰωάννου καὶ ἑτέρων, τοῦ Ἰωάννου προκριτέος· εἰ δὲ τοῦ Κὺρ Θεοφάνους καὶ ἑτέρων, ὁ τοῦ Κὺρ Θεοφάνους προκρίνεται, προτιμότερος γάρ ἐστι τῶν ἄλλων· εἰ δὲ τοῦ Κὺρ Ἰωσήφ, ἔστω τῶν λοιπῶν προτιθέμενος τοιοῦτον αὐτοῦ· εἰ δὲ μὴ ὄντων αὐτῶν, ὁ τοῦ Κὺρ Ἰωάννου· εἰ δὲ μὴ τυγχανόντων, οἱ τοῦ Κὺρ Θεοφάνους αὐτοῦ· εἰ δὲ καὶ οὐκ εἰσὶ, οἱ τοῦ Κὺρ Ἰωσήφ, τῶν λοιπῶν ἁπάντων προκρινόμενοι. *Hoc quoq; sciendum est, si Menæum habet in memoriam alicujus S. Canones diversorum Poetarum, si Canon adfuerit Domni Cosmæ, hunc aliis præferendum; si Domni Joannis & aliorum, eum qui Joannis est præferri; si Domni Theophanis & aliorum, D. Theophanis præferri, ille enim ante alios honorandus est; si D. Josephi, hunc reliquis Poetis anteponi: si ceteris defuerint, D. Joannis; si hi quoque defuerint, D. Theophanis; si hi etiam, D. Josephi ceteris omnibus anteponi.*

Horum Auctores præcipui qui,

& quomodo in concursu plurium
C

23 Ex dictis non tantum colligitur, qui quibus in Canonum concursu anteponantur; verum etiam, quinam sint eorum Auctores præcipui. Talium insignem catenam videre est ante Triodium, anno 1601. excusum Venetiis, opera & studio Maximi Cytherorum in Cypro Episcopi. Ibi spectatur in fronte imago, titulum libri complectens, sumpta ex quodam manuscripto, duorum aut trium seculorum ætatem habente: in qua imagine, ministerio trium geniorum minorum duorumque majorum Angelorum utrimque stantium, circumducitur quasi torques seu catena annulorum viginti novem, mutuo se complectentium, dependens ex summo uno ornatiorique toreumate, Christum Dominum repræsentante; cum hoc per extimos Angelorum lateralium humeros defluente versiculo,

quorum ipsi anteponantur ad initium Triodii excusi annulum,

Οἱ τὰ μέλη πλέξαντες ὕμνων ἐνθέων,

Hymnorum modulos hi composuere sacrorum,

Hanc Catenam, toto opere nostro vix alibi habituram locum commodiorem, sæpe autem usui futuram, juvat, omissis parergis, spectandam date ære expressam, & cum P. Papebrochio, ejusdem explicationem exorso ad

 diem

HYMNOGRAPHORUM GRÆCORUM CORONA
ex fronte Triodii Venetiis excusi.

Οἱ τὰ μέλη πλέξαντες ὕμνων ἐνθέων

Hymnorum modulos hi Composuere Sacrorum

AUCT. N. R. Inter quos etiam Philotheus Patr. C. P. an. 1367. Romanam unionem amplexus

diem 30. Aprilis tom. 3. pag. 788. istic dicta recognoscere atque corrigere, juxta meliores notitias postea acceptas.

24 Vides hic ut uniuscujusque sacri Poetæ icon dimidia, proprio habitus & ordinis schemate distincta, intra prædictos annulos repræsentetur. Et, ne vaga exerrer conjectura, adduntur circum caput nomina, ut solent in nummis: atque ita ex dextro latere descendunt, *Germanus*, Patriarcha Constantinopolitanus, qui colitur 12. Maii, fidei causa sub Leone Armeno Sede sua ejectus: *Sophronius*, Patriarcha Hierosolymitanus, de cujus opera, in restituendis Menæis cum S. Joanne Damasceno impensa, egimus XI. Martii: *Philotheus* Patriarcha Constantinopolitanus, ab anno MCCCLXII. usque ad LXXV. ejusdem seculi: quem licet Wangnerecchius noster, in libro de Mariana Græcorum pietate, ac Leo Allatius merito sugillent, non solum schismatis titulo, sed etiam hæreticos in Georgio Palama, Thaboritici luminis assertore, laudatæ; ne tamen ejus opera omnia, in laudem Sanctorum variorum & locupletationem sacrorum Hymnorum composita, execranda putemus; facit ejusdem ad unionem
B Romanam accessio anno MCCCLXVII. Patriarchatus sui quinto, in eaque (ut opinari licet) perseverantia usque ad finem, id est usque ad annum MCCCLXXXV.

Et Joannes Metropolitæ præfatus; & alii simul 14. in uno,

25 Philotheo in ista Catena succedit Andreas Cretensis Archiepiscopus, de quo, tamquam magni Canonis auctore, quædam diximus 2. Aprilis agentes de S. Maria Ægyptiaca & infra dicemus. Colitur IV. Julii aut Junii. Quintus in hoc dextri lateris ordine *Joannes Euchaitarum Metropolita*, est Auctor, ut diximus, ejus Officii quod hic tractamus. Sequitur *Georgius Nicomediæ* Archiepiscopus: cui varias panegyres, ad Metaphrasten imperite traductas, restituit Allatius, pluribus de eo agens in Diatriba de Georgiis: quo autem vixerit tempore, necdum comperimus. Proximi Georgio & inter Episcopos ultimi notantur *Methodius*, *Cyprianus*, *Anatolius*: omnes nobis ignoti. Quis enim postremo loco relatum credat esse S. Anatolium, sub Theodosio Juniore Constantinopolitanum Patriarcham? Primum liceret verosimilius credere esse eum, qui sub S. Theodora orthodoxiam restituit; sed tunc debuisset præponi Philotheo & ceteris intermediis. Claudunt porro hanc seriem Scriptores ex ordine seculari quinque, *Leo Despotes*, *Leo Magister*, *Basilius Pegoriotes*, *Justinus*, *Sergius*: de
C quibus nihil docere possum.

Catenam prælaudatam in sinistro latere implent ex ordine monastico Scriptores quatuordecim. In his nobis cogniti sunt, *Joannes Damascenus*, & cum hoc pariter educatus *Cosmas*, postea Majumæ Episcopus, de quo agemus 14. Octobris; *Joseph*, communiter Hymnographus dictus, cujus Vitam dedimus III. Aprilis; *Theophanes*, cognomento *Graptus*, ob frontem contumeliosis versibus ab iconomacho Theophilo exaratam, qui XI. Octobris solus, & rursum cum fratre Theodoro XXVII. Decembris commemoratur. Ceteri nobis ignoti sunt, *Byzantius*, *Stephanus Hagiopolites*, *Georgius Sicelioses*, *Simeon*, *Philotheus*, *Arsenius*, *Babylas*, *Ephrem Cariæ*, *Andreas Pyrrhus* sive *Rufus*, & *Studites*. Quis autem hic per antonomasiam ita dictus? An magnus Theodorus? At inter primos locari merebatur.

atque omnium ultima Cassia vel Icasia,

26 Infra omnes, & quasi geminæ serici vinculum, ponitur *Cassia*, de qua Theodorus Prodromus apud Allatium Dissert. 1. de libris Eccles. Græcorum pag. 75. agens de Canone Sabbati Sancti: *Opus quidem est*, inquit, *ad quintam ipsam Oden Marci Episcopi Hydruntini; ab eaque ad nonam, magni Patris Cosmæ; sed multo ante* (Marcum) *ut ex non scripta traditione discimus, mulier quædam nobilis, casta & virgo, cui nomen Cassiæ, ejusmodi modulationis prima fuit auctor, & Canonem ipsum absolvit. Qui vero eam subsecuti* D *sunt, melos admirati, indignum nihilominus judicantes muliebribus sermonibus Herois illius Cosmæ cantiones conjungere, Melos tradentes Marco, & Hirmos consignantes, Troparicrum compositionem illi soli commiserunt.* Idem de Marco, Cosmæ poema supplente, apud eumdem Allatium dicit Nicephorus Callistus; addens, quod ille id operis susceperit, *ex sapientissimi Imperatoris Leonis mandato*. Atqui Leo Sapiens, sive Philosophus, imperavit in confiniis noni ac decimi seculi: Cosmas autem cum Joanne Damasceno floruit seculo octavo dimidio: unde consequitur, ut *Cassia*, inter Cosmam & Marcum media, non amplius uno seculo Marcum præcesserit; citra controversiam orthodoxa, & sanctiore spiritu afflata, quam illa quondam celeberrima Sappho, ut Græcia Christiana gentili Græciæ ne in hoc quidem cederet; digna illa profecto, de qua plura sciantur. Scirentur autem, plura fortassis, si inveniretur prælaudati Allatii tractatus de Melodis Græcorum, opus allegatum ab auctore pag. 82. citatæ Dissertationis, ubi satis habet E eorumdem nomina dare usque ad septuaginta & unum, eaque non omnia, qualia huc transcribere non gravabor.

circa 8. aut 9. seculum.

Allatius recenset ejusmodi Melodos usque ad 71.

27 „Sunt autem, Anatolius, Andreas Cretensis, „Andreas Pyrrhus, Anthimus, Athanasius, Basi„lius Monachus, Basilius Pegoriota, Byzas sive By„zantius, Cassia sive Cassiana sive Icasia, Christo„phorus Protoasecreta, Clemens, Constantinus Por„phyrogenneta, Cosmas, Cyprianus Monachus, Da„vid, Demetrius, Dorotheus Monachus, Emma„nuel Palæolaurita, Emmanuel Phile, Ephrem, „Euthymius Monachus, Gabriel, Georgius Ni„comediensis, Georgius Siculus, Germanus Pa„triarcha Constantinopolitanus, Hierotheus Mona„chus, Ignatius, Joannes Archiepiscopus, Joannes „Damascenus, Joannes Euchaita cognomento Mau„ropus, Joannes Stauracius, Joannes Zonaras, Jo„saphus Studita, Justinus Decadio, Leo Imperator, „Leo Magister, Leo Peganius, Marcus Monachus, „Mauroleo, Methodius Patr. CP. Metrophanes, Mi„chael Psellus, Nicephorus Callistus, Nicetas He„racleota, Nicetas Stechatius, Nicolaus, Nilus Xan„topulus, Paulus Ammonius, Philippus, Philotheus „Patr. CP. Photius Monachus, Photius Patr. CP. „Procopius Chartophylax, Romanus, Stephanus „Hagiopolita, Stephanus Sabaita, Sergius Hagio- F „polita, Sophronius Patr. Hierosol. Theodorus Coe„tonita, Theodorus Studita, Theodosius Lascaris, „Theodosius Syceota, Theophanes, Theophilus Im„perator, Timocles.

deque illis tractatum scripsit,

28 Hactenus Allatius, sed ordine nullo: quem ego, ut commodior esset, Alphabeticum feci; libentius utiliusque Chronologicum daturus, si de singulis haberentur documenta idonea. Et hæc alia possit esse causa optandi, ut alicunde prodeat prælaudatus de Græcorum Melodis tractatus. Interim iisdem merito adnumerandus suggeritur nominatus supra Theodorus Prodromus qui ipsos Canones primus commentando exposuit; Nicephoro Blemmidæ, in orat. 1. de process. S. Spiritus, ideo dictus *ὁ τῶν ἱερῶν Κανόνων πρῶτος ἀκροατής*. Est & aliud, de quo te monitum, Lector, velim; nimirum quod Auctorum nomina singula singulis Canonibus præfigi solent, tametsi interdum taceantur, quandoque etiam Acrostichidi innecti ad finem. Atque hæc de communibus Canonibus dicta sunto.

§. IV. *De Magno Canone, Doxologiis, Theotociis, Catabasia, & Apolytico.*

Constat hic Canon Troperiis 250.

29 IN Triodio extat alius quoque Canon, qui Magnus appellatur, tum quia abundat exquisitis

E 4

A graviſſimiſque ſententiis; tum quia, cum ceteri Canones triginta, aut paulo amplius, Troparia contineant, iſte ad ducenta & quinquaginta progreditur. Quod ſignificatur hiſce Triodii verbis: Λέγεται δὲ μέγας Κανών, ὡσάν τινι εἴποι, ἢ κατ' αὐτὸν ἄλλοι, καὶ ἀριθμημένοι. . . . καὶ ὅτι τῶν κοινῶν Κανόνων, τὰ τριάκοντα καὶ μικρόν τι πρὸς, Τροπάρια ἐχόντων, οὗτος εἰς διακόσια καὶ πεντήκοντα πρόεισιν. Sed quid ni ejus Canonis auctorem & argumentum ex eodem illo Triodio declarem? τοῦτον τὸν ὄντως κανόνων μέγιστον ἁπάντων ἀρίστως καὶ τεχνικώτατα ἡρμόσατο, καὶ συνέγραψεν ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν Ἀνδρέας, ὁ Ἀρχιεπίσκοπος Κρήτης, ὁ καὶ Ἱεροσολυμίτης ὀνομαζόμενος, ὃς ὥρμητο μὲν ἐκ Δαμασκοῦ . . . . . πᾶσαν γὰρ παλαιᾶς καὶ νέας ἱστορίας διαθήκης ἐρανισάμενος, καὶ ἀθροίσας, τὸ παρὸν ἡρμόσατο μέλος, ἀπὸ Ἀδὰμ δηλαδὴ μέχρι καὶ αὐτῆς Χριστοῦ ἀναλήψεως, καὶ τοῦ τῶν Ἀποστόλων κηρύγματος. Προτρέπεται γοῦν διὰ τούτου πᾶσαν ψυχὴν, ὅσα μὲν ἀγαθὰ τῆς ἱστορίας ζηλοῦν καὶ μιμεῖσθαι πρὸς δύναμιν· ὅσα δὲ τῶν φαύλων ἀποφεύγειν, καὶ ἀεὶ πρὸς Θεὸν ἀνατρέχειν, διὰ μετανοίας, διὰ δακρύων, καὶ ἐξομολογήσεως, καὶ τῆς ἄλλης δηλονότι ἀρεσκείας· πλὴν εἰς τοσοῦτόν ἐστιν ἁπλοῦς καὶ ἐμμελὴς, ὡς καὶ αὐτὴν τὴν σκληροτέραν ψυχὴν ἱκανῶς μαλάξαι, καὶ πρὸς ἀνάληψιν ἀγαθοῦ διεγεῖραι, εἰ μόνον μετὰ συντετριμμένης καρδίας καὶ προσοχῆς ἁρμοζούσης ψάλλοιτο. *Quod ſic Latine reddo.*

compoſitus a S. Andrea Cretenſi.

ad ciendam compunctionem.

„ Hunc vere ex omnibus Canonibus maximum, optime artificioſeque texuit atque conſcripſit ſanctus „ Pater noſter Andreas, Cretenſis Archiepiſcopus, „ cognomento Hieroſolymitanus, ex Damaſco oriundus. . . . Univerſa enim antiqui & novi fœderis hiſtoria, coacta in unum, ab Adamo uſque ad Chriſti „ aſcenſum Apoſtolorumque prædicationem, hoc perpetuum Canticum deduxit. Adhortatur ergo per „ hoc omnem animam, ut quæ in hiſtoriarum monumentis cernit eſſe bona & laudabilia, ea pro viribus „ ſectetur; quæ mala, fugiat & averſetur; ſemperque ad Deum recurrat per reſipiſcentiam, per lacrymas, per delictorum confeſſionem, & per alia hujuſmodi placandi divini Numinis adjumenta. Etenim hic Canon tam fluidus eſt tamque argutus; ut „ mentem etiam duriorem ſatis emolliat, & ad ſequendum honeſtum decorumque excitet, modo animo „ contrito & debita cum attentione pſallatur „. Quæ quidem attentio ne deſit; cantatur lente, ſono lugubri, & ternis ad Troparia ſingula proſtrationibus.

Canitur quinta feria 5. hebd. Quadrageſimæ,

30 Tempus autem, quo Magnus ille Canon in Eccleſia recitandus eſt totus, (nam per partes recitatur prima Quadrageſimæ hebdomada) aſſignatur in Triodio aliiſque libris eccleſiaſticis ἡ πέμπτη τῆς πέμπτης ἑβδομάδος τῆς Τεσσαρακοστῆς, hoc eſt, *feria quinta quintæ hebdomadæ Quadrageſimalis*, quæ hanc ob cauſam a Græcia peculiari appellatione dicitur Feſtum τοῦ μεγάλου Κανόνος; interdum etiam Πέμπτη τοῦ Κανόνος. Unde non immerito a Gretſero noſtro reprehenditur Junius, quod dicat, feſtum magni Canonis eſſe Dominicam Orthodoxiæ. *Errat*, inquit Gretſerus, *more ſuo ſolenni: nam Dominica Orthodoxiæ erat prima Dominica Quadrageſimæ:* quæ ratio plana fit cum ex aliis, tum maxime ex Typico S. Sabæ cap. 42. cujus titulus eſt, Διάταξις τῆς πρώτης Κυριακῆς τῶν ἁγίων Νηστειῶν, ἤτοι τῆς Ὀρθοδοξίας. *Ordo primæ Dominicæ Sanctorum Jejuniorum vel Orthodoxiæ*. Prima quoque verba illius capitis hæc ſunt, τῇ Κυριακῇ τῆς Ὀρθοδοξίας. Quid vero Junium in hunc errorem rapuerit, mihi quidem non eſt divinatu difficile. Agedum, faciamus periculum. Prima illa Quadrageſimæ Dominica (quam ex reſtituto Imaginum ſacrarum cultu, & hæreticis profligatis Ὀρθοδοξίαν, quaſi *rectæ Fidei* nominant) veræ rectæque fidei profeſſionem emittunt Græci, & ſingula religionis capita, palam & in aperto, voce alta confitentur, ſectarioſque & eorum hæreſes longo ordine iteratis anathematis damnant.

non autem in Dominica Orthodoxiæ,

31 Hæc apud Philotheum Patriarcham Conſtantinopolitanum aliumve legerat fortaſſe Junius; cumque noviſſet, plurium Conciliorum ſanctiones & anathematiſmos vocari Canones, venit ipſi in mentem cogitare, magnum Canonem eſſe longam illam ſacrorum dogmatum atque anathematum ſeriem, quam modo diximus. His autem ita conſtitutis, cenſen' fieri potuiſſe, ut Junius prima Dominica Quadrageſimæ feſtum magni Canonis agi non arbitraretur? En igitur ſtirps ac ſemen Juniani erroris longe veriſimillimum; & ſimul addiſce, quantum periculum errandi adeant illi, qui ante de aliqua re dicunt ſententiam, quam intelligunt, quid ſit id de quo diſputetur. Nos diſputaturi mox de Θεοτοκίοις, periculum iſtud formidare minime debemus; quia Θεοτόκιον quid ſit, jam nunc inſtituimus dicere; nempe ultimum Odarum ſive Canticorum Troparium, quo aliquod Virginis Matris præconium, & quidem accommodatum tempori, continetur. Solet autem in Officiis eccleſiaſticis contracta hac nota δ. non raro depingi; & ante Penultimum Troparium ni, Δόξα Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, *Gloria Patri, & Filio & Spiritui ſancto* contracte hac figura ꝺ notatum conſpicitur; ſequenſque verſiculus, Καὶ νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, *Et nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum*, τῷ Θεοτοκίῳ ſemper præmittitur. Non poſſum quin hic etiam verbo annotem, *Gloria Patri* a Græcis dici Δοξολογίαν μικρὰν, ſive Glorificationem minorem, ad differentiam Hymni Angelici, *Gloria in excelſis*, quo dicitur Δοξολογία μεγάλη ſive Glorificatio major. Præter duplicem iſtam Δοξολογίαν, majorem & minorem, eſt & tertia, Τρισάγιον dicta a ter repetita voce Ἅγιος, nempe Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς, *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miſerere noſtri*. Quando autem & quomodo fit ille Triſagii hymnus introductus, erudite diſputat Habertus in Libro Pontificali ante citato pag. 64.

D AUCT. N. R.

in qua hæretici longo ordine anathematizandi,

aliqui putantur magnum Canonem ſuiſſe,

Canonibus inſeruntur Theotocia plurima.

E

& Doxologia.

32 Sed me revocant Θεοτόκια, quæ unde nomen invenerint, ignorari non poteſt, niſi ab eo cui ignota eſt Neſtoriana perfidia: paucis ergo id expediam. Tortuoſus ille coluber (ſic ab Alexandrino Cyrillo nominatur Neſtorius) Beatiſſimam Virginem Mariam pernegabat eſſe Θεοτόκον ſive *Deiparam*; aſſerebatque potius Χριστοτόκον & ἀνθρωποτόκον, ſeu *Chriſtiparam* & *hominis genitricem* eſſe dicendam. Hanc impietatem non tulerunt Catholici. Ergo variæ contra Neſtorium eoguntur Synodi, ejuſque hæreſim condemnant; & inter alias Epheſina, quæ ſic fulminat: Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ Θεὸν εἶναι κατὰ ἀλήθειαν τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ διὰ τοῦτο Θεοτόκον τὴν ἁγίαν Παρθένον (γεγέννηκε γὰρ σαρκικῶς σάρκα γεγονότα τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον) ἀνάθεμα ἔστω. *Si quis non confitetur, Emmanuelem verum Deum eſſe, & ob id ſanctam Virginem* DEI GENITRICEM; (*genuit enim illa incarnatum Dei Verbum ſecundum carnem*) *anathema ſit*. Ex hoc autem tempore vox Θεοτόκος in explicando Incarnationis myſterio obtinuit eumdem uſum ac principatum, quem in myſterio Trinitatis ante obtinuerat vox Ὁμοούσιος. Ut enim in Trinitatis myſterio tota fidei Catholicæ ratio atque profeſſio uno *Conſubſtantialis* vocabulo contineri putabatur; adeo ut tamquam teſſera quædam haberetur, qua fœderati ſociatique Catholici mutuo ſeſe diſcernebant ab hoſtibus, & contrarias ſibi invicem Sabellii & Arii hæreſes una plaga conficiebant; ſic ad profitendam diſtinctius Incarnationem, præcipuum in voce Θεοτόκος momentum a Catholicis conſtitutum eſt; & quam iſti in tuenda illa voce conſtantes, tam in eadem oppugnanda pervicaces adverſarii fuere. Atque ea cauſa impulit Græcos, ut preces & obſecrationes, quibus divini Officii tempore opem magnæ Matris implorant, Θεοτόκια appellandas cenſuerint. Scita profecto & utilis appellatio: nam quotieſcumque vel titulum harum precum intue-

Iſta damnato in Epheſi Neſtorio,

F

frequentari cœpta,

AUCT. N.R.

A intuebantur, (intuebantur autem sæpissime) non poterat non ipsis venire in mentem, & fidem profiteri orthodoxam, & impietatem Nestorii execrari. Mitto dicere quantopere ex tam multis tamque variis Θεοτοκίοις, in quovis Horarum Officio recitari solitis, Mariana pietas Græcorum eluceat: hoc enim peculiari opere facere incepit noster Simon Wagnereckius, editis Centuriis quinque Chiliadis primæ ejusmodi Theotociorum, aliis cœpta continuanda relinquens.

nunc Centuriis.

33 Θεοτοκίοις interdum subnectitur Καταβασία. Sed de hac voce altum silent Auctores omnes, quos mihi videre unquam licuit, præter unum Cangium. Hic fatetur ejus vim ac significationem nescire se, facitque conjecturam aliquam ex significatione vocis ἀνάβασις, ita scribens: *Quid hac voce Græci intelligant, nondum sum assecutus, nisi ut ἀναβαθμοὶ fuerint ἀναβάσεις καρδίας, seu διαβάσεις περὶ Θεοῦ λογισμοί, ut loquitur Suidas,* hoc est, ascensus animi seu piæ cogitationes de Deo: *ita Καταβάσεις fuerint quasi descensus, seu de humana fragilitate cogitationes.* Sicut ubique, ita & hic summam Viri eruditionem veneror, pari modestiæ conjunctam; ista tamen ipsius conjectura videtur mihi non

hoc autem non ad argumentum Troparii,

B probabilis quidem.

34 Cur autem ita videatur, cognoscere ut possit Lector, quasi ea quæ oculis cernuntur, sufficiet illi vel unicus Modulus ex iis, quibus in secuturo Officio Καταβασία inscribitur, sic procedens: Τὸ στερέωμα τῶν ἐπὶ σοὶ πεποιθότων, στερέωσον, Κύριε, τὴν Ἐκκλησίαν, ἣν ἐκτήσω τῷ τιμίῳ σου αἵματι. *Firmamentum confidentium in te, Domine, firma Ecclesiam, quam acquisivisti pretioso tuo sanguine.* Huc animum, huc oculos, Lector. Quidquamne est in hoc Modulo quod memoriam excitet ad cogitationem fragilitatis humanæ? Atqui hujusmodi sunt Moduli ceteri omnes, quibus vox ista præfigitur, ut postea constabit. Igitur alio convertenda mens est, alia facienda conjectura. Ego, ut quod sentio in re obscura, id libere proloquar, Καταβασίαν non puto esse Troparii Modulive genus, sed aliquam proprietatem Toni; ita ut idem sit quod vocis depressio, demissio, & (si Musicis placet) etiam descensio. Hanc mihi mentem injecit Hagiopolites ille seu liber Ms. de Musica ecclesiastica Græcorum, qui apud laudatum Cangium verbo Φωνὴ inter Toni proprietates novemdecim, collocat octavo loco Κατάβασμα.

sed ad vocis videntur pertinere,

C Nam apud Græcos nihilo plus mihi videtur interesse inter Καταβασίαν & Κατάβασμα, quam inter *Descensionem* & *Descensum* apud Latinos. Sequitur ergo ut Καταβασία in Officio ecclesiastico rectius dicatur esse quasi signum aliquod, quo indicetur Cantori, proximum Troparium succinendum esse depressa voce minusque elata.

35 Neque minus difficile est dicere, quid sit Ἐξαποστειλάριον. Est quidem Modulus aliquis sive Troparium; sed per quid ab aliis differat, variæ sunt maximeque discrepantes sententiæ: quas paucis videtur complexus esse Goarus pag. 57. ita interrogans. *Num ille Hymnus est, ad quem concinendum in choris gremium mittitur aliquis? An talis alius qui in Sancti vel Mysterii alicujus memoriam ἐξαποστέλλεται, emittatur? Num potius is est qui mittendam Spiritus sancti gratiam advocet? vel denique qui, juxta docti Ligaudii*

Exapostilariorum quid sit non satis liquet.

sensum, fere semper de Apostolorum in orbem dispersione & prædicatione, aperte vel subobscure memoriam habeat? Certe longe videtur probabilius, inquit Cangius, ita appellatum ejusmodi Hymnum a voce Ἐξαπόστειλον, quæ in iis fere semper occurrit, ut est Oratio illa in Liturgia Præsanctificatorum, id est, Missa in qua jam antea consecratum Corpus Christi sumitur. Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἐξαπόστειλον ἡμῖν δύναμιν ἐξ ὕψους ἁγίας σου, καὶ ἐνίσχυσον ἡμᾶς προσφέρειν σοι θυσίαν ἀναίμακτον &c *Domine Deus noster, emitte nobis de excelso sancto tuo virtutem; & corrobora nos, ut tibi offeramus hostiam incruentam,* &c. At vero cum vox illa Ἐξαπόστειλον non occurrat in Modulis illis omnibus, non video quomodo hæc Cangii sententia, tamquam probabilior, admitti queat. D

36 Tam multum molestiæ non facessit vox Ἀπολυτίκιον. Hanc breviter ac recte explicat doctissimus Euchologii interpres Goarus pag. 32. *Finis officii* Ἀπόλυσίς *est, sive* DIMISSIO: *Modulus ille qui terminando Officio idoneus censetur,* Ἀπολυτίκιον *est: & quia varii sunt hujusmodi Versus, is qui diei illius proprius est,* Ἀπολυτίκιον τῆς ἡμέρας *audit; & vocem aliam,* Σωχρόν *videlicet, subaudiendam postulat.* Et pag. 121. adjungit *non tantum Officii completi fini, verum & parti ejus prolixiori, signanter ab altera diversa, suam* Ἀπόλυσιν *& terminum assignari.* Hic vox ipsa ἀπόλυσις me commonet ut missum quoque faciam Lectorem, jam forte fatigatum legenda nimis longa circa terminos solos dissertatione. Verum cum sit in more positum institutoque Græcorum, ut pronuntiata Ἀπολύσεως formula, quandoque aliquid superaddant; dabis mihi hanc veniam, Erudite Lector, ut ego hic quoque superaddam aliquid de Typico, ejusque historia. Typicum liber Græcorum ecclesiasticus est, qui quid quoquo die in ecclesia tempore divini Officii recitandum agendumve sit, facili methodo præscribit. Varia autem initio fuere Typica, ita ut essent tot ferme quot ecclesiæ. Sed tandem labentibus seculis primas obtinuit illud, quod S. Sabæ nomine insignitur, & quod sanctus ille Abbas, a SS. Euthymio & Theoctisto acceptum, suis Monachis Hierosolymitanis præscripsit, unde & Hierosolymiticum a nonnullis dicitur. Porro cum Barbarorum incursione intercidisset, restitutum est studio ac labore S. Sophronii Patriarchæ Hierosolymitani; deinde & a S. Joanne Damasceno rerum Theologicarum peritissimo innovatum fuit, & ab omnibus pœne admissum, ut refert Symeon Thessalonicensis in Dialogo F contra hæreses. Atque hoc est illud Typicum, quod mihi in hac re longe obscurissima, nullius trita vestigiis, facem prælaturum confido, & quod hic reperies a me sæpenumero nominari. Impressum autem illud habetur Venetiis una cum plerisque hujusmodi libris anno 1603. apud Antonium Pinellum; sicut illud *multa accuratione emendaverat Josaphat Hieromonachus; ex Andro oriundus, sanctissimo Domino Gabriele Patriarchalem Thronum obtinente.* Atqui Gabriel Flamma Patriarchatum Venetiis obtinuit juxta Ughellum ab anno 1584. ineunte Januario ad 14. Julii anni sequentis; unde intelligas curam illam annis octodecim prius impensam operi, quam illud typis admoveretur. Si quæ vox alia obscurior occurrat, eam in Commentarii serie explicabimus.

Apolytici conclusione Horæ singulæ. E

Quid liber sit Typicum,

olim pro variis ecclesiis varium,

nunc fere unicum, S. Sabæ dictum,

ACO-

A ACOLUTHIA TRIPLICIS FESTI, D

Ex Typico, Menæis, aliisque Ritualibus Græcis impressis, interprete Nicolao Rayæo Societatis Jesu.

CAPUT PRIMUM.

De minoribus Vesperis,

Ad initium proiit Lucernarius

38 EXploratis jam iis omnibus, ex quibus Officium Græcum, veluti ex totidem principiis ac elementis constituitur; proximum est, ut totum triplicis Festi Officium repræsentem, ad fidem liberandam meam. Facio autem initium a Vesperis, quas scito apud Græcos diebus singulis esse binas. Aliæ namque Majores sunt, Minores aliæ. De Minoribus agit Typicum S. Sabæ cap. 1., ubi statim post hunc titulum, Εἴδησις τοῦ μικροῦ ἑσπερινοῦ, hoc est, *Notitiam Minorum Vesperarum*, sic habet. Πρὸ τοῦ δῦναι τὸν ἥλιον, ἤγουν περὶ ὥραν δεκάτην τῆς ἡμέρας, ἀνέρχεται ὁ Κανδηλάπτης καὶ ποιεῖ μετάνοιαν τῷ προεστῶτι, καὶ κατελθὼν σημαίνει τὸ μικρόν. *Ante solis occasum, videlicet circa horam diei decimam, ascendit Candelaptes, corporisque inclinatione veneratur Præsidem seu Abbatem; & postquam descendit, pulsat signum minus.*

Candelaptes dictus,

ab accendendis, non candelis, sed lampadibus;

39 De hoc signo antequam dicere instituo, de ipso *Candelapte* pauca dicam, ut omne errandi periculum avertatur. Sane Meursius & Gretserus noster, quamquam florerent uterque linguæ Græcæ scientia, tamen hujus notionem nominis assecuti non sunt, propterea quod radici sive nomini Græco Κανδήλη notionem eamdem subjectam esse putarent, atque Latino *Candela*; In quo errabant vehementer. Quippe ἡ κανδήλη significat *lampadem*, sicuti possum demonstrare ex variis scriptorum monumentis. Inprimis Hierosolymitanorum Patriarcha S. Sophronius, in Vita SS. Cyri & Joannis ait; Καὶ μικρὸν τι τῆς κανδήλας ἐλαίου τῆς πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος εἰκόνος ἀπτομένης, λαβὼν εἰς κοχύδιον. *Et aliquantulum olei ex lampade ante Servatoris imaginem ardente excipiens in lecythum.* Item citatum Typicum cap. 19. ad diem 16. Januarii Δίδεται δὲ καὶ ἅγιον ἔλαιον τοῖς ἀδελφοῖς ἐκ τῆς κανδήλας τοῦ Ἁγίου. *Datur & sanctum oleum Fratribus ex Sancti lampade.* Alia ut præteream, testatur Cangius dici apud Codinum de Antiquitatibus Constantinopolitanis Κανδηλα ὑαλίνη, hoc est, *lampas vitrea*. Unde Goarus pag. 560. Meursium & Gretserum jure merito coarguit; asseritque, τὸ Κανδηλάπτης duci, non a *Candelis*, sed a *Lampadibus accendendis*. At vero quoniam est in Pentecostario, ὁ Κανδηλάπτης ἅπτει τὰ κηρία ταῖς καὶ τὰς κανδήλας, *Candelaptes accendit cereos ambos ac lampades*, malim ego Candelapten interpretari eum, qui accendendis in Templo luminibus præest. Et sic muneris istius ratio plene cumulateque exprimitur.

quamvis etiam cereorum illi cura sit,

nec non signorum quibus convocatur populus:

40 Quod Typicum supra dicit, *Candelapten* etiam signo convocare populum, id non opinor universim verum esse: cum Cyrillus Scythopolitanus Joannes Moschus, & Theodorus Studita eas partes Canonarchæ tribuere videantur. Verba Moschi & Studitæ referam inferius aliud agens. Imo vero qui hoc signum edit, is a Codino cap. 1. pentade 5. (si tamen hoc caput Codini sit) Λαοσυνάκτης, seu *Coactor Populi*, appellatur, & inter munia ecclesiastica ponitur tamquam peculiare aliquod, a ceterisque sejunctum: tantum abest, ut Candelaptes id sibi semper ac ubique vendicet. Quapropter non temere ego existimaverim, duo illa munia, Λαοσυνάκτου & Κανδηλάπτου, alibi in duos distribui homines, alibi coire in unum. Jam vero cum Typicum S. Sabæ affirmet, signum a Candelapte dari; quis non videat in ipsius Laura unum solum utroque isto munere functum esse? Atque ecce via facilis & expedita adducendi in concordiam codices, qui prima fronte sibi mutuo adversari videntur.

nisi huic officio proprius minister sit.

Laosynaktes auctor a

41 Nunc de Signo, quo Græci ad templum convocantur, dicendum est, & audiendus Allatius, qui in Dissertatione de recentiorum Græcorum templis pag. 101. sic infit. *Campanas & Campanaria (ita illi Campanilia vocant) etiam apud Græcos, postremis saltem temporibus, in usu fuisse, habes ex multis, sed præcipue ex Georgii Pachymeræ historia, qui earum sæpius meminit. lib. 7.* Τῷ δ' αὐτῷ μηνὶ, μετὰ τὴν τριακοστὴν τοῦ πρὸς ἑσπέραν ἐπιστάντος λίκτρῳ ὁ Ἰωσὴφ, μόνον οὐκ ἄπνους, ἐν πολλῶν περὶ ἑκάτερα παρεπομένων, καὶ ἐπευφημούντων τῶν προπομπῶν ἐφ' ὕμνοις καὶ κρότοις εἰσάγεται. Ἔτι δὲ καὶ ὑπὸ τῶν ἐκκλησίας συνηχούντων κωδώνων εἰς τὸ πατριαρχεῖον ἀνάγεται. Οἱ δὲ τοῦ κλήρου μόλις τὴν ἑσπερινὴν ὑμνῳδίαν, καθ' ἑαυτοὺς ἐκτελέσαντες, ἐπεὶ ὄρθρος ἦν, καὶ πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἀπήντων, κατὰ τὸ συνήθεστερόν, ἑαυτοῖς ἄβατον τὸν ναὸν κατεῖδον, ὡς μηδὲ σημάντροις καὶ κώδωσιν ὁδηγούμενοι. „Hoc eodem mense, post diem trigesimum, cum advesperasceret, lecticæ impositus Joseph, tantum non exanimis, multis hinc atque illinc concomitantibus, & præeunti pompæ applaudentibus, non sine laudibus & strepitu hominum, nec non ecclesiæ campanis, quæ populum advocare solent, reboantibus, in Patriarchium deducitur. Qui autem ea Clero erant, vix vespertinis Laudibus sejunctim absolutis, cum matutinum tempus adesset, & pro more in ecclesiam convenissent, inaccessum sibi templum esse videbant, tamquam qui neque campanis neque tintinnabulis fuissent congregati. Huc addit Allatius loco præcitato, ex Michaelis Pselli oratione nondum edita ad Constantinum Monomachum testimonium tale; Ἀλλ' οὐ πανταχοῦ τερφθήσῃ τοῖς ὀφθαλμοῖς, οὐδὲ ἐφ' ὅλοις προμεθιάσεις τοῖς ὁρωμένοις· ἐξεγερεῖ γάρ σε μέσων νυκτῶν ὁ κώδων ὁ ἱερὸς, καὶ θεῖοις ἐν τοῖς ἐδάφεσι. *Sed non omni ex parte oculis delectaberis, nec in omnibus visibilibus gaudebis: excitabis enim te media nocte sacrum tintinnabulum, & sacris incumbes pavimentis,*

Semanteria autem signa fuere,

pro quibus etiam campanæ fuerit seu tintinnabula

32 Ex his duobus testimoniis recte conficit Allatius, campanas postremis temporibus, id est circa ann. MXL. in usu fuisse apud Græcos; quamquam putem ego fuisse multo ante. Etenim hunc Græcos accepisse a Venetia sub annum DCCCLXXIV. auctor est Andreas Dandulus, in Chronico Mſ. & ex eo Sabellicus Ennead. 9. lib. 1. Sed „direpto postmodum (*ut prosequitur Allatius pag. 102.*) „Imperii capite Byzantio, ditioneque reliqua Græcorum a Turcis occupata, campanarum usus in urbibus, in quibus ipsi degunt, intermissus est, ne per aerem palantes animas, timor vincussus, quiete qua fruuntur, expoliet. Ita fanatici illi homines, ex ethnicorum gentiliumque nugamentis, de animabus philosophantur. Quapropter Sacerdotes Græci ligneo instrumento, ad Græcos in ecclesiam convocandos, utuntur. Id est lignum binarum decempedarum longitudine, duorum digitorum crassitudine, latitudine quatuor, quam optime dedolatum, non fissum aut rimosum, quod ma-

seculo IX. inductæ Venetis,

a Turcis sublatæ,

A „ manu finistra medium tenens Sacerdos vel alius (*qui* „ *Λειτουργικὸν munus obire debet*) dextra malleo ex eo„dem ligno, cursim hinc inde transcurrens, modo in „ unam partem, modo in alteram, prope vel eminus „ ab ipsa sinistra, ita lignum diverberat, ut ictum, „ nunc plenum, nunc gravem, nunc acutum, nunc „ crebrum; nunc eatenium edens, perfecta musices „ scientia auribus suavissime moduletur; & hoc *σημαν*„*τήριον* nuncupatur, magisque proprio nomine *χειρο*„*σήμαντρον*, quod manibus teneatur iisque pulsetur, „ ad differentiam alterius magni; quod *μέγα σήμαντρον* „ dicitur, ex eodem ligno, & in turribus sive campa„nariis, catenis ferreis suis extremitatibus appendi„tur. Illud est insigni magnitudine, ut quandoque „ sex palmos latitudo, unum crassitudo, triginta longi„tudo exæquet, malleoque pro magnitudine Seman„terii pulsetur.

AUCT. N. R. Nunc minus Semanterium, est tabula lignea

majus ex campanilibus ferrea in turribus prostat.

43 Hactenus Allatius, a quo Hieronymus Magius non nihil discrepat, in illo libro quem de Tintinnabulis apud Byzantios inter compedes scripsit. Ibi enim cap. 15. affirmat, Semanterium duobus pulsari mal-
B leis, neque adeo teneri manu. Juvat subjicere ipsius verba quæ hæc sunt. „ Simandrum esse scias ligneam „ tabulam .... Capita foramina habent nonnulla, „ non magna admodum, sed pennæ anserinæ calamo„ve scriptorio pervia. In medio tenuem funiculum „ continet. Qui populum ad templum est convocatu„rus ... ante fores templi vel edito loco tabulam „ prænotatam malleis duobus ligneis pulsat, non sine „ aliqua ratione musica, atque interim in gyrum sen„sim volvitur: quare fit, ut gravior cum non ingra„ta raucedine sonus emittatur. Tabula, non qua la„tior, sed qua arctior est, quasi libræ scapus in sini„stro pulsantis humero quiescit; ac ne pulsando dila„batur, funiculo prædicto mordicus apprehenso reti„netur: manibus enim non licet, tum quod ea appre„hensa sono non parum decedit; tum quia utraque „ manus malleo impeditur. Ambabus enim manibus „ pulsatur hinc inde, ut nunc quædam frequentamen„ta, nunc quasdam pausas audias. Id quod nobis repræsentat hoc schemate.

Prioris forma

C

44 Cum autem dicit Magius illam tabulam non posse teneri manibus, eo quod ea sic apprehensa necesse sit multum de sono decedere, videbitur fortasse aliquibus rejiciendus esse Allatius, qui eam manu sinistra teneri affirmat, & nihilominus suavissimum edere concentum. At facile dissipatur ista ratio: quippe si manu apprehendatur, non ipsa immediate tabula, sed funiculus ille quo tabula in medio libratur & paribus examinatur ponderibus, tam clarus editur sonus, quam si apprehendatur dentibus: quid enim ad sonum interest, manibusne an dentibus funiculus iste teneatur? Et vero mirum est, hoc non succurrisse Magio, delineanti formam Hagiosideri, quod (ut videre est capite sequenti) retinetur manu, funiculum apprehendente. An forte putavit in Hagiosidero non intercludi sonum, intercludi autem in illo alio, quod jam tractamus, Semanterio ligneo? Inepta & ridicula istæc esset opinio: quæ enim hujusce discriminis ratio adinveniri posset? Huc accedit quod potius minuatur sonus, quando percussa tabula pulsantis in humero conquiescit, uti fieri ait Magius. Hic igitur nihil est quod nos cogat ad Allatium deserendum; nihil etiam cur fides abrogetur Magio, qui quæ hic refert, suis ipsemet usurpavit oculis: atque adeo non erit imprudentiæ judicare, locis vel temporibus diversis diversam fuisse pulsandi Semanterii rationem. Lignum vero, ex quo conficitur Semanterium, prædurum est & a Græcis Σφενδάμνο appellatur: *Corrupte*, inquit Allatius, *eo quod non aliud fuerit*, ut ipse quidem existimat, *quam Σφένδαμνος Theophrasti, & Acer Plinii*. Rectene an secus hic censeat, non habeo dicere.

& modus ipsum pulsandi:

D

atque monstra.

E

45 Hoc dico, usum hujuscemodi lignorum esse antiquissimum: id enim colligitur ex Concilio Nicæno II. Act. 4 ubi Euthymius Diaconus & Monachus pro Episcopo Gothiæ hæc legit, ex miraculis S. Anastasii Martyris. *Φέρε δὲ καὶ τὰ ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης γενόμενα ὑπὸ τοῦ Ἁγίου κατὰ τὸ δυνατὸν ἱστορήσωμεν: πλησιασάντων ἐν τῇ ἁγίᾳ πόλει τοῦ Ἁγίου λειψάνου, γνωστὸν γέγονε πάσῃ τῇ πόλει· καὶ εὐφρανθέντες μεγάλως πλησθέντες ἅπαντες, ἀναστάντες, καὶ τὰ ἱερὰ ξύλα σημάναντες συνεδράμοσαν ἅπαντες ἐν τῷ πανσέπτῳ ναῷ τῆς Θεοτόκου, ἐπιλεγομένῳ τῆς νέας.* *Eja nunc, & ea quæ apud Cæsaream Palæstinæ a S. Anastasio facta sunt, quoad ejus fieri potest, enarremus. Cum ad sanctam civitatem appropinquassent Sancti Reliquiæ, id innotuit universæ civitati, & lætitia magna repleti sunt omnes. Et surgentes sacraque ligna percutientes convenerunt in summe venerandum Deiparæ templum, quod dicitur Novæ.* Ligni itidem meminit Joannes Moschus, in Prato Spirit. Cap. 11, *Κρούσαντος τοῦ Κανονάρχου τὸ ξύλον, ἐφ' ᾧ πάντας τοὺς ἀδελφοὺς συναχθῆναι. Canonarcha lignum pulsante ad omnes Fratres congregandos.* Et Theodorus Studita, in carminibus quibus alloquitur Canonarcham.

Lignorum sacrorum usus antiquus

ex Actis S. Anastasii, Persæ,

aliisque probatur.

F

Σάλπιζε καιρῷ τὸ ξύλον καθὼς δέον.

Et tempore & rite, ut tuba, ligno cane.

Alios locos congessit Allatius, congessit & Cangius, quos potest curiosus Lector consulere. Mihi satis debet esse hic paucis ostendisse, quid sit signum minus, quid majus. Extra hæc duo ligna sunt & alia, quæ secuturo capite locum invenient suum. Jam enim signum minus nos ad templum Græcorum vocat, ut in minoribus Vesperis & spectemus congregatos Fratres, & Sacerdotem intonantem audiamus.

46 Sic ergo prosequitur Typicum. ¶ *Συναχθέντων τῶν ἀδελφῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἄρχεται ὁ Ἱερεύς.* ¶ *Congregatis in ecclesia fratribus incipit Sacerdos.*

ΊΕΡΕΥΣ.

Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἀεὶ καὶ νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

ἘΚΚΛΗΣΙΑ'ΡΧΗΣ.

Δεῦτε προσκυνήσωμεν.

¶ Καὶ ψάλλει τὸν προοιμιακὸν ψαλμὸν τό, Εὐλόγει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον, Κύριε ὁ Θεός μου. ἰσοίχῳ φωνῇ καὶ ὁμο-
ρρόθ.

SACERDOS.

Benedictus Deus noster, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

& inchoatur Officium

PRÆSES ECCLESIÆ.

Venite adoremus.

¶ 47 *Et psallit Psalmum proœmiacum*, Benedic, anima mea, Dominum. Domine Deus meus. *tran-*

A μων. Εἶθ' οὕτω λέγομεν τὸ Κύριε ἐκέκραξα, εἰς τὸν ἦχον τ͂ κυριακῆς. Ἱστῶμεν δὲ στίχοις δ'. Καὶ ψάλλομεν στιχηρὰ προσόμοια ἦχο δ', πρὸς τὸ Ὡς γενναῖον ἐν μάρτυσιν.

ΣΤΙΧΗΡΑ ΠΡΟΣΟΜΟΙΑ,

Ἐν τῇ δόξῃ, Βασίλειε, τ͂ Χριστοῦ ἀγαπήσεως ἀναβὰς κατώπτευσας τὰ ἀπόρρητα αὐτοῦ κ) θεῖα μυστήρια, ἅπερ ἀποκαλύψας κ) φανερώσας λαοῖς, εὐσεβείας ὡς κῆρυξ σοφός. Διὸ πρέσβευε ἐκ φθορᾶς κ) κινδύνων λυτρωθῆναι τοὺς πιστῶς ἑπομένους τοῖς σοῖς δόγμασιν, Ὅσιε.

Τὰς συνδέσμους διέλυσας τῶν αἱρέσεων Ὅσιε, τῇ σοφίᾳ τῶν λόγων κ) δογμάτων σου, κ) εἰς ὁμόνοιαν ἤθροισας ὀρθοδόξου πίστεως τοὺς ἀγνώμονας, Χριστὸν εὐφημοῦντας, Γρηγόριε, ὃν ἱκέτευε ἐκ φθορᾶς κ) κινδύνων λυτρωθῆναι τοὺς πιστῶς προσδεχομένους τὰ σὰ θεόφθογγα δόγματα.

Ἀρραγὲς σε θεμέλιον, ὁ Χριστὸς ἐπεστήριξε τῇ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ, Πάτερ ὅσιε, τηρῆσαι ταύτην ἀσάλευτον, κ) ἀκαταμάχητον τῶν ἐχθρῶν ταῖς προσβολαῖς θεορρῆμον Χρυσόστομε; κ) πρεσβεύοντα ἐκ παθῶν ψυχοφθόρων λυτρωθῆναι τοὺς
B διψῶντας τῶν σῶν λόγων κ) νοημάτων τὸ πέλαγος.

Τῆς Τριάδος ἐκλόγια, ἀκήρατα λειμῶνός τε ἄνθη, τὰ μυρίπνοα κ) τερπνότατα, τὰ νοερὰ ὑπάρχοντα ἀκτῖνας ἡλίου, κ) φωτίζοντας τὴν γῆν ταῖς αὐτῶν θείαις λάμψεσιν, εὐφημήσωμεν Ἰωάννην τ͂ μέγαν, σὺν τῷ θείῳ θεολόγῳ Γρηγορίῳ, κ) τ͂ ὑψίνουν Βασίλειον,

Δόξα. Ἦχος πλ. β'.

Ἄνθρωποι τοῦ Θεοῦ κ) πιστοὶ οἰκέται, λειτουργοὶ Κυρίου, ἄνδρες ἐπιθυμιῶν, σκεύη ἐκλογῆς, στῦλοι, κ) στηρίγματα τῆς ἐκκλησίας, βασιλείας κληρονόμοι, μὴ παρασιωπᾶτε τοῦ βοᾶν ὑπὲρ ἡμῶν πρὸς Κύριον.

Καὶ νῦν. Θεοτοκίον

Θεοτόκε, σὺ εἶ ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή.

D quilla & submissa voce. Et eodem modo dicitur Psalmus, Domine clamavi, tono dominicali. Recitantur versiculi tres. Et psalluntur versus prosomii sive similares toni 4. sicut Ὡς γενναῖον ἐν μάρτυσιν. AllCT. N.R.

VERSUS SIMILARES.

48 Christi caritate, Basili, ascendens in altum, contemplatus es recondita ipsius ac divina mysteria, quæ tamquam pietatis præco sapiens detexisti & manifestasti populis. Quare pete, o Sancte, a pernicie periculisque liberari illos qui fideliter sequuntur tua dogmata. *& post versiculos similares*

49 Sermonum tuorum ac dogmatum sapientia, sancte Gregori, solvisti vincula hæresum; & orthodoxæ fidei concordia conjunxisti bonos, agnoscentes & laudantes Christum: a quo pete liberari a pernicie periculisque illos, qui fideliter suscipiunt tua divinitus dictata dogmata.

50 Christus te posuit firmum firmamentum Ecclesiæ suæ, Pater sancte, divina locute Chrysostome, ut eam servares immobilem atque inexpugnabilem adversus inimicorum impetus, & ut peteres letiferis animorum perturbationibus liberari eos, qui sitiunt tuorum sermonum sententiarumque pelagus. E

51 Trinitatis selectos flores, pratique immortalis unguentum exhalantes, atque jucundissimos intelligibilis solis radios, & divinis suis luminibus illuminantes terram, celebremus, Joannem Magnum, divinum Theologum Gregorium, & alta quadam mente præditum Basilium.

Gloria. *Tonus obliquus 2.*

Homines Dei & fideles servi, Sacerdotes Domini, viri desideriorum, vasa electionis, columnæ & fulcimenta Ecclesiæ, regni heredes, ne cessetis pro nobis clamare ad Dominum.

Et nunc. *Mariale.*

Dei Genitrix, Tu es vitis vera.

COMM. 52. *Hic videtur recitari Oratio* Φῶς ἱλαρόν, *saltem quantum possum conjicere ex cap. 20 Typici Eam autem Orationem exhibeo integram, prout extat apud Goarum pag. 32. Euchologii.*

Φῶς ἱλαρὸν ἁγίας δόξης ἀθανάτου Πατρὸς, οὐρανίου, ἁγίου, μάκαρος, Ἰησοῦ Χριστέ, ἐλθόντες ἐπὶ τὴν τοῦ ἡλίου δύσιν, ἰδόντες φῶς ἑσπερινὸν, ὑμνοῦμεν Πατέρα, Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα Θεόν. Ἄξιόν σε ἐν πᾶσι καιροῖς ὑμνεῖσθαι φωναῖς, αἰσίαις, Υἱὲ Θεοῦ, ὁ διδοὺς ζωὴν, διὸ ὁ κόσμος σε δοξάζει.

Lumen jucundum sanctæ gloriæ immortalis Patris, cælestis, sancti, beati, Jesu Christe, provecti ad solis occasum, & cernentes lucem serotinam; Laudamus Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, Deum. Æquum est Te, Fili Dei, largitor vitæ, omni celebrare tempore; ideoque Te mundus totus laudibus prosequitur. *invocatur S. Trinitas*

COMM. 53 *Deinde cantatur psalmus,* Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, Dominus regnavit: *sed quis pracise cum tribus Psalmis ita incipientibus, non indicat Typicum. Tum dicitur Oratio,* Καταξίωσον, *quam in antiquis*
C *Græcorum Ritualibus diu frustra quæsivi. Quare visum fuit eam describere ex Horologio Cryptæ Ferratæ, impresso Romæ anno 1677. Sic ergo sonat,*

Καταξίωσον, Κύριε, ἐν τῇ ἑσπέρᾳ ταύτῃ, ἀναμαρτήτους φυλαχθῆναι ἡμᾶς Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε, ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, κ), αἰνετὸν κ) δεδοξασμένον τὸ ὄνομά σου, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

F Dignare Domine, hoc vespere sine peccato nos custodire. Benedictus es Domine Deus Patrum nostrorum; & laudabile & gloriosum nomen tuum in secula. Amen.

COMM. *Verum an eamdem illam Orationem adhibuerint antiquiores Græci, dubito: quia hoc Horologium habet plurima, quæ sunt ritibus Latinorum potius quam Græcorum conformia. Post Orationem* Καταξίωσον, *quæcumque demum illa fuerit, videntur dici sequentia.*

Εἰς τ͂ στίχον στιχηρὰ προσόμοια. Ἦχος πλ. β'

Τριήμερος ἀνέστης Χριστέ.

Ἡ Χάρις ὑπερίσχυσεν, ἡ πίστις ἐπεκράτησεν, ἐπληρώθη πάντα γνώσεως Θεοῦ, διὰ τῶν Ἀποστόλων, διὰ τῶν Διδασκάλων, κ) σωτηρίαν ἐπλουτίσαμεν.

Στίχος. Καυχήσονται ὅσιοι ἐν δόξῃ.

Οὐράνια μυστήρια, ἀνθρώπινα μαθήματα, χαρισμάτων συνδρομὴ παντοδαπῶν, μετὰ κατορθωμάτων νικώντων πάντα λόγον, τοὺς τρεῖς Ἁγίους ἐθαυμάστωσαν.

Στίχος. Οἱ Ἱερεῖς σου, Κύριε, ἐνδύσονται δικαιοσύνην.

Βασίλειος ὁ ἔνθεος νοῦς, Γρηγόριος ἡ θεία φωνὴ, Ἰωάννης ὁ παγκόσμιος λαμπτὴρ, οἱ τρεῖς τῆς ἀνωτάτω θεράποντες Τριάδος κ) λειτουργοὶ συνδοξαζέσθωσαν.

54 *Ad versiculum versus similares. Ton. obl. 2.*

Sicut Τριήμερος ἀνέστης Χριστέ

Gratia prævaluit, exuperavit fides, scientia Dei impleta sunt omnia, per Apostolos, atque Doctores, & nos salute locupletati sumus.

55 VERSIC. Exultabunt Sancti in gloria.

Cœlestia arcana, humanæ scientiæ, concursus gratiarum omnis generis cum recte factis, superantibus omnem orationem, hos tres Sanctos admirabiles fecere.

56 VERSIC. Sacerdotes tui, Domine, induent justitiam.

Basilius mens Deo plena, Gregorius divina vox, Joannes omni ex parte ornatum candelabrum, tres ministri supremæ Trinitatis ac Sacerdotes conglorificantor.

Glo-

A Agiosiderum, *inquis Magius ille (potius scripsisset* Hagiosiderum) hac forma vidimus. Ferrea erat lamina, quatuor digitorum latitudine, sedecim varo longitudine, funiculo in medio librata. Hæc ferreo malleo ternis interpolatis vicibus ab homine pulsari solet, qui Sacerdotem, Eucharistiam ad ægrotos lectoque decumbentes deferentem, solet præcedere, ut inter transeundum quisque rei admoneatur. *Sed cum Candelapte revertamur ad Templum.* D

AUCT. N. R. *quale etiam usurpatur cum ægris fertur Viaticum.*

¶ Ὑποστρέψας (inquit Typicum) ἵσταται κατέναντι τῶν ἁγίων θυρῶν.

¶ *Reversus Candelaptes stat ante Portas sanctas.*

COMM. *Hæ autem Portæ (ut ait Goarus pag. 24.)* sunt τῷ βήματος, & ad sacrum altare recta iter aperiunt, nomenque hujusmodi sunt sortitæ, quia sancta mysteria per eas proferuntur: vel quia per illas transitum habet Rex omnium & dominorum Dominus, Βασιλικαὶ etiam audire meruerunt. *Sed Goarus* Portas sanctas *confundens cum* Basilicis, *vehementer errat. Cum enim Marcus Hieromonachus, de dubiis Typicis cap. 96. dicat:* Θυμιᾷ τὸ ἕτερον ἀρχόμενος ἀπὸ τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ καταρχόμενος μέχρι τῶν βασιλικῶν πυλῶν, ποιῶν καὶ ἐν αὐτῷ, ὥσπερ καὶ εἰς τὸ ἕτερον. Alium incensat incipiens, a sanctis Portis, & perveniens ad Basilicas Portas usque, id idem quod in alio perficiens; *& paucis interpositis:* Πληρώσας δὲ τὸ θυμιᾶν, καὶ μέλλων εἰσελθεῖν ἐν τῷ ναῷ, χαράττει σταυρὸν ἔμπροσθεν τῶν βασιλικῶν πυλῶν: Fine incensandi facto, ingressurus in templum, ante Portas Basilicas Crucem designat. *Cum, inquam, hæc dicat ille Marcus, quis est qui non videat Portas Sanctas a Basilicis esse diversas? Id idem colligas ex Leone Grammatico, in Michaele Theophili F pag. 466.* Μέχρι δὲ τῶν βασιλικῶν πυλῶν ἐλθὼν ὁ Βασιλεὺς, οὐκ ἀπέθετο τὸ στέφος, καθὼς ἔθος ἐστὶ τοῖς βασιλεῦσι, ἀλλὰ μετ' αὐτοῦ εἰσῆλθεν μέχρι τῶν ἁγίων θυρῶν: Cum Imperator ad Basilicas portas pervenisset, non deponebat coronam, ut erat in more positum institutoque Imperatorum; sed cum ea usque ad sanctas Portas penetravit.

Per Portas sanctas, diversas a Portis basilicis

B

64 *Ergo per Portas basilicas intratur in templum, per Sanctas in* Βῆμα, *sive sacrum adytum, idest, illum templi locum, ubi consistunt Sacerdotes, & quem nulli Laico ingredi fas erat, præterquam Imperatori, cui licuit ibi dona offerre omnium Conditori, idque ex antiquissima traditione, ut est in Synodo Trullana Can. 69. Stante ergo Candelapte ante sanctas Portas.* E

Ingressus Sacerdos

¶ Ὁ Ἱερεὺς ἀναστὰς ποιεῖ μετάνοιαν τῷ Ἡγουμένῳ, ἢ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ, δηλονότι μὴ ἐνδημοῦντος, καὶ ἀπελθὼν, ποιεῖ μετανοίας γ' ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ τοῖς χοροῖς πρὸς μίαν τῶν ἀδελφῶν καθεζομένων.

¶ 65 Surgens Sacerdos inclinat corpus Præfecto, sive Abbati, vel versus locum ipsius, videlicet si præsens non sit: & postquam recessit, inclinat sese tertio ante sanctas Portas, & semel versus considentium Fratrum chorus.

ad sanctum Bema

COMM. *Choros, nimirum dextrum sinistrumque, quomodo etiam apud nos chori psallentium utrimque consideat.*

¶ Εἰσελθὼν δὲ καὶ εἰς τὸ ἅγιον βῆμα, λέγει τὴν εὐχὴν τοῦ θυμιάματος καθ' ἑαυτόν.

¶ *66* Ingressus autem sanctum adytum dicit secreto orationem ad incensationem dici solitam.

quo. secreto

COMM. *Hanc, hic in Typico omissam, Goarus exhibet sequentibus verbis.*

Κατευθυνθήτω ἡ προσευχή μου, ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου, καὶ πρόσδεξαι αὐτὴν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας.

Dirige orationem nostram, ut incensum in conspectu tuo, & suscipe eam in odorem suavitatis.

& quid precetur.

Certe hæc Oratio a Goaro exhibetur pag. 29. neque aliam ego uspiam inveni.

¶ Ὁ δὲ Κανδηλάπτης ἐκφωνεῖ, Κελεύσατε, γεγωνοτέρᾳ φωνῇ, κρατῶν καὶ τὴν λαμπάδα ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ.

¶ Tum Candelaptes, manu præferens lampadem, exclamat elatiore voce, Jubete.

COMM. Quo verbo non jubet *(inquit Goarus loco jam citato)* ut Sacerdote adveniente cuncti surgant: quin potius humilitatis modestiæque demonstrandæ studio, rogat ut jubeant, quasi aliis imperaturi; ut assurgant. *Rem non omnino absimilem facit apud Latinos Lector, qui juxta Petrum Damianum lib. Dominus vobiscum appellato, cap. 2.* benedictionem a Sacerdote dum petit, non rogat ut benedicat; sed ut benedicere jubeat quempiam alium.

egreditur Sacerdos, ad Narthecem

C ¶ Θυμιάσας δὲ ὁ Ἱερεὺς σταυροειδῶς τὴν ἁγίαν τράπεζαν καὶ ὅλον τὸ θυσιαστήριον, ἐξέρχεται διὰ τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ ποιήσας σταυρὸν μετὰ τοῦ θυμιατοῦ κατέναντι τῶν κιγκλίδων, ἀπέρχεται καὶ θυμιᾷ τὴν εἰκόνα τοῦ Ἁγίου, εἶτα κατὰ τὸν Καθηγούμενον, καὶ εἰς τοὺς δύο χοροὺς κατὰ τάξιν, τῆς λαμπάδος δηλονότι προπορευομένης αὐτοῦ. Ὁ δὲ ἐξελθὼν καὶ εἰς τὸν νάρθηκα, καὶ θυμιάσας κατὰ τοὺς Ἀδελφοὺς κατὰ τάξιν ὑποστρέφει.

¶ *67* Cum Sacerdos in formam Crucis incensavit sanctam mensam totumque altare, egreditur sanctis portis, & thuribulo ante cancellos Bematis formata Cruce, abit & incensat imaginem Sancti, *(vel illius qui est Ecclesiæ tutelaris, vel cujus festum agitur)* deinde incensat Præsidem: & duos choros servato ordine, nimirum lampade eum præeunte. Postquam autem egressus est in Narthecem, atque ibi ordine incensavit Fratres, revertitur. F

68 COMM. *Jucundum hic forte Lectori fuerit intelligere, quid sit Templi* Νάρθηξ. *Est ergo proprie* Narthex *locus Pœnitentibus, Catechumenisque atque Energumenis assignatus. At dicere ubi ille fuerit: extrane an intra Ecclesiam, hoc opus, hic labor est: id tamen conabor declarare brevitate quanta potero maxima.*

Allatius quidem Narthecem *qui &* Πρόναος *dicitur, quasi* anterius templum, *iisdem quibus Ecclesiam muris circumscribit, ponitque intra illam: sed Goarus ponit extra, & censet esse Ecclesiæ* Vestibulum, Propylæum *seu* Porticum (Porticale *vulgus appellat) quæ ædis sacræ portis obversatur. Uterque pro se affert auctoritates non leves. Verum puto ego, hanc opinionum varietatem natam esse ex eo, quod non satis observaverint Græcorum ecclesias, alias esse Catholicas, quæ scilicet utrique sexui universim pateant; alias Monasticas; quæ solis viris, si Virorum; vel solis mulieribus, si Sanctimonialium fiat. Nam prioribus Narthex exterior est, posterioribus non item; uti pluribus ostendit eruditus Cangius, ex quo juvat pauca delibare.*

sive vestibulum ecclesiæ:

69 *Postquam præclarus ille Auctor, in Glossario mediæ & infimæ Græcitatis dixisset,* Narthecem *esse* porticum ante templi vestibulum, sic dictam quod FERULÆ speciem præferat, cum in latitudinem ad ipsius ædis faciem diducatur; esseque extra ædem, si Ecclesias Catholicas spectemus, *id quod lib. 3. Constantinopolis Christianæ num. 18. probat ex Procopio, Codino, Theoriano, Silentiario & aliis; statim subdit:* In Monachorum vero Ecclesiis aliter se res habet. Eæ enim in tres partes dividuntur: in Βῆμα seu Sacrarium, suis cancellis disparatum; in Ναὸν, in quo Monachi consistunt, suis pariter cancellis divisum a reliqua Æde, quam Νάρθηκα appellant, quod iis Νάρθηκος vicem præstet; licet non sit revera Νάρ-

AUCT. N.R. *Narthecis situs describitur a Cangio.*

A θηξ, ut qui intra ipsam ædem extet illiusque septa: in qua tamen Νάρθηκος figuram retinet, cum excepto Bemate, potiorem ædis partem obtineat Ναὸς, seu Monachorum Chorus; reliqua parte, ut dixi, in angustum contracta, & in latitudinem diducta, eaque secularibus permissa, tamquam eo instar pœnitentium accedentibus, cum iis intra Ναὸν consistere non liceat. . . . Atque eam ferme etiam monasticarum ecclesiarum formam semper fuisse apud nos seu Latinos, facile concedat, quisquis attentius veteres ejusmodi Monasticas Ædes consideraverit; in quibus Monachorum Chorum, quem CAPSUM Ecclesiæ vocabant (ut quidam volunt) potiorem Ædis partem occupare animadvertet, reliqua secularibus seu Κοσμικοῖς patente. Quidquid igitur in iis Monachorum ecclesiis extra Narthecem est, Ἐξωνάρθηξ & Λωτὸς corrupte dicitur, Ædis scilicet vestibulum, ubi in ecclesiis catholicis Νάρθηξ collocari solet, in cujus discrimen, interiorem Narthecem, Ἐσωνάρθηκα vocant. *Hæc Cangius, quibus scite egregieque positis, & conciliantur discrepantes Doctorum sententiæ, & facile intelliguntur ea quæ prosequitur Typicum.* D

Ingresso Sacerdote portam Regiam

¶ 70 „ Et intrans portam basilicam, sive regiam, thuribulo Crucem effingit.

¶ Καὶ εἰσελθὼν ἔσω τῆς βασιλικῆς πύλης, χιάζει μετὰ τοῦ θυμιατοῦ σταυρόν.

COMM. *Quippe quod ante diximus, per Portas basilicas patere aditum in templum, id de templo catholico intellectum volo, non de monastico; quia in Monasteriorum templis (quale erat illud pro quo scriptum est hoc Typicum) Porta Basilica non fuit porta exterior et & omnium maxima; sed interiores, & quæ e Narthece ducunt ad* Ναὸν *sive Chorum. Quid opus est pluribus? Porta Basilica in hoc ipso Typico intra Monasticam ecclesiam manifeste constituitur. Id quod patebit etiam ex sequentibus. Quapropter Typici seriem repetamus.*

¶ 71 Et elata voce exclamat: BENEDIC DOMINE: & incensat iterum Præsidem vel ipsius locum, deinde Sanctum.

¶ Καὶ ἐκφωνεῖ μεγαλοφώνως, τὸ Κύριε εὐλόγησον, καὶ θυμιᾷ αὖθις τὸν Προεστῶτα ἢ τὸν τόπον αὐτοῦ, εἶτα τὸν Ἅγιον.

B COMM. *De hoc Sancto ante verba fecimus, & ejus imago conspicua est in præcipua Chori sede, ideoque* εἰκὼν στασιδίου τοῦ Ἡγεμόνος *nuncupatur,* E

deinde & sacrum Bema;

¶ Et ingressus in sanctum Bema, ter signum Crucis exprimit thuribulo. Ita demum exclamat: Gloria sanctæ & vivificæ & individuæ Trinitati, semper, nunc, & in perpetuum, & in secula seculorum.

¶ Καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸ ἅγιον βῆμα, ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας τραπέζης, καὶ ποιῶν σταυροὺς τρεῖς μετὰ τοῦ θυμιατοῦ, τηλαυγῶς ἐκφωνεῖ οὕτως. Δόξα τῇ ἁγίᾳ καὶ ὁμοουσίῳ καὶ ζωοποιῷ καὶ ἀδιαιρέτῳ Τριάδι, πάντοτε, νῦν, καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Invitatorium incoatur.

¶ 72 Et dicto Amen, incipit Præses vel Ecclesiarcha; Venite adoremus & procidamus ante Christum Regem nostrum Deum, *dicentes, illud bis elata voce nec sine cantu. Tum iterum:* Venite adoremus & procidamus ante Christum Regem nostrum Deum, *dicentes & illud semel. Deinde sic:* Venite adoremus & procidamus ante ipsum Christum Regem & Deum nostrum.

¶ Καὶ μετὰ τὸ Ἀμήν, ἄρχεται ὁ Προεστὼς ἢ ὁ Ἐκκλησιάρχης, Δεῦτε προσκυνήσωμεν καὶ προσπέσωμεν Χριστῷ τῷ βασιλεῖ ἡμῶν θεῷ, λέγοντες αὐτὸ δὶς μεγαλοφώνως καὶ μετὰ μέλους. Εἶτα πάλιν, Δεῦτε προσκυνήσωμεν καὶ προσπέσωμεν Χριστῷ τῷ βασιλεῖ ἡμῶν θεῷ, λέγοντες καὶ τοῦτο ἅπαξ. Εἶτα οὕτως, Δεῦτε προσκυνήσωμεν καὶ προσπέσωμεν αὐτῷ Χριστῷ, τῷ βασιλεῖ καὶ τῷ θεῷ ἡμῶν.

choro ipsum prosequente,

Postea incipit Ecclesiarcha voce elatiore & tono obliquo 4. (Psalmum 103.) Benedic anima mea Dominum, *concinentibus reliquis Fratribus, lente & cum aliqua modulatione.*

¶ Εἶτα ἄρχεται ὁ Ἐκκλησιάρχης γεγωνοτέρᾳ φωνῇ εἰς ἦχον πλ. δ΄, τό, Εὐλόγει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον, ἀργῶς καὶ μετὰ μέλους, συμψαλλόντων αὐτῷ καὶ τῶν λοιπῶν ἀδελφῶν.

deinde ad suum sedile se recipit:

73 Sacerdos cum Candelapte egressus e sacro adyto, factaque ante sanctas portas reverentia, pariter ac versus alternos choros abit ad suum sedile, ibique stat,

¶ Ὁ δὲ Ἱερεὺς μετὰ τοῦ Κανδηλάπτου ἐξελθὼν τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου, καὶ ποιήσας μετάνοιαν κατενώπιον τῶν ἁγίων θυρῶν, ὡσαύτως καὶ εἰς τοὺς χοροὺς πρὸς μίαν ἀπερχόμενος ἵσταται εἰς τὸ στασίδιον αὐτοῦ,

hujus forma.

C COMM. *Hic observa, Græcos non nisi raro in Ecclesiis sedere, & sedilia esse illis erecta, ut propemodum semper stantes perseverent, &* χειρονομίᾳ, *id est manuum gesticulatione, moderando cantui vacent, innixi interim brachia in sedilium fulcris. Unde factum est, ut sedilia ista dicantur Græce* Στασίδια, *a Stando & erecto corporis statu potius, quam a sedendo.* F

Invitatorio Diaconus subjungit Collectam,

¶ Quando pervenimus ad versiculum *Aperiente te manum tuam*, exhibet Ecclesiarcha reverentiam Præsidi sive Abbati, & repetit versiculum, magis efferens vocem. Absoluto autem Psalmo, Collecta major dicitur a Diacono.

¶ Ὅτε δὲ φθάσωμεν τὸν στίχον, Ἀνοίξαντός σου τὴν χεῖρα, ποιεῖ ὁ Ἐκκλησιάρχης μετάνοιαν τῷ Ἡγουμένῳ, καὶ ἀναφωνεῖ τὸν στίχον ὑψηλότερον· πληρωθέντος δὲ τοῦ ψαλμοῦ, γίνεται συναπτὴ μεγάλη ὑπὸ τοῦ Διακόνου.

74 COMM. *Extat hæc in Euchologio pag. 37. & apud S. Maximum Patriarcham Constantinopolitanum, in libro cui titulus,* Liturgia explicata, *& impresso Venetiis apud Jo. Antonium Julianum.*

In pace Dominum precemur. *Chorus.* Domine miserere.

Ἐν εἰρήνῃ τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν, Ὁ Χορός. Κύριε ἐλέησον.

Pro superna pace, & animarum nostrarum salute, Dominum precemur. *Ch.* Domine miserere.

Ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης, καὶ τῆς σωτηρίας τῶν ψυχῶν ἡμῶν, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Χ. Κύριε ἐλέησον.

qualis habetur in Euchologio.

Pro pace totius mundi, sanctarum Dei Ecclesiarum statu prospero, & omnium concordia, Dominum precemur. *Ch.* Domine miserere.

Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ σύμπαντος κόσμου, εὐσταθείας τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν, καὶ τῆς τῶν πάντων ἑνώσεως, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Χ. Κύριε ἐλέησον.

Pro sancta hac domo, & omnibus cum pietate & Dei timore in eam intrantibus, Dominum precemur. *Ch.* Domine miserere.

Ὑπὲρ τοῦ ἁγίου οἴκου τούτου, καὶ τῶν μετὰ πίστεως, εὐλαβείας, καὶ φόβου Θεοῦ εἰσιόντων ἐν αὐτῷ, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Χ. Κύριε ἐλέησον.

Pro Archiepiscopo nostro N. venerando Presbyterio, ordine Diaconorum in Christo, omni Clero & populo, Dominum precemur. *Ch.* Domine miserere.

Ὑπὲρ τοῦ Ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν, ὁ δεῖνα, τοῦ τιμίου πρεσβυτερίου, τῆς ἐν Χριστῷ διακονίας, παντὸς τοῦ κλήρου καὶ τοῦ λαοῦ, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Χ. Κύριε ἐλέησον.

Pro hoc sancto monasterio, universa civitate, &

Ὑπὲρ τῆς ἁγίας μονῆς ταύτης, πάσης πόλεως, χώρας,

καὶ τῶν

A ξ τῶν πίστει οἰκούντων ἐν αὐταῖς, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. X. Κύριε ἐλέησον.

Ὑπὲρ εὐκρασίας ἀέρων, εὐφορίας τῶν καρπῶν τῆς γῆς, ϗ καιρῶν εἰρηνικῶν, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. X. Κύριε ἐλέησον.

Ὑπὲρ πλεόντων, ὁδοιπορούντων, νοσούντων, καμνόντων, αἰχμαλώτων, καὶ τῆς σωτηρίας αὐτῶν, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. X. Κύριε ἐλέησον.

Ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς ἀπὸ πάσης θλίψεως, ὀργῆς, ϗ ἀνάγκης, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. X. Κύριε ἐλέησον.

Ἀντιλαβοῦ, σῶσον, ἐλέησον, ϗ διαφύλαξον ἡμᾶς ὁ Θεὸς, τῇ σῇ χάριτι. X. Κύριε ἐλέησον.

Τῆς παναγίας, ἀχράντου, ὑπερευλογημένης, ἐνδόξου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, ϗ ἀεὶ παρθένου Μαρίας, μετὰ πάντων τῶν Ἁγίων μνημονεύσαντες, ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους πᾶσαν τὴν ζωὴν ἡμῶν Χριστῷ τῷ Θεῷ παραθώμεθα. X. Σοὶ Κύριε.

¶ Καὶ ἐκφωνεῖ ὁ Ἱερεὺς, Ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμὴ ϗ προσκύνησις, τῷ Πατρὶ, ϗ τῷ Υἱῷ, ϗ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν ϗ ἀεὶ, ϗ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν

B αἰώνων. Ἀμήν.

¶ Ἰστέον δὲ ὅτι ὅταν λέγομεν τὸ, Ἀνοίξαντός σου τὴν χεῖρα, ὁ Ἱερεὺς ἀπελθὼν λέγει τὰς εὐχὰς τὰς λυχνικὰς, ἱστάμενος ἀσκεπὴς, ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν.

regione, & pro omnibus fidelibus in ipsis habitantibus, D Dominum precemur. *Ch.* Domine miserere. AUCT. N.R.

Pro aeris temperie, fructuum terræ ubertate, & tranquillis anni tempestatibus obtinendis; Dominum precemur. *Ch.* Domine miserere.

Pro navigantibus, iter agentibus, infirmis, laborantibus, captivis, & eorum falute, Dominum precemur. *Ch.* Domine miserere.

Ut liberemur ab omni ærumna, plaga, & necessitate, Dominum precemur. *Ch.* Domine miserere.

Suscipe, serva, miserere &, custodi nos, Deus, tua gratia. *Ch.* Domine miserere.

Sanctissimæ, intemeratæ, super omnes benedictæ, gloriosæ Dominæ nostræ Deiparæ, & semper Virginis Mariæ ac omnium Sanctorum memoriam agentes, nos ipsos, & invicem, & vitam nostram Christo Deo commendemus: *Ch.* Tibi Domine.

¶ 75 *Et exclamat Sacerdos.* Quia convenit tibi omnis gloria, honor & adoratio, Patri, & Filio, & Spiritui sancto: nunc & semper & in secula seculorum. Amen.

¶ *Sciendum autem est, quod quando dicimus versiculum* Aperiente te manum, *Sacerdos abeat & recitet orationes Lucernarii stans detecto ante sanctas fores.* E *Concludit autem ipse Sacerdos.*

COMM. *Ex hac loco conficitur,* Ἑσπερινὸν *inter &* Λυχνικὸν *discrimen esse non modicum. Quippe* Ἑσπερινὸν *est, totum Officium Vespertinum,* Λυχνικὸν *vero seu* Lucernarium *est tantum aliqua ejus pars, seu paucule orationes, quas non gravabor describere.*

ΕΥΧΗ. α'.

Κύριε οἰκτίρμον ϗ ἐλεῆμον, μακρόθυμε, ϗ πολυέλεε, ἐνώτισαι τὴν προσευχὴν ἡμῶν, καὶ πρόσχες τῇ φωνῇ τῆς δεήσεως ἡμῶν· ποίησον μεθ᾽ ἡμῶν σημεῖον εἰς ἀγαθόν· ὁδήγησον ἡμᾶς ἐν τῇ ὁδῷ σου, τοῦ πορεύεσθαι ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου· εὔφρανον τὰς καρδίας ἡμῶν εἰς τὸ φοβεῖσθαι τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον, διότι μέγας εἶ σὺ καὶ ποιῶν θαυμάσια· σὺ εἶ Θεὸς μόνος, καὶ οὐκ ἔστιν ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς, Κύριε, δυνατὸς ἐν ἐλέει, ϗ ἀγαθὸς ἐν ἰσχύϊ, εἰς τὸ βοηθεῖν, ϗ παρακαλεῖν, ϗ σώζειν πάντας τοὺς ἐλπίζοντας εἰς ὄνομά σου τὸ ἅγιον· ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμὴ ϗ προσκύνησις, τῷ Πατρὶ, ϗ τῷ Υἱῷ, ϗ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, ϗ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΕΥΧΗ β'.

Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς ἡμᾶς, μηδὲ τῇ ὀργῇ

C σου παιδεύσῃς ἡμᾶς· ἀλλὰ ποίησον μεθ᾽ ἡμῶν κατὰ τὴν ἐπιείκειάν σου, Ἰατρὲ ϗ θεραπευτὰ τῶν ψυχῶν ἡμῶν, ὁδήγησον ἡμᾶς ἐπὶ λιμένα θελήματός σου· φώτισον τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν καρδιῶν ἡμῶν, εἰς ἐπίγνωσιν τῆς σῆς ἀληθείας· ϗ δώρησαι ἡμῖν τὸ λοιπὸν τῆς παρούσης ἡμέρας, εἰρηνικὸν ϗ ἀναμάρτητον, ϗ πάντα τὸν χρόνον τῆς ζωῆς ἡμῶν, πρεσβείαις τῆς ἁγίας Θεοτόκου ϗ πάντων τῶν Ἁγίων. Ὅτι σὸν τὸ κράτος, ϗ σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, ϗ ἡ δύναμις, ϗ ἡ δόξα, τοῦ Πατρὸς, ϗ τοῦ Υἱοῦ, ϗ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν ϗ ἀεὶ, ϗ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΕΥΧΗ γ'.

Κύριε, ὁ Θεὸς ἡμῶν, μνήσθητι ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν ϗ ἀχρείων δούλων σου, ἐν τῷ ἐπικαλεῖσθαι ἡμᾶς τὸ ἅγιον ὄνομά σου· ϗ μὴ καταισχύνῃς ἡμᾶς ἀπὸ τῆς προσδοκίας τοῦ ἐλέους σου, ἀλλὰ χάρισαι ἡμῖν Κύριε πάντα τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτήματα, ϗ ἀξίωσον ἡμᾶς ἀγαπᾷν ϗ φοβεῖσθαί σε ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ἡμῶν, ϗ ποιεῖν ἐν πᾶσι τὸ θέλημά σου. Ὅτι ἀγαθὸς ϗ φιλάνθρωπος Θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, ϗ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, ϗ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΕΥΧΗ δ'.

Ὁ τοῖς ἀσιγήτοις ὕμνοις καὶ ἀπαύστοις δοξολογίαις ὑπὸ τῶν ἁγίων δυνάμεων ἀνυμνούμενος, πλήρωσον τὸ στόμα ἡμῶν τῆς αἰνέσεώς σου, τοῦ δοῦναι μεγαλωσύνην τῷ ὀνόματι

ORATIO I.

76 Domine misericors & benigne, longanimis & multum elemens, auribus percipe deprecationem nostram, & attende voci orationis nostræ: fac nobiscum signum in bonum: deduc nos in via tua, ut in veritate tua ambulemus. Exhilara corda nostra, ut timeamus nomen sanctum tuum: quia magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus, & non est similis tui in diis, Domine, potens in misericordia & bonus in virtute, ut succurras & consoleris & serves omnes sperantes in nomine tuo. Quia convenit tibi omnis gloria, honor & adoratio, Patri & Filio & sancto Spiritui: nunc & semper & in secula seculorum. Amen.

ORATIO II.

77 Domine, ne in furore tuo arguas nos, neque in ira tua corripias nos: sed fac nobiscum secundum misericordiam tuam, medice & curator animarum nostrarum; perduc nos ad portum voluntatis tuæ; oculos cordium nostrorum illumina in tuæ veritatis F agnitionem, atque hujusce diei reliquum, omneque vitæ nostræ tempus pacificum, & a peccato liberum esse largire; intercessionibus sanctæ Dei Genitricis & omnium Sanctorum. Quia tua est potestas, tuum est regnum & virtus & gloria, Patris & Filii & sancti Spiritus, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

ORATIO III.

78 Domine Deus noster, memento nostri peccatorum & inutilium servorum tuorum, cum invocamus sanctum nomen tuum; & ne confundas nos a misericordiæ tuæ expectatione; sed omnia ad salutem facientia postulata concede; & fac ut amemus & timeamus te ex toto corde, & in omnibus voluntatem tuam exequamur. Quia bonus & hominum amans Deus es, tibique gloriam rependimus, Patri, & Filio, & sancto Spiritui, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

ORATIO IV.

79 Qui non tacituris laudibus & numquam finiendа glorificatione a sanctis virtutibus celebraris; imple os nostrum laude tua, ut nomini tuo sancto red-

A AUCT. N.R. damus magnificentiam: & cum omnibus qui te in veritate timent, & mandata tua observant, partem & sortem nobis impertite, precibus sanctæ Deiparæ & omnium Sanctorum tuorum. Quia convenit tibi omnis gloria, honor & adoratio, Patri, & Filio, & sancto Spiritui, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

ORATIO V.

81 Domine, Domine, qui illibata tua manu continens omnia, qui longanimis es super nos omnes, & quis super nostris vitiis pœnitentiam agis; reminiscere miserationum tuarum & misericordiæ tuæ; respice nos in bonitate tua, & concede, ut & reliquo hujus diei tempore varias maligni machinationes effugere tua gratia valeamus. Custodi vitam nostram ab insidiis liberam, gratia sanctissimi tui Spiritus, misericordia & benignitate unigeniti tui Filii, cum quo benedictus es, cum sanctissimo & bono & vivifico tuo Spiritu, nunc & semper & in secula seculorum. Amen.

ORATIO VI.

B 82 Deus magne & admirabilis, qui in effabili bonitate & abundante providentia cuncta administras: qui datis nobis hujus mundi bonis, etiam promissum regnum nobis obstrinxisti; qui præterita diei parte per concessa bona nos deduxisti: da nobis ut residuam quoque partem inculpate coram sancta gloria tua transigere possimus, & te solum bonum & benignum Deum nostrum collaudare. Quia tu es Deus noster, & tibi gloriam referimus, Patri, & Filio, & sancto Spiritui, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

ORATIO VII.

83 Deus magne & excelse, qui solus habes immortalitatem; qui lucem habitas inaccessam; qui creaturam omnem in sapientia condidisti; qui divisisti lucem a tenebris; qui constituisti solem ut præesset diei, lunam vero ac stellas ut præessent nocti; qui nos peccatores & hac hora præoccupare faciem tuam in confessione, & vespertinas tibi laudes offerre voluisti; ipse benigne dirige orationem nostram, sicut incensum in conspectu tuo, & eam in odorem suavitatis admitte. Sed & præsentem vesperam & sequentem noctem nobis tribue pacificam. Lucis armis indue nos. Libera nos a timore nocturno, & omni negotio C perambulante in tenebris. Somnum, quem in nostræ infirmitatis requiem dedisti, da ab omni diabolica cogitatione liberum. Ita, Domine, bonorum largitor; ut in cubilibus nostris compuncti, meminerimus noctu nominis tui; & commentatione mandatorum tuorum illustrati, in animi exultatione, ad dicendam bonitatis tuæ gloriam, exurgamus; preces & supplicationes tuæ misericordiæ offerentes, pro peccatis propriis & cuncti populi tui, quem precibus sanctæ Dei Genitricis clementer protege. Quia bonus & hominum amans Deus es, tibique gloriam rependimus, Patri, & Filio, & Spiritui sancto; nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

Jam vero nos Typicum revocat, sic habens,

¶ 85 Postea, recitatur Καθισμα, *Beatus vir*, cum modulatione ad Tonum obliquum quartum.

σε τῷ ἁγίῳ· καὶ δὸς ἡμῖν μερίδα καὶ κλῆρον μετὰ πάν- D των τῶν φοβουμένων σε ἐν ἀληθείᾳ, καὶ φυλασσόντων τὰς ἐντολάς σου, πρεσβείαις τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ πάντων τῶν Ἁγίων σου. Ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΕΥΧΗ δ.

Κύριε, Κύριε, ὁ τῇ ἀχράντῳ σου παλάμῃ συνέχων τὰ σύμπαντα, μακροθυμῶν ἐπὶ πάντας ἡμᾶς, καὶ μετανοῶν ἐπὶ ταῖς κακίαις ἡμῶν, μνήσθητι τῶν οἰκτιρμῶν σου, καὶ τοῦ ἐλέους σου· ἐπίσκεψαι ἡμᾶς ἐν τῇ ἀγαθότητί σου, καὶ δὸς ἡμῖν διαφυγεῖν καὶ τὸ λοιπὸν τῆς παρούσης ἡμέρας τῇ σῇ χάριτι, ἐκ τῶν τοῦ πονηροῦ ποικίλων μηχανημάτων. Ἀνεπιβούλευτον τὴν ζωὴν ἡμῶν διαφύλαξον τῇ χάριτι τοῦ παναγίου σου Πνεύματος, ἐλέει καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΕΥΧΗ ς.

Ὁ Θεὸς ὁ μέγας καὶ θαυμαστὸς, ὁ ἀνεκδιηγήτῳ ἀγαθωσύνῃ καὶ πλουσίᾳ προνοίᾳ διοικῶν τὰ σύμπαντα· ὁ καὶ τὰ ἐγκόσμια ἀγαθὰ ἡμῖν δωρησάμενος, καὶ κατεγγυήσας ἡμῖν τὴν ἐπηγγελμένην βασιλείαν· διὰ τῶν ἤδη κεχαρισμένων ἀγαθῶν ὁδοποιήσας ἡμῖν, καὶ τὸ ἡμερινὸν τοῦτο παρελθὸν μέρος, ἀπὸ παντὸς ἐκκλίναι κακοῦ, δώρησαι ἡμῖν καὶ τὸ ὑπόλοιπον, ἀμέμπτως ἐκτελέσαι ἐνώπιον τῆς ἁγίας δόξης σου, ὑμνεῖν σε τὸν μόνον ἀγαθὸν, καὶ φιλάνθρωπον Θεὸν ἡμῶν. Ὅτι σὺ εἶ, ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

ΕΥΧΗ ζ.

Ὁ Θεὸς ὁ μέγας καὶ ὕψιστος, ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, ὁ πᾶσαν τὴν κτίσιν ἐν σοφίᾳ δημιουργήσας, ὁ διαχωρίσας ἀναμέσον τοῦ φωτὸς, καὶ ἀναμέσον τοῦ σκότους, καὶ τὸν ἥλιον θέμενος εἰς ἐξουσίαν τῆς ἡμέρας, σελήνην δὲ καὶ ἀστέρας εἰς ἐξουσίαν τῆς νυκτὸς, ὁ καταξιώσας ἡμᾶς τοὺς ἁμαρτωλοὺς, καὶ ἐπὶ τῆς παρούσης ὥρας, προφθάσαι τὸ πρόσωπόν σου ἐν ἐξομολογήσει, καὶ τὴν ἑσπερινήν σοι δοξολογίαν προσαγαγεῖν· αὐτὸς, φιλάνθρωπε, κατεύθυνον τὴν προσευχὴν ἡμῶν ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου, καὶ πρόσδεξαι αὐτὴν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας· παράσχου δὲ ἡμῖν τὴν παροῦσαν ἑσπέραν, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα, εἰρηνικήν. Ἔνδυσον ἡμᾶς ὅπλα φωτός. Ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ φόβου νυκτερινοῦ, καὶ παντὸς πράγματος ἐν σκότει διαπορευομένου· καὶ δὸς τὸν ὕπνον, ὃν εἰς ἀνάπαυσιν τῇ ἀσθενείᾳ ἡμῶν ἐδωρήσω, πάσης διαβολικῆς φαντασίας ἀπηλλαγμένον. Ναὶ, Δέσποτα, τῶν ἀγαθῶν χορηγὲ, ἵνα καὶ ἐπὶ ταῖς κοίταις ἡμῶν κατανυγόμενοι, μνημονεύωμεν ἐν νυκτὶ τοῦ ὀνόματός σου, καὶ τῇ μελέτῃ τῶν σῶν ἐντολῶν καταυγαζόμενοι, ἐν ἀγαλλιάσει ψυχῆς, διανιστώμεθα πρὸς δοξολογίαν τῆς σῆς ἀγαθότητος, δεήσεις καὶ ἱκεσίας τῇ σῇ εὐσπλαγχνίᾳ προσάγοντες, ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων, καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ σου· ὃν ταῖς πρεσβείαις τῆς ἁγίας Θεοτόκου, ἐν ἐλέει ἐπίσκεψαι· ὅτι ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, F καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

¶ Εἶτα στιχολογοῦμεν τὸ κάθισμα, ἦχος πλ. δ', Μακάριος ἀνὴρ μετὰ μέλους εἰς ἦχον πλ. δ'.

Postea recitatur unum ex Cathismatis viginti — COMM. *Hic autem non puto unicum illum Psalmum jam dictum recitandum esse; sed insuper septem sequentes, sive octo primos.* Καθισματα *enim apud Græcos vocantur divisiones seu sectiones totius Psalterii, eaque sunt numero viginti. Ac primum quidem* Καθισμα *continet Psalmos octo, a* I. *ad* VIII. *Secundum a* IX *ad* XVI, *Tertium a* XVII. *ad* XXIII. *Quartum* XXIV. *ad* XXXI. *Quintum a* XXXII. *ad* XXXVI. *Sextum a* XXXVII, *ad* XLV. *Septimum a* XLVI. *ad* LIV. *Octavum a* LV. *ad* LXIII. *Nonum a* LXIV. *ad* LXIX. *Decimum a* LXX. *ad* LXXVI. *Undecimum a* LXXVII. *ad* LXXXIV, *Duodecimum a* LXXXV. *ad* XC. *Decimum tertium a* XCI. *ad* C. *Decimum quartum a* CI. *ad* CIV. *Decimum quintum a* CV. *ad* CVIII. *Decimum sextum a* CIX. *ad* CXVII. *Decimum septimum solum habet Psalmum* CXVIII. Beati immaculati: *quo completur istud* Καθισμα *propter prolixitatem, Decimum octavum, a* CXIX. *ad* CXXXI. *Decimum nonum a* CXXXI. *ad* CXLII. *Vigesimum reliquos usque ad* CL. *Ita post Meursium Cangius, additque singula ista* Καθισματα *dividi in tres partes, quæ cum,* Gloria

in una dividitur tertium Psalterium,

Patri,

A Patri, *terminantur, aliter ac fit in Ecclesia Latina, quæ dictum doxologiam post singulos Psalmos recitat. Dividitur pariter, decimum septimum Cathisma in tres partes, quæ eadem glorificatione terminantur. Illiusmodi autem Cathismatum divisiones dicantur* Στάσεις. *Igitur dum Typicum dicit, recitandum esse* Κάθισμα τὸ Μακάριος, *Octo primos Psalmos recitandos esse insinuat.* Alia item significatio est vocis στάσιμα. Sed de illa agendi ansa dabitur secutura Capite. D AUCT. N.R. *Intercurrere Doxologia.*

¶ Εἰς δὲ τὸν γ' ψαλμὸν λέγομεν μικρὸν τὸ δεύτερον καὶ τρίτον ἀντίφωνον εἰς τὸν ἦχον τῆς ἡμέρας.

¶ 86 Ad Psalmum tertium; dicimus secundum & tertium Antiphonum tono diei.

87 COMM. *Hic noto, quod, quamvis* Antiphona *&* Antiphonum, *ab uno & eodem Græco vocabulo originem trahant, tamen hoc apud Græcos non sonat idem, quod illa apud Latinos.* Antiphona *namque (ut est apud Goaram Pag. 123.) est sententia vel modulus cuilibet Psalmo decantato adjunctus, & quasi ex opposito respondens.* Antiphonum *autem, ut hic usurpatur, sunt plures versus Psalmi unius, ad quorum singulos, una & eadem fit semper ab altero Choro responsio. Et propter hanc unam & reciprocam sententiam semper illatam:* Ἀντίφωνον *quasi vox opposita seu vocis oppositio vocatur.* Ἀντίφωνον *autem (quale unum ad Matutinum profecam) dividitur in primum, secundum & tertium. Primum est in quo post singulos versus recitatur,* Ταῖς πρεσβείαις τῆς Θεοτόκου, Σῶτερ σῶσον ἡμᾶς. Precibus Deiparæ, Servator, Serva nos. *Secundum, in quo recitatur post versus singulos,* Ταῖς πρεσβείαις τῶν Ἁγίων σῶσον ἡμᾶς. Precibus Sanctorum serva nos. *Tertium denique in quo, singulis versibus subjungitur aliquid solennitatem utcumque exprimens, ut in die Paschatis,* Σῶσον ἡμᾶς, Υἱὲ Θεοῦ ὁ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν ψάλλοντάς σοι, Ἀλληλούϊα. Fili Dei, qui resurrexisti a mortuis, serva nos, qui laudamus te, Alleluja. *Et in hoc festo trium Doctorum:* Σῶσον ἡμᾶς Υἱὲ Θεοῦ μονογενές, ὁ ἐν Ἁγίοις θαυμαστός, ψάλλοντάς σοι, Ἀλληλούϊα. Fili Dei unigenite, qui es mirabilis in Sanctis, serva nos, qui laudamus te, Alleluja. *ant & primo secundo vel tertio antiphono.*

B ¶ Εἰς ἑκάστῳ δὲ Ἀντιφώνῳ ποιεῖ ὁ Διάκονος μικρὰν Συναπτήν.

Ἔτι καὶ ἔτι ἐν εἰρήνῃ, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Ὁ χορός. Κύριε ἐλέησον.

Ἀντιλαβοῦ, σῶσον, ἐλέησον, καὶ διαφύλαξον ἡμᾶς ὁ Θεὸς τῇ σῇ χάριτι. Χ. Κύριε ἐλέησον.

Τῆς παναγίας, ἀχράντου, ὑπερευλογημένης, ἐνδόξου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, μετὰ πάντων τῶν Ἁγίων μνημονεύσαντες, ἑαυτούς, καὶ ἀλλήλους, καὶ πᾶσαν τὴν ζωὴν ἡμῶν, Χριστῷ τῷ Θεῷ παραθώμεθα. Χ. Σοὶ Κύριε. Καὶ ὁ Ἱερεὺς ἐκφωνεῖ Ὅτι σὸν τὸ κράτος, καὶ σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα τοῦ Πατρός, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ὁ χόρ. Ἀμήν.

¶ Ὁ δὲ τυχὼν μοναχὸς Κανονάρχης, μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῆς συνήθους ψαλμολογίας, λέγει τὸν ἦχον, καὶ ψάλλομεν, Κύριε ἐκέκραξα, εἰς τὸν τυχόντα ἦχον τῆς Ὀκτωήχου.

¶ In unoquoque Antiphono dicit Diaconus Collectam parvam, *quæ hæc est.* *Diaconus parvam Collectam subjicit*

88 Iterum iterumq; in pace Dominum deprecemur. *Chorus.* Domine miserere.

Suscipe, serva, miserere & custodi nos, Deus, tua gratia. *Ch.* Domine miserere. E

Sanctissimæ, intemeratæ, super omnes benedictæ, gloriosæ Dominæ nostræ Deiparæ & semper Virginis Mariæ cum omnibus Sanctis memoriam recolentes, nos ipsos, & invicem & totam vitam nostram, Christo Deo commendemus. *Ch.* Tibi Domine. *Et succlamat Sacerdos.* Quia tua est potentia, & tuum est regnum & virtus & gloria Patris, & Filii, & Spiritus sancti. *Ch* Amen.

¶ Solita Psalmorum recitatione jam absoluta, designatus monachus Canonarcha, tonum suggerit & psallimus *Domine clamavi*, juxta Tonum in Octoecho occurrentem.

89 COMM. *Suggerit autem Canonarcha Tonum illum stans in medio Ecclesiæ, ut me docet Philotheus Patriarcha Constantinopolitanus in Ordine sacri Ministerii.*

¶ Εἶτα θυμιᾷ ὁ Ἱερεύς, ἢ Διάκονος, ὡς ἔθος ἐστί, ποιῶν τὴν συνήθη μετάνοιαν τῷ Καθηγουμένῳ. Ἡμεῖς δὲ λέγομεν στίχους ί. ἀπὸ τοῦ, Ἐξάγαγε ἐκ φυλακῆς.

¶ Posthæc Sacerdos vel Diaconus (ut moris est) thus adolet, consuetam exhibens reverentiam Antistiti vel Abbati. Nos vero recitamus Versiculos decem, ab, *Educ e custodia.*

C 90 COMM. *Est hic ultimus Versiculus Psalmi* CXLI. *ut ergo habeantur versiculi decem, continuatur cantus per novem primos Versiculos Psalmi sequentis. At vero, festo horum trium Doctorum, non recitantur nisi Versiculi octo, quemadmodum videre est ex Menæis, ubi & dicantur post illos Versiculos psalli Versus sive Stichera Prosomœa tono tertio sicut* Ὡς γενναῖον ἐν μάρτυσιν. *Scito assignari tantum quatuor, sed dicenda bis, ut fiant quasi octo, uti indicant Menæa subjiciendo singulis in rubrica vocem* Δίς, Bis. *In Typico autem idem sic exprimitur.* Ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ, ἱστῶμεν Στιχηρὰ η', διπλοῦντες αὐτά. Hoc die canimus Versiculos octo, ipsos duplicantes, *scilicet Stichera illa quatuor quæ in Menæis habentur, ut sequitur.* F

Τὰ τῆς χάριτος ὄργανα, τὰς κιθάρας τοῦ Πνεύματος, τὰς διαπρυσίους σάλπιγγας τοῦ κηρύγματος, τὰς φοβερὸν καὶ ἐξάκουστον ἐξ ὕψους ἠχούσας βροντάς, καὶ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ γνωρίζούσας τοῖς πέρασι· τοὺς τρεῖς κήρυκας τῆς μεγάλης Τριάδος, Ἰωάννην καὶ Βασίλειον ἀξίως σὺν Γρηγορίῳ τιμήσωμεν. Δίς.

91 Instrumenta gratiæ; Spiritus citharas; insignes Evangelii tubas: terrificum & altum resonantia in cœlo tonitrua, Deique gloriam annuntiantia finibus terræ; præcones trigeminos magnæ Trinitatis, Joannem & Basilium cum Gregorio digne honoremus. *Bis.*

Τῆς Τριάδος οἱ πρόμαχοι, εὐσεβείας οἱ πρόβολοι, οἱ μετὰ τοὺς δώδεκα τρεῖς Ἀπόστολοι, οἱ ἐξ Ἐδὲμ ἀναβλύζοντες τὸ ζῶν ὕδωρ ποταμοί, καὶ τὸ πρόσωπον τῆς γῆς ζωηρρύτοις ποτίζοντες θείοις ῥεύμασι· τὰ μεγάλα στοιχεῖα τὰ τὴν πίστιν, ὥσπερ κτίσιν συνέχοντα, ἀξιοχρέως τιμάσθωσαν. Δίς.

92 Trinitatis propugnatores; pietatis defensores; post illos duodecim, tres Apostoli; flumina aquam vivam vehentia ex Edem, & faciem terræ divino ac vivifico fluxu rigantia; magna elementa, fidem veluti aliquam fabricam constituentia, jure merito honorantur. *Bis.*

Οὐκ εἰσὶ λαλιαί, οὐδὲ λόγοι λεγόμενοι, ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν· εἰς πᾶσαν γῆν γὰρ καὶ θάλασσαν ὁ φθόγγος ἐξῆλθε τῶν ἐνθέων καὶ σοφῶν διδασκάλων τῆς πίστεως· ὅθεν ἅπαντα τοῖς αὐτῶν θείοις νόμοις συγκρατοῦνται καὶ συνέχονται πρὸς μίαν ὀρθοδοξίαν τὰ πέρατα. Δίς.

93 Non sunt loquelæ, inquit, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum. Nam in omnem terram & mare exivit istorum divino afflatorum Numine & sapientium magistrorum sonus: unde ipsorum legibus optime in fidei integritate continentur & conservantur fines orbis terræ. *Bis.*

Τὰ τοῦ Πνεύματος ὄργανα τὰς ἐνθέους τὰς σάλπιγγας,

94 Spiritus organa, veritatis buccinas, Verbi

A Auct. N.R. Dei oratores lætis prosequamur canticis; & eorum dogmata sequentes, rogitemus eos supplices, ut pro ea, quam habent apud Dominum, fiducia, petant firmam pacem in perpetuum mundo dari, nobis autem veniam. *Bis.*

τοὺς τοῦ λόγου ῥήτορας, εὐφημήσωμεν φωναῖς ᾀσμάτων, τοῖς αὐτῶν δόγμασιν ἑπόμενοι· ἱκετεύοντες αὐτοὺς παρρησίαν ὡς ἔχοντας πρὸς τὸν Κύριον, δωρηθῆναι εἰρήνην σταθερὰν μέχρι αἰῶνος τῇ οἰκουμένῃ, ἡμῖν δὲ πταισμάτων συγχώρησιν. Δίς.

Gloria. *Tonus obliquus 2.*

95 Mysticas hodie celebremus Spiritus tubas, Deo impletos Patres, modulatos in medio Ecclesiæ concinnum theologiæ melos; scilicet unam Trinitatem immutabilem, essentiamque ac divinitatem; domitores Arii, & Orthodoxorum antesignanos, continenter orantes Dominum, ut nostrarum animarum misereatur.

Δόξα. ἦχος πλ. β'.

Τὰς μυστικὰς σήμερον τοῦ Πνεύματος σάλπιγγας, τοὺς θεοφόρους πατέρας ἀνευφημήσωμεν, τοὺς μελῳδήσαντας ἐν μέσῳ τῆς Ἐκκλησίας μέλος ἐναρμόνιον θεολογίας, Τριάδα μίαν ἀπαράλλακτον οὐσίαν τε καὶ θεότητα, τοὺς καθαιρέτας Ἀρείου καὶ ὀρθοδόξων προμάχους. οἳ πρεσβεύουσι πάντοτε Κυρίῳ ἐλεηθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Et nunc. *Mariale.*

96 Quis te, Virgo sanctissima, non beatam prædicet? Quis non celebret tuum sine virili ope partum? Quippe qui ante omne tempus ex Patre effulsit Filius unigenitus, ille idem ex te, Purissima, prodivit, ineffabiliter incarnatus; natura Deus existens, & natura factus homo propter nos; non in duas divisus personas, sed in duabus naturis inconfusibiliter cognoscendus. Hunc ora, o Augusta & Beatissima, ut nostrarum animarum misereatur.

B

Καὶ νῦν. Θεοτοκίον.

Τίς μὴ μακαρίσει σε, παναγία Παρθένε; Τίς μὴ ἀνυμνήσει σου τὸν ἀλόχευτον τόκον; ὁ γὰρ ἀχρόνως ἐκ Πατρὸς ἐκλάμψας Υἱὸς μονογενὴς, ὁ αὐτὸς ἐκ σοῦ τῆς ἁγνῆς προῆλθεν, ἀφράστως σαρκωθεὶς· φύσει Θεὸς ὑπάρχων, καὶ φύσει γενόμενος ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς· οὐκ εἰς δυάδα προσώπων τεμνόμενος, ἀλλ' ἐν δυάδι φύσεων ἀσυγχύτως γνωριζόμενος. Αὐτὸν ἱκέτευε, σεμνὴ παμμακάριστε, ἐλεηθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

97 *Habe jam iterum verba Typici, ut discas, quæ fiunt post decantata hæc Stichera:*

Egressus Sacerdotis cum ministris ex Diaconico,

¶ Secedunt Sacerdos & Diaconus faciuntque reverentiam Præsidi, aut versus ipsius locum, ut ante dictum est, & mutant sacram stolam in Diaconico. Et exeuntes ad templum introeunt cum incenso, præcedentibus ipsos lampadibus. Fratres autem omnes teguntur, in unum coeuntibus duobus Choris.

¶ Ἀπέρχεται ὁ Ἱερεὺς καὶ ὁ Διάκονος, καὶ ποιοῦσι μετάνοιαν τῷ Προεστῶτι, ἢ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ ὡς προείρηται, καὶ ἀλλάσσουσι τὴν ἱερατικὴν στολὴν ἐν τῷ διακονικῷ. Καὶ ἐξελθόντες ἐν τῷ ναῷ εἰσοδεύουσι μετὰ τοῦ θυμιατοῦ, τῶν λαμπάδων προπορευομένων αὐτοῖς. Οἱ δὲ Ἀδελφοὶ πάντες ἀποκαταστάζονται ἑνουμένων τῶν δύο χορῶν.

quod Latinis Sacristia, & Secretarium dicitur.

98 Comm. *Quod nos* Sacristiam *appellamus*, Diaconicum *Græcis dicitur: ideo fortasse, quod Diaconorum primitus esset in eo sedes & consessus; vel potius, quod hic locus eorum curæ præcipue commissus fuerit. In eo enim non solum quæ ad Ecclesiæ vasa & Sacerdotales vestes spectant, priusquam sacra perageretur Liturgia, seu Divinum ac Ecclesiasticum Officium, munia obibant Diaconi; sed & considebant pro muneris sui ratione. Isidorus Mercator* Διακονικὸν Secretarium *vertit; & congruenter quidem Agathensi Concilio, cujus 66. Canon hic est:* Quoniam non oportet insacratos ministros licentiam habere in Secretarium (quod Græci Diaconicon appellant) ingredi & contingere vasa dominica. *Atqui* Secretarium *idem est, quod apud nos* Sacristia *barbare nuncupatur: de quo qui dubitat, adeat Cardinalem Bona lib. 1. rerum Liturgicarum cap. 24. num. 2.* Διακονικὸν *tamen, sicut &* Secretarium *in aliis præterea usurpatur significationibus, quas non est hujus loci explicare.*

99 *Ingressus autem Sacerdotis in templum, supra descriptus ex Typico, non est simplex quidam ingressus; sed ingressus qui fit cum sacris codicibus, quibus Diacono a Sacerdote traditis, egreditur ille e porta Diaconici; & elevatos ante faciem deferens, subsequente Sacerdote, viam quamdam sinuosam tenet; qua peracta ante sanctas fores uterque sistit, ut Sacerdos recitet* τὴν εἰσόδου εὐχὴν, *id est,* Introitus orationem, *quam Constantinopolitanus Patriarcha S. Germanus, loco antea citato, nobis exhibet & ita sonat.*

C

unde ille cum sacris libris ingressus templum recitat orationem Introitus,

100 Vespere, & mane, & meridie laudamus, benedicimus, gratias agimus, & oramus Te, omnium Domine; dirige orationem nostram sicut incensum in conspectu tuo; & ne inclines corda nostra in verba vel cogitationes nequitiæ, sed libera nos ab omnibus venantibus animas nostras; quia ad Te, Domine, Domine, oculi nostri, & in Te speravimus; ne confundas nos, Deus noster. Quia convenit Tibi omnis gloria, honor & adoratio, Patri, & Filio, & Spiritui sancto, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

Ἑσπέρας καὶ πρωῒ, καὶ μεσημβρίας αἰνοῦμεν, εὐλογοῦμεν, εὐχαριστοῦμεν, καὶ δεόμεθά σου, Δέσποτα τῶν ἁπάντων, κατεύθυνον τὴν προσευχὴν ἡμῶν ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου. Καὶ μὴ ἐκκλίνῃς τὰς καρδίας ἡμῶν εἰς λόγους ἢ εἰς λογισμοὺς πονηρίας, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἐκ πάντων τῶν θηρευόντων τὰς ψυχὰς ἡμῶν. Ὅτι πρὸς σὲ, Κύριε, Κύριε, οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν, καὶ ἐπὶ σοὶ ἠλπίσαμεν· μὴ καταισχύνῃς ἡμᾶς, ὁ Θεὸς ἡμῶν. Ὅτι, πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

¶ *Et benedicit introitum dicens:*

Benedictus sit introitus Sanctorum tuorum ubique, nunc & semper &c.

¶ Εἶτα εὐλογεῖ τὴν εἴσοδον, λέγων.

Εὐλογημένη ἡ εἴσοδος τῶν Ἁγίων σου πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ, καί.

101 ¶ Posthæc Diaconus, Thuribulo efformata Cruce, dicit, *Sapientia, Recti.* Nos autem: *Lumen jucundum.*

¶ Εἶτα ὁ Διάκονος χαράττων σταυρὸν μετὰ τοῦ θυμιατοῦ λέγει· Σοφία, ὀρθοί. Καὶ ἡμεῖς τὸ, Φῶς ἱλαρόν.

Comm. *Reliqua supple ex Capite primo de minoribus Vesperis. Hic vero notaverim ex Joanne Morino, Diaconum dicentem* Σοφία, Sapientia, *verosimiliter digitum intendere in Codicem sacrum: & sic a præsentibus exigere attentionem præstandam iis, quæ inde recitabuntur. Pauci quidam cum S. Germano legunt* Σοφία ὀρθή. Sapientia recta.

102 ¶ Post introitum vero, designatus ad id Monachus, præmissa solita corporis inflexione versus Præsidem sive Abbatem, canit propositum diei distichum, & dicit *Dominus regnavit.* Versiculum 1. *Indutus est Dominus.* Versiculum 2. *Etenim*

¶ Μετὰ δὲ τὴν εἴσοδον ὁ ταχθεὶς μοναχὸς, βαλὼν τὴν συνήθη μετάνοιαν τῷ Προεστῶτι, ψάλλει ὁ ἡμέρας προκείμενον δίστιχον. Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν. Στίχος, α'. Ἐνεδύσατο Κύριος δύναμιν. Στίχος β'. Καὶ γὰρ ἐστερέωσε. Στρέφεται δὲ ὁ Ἱερεὺς πρὸς δυσμὰς, δεδεμένας ἔχων τὰς χεῖρας;

A μεν, ἵνα τὰ προκείμενα ἀεὶ πληρῶσιν τὰ τρισμεγέθου. Εἶτα βάλλει μετάνοιαν, καὶ ἀπέρχεται εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ.

nim firmavit. Interim conversus ad Occidentem Sacerdos, & junctas habens manus, Propositi finem opperitur. Mox exhibet reverentiam, & in locum discedit suum. D

AUCT. N.R.

102 COMM. *Ecclesia quidem Græca singulis totius anni feriis singula disticha attribuit: non tamen in quolibet Officio videtur post Introitum & duo distichon etiam dici* Dominus regnavit*: cum supradictis versiculis sed tantum in Vesperis Sabbati. Est enim apud S. Germanum:* Εἰ δὲ ἐστι σαββάτου ἑσπέρας, λέγει τό, Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν. Si sint vesperæ sabbati, dicit, *Dominus regnavit &c. Propterea ego existimo, paucules illas voces in Veneto illo quo utor S. Sabæ Typico prætermissas esse, incuria typothetarum & correctorum. Qua in opinione non mediocriter confirmor, videns in Menæis, imo & in Typico ipso, pro hac totum Doctorum solennitate, assignari statim post duo Propositum tria* ἀναγνώσματα, *hoc est, tres* Lectiones. *Prima est ex Deuteronomii capite 1. incipitque a versu 8. & sistit in versu 17. Altera est ex capite 10. libri ejusdem, & incipiendo a quarto decimo versu complectitur reliquos omnes præter ultimum. Tertia denique petitur ex Sapientiæ 3. continet decem priores versus illius capitis. Nos autem ad se denuo revocat Typicum dicens:*

per incuriã forte omissum in exemplari:

& recitantur 3. lectiones

¶ Μετὰ δὲ τὸ προκείμενον ὁ Διάκονος ποιεῖ τὴν συνήθη ἐκτενῆ.

¶ 103 Absoluto Proposito Diaconus facit consuetam Prolixam.

COMM. *Subintellige Vocem* Orationem *vel* Precationem εὐχὴν, *vel* δέησιν, *vel* λιτανείαν, *quemadmodum Act. 12. dicitur,* προσευχὴ ἐκτενὴς, Oratio sine intermissione *fusa esse ab Ecclesia ad Deum, pro Petro in carcerem conjecto; estque similis* Litaniis *nostris, quibus Chorus, vel Populus respondens, identidem interponit,* Miserere nobis, Ora pro nobis, Te rogamus audi nos. *Sed age, sis oraatem Diaconum, eique succinentem Chorum audiamus, apud S. Germanum. Dicit Diaconus.*

Subjungit Diaconus Orationem Prolixam

Εἴπωμεν πάντες ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς, καὶ ἐξ ὅλης τῆς
B διανοίας εἴπωμεν. Ὁ χορός. Κύριε ἐλέησον.

Κύριε παντοκράτορ ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, δεόμεθά σου, ἐπάκουσον καὶ ἐλέησον. Χ. Κύριε ἐλέησον.

Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ Θεὸς κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου· δεόμεθά σου, ἐπάκουσον καὶ ἐλέησον. Χ. Κύριε ἐλέησον.

Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων καὶ θεοφυλάκτων Βασιλέων ἡμῶν, κράτους, νίκης, διαμονῆς, εἰρήνης, ὑγείας, σωτηρίας αὐτῶν, καὶ τὸν Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν ἐπὶ πλεῖον συνεργῆσαι, κατευοδῶσαι αὐτοὺς ἐν πᾶσι, καὶ ὑποτάξαι ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτῶν πάντα ἐχθρὸν καὶ πολέμιον. Χ. Κύριε ἐλέησον.

Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τοῦ Ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν, ὁ δεῖνα, καὶ πάσης τῆς ἐν Χριστῷ ἡμῶν ἀδελφότητος. Χ. Κύριε ἐλέησον.

Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τῶν μακαρίων καὶ ἀειμνήστων κτητόρων τῆς ἁγίας μονῆς ταύτης. Χ. Κύριε ἐλέησον.

Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ ἐλέους, ζωῆς, εἰρήνης, ὑγείας, σωτηρίας, ἐπισκέψεως, συγχωρήσεως καὶ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν, τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, τῶν Ἀδελφῶν τῆς ἁγίας μονῆς ταύτης. Χ. Κύριε ἐλέησον.

Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τῶν καρποφορούντων, καὶ καλλιεργούντων ἐν τῷ ἁγίῳ καὶ πανσέπτῳ ναῷ τούτῳ, κοπιώντων, ψαλλόντων,
C καὶ ὑπὲρ τοῦ περιεστῶτος λαοῦ, τοῦ ἀπεκδεχομένου τὸ παρὰ σοῦ μέγα καὶ πλούσιον ἔλεος. Ὁ λαός. Εἰς πολλὰ ἔτη, Δέσποτα. Ἐκφώνως ὁ Ἱερεύς. Ὅτι ἐλεήμων καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας αἰώνων. Χ. Ἀμήν. Καὶ ὁ λαός. Καταξίωσον Κύριε.

Ὁ Διάκονος πάλιν. Πληρώσωμεν τὴν ἑσπερινὴν δέησιν ἡμῶν τῷ Κυρίῳ. Ὁ χορ. Κύριε ἐλέησον.

Ἀντιλαβοῦ, σῶσον, ἐλέησον καὶ διαφύλαξον ἡμᾶς ὁ Θεὸς τῇ σῇ χάριτι. Χ. Κύριε ἐλέησον.

Τὴν ἑσπέραν πᾶσαν τελείαν, ἁγίαν, εἰρηνικὴν καὶ ἀναμάρτητον παρὰ τοῦ Κυρίου αἰτησώμεθα. Χ. Παράσχου Κύριε.

Ἄγγελον εἰρήνης, πιστὸν ὁδηγὸν, φύλακα τῶν ψυχῶν καὶ τῶν σωμάτων ἡμῶν, παρὰ τοῦ Κυρίου αἰτησώμεθα. Χ. Παράσχου Κύριε.

Συγγνώμην καὶ ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν καὶ πλημμελημάτων ἡμῶν, παρὰ τοῦ Κυρίου αἰτησώμεθα. Χ. Παράσχου Κύριε.

Τὰ καλὰ καὶ συμφέροντα ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν, καὶ εἰρήνην τῷ κόσμῳ, παρὰ τοῦ Κυρίου αἰτησώμεθα. Χ. Παράσχου Κύριε.

Τὸν ὑπόλοιπον χρόνον τῆς ζωῆς ἡμῶν ἐν εἰρήνῃ καὶ μετανοίᾳ ἐκτελέσαι παρὰ τοῦ Κυρίου αἰτησώμεθα. Ὁ χορ. Παράσχου Κύριε.

Dicamus omnes ex tota anima; & ex tota mente dicamus. *Chorus.* Domine miserere. E

Domine præpotens, Deus patrum nostrorum, oramus Te, exaudi & miserere. *Ch.* Domine miserere.

Miserere nostri Deus secundum magnam misericordiam tuam; oramus Te, exaudi & miserere. *Ch.* Domine miserere.

Adhuc oramus pro piissimis & a Deo servatis Imperatoribus nostris, pro eorum imperio, victoria, perseverantia, pace, valetudine, incolumitate; & ut Dominus Deus noster ipsos magis adjuvet, prosperet in omnibus, ipsorumque pedibus subjiciat omnem inimicum atque hostem. *Ch.* Domine miserere.

Adhuc oramus pro Archiepiscopo nostro N. & cuncta nostra in Christo fraternitate. *Ch.* Domine miserere.

Adhuc oramus pro beatis semperque memorandis hujus sanctæ ædis conditoribus. *Ch.* Domine miserere.

Adhuc oramus pro misericordia, vita, pace, sanitate, salute, protectione, venia, & remissione peccatorum, servorum Dei, Fratrum hujusce sancti monasterii. *Ch.* Domine miserere.

& a Sacerdote completur;

Adhuc oramus pro referentibus fructum & bona facientibus in hoc sancto & omni ex parte augusto templo, laborantibus, canentibus; & pro circumstante populo, a Te magnam & affluentem misericordiam expectante. *Populus.* In multos annos, Domine. *Tum effert vocem Sacerdos.* Quia misericors & benignus erga homines Deus es, & Tibi gloriam impertimur, Patri, & Filio, & Spiritui sancto, nunc, & semper, & in secula seculorum. *Chorus.* Amen. *Et populus* dicit: Dignare Domine. F

104 *Iterum Diaconus:* Compleamus vespertinam nostram precationem Domino. *Ch.* Domine miserere.

Suscipe, serva, miserere & custodi nos Deus tua gratia. *Ch.* Domine miserere.

Vesperam omnem perfectam, sanctam, pacificam & peccati expertem a Domino flagitemus. *Ch.* Tribue Domine.

Angelum pacis, fidelem ducem, custodem animarum & corporum nostrorum a Domino flagitemus. Tribue Domine.

iterumque resumitur a Diacono

Veniam & remissionem peccatorum & delictorum nostrorum a Domino flagitemus. *Ch.* Tribue Domine.

Bona & animis nostris conducentia, ac mundo pacem a Domino flagitemus. *Ch.* Tribue Domine.

Reliquum vitæ nostræ tempus transigi in pace & pœnitentia, flagitemus. *Ch.* Tribue Domine.

Chri-

A AUCT. N.R. Christianos vitæ nostræ terminos, sine dolore, sine confusione tranquillos, & bonam defensionem in tremendo Christi tribunali, a Domino flagitemus. *Chorus*. Tribue Domine.

Sanctissimæ, intemeratæ, super omnes benedictæ, gloriosæ Dominæ nostræ Deiparæ semperque virginis Mariæ ac omnium Sanctorum memoriam agentes, nos ipsos, & invicem, & vitam nostram totam Christo Deo commendemus. *Ch.* Tibi Domine.

Et a Sacerdote completur. ¶ 105 *Et Sacerdos elatiore voce succinit*: Quia bonus & amans hominum Deus existis, & tibi gloriam attribuimus, Patri, & Filio, & Spiritui sancto, nunc & semper, & in secula seculorum. *Chorus*. Amen. *Sacerdos*. Pax omnibus. *Ch.* Et cum spiritu tuo. *Diaconus*: Humiliate capita vestra Deo. *Chorus*. Tibi Domine.

Χριστιανὰ τὰ τέλη τῆς ζωῆς ἡμῶν, ἀνώδυνα, ἀνεπαίσχυντα, εἰρηνικά, καὶ καλὴν ἀπολογίαν τὴν ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ βήματος, παρὰ τοῦ Κυρίου αἰτησώμεθα. Χ. Παράσχου Κύριε. D

Τῆς παναγίας, ἀχράντου, ὑπερευλογημένης, ἐνδόξου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, μετὰ πάντων τῶν Ἁγίων μνημονεύσαντες, ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους, καὶ πᾶσαν τὴν ζωὴν ἡμῶν, Χριστῷ τῷ Θεῷ παραθώμεθα. Χ. Σοὶ Κύριε.

¶ Καὶ ὁ Ἱερεὺς ἐκφώνως· Ὅτι ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρί, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν, καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Χ. Ἀμήν. Ὁ Ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσι. Χ. Καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου. Ὁ Διάκ. Τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ Κυρίῳ κλίνατε. Ὁ χορ. Σοὶ Κύριε.

¶ *Et sacerdos secreta dicit orationem.*

¶ Καὶ λέγει ὁ Ἱερεὺς τὴν εὐχὴν μυστικῶς.

COMM. *Hæc Oratio*, Κεφαλοκλισίας, *sive* Capitis inclinationis *nuncupatur*, *&* *ita sonat*.

Domine Deus noster, qui inclinatis cœlis propter B salutem humani generis descendisti, respice famulos suos & hereditatem tuam: tibi enim, tremendo simul ac benigno judici, tui famuli inclinarunt capita, & suas submiserunt cervices; non ab hominibus sperantes auxilium, sed tuam præstolantes misericordiam, &, tuam salutem expectantes: quos custodi omni tempore & hoc præsenti vespere, & hac secutura nocte ab omni inimico, ab omni diabolica machinatione, a cogitationibus vanis, & pravis affectibus. *Deinde altiori tono dicit*: Sit regni tui potentia benedicta & glorificata, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ κλίνας οὐρανοὺς καὶ καταβὰς ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, ἔπιδε ἐπὶ τοὺς δούλους σου, καὶ ἐπὶ τὴν κληρονομίαν σου· σοὶ γὰρ τῷ φοβερῷ καὶ φιλανθρώπῳ κριτῇ, οἱ σοὶ δοῦλοι ὑπέκλιναν τὰς κεφαλάς, καὶ τοὺς αὐτῶν ὑπέταξαν αὐχένας, οὐ τὴν ἐξ ἀνθρώπων ἀναμένοντες βοήθειαν, ἀλλὰ τὸ σὸν περιμένοντες ἔλεος, καὶ τὴν σὴν ἀπεκδεχόμενοι σωτηρίαν. οὓς διαφύλαξον ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ κατὰ τὴν παροῦσαν ἑσπέραν, καὶ τὴν προσιοῦσαν νύκτα, ἀπὸ παντὸς ἐχθροῦ, ἀπὸ πάσης ἀντικειμένης ἐνεργείας, διαλογισμῶν ματαίων, καὶ ἐνθυμήσεων. Εἶτα ἐκφωνεῖ. Εἴη τὸ κράτος τῆς βασιλείας σου εὐλογημένον καὶ δεδοξασμένον, τοῦ Πατρός, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. E

Prosequitur Typicum.

Deinde fit Processio, 106 ¶ Tum psallimus idiomela illius Sancti qui eo die colitur, facientes Processionem in Narthece, præeuntibus Sacerdote & Diacono cum thuribulo ac lampadibus.

¶ Εἶθ' οὕτω ψάλλομεν τὰ ἰδιόμελα τοῦ κατὰ τὴν ἡμέραν Ἁγίου, λιτανεύοντες ἐν τῷ νάρθηκι, τοῦ Ἱερέως καὶ τοῦ Διακόνου προπορευομένων μετὰ θυμιατοῦ καὶ λαμπάδων.

COMM. *Hinc adverte, erudite Lector, has voces* Λιτή, Λιτανεία *&* Λιτανεύειν, *apud Græcos Ecclesiasticos non usurpari in primæva sua significatione, quæ est* preces *&* precari; *sed in alia. Sonat enim circuitum illum, quem Latini Ecclesiastici* Processionem *nuncupant. Quid, quod etiam hi hoc nomen* Litania *non raro sic usurpent: quippe (ut Anastasium, Aimoinum, aliosque multos tacitus prætercam) audi magnum Gregorium Epist. 2. lib. 11. jubentem tempore mortalitatis fieri septem Processiones divisim secundum status, nac dic*: Litania Clericorum (*inquit*) exeat ab Ecclesia B. Joannis Baptistæ; Litania virorum, ab Ecclesia B. Martyris Marcelli; Litania Monachorum, ab Ecclesia Martyrum Joannis & Pauli; Litania ancillarum Dei, ab Ecclesia BB. Martyrum Cosmæ & Damiani; Litania feminarum conjugatarum, ab Ecclesia B. Primi Martyris Stephani; Litania viduarum, ab Ecclesia Martyris Vitalis; Litania pauperum & infantium, ab Ecclesia B. Martyris Cæciliæ. *Ubi* τὸ Litania *aliud nihil præter Processionem significat. Hic autem his tribus Doctoribus sacre in* Λιτῇ *sive Processione recitabantur sequentia* στιχηρὰ ἰδιόμελα *Nili Xanthopuli*, F

C

Tonus a.

et canuntur idiomela 107 Huc agite, cœlestis Trinitatis cultores; collaudemus terrestrem trinitatem divinorum Antistitum; Gregorium cognomento Theologum, Basilium ducentem a regno nomen, & a gratia Joannem; imos gurgites sapientiæ; Spiritus marina fluenta; fontes aquæ vividæ jugiterque salientis; lucidas margaritas; terrestria luminaria; Ecclesiæ gubernacula; splendidorum fructuum feraces arbores; administros gratiæ; os Christi; vindices Trinitatis; ab eadem sine ullius interventu illustratos; & assidue pro nostris animabus orantes.

Ἦχος β'.

Δεῦτε οἱ οὐρανίου Τριάδος οἱ λατρευταί, τὴν ἐπίγειον τριάδα τῶν θείων Ἱεραρχῶν εὐφημήσωμεν, τὸν Γρηγόριον ὃν θεολογίας ἐπώνυμον, τὸν Βασίλειον ὡς βασιλείας φερώνυμον, καὶ Ἰωάννην τὸν ὄντως χαριτώνυμον, τὰ τῆς σοφίας βάθη, τὰ πελάγια τοῦ Πνεύματος ῥεῖθρα τὰ ἀκεανιαῖα, τὰς πηγὰς τὰς ἀεὶ βλυζούσας τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν τὸ ἀλλόμενον, τοὺς εὐαυγεῖς μαργαρίτας, τοὺς ἐπιγείους φωστῆρας, τοὺς ἐκκλησίας τοὺς οἴακας, τὰ ἀγλαόκαρπα δένδρα, τοὺς οἰκονόμους τῆς χάριτος, Χριστοῦ τὸ στόμα, καὶ τῆς Τριάδος τοὺς ὑπερμάχους, τοὺς ἐξ αὐτῆς ἀμέσως ἐλλαμπομένους, καὶ πρεσβεύοντας ἀπαύστως ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

Idem Tonus.

108 Accensos ab igne inevitabili carbones fideliter prædicemus, qui per illos collustrati sumus. Hi enim, per eam quam habebant cum eodem conjunctionem inflammati, evaserunt mundi lumina; vitalemque pauperibus virtutem largientes, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, pie promulgarunt: quos & nos compellemus: Salve Trinitatis Trinitas, rerum divinarum intelligens.

Ὁ αὐτός.

Τοὺς πυρωθέντας ἄνθρακας, ἐκ τοῦ ἀΰλου πυρός, οἱ δι' αὐτῶν φωτισθέντες, πιστῶς εὐφημήσωμεν· οὗτοι γὰρ τῇ πρὸς αὐτὸ ἑνώσει ἐκπυρωθέντες, φωστῆρες τῷ κόσμῳ ἐγένοντο, ζωηρὰν τοῖς πτωχοῖς χρηματίζοντες δύναμιν, Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ Πνεῦμα ἅγιον εὐσεβῶς ἀνακηρύττοντες, οὓς καὶ ἡμεῖς προσείπωμεν· Χαίροις Τριάδος Τριὰς ἡ θεόσοφος.

Tonus obl. a.

109 Triplicatam Davidis fundam, Salomonis fu-

Ἦχος πλ. β'.

Τὴν Δαβὶδ τὴν σφενδόνην τὴν τρίπλοκον, τοῦ Σαλομῶν-

A μόνον σπάρτιον τὸ κόκκινον, τὸ τοῦ Λόγου φραγγέλλιον τρίπλοκον, τοὺς σοφοὺς Ἱεράρχας, Βασίλειον τὸν μέγαν, Γρηγόριον τὸν θεῖον, Ἰωάννην Χρυσόστομον πιστῶς εὐφημήσωμεν. τὸν νοητὸν γὰρ Γολιὰθ τῷ ἀκρογωνιαίῳ λίθῳ καταβαλόντες, τὴν πίστιν πρὸς ὁμόνοιαν ἤγαγον, τῷ ἐρυθρῷ τοῦ Χριστοῦ περιτειχίσαντες αἵματι, καὶ τοὺς θεομάχους αἱρεσιάρχας τῶν περιβόλων τῆς θείας τοῦ Χριστοῦ ποίμνης μακρὰν ἀπελάσαντες διὰ τοῦ λόγου, καὶ ἔτι τὴν πίστιν στηρίζουσι, καὶ πρεσβεύουσι Κυρίῳ, ἱλασθῆναι ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν.

Ἦχος πλ. δ'.

Ἐπεφάνη ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ πᾶσιν ἀνθρώποις, παιδεύουσα ἡμᾶς διὰ τῶν διδασκάλων τὰ ἤθη κοσμηθέντας, τοὺς τρόπους βελτιωθέντας; θεογνωσίας αἴγλῃ τὸν νοῦν περιλαμφθῆναι· διὸ κράξωμεν Τριὰς ἁγία, κυρία τῶν πάντων, ταῖς τῶν τριῶν σου Ποιμένων προσευχαῖς τὸ σὸν ποίμνιον τοῦτο ἐν εἰρήνῃ συντήρησον ἀσφαλῶς καὶ ἀλύπως, καὶ σῶσον ὡς φι-
B λάνθρωπος.

Ἦχος πλ. β'.

Τριὰς ἁγία καὶ προσκυνητὴ, δόξα τῇ σοφῇ προνοίᾳ σου, ὅτι τρεῖς τοὺς μεγάλους φωστῆρας τοῖς ἀνθρώποις ἐξ ἀνθρώπων ἐχαρίσω, τῷ φωτὶ λαμπαδουχοῦντας τῆς σῆς ἐπιγνώσεως, καὶ τῇ αἴγλῃ φρυκτωροῦντας τὸ σωτήριόν σου καὶ σεπτὸν θέλημα· δι' ὧν ἡ οἰκουμένη φωτὶ γνώσεως πλουτοῦσα, τὴν σὴν δόξαν αὐγάζεται, καὶ πρὸς τὴν βασιλείαν σου τὴν μακαρίαν σπεύδει. τούτων ὁμοῦ τῆς θείας ὑπακούειν πείθουσα διδασκαλίας, καὶ αὐτοῖς τῶν εὐχῶν τῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐπάκουσον, ὡς Θεὸς πανοικτίρμων, καὶ τὰς ψυχὰς ἡμῶν σῶσον φιλάνθρωπε.

Δόξα. Ἦχος πλ. β'.

Τοὺς Ἱεράρχας τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν Πατέρων κλέος, τοὺς πίστεως τοὺς πύργους, καὶ τῶν πιστῶν διδασκάλους καὶ φύλακας, συνελθόντες οἱ φιλέορτοι ᾀσματικοῖς ἐγκωμίοις ὑμνήσωμεν, λέγοντες· Χαίροις τῆς ἐκκλησίας φωστὴρ, Βασίλειε σοφὲ, καὶ στύλε ἀπερίτρεπτε· Χαίροις ὁ νοῦς ὁ οὐράνιος, Ἀρχιερεῦ μέγιστε, θεολόγε Γρηγόριε· Χαίροις ὁ Χρυσολόγε πάγχρυσε Ἰωάννη, ὁ τῆς μετανοίας διαπρύσιος κῆρυξ. ἀλλ' ὦ Πατέρες τρισόλβιοι, μὴ παύσησθε ἀεὶ πρεσβεύειν Χριστῷ ὑπὲρ τῶν πίστει καὶ πόθῳ τελούντων ὑμῶν τὴν πανίερον καὶ θείαν πανήγυριν.

Καὶ νῦν. Θεοτοκίον.

Ὁ αὐτός.

Τὴν τῶν παρθένων καλλονὴν καὶ χαρμονὴν τῶν νόων, τὴν μό-
C νην Θεοτόκον, καὶ τῶν πιστῶν ἀρραγὲς περιτείχισμα, συνελθόντες οἱ φιλέορτοι, ᾀσματικοῖς ἐγκωμίοις, ὑμνήσωμεν λέγοντες· Χαῖρε, Παρθενομῆτορ ἁγνὴ, λυχνία χρυσαυγὴς, καὶ πύλη ἐπουράνιε· χαῖρε σκηνὴ ἁγιάσματος, ἡ τὸν Θεὸν χωρήσασα ἐν μήτρᾳ σου, πανάχραντε· χαῖρε τῶν οὐρανίων ταγμάτων ὑπερτέρα ἀπάντων ἀσυγκρίτως· διὸ μητράνανδρε δέσποινα, μὴ λῆγε φρουροῦσα τοὺς δούλους σου, τοὺς εὐφημοῦντάς σε πίστει καὶ πόθῳ ἀεὶ, καὶ τὸν τόκον σου προσκυνοῦντας τὸν ἄσπορον.

¶ Μετὰ ταῦτα ἐκφωνεῖ ὁ Ἱερεὺς εἰς ἐπήκοον πάντων.

nieulum coccineum, Verbi flagellum triplex, sapientes Præsules, Basilium magnum, Gregorium divinum, Joannem aureo tonantem ore, fideliter prædicemus. Nam Goliathum, qui animo cernitur & mente intelligitur, angulari lapide prostraverunt, fidem adduxerunt ad concordiam, eamque purpureo Christi sanguine, quasi vallo aliquo munierunt; & Deo quæstum facientes, hæresiarchas a Christi divino grege longissime repulerunt, sua dicendi scribendique vi: Quin imo fidem hodiedum sustentant, & a Domino postulant animabus nostris misericordiam. D AUCT. N.R.

Tonus obl. 4.

110 Apparuit gratia Dei omnibus hominibus, erudiens nos per præceptores illos, ut emendatis moribus vitæque consuetudine, mentem nostram luce divinæ cognitionis illuminemus. Idcirco clamemus: Trinitas sancta, rerum omnium domina, horum trium Pastorum tuorum precibus hunc tuum gregem in secura pace custodi, ab omni molestia libera, & ad salutem perduc sempiternam; benigna cum sis.

Tonus obl. 2. E

111 Sancta & adoranda Trinitas, gloria sit sapienti providentiæ tuæ, quia hominibus largita es, e numero hominum tria magna luminaria efferentia agnitionis tuæ facem, ejusque fulgore salutarem tuam ac venerandam voluntatem tamquam de specula significantia. Quo quidem lumine locupletatus orbis, tuam cum admiratione contemplatur gloriam, & ad tui regni beatitatem contendit. Cum igitur horum divina instituta tenere nos jubeas, tu vicissim audi eorumdem pro nobis vota; ut Deus plane misericors; & ut benignus, serva animas nostras.

Gloria. *Tonus obl. 2.*

112 Hierarchas Christi & Patrum decus, turres fidei & fidelium magistros atque custodes, o vos omnes quibus cordi est hæc celebritas, coacti in unum, canoris extollamus laudibus, dicentes: Salve Ecclesiæ luminare, Basili sapiens, & columna immobilis. Salve mens cœlestis, maxime Antistes, theologe Gregori. Salve o aureo potens sermone, prorsus auree Joannes, ad resipiscentiam hortator vehemens. Agite, o ter beati Patres, ne intermittite orare Christum pro nobis, qui cum fide & studio, agimus hunc vestro nomine sacrosanctum atque divinum diem.

Et nunc. *Mariale*

Idem Tonus.

113 Virginum decus & lætitiam mentium, solam Deiparam, & firmum fidelium vallum, o celebritatum amantes, modulatis præconiis efferamus, dicentes: Salve Virgo, parens purissima, candelabrum lucens ut aureum, & porta cœlestis. Salve tabernaculum sanctificationis. Salve incontaminata, cujus uterus fuit capax Dei. Salve quæ es cunctis cœli ordinibus sine ulla comparatione superior. Ideo ne cesses, Domina & sine viro Mater, custodire famulos tuos, qui Te semper cum fide & desiderio laudant; & qui tuum fœtum adorant sine virili conceptum semine. F

¶ 114 Post hæc exclamat Sacerdos, sic ut cuncti audiant, *quibus subjiciuntur orationes.*

COMM. *Et ita quidem Typicum S. Sabæ, sed S. Germanus, loco jam plus vice simplici allegato, ait id Sacerdotem tantummodo facere absente Diacono. Ipsius autem verba adscribere non fuerit fortasse omnino inutile.*

¶ Μετὰ ταῦτα λέγει ὁ Διάκονος, εἴπερ τύχῃ· εἰ δ' οὐ τύχῃ, λέγει ὁ Ἱερεύς.

Σῶσον ὁ Θεὸς τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου. Ἐπίσκεψαι τὸν κόσμον σου ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς. Ὕψωσον κέρας Χριστιανῶν ὀρθοδόξων, καὶ κατάπεμψον ἐφ' ἡμᾶς τὰ ἐλέη σου τὰ πλούσια. Πρεσβείαις τῆς παναχράντου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας· τῶν τιμίων ἐπουρανίων Δυνάμεων ἀσωμάτων. τοῦ τιμίου ἐνδόξου προφήτου, προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ Ἰωάννου, τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων· τοῦ Ἁγίου τοῦδε, καὶ πάντων σου τῶν Ἁγίων, ἱκετεύομέν σε, πο-

¶ Post hæc dicit Diaconus, si adsit; sin minus, dicit Sacerdos *sequentes orationes.*

115 Salva Deus populum tuum, & benedic hereditati tuæ. Visita orbem tuum in misericordia & miserationibus. Extolle cornu Christianorum orthodoxorum, & abundantes misericordias tuas ad nos demitte. Precibus intemeratæ Dominæ nostræ Deiparæ semperque Virginis Mariæ; venerandarum cœlestium & incorporearum Virtutum; honorabilis ac gloriosi prophetæ, præcursoris & Baptistæ Joannis; *a S. Germ. no relata:*

san-

A sanctorum, gloriosorum & celeberrimorum Apostolorum, sancti N. (*Illius verisimiliter cujus festu lux agitur*) & omnium Sanctorum tuorum, Quæsumus te, multum misericors Domine, exaudi nos te deprecantes, & miserere nostri.

AUCT. N. R.

¶ *Fratres autem dicunt*, (*vel, ut S. Germanus, chorus primus.*) Domine miserere: *quadragies.*

115 *Et iterum exclamat Sacerdos*: Adhuc oramus pro piissimis & a Deo servatis Imperatoribus nostris, pro ipsorum imperio, victoria, stabilitate, pace, valetudine, protectione, venia peccatorum & ut Dominus Deus noster ipsos magis adjuvet, prosperet in omnibus, ipsorumque pedibus subjiciat omnem inimicum & hostem, dicamus. *Fratres vero dicunt* (*vel ut est apud S. Germanum, chorus secundus*) Domine miserere *tricies.*

Pro Imperatore,

¶ 116 Et iterum exclamat Sacerdos.

Adhuc oramus pro Archiepiscopo vel Episcopo N. & omni in Christo fraternitate nostra, & pro omni Christiana anima, afflicta & mœrore oppressa, divinæque misericordiæ ac opis indiga; pro hujus sanctæ Domus, & in ea habitantium protectione; pro totius B orbis pace ac tranquillitate; pro statu prospero sanctarum Dei Ecclesiarum; pro salute & auxilio Patrum & Fratrum nostrorum, cum studio ac timore Dei laborantium & ministrantium; pro derelictis & iter facientibus; pro ægrotantium medela; pro dormitione, requie, beata memoria, & venia peccatorum impetranda animabus defunctorum Patrum ac Fratrum nostrorum, hic & ubique terrarum pie sepultorum fidelium; pro captivorum libertate, pro fratribus nostris qui sunt in ministeriis, & omnibus qui ministrant & ministraverunt in hac æde sancta, dicamus. *Fratres autem dicunt quinquagies*, Domine miserere.

pro vivis & defunctis.

117 Adhuc oramus ut sancta hæc ædes, omnis urbs & regio a peste, fame, terræ motu, inundatione, igne, gladio, alienigenarum incursu, intestino bello, & repentina morte liberentur; ut bonus & hominum amans Deus noster, fiat nobis propitius, clemens & reconciliatu facilis, ut avertat omnem iram contra nos motam, justisque suis comminationibus nos eripiat, & misereatur nostri: *& dicitur* Domine miserere, *quadragies*,

pro ipso loco

118 Adhuc oramus, ut Dominus Deus noster exaudiat vocem deprecationis nostrum peccatorum, & C misereatur nostri. Domine miserere, *bis & vigesies. Posthac quorum vult, vivorum ac mortuorum memoriam agit, & denuo exclamat Sacerdos.*

& aliis quibuscumque.

Exaudi nos Deus servator noster, spes omnium finium terræ & in mari longe: ac propitius, propitius esto peccatis nostris, & miserere nostri. Misericors enim Deus, & humanus es: & tibi gloriam referimus, Patri, & Filio, & Spiritui sancto, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen. *Et statim subdit*: Pax omnibus. *Fratres autem*: Et Spiritui tuo. *Sacerdos* (*vel, ut S. Germanus, Diaconus*) Capita vestra Domino inclinate. *Et cunctis inclinantibus capita seque incurvantibus versus terram, bene precatur Sacerdos contenta voce dicens hanc Orationem.*

119 Dominator multum misericors, Domine Jesu Christe, Deus noster, precibus intemeratæ Dominæ nostræ Deiparæ semperque Virginis Mariæ; venerandarum & cœlestium Virtutum incorporearum; venerandi ac gloriosi Prophetæ; Præcursoris & Baptistæ Joannis; sanctorum gloriosorum & percelebrium Apostolorum; Sancti N. & omnium Sanctorum tuorum, acceptam redde orationem nostram, nobis tribue nostrorum delictorum veniam; sub tegmine alarum tuarum protege nos, omnem inimicum & hostem a nobis propulsa, vitam nostram contine in pace; Domine, miserere nostri atque orbis tui, & serva animas nostras, utpote qui es bonus & hominum amator.

eandemque cunctis benedicit.

λύτου Κύριε, ἐπάκουσον ἡμῶν δεομένων σου, καὶ ἐλέησον D ἡμᾶς.

¶ Οἱ δὲ Ἀδελφοὶ λέγουσιν τὸ Κύριε ἐλέησον. μ'.

Καὶ πάλιν ὁ Ἱερεὺς ἐκφωνεῖ. Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων καὶ θεοφυλάκτων Βασιλέων ἡμῶν, κράτους, νίκης, διαμονῆς, εἰρήνης, ὑγείας, σωτηρίας, ἐπισκέψεως, καὶ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν, καὶ τὸν Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν ἐπὶ πλεῖον συνεργῆσαι, κατευοδῶσαι αὐτοὺς ἐν πᾶσι, καὶ ὑποτάξαι ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτῶν πάντα ἐχθρὸν καὶ πολέμιον. Εἴπωμεν. Οἱ δὲ Ἀδελφοὶ τὸ Κύριε ἐλέησον λ'.

¶ Καὶ πάλιν ὁ Ἱερεὺς ἐκφωνεῖ.

Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τοῦ Ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν, ἢ Ἐπισκόπου, τοῦ δεῖνος, καὶ πάσης τῆς ἐν Χριστῷ ἡμῶν ἀδελφότητος, καὶ ὑπὲρ πάσης ψυχῆς Χριστιανῆς θλιβομένης τε καὶ καταπονουμένης, ἐλέους Θεοῦ καὶ βοηθείας ἐπιδεομένης· σκέπης τοῦ Ἁγίου οἴκου τούτου, καὶ τῶν κατοικούντων ἐν αὐτῷ, εἰρήνης καὶ E καταστάσεως τοῦ σύμπαντος κόσμου, εὐσταθείας τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν· σωτηρίας καὶ βοηθείας τῶν μετὰ σπουδῆς καὶ φόβου Θεοῦ κοπιώντων καὶ διακονούντων Πατέρων καὶ Ἀδελφῶν ἡμῶν· ὑπὲρ τῶν ἀπολειφθέντων καὶ τῶν ἐν ἀποδημίαις ὄντων· ἰάσεως τῶν ἐν ἀσθενείαις κατακειμένων· ὑπὲρ κοιμήσεως, ἀνέσεως, μακαρίας μνήμης, καὶ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν, τῶν προκατοιχομένων Πατέρων καὶ Ἀδελφῶν ἡμῶν, τῶν ἐνθάδε εὐσεβῶς κειμένων καὶ ἁπανταχοῦ ὀρθοδόξων· ὑπὲρ ἀπαλλάξεως τῶν αἰχμαλώτων, καὶ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν, τῶν ἐν ταῖς διακονίαις ὄντων καὶ πάντων τῶν διακονούντων καὶ διακονησάντων ἐν τῇ ἁγίᾳ μονῇ ταύτῃ. Εἴπωμεν. Οἱ δὲ Ἀδελφοὶ τὸ Κύριε ἐλέησον ν'.

Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ τοῦ διαφυλαχθῆναι τὴν ἁγίαν μονὴν ταύτην καὶ πᾶσαν πόλιν, καὶ χώραν ἀπὸ λοιμοῦ, λιμοῦ, σεισμοῦ, καταποντισμοῦ, πυρός, μαχαίρας, ἐπιδρομῆς ἀλλοφύλων, καὶ ἐμφυλίου πολέμου, καὶ αἰφνιδίου θανάτου. Ὑπὲρ τοῦ ἵλεων, εὐμενῆ καὶ εὐδιάλλακτον γενέσθαι τὸν ἀγαθὸν καὶ φιλάνθρωπον Θεὸν ἡμῶν, τοῦ ἀποστρέψαι πᾶσαν ὀργὴν τὴν καθ' ἡμῶν κινουμένην, καὶ ῥύσασθαι ἡμᾶς τῆς ἐπικειμένης δικαίας αὐτοῦ ἀπειλῆς καὶ ἐλεῆσαι ἡμᾶς. Τὸ Κύριε ἐλέησον μ'.

Ἔτι δεόμεθα καὶ ὑπὲρ τοῦ εἰσακοῦσαι Κύριον τὸν Θεὸν τῆς φωνῆς τῆς δεήσεως ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ ἐλεῆσαι ἡμᾶς. Τὸ Κύριε ἐλέησον κβ'. Εἶτα μνημονεύει ὧν θέλει ζώντων καὶ τεθνεώτων. F Καὶ πάλιν ἐκφωνεῖ ὁ Ἱερεύς.

Ἐπάκουσον ἡμῶν ὁ Θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς καὶ τῶν ἐν θαλάσσῃ μακράν, καὶ ἵλεως, ἵλεως γενοῦ ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, καὶ ἐλέησον ἡμᾶς. Ἐλεήμων γὰρ καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Καὶ εὐθέως, Εἰρήνη πᾶσι. Καὶ οἱ Ἀδελφοί. Καὶ τῷ Πνεύματί σου. Ὁ Ἱερεὺς, τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ Κυρίῳ κλίνατε. Καὶ πάντων κλινόντων τὰς κεφαλὰς, καὶ ἐπὶ γῆς κατακυφόντων, ἐπεύχεται ὁ Ἱερεὺς μεγαλοφώνως λέγων τὴν εὐχὴν ταύτην.

Δέσποτα πολυέλεε, Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν ταῖς πρεσβείαις τῆς παναχράντου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας· τῶν τιμίων καὶ ἐπουρανίων δυνάμεων ἀσωμάτων· τοῦ τιμίου ἐνδόξου προφήτου προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ Ἰωάννου· τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων, τοῦ Ἁγίου τοῦδε, καὶ πάντων σου τῶν Ἁγίων, εὐπρόσδεκτον ποίησον τὴν δέησιν ἡμῶν· Δώρησαι ἡμῖν τὴν ἄφεσιν τῶν παραπτωμάτων ἡμῶν· σκέπασον ἡμᾶς ἐν τῇ σκέπῃ τῶν πτερύγων σου· ἀποδίωξον ἀφ' ἡμῶν πάντα ἐχθρὸν καὶ πολέμιον· εἰρήνευσον τὴν ζωὴν ἡμῶν, Κύριε, ἐλέησον ἡμᾶς, καὶ τὸν κόσμον σου, καὶ σῶσον τὰς ψυχὰς ἡμῶν, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος.

Πα

¶ Εἶτα ἀρχόμεθα τὰ στιχηρὰ τοῦ στίχου, καὶ ψάλλοντες εἰσερχόμεθα ἐν τῷ ναῷ, ψάλλοντες καὶ τοὺς τυχόντας στίχους αὐτῶν.

¶ 120 Hisce absolutis incipimus; Stichera Versiculi, & psallentes templum ingredimur accinentes etiam Versiculos tali die occurrentes.

AUCT. N.R.

COMM. *Sed antequam ad illa Stichera animum applicemus, meum esse intellige, ut dicam ea quæ de propositis jam orationibus ac precibus dicenda restant. Atque ante omnia, in prima & ultima Oratione, prout apud S. Germanum extant, multo plurium Sanctorum patrocinia implorantur, quam prout extant in Typico. Quippe post hæc verba,* Καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων, Et celeberrimorum Apostolorum, *sequitur in utraque Oratione series aliorum Sanctorum bene longa, & in prima quidem Oratione, num. 115. fit singularis mentio*

in utraque autem oratione, post Apostolos

Τῶν ἐν ἁγίοις Πατέρων ἡμῶν καὶ οἰκουμενικῶν μεγάλων Διδασκάλων καὶ Ἱεραρχῶν, Βασιλείου τοῦ Μεγάλου, Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, καὶ Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου. τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς Νικολάου Ἀρχιεπισκόπου Μύρων τῆς Λυκίας τοῦ Θαυματουργοῦ, τῶν ἁγίων, ἐνδόξων, καὶ καλλινίκων Μαρτύρων, τῶν ὁσίων καὶ θεοφόρων Πατέρων ἡμῶν, τῶν ἁγίων καὶ δικαίων Θεοπατόρων Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννης, τοῦ Ἁγίου τοῦ ναοῦ.

Sanctorum Patrum nostrorum, & universalium magnorum Doctorum ac Pontificum Basilii Magni, Gregorii Theologi & Joannis Chrisostomi; Sancti Nicolai, Myræ in Lycia Archiepiscopi & miraculorum patratoris; Sanctorum, gloriosorum & victoriis inclitorum Martyrum; Divorum & Deiferorum Patrum nostrorum; sanctorum & justorum Dei parentum Joachim & Annæ; Sancti hujus ædis.

commemorantur præcipui quidem Sancti alii.

Series autem quæ in ultima Oratione num. 119. adjungitur, post supra dicta verba: hæc est:

Τῶν ἁγίων, ἐνδόξων, καὶ καλλινίκων Μαρτύρων, τῶν ὁσίων καὶ θεοφόρων Πατέρων ἡμῶν, τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Νικολάου Ἀρχιεπισκόπου Μύρων τῆς Λυκίας τοῦ Θαυματουργοῦ, τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου Μεγαλομάρτυρος Γεωργίου τοῦ τροπαιοφόρου, τοῦ Ἁγίου τοῦ δεῖνος, οὗ καὶ τὴν μνήμην ἐπιτελοῦμεν· τῶν ἁγίων καὶ δικαίων Θεοπατόρων Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννης.

Sanctorum, gloriosorum & victoriis inclitorum Martyrum; Divorum & Deiferorum Patrum nostrorum; sancti Patris nostri Nicolai Archiepiscopi Myræ in Lycia, miraculorum patratoris; sancti gloriosi & magni Martyris Georgii tropæa referentis; Sancti N. cujus agimus memoriam; sanctorum & justorum Dei parentum Joachim & Annæ.

121 *Neque hoc prætermittendum est, in utraque Oratione, statim post hæc verba;* Πρεσβείαις τῆς παναχράντου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου: *apud S. Germanum poni,* Δυνάμει τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, *id est,* virtute honorandæ & vivificæ Crucis. *Reliqui vero supra memorati genitivi, cum hac voce* Πρεσβείαις *sive* Patrociniis, *ibidem copulantur. Præterea S. Germani Acoluthia cum Typico non satis convenit de vicibus, quibus a Choro dicendum est* Κύριε ἐλέησον: *ubi enim in Typico scribitur* λ'. *sive* trigesies, *ibi apud S. Germanum scribitur tantum* γ', *sive* ter. *Testatur tamen Goarus, etiam antiquos Codices habere* λ'. *Denique Monachi, ab Episcoporum jurisdictione exempti, non nominant Episcopum in prece num. 116. posita, sed suum Abbatem sive Præpositum, hoc modo:* Ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν τοῦ δούλου τοῦ Θεοῦ ὁ δεῖνα. Adhuc oramus pro venia peccatorum servi Dei N, *quibus verbis ostendunt quam submisse de suo genere vivendi sentiant. Atque hæc sunt quæ hic paucis annotanda esse existimavi.*

& Monachi exempti non nominant Episcopum, sed suum.

122 *Nunc revertamur ad templum, audituri Stichera hujus diei. Sunt autem illa προσόμοια & a Nilo Xanthopulo scripta, ut indicant Menæa.*

Ἦχος πλ. α'. πρὸς Χαίροις ἀσκητικῶν.

Χαίροις Ἱεραρχῶν ἡ τριάς, τῆς Ἐκκλησίας τὰ μεγάλα προπύργια, οἱ στῦλοι τῆς εὐσεβείας, ὁ τῶν πιστῶν ἑδρασμός, τῶν αἱρετιζόντων ἡ καθαίρεσις, Χριστοῦ οἱ ποιμάναντες τὸν λαὸν τοῖς θείοις δόγμασι, καὶ τῇ ποικιλίᾳ ἀρετῶν οἱ ἐκθρέψαντες, οἱ τῆς χάριτος θεσπέσιοι κήρυκες, νόμων οἱ προσηδόμενοι Χριστοῦ τῷ πληρώματι, οἱ ὁδηγοὶ πρὸς τὰ ἄνω, τοῦ παραδείσου αἱ εἴσοδοι· Χριστὸν καθικετεύσατε, ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν αἰτῆσαι τὸ μέγα ἔλεος.

Tonus obl. 1. *sicut* Χαίροις ἀσκητικῶν.

Salvete Hierarcharum trias, magna Ecclesiæ propugnacula, columnæ pietatis, fidelium firmamentum, hæreticorum ruina; divinis institutionibus pascentes Christianum populum, eumque variis nutrientes virtutibus; excelsi gratiæ præcones, interpretes legum in plenitudine Christi, ad superna ductores, Paradisi introitus: orate Christum, ut magnam animabus nostris largiatur misericordiam.

Intersunt ... primum.

Στίχος. Ὅσιοι καυχήσονται ἐν δόξῃ.

Χαίροις Ἱεραρχῶν ἡ τριάς, οἱ ἐν οὐρανοῖς βαίνοντες, ἐπίγειοι ἄγγελοι, τοῦ κόσμου ἡ σωτηρία, ἡ τῶν ἀνθρώπων χαρά, καὶ τῆς οἰκουμένης οἱ διδάσκαλοι, τοῦ λόγου οἱ πρόμαχοι, ἰατροὶ ἐπιστήμονες τῶν νοσημάτων τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, οἱ ἀέρροοι ποταμοὶ οἱ τοῦ Πνεύματος, λόγοις οἱ καταρδεύσαντες τῆς γῆς ἅπαν πρόσωπον, οἱ Θεολόγοι, αἱ βάσεις, οἱ χρυσολόγοι, οἱ ἔνθεοι. Χριστὸν καθικετεύσατε ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν αἰτῆσαι τὸ μέγα ἔλεος.

Versiculus. *Exultabunt Sancti in gloria.*

123 Salvete, Hierarcharum trias; gradientes in cœlo; terreni Angeli; salus mundi; hominum lætitia; Doctores orbis; propugnatores Verbi; periti medici morborum tum animi tum corporis; Spiritus perennia flumina, eruditione universam terræ faciem inundantia; Theologi, bases, aureo insignes idiomate, divino spiritu afflati; orate Christum, ut magnam animabus nostris largiatur misericordiam.

secundum,

Στίχος. Οἱ Ἱερεῖς σου Κύριε ἐνδύσονται δικαιοσύνην.

Χαίροις Ἱεραρχῶν ἡ τριάς, τοῦ ἐπιγείου στερεώματος ἥλιοι, ἀκτῖνες καὶ δαδουχίαι ἐκ τρισηλίου αὐγῆς, τῶν ἐσκοτισμένων ἡ ἀνάβλεψις, τὰ εὐώδη ἄνθη, τὰ εὔοσμα, τὰ παραδείσου τὰ κάλλιστα, ὁ θεολόγος Γρηγόριος, ὁ σοφώτατος Βασίλειος, ὁ Χρυσόστομος, αἱ πτυχαὶ τοῦ Πνεύματος, πλάκες αἱ θεοχάρακτοι, μαζοὶ οἱ ἐκβλύζοντες τῆς σωτηρίας τὸ γάλα, τὰ τῆς σοφίας τὰ ἀγλαΐσματα· Χριστὸν δυσωπεῖτε, ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν δωρήσασθαι τὸ μέγα ἔλεος.

Vers. *Sacerdotes tui, Domine, induent justitiam.*

124 Salvete, Hierarcharum trias; terrestris firmamenti sol; radii, & de triplicis solis lumine accensæ faces; in obscuris versantium illuminatio, flores suave-olentes, pulcherrima paradisi amœnitas, tu theologe Gregori, tu erudite Basili, tu Chrysostome: Spiritus tabulæ a Deo exaratæ, distenta salutis lacte ubera, ornamenta sapientiæ; Christo supplicate, ut magnam nobis tribuat misericordiam.

tertium,

Δόξα. Ἦχος ὁ αὐτός.

Σαλπίσωμεν ἐν σάλπιγγι ᾀσμάτων, χορεύσωμεν ἑόρτια, καὶ σκιρτήσωμεν ἀγαλλόμενοι ἐν τῇ πανδήμῳ πανηγύρει τῶν διδασκάλων ἡμῶν· Βασιλεῖς καὶ Ἄρχοντες συντρεχέτωσαν, καὶ τοὺς Ἱεράρχας κροτείτωσαν ἐν ὕμνοις, ὡς δογμάτων βλύσαντας ποταμοὺς ὑπερμεγέθεις, τρεῖς καλλιρρόους εὐ-

Gloria. *Tonus idem.*

125 Canamus tubis, tripudiemus ut sacere festo die convenit, & gestiamus lætitia, cœtu publico in nostrorum gratiam Doctorum coacto. Reges ac Principes concurrant, & Hierarchas cum plausu excipiant, non secus ac tres immensos fluvios dogmatum; tres

quartum,

Ca-

A AUCT. N.R. Calirrhoæ fonti similes, Spiritus aquam vivam in perpetuum fundentes. O Pastores ac Magistri, una celebremus tres adorandæ Trinitatis interpretes. Philosophi, ut sapientes; Presbyteri, ut pastores; peccatores, ut patronos: pauperes, ut locupletatores; afflicti, ut consolatores, viatores, ut comites; navigantes, ut gubernatores; reliqui omnes, ut ubique & in quavis necessitate ardenter præoccupantes. Et dum laudibus divinos illos efferimus Antistites, dicamus; Doctores sanctissimi, maturate eripere fideles ex hujusce vitæ offendiculis, & nos æternis liberare ærumnis.

ζαὶ τοῦ Πνεύματος, ποιμένες καὶ διδάσκαλοι, τοὺς τῆς σεπτῆς Τριάδος τρεῖς ἱερομύστας· συνελθόντες ἀνυμνήσωμεν, οἱ φιλόσοφοι ὡς σοφοὺς, οἱ ἱερεῖς ὡς ποιμένας, οἱ ἁμαρτωλοὶ ὡς προστάτας, οἱ πένητες ὡς πλουτιστὰς, οἱ ἐν θλίψεσι ὡς παραμυθητὰς, ὡς συνοδίτας οἱ ὁδοιπόροι, οἱ ἐν θαλάσσῃ ὡς κυβερνήτας, οἱ πάντες τοὺς πανταχοῦ θερμοὺς προφθάνοντας· θείους Ἀρχιεράρχας ἐγκωμιάζοντες οὕτως εἴπωμεν· Πανάγιοι διδάσκαλοι, σπεύσατε ἐξελεῖν τοὺς πιστοὺς ἐκ τῶν τοῦ βίου σκανδάλων, καὶ ῥῦσαι κολάσεων τῶν αἰωνίων ἡμᾶς. D

Et nunc. *Germani Patriarchæ Theotocion simile.*

& Theotocion S. Germani. 126 Canamus tubis, quia Regina omnium, Mater Virgo, benevola est, & benedictionibus coronat laudatores suos. Reges ac Principes concurrant, atque excitato plausu venerentur Reginam, quæ pepererit Regem, gaudentem a morte victos benigne solvere. Pastores ac Magistri, Pastoris boni sanctissimam Genetricem una efferamus laudibus. Candelabrum aureum, illuminantem nubem, excelsiorem Cheru- B bim, animatam arcam, speciosum Altissimi solium, urnam auream receptricem mannæ, vitalem Verbi tabulam, omnium Christianorum perfugium sacro celebrantes carmine, sic dicamus: Palatium Verbi, nos humiles cœlorum regno dignare, non est enim quidquam, quod te intercedente fieri non possit.

Καὶ νῦν. Γερμανοῦ Πατριάρχου Θεοτοκίον ὅμοιον.

Σαλπίσωμεν ἐν σάλπιγγι ᾀσμάτων· προκύψασα γὰρ ἡ παντάνασσα μητροπάρθενος ταῖς εὐλογίαις κατστέφει τοὺς εὐφημοῦντας αὐτήν. Βασιλεῖς καὶ Ἄρχοντες συντρεχέτωσαν, καὶ τὴν Βασιλίδα κροτείτωσαν ἐν ὕμνοις, Βασιλέα τεκοῦσαν τὸν θανάτῳ κρατουμένους πρὶν ἀπολύσαι φιλανθρώπως εὐδοκήσαντα. Ποιμένες καὶ διδάσκαλοι τὴν τοῦ καλοῦ ποιμένος ὑπεράγιον μητέρα, συνελθόντες εὐφημήσωμεν· τὴν λυχνίαν τὴν χρυσαυγῆ, τὴν φωτοφόρον νεφέλην, τὴν τῶν Χερουβὶμ ὑπερτέραν, τὴν E ἔμψυχον κιβωτὸν, τὸν πυρίμορφον τοῦ Δεσπότου θρόνον, τὴν μαννοδόχον χρυσέαν στάμνον, τὴν ζωηφόρον τοῦ Λόγου πλάκα, ἁπάντων τῶν Χριστιανῶν τὸ καταφύγιον, ᾄσμασι θεηγόροις ἐγκωμιάζοντες, οὕτως εἴπωμεν· Παλάτιον τοῦ Λόγου, ἀξίωσαι τοὺς ταπεινοὺς ἡμᾶς τῆς οὐρανῶν βασιλείας· οὐδὲν γὰρ ἀδύνατον τῇ μεσιτείᾳ σου.

187 *Iterum repedandum est ad contextum Typici.*

dicunt Canticum Simeonis, ¶ Deinde, *Nunc dimittis*, *Trisagion*, *Sanctissima Trinitas*, *Pater noster*. Exclamat autem Sacerdos, *Quia tuum est regnum, virtus & gloria, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen.* Nos autem Apolyticion, vel *Deipara Virgo*, ter recitamus.

¶ Εἶτα, τὸ Νῦν ἀπολύεις, τὸ Τρισάγιον, τὸ Παναγία Τριὰς, τὸ Πάτερ ἡμῶν. Ἐκφωνεῖ ὁ Ἱερεὺς, Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Καὶ ἡμεῖς τὸ ἀπολυτίκιον, ἢ τὸ Θεοτόκε παρθένε, λέγοντες αὐτὸ ἐκ γ'.

COMM. *Primo hic notatur recitandum* Canticum Simeonis, *quo Latini Completorium suum claudunt.* Trisagion *exhibui num. 31. Oratio ad Sanctissimam Trinitatem dirigenda, in Euchologio sic integre ponitur.*

cum invocatione S. Trinitatis. Sacrosancta Trinitas, miserere nostri; Domine, propitius esto peccatis nostris; Dominator, remitte iniquitates nostras; Sancte, respice & sana infirmitates nostras, propter nomen tuum.

Παναγία Τριὰς ἐλέησον ἡμᾶς, Κύριε ἱλάσθητι ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, Δέσποτα συγχώρησον τὰς ἀνομίας ἡμῶν, Ἅγιε ἐπίσκεψαι καὶ ἴασαι τὰς ἀσθενείας ἡμῶν, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου.

128 COMM. *Quod ad duo ista vocabula attinet,* Deipara Virgo; *ea Salutationi Angelicæ addidit Ecclesia Orientalis post condemnationem Nestorii, qui, ut num. 32. vidimus, eam tantum* Χριστοτόκον *dicendam esse pugnabat. Græci itaque Mariam* Θεοτόκον *salutant, priusquam* Κεχαριτωμένην *sive* Gratia plenam; *nec celant causam istiusmodi salutationis; nam hisce Elisabethæ verbis,* Εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου, Benedictus fructus ventris tui, *statim subjungunt:* Ὅτι σωτῆρα ἔτεκες τῶν ψυχῶν ἡμῶν. Quia Servatorem genuisti animarum nostrarum. *Non tamen opinor Angelicam illam salutationem hic totam recitandam fuisse a Græcis antiquioribus, licet ea tota habeatur in aliquo recentiore horologio, quia ritus salutationem illam connectendi cum Oratione Dominica non admodum antiquus est; ut licet cernere ex iis, quæ a doctissimo viro, Joanne Mabilione, in Præfatione ad seculum decimum §. 6. afferuntur. Sed hoc Tribus Doctoribus sacro die; recitatur sequens* Ἀπολυτίκιον. F

atque post Pater noster, salutant Deiparam. C

Dimissorium. *Tonus* 1.

& orat SS. Doctores in hoc eorum festo: 129 Tria maxima Divinitatis, tamquam solis triplicis luminaria, orbem totum suis divinorum documentorum radiis, quasi de alta specula illustrantia, mellifluos amnes sapientiæ, omnem creaturam irrigantes divinæ cognitionis latice; Basilium magnum, theologum Gregorium, & inclitum Joannem, aureum illud eloquentiæ flumen, consensu pari honoremus omnes qui eorum scripta adamamus. Etenim Trinitati pro nobis semper supplicant.

Ἀπολυτίκιον. Ἦχος ά.

Τοὺς τρεῖς μεγίστους φωστῆρας τῆς τρισηλίου θεότητος, τοὺς τὴν οἰκουμένην ἀκτῖσι δογμάτων θείων πυρσεύσαντας, τοὺς μελιρρύτους ποταμοὺς τῆς σοφίας, τοὺς τὴν κτίσιν πᾶσαν θεογνωσίας νάμασι καταρδεύσαντας, Βασίλειον τὸν μέγαν, καὶ τὸν θεολόγον Γρηγόριον, σὺν τῷ κλεινῷ Ἰωάννῃ τῷ τὴν γλῶτταν χρυσοῤῥήμονι, πάντες οἱ τῶν λόγων αὐτῶν ἐρασταὶ συνελθόντες, ὕμνοις τιμήσωμεν· αὐτοὶ γὰρ τῇ Τριάδι ὑπὲρ ἡμῶν ἀεὶ πρεσβεύουσιν.

Aliud. Tonus 4.

deinde benedicitur panis vinum & oleum, Iisdem quibus Apostoli præditi moribus, ac Doctores orbis, Dominum universorum orate, ut & mundo pacem, & nobis misericordiam magnam impartiatur.

Ἕτερον. Ἦχος δ'.

Ὡς τῶν Ἀποστόλων ὁμότροποι, καὶ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλοι, τῷ Δεσπότῃ τῶν ὅλων πρεσβεύσατε, εἰρήνην τῇ οἰκουμένῃ δωρήσασθαι, καὶ ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν τὸ μέγα ἔλεος.

139 *Sequitur Benedictio panis, vini & olei: & pro communi quidem pane diebus solennioribus apponi* Paximatia, *id est panes biscoctos tradit Goar: credo quia tunc panem recentem coqui festi solennitas prohibebat. Olei autem non meminit S. Germanus. De ipsa vero prædictorum benedictione, sic loquitur Typicon.*

¶ Promus-condus exponit in pulpito panes quinque, quibus in mensa vescimur. Apponit quoque amphoram plenam vini generosissimi, & modicum

¶ Ὁ δὲ Κελλαρίτης προτίθησιν ἐν τῷ ἀναλογίῳ ἄρτους έ, ἐξ ὧν ἐσθίομεν ἐν τῇ τραπέζῃ. Προτίθησι καὶ στάμνον οἴνου τοῦ καλλίστου, καὶ ὀλίγον ἔλαιον εἰς ἀγγεῖον. Ὁ δὲ

A Ὁ δὲ Ἱερεὺς λαβὼν ἄρτον ἕνα ἐπὶ χεῖρας, καὶ τυπώσας τὸν σταυρὸν, ἐπεύχεται τὴν εὐχὴν ταύτην, ἐκφώνως.

Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ εὐλογήσας τοὺς πέντε ἄρτους, καὶ πεντακισχιλίους χορτάσας, αὐτὸς εὐλόγησον καὶ τοὺς ἄρτους τούτους, τὸν σῖτον, τὸν οἶνον, καὶ τὸ ἔλαιον· καὶ πλήθυνον αὐτὰ ἐν τῇ ἁγίᾳ μονῇ, καὶ εἰς τὸν κόσμον σου ἅπαντα· καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν μεταλαμβάνοντας πιστοὺς ἁγίασον, ὅτι σὺ εἶ ὁ εὐλογῶν καὶ ἁγιάζων τὰ σύμπαντα, Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

¶ Καὶ μετὰ τὸ, Ἀμὴν, λέγομεν λγ' ψαλμὸν, τὸ, Εὐλογήσω τὸν Κύριον ἐν παντὶ καιρῷ, ἕως τοῦ, Οὐκ ἐλαττωθήσονται παντὸς ἀγαθοῦ. Ὁ δὲ Ἱερεὺς ἀπελθὼν, ἵσταται ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν, βλέπων πρὸς δυσμάς. Μετὰ δὲ τὸ συμπληρῶσαι τὸν ψαλμὸν, ἐπεύχεται ὁ Ἱερεὺς, λέγων· Εὐλογία Κυρίου ἐφ' ὑμᾶς πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

oleum in aliquo vase. Tum Sacerdos, accipiens panem unum in manus, in eoque formans signum Crucis, fundit elata voce hanc Orationem. D AUCT. N.R.

131 Domine Jesu Christe, Deus noster, qui quinque panibus benedictis, quinque millia hominum satiasti; idem hos panes, frumentum, vinum & oleum benedic, & hæc multiplica in hac sancta habitatione, & per universum tuum orbem, ex iisque comesturos fideles sanctifica: quia Tu benedicis & sanctificas omnia, Christe Deus noster; Tibi enim gloriam tribuimus, cum tuo ingenito Patre, & omnino sancto & bono ac vivifico tuo Spiritu, nunc, & in secula seculorum. *Sacerdos orans,*

¶ 132 Et dicto Amen, recitamus tertium & trigesimum psalmum, *Benedicam Dominum in omni tempore*, usque ad hæc verba: *Non minuentur omni bono.* Sacerdos vero digressus stat pro sanctis foribus, Occidentem respiciens, & finita ea parte Psalmi orat, dicens: *Benedictio Domini sit super vos ubique, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.* *& præsentibus benedicente,*

B 133 COMM. *Hic, ut S. Germanus, quidem ait,* γίνεται ἀπόλυσις, fit dimissio: *sed, ut Typicum,* εὐθέως ἀναγινώσκεται ὁ Πραξαπόστολος, *id est confestim succedit Lectio Praxapostoli. Est autem* Πραξαπόστολος *liber Græcorum ecclesiasticus, qui sic appellatur, inquit Petrus Lambecius, lib. 5. de Bibliotheca Cæsarea, pag.* 287. quod potior majorque illius pars ex Actibus Apostolorum & Epistolis S. Pauli concinnata sit. *Atque ea causa est cur etiam dicatur simpliciter,* Ἀπόστολος. *Hoc sane insignitus titulo in lucem prodiit Venetiis anno* MDCVII. *quæ impressio extat in Museo nostro. Res illo ecclesiastico libro contentas præterea, aliquis ignotus auctor apud Leonem Allatium Dissertat. 1. de libris Ecclesiast. Græcorum, expressit carmine iambico, quod ego non transcribo, partim quia longiusculum est, partim quia ea res facile cognosci queunt ex verbis Typici, hunc necessario alia de causa transcribendis.* *sequitur lectio ex Praxapostolo,* E

¶ Ἰστέον ὅτι ἀπὸ τῆς Κυριακῆς τοῦ Πάσχα μέχρι τῶν Ἁγίων πάντων εἰς τὴν τοιαύτην ἀνάγνωσιν, λέγω δὲ τοῦ μεγάλου ἑσπερινοῦ, αἱ πράξεις τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἀναγινώσκονται μόναι· εἰς δὲ τὰς λοιπὰς Κυριακὰς τοῦ ὅλου χρόνου αἱ ἑπτὰ καθολικαὶ, καὶ αἱ ιδ' τοῦ ἁγίου Παύλου Ἐπιστολαὶ, καὶ ἡ ἀποκάλυψις Ἰωάννου.

¶ 134 Sciendum est, quod a Dominica Paschatis usque ad Dominicam Sanctorum omnium, pro lectione majorum Vesperarum, leguntur tantummodo Acta Apostolorum; reliquis totius anni Dominicis septem Catholicæ, & quatuordecim S. Pauli Epistolæ, & Joannis Apocalypsis. *sic dicta ab Epistolis Canonicis quas digna ... per ... anni;*

135 *Jam vero, ut minutissima quæque studiosissime persequar, sequentia quoque observata velim. Primo, quod dicta Scriptura, non secus atque in Latinorum Ecclesia, legantur cum titulo & nomine auctoris. Deinde quod Lectionibus Actuum Apostolorum & Apocalypseos præmittuntur hæ particulæ,* Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, *sive* In diebus illis; *nisi forte initium libri fuerit, vel aliqua nota temporis in genuino textu apposita, inveniatur. Tertio, quod Apostolorum Epistolis præfigitur, vox* Ἀδελφοί, Fratres, *si ad plures scriptæ fuerint; sin autem ad unum tantum, illius, ad quem scriptæ sunt, nomen præponitur, addito dulcissimo* Filii *vocabulo E. G.* Τέκνον Τιμόθεε, Τέκνον Τίτε, Fili Timothee, Fili Tite. *De* Dominica *quoque* Sanctorum omnium, *superius memorata, scire convenit, eam esse primam post Pentecosten. Id patet ex Callisto, qui in Synaxario sic fatur.* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ Κυριακῇ μετὰ τὴν πεντηκοστὴν, τὴν τῶν ἀπανταχοῦ τῆς οἰκουμένης, ἐν Ἀσίᾳ, Λιβύῃ καὶ Εὐρώπῃ, Βορρᾷ vel Βορέᾳ τε καὶ νότῳ, Ἁγίων πάντων ἑορτὴν ἑορτάζομεν, Eadem die Dominica post Pentecosten, ubique per universum orbem existentium, in Asia, Libya, & Europa, Austroque ac Septemtrione, Sanctorum omnium festum agitamus. *Edita est etiam Oratio Leonis Imperatoris, ubi sic legitur:* Κυριακῇ μετὰ τὴν πεντηκοστὴν εἰς τοὺς ἀπανταχοῦ γῆς *etiam cujus usum notando atque,* F
C Ἁγίους πάντας, ὅτι τὸν ἀλάστορα τοῦ γένους ἡμῶν ἀθλοῦντες κατέβαλον, καὶ ὁ πάνδημος ἐκκλησία τούτους τιμᾷ. Dominica post Pentecosten, universæ terræ, Sanctos, quia generi nostro infestum dæmonem suis in certaminibus vicerunt, universa Ecclesia honorat.

136 *Roges fortasse quid supradicto pane benedicto fiat. Id nos edocebit Typicum, quod sic habet.*

¶ Ὁ Κελλαρίτης κλάσας τοὺς ἄρτους ἐπιδίδωσι τοῖς Ἀδελφοῖς. Ὡσαύτως καὶ ἀπὸ τοῦ ποτηρίου οἴνου, διὰ τὸν κόπον τῆς ἀγρυπνίας, ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς παρελάβομεν ἀπὸ τῶν ἁγίων Πατέρων.

¶ Promus condus frangit panes & dat Fratribus; consimiliter de eodem calice vini, ad vigiliarum molestiam perferendam; sicut jam inde ab initio Patres nobis nostri tradiderunt. *Denique fovemur refectiuncula ad pervigilandum,*

COMM. *Neque vero hæc a Patribus instituta ceremonia videtur vacare mysterio: quid enim ad excitandam memoriam illius Oraculi,* Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei, *potest esse aptius, quid magis accommodatum, quam sacrorum voluminum lectionem cum esu panis conjungere? Mitto illum in Orientali Ecclesia panis esum gerere speciem quamdam ac similitudinem antiquæ* Agapes, *& ad seriem Typici revolvor: ubi mox nominandi* Diaconitæ, *intelliguntur Monasteriorum famuli, religiosis pariter votis obstricti, quos* Conversos *ex usu antiquo alii, alii ex recentiori* Laicos *dicunt, de quibus in hoc Vigiliarum ordine sic legitur:* *& egrediuntur Conversi*

¶ Οἱ δὲ Διακονηταὶ, ποιήσαντες τὴν συνήθη μετάνοιαν ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ εἰς τοὺς χοροὺς τρὶς μίαν, ἐξέρχονται. Ἀπὸ δὲ τῆς ὥρας ἐκείνης οὐκ ἔχει τις ἐξουσίαν πιεῖν ὕδωρ, διὰ τὴν μετάληψιν τῶν ἀχράντων μυστηρίων. Ὁ δὲ εὐλογημένος ἄρτος ἐστὶ ἀλεξιφάρμακος παντοίων κακῶν, εἰ μετὰ πίστεως λαμβάνοιτο.

¶ 137 Diaconitæ igitur, facta solita reverentia ante sanctas januas & versus alternos choros, egrediuntur. Ab illa autem hora nemini fas est aquam bibere, propter perceptionem incontaminatorum mysteriorum. Benedictus autem panis est præservativus a quibuscumque malis, si cum fide sumatur. *atque sic deinceps vel aquam gustare,*

138 COMM. *Ultima hæc verba cum nequeant de pane alio intelligi, quam de illo qui antea quasi ad cœnulam illatus & distributus fuisse dicitur; dubitari possit, an indicta omnibus posthæc abstinentia etiam aquæ, propter* participationem incontaminatorum mysteriorum, *ad benedicti istius panis præsentem sumptionem, an* *an propter Eucharistiam postridie sumendam?*

AUCT. N. R.

A *potius, ad faciendam sequenti die Eucharistiæ communionem refertur. Hoc quidem ultimum mihi videtur verosimilius; quia nomine ἀχράντων μυστηρίων intelliguntur communiter* Mysteria corporis & sanguinis Domini; *& hæ tam solennes Vesperæ cum subsequenti pervigilio, præparatio quædam erant ad festum subsequens: nam egressis Conversis, ad pervigilandum in Ecclesia remanebant Monachi Clericique, ad cujusmodi laborem delibato pane ac vino corroborati.* D

Quod tamen ad reverentiam, etiam communi, sed ita ut supra benedicto pani vinoque habendam, & utilitatem inde capiendam attinet; illa probatur etiam S. Augustino Doctori Latino, qui lib. 2. de pecc. remiss. de illo pane, vel (ut alii volunt) de sale Catechumenis dari solito, sic loquitur. Quamvis non sit corpus Christi, sanctus est tamen, & sanctior quam cibi quibus alimur. Quoniam Sacramentum est.

non quia id vere sunt,

139 *Nihil necesse arbitror, ut hic aliquantulum digrediar moneamque D. Augustinum hoc loco Sacramenti nomine, non intelligere vere ac proprie dictum Sacramentum, sive signum sensibile atque symbolicum gratiæ sanctificantis, a Deo stabiliter institutum, ut usu suo hominem sanctificet? Quippe cum dicat illum precibus consecratum panem vel salem porrigi Catechumenis; qui in Theologico pulvere exercitatus est lector, facile pervidet, etiam me tacente, Augustinum hic nomine Sacramenti tantum intelligere ritum aliquem ecclesiasticum, sive ut verbis Scholæ utar, aliquod Sacramentale, quod gratiam sanctificantem ex operato opere conferre non potest, quamquam quasi ex opere operato possit aliquos effectus inferiores conferre tam quoad corpus, quam quoad animum. Id quod de hoc pane, Sacerdotis precibus consecrato, diserte pronuntiat Typicum, ut supra num. 137. vidimus.*

sed quasi sacramentalia prosunt,

dum ritu sacro fuerint benedicta;

140 *Sed hujus panis vis ac virtus distinctius describitur in Hincmari Archiepiscopi Rhemensis Capitulis, quæ Presbyteris suis dedit anno* DCCCLV. *& extant apud Philippum Labbeum tom. 8. Conc. col. 570. ubi Cap. 7. legitur hæc panis benedictio:* Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, benedicere digneris hunc panem tua sancta & spirituali benedictione; ut sit omnibus cum fide & reverentia ac gratiarum tuarum actione E
B sumentibus, salus mentis & corporis, atque contra omnes morbos, & universas cunctorum inimicorum insidias tutamentum, Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, panem vitæ, qui de cœlo descendit, & dat vitam ac salutem mundo, & tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti, per omnia secula seculorum. Amen. *Quæ quidem Oratio continetur etiam Can. 9. Namnetensis Concilii, ut videre est apud eumdem Labbeum tom. 9. Concil. col. 470. Hic porro benedictus panis in Græcorum Vesperis, ita distribui solitus, vocatur proprio nomine* Κατάκλαστος, *a fractione, ut significetur esse diversus a pane illo benedicto, qui in Liturgia sive Missæ sacrificio distribuebatur iis, qui ob impedimentum quodpiam communicare non poterant, ideoque talis panis dicebatur* Ἀντίδωρον, *quasi* ἀντὶ τοῦ ἁγίου δώρου, *seu vice divinæ* Eucharistiæ & sacræ Communionis. *Et vero* Ἀντίδωρον *erat panis* Προσφόριον, *sive panis ille sacer, ex quo pars aliqua ad conficiendam Eucharistiam desecta erat, & Pachymeræ lib. 5. Hist. cap. 8. dicitur* Θεῖος ἄρτος, *id est,* divinus panis. Κατάκλαστος *talis* Προσφόριον *panis non erat, ut ex ante dictis patet. Nullus itaque Meursius, nullus Casaubonus duo illa benedicti panis genera confundat. Verum de hoc pane benedicto satis; Quare abeuntibus Fratribus Laicis, nos remaneamus in templo, ut cum reliquis etiam τῷ* Ὄρθρῳ *sive* Matutino Officio, *ceremoniisque in eo adhiberi solitis interesse possimus.*

hic panis alius est ab Antidoro,

quiut usus in Missa.

CAPUT TERTIUM.

De Officio Matutino.

Recitato, post Actus Apostolorum, Hexapsalmo,

141 M*Atutinum in Græcanica Ecclesia* Ὄρθρος *dicitur. De eo agit Typicum in ultima parte Capitis secundi, quod jam commentati sumus. Attamen ne Caput istud in immensum excresceret; visum fuit illud partiri. Sic ergoussit Typicum:*

¶ Post Praxapostoli lectionem bene precante Sacerdote, auspicamur Hexapsalmum.

¶ Μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ Πραξαποστόλου, εὐλογήσαντος τοῦ Ἱερέως, ἀπαρχόμεθα τοῦ ἑξαψάλμου.

C 143 Comm. *Ita dicitur continuatio sex Psalmorum: qui hoc loco erant Psalmi 3, 37, 62, 87, 102, 142, quantum quidem possum ex Antonii Arcudii Horologio conjicere.* Hexapsalmus *ergo recitatur statim post Lectionem sacram, intellige si agendæ sint vigiliæ, ut agendæ sunt hoc die, cujus exponimus Officium. Nam si vigiliæ agendæ non sint, sacra Lectione finita, ad suam quisque cellam recipit se, & dat quieti; donec Semanterii pulsibus a Candelapte revocetur ad templum. Quod autem tunc sit Matutinæ precis initium, quæ ceremoniæ, quæ ratio pulsandi Semanterii, quæ thuris adolendi, qui ritus reverentiarum, sat clare explicat hoc idem Typicum cap. 10. Quamquam & tum, cum aguntur vigiliæ, Semanterium pulsetur, eo videlicet tempore quo dicuntur sex assignati Psalmi. Atque id significet Typicum; postquam enim instituerat de illis Psalmis sermonem, dicit:* F

pulsatoque Semanterio

decantatur Psalmus 102.

¶ Et Candelaptes quidem, apparato thuribulo, egreditur pulsatque Semanterium majus, & Sacerdos incensat. Quando vero Præses sive Abbas inchoavit 102. Psalmum, scilicet *Benedic anima mea Domino*, dicit Sacerdos, orationes Matutini, stans detecto capite ante sanctas fores.

¶ Καὶ ὁ μὲν Κανδηλάπτης, ἑτοιμάσας τὸ θυμιατόν, ἐξέρχεται, καὶ σημαίνει τὸ μέγα. Ὁ δὲ Ἱερεὺς θυμιᾷ. Ὅταν δὲ ἄρξηται ὁ Προεστὼς τοῦ ρβ' ψαλμοῦ, ἤγουν, τὸ Εὐλόγει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον, λέγει ὁ αὐτὸς Ἱερεὺς τὰς εὐχὰς τοῦ Ὄρθρου, ἱστάμενος ἀσκεπὴς ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν.

cui subjiciuntur 12. preces Matutinæ.

144 Comm. *Non invenio orationes illas in Typico, sed apud S. Germanum invenio, omnino duodecim: fortassis pro numero totidem horarum; quas nox præsumitur absumpsisse absque divinis laudibus, respectu diurnarum quibus cum hoc Officio datur initium, licet ea horarum partitio inæqualis ad usus civiles parum aut nihil faciat: ipsæ autem Orationes hæ sunt.*

ORATIO I.

Agimus Tibi gratias; Domine Deus noster, qui nos excitasti e nostris cubilibus, & verba laudis immisisti in os nostrum; ut adoremus & invocemus nomen sanctum suum, & misericordiam tuam, qua semper circa vitam nostram usus es. Precamur te,

ΕΥΧΗ α'.

Εὐχαριστοῦμέν σοι Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, τῷ ἐξαναστήσαντι ἡμᾶς ἐκ τῶν κοιτῶν ἡμῶν, καὶ ἐμβαλόντι εἰς τὸ στόμα ἡμῶν λόγον αἰνέσεως, τοῦ προσκυνεῖν καὶ ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον. Καὶ δεόμεθα σου τοῖς οἰκτιρμοῖς, οἷς πάντοτε ἐχρήσω περὶ τὴν ἡμετέραν ζωήν,

καὶ νῦν

καὶ νῦν ἐξαπόστειλον τὴν βοήθειάν σου ἐπὶ τοὺς ἑστῶτας πρὸ προσώπου τῆς ἁγίας δόξης σου, καὶ ἀπεκδεχομένους τὸ παρὰ σοῦ πλούσιον ἔλεος. καὶ δὸς αὐτοῖς μετὰ φόβου καὶ ἀγάπης πάντοτέ σοι λατρεύοντας, αἰνεῖν τὴν ἀνεκδιήγητόν σου ἀγαθότητα. Ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις· τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΕΥΧΗ β'.

Ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμα ἡμῶν πρὸς σὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, διότι φῶς τὰ προστάγματά σου ἐπὶ τῆς γῆς. Δικαιοσύνην καὶ ἁγιασμὸν ἐπιτελεῖν ἐν τῷ φόβῳ σου, συνέτισον ἡμᾶς. Σὲ γὰρ δοξάζομεν τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν ἡμῶν. Κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπάκουσον ἡμῶν, καὶ μνήσθητι, Κύριε, τῶν συμπαρόντων, καὶ συνευχομένων ἡμῖν πάντων κατ' ὄνομα, καὶ σῶσον αὐτοὺς τῇ δυνάμει σου. Εὐλόγησον τὸν λαόν σου, καὶ ἁγίασον τὴν κληρονομίαν σου, εἰρήνην τῷ κόσμῳ σου δώρησαι, ταῖς Ἐκκλησίαις σου, τοῖς Ἱερεῦσι, τοῖς Βασιλεῦσιν ἡμῶν, καὶ παντὶ τῷ λαῷ σου. Ὅτι ηὐλόγηται καὶ δεδόξασται τὸ πάντιμον καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου B Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΕΥΧΗ γ'.

Ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμα ἡμῶν πρὸς σὲ ὁ Θεὸς, διότι φῶς τὰ προστάγματά σου. Δίδαξον ἡμᾶς ὁ Θεὸς, τὴν δικαιοσύνην σου, τὰς ἐντολάς σου, καὶ τὰ δικαιώματά σου. φώτισον τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν διανοιῶν ἡμῶν, μήποτε ὑπνώσωμεν ἐν ἁμαρτίαις εἰς θάνατον. Ἀπέλασον πάντα ζόφον ἀπὸ τῶν καρδιῶν ἡμῶν. Χάρισαι ἡμῖν τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον, καὶ ἀνεπηρέαστον τὴν ζωὴν ἡμῶν διαφύλαξον ἐν τῇ σφραγῖδι τοῦ ἁγίου σου Πνεύματος. Κατεύθυνον τὰ διαβήματα ἡμῶν εἰς ὁδὸν εἰρήνης. Δὸς ἡμῖν ἰδεῖν τὸν ὄρθρον καὶ τὴν ἡμέραν ἐν ἀγαλλιάσει, ἵνα σοι τὰς ἑωθινὰς ἀναπέμπωμεν εὐχάς. Ὅτι σὸν τὸ κράτος, καὶ σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα, τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

ΕΥΧΗ δ'.

Δέσποτα ὁ Θεὸς, ὁ ἅγιος καὶ ἀκατάληπτος, ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι, ὁ ἀναπαύσας ἡμᾶς ἐν τῷ τῆς νυκτὸς ὕπνῳ, καὶ διαναστήσας πρὸς δοξολογίαν καὶ ἱκεσίαν τῆς σῆς ἀγαθότητος, δυσωπούμενοι ὑπὸ τῆς ἰδίας σου εὐσπλαγχνίας, πρόσδεξαι ἡμᾶς καὶ νῦν προσκυνοῦντάς σε, καὶ κατὰ δύναμιν εὐχαριστοῦντάς σοι· Δώρησαι ἡμῖν πάντα τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτήματα. Ἀνάδειξον ἡμᾶς υἱοὺς φωτὸς C καὶ ἡμέρας, καὶ κληρονόμους τῶν αἰωνίων σου ἀγαθῶν. Μνήσθητι, Κύριε, ἐν τῷ πλήθει τῶν οἰκτιρμῶν σου, καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ σου, τῶν συμπαρόντων καὶ συνευχομένων ἡμῖν, καὶ πάντων τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν, τῶν ἐν γῇ, τῶν ἐν θαλάσσῃ, τῶν ἐν παντὶ τόπῳ τῆς δεσποτείας σου, δεομένων τῆς φιλανθρωπίας καὶ βοηθείας· καὶ πᾶσι χορήγησον τὸ μέγα σου ἔλεος, ἵνα σεσωσμένοι ψυχῇ τε καὶ σώματι, πάντοτε διαμένοντες, μετὰ παῤῥησίας, δοξάζωμεν τὸ θαυμαστὸν, καὶ εὐλογημένον ὄνομά σου, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΕΥΧΗ ε'.

Ἀγαθῶν θησαυρὲ, πηγὴ ἀέναος, Πάτερ ἅγιε, θαυματοποιὲ, παντοδύναμε καὶ παντοκράτορ, πάντες σε προσκυνοῦμεν· καὶ σοῦ δεόμεθα, τὰ σὰ ἐλέη καὶ τοὺς σοὺς οἰκτιρμοὺς ἐπικαλούμενοι, εἰς βοήθειαν, καὶ ἀντίληψιν τῆς ἡμετέρας ταπεινώσεως. Μνήσθητι Κύριε τῶν σῶν ἱκετῶν. Πρόσδεξαι πάντων ἡμῶν τὰς ἑωθινὰς δεήσεις ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου, καὶ μηδένα ἡμῶν ἀδόκιμον ποιήσῃς, ἀλλὰ πάντας ἡμᾶς περιποίησαι διὰ τῶν οἰκτιρμῶν σου. Μνήσθητι, Κύριε, τῶν ἀγρυπνούντων, καὶ ψαλλόντων εἰς δόξαν σὴν, καὶ τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Γενοῦ αὐτῶν βοηθὸς καὶ ἀντιλήπτωρ. Πρόσδεξαι αὐτῶν τὰς ἱκεσίας, ὡς τὸ ὑπερουράνιον καὶ νοε-

mitte & nunc auxilium tuum super adstantes coram D facie sanctæ gloriæ tuæ, ut copiosam a Te miseratio- Auct. N. R. nem expectemus: iisque Tibi cum timore & caritate servientibus, inenarrabilem tuam bonitatem laudare concede. Quia convenit Tibi omnis gloria, honor & adoratio, Patri, & Filio, & Spiritui sancto, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

ORATIO II.

145 De nocte noster spiritus ad Te vigilat, Deus noster, quia præcepta tua lumen sunt super terram. Doce nos justitiam & sanctitatem in timore perficere: Te enim ut nostrum verum Deum colimus. Inclina aurem tuam, & audi nos; & memento, Domine, præsentium, eorumque nominatim, qui una nobiscum comprecantur, & virtute tua eos salvos fac. Benedic populum tuum, & hereditatem tuam sanctifica; Orbi tuo, Ecclesiis tuis, Sacerdotibus, Imperatoribus nostris, & cuncto populo pacem concede. Quia benedictum, gloriosum, venerandum & magnificum est nomen tuum, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen. E

ORATIO III.

146 De nocte spiritus noster ad Te vigilat, Deus, quia præcepta tua lumen sunt. Doce nos, Deus, justitiam tuam, mandata tua, justificationes tuas. Illumina mentium nostrarum oculos, ne forte in peccatis ad mortem obdormiamus. Caliginem omnem a cordibus nostris dispelle. Præbe nobis justitiæ solem, nostramque vitam ab omni tentatione liberam sub sigillo Spiritus sancti tui custodi. Dirige gressus nostros in viam pacis; & ut Te matutinis concelebremus laudibus, da nobis videre diluculum & diem in exultatione. Quia tua est potentia, & tuum est regnum, & virtus & gloria, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

ORATIO IV.

147 Domine Deus, sancte & incomprehensibilis, qui dixisti ut e tenebris lux splendesceret, qui nos refecisti somno nocturno, & iterum ad laudationem supplicationemque bonitatis tuæ excitasti. Tua ipsius permotus misericordia, nos, adorantes Te, & quantas possumus Tibi gratias referentes, etiam nunc suscipe; omniaque quæ ad salutem faciunt, postulata concede. Filios lucis & diei, tuorumque æternorum bonorum heredes, nos constitue. In multitudine mi- F serationum tuarum, Domine, recordare cuncti populi tui, præsentium & una nobiscum comprecantium, omniumque fratrum nostrorum, vel terra vel mari vel quocumque alio dominationis tuæ loco tua clementia & auxilio indigentium; omnibusque impende magnam misericordiam tuam, ut tam quoad animam quam quoad corpus salvi, glorificemus cum fiducia admirabile ac benedictum nomen tuum, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

ORATIO V.

148 Bonorum thesaure, fons perennis, Pater sancte, mirandorum artifex, qui omnia potes, omnibus imperas; Te omnes adoramus, & deprecamur Te, misericordiam tuam & miserationes tuas exposcentes, in subsidium ac defensionem humilitatis nostræ. Supplicum tuorum memento, Domine; matutinas nostrum omnium preces suscipe, sicut incensum in conspectu tuo; neque quemquam e nobis reproba, sed per misericordiam tuam nos omnes conserva. Memento, Domine, vigilantium & psallentium ad gloriam tuam, & unigeniti Filii tui ac Dei nostri, & sancti Spiritus. Eorum adjutor esto atque

A propugnator: eorum preces in cœleste tuum & intellectuale altare recipe. Quia Tu es Deus noster, & Tibi gloriam referimus, Patri, & Filio, & Spiritui sancto, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

AUCT. N. R.

ORATIO VI.

149 Agimus Tibi gratias, salutarium nostrorum Deus, quia, ut Te nostrarum animarum servatorem beneficum identidem respiciamus, condis omnia ad vitæ nostræ beneficium. Et quia nos, præterita noctis parte refocillatos, excitatosque iterum e cubilibus, ad honorandi nominis tui adorationem erexisti; propterea, quæsumus te, Domine, largire nobis gratiam ac robur; ut Christi tui ope, cum metu & tremore nostram salutem operantes, Tibi scite psallere & indesinenter supplicare valeamus. Memento etiam, Domine, eorum qui Te de nocte invocant: exaudi eos & miserare, sub eorumque pedibus hostes invisibiles atque infestos contere. Tu enim es Rex pacis, & servator nostrarum animarum; Tibique gloriam rependimus, Patri, & Filio, & Spiritui sancto, nunc & semper, & in secula seculorum.

B Amen.

ORATIO VII.

150 Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui nos e nostris thalamis suscitatos ad horam orationis congregasti; da nobis gratiam in patefactione oris, & suscipe quas tibi pro viribus grates referimus, & nos edoce justificationes tuas; quia nisi Tu, Domine, nos tuo Spiritu sancto direxeris, non possumus orare prout oportet. Ideo rogamus Te, ut si quid peccavimus usque ad præsentem horam; verbo, vel opere, vel cogitatione, sponte vel coacte, remittas, condones, indulgeas: quia si iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit? Quoniam apud Te redemptio est, Tu solus es auxiliator sanctus, vitæ nostræ defensor præpotens; & ad Te tota nostra laudatio refertur. Benedicta sit & glorificata regni tui potestas, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen.

ORATIO VIII.

151 Domine Deus noster, qui nos, torpore somni dissipato, vocatione sancta convocasti, ut & manus extolleremus noctu, & Tibi confiteremur super judicia justitiæ tuæ; suscipe orationes nostras, postulationes, confessiones, nocturnos cultus; & tribue nobis, o Deus, inconfusam fidem, spem firmam, caritatem sine fictione. Benedic nostros introitus & exitus,

C actiones, opera, sermones atque cogitationes; & nos ineffabilem bonitatem tuam laudantes, celebrantes, benedicentes, ad principium diei pervenire concede. Quia benedictum est sacrosanctum nomen tuum, & glorificatum regnum Patris, & Filii, & Spiritus sancti, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

ORATIO IX.

152 In cordibus nostris, Domine, incorruptum divinæ tuæ cognitionis lumen benignus accende; & aperi mentis nostræ oculos ad considerationem prædicationis evangelicæ. Timorem beatorum tuorum mandatorum nobis immitte, ut, omnibus carnalibus concupiscentiis conculcatis, spiritalem conversationem sectemur, sapiendo & faciendo omnia quæ tuæ placita sunt voluntati. Quia Tu es sanctificatio & illuminatio nostra; & Tibi gloriam rependimus, Patri, & Filio, & Spiritui sancto, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

ORATIO X.

153 Domine Deus noster, qui per pœnitentiam hominibus remissionem tribuisti, & nobis locum agnitionis peccatorum atque confessionis in prophetæ

ρόν σου θυσιαστήριον. Ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. D

ΕΥΧΗ ς'.

Εὐχαριστοῦμέν σοι, Κύριε, ὁ Θεὸς τῶν σωτηριῶν ἡμῶν, ὅτι πάντα ποιεῖς εἰς εὐεργεσίαν τῆς ζωῆς ἡμῶν. Ἵνα διαπαντὸς πρὸς σὲ ἀποβλέπωμεν τὸν σωτῆρα καὶ εὐεργέτην τῶν ἡμετέρων ψυχῶν· ὅτι ἀνέπαυσας ἡμᾶς ἐν τῷ παρελθόντι τῆς νυκτὸς μέτρῳ, καὶ ἐξήγειρας ἡμᾶς ἐκ τῶν κοιτῶν ἡμῶν, καὶ ἔστησας εἰς προσκύνησιν τοῦ τιμίου ὀνόματός σου. Διὸ δεόμεθά σου, Κύριε, δὸς ἡμῖν χάριν καὶ δύναμιν, ἵνα καταξιωθῶμεν ψάλλειν σοι συνετῶς, καὶ προσεύχεσθαι ἀδιαλείπτως, ἐν φόβῳ καὶ τρόμῳ τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργαζόμενοι, διὰ τῆς ἀντιλήψεως τοῦ Χριστοῦ σου. Μνήσθητι, Κύριε, καὶ τῶν ἐν νυκτὶ πρὸς σὲ βοώντων. Ἐπάκουσον αὐτῶν, καὶ ἐλέησον, καὶ σύντριψον ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτῶν τοὺς ἀοράτους καὶ πολεμίους ἐχθρούς. Σὺ γὰρ εἶ ὁ βασιλεὺς τῆς εἰρήνης, καὶ σωτὴρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν· καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. E

ΕΥΧΗ ζ'.

Ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ ἐξαναστήσας ἡμᾶς ἐκ τῶν κοιτῶν ἡμῶν, καὶ ἐπισυναγαγὼν ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς· δὸς ἡμῖν χάριν ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος ἡμῶν, καὶ πρόσδεξαι ἡμῶν τὰς κατὰ δύναμιν εὐχαριστίας, καὶ δίδαξον ἡμᾶς τὰ δικαιώματά σου, ὅτι προσεύξασθαι καθ' ὃ δεῖ οὐκ οἴδαμεν, ἐὰν μὴ σὺ, Κύριε, τῷ Πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ ὁδηγήσῃς ἡμᾶς. Διὸ δεόμεθά σου, εἴ τι ἡμάρτομεν μέχρι τῆς παρούσης ὥρας, ἐν λόγῳ, ἢ ἔργῳ, ἢ κατὰ διάνοιαν, ἑκουσίως ἢ ἀκουσίως, ἄνες, ἄφες, συγχώρησον· ἐὰν γὰρ ἀνομίας παρατηρήσῃς, Κύριε, Κύριε, τίς ὑποστήσεται; ὅτι παρὰ σοὶ ἡ ἀπολύτρωσις, σὺ εἶ μόνος ἅγιος βοηθὸς, κραταιὸς ὑπερασπιστὴς τῆς ζωῆς ἡμῶν, καὶ ἐν σοὶ ἡ ὕμνησις ἡμῶν διαπαντός. Εἴη τὸ κράτος τῆς βασιλείας σου εὐλογημένον καὶ δεδοξασμένον, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΕΥΧΗ η'.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ τὴν τοῦ ὕπνου ῥαθυμίαν ἀποσκεδάσας ἀφ' ἡμῶν, καὶ συγκαλέσας ἡμᾶς κλήσει ἁγίᾳ, καὶ ἐν νυκτὶ ἐπᾶραι τὰς χεῖρας ἡμῶν, καὶ ἐξομολογεῖσθαί σοι ἐπὶ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου· πρόσδεξαι τὰς δεήσεις ἡμῶν, τὰς ἐντεύξεις, τὰς ἐξομολογήσεις, τὰς νυκτερινὰς λατρείας· καὶ χάρισαι ἡμῖν ὁ Θεὸς, πίστιν ἀκαταίσχυντον, ἐλπίδα βεβαίαν, ἀγάπην ἀνυπόκριτον. Εὐλόγησον ἡμῶν εἰσόδους καὶ ἐξόδους, πράξεις, ἔργα, λόγους, ἐνθυμήσεις· καὶ δὸς ἡμῖν καταντῆσαι εἰς τὰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας, αἰνοῦντας, ὑμνοῦντας, εὐλογοῦντας τῆς σῆς ἀφράστου χρηστότητος τὴν ἀγαθότητα. Ὅτι ηὐλόγηται τὸ πανάγιόν σου ὄνομα, καὶ δεδόξασταί σου ἡ βασιλεία, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. F

ΕΥΧΗ θ'.

Ἔλλαμψον, Δέσποτα φιλάνθρωπε, ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, τὸ τῆς σῆς θεογνωσίας φῶς ἀκήρατον, καὶ τοὺς τῆς διανοίας ἡμῶν ὀφθαλμοὺς διάνοιξον εἰς τὴν τῶν εὐαγγελικῶν σου κηρυγμάτων κατανόησιν· ἔνθες ἡμῖν καὶ τὸν τῶν μακαρίων σου ἐντολῶν φόβον, ἵνα πάσας τὰς σαρκικὰς ἐπιθυμίας καταπατήσαντες, πνευματικὴν πολιτείαν μετέλθωμεν, πάντα τὰ πρὸς εὐαρέστησιν τὴν σὴν καὶ φρονοῦντες καὶ πράττοντες. Ὅτι σὺ εἶ ὁ ἁγιασμὸς καὶ ὁ φωτισμὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΕΥΧΗ ι'.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ τὴν διὰ μετανοίας ἄφεσιν τοῖς ἀνθρώποις δωρησάμενος, καὶ τύπον ἡμῖν ἐπιγνώσεως ἁμαρτημάτων, καὶ ἐξομολογήσεως τὴν τοῦ προφήτου Δαβὶδ μετάνοιαν,

A αἴνεσιν, πρὸς συγχώρησιν ὑποδέξαι· αὐτός, Δέσποτα, πολλοῖς ἡμᾶς καὶ μεγάλοις περιπεπτωκότας πλημμελήμασιν ἐλέησον, κατὰ τὸ μέγα σου ἔλεος, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου. Ἐξάλειψον τὰ ἀνομήματα ἡμῶν, ὅτι σοὶ ἡμάρτομεν Κύριε, τῷ καὶ τὰ ἄδηλα καὶ κρύφια τῆς καρδίας τῶν ἀνθρώπων γινώσκοντι, καὶ μόνῳ ἔχοντι ἐξουσίαν ἀφιέναι ἁμαρτίας. Καρδίαν δὲ καθαρὰν κτίσας ἐν ἡμῖν, καὶ πνεύματι ἡγεμονικῷ στηρίξας ἡμᾶς, καὶ τὴν ἀγαλλίασιν τοῦ σωτηρίου σου γνωρίσας ἡμῖν, μὴ ἀποῤῥίψῃς ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ προσώπου σου· ἀλλ' εὐδόκησον, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος, μέχρι τῆς ἐσχάτης ἡμῶν ἀναπνοῆς, προσφέρειν σοι θυσίαν δικαιοσύνης, καὶ ἀναφορὰν ἐν τοῖς ἁγίοις σου θυσιαστηρίοις, ἐλέει, οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ, σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΕΥΧΗ' ια'

Ὁ Θεός, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ τὰς νοερὰς καὶ λογικὰς ὑποστησάμενος δυνάμεις τῷ σῷ θελήματι· σοῦ δεόμεθα, καὶ
B σὲ ἱκετεύομεν, πρόσδεξαι ἡμῶν καὶ τῶν κτισμάτων σου πάντων, τὴν κατὰ δύναμιν δοξολογίαν, καὶ ταῖς πλουσίαις τῆς σῆς ἀγαθότητος ἀντάμειψαι δωρεαῖς· ὅτι σοὶ κάμπτει πᾶν γόνυ, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων· καὶ πᾶσα πνοὴ καὶ κτίσις ὑμνεῖ τὴν ἀκατάληπτόν σου δόξαν· μόνος γὰρ εἶ Θεὸς ἀληθινός, καὶ πολυέλεος. Ὅτι σὲ αἰνοῦσι πᾶσαι αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν, καὶ σοὶ δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρί, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΕΥΧΗ' ιβ'.

Αἰνοῦμεν, ὑμνοῦμεν, εὐλογοῦμεν, καὶ εὐχαριστοῦμέν σοι, ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, ὅτι παρήγαγες τὴν σκιὰν τῆς νυκτός, καὶ ἔδειξας ἡμῖν πάλιν τὸ φῶς τῆς ἡμέρας· ἀλλ' ἱκετεύομεν τὴν σὴν ἀγαθότητα, ἱλάσθητι ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, καὶ πρόσδεξαι τὴν δέησιν ἡμῶν ἐν τῇ μεγάλῃ σου εὐσπλαγχνίᾳ, ὅτι πρὸς σὲ καταφεύγομεν, τὸν ἐλεήμονα καὶ παντοδύναμον Θεόν. Λάμψον ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, τὸν ἀληθινὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης σου· φώτισον τὸν νοῦν ἡμῶν, καὶ τὰς αἰσθήσεις ὅλας διατήρησον, ἵνα ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατοῦντες τὴν ὁδὸν τῶν ἐντολῶν σου,
C καταντήσωμεν εἰς τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, ὅτι παρὰ σοὶ ἐστὶν ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς. καὶ ἐν ἀπολαύσει γενέσθαι καταξιωθῶμεν τοῦ ἀπροσίτου φωτός, ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρί, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι; νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

¶ Εἶτα λέγει τὴν μεγάλην συναπτήν. Μετὰ δὲ τὴν ἐκφώνησιν, ψάλλεται, ὁ Θεὸς Κύριος.

D Davidis pœnitentia ad veniam commonstrasti; ipse, Domine, nobis in multa ac gravia delicta miserere, secundum magnam misericordiam tuam; & secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitates nostras: quia Tibi peccavimus, Domine, qui incerta & occulta cordis hominum pernovisti, & qui solus habes potestatem remittendi peccata. Cor mundum crea in nobis, & spiritu principali confirma nos, & manifesta nobis lætitiam salutaris tui: ne projicias nos a facie tua; sed placeat Tibi, bono & benigno, ut usque ad nostrum extremum halitum offeramus Tibi sacrificium justitiæ, & oblationem super sancta tua altaria; misericordia, miserationibus, & benignitate unigeniti tui Filii, qui cum benedictus es, cum sanctissimo & bono & vivifico tuo Spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen. AUCT. N.R.

ORATIO XI.

154 Deus, Deus noster, qui intellectus & rationis participes Virtutes tua voluntate condidisti, quæsumus Te atque obtestamur, suscipe nostram omniumque tuarum creaturarum glorificationem, uniuscujusque viribus congruentem, & affluentia bonitatis tuæ dona rependę; quia Tibi omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium & infernorum; omnisque spiritus ac creatura celebrat incomprehensibilem gloriam tuam. Quia Te laudant omnes Virtutes cœlorum, & nos Tibi gloriam reddimus, Patri, & Filio, & Spiritui sancto, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen. E

ORATIO XII.

155 Laudamus, celebramus, benedicimus & gratias agimus tibi, Deus patrum nostrorum, quod dissipaveris umbram noctis, & nobis diei lumen iterum ostenderis. Verum bonitatem tuam obsecramus, propitius esto peccatis nostris, & pro magna misericordia tua nostras preces admitte: quia ad Te confugimus, misericordem & omnipotentem Deum. In cordibus nostris solem justitiæ tuæ accende, mentem nostram illumina, omnesque sensus conservá, ut tamquam in die per viam mandatorum tuorum pulcre ambulantes, ad vitam perveniamus æternam, quia fons vitæ apud Te est; & lumine inaccesso perfrui mereamur, quia Tu Deus noster es, & Tibi reddimus gloriam: Patri, & Filio et sancto Spiritui, nunc, et semper, et in secula seculorum. Amen.

¶ 156 Deinde recitat magnam Collectam, Et post exclamationem canit: Deus Dominus. F

COMM. *Magna illa collecta & exclamatio eadem est, quam dedimus supra num. 74. in majoribus Vesperis, adeoque supervacaneum esset eam hic totam repetere. Ad τό, Ὁ Θεὸς Κύριος, quod attinet; forte illi subaudiendum est ex Horologio:* καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου: Et apparuit nobis, benedictus qui venit in nomine Domini. *Typicum autem S. Sabæ dicit, illud cani, non a Sacerdote, sed a designato Monacho: Verba hæc sunt.* Sequitur major Collecta,

¶ Εἶθ' οὕτως ὁ ταχθεὶς μοναχὸς ἀφ' ἑσπέρας, εἰς τὸ προκείμενον τῆς ἡμέρας, ποιήσας τὴν συνήθη μετάνοιαν τῷ Ἡγουμένῳ, ψάλλει τό, Θεὸς Κύριος.

¶ 157 Absoluta exclamatione, statutus jam inde a Vesperis Monachus, ad diei Propositum, facta Abbati reverentia, canit: *Deus Dominus.*

COMM. *Post στιχολογίαν sequuntur Stichera Sanctorum, quorum festa lux agitur. Est autem hic notandum, quod ea Troparia quæ in Menæis vocantur* Καθίσματα, *non eo sensu hic vocentur, quo illa accepimus supra num. 85. sed longe alio. Hæc nimirum, quod sint Cantica, quæ sedendo persolvuntur, ut auditoribus aliquid levaminis concedatur. Potest itaque* Κάθισμα *Latine reddi* Sessio. *Habe igitur hujus Officii Cathismata* cum Sticho- logia, prima cum suo Ca thismate

Μετὰ τὴν α' στιχολογίαν. Κάθισμα.
Ἦχος δ'. πρὸς Ταχὺ προκατάλαβε.

Φωστῆρες ὑπέρλαμπροι τῆς Ἐκκλησίας Χριστοῦ, τὸν κόσμον ἐφωτίσατε ταῖς διδαχαῖς ὑμῶν· Πατέρες θεόσοφοι, πήξαντες ταῖς αἱρέσεσι πάντων τῶν κακοδόξων, ἐσβέσατε τὰς φλογώδεις τῶν βλασφήμων συγχύσεις. Διό, ὡς Ἱεράρχαι Χριστοῦ, πρεσβεύσατε σωθῆναι ἡμᾶς.

Post primam Stichologiam Sessio.
Tonus 4. sicut Ταχὺ προκατάλαβε.

158 Ecclesiæ corusca luminaria, doctrinis vestris collustrastis orbem: confixis omnibus prave sentientium hæresibus, flammeas conturbationes impietatis extinxistis, Patres divinorum periti. Qua de causa, veluti Christi Hierarchæ, nostram incolumitatem exposcite.

A Gloria. *Idem Sticheron repetitur.* Et nunc.

AUCT. N.R. *Mariale simile, sive eidem tono attemperandum.*

Virgo summe laudabilis, Mater Christi Dei; Divina Sponsa & conjugalis ignara commercii: Fidelium defensio; ab omni discrimine & omni genere necessitatis expedi, Domina Deipara, fideles qui ardenter in clientelam se tuam conferunt, Tu quæ sola Dei sponsa es.

& secundo, cum suis,

Post 2. Stichologiam Sessio.

Tonus 4. sicut Κατεπλάγη Ἰωσήφ.

159 Vos, veluti sapientes apes, in prato Scripturarum circumvolitantes, lectissimum quemque flosculum diligentissime depasti, cunctis fidelibus mel vestrorum dogmatum simul ad lautissimum epulum apponitis. Et propterea quilibet perfusus dulcedine, exclamat cum gaudio: Vos vestris laudatoribus etiam post mortem adestis.

Gloria. *Idem Sticheron repetitur.* Et nunc.

Mariale simile.

Maximis ego perturbationum jactatus occulte tempestatibus, Te, o Casta, ardenter invoco: ne finas

B perire miserum me, Tu quæ abyssum misericordiæ genuisti. Præter Te spem nullam aliam habeo. Igitur confisus in Te, non præbebo inimicis materiam gaudii & risus: etenim potes, quodcumque vis, ut Mater illius qui est omnium Deus.

Δόξα. Τὸ αὐτό. Καὶ νῦν. D

Θεοτοκίον ὅμοιον.

Παρθένε πανύμνητε, Μῆτερ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ, θεόνυμφε ἀπειρόγαμε, πιστῶν ἡ ἀντίληψις, ῥῦσαι παντὸς κινδύνου καὶ παντοίας ἀνάγκης, Δέσποινα Θεοτόκε, τοὺς ἐν πίστει πόθῳ τῇ σκέπῃ σου προσφεύγοντας, μόνη Θεόνυμφε.

Μετὰ τὴν β' στιχολογίαν Κάθισμα

Ἦχος δ'. Κατεπλάγη Ἰωσήφ.

Ἐν λειμῶσι τῶν γραφῶν, καθάπερ μέλισσαι σοφοί, προσιπτάμενοι ὑμεῖς, περιεδρέψασθε καλῶς καὶ τῶν ἀνθέων τὰ ἄριστα, καὶ τὸ μέλι, πᾶσι τοῖς πιστοῖς, τῶν δογμάτων ὑμῶν προτίθεσθε ὁμοῦ, εἰς πανδαισίαν αὐτῶν· καὶ διὰ τοῦτο ἅπας γλυκαινόμενος, μετ' εὐφροσύνης κραυγάζει· Πάρεστε πάλιν καὶ μετὰ πότμον, τοῖς ὑμᾶς εὐφημοῦσι, Μακάριοι.

Δόξα. Τὸ αὐτό. Καὶ νῦν.

Θεοτοκίον ὅμοιον.

E Τρικυμίαις τῶν παθῶν ἀσυνηθέσιν ἐγὼ χειμαζόμενος, Ἁγνή, ἐπικαλοῦμαί σε θερμῶς· μή με παρίδῃς τὸν δείλαιον ἀπολέσθαι, ἄβυσσον ἐλέους ἡ τέξασα. Πλὴν σοῦ γὰρ ἄλλην ἐλπίδα οὐ κέκτημαι. Μὴ τοῖς ἐχθροῖς ἐπίχαρμα καὶ γέλως, ὁ πεποιθώς σοι ὀφθήσομαι· καὶ γὰρ ἰσχύεις ὅσα καὶ βούλει, ὡς μήτηρ οὖσα τοῦ πάντων Θεοῦ.

160 COMM. *Antequam fiat tertia Sessio, recitatur Psalmus* 134. αἰνεῖτε τὸ ὄνομα Κυρίου, Laudate nomen Domini, *& in fine cujuslibet Versiculi annectitur;* Alleluia. *Hic Psalmus a Græcis dicitur* πολυέλεος, *quia dum cantatur, ei accinitur Psalmus alius,* 135. *videlicet,* Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ τῶν Κυρίων, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Confitemini Domino Dominum, quoniam in seculum misericordia ejus. *Quemadmodum igitur hymnus ille, in quo vox* Ἅγιος *ter repetitur, dicitur* Τρισάγιος; *ita etiam Psalmus* 134, *solitus copulari cum Psalmo* 135. *in quo sæpe, imo in singulis Versiculis repetitur vox* ἔλεος, *sibi* πολυελέου *nomen merito adscivit. Haud equidem scio, quid passus sit Allatius, dum agens de origine ac radice hujus nominis, locutus est sub disjunctione:* Πολυέλεος, *(inquit Dissert. 1. de libris Eccles. Græc. pag. 13. & 14.)* nomen habet ab eo quod eodem tempore Psalmus alius (*jam dictus*) accinitur; vel quod tunc cereis & luminibus lampadis, in medio Ecclesiæ ante Sancta Sanctorum appensæ, quæ vocatur πολυέλεος, Psalmus ille recitatur. *Hic bonus dormitat Homerus. Etenim, quamquam Allatio gratis concedamus* Πολυκάνδηλον, *id est, coronam illam quæ ex templi fornice pendet, compluribus lychnis instructa, appellari apud Græcos etiam* Πολυέλαιον; *tamen Psalmus ille nomen* Polyelei *inde trahere non potest; quia* ἔλαιον, oleum, *scribitur per ai, quomodo Polyeleos non scribit ipse Allatius. Quapropter non relinquitur locus dubitationi, quin* Polyeleos *proveniat ab* ἔλεος Misericordia, *adeoque a jam dicto Psalmo, in quo* ἔλεος, Misericordia, *tam frequenter iteratur. Quando autem non est tanta solemnitas, tunc loco Psalmi* Πολυέλεος, *dicitur Psalmus* Ἄμωμος Immaculati, *de quo vide num.* 60; *&,* ἐν ᾧ *(ut dicit Typicum)* θυμιᾷ ὁ Ἱερεὺς καθ' ἓν ἡ Δόξα ποιεῖ συναπτὴν μικράν. *Et in quo Sacerdos thus adolet, & ad unumquodque* Gloria *facit Collectam minorem num.* 88. *propositam. Hoc ipsum & in Psalmo qui* Πολυέλεος *dicitur, fieri existimo, cum hic in majori solemnitate recitetur.* F

deinde Psalmus polyeleos.

Post Psalmum Polyeleon Sessio.

Tonus 4. sicut Ἐπεφάνης σήμερον.

C 161 Sapientes Doctores orbis, qui in terra Deum glorificaverunt opere & oratione, hodie extollantur, ut nostræ salutis conciliatores.

cum Cathismate 3.

Gloria *Sticheron simile.*

Hodie celebrat Ecclesia augustam memoriam trium Doctorum: etenim illi Ecclesiam divinis institutis stabilivere.

Et nunc. *Mariale simile*

Tutela inexpugnabilis miserorum, & velox defensio in te sperantium, erue me a periculis: tu enim omnium auxilium es.

Psalmi Graduales.

Antiphonum primum quarti toni.

Μετὰ τὸν πολυέλεον κάθισμα.

Ἦχος δ'. Ἐπεφάνης σήμερον.

Οἱ σοφοὶ διδάσκαλοι τῆς οἰκουμένης, οἱ Θεὸν δοξάσαντες ἔργοις καὶ λόγοις ἐπὶ γῆς, μεγαλυνέσθωσαν σήμερον, ὡς σωτηρίας ἡμῖν ὄντες πρόξενοι.

Δόξα. Ὅμοιον.

Ἑορτάζει σήμερον ἡ Ἐκκλησία τὴν σεπτὴν πανήγυριν τῶν διδασκάλων τῶν τριῶν, καὶ γὰρ αὐτοὶ ἐστερέωσαν τὴν Ἐκκλησίαν τοῖς θείοις δόγμασιν.

Καὶ νῦν. Θεοτοκίον ὅμοιον.

Προστασία ἄμαχε τῶν θλιβομένων, καὶ θερμὴ ἀντίληψις τῶν πεποιθότων ἐπὶ σέ, ἀπὸ κινδύνων με λύτρωσαι· σὺ γὰρ ὑπάρχεις ἡ πάντων βοήθεια.

Οἱ ἀναβαθμοί.

Τὸ α' ἀντίφωνον τοῦ τετάρτου ἤχου.

& Psalmi graduales cum Antiphono,

162 COMM. *Quid sit Antiphonum in ecclesia Græcorum, sat fuse, opinor, num. 87. declaravimus. Hic accipe ibidem promissum exemplum. Prius tamen ex Typico annotabo, a Candelapto pulsari Semanterium ferreum, tempore quo illi Psalmi Graduales concinuntur. Verba Typici hæc sunt.* Οἱ ἀναβαθμοί, ἐν οἷς ἀπέρχεται ὁ Κανδηλάπτης καὶ σημαίνει τὸ σιδηροῦν. *Absolutis autem hisce Psalmis, succedit Antiphonum primum, Propositum dici sive Versiculus, trepetitum* Πᾶσα πνοὴ *dictum.*

ANTIPHONUM I.

Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo, Altissime. Precibus Deiparæ Servator serva nos.

Ad annuntiandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Precibus Deiparæ &c.

ΑΝΤΙΦΩΝΟΝ α'.

Ἀγαθὸν τὸ ἐξομολογεῖσθαι τῷ Κυρίῳ, καὶ ψάλλειν τῷ ὀνόματί σου, Ὕψιστε. Ταῖς πρεσβείαις τῆς Θεοτόκου, Σῶτερ, σῶσον ἡμᾶς.

Τοῦ ἀναγγέλλειν τὸ πρωῒ τὸ ἔλεός σου, καὶ τὴν ἀλήθειάν σου κατὰ νύκτα. Ταῖς πρεσβείαις τῆς Θεοτόκου.

Ora

A Ὅτι εὐθὴς Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ. Ταῖς πρεσβείαις τῆς Θεοτόκου.

Δόξα καὶ νῦν. Ταῖς πρεσβείαις τῆς Θεοτόκου.

Quoniam rectus Dominus Deus noster, & non est iniquitas in eo. Precibus Deiparæ &c. D

Gloria. Et nunc. Precibus Deiparæ &c. AUCT. N.R.

163 COMM. *Hoc, ταῖς πρεσβείαις &c. ultima vice dicitur a duobus Choris simul & majore contentione vocis, ut habet Pentecostarium.*

ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΟΝ.

Οἱ Ἱερεῖς σου Κύριε, ἐνδύσονται δικαιοσύνην.

Τὸ στόμα μου λαλήσει σοφίαν.

Ὁ Διάκονος. Τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Ὁ Ἱερεὺς ἐκφώνως. Ὅτι ἅγιος ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ ἐν ἁγίοις ἐπαναπαύῃ, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Πᾶσα πνοὴ αἰνεσάτω τὸν Κύριον· αἰνεῖτε ἐκ τῶν οὐρανῶν, αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν ὑψίστοις· σοὶ πρέπει ὕμνος τῷ Θεῷ.

¶ Καὶ ποιεῖ ὁ Ἱερεὺς μικρὰν συναπτήν.

PROPOSITUM.

Sacerdotes tui, Domine, induent justitiam. *atque Proposito:*

Os meum loquetur sapientiam.

Diaconus Dominum oremus.

Sacerdos elata voce. Quia sanctus Deus noster est, & Sanctis delectatur: & tibi gloriam reddimus, Patri, & Filio & Spiritui sancto, & nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen.

Omnis Spiritus laudet Dominum; laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelsis. Te Deum decet hymnus.

¶ Et Sacerdos facit parvam Collectam.

COMM. *Qualem scilicet habes in majoribus Vesperis num. 88. Post hanc autem exclamant,* Diaconus *quidem secundum S. Germanum; secundum Typicum vero ipse* Sacerdos, *ait:*

Ὑπὲρ τοῦ καταξιωθῆναι ἡμᾶς ἀκοῦσαι τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

164 Ut simus digni qui sanctum Evangelium audiamus, Dominum oremus.

COMM. *Hic legitur Evangelium occurrens. Sed prius, saltem secundum Philotheum, dicitur a Diacono* Σοφία, ὀρθοὶ ἀκούσωμεν τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου. Sapientia, recti audiamus sanctum Evangelium. *Sacerdos autem dicto* εἰρήνη πᾶσι pax omnibus, *subinfert:* Τοῦ κατὰ N. ἁγίου εὐαγγελίου τὸ ἀνάγνωσμα. Evangelii secundum N. lectio. *Respondet populus:* Δόξα σοι Κύριε, δόξα σοι. Gloria tibi Domine, Gloria tibi. *Diaconus* Πρόσχωμεν, Attendamus. *Quibus autem diebus unumquodque Evangelium legatur, docet Typicum cap. 8. & Evangelistarium, sive liber, in quo ad hunc usum exarata sunt Evangelia. Post lectionem Evangelii* B E *deinde legitur Evangelium.*

Δόξα. Ἦχος β´.

Ταῖς τῶν διδασκάλων πρεσβείαις ἐλεῆμον, ἐξάλειψον τὰ πλήθη τῶν ἐμῶν ἐγκλημάτων. Καὶ νῦν.

Ταῖς τῆς Θεοτόκου πρεσβείαις ἐλέησόν με ὁ Θεός.

Καὶ τὸ στιχηρὸν τῶν Ἁγίων. Ἦχος. πλ. β´.

Ἐξεχύθη ἡ χάρις ἐν χείλεσιν ὑμῶν, ὅσιοι Πατέρες, καὶ γεγόνατε ποιμένες τῆς τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίας, διδάσκοντες τὰ λογικὰ πρόβατα πιστεύειν εἰς Τριάδα ὁμοούσιον ἐν μιᾷ θεότητι.

¶ Πᾶσα πνοή. Εὐαγγέλιον κατὰ Λουκᾶν. Εἶπεν ὁ Κύριος, ὁ ἀκούων ὑμῶν, ἐμοῦ ἀκούει.

Gloria. Tonus 2.

Doctorum precibus misericors, dele multitudinem delictorum nostrorum. Et nunc.

Deiparæ precibus, Miserere mei, Deus.

Versus Sanctorum. Tonus obliquus 2.

Diffusa est gratia in labiis vestris, Patres sancti; & facti estis Pastores Ecclesiæ Christi, docentes rationales oves credere Trinitatem consubstantialem in una deitate.

¶ Omnis spiritus, *ut antea.* Evangelium secundum Lucam: Qui vos audit, me audit. *& secundum,*

165 COMM. *Hinc videtur posse colligi: diebus festis duplex in Matutino legi apud Græcos Evangelium, alterum occurrens, quod ἑωθινὸν appellatur, alterum quod ἑορτικόν. Sed quæres, Diaconus ne legat Evangelium, an Sacerdos ipse? Typicum, dum dicit λέγομεν τὸ ἑωθινὸν εὐαγγέλιον dicimus Matutinum Evangelium, loquitur obscurius, quam ut hanc quæstionem inde possimus dirimere. Patriarcha Philotheus quoque & S. Germanus, in contrarias partes distrahuntur. Hic enim a Diacono Evangelium recitari affirmat, ille a Sacerdote. Locum Philothei commentans Goarus sic fatur:* In Missa Diaconus, in Matutinis Evangelium Sacerdos recitat, ut quos in Missa Sacramentis est cibaturus, prius verbo Dei pascat. Utrobique vero curam omnium celesti cibo pascendorum in se suscipere profitetur, ad Christi exemplum, qui prius verbo, quam corporis Sacramento, Ecclesiam pavit. Nec usus iste ab Ecclesia Latina omnino alienus est: adhuc enim mos iste viget inter D. Benedicti filios & sequaces, ut finitis matutinis Lectionibus, Abbas vel Superior, Evangelium integrum pronunciet. *Nunc redeamus ad Typicum, tamen ante observa apud Græcos in Liturgia sive Missa non legi idem Evangelium quod in horis Canonicis: nam hoc die in Missa legitur Evangelium secundum Matthæum, quod incipit,* Vos estis lux mundi. *a Diacono, C F an Sacerdos?*

¶ Μετὰ τὸ ἀσπασμὸν τοῦ Εὐαγγελίου, λέγει ὁ Ἱερεύς· Σῶσον ὁ Θεὸς τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου. Κύριε ἐλέησον ιβ´. Καὶ ἐκφωνεῖ. Ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ, σὺν τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Καὶ ἀρχόμεθα τῶν Κανόνων.

¶ 166 *Post osculum Evangelii dicit Sacerdos;* Salva, Deus, populum tuum & benedic hereditati tuæ. Domine miserere, *duodecies. Et exclamatio:* Misericordia & miserationibus & benignitate unigeniti tui Filii, quocum benedictus es, cum sanctissimo & bono & vivifico tuo Spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen. *Et incboamus Canones.*

167 COMM. *Verum antequam trium Doctorum Canones, a Joanne Euchaitæ concinnatos, subjiciamus sub aspectum, observandum est, S. Germanum non significare dicendum duodecies,* Domine miserere; *sed verbis* Εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου, *confestim subnectit sequentia dicenda a Diacono.* *Hic S. Germanus Le... ... ponit*

Ἐπίσκεψαι τὸν κόσμον σου ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς. Ὕψωσον κέρας Χριστιανῶν ὀρθοδόξων, καὶ κατάπεμψον ἐφ' ἡμᾶς τὰ ἐλέη σου τὰ πλούσια. Πρεσβείαις τῆς παναχράντου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. Δυνάμει τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ. προστασίαις τῶν ἐπουρανίων δυνάμεων ἀσωμάτων, τοῦ τιμίου ἐνδόξου προφήτου προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ Ἰωάννου, τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων, τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ καλλινίκων Μαρτύρων. Καὶ τὰ λοιπὰ τούτων, ὡς ἐν τῷ λιτῇ γέγραπται.

Respice urbem tuum in misericordia & miserationibus. Exalta cornu Christianorum orthodoxorum, & demitte super nos tuas affluentes misericordias. Precibus illibatæ Dominæ nostræ, Genitricis Dei semperque Virginis Mariæ; virtute venerandæ & vivificæ Crucis, patrociniis cœlestium incorporearumque Potestatum; venerandi, gloriosique Prophetæ, Præcursoris & Baptistæ Joannis; Sanctorum gloriosorum & celeberrimorum Apostolorum; Sanctorum, glorio-

A rioforum & victoriis inclitorum Martyrum, et reliqua sicut Litaniæ inscribuntur. D

Auct. N.R. & Philothei explicat ritum osculandi Evangelii

169 COMM. *Hæc omnia ait S. Germanus dici a Diacono, cui tandem succinat Sacerdos, exclamando ut supra. Non fuerit, porro injucundum hic enotare & ritum & tempus, quo a Fratribus osculum sancto Evangelio imprimitur. Sic ergo scribit Patriarcha Philotheus in Ordine sacri Ministerii.*

¶ Sacerdos, demissa casula, sanctum Evangelium ante pectus deferens, egreditur, & in medio templo stat. Lector autem, vel qui a ceremoniis est, stat ipsi a dextris, tenens candelabrum cum cereo accenso; & osculum Sancto Evangelio de more figitur a Fratribus.

¶ Ὁ Ἱερεὺς χαλάσας τὸ φελώνιον, καὶ βαστάζων τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον ἔμπροσθεν τοῦ στήθους, ἐξέρχεται καὶ ἵσταται ἐπὶ τὸ μέσον τοῦ ναοῦ, καὶ Ἀναγνώστης δὲ ὁ δεξιὸς, ἵσταται δεξιόθεν αὐτοῦ, κατέχων μανουάλιον μετὰ λαμπάδος ἡμμένης, καὶ γίνεται ὁ ἀσπασμὸς τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου, παρὰ τῶν Ἀδελφῶν συνήθως.

Rubus Dominicis.

169 COMM. *Illis autem osculantibus, canitur Troparium quod incipit,* Ἀνάστασιν Χριστοῦ θεασάμενοι, *si fuerit* κυριακὴ δηλονότι, καὶ ὁ πεντηκοστὸς μετὰ μέλους, *id est,* Resurrectionem Christi contemplati: *videlicet,* si dies Dominica fuerit; *quando etiam canunt.* Psalmum quinquagesimum: *nam, ut idem Philotheus dicit postea,* exosculatio Evangelii festis aliis prætermittitur, nisi forte in Dominicam inciderint. *Verba ejus Græca hæc sunt:* Ἐν ἄλλῃ δὲ ἑορτῇ γίνεται ὁ ἀσπασμὸς, εἰ μὴ μόνον ἐν κυριακῇ. *Igitur nisi hoc trium Doctorum festum incidat in Dominicam, statim post,* Σῶσον ὁ Θεὸς, *Dicuntur Canones cum Hirmis, Canones autem in hoc Officio tres sunt, unus de Deipara, alii duo de Sanctis, omnes ejusdem Joannis Metropolitæ Euchaitorum opus: sed medius solus acrostichis: unde facile est singulorum partes a partibus aliorum discernere.*

Requiritur Canon acrostichis.

CANON DEIPARÆ,

Opus Joannis Euchaitæ.

ODE 1. *Tonus 2. Hirmus.*

B 170 Huc huc, Populi, canamus carmen Christo Deo, dividenti mare, & ducenti populum quem liberavit a servitute Ægyptiorum, quoniam glorificatus est.

A gravibus tam corporis quam animæ periculis & morbis et lapsibus, o Incontaminata, eripe me, qui pie confiteor esse te proprie putam Dei Genitricem.

Integram gratiarum abyssum in te reconditam esse agnoscimus. Propterea, o Deipara, qui ad te prompto et erecto animo confugimus, divino tuo patrocinio servamur.

Pro nobis celebrantibus Te, Castissima, ora incarnatum ex impolluto tuo et pretioso sanguine, ut simus a delictis et amaris ægrotationibus immunes.

Ὁ ΚΑΝΩ'Ν ΤΗ͂Σ ΘΕΟΤΟ'ΚΟΥ,

Ποίημα Ἰωάννου Εὐχαΐτων

ὨΔΗ' α΄. Ἦχος β΄. Ὁ εἱρμός.

Δεῦτε λαοὶ, ᾄσωμεν ᾆσμα Χριστῷ τῷ Θεῷ, τῷ διελόντι θάλασσαν, καὶ ὁδηγήσαντι τὸν λαὸν, ὃν αὐτὸς δουλείας Αἰγυπτίων, ὅτι δεδόξασται. B

Τὸν εὐσεβῶς σε Θεοτόκον κυρίως ἀγνὴ ὁμολογοῦντα, Ἄχραντε, ψυχῆς καὶ σώματος χαλεπῶν ἐκ κινδύνων καὶ νόσων, καὶ πταισμάτων σύ με διάσωσον.

Ὅλην ἐν σοὶ τῶν χαρισμάτων ἄβυσσον ἀποκειμένην ἔγνωμεν. Διὸ προσφεύγοντες, Θεοτόκε, προθύμως τῇ σκέπῃ σου τῇ θείᾳ διασωζόμεθα.

Ὑπὲρ ἡμῶν τῶν σε ὑμνούντων δυσώπησον τὸν σαρκωθέντα, Πάναγνε, ἐκ τῶν ἀχράντων σου καὶ τιμίων αἱμάτων, ῥυσθῆναι ἐκ πταισμάτων καὶ νοσημάτων πικρῶν.

ALTER CANON SANCTORUM,

Cujus acrostichis est

O Trinitas, lucere tres soles facis.

Opus ejusdem Joannis.

171 ODE 1. *Tonus & Hirmus idem.*

O Mortales, quam remunerationem afferetis, quam studiorum officiorumque vicissitudinem dignam iis, qui sunt tam bene de vobis meriti, et per quos perducti estis ad pie sancteque vivendum?

T Erfæ rhetorum linguæ, artesque methodique, et omnis dicendi vis atque copia nunc in argumentum incumbant unum; et a quibus honorata sunt; eos vicissim honorent.

C

R Evolventes animo bona cælestia, nihil terrestre sustinuerunt habere proprium; sed fuerunt custodes assertoresque communitatis; ideo et communi laude ornentur. *Meriele.*

I Mmunis ab omni labe, Te, commune naturæ nostræ decus celebramus omnes, labium effecti unum, unumque concentum perficientes.

ἝΤΕΡΟΣ ΚΑΝΩ'Ν ΤΩ͂Ν ἉΓΙ'ΩΝ.

οὗ ἡ ἀκροστιχὶς

Τριλαμπὲς φῶς, τρεῖς λάμψαι ἡλίους.

Ποίημα τοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου.

ὨΔΗ' α΄. Ἦχος καὶ εἱρμὸς ὁ αὐτός.

Τίς ἀμοιβὴ, τίς ἀνταπόδοσις πρέπουσα τοῖς ἐμοῖς πόνοις, ἄνθρωποι, προσενεχθήσεται παρ' ὑμῶν ἐργάταις, δι' ὧν πρὸς τὸ εὖ εἶναι χειραγωγούμενοι;

Ῥητόρων αἱ γλῶσσαι, καὶ τέχναι, καὶ μέθοδοι, καὶ πᾶσα λόγων δύναμις, νῦν εἰς ὑπόθεσιν συγκινείσθωσαν μίαν, καὶ τὰς τετιμηκότας ἀντιτιμάσθωσαν. F

Ἴδιον μηδὲν ἠνέσχοντο κτήσασθαι ἐν γῇ, τὰ οὐράνια φρονοῦντες, φύλακες δ' ὤφθησαν τοῦ κοινοῦ καὶ προστάται· κοινοῖς οὖν καὶ τοῖς ὕμνοις καταξιούσθωσαν. Θεοτόκιον.

Μὴ τὴν κοινὴν φιλοτιμίαν, Πανάμωμε, τῆς ἡμετέρας φύσεως πάντες δοξάζομεν, χεῖλος ἓν γεγονότες, καὶ συμφωνίαν μίαν ἀποπληροῦντες.

ALIUS CANON SANCTORUM.

Opus ejusdem,

172 ODE 1. *Tonus obliquus 4. sicut* Ἁρματηλάτην Φαραώ.

Conatus præsens non est humanæ diligentiæ opus. Quare, o Benigne, Sedi tuæ assidens sapientia mihi præsto sit, et suppeditet gratiam sermonis, ut, quos ipsa præclare ante glorificavit, eosdem glorificare valeam.

Bonitas tua, Domine, non aliter redundavit ac crater: et divitiæ multæ benignitatis tuæ effusæ sunt, eoque pervenerunt, ut et alios condideris in carne Angelos, qui nunc laudandi proponuntur.

Cœlestes cælestia decent præconia; hymnus angelicus divinis hominibus congruit. Nam qui natura

ἝΤΕΡΟΣ ΚΑΝΩ'Ν ΤΩ͂Ν ἉΓΙ'ΩΝ,

Ποίημα τοῦ αὐτοῦ.

ὨΔΗ' α΄. Ἦχος πλ. δ΄. Ἁρματηλάτην Φαραώ.

Οὐκ ἀνθρωπίνης τὸ παρὸν ἐγχείρημα σπουδῆς κατόρθωμα, ἀλλ' ἡ τοῦ σοῦ θρόνου πάρεδρος, Φιλάνθρωπε, σοφία συνεργείτω μοι, λόγου χάριν διδοῦσα, δι' ἧς δοξάσαι δυνήσομαι, οὓς αὐτὴ καλῶς προεδόξασεν.

Ὥσπερ κρατὴρ ὑπερβλύσασα, Δέσποτα, ἡ ἀγαθότης σου, καὶ ὁ πολὺς πλοῦτος τῆς φιλανθρωπίας σου ἐξεχύθη καὶ διέδωκεν, ὡς καὶ ἄλλους Ἀγγέλους μετὰ σαρκὸς ὑποστήσασθαι, τοὺς νῦν προκειμένους εἰς ἔπαινον.

Ἐξ οὐρανοῦ τοῖς οὐρανίοις ἔπρεπε καὶ τὰ ἐγκώμια, ἀγγελικὸς ὕμνος τοῖς θείοις ἁρμόδιος. Οἳ γὰρ κατὰ μέθεξιν οἱ τὴν φύσιν

A φύσει καὶ μόνον ἀληθινὸν Θεὸν ἔχοντες, ζῶντα ἐν ἑαυτοῖς καὶ φθεγγόμενον. *Θεοτόκιον.*

Μνήμην δικαίων ὁ θεόφρων σύλλογος μετ᾽ ἐγκωμίων τελεῖ, οἷς ἡ Θεοῦ μήτηρ, ὡς αὐτῶν κεφαλὴ τῶν ἁγίων συνδοξάζεται; πληρούσα τὴν πρώτην καὶ μέσην τάξιν ἐπέχουσα, καὶ τῆς δόξης μετέχουσα. *Καταβασία.*

Χέρσον, ἀβυσσοτόκον, πέδον ἥλιος ἐπεπόλευσε ποτέ, ὡσεὶ τεῖχος γὰρ ἐπάγη ἑκατέρωθεν ὕδωρ λαῷ πεζοποροῦντι καὶ θεαρέστως μέλποντι· Ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ· ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται.

173 COMM. *Post Catabasiam primam secundum numerorum ordinem, sequi deberet* Ode 2. *sed quia hæc sumitur per ordinem feriarum ex Canticis sacræ Scripturæ, ut dixi in Dissertatione onomastica num. 2?. ex præscripto Canonum Auctores semper transeant ad* Oden 3. *quæ prætermissa manifeste patet ex Canonibus Acrostichicis, qualis in hoc Officio est secundus: qui Canones continuantur eodem semper ordine, quo supra, hoc modo.*

ᾨΔΗ γ΄.

Στερέωσον ἡμᾶς ἐν σοί, Κύριε, ὁ ξύλῳ νεκρώσας τὴν ἁμαρτίαν· καὶ τὸν φόβον σου ἐμφύτευσον εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν
B τῶν ὑμνούντων σε.

Πρεσβείαις σου, Ἁγνή, Θεόν, ὃν ἔτεκες, παράσχου ἵλεων τοῖς ἱκέταις, τοῖς προστρέχουσι τῇ σκέπῃ σου, καὶ πιστῶς προσκυνοῦσί σου τὴν κύησιν.

Ὅλην μου τὴν ζωὴν κατεύθυνον, Παρθένε, ἐλπίς μου καὶ προστασία· πειρασμῶν καὶ περιστάσεων λυτρουμένη δεινῶν με, Ἀειπάρθενε.

Σοφίαν τοῦ Θεοῦ τὴν ἐνυπόστατον ἀγκάλαις οἷς φέρουσα Θεοτόκε, ἐξ ἀγνοίας καὶ πλάνης λυτρωθῆναι τοὺς ὑμνοῦντάς σε ἱκέτευε.

ἌΛΛΟΣ. Ἐν πέτρᾳ με τῆς πίστεως ἐστερέωσας.

Η σάλπιγξ ἡ μεγάλη τῆς Ἐκκλησίας, ὁ λύχνος ὁ φωτίζων τὴν οἰκουμένην, ὁ κῆρυξ ὁ τῷ φθόγγῳ περιλαμβάνων πάντα τὰ πέρατα, ὁ μεγαλώνυμος συγκροτεῖ τὴν πανήγυριν ταύτην Βασίλειος.

Λαμπρὸς ἀπό τε βίου καὶ τῶν πραγμάτων, λαμπρὸς ἀπὸ τοῦ λόγου καὶ τῶν δογμάτων, ἐν πᾶσιν ὑπερλάμπων πάντας ὡς ἄλλους ἀστέρας ἥλιος, ὁ πολυύμνητος Θεολόγος σήμερον μακαρίζεται.

Ἰδοὺ τὸ φῶς τοῦ κόσμου τῷ κόσμῳ φαίνει· ἰδοὺ τὸ τῆς γῆς τὸ ἅλας τὴν γῆν ἀρτύει· ἰδοὺ τὸ ζωῆς ξύλον· ἀθανασίας καρποὺς προβάλλεται ὁ χρυσοῦς Ἅγιος· Οἱ θανεῖν μὴ θέλοντες, δεῦτε τρυφήσατε. *Θεοτόκιον.*

C Ὁ πάντα ἐκ μὴ ὄντων ὄντα ποιήσας, καὶ φύσιν δοὺς ἑκάστῳ τῶν γενομένων, αὐτὸς καὶ τὰς δοθείσας φύσεις ἀμείβειν οἶδεν, ὡς βούλεται· ὅθεν ἀκούεται καὶ παρθένος τίκτουσα. Τίς οὐ θαυμάζεται;

COMM. *Tertii Canonis non Acrostichici pars altera sic prænotatur.*

ἌΛΛΟΣ. Ὁ στερεώσας κατ᾽ ἀρχὰς τοὺς οὐρανούς.

Οἱ τῶν ἠθῶν διορθωταὶ καὶ τῶν ψυχῶν οἰκονόμοι, οἱ σωτῆρες οἱ κοινοὶ τῶν ἁπάντων, οἱ τῶν πράξεων ἡμῖν καὶ λόγων τύπον δείξαντες, οἱ παιδευταὶ τοῦ βίου, λαμπραῖς εὐφημείσθωσαν.

Πνεύματος ἐνέπλησε Θεοῦ Βασίλειον ἐπιστήμη· τῶν πυρίνων δὲ γλωσσῶν ἔσχε μίαν ὁ Γρηγόριος, καὶ πῦρ ὑψηγορίας ἐμπνεῖται· τὸ δὲ Χριστοῦ δὲ στόμα ἐν Ἰωάννῃ ἐλάλησεν.

Τὴν τοῦ αἰῶνος τοῦδε σαφῶς καταργουμένην σοφίαν ὁ μωρία τοῦ κηρύγματος ἔχει ὑποκύπτουσαν αὐτῷ, καὶ δουλικῶς λατρεύουσαν. Τέχνας γὰρ ἡ χάρις σοφὰς προβάλλεται ῥήτορας. *Θεοτόκιον.*

Ὁ ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς ἁγνῆς κατασκηνώσας Παρθένου, τὰς ψυχὰς τῶν θεοφόρων Ἁγίων οἰκητήριον ποιεῖ, καὶ τοῖς ἐκείνων στόμασιν τὰ κατὰ τὴν μητρὰ διερμηνεύει μυστήρια. *Καταβασία.*

Τὸ στερέωμα τῶν ἐπὶ σοὶ πεποιθότων, στερέωσον Κύριε τὴν Ἐκκλησίαν, ἣν ἐκτήσω τῷ τιμίῳ σου αἵματι.

Κάθισμα. Ἦχος πλ. δ΄. Πρὸς τὴν σοφίαν καὶ λόγον.

Τοὺς μεγάλους φωστῆρας τοὺς θεαυγεῖς, Ἐκκλησίας τοὺς πύρ-

unum verum Deum habent et viventem in se et loquentem, illi per communicationem dii sunt. *Mariale.* D AUCT. N.R.

Pius cœtus cum præconio agit memoriam Justorum, quibuscum Dei Mater, tamquam ipsorum caput, meritò glorificatur, primum mediumque ordinem occupans & gloriæ particeps. *Catabasia.*

Solum sterile & incultum, locum abyssi, sol aliquando ut campum lustravit: etenim instar muri stetit aqua utrimque, donec populus pedibus pertransiret mare, & ex divino præcepto caneret; Cantemus Domino: gloriose enim glorificatus est.

ODE III.

Confirma nos in te, Domine, qui ligno interfecisti peccatum, & tui timorem immitte in nostra Te laudantium præcordia.

Quem peperisti Deum, Intemerata, hunc tua prece & obsecratione redde propitium supplicibus, se tradentibus in tuam tutelam, & fideliter partum tuum adorantibus. E

Vitam meam totam dirige, Virgo, spes mea atque defensio; tentationibusque & necessitatibus erue me gravibus, semper Virgo.

Dei Genitrix, quæ tuis ulnis vere portasti subsistentem Dei sapientiam, pete famulos tuos ignorantia & errore liberari.

174 ALIUS. *Sicut* ἐν πέτρᾳ με τῆς πίστεως ἐστερέωσας.

ZOn parva Ecclesiæ buccina, lucerna illuminans orbem, præco omnes mundi fines voce comprehendens, Magni nomine insignitus Basilius; hunc cœtum convocat.

Illustris vita & rebus gestis, illustris facundia & documentis, omnes omni ex parte sicut sol alias stellas exuperans, multa laude cumulatus Theologus; hodierna die beatus prædicatur.

HOtius mundi lumen ecce mundo toti ostenditur; ecce sal terræ terram condit; ecce lignum vitæ, ecce immortalitatis fructus effundit Sanctus Aureus. Qui mori non vultis, huc adeste, & delicias capite. *Mariale.*

IN principio qui creavit omnia quæ sunt, ex iis quæ non erant, & qui suam cuique rei naturam dedit, datas naturas novit mutare ut vult; unde auditur & Virgo parens. Quis non miretur? F

ALIUS. *Sicut* ὁ στερεώσας κατ᾽ ἀρχὰς τοὺς οὐρανούς.

175 Emendatores morum, animorumque œconomi; communes omnium servatores; factorum dictorumque speciem nobis & exemplar proponentes; vitæ moderatores illustres, illustri celebrentur encomio.

Spiritus Dei replevit Basilium scientia: ex linguis flammeis habuit unam Gregorius, & ignem sublimis eloquii spiravit: in Joanne autem os Christi locutum est.

Hujus seculi manifeste antiquatam sapientiam sibi subditam habet stultitia prædicationis, & perinde ac famulam servientem; nam gratia oratores facundos facit. *Mariale.*

Qui Virginis puræ inhabitavit uterum, facit animas deiferorum Sanctorum domicilium suum; & illorum ore pandit quæ Matrem suam spectant mysteria. *Catabasia.*

Firmamentum confidentium in te Domine, firma Ecclesiam quam acquisivisti pretioso tuo sanguine.

Sessio. *Tonus obliquus 4. Sicut* τὴν σοφίαν καὶ λόγον.

176 Magna luminaria, splendorem afferentia, firmas-

A firmasque Ecclesiæ turres, concorditer laudemus, qui puleris eorum monumentis pariter ac gratia fruimur: sapientem Joannem, fundentem aurea flumina eloquentiæ; & magnum Basilium, cum Gregorio præstanti Theologo: quibus toto pectore clamemus, Hierarchæ ter maximi, precamini Christum Deum, ut sanctam vestri memoriam recolentibus, errata condonet.

AUCT. N.R.

Gloria. *Simile*.

177 Accepta divinitus sapientia, quemadmodum alii tres Christi Apostoli, explicastis pulchro elegantique sermone dogmata, quæ antea sermone rudi & simplici piscatores tamquam fundamenta ponebant, in scientia & virtute spiritus: etenim religionem nostram simplicem, hac etiam ratione constitui oportebat. Unde omnes clamamus ad vos, precamini Christum Deum, ut sanctam vestri memoriam recolentibus errata condonet.

Et nunc. *Mariale Simile*.

178 Animam meam humilem, Virgo, in hujus vitæ discrimine tentationumque turbine, quasi sine B gubernature, fluctuantem jam ac pene submersam, ejiciendoque peccatorum oneri imparem, & constitutam in periculo decidendi in ima tartara, serva Dei Genitrix elementissimis tuis precibus; affer tranquillitatem, & periculum propulsa: Tu es enim portus expers tempestatis. Roga ergo Redemptorem & filium Deum, ut mihi lapsuum veniam concedat, quia in te spem omnem pono, indignus famulus tuus.

ODE 4. *Hirmus*.

179 Obedivi, Domine, sermonibus providentiæ tuæ: & Te, qui solus benignus es, glorificavi.

O Domina Dei parens, me animæ carnisque vulneribus ac morbis libera.

Ex necessitate, procellis & periculis eripe me per tuas preces, Mater Dei, quæ sola es omni laude dignissima.

Jactatum hujus vitæ fluctibus serva me, Virgo, ad portum tuum deducens.

COMM. *Hinc iterum reditur ad Canonis acrostichici metrum prosequendum.*

ALIUS: *sicut* Ἐλήλυθας ἐκ παρθένου.

SApientes facti ex inferiori sapientia, gubernandi rationem a divina sapientia gloriose consecuti estis: unde illam huic, quasi famulam, sapientissime subjecistis.

TUmen sapientiæ quærite, philosophi, si sapientes diligitis; & docemini loqui omnes, qui artem loquendi admiramini, hinc exercitati in agendi C contemplandique studio. *Mariale*.

UT pluvia serotina valde ac temporanea, sic aquarum seculorumque artifex in tuum, o Virgo uterum, sine omni labe, peropportune descendit, ad deficientes refocillandos.

180 ALIUS, *sicut*, Σύ μου Χριστὲ Κύριος.

Columna ignis fidelem præcedens populum, urens inimicos fidei, & sequentes Tribus secura servans custodia, magnus extitit Basilius. Confidat & vincat Christi Ecclesia, tanto dives propugnatore.

Linguæ delicium & cujusvis auditus jucunditas fuit oratio tua, Gregori; manna vitæ, ros dulcedinis, mel de petra, panis cœlestis Angelorum, lectorum alliciens animos, ut tua suavitate sese insatiabiliter ingurgitent; eosque voluptate complens.

Fluvius charismatum Spiritus, Joannes, repletus est usque ad effusionem; & pulcram terræ faciem quasi torrente voluptatis ex ore irrigat aureo; exhilarans Christi totam civitatem & pinguefaciens impetu divinarum undarum. *Mariale*.

Naturam simplicem, expertem compositionis, & perfectiorem quam ut confundatur, in tuo, Domina, Filio tres illi divini Doctores confessi sunt; in duabus

γυς τὰς ἀρραγεῖς, συμφώνως αἰνέσωμεν, οἱ τῶν καλῶν αὐτῶν ἀπολαύοντες καὶ τῶν λόγων τούτων ὁμοῦ τῆς χάριτος· τὸν σοφὸν χρυσορρήμονα, καὶ τὸν μέγαν Βασίλειον, σὺν τῷ Γρηγορίῳ τῷ λαμπρῷ Θεολόγῳ· πρὸς οὓς βοήσωμεν ἐκ καρδίας κραυγάζοντες· Ἱεράρχαι τρισμέγιστοι, πρεσβεύσατε Χριστῷ τῷ Θεῷ τῶν πταισμάτων ἄφεσιν δωρήσασθαι τοῖς ἑορτάζουσι πόθῳ τὴν ἁγίαν μνήμην ὑμῶν. D

Δόξα. Ὅμοιον.

Τὴν σοφίαν λαβόντες παρὰ Θεοῦ, ὡς Ἀπόστολοι ἄλλοι τρεῖς τοῦ Χριστοῦ, τῷ λόγῳ τῆς γνώσεως σωματοῦτε τὰ δόγματα, ἃ τὸ πρὶν ἐν λόγοις ἁπλοῖς κατεβάλλοντο ἁλιεῖς, ἐν γνώσει καὶ δυνάμει τοῦ Πνεύματος· ἔδει γὰρ καὶ οὕτως τὸ ἁπλοῦν ἡμῶν, σέβας τὴν σύστασιν κτήσασθαι· ὅθεν πάντες βοῶμεν ὑμῖν, πρεσβεύσατε Χριστῷ τῷ Θεῷ, τῶν πταισμάτων ἄφεσιν δωρήσασθαι τοῖς ἑορτάζουσι πόθῳ τὴν ἁγίαν μνήμην ὑμῶν.

Καὶ νῦν. Θεοτοκίον ὅμοιον.

Τὴν ψυχήν μου Παρθένε, τὴν ταπεινὴν, τὴν ἐν ζάλῃ τοῦ βίου τῶν πειρασμῶν, νῦν ὡς ἀκυβέρνητον, ποντουμένην τῷ κλύδωνι, ἁμαρτιῶν τῷ φόρτῳ ὀφθῆσαν ὑπέραντλον, καὶ ἐν πυθμένι ᾅδου ἐλθεῖν κινδυνεύουσαν, φθάσον Θεοτόκε, πρεσβειῶν σου ἐλέει, γαλήνην παρέχουσα, καὶ κινδύνων ἐξαίρουσα· σὺ λιμὴν γὰρ ἀχείμαστος· πρέσβευσον τῷ σωτῆρι καὶ υἱῷ Θεῷ τῶν πταισμάτων ἄφεσιν δωρήσασθαί μοι· σὲ γὰρ ἔχω ἐλπίδα ὁ ἀνάξιος δοῦλός σου. E

ᾨ Δ Η δ'. Ὁ Εἱρμός.

Εἰσακήκοα, Κύριε, τὴν ἀκοὴν τῆς σῆς οἰκονομίας, καὶ ἐδόξασά σε, μόνε φιλάνθρωπε.

Τῶν τραυμάτων μου, Δέσποινα, τῶν τῆς ψυχῆς σαρκός τε νοσημάτων, ἡ Θεὸν τεκοῦσα, λύσιν παράσχου μοι.

Ἐκ περιστάσεων ῥῦσαί με, μῆτερ Θεοῦ, καὶ ζάλης καὶ κινδύνων ταῖς σαῖς ἱκεσίαις, μόνη πανύμνητε.

Χειμαζόμενον κλύδωνι βιωτικῶν ἐξάρπασον, Παρθένε, πρὸς τὸν σὸν λιμένα καθοδηγοῦσά με.

ἌΛΛΟΣ. πρὸς Ἐλήλυθας ἐκ παρθένου.

Ζοφώσεως ἐκ τῆς κάτω σοφοὶ γενόμενοι, κυβέρνησιν εὐδόξως πέρα τῆς θείας ἐκτήσασθε· ὅθεν ὡς θεράπαιναν ταύτην ἐκείνῃ πανσόφως ὑπετάξατε.

Φιλόσοφοι, τὴν σοφίαν εἰ φιλεῖτε, σοφίσθητε, καὶ λέγειν διδάχθητε πάντες οἱ λόγοις θαυμάζοντες, πράξεως ἀκρίβειαν καὶ θεωρίας ἐντεῦθεν ἐξασκούμενοι. Θεοτόκιον. F

Ὡς ὄμβρος ὑετὸς ἐπ' ἐσχάτων ὁ πρώϊμος, ὑδάτων αἰώνων τε δημιουργὸς εἰς τὴν μήτραν σου ἔσταξε Πανάμωμε, κατὰ καιρὸν ἀναψύχων τοὺς ἐκλείποντας.

ἌΛΛΟΣ. Σύ μου Χριστὲ Κύριος.

Στῦλος πυρὸς λαοῦ πιστοῦ προηγούμενος καὶ φλογίζων τοὺς ἐχθροὺς τῆς πίστεως, τὰς δὲ φυλὰς σώζων ἀσφαλῶς τὰς ἑπομένας, ὁ μέγας ὤφθη Βασίλειος· θαρρείτω καὶ νικάτω ἡ Χριστοῦ Ἐκκλησία, τηλικοῦτον πλουτήσασα πρόμαχον.

Γλώσσης τρυφὴ, καὶ ἀκοῆς πάσης ἥδυσμα, ὁ σὸς λόγος πέφυκε, Γρηγόριε· μάννα ζωῆς, δρόσος γλυκασμοῦ, μέλι τὸ ἐκ πέτρας, ἀγγέλων ἄρτος οὐράνιος, ἀπλήστως ἐμφορεῖσθαι τῆς ἡδύτητος πείθων, καὶ πλημμύρων ἡδονῆς τοὺς μετέχοντας.

Ὁ ποταμὸς τῶν χαρισμάτων τοῦ Πνεύματος ἐπληρώθη ὁ Ἰωάννης μέχρι καὶ προχύσεως· καὶ τὸ καλὸν πρόσωπον τῆς γῆς, ὡς τρυφῆς χειμάρρους, ἀπὸ χρυσοῦ ἄρδει στόματος, εὐφραίνων καὶ πιαίνων τοῦ Χριστοῦ πᾶσαν πόλιν ταῖς τῶν θείων κυμάτων ὁρμήμασι. Θεοτ.

Φύσιν ἁπλῆν, ἀνεπίδεκτον συνθέσεως καὶ φανεῖσαν κρείττονα συγχύσεως, ἐπὶ τοῦ σοῦ, Δέσποινα, Υἱοῦ οἱ τρεῖς θεοφόροι δογματικοὶ ὡμολόγησαν, ἐκ δύο θελημάτων καὶ διπλῆς ἐνερ-

A εὐεργέτας τὸν ἐκ τῆς φύσεως γνωρίσαντας. Καταβασία.

Ἐκάλυψεν οὐρανοὺς ἡ ἀρετή σου Χριστέ· τῆς κιβωτοῦ γὰρ προελθὼν τοῦ ἁγιάσματός σου τῆς ἀφθόρου μητρός, ἐν τῷ ναῷ τῆς δόξης σου ὤφθης ὡς βρέφος ἀγκαλοφορούμενος, καὶ ἐπληρώθη τὰ πάντα τῆς σῆς αἰνέσεως.

ᾨΔΗ ε'. Ὁ εἱρμός.

Ὁ τοῦ φωτὸς χορηγὸς, καὶ τῶν αἰώνων ποιητὴς, Κύριε, ἐν τῷ φωτὶ τῶν σῶν προσταγμάτων, ὁδήγησον ἡμᾶς· ἐκτὸς σου γὰρ ἄλλον Θεὸν οὐ γινώσκομεν.

Ὅπλον ἀήττητον κατὰ ποικίλων πειρασμῶν ἔχοντες, τῶν δυσμενῶν πάσας ἐπηρείας λυτρούμεθα ἀεὶ, οἱ σε Θεοτόκον, Ἁγνὴ, ἐπιστάμενοι.

Νόμου τὸ πλήρωμα ἡ μείζων χερουβὶμ τέτοκας τὸν Θεοῦ ἐκ σοῦ σαρκωθέντα υἱὸν μονογενῆ, ὃν ὑπὲρ τῶν δούλων τῶν σῶν ἐξιλέωσαι.

Τὸν τοῦ παντὸς ποιητὴν ἐν ταῖς ἀγκάλαις σου, Ἁγνὴ, φέρουσα, τοῦτον ἡμῖν ταῖς σαῖς ἱκεσίαις ἱλαστὸν δεῖξον, τοῖς ἐκ καρδίας πρὸς σὲ καταφεύγουσι.
B

ἌΛΛΟΣ. Ὁ φωτισμός.

Μὴ τὴν πηγὴν τῶν σαυτοῦ χαρισμάτων ἐκπιεῖν, ὅλοις φιλάνθρωπε, δέδωκας τοῖς Ἁγίοις, ἐλαττουμένην οὐδαμῶς τῇ κενώσει, τὸν δὲ κόσμον πάντα μεθύσασαν, τοῖς ἐκ τῆς κοιλίας αὐτῶν θείοις ῥεύμασιν.

Τί μοι χρυσὸς; τί μοι πλοῦτος καὶ δόξα καὶ δυναστείας; καπνοὶ διαρρέοντες εἰς ἀέρα. Πάντα ἐρρέτω, ἄνεμα πάντα φερέτω· ἐμοὶ πλοῦτος ὁ πολυέραστος ἡ τῶν Διδασκάλων τριὰς ῥητορεύουσα.

Ῥεῖ ποταμὸς ἀμβροσίας καὶ νεκταρέων, ῥεῖ τοῖς πεινῶσιν ἀθάνατος βρῶσις, καὶ τοῖς διψῶσιν ἄφθαρτος πόσις, ὕδωρ ζῶν εἰς αἰῶνας καὶ συνέχον ζῶντας τοὺς πίνοντας· πάντες πλημμυρούσης ζωῆς ἐμφορήθητε.

Θεοτοκίον.

Ἔσχεν ἰσχὺν καθ' ἡμῶν ἡ κακία, ἀλλ' οὐκ εἰς τέλος· ἠσθένησε γὰρ μετὰ τὴν παρθένον τὸν ἐν ἰσχύϊ δυνατὸν τετοκυῖαν, ὑπελθόντα σαρκὸς ἀσθένειαν, καὶ τὴν δυνατὴν ἐν κακίᾳ νικήσαντα.

Exhinc continuatur secundus de Sanctis Canon.

ἌΛΛΟΣ. Ἱματί με ἐπτώσα.

Τοὺς τῶν θείων πραγμάτων καὶ τῶν ἀνθρωπίνων σοφοὺς ἐπιστήμονας, τὰς τῶν ὄντων φύσεις φιλαλήθως ἡμῖν σαφηνίσαντας, καὶ τὸν τούτων κτίστην πᾶσι γνωρίσαντας, ὡς θέμις, εὐχαρίστοις φωναῖς ἀμειψώμεθα.
C

Τὸ πικραῖνον καὶ τέφον τῶν πρὸς σωτηρίαν φαρμάκων ἐγλύκαναν ταῖς σοφαῖς τῶν λόγων ἐπῳδαῖς τε καὶ τέχναις καὶ χάρισι, τῶν ψυχῶν οἱ θεῖοι θεραπευταί· θέλγεσθε πάντες εὐσεβεῖς, καὶ τερπόμενοι σῴζεσθε.

Σιωπῇ λόγος ἅπας τῶν θεοκηρύκων λαλούντων τὰ θεῖα, καὶ κρατεῖ τὴν πάλαι διαθήκην ἡ νέα προβάλλουσα τὰς τιμίας πυξίους τῶν ἐν αὐτῇ νομοθετούντων, αἷς ῥυθμίζεται πᾶς πιστῶν σύλλογος. Θεοτοκίον.

Τὴν ἀθάνατον φύσιν ἡ θνητὴ παρέδραμεν ἐν ἁγιότητι, καὶ παρθένος κόρη τοὺς ἀσάρκους ἀγγέλους παρήλασεν, ὡς Θεὸν τεκοῦσα τὸν βασιλέα τῶν ἀγγέλων, ὃν προσβλέπειν ἐκεῖνοις ἀδύνατον. Καταβασία.

Ὡς εἶδεν Ἡσαΐας συμβολικῶς ἐν θρόνῳ ἐπηρμένῳ Θεὸν ὑπὸ ἀγγέλων δόξης δορυφορούμενον, Ὦ τάλας, ἐβόα ἐγὼ, πρὸ γὰρ εἶδον σωματούμενον Θεὸν, φωτὸς ἀνεσπέρου καὶ εἰρήνης δεσπόζοντα.

ᾨΔΗ ς'. Ὁ εἱρμός.

Ἐν ἀβύσσῳ πταισμάτων κυκλούμενος τὴν ἀνεξιχνίαστον τῆς εὐσπλαγχνίας σου ἐπικαλοῦμαι ἄβυσσον· ἐκ φθορᾶς, ὁ Θεὸς, με ἀνάγαγε.

Σωτηρίας λιμένα γινώσκων σε, πλέων πολυφρόντιδος

voluntatibus & duplici operatione, duplicem illum D
secundum naturam agnoſceotes. Catabaſis. AUCT. N.R.

Virtus tua, Chriſte, obduxit cælos: procedens enim ex arca ſanctificationis tuæ incorruptæ Matris, io templo gloriæ tuæ viſus es ut infans geſtatus ulnis, & omnia impleta ſunt laude tua.

ODE 5. Hirmus.

181 Lumiois largitor & temporum opifex, Domine, in lumine mandatorum tuorum dirige nos: extra Te enim alium Deum ooo cognoſcimus.

Habentes armaturam inexpugnabilem contra tentationes diverſi generis, omni adverſariorum improbitate ſamper expedimur, qui Te Dei Genitricem incontaminatam credimus.

Appropinquaote legis plenitudine, ſublimior Cherubinis, peperiſti incarnatum ax Te filium Dei unigenitum, quem ſervis tuis reconcilia.

Omnium Conditorem quem tuis ulnis Iotemerata, portaſti, redde precibus tuis nobis propitium, quia ad Te ax animo cooſugimus. E

182 Alius. ſicut Ὁ φωτισμός.

Chariſmatum tuorum footem propioaſti, o hominum amans Deus, Sanctis bibendum: qui quaorumcumque bibitur, immiouitur numquam; ſed divinis rivulis, ex ſinu ipſorum profluentibus, mundum inebriat univarſum.

Ecquid mihi aurum? quid mihi opes gloriaque & potentia? fumi abeuntes in aerem. Omnia faceſſant, ventus ferat omnia. Mihi opes uoæ multum amabiles, eloquens Doctorum Trinitas.

Fluit ambroſiæ fluit & oectaris; fluit cibus immortalis eſurientibus, & ſitieotibus incorruptus potus, aqua vivens in ſecula, & bibentes in vivis conſervans. Omnes vita eaundaote implemini.

Mariale.

Exuperans malitia in nos habuit poteſtatem: at non in finem uſque. Eſt enim debilitata, poſtquam Virgo peperit poteotem virtute, qui carois infirmitatem ſubiit, & potentam malitia proſtravit.

183 Alius. ſicut Ἱματί με ἐπτώσα.

Divinarum humanarumque rerum ſaientia imbutos, qui ſtudio veritatis naturas rerum nobis aoodarunt, cunctiſque oſtenderunt illarum opificem, remuneremur (ut æquum eſt) gratiarum actionibus. F

Salubrium pharmacorum amaritiem dulcem reddideruot doctis ſermonum illecebris, artibuſque & leporibus, divini medici animarum. Lætamini, Pii omnes, & cum jucuoditate ad ſalutem ioeumbite.

Præcooibus divinis Divina tractantibus, omnis ſermo tacet; & teſtamento vetere præſtat oovum, proponens pretioſas tabulas ſuarum legum, quibus tota Fidelium reſpublica regitur ac temperatur.

Mariale.

Naturam immortalem mortalis præcucurrit ſanctitate, & puella Virgo ſuperavit carnis expertes Angelos, quando genuit Regem Angelorum Deum, quem illi obtueri haud poſſunt. Catabaſis.

Ut vidit Eſaias ſymbolice in excelſo ſolio Deum, gloria Angelorum tamquam ſatellitio ſtipatum; Miſer ego! exclamabat: coram enim vidi corpore indutum Deum, luci veſperum non habenti pacique dominaotem.

184 ODE 6. Hirmus.

Ego qui in abyſſo peccatorum volutor, iovestigabilem miſericordiæ tuæ imploro abyſſum. Ex interitu educ me, Deus.

Salutis portum agnoſco Te, Domina, & navigans ſolr-

AUCT. N.R. solicitiæ vitæ pelagus, obsecro, ut gubernatrix animæ sis meæ.

Sanctiore statu excidi, quia miser torpebam otio. Sed me reduc, Benedicta & omni ex parte castissima, meque tui Filii mandatis accommoda:

185 ALIUS. *sicut* Ἄβυσσος ἁμαρτημάτων.

TRiplicem proprietatem in Triade explicatis: quippe theologica commentatione disseritis, quomodo non ut genitus Pater, quomodo genitum verbum, & Spiritus quomodo solus procedat.

REpente huic domui refulsit hodie salus manifesta: nam Christus, honorans duos vel tres congregatos in nomine suo, est in medio eorum.

ETsi profunditas terræ immenso intervallo remota est a cœli altitudine; Sanctos tamen ultra cœlos cœlestis amor extulit. *Mariale.*

SAncta Virgo, cum te haberent novum fontem novamque originem mysteriorum, iidem tres Theologi, studuerunt formulas loquendi novas no-

B vis argumentis adaptare.

186 ALIUS. *sicut* Ἰλάσθητί μοι σωτήρ.

Trinitatem unam adstruere theologice ab illis Patribus edocti sumus; Unitatem trinam laudandam accepimus; adorare didicimus unam in tribus Personis naturam.

In principio erat Vethum apud Pattem coæternum: cum Verbo erat Spiritus, sed ex Genitore *, simplex, consubstantialis, connaturalis Divinitas, quemadmodum divini illi Oratores pronuntiant.

* Propter communionẽ tunc inter Græ. coæterrarũ dissimulat ὁ Spiritus processionem etiam ex Filio.

Conjungo & disjungo; conjunctim disjuncta cogito unum individuum, & tres imaginor: sequor tres Deo afflatos Magistros, qui me ad sic credendum adducunt. *Mariala.*

Sine matre ante assumptam carnem, sine patre post assumptam: ita filius patris & matris dictus, utrimque vim intelligendi excedit. At enim admirabilia, & quæ sunt supra intelligentiam omnium, Numen supremum decent. *Catabasia.*

Dixit tibi senex, oculis cernens salutare, quod populis apparuit ex Deo, Christe, Tu Deus meus.

187 CONTACIUM *Tonus 2. sicut* Τοὺς ἀσφαλεῖς.

Sacros & divina locutos præcones, columen Magistrorum assumpsisti, Domine, ad tuorum bonorum usuram & requietem. Illorum enim labores atque lassitudinem quovis holocausto libentius suscepisti, qui solus Sanctis tuis impertiris gloriam.

OECUS.

Quis satis queat labia diducere, & movere linguam, ad laudandos eos qui efflant ignem vi sermonis ac spiritus? Nihilominus hoc ausim dicere. Hi tres transierunt totius humanæ naturæ terminum multis singu-

C laribusque gratiis; actione vero & contemplatione præstantissimum quemque longissime superarunt. Quocirca eos, tamquam fideles suos famulos, donis maximis cumulasti, qui solus Sanctis tuis impertiris glotiam.

βίου τὸ πέλαγος ἐπικαλύπτομαι, Δέσποινα, κυβερνήτην ψυχῆς μου γενέσθαι σε. D

Ἱερᾶς πολιτείας ἐξέπεσον ῥαθυμῶν ὁ δείλαιος· ἀλλ' ἐπανάγαγε, Εὐλογημένη Πανάγνε, προσταγαῖς τοῦ Υἱοῦ σου ῥυθμίζουσα.

Ἄλλος. Ἄβυσσος ἁμαρτημάτων.

Ἴδια ἐν τῇ Τριάδι τριττὰ συνθεολογεῖτε τὴν ἀγεννησίαν τοῦ Πατρὸς, τοῦ Λόγου τὴν γέννησιν, καὶ Πνεύματος τὴν ἐκπόρευσιν μόνου.

Μύμαρον τῷ οἴκῳ τῷδε περιφανὴς σωτηρία· δύο γὰρ καὶ τρεῖς συνηγμένους Χριστὸς εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ τιμῶν, μέσος πάρεστι τούτων.

Ἄπειρον τῆς γῆς τὸ βάθος πρὸς τὸ οὐράνιον ὕψος, ἀλλ' ἀπὸ τῆς γῆς τοὺς Ἁγίους ἐξῆρεν ἐπέκεινα τῶν οὐρανῶν ὁ οὐράνιος ἔρως. Θεοτ.

Ζίαν σε πηγὴν, Παρθένε, καὶ ἀφορμὴν μυστηρίων ἔχοντες οἱ τρεῖς Θεηγόροι, καιναῖς ὑποθέσεσι καινοπρεπῆ προσαρμόζουσι φράσιν.

Ἄλλος. Ἰλάσθητί μοι σωτήρ.

Τριάδα μοναδικὴν θεολογεῖν ἐδιδάχθημεν, μονάδα τριαδικὴν ὑμνεῖν παρελάβομεν, προσκυνεῖν ἐμάθομεν παρὰ τῶν Πατέρων μίαν φύσιν τρισυπόστατον. E

Ὁ Λόγος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Πατέρα συνάναρχος· τῷ Λόγῳ Πνεῦμα συνῆν, ἀλλ' ἐκ τοῦ γεννήτορος, ἁπλῆ, ὁμούσιος, συμφυὴς θεότης, ὡς οἱ θεῖοι φασὶ κήρυκες.

Συνάπτω καὶ διαιρῶ, τὰ συναπτῶς διαιρούμενα ἓν ἄτομον νοῶ καὶ τρία φαντάζομαι· διδασκάλους δέχομαι τρεῖς θεοφρήτους, ὧν πείθουσι πιστεύειν με. Θεοτόκιον.

Ἀμήτωρ πρὸ τῆς σαρκὸς, ἀπάτωρ μετὰ τὴν σάρκωσιν, ὢν πατρὸς καὶ μητρὸς, ὁ υἱὸς καλούμενος· ὑπὲρ νοῦν ἀμφότερα· τῷ Θεῷ γὰρ πρέπει τῶν θαυμάτων τὰ παράδοξα. Καταβασία.

Ἐβόησέ σοι ἰδὼν ὁ πρέσβυς τοῖς ὀφθαλμοῖς τὸ σωτήριον, ὃ λαοῖς ἐπέστη ἐκ Θεοῦ, Χριστέ, σὺ Θεός μου.

ΚΟΝΤΑ'ΚΙΟΝ. Ἦχος, β'. Τοὺς ἀσφαλεῖς.

Τοὺς ἱεροὺς καὶ θεοφθόγγους κήρυκας, τὴν κορυφὴν τῶν διδασκάλων, Κύριε, προσελάβου εἰς ἀπόλαυσιν τῶν ἀγαθῶν σου καὶ ἀνάπαυσιν· τοὺς πόνους γὰρ ἐκείνων καὶ τὸν κάματον ἐδέξω ὑπὲρ πᾶσαν ὁλοκάρπωσιν, ὁ μόνος δοξάζων τοὺς Ἁγίους σου.

Ὁ ΟΙ'ΚΟΣ. F

Τίς ἱκανὸς τὰ χείλη διᾶραι καὶ κινῆσαι τὴν γλῶτταν πρὸς τοὺς πνέοντας πῦρ δυνάμει λόγου καὶ πνεύματος; Ὅμως τοσοῦτον εἰπεῖν θαῤῥήσω, ὅτι πᾶσαν παρῆλθον τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν οἱ τρεῖς τοῖς πολλοῖς καὶ μεγάλοις χαρίσμασι, καὶ ἐν πράξει καὶ θεωρίᾳ τοὺς κατ' ἄμφω λαμπροὺς ὑπεράραντες. Διὸ μεγίστων δωρεῶν τούτους ἠξίωσας, ὡς πιστούς σου θεράποντας ὁ μόνος δοξάζων τοὺς Ἁγίους σου.

188 COMM. *Hactenus priores triplicis Canonis Odæ: post quarum, non* quartam (*sicuti num. 27. scripsi ex Cangio, quem vel sua hic fefellit memoria, vel librarii oscitantia*) *sed* post sextam, *interrumpitur Canonum cursus, ut assumantur Lectiones vel de Sanctis, vel de tempore; quales in Menæis quidem suo hic ordine habentur dispositæ; seorsim autem manu descripta per anni circulum reperiuntur in iis codicibus, quos Græci passim* Synaxaria *vocant, quidam etiam* Menologia: *quo fit, ut modo uno, modo alio nomine appellati inveniatur ejusmodi codices in nostris Sanctorum Actis. In quorum nonnullis item ut in Menæis, præmittuntur singulis Elogiis Sanctorum sive Historiis Disticha singula Jambica: nisi quod hic pro versibus duobus ponantur versus omnino triginta tres, utique ad majorem solemnitatem. Sed prius indicitur tam in Synaxarii quam Menæis festum hoc modo:*

Eodem mense die 30. memoria Sanctorum nostrorum & œcumenicorum Doctorum, Basilii Magni, Gregorii Theologi, & Joannis Chrysostomi.

Τῇ αὐτῇ μηνὶ, λ'. μνήμη τῶν ἐν ἁγίοις πατέρων ἡμῶν καὶ οἰκουμενικῶν διδασκάλων, Βασιλείου τοῦ Μεγάλου, Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, καὶ Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου.

A

D AUCT. N.R.

ΣΤΙΧΗΡΑ.

Ὁμοῦ δίκαιον τρεῖς σέβειν ἑωσφόρους,
Φῶς τρισσολαμπὲς πηγάσαντας τῷ κόσμῳ.
Κοινὸν δ' ὕμνον προσφέρειν ταύτας θέμις
Τοῖς ἐγχέασι πᾶσι κοινὴν τὴν χάριν.
Ἔαρ χελιδὼν οὐ καθίστησι μία.
Αἱ τρεῖς ἀηδόνες τῶν ψυχῶν ἔαρ.
Τὴν μὲν νοητὴν ἡ Τριὰς λάμπει κτίσιν,
Τριάς γε μὴν αὕτη σε τὴν ὁρωμένην.
Ἀπώλεσαν μὲν, οἱ πάλαι Θεοῦ σέβας,
Ἐξ ἡλίου δὲ σελήνης ἄφρονες·
Κάλλος γὰρ αὐτῶν θαυμάσαντες καὶ τάχος,
Ὥσπερ θεοῖς προσῆγον οὐκ ὀρθῶς σέβας·
Ἐκ τῆς τριάδος αὖθις δὲ φωστήρων πάλιν
Ἡμεῖς ἀνενέχθημεν εἰς Θεοῦ σέβας.
Κάλλει βίου γὰρ, τῷ τε πειθοῖ τῶν λόγων,
Πείθουσι πάντας τὸν μόνον Κτίστην σέβειν.
Κτίσιν συνιστᾷ. τήνδε τὴν ὁρωμένην.
Τὸ πῦρ, ἀὴρ, ὕδωρ τε καὶ γῆ ἡ φύσις.
Οἱ δὲ αὖ συνιστῶντες γε κόσμον τὸν μέγαν.
B Τὴν πρὸς Θεὸν πίστιν οἱ ἄλλην κτίσιν,
Στοιχειακῶς φέρουσι Τριάδος τύπον·
Μέλει γὰρ αὐτοῖς οὐδενὸς τῶν γηΐνων·
Καὶ γήϊνον νοῦν ἴσχεν οὐδεὶς ἐν λόγοις,
Γρηγόριος γὰρ, πῦρ πνέει νοῦ τὸν λόγον,
Πρὸς ὕψος ἂν τείνοντα πάντας ἐκτρέχων.
Τοῖς λειποθυμήσασι δ' ἐκ παθῶν πάλιν,
Ἀναπνοή τις, ὁ Βασιλείου λόγος.
Μιμούμενος δὲ τὴν ῥοὴν τῶν ὑδάτων
Ὁ καρδίαν τε καὶ στόμα χρυσοῦς μόνος,
Τὰς ἐκκεχυμένας ἐκ παθῶν ἀναψύχει.
Οὕτω πρὸς ὕψος τὴν βροτῶν πᾶσαν φύσιν
Ἐκ τῆς χθονὸς φέρουσι τοῖς τούτων λόγοις.

MODULI.

189 Ternos simul celebrare Luciferos decet,
Qui triplice clarum lampade ostendunt jubar.
Themis ipsa petit hos laude communi coli,
Commone cunctis ferre qui auxilium ſtudent.
Ver una hirundo non facit; ſed hæc triplex
Philomela vernum tempus animorum attulit.
Corpore carentem ſpiritum, & ſola poteſt
Qui mente cerni, ſumma colluſtrat Trias:
At hæc Trias te, qui ſub aſpectum cadis.
Perierat olim vera relligio Dei,
Quando colebatur Sol atque Latonæ globus:
Nam læva mens mortalium, admirans decus
Curſumque olympi, ſidera hæc dixit Deos.
Sed bene. Refulgens illa Doctorum Trias
Veri Dei vetuſta reſtituit ſacra.
Nam ſanctiore vita & eloquio potens
Ad Conditoris unius cultum impulit.
Quodcumque cerni luce corporea poteſt;
Id ignis, unda, terra cum levi æthere
Sociata conſlant, alterum innexa alteri
At ubi hi fida condunt velut mundum alterum E
Magnificum & amplum, Triados effigie gerunt.
Nec ambiunt terrena; terrenum nihil
Aut mens eorum volvit, aut ſermo ſonat.
Gregorius ore ſpirat eloquium igneum,
Quod urit omnes, atque in excelſum rapit.
Hos qui ſub alta mole vitiorum gemunt
Et jam fatiſcunt, ſermo Baſilii erigit.
Imitatur amnes, pectore ac ore aureus,
Qui motiones reprimere animorum docet.
Sic eruditus ſermo Doctorum trium
E terra ad aſtra ducit humanum genus.

190 COMM. *Ad majorem etiam præcipui hoc die cultus commendationem facit, ex Ephemeride metrica totam ante Tomum I. Maji expoſitam videre licet) ſumptum Hexametron.*

Λάμψαν ἐνὶ τριακοστῇ χρυσοτρισσοῦχος αἴγλη.

Sole nitet triplici menſis trigeſima Jani.

Post modulos de festo recitatur ejus historia.

Dein legitur triplicis feſti Hiſtoria, ſatis prolixa, quam uti jam nunc dixi, Latinitate a me donatam invenies in Actis S. Baſilii cap. 38. At vero cum plures Sancti eodem die concurrunt, tum etiam plures ſunt hujuſcemodi lectiones; & ſingulis præmittuntur verſus aliquot. Atque id colligi poteſt ex hoc ipſo, quod jam commentamur Officio: nam quia XXX Januarii in Græcorum Eccleſia celebratur etiam S. Hippolytus, Papa Romanus *quidem dictus a Græcis, ſed ut ſummum intelligendus Epiſcopus Portuenſis, primus ex Romani Pontificis Suffraganeis, quos medio ævo & anno* 1090 Epiſcopos Urbis, *&* Epiſcopos S. Romanæ Eccleſiæ *dictos, poſt Mabilionem docuit Papebrochius. Adeo autem celebris fuit Græcis hic Sanctus, ut priusquam præcipuum in hujus* C *diei Officio locum occuparent tres ſancti Doctores, ille faceret diei nomen in prædicta Ephemeride, unde fit ut poſt Hexametrum de illis, adhuc recitetur Hexametrum de iſto.*

Ἱππόλυτον πόντῳ τριακοστῇ ἔκτανε ῥεῦμα.

Hippolytum Ponti trigeſima tradidit undis.

F *Canon & historia aliorum Sanctorum eodem die commemorandorum*

Qui autem de eodem Sancto in Matutinis cantabatur Canon, habetur in Menæis excuſis pridie ante utraſque Veſperas feſti hujus ſub hoc Titulo. Τῷ αὐτῷ μηνὶ λ', τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Ἱππολύτου Πάπα Ῥώμης· ἡ ἀκολουθία αὐτοῦ ψάλλεται ἐν τοῖς ἀποδείπνοις· εἰς δὲ τὸν ἑσπερινὸν καὶ τὸν ὄρθρον ψάλλομεν τὴν ἀκολουθίαν τῶν ἁγίων τριῶν Ἱεραρχῶν. Ejuſdem menſis die XXX. *agitur* feſtum S. Hippolyti Papæ Romæ: cujus Acolythia pſallitur poſt prandium *diei* XXIX. ad Veſperas autem & Matutinum pſallitur Acoluthia trium Sanctorum Hierarcharum. *Ibi ergo Canonem illum require, uſui nobis futurum die* XXV. *Auguſti, quando Sanctum iſtum, cum ſimplici titulo* Epiſcopi Portuenſis, *habet Romanum Martyrologium. Hic vero eidem a Græcis junguntur ſocii, ſuis expreſſi nominibus omnino viginti quatuor, quorum tres præ aliis totidem Diſtichis ſeu Modulis honorantur.*

191 *Simili modo, eodem hoc* XXX. *die, commemorantur ſinguli cum Diſticho & Elogio ex Vita ſumpto, Sancti* Barſimæus Martyr, *Epiſcopus Edeſſenus ſub Diocletiano & Maximiano; atque* Theophylus Martyr, *bellis Dux ſub Conſtantino & Irene, fidei cauſa a Saracenis interfectus,* Junior *autem dictus, pro more Græcorum, reſpectu plurium ejus nominis ſub Gentilibus Imperatoribus martyrio coronatorum. De ipſo vide ſis Theophanem ad annum ſecundum Græcos 782. ſecundum Latinos 790. qui cum menſem diemque Martyris nuſquam exprimant, uti nec Paulus Diaconus, in Hiſtoria Miſcella Theophanem de more ſequens, mirum eſt unde ei Baronius acceperit in Romano Martyrologio diem* XXII. *Julii. Nempe nullum inveniens, in eo quod Sirletus ipſi raptim collegerat valdeque imperfecto Menologio, quodque ſolum augendo Romano profuit, menſe ac diem pro ſuo arbitratu legit; nolens ignotum Latinis relinquere, cujus tam inſigne Martyrium inveniebat in prædicta Hiſtoria miſcella. Atque hæc de hujus diei Sanctis, commemorari apud Græcos ſolitis, obiter attigiſſe ſatis ſit: hoc tamen de iis addendum reſtat, quod hoc pacto Matutino, idem præſtant Græci, quod Latini præſtat Lectio Martyrologii ad Primam, hoc ab eo differens, quod plerorumque ſic commemoratorum Sanctorum longiora Elogia, ſeu vitæ actorumque compendia, legenda proponat, præeunte ad ſingula quale diximus Diſticho; conſentiens autem cum eodem, quod ſicut apud Latinos Martyrologium concludit Lector, dicens,* & alibi plurimorum Sanctorum Martyrum & Confeſſorum atque Virginum *& reſpondetur a Choro,* Deo gratias: *ſic & Græci, abſoluta Sanctorum commemoratione prædicta, clauſulam adhibent, quovis die iterandam,* Ταῖς αὐτῶν ἁγίαις πρεσβείαις· ὁ Θεὸς ἐλέησον καὶ σῶσον ἡμᾶς. Horum ſanctis precibus miſerere nobis, Deus, & ſalva nos.

& S. Theophilus Dux M.

Conclusio commemorationis de Sanctis

AUCT. N.B. *ponituntur Canones eo confusi interrupti,*

A *Ex hinc resumitur cantus trium Canonum eodem quo supra ordine. Est autem in hujusmodi poematis perquam usitatum, ut ultimarum trium odarum Strophæ seu Troparia singula eodem fere modo terminentur; ut in Ode quidem septima clausula sit* Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν Benedictus Deus patrum nostrorum; *in octava,* Εὐλογεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας, Benedicite & superexaltate in secula; *in nona denique frequentetur verbum* Μεγαλύνειν Magnificare; *ut videantur quædam quasi dispositio ad Laudes, quæ sunt extrema Matutini officii pars ac vere Matutina, uti dicetur Capite sequenti.*

ODE 7. *Hirmus.*

192 Cum adoraretur statua aurea in campo Dura, tres pueri tui proculcarunt impiissimum mandatum; conjecti autem in medium igneum, quasi rore perfusi psallebant: Benedictus es Deus Patrum nostrorum.

In crucem suffixus qui ex Te Dei Genitrix corpus assumpsit, Adami discerpsit chirographum. Illum nunc precare, omnis nævi expers, ut a cunctis periculis liberet fideles clamantes: Benedictus es Deus Patrum nostrorum.

Spes bona exspectatioque fidelium es, o Domina, & jam deprecamur Te, ut effundas commiserationis pelagus super omnes, in Te confidentes, & ad Filium tuum clamantes: Benedictus es Deus patrum nostrorum.

Speciosam salubrium mandatorum vestem, qua amictus fui in baptismate, perdidi præ incuria o miser! Nunc ad Te, Virgo, confugio, & peto tunica temperantiæ per Te iterum indui.

193 ALIUS, *sicut* Ἀνείδεον πρόσταγμα

SUperatur, o Beati, & fugit quæ erat ante intolerabilis audacia hæresum. Et cera liquescens a facie ignis ostenditur esse quodvis adulterinum dogma, quod opponitur vestris verbis, ignem spirantibus.

OBsoletas nugas gentilium declinarunt Tres illis; eamque solam elegerunt suadelam, quæ hominum mentibus dominari idonea, corroborandæ serviret veritati; itaque omnem fidelium cœtum subegerunt verbis ad persuadendum accommodis.

Mariale.

LAudabilis & pura Virgo, in Te omnis prophetia conquievit & finem habuit; in admirationem rapiens eos qui dicunt, Ex Te, o Casta, scaturiunt illustriora quam quæ prædicta fuerunt miracula, quæ sapientiam interpretum declarant.

194 ALIUS, *sicut,* Θεοῦ συγκατάβασιν.

Tacentia & clamantia, visaque & audita virtutis ac sapientiæ simulacra fuerunt illi Theologi, qui nos opere & sermone adhortati sunt ad clamandum: Benedictus Deus patrum nostrorum.

Ut Dei voces, horrendum ex alto intonantes, fulminumque jacula excipimus verba vestra, o Sapientissimi, una vobiscum concinentes, Benedictus Deus patrum nostrorum.

Ex linguis ignivomis jactantur grandines, quæ conterunt frivolas opiniones; si quis vaniloquorum audeat in medium prosilire, neque ut par est, dicat, Benedictus Deus patrum nostrorum. *Mariale.*

Virginem Te inhabitavit, & post partum Virginem reliquit, mutans naturæ ordinem, o Deo gravida Maria & omnis expers maculæ, ad quem clamamus Tecum, Intemerata, Benedictus Deus Patrum nostrorum. *Catabasia.*

Te qui in igne irrorasti pueros de rebus divinis disserentes, & incorruptam Virginem inhabitasti, Deum verbum prædicamus, pie concinentes; Benedictus Deus patrum nostrorum.

195 ODE 8. *Hirmus.*

Opera Deum, qui cum Hebræorum pueris in caminum ignis descendit, & flammam mutavit in rorem, laudate, ut Dominum, & superexaltate eum in omnia secula.

Turrim fortitudinis securam, & crepidinem, & custodiam & defensionem possidentes Te, per fidem

ᾨΔΗ ζ. Ὁ εἱρμός.

Εἰκόνος χρυσῆς ἐν πεδίῳ Δεειρᾶ λατρευομένης, οἱ τρεῖς σου παῖδες, κατεπάτησαν ἀθεωτάτου προστάγματος· μέσον δὲ πυρὸς ἐμβληθέντες, δροσιζόμενοι ἔψαλλον· Εὐλογητὸς εἶ ὁ Θεὸς, ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν.

Σταυρῷ προσπαγεὶς, ὁ ἐκ σοῦ σωματωθεὶς Θεογεννήτρια, Ἀδὰμ διέῤῥηξε τὸ χειρόγραφον· ὃν νῦν δυσώπει, Παναμωμε, ἅπαντας κινδύνων ῥυσθῆναι τοὺς ἐν πίστει κραυγάζοντας· Εὐλογητὸς εἶ ὁ Θεὸς, ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν.

Ἐλπὶς ἀγαθὴ, προσδοκία τε πιστῶν ὑπάρχεις, Δέσποινα· καὶ νῦν δεόμεθά σε διαπέτασαι τῆς συμπαθείας τὸ πέλαγος πᾶσι τοῖς εἰς σὲ πεποιθόσι, καὶ τῷ υἱῷ σου κραυγάζουσιν· Εὐλογητὸς εἶ ὁ Θεὸς, ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν.

Ὡραίαν στολὴν, σωτηρίων ἐντολῶν διὰ βαπτίσματος ἀμφιασάμενος, ἀπωλέσα, δι' ἀμελείας ὁ δείλαιος. Νῦν δέ σοι προστρέχω Παρθένε, καὶ χιτῶνα αἰτοῦμαι τῆς σωφροσύνης διὰ σοῦ πάλιν ἐνδύσασθαι.

ἌΛΛΟΣ. Ἀνείδεον πρόσταγμα.

ΗΤτᾶται, Μακάριοι, καὶ δραπετεύει ἡ πρὶν ἀνυπόστατος θρασύτης τῶν αἱρέσεων, πυρὸς δὲ τηκόμενος ἀπὸ προσώπου πυρὸς, κηρὸς ἅπαν δόγμα τοῖς ὑμῶν προσβάλλον φθόγγοις πυρπνόοις δείκνυται.

ΕΥδοὶ μὲν ἐξέκλιναν ἑλλήνων ὕθλους, πειθὼ δὲ τὴν τύραννον ἀνθρώποις μόνην εἵλοντο, ὑφ' ἧς τῇ ἀληθείᾳ οἱ τρεῖς συνηγοροῦσι, οὕτως ἅπαν σύστημα πιστῶν, χειρώσαντο λόγοις καὶ καταπείθουσι. Θεοτοκίον.

ΑΙΝετὴ πᾶσα προῤῥήσεις ἐναπεπαύθη, καὶ πέρας ἐδέξατο, ξενίζουσα τοὺς λέγοντας· ἐκ σοῦ δὲ λαμπρότερα καὶ τῶν προῤῥήσεων, θαύματα πηγάζουσιν, Ἁγνὴ, δηλοῦντα τοὺς ἑρμηνεύοντας.

ἌΛΛΟΣ. Θεοῦ συγκατάβασιν.

Σιγῶσαι καὶ κράζουσαι, ὁρώμεναί τε καὶ ἀκουόμεναι, ἀρετῆς καὶ σοφίας, οἱ Θεηγόροι, στῆλαι γεγόνασιν, ἔργῳ καὶ λόγῳ βοᾷν προτρεπόμενοι· Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν.

Θεοῦ φωνὰς ἄνωθεν ἐπιβροντώσας ἡμῖν ἐξαίσιον, ἀστραπόκτυπα βολίδας, τοὺς ὑμῶν φθόγγους δεχόμενοι, πάνσοφοι, συμμελῳδοῦμεν ὑμῖν· Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν.

Ῥιπίζονται χάλαζαι ἐκ πυρπνόων γλωσσῶν, συντρίβουσαι τὰ σαθρὰ τῶν δογμάτων, ἄν τις μέσον παῤῥησιάσηται τῶν κενολόγων, ὀρθὰ μὴ φθεγγόμενος, Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν. Θεοτόκιον.

Παρθένον ᾤκησέ σε, καὶ μετὰ τόκον παρθένον ἔλιπεν, ὁ ἀμείβων τοιχεῖα, Θεοκυῆτορ Μαρία πανάχραντε, πρὸς ὃν βοῶμεν σὺν σοὶ, πανάμωμε, Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν. Καταβασία.

Σὲ τὸν ἐν πυρὶ δροσίσαντα παῖδας θεολογήσαντας, καὶ παρθένῳ ἀκηράτῳ ἐνοικήσαντα, Θεὸν λόγον ὑμνοῦμεν, εὐσεβῶς μελῳδοῦντες, Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν.

ᾨΔΗ η. Ὁ Εἱρμός.

Τὸν ἐν καμίνῳ τοῦ πυρὸς τῶν ἑβραίων τοῖς παισὶ συγκαταβάντα, καὶ τὴν φλόγα εἰς δρόσον μεταβαλόντα Θεὸν, ὑμνεῖτε, τὰ ἔργα ὡς κύριον, καὶ ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Πύργον ἰσχύος ἀσφαλῆ, καὶ κρηπῖδα, καὶ φρουρὰν, καὶ προστασίαν κεκτημένοι σε, πίστει ἀσπαζόμεθα νῦν· ὑμνοῦμεν

A μεν τὸν τόκον σου, Παναγνε, καὶ ὑπερυψοῦμεν εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Ἀθανασίας διειδῆ ἐπιστάμεθα πηγήν σε, Θεοτόκε, ὡς τεκοῦσαν τὸν Λόγον τοῦ ἀθανάτου Πατρὸς, τὸν πάντας θανάτου λυτρούμενον τοὺς ὑπερυψοῦντας αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

Ῥεῖθρον ἰάσεων ἡμῖν ἀενάως τοῖς πιστοῖς, Ἁγνὴ, πηγάζεις, ὃ τὴν ἄφθορον χάριν ἀπορρυπόμενοι, ὑμνοῦμεν τὸν τόκον σου, Ἄχραντε, καὶ ὑπερυψοῦμεν εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

ἌΛΛΟΣ. Ἰνδαλματος.

ZΟῦμεν εὐσεβῶς, καὶ δοξάζομεν ὁμότιμον μίαν φύσιν, ἀπειροδύναμον Μονάδα καὶ Τριάδα, τὴν πάντα πάσαις λόγοις κυβερνῶσαν κρείττοσιν· οὕτω γὰρ δοξάζειν οἱ τρεῖς Θεοφόροι παρεγγυῶσιν, οἷς συμπροσκυνοῦμεν αὐτὴν εἰς τοὺς αἰῶνας.

ΗΝώθησαν οἱ τρεῖς θεσπέσιοι ὑμνήσαντες τὴν Τριάδα, καὶ τὸ ἀμέριστον ἐν πᾶσι τετηρηκότες τῆς θείας φύσεως, μίαν παρ' αὐτῆς ἀντέλαβον ἀμέριστον δόξαν, εἰς ἔπαινον ἕνα συγκαλουμένην τοὺς ὑπερυψοῦντας αὐτὴν εἰς τοὺς αἰῶνας. Θεοτόκιον.

B ΛΑβὼν τὸ πρὸς ἡμᾶς ἀντιδόνς τὸ οἰκεῖον ὁ Εὐεργέτης, ἔδρασε μόνον, οὐκ ἔπαθε δὲ, Παρθένε· ποιεῖ γὰρ, ἀλλ' οὐκ εἰς φθορὰν καθίσταται, μᾶλλον δὲ καὶ πάσχων ἑκὼν διὰ πάθους τὰ πάθη λύει, ὡς οἱ τρεῖς Πατέρες ἡμᾶς μυσταγωγοῦσιν.

ἌΛΛΟΣ. Ἑπταπλασίως κάμινον.

Οὓς ὁ Θεὸς συνῆψεν εἰς ὁμότιμον ἕνωσιν, ἐγκωμιαστὴς μὴ χωριζέτω ἄνθρωπος· ἀλλ' ἴσους ἡγούμενος ἐν τοῖς αὐτοῖς χαρίσμασιν, ἴσων καὶ τῶν ὕμνων μελῳδῶν ἀξιούτω· οἱ παῖδες εὐλογεῖτε, ἱερεῖς ἀνυμνεῖτε, λαὸς ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Οἱ δυνατοὶ καὶ ἄμαχοι τῆς Θεότητος σύμμαχοι, καὶ τῆς ἀληθείας ἀψευδεῖς συνήγοροι, τὰ βάθη τοῦ Πνεύματος καλῶς ἐρευνήσαντες, τὰς θεοπρεπεῖς περὶ Θεοῦ ὑπολήψεις ἐπεῖθεν συνεστήσατε, καὶ διδάσκετε ψάλλειν· Λαὸς ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Ἐξ οὐρανοῦ μὲν μέγιστοι δύο λύχνοι φωτίζουσιν ἐκ διαδοχῆς ἀλλήλων τὴν ὑφήλιον, ἐκ γῆς δὲ φαεινότερον τὴν σύμπασαν ἀυγάζουσι, τρεῖς καὶ τ' αὐτὸν ὑπερμεγέθεις φωστῆρες, συλλάμποντες ἀλλήλοις, καὶ συμψάλλοντες ἅμα· Λαὸς ὑπερυψοῦτε Χριστὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. Θεοτόκιον.

Ὑπὲρ ἡμῶν ἡ σάρκωσις καὶ τὸ πάθος τὸ τίμιον· δι' ἡμᾶς

C Θεὸς μετὰ νεκρῶν ἐγένετο, θανάτου μὲν ἄγευστος, οἷα ἀπάθης ἐλεύθερος, τῇ δὲ πρὸς τὴν σάρκα τὴν θνητὴν κοινωνίᾳ, λεγόμενος καὶ πάθους μετασχεῖν καὶ θανάτου· μεθ' ἧς ὑπερυψοῦμεν εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας. Καταβασία.

Ἀστέκτῳ πυρὶ ἑνωθέντες οἱ θεοσεβείας προεστῶτες νεανίαι, τῇ φλογὶ δὲ μὴ λωβηθέντες, θεῖον ὕμνον ἔμελπον· Εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα Κυρίου τὸν Κύριον.

ὨΔΗ θ'. Ὁ Εἱρμός.

Τὸν ἐκ Θεοῦ Θεὸν Λόγον, τὸν ἀῤῥήτῳ σοφίᾳ ἥκοντα καινουργῆσαι τὸν Ἀδὰμ, βρώσει φθορᾷ πεπτωκότα δεινῶς, ἐξ ἁγίας Παρθένου, ἀφράστως σαρκωθέντα δι' ἡμᾶς, οἱ πιστοὶ ὁμοφρόνως, ἐν ὕμνοις μεγαλύνομεν.

Θεομακάριστε Κόρη, τὴν ἐλπίδα μου πᾶσαν προθύμως ἀνατίθημι ἐν σοί. σῶσόν με, Μῆτερ τῆς ὄντως ζωῆς· καὶ τρυφῆς αἰωνίου πλησθῆναι καθικέτευε, Ἁγνὴ, τοὺς ἐν πίστει καὶ πόθῳ σε ὕμνοις μεγαλύνοντας.

Ἐπιφώτισον Παρθένε, τῆς ψυχῆς μου τὸν ζόφον, φωτός σου ταῖς αὔλοις ἀστραπαῖς αὐγασον, πύλη τοῦ θείου φωτός. Καὶ πυρὸς αἰωνίου ῥυσθῆναι καταξίωσον, Ἁγνὴ, τοὺς ἐν πίστει καὶ πόθῳ σε ὕμνοις μεγαλύνοντας. Θεοτόκιον.

Ἐν τῇ γαστρί σου σκηνώσας, ὃν ἐκ γαστρὸς πρὸ αἰώνων Πατὴρ ἄνωθεν ἐγέννησεν υἱὸν, τέλειος γέγονεν ἄνθρωπος καὶ πηγὴν χαρισμάτων σε, Θεομῆτορ, ἔδειξεν ἡμῖν, τοῖς

nunc servamur. Laudamus autem partum tuum, o Expers maculæ, & superexaltamus in omnia secula. D AUCT. N.R.

Immortalitatis fontem pellucidum novimus esse Te, Dei Genitrix, ut quæ genuisti Patris immortalis Verbum, quod morte liberat omnes qui ipsum superexaltant in secula.

Nobis fidelibus, velut ex perpetuo fonte, effundis medelæ flumen; cujus impolluta gratia abluti, o Incontaminata, laudamus partum tuum, & superexaltamus in omnia secula.

196 ALIUS, *sicut*, Ἰνδάλματος.

ET agnoscimus pie, & glorificamus unam eusdem honoris naturam, infinitæ potentiæ Unitatem & Trinitatem; quæ hæc omnia gubernat, ac nutu torquet suo. Sic enim docent tres illi Deiferi, quibuscum eam adoramus in secula.

SUnc maxime uniti inter se tres illi divini præcones qui univerunt Trinitatem, & in omnibus servaverunt divinæ naturæ individuum; ab eaque idcirco receperunt unam & indivisam gloriam, in qua ad unam laudem convocantur superexaltantes Trinitatem in secula. *Mariale.*

FIlius Dei erga nos beneficus, operatus est solum, E non autem passus quidquam, o Virgo, dum assumpsit quod nostrum & reddidit quod erat suum. Facit enim, sed non incurrit corruptionem: quin potius passionem libere sustinens, hac ipsa passiones nostras dissolvit, quemadmodum tres illi Patres nos sancte docent.

ALIUS, *sicut*, Ἑπταπλασίως κάμινον.

197 Quos Deus conjunxit æqualiter honorandos, homo laudator non separet; sed donis cœlestibus pares eos existimans, paribus quoque dignetur præconiis. Pueri benedicite, Sacerdotes celebrate, Populi superexaltate, in omnia secula.

Potentes & invicti Divinitatis defensores, & veritatis sinceri patroni, profunda Spiritus recte scrutati, sententias Deo consentaneas adstruitis, & hinc docetis psallere: Populi superexaltate in omnia secula.

Duo maxima luminaria, positum sub sole mundum de cœlo illuminant alternatim. De terra autem coruscant tria supra modum immensa lumina, collucentia & simul psallentia: Superexaltate, o populi, Christum in secula. *Mariale.*

Propter nos incarnatio est, & passio pretiosa. Propter nos cum mortuis fuit Deus, mortem quidem gustare nescius, sicut nec dolorem alium, sed per carnis F mortalis communionem factus particeps & doloris & mortis. Quare eum superexaltamus in omnia secula. *Catabasia.*

In ignem intolerabilem conjecti pii erga Deum juvenes, a flamma vero non læsi, divinum carmen canebant: Benedicite omnia opera Domini Domino.

ODE 9. *Hirmus.*

190 Ex Deo Deum Verbum, quod inexplicabili sapientia venit ad innovandum Adamum, per cibum corruptionis graviter lapsum, quodque ex sancta Virgine ineffabiliter incarnatum est propter nos, unanimi cantu magnificamus fideles.

In te, Virgo Beatissima, spem meam omnem libenter colloco; serva me, Mater veræ vitæ; & pete, o Casta, perenni gaudio impleri eos qui cum fide & desiderio te canticis magnificant.

Virgo illustrissima, janua divini luminis, illumina animæ meæ caliginem spiritalibus lucis tuæ radiis. Et pete, o Casta, perenni igne liberari eos, qui cum fide & desiderio te canticis magnificant. *Mariale.*

Quem Pater filium ex utero ante secula genuit, is in tuo habitans utero factus est perfectus homo; & Te, Deipara, fontem gratiarum ostendit nobis, qui fide-

A liter adoramus ineffabilem tuam progeniem.

Aut. N.R. 199 Alius, *sicut*, Ἀνάρχου γεννήτορ.

Magnifica anima mea tria magna inter Antistites luminaria.

Agrum vestrum & ovile respicite; propter quæ maximos labores sustinuistis. In unum coeuntes, vos tres conjungimus & suavissimam vestram conjunctionem pro communi habemus laudationis materia.

Magnifica anima mea tria candelabra Ecclesiæ Christi.

Christi gratia hostibus suis objicit suis machæram non bis, sed ter acutam, unum in cœlo fabricatum ensem, triplici fulgentem cuspide; pro Deitata una & trina semper dimicantem.

Magnifica anima mea eos qui Christi exornavere Ecclesiam.

B In cœlis, o Gloriosi, erat vestra conversatio, cum adhuc carnem gestaretis incontaminatam; ubi nunc vere habitatis. Ergo orate, ut nos versantes in terris, possimus quæ sursum sunt sapere, quæ sursum sunt quærere. *Mariale*.

Magnifica, anima mea, Venerandam.

Stringit me tua latitudo, magnificentissima Domina, magnitudineque suffocat orationem, & mihi mirabile accidit inopiam nasci ex copia. Ideo eum qui te tantopere magnificat, glorificamus.

Alius; *sicut*, Ἐξέστη ἐπὶ τούτῳ ὁ οὐρανός.

Magnifica, anima mea, sanctissimæ Trinitatis tres Pastores.

200 Sublimis est Trinitatis virtus, & gloria sua complevit omnia. Sed in vobis longe alio & tripartito fulgore emicat, tamquam in majoribus radiis & cœlestibus sacrorum principibus, per quos ad divinam illius contemplationem pii deducimur.

Magnifica, anima mea, ex triplici sole tria magna luminaria.

Nullus ex his tribus tenet secundas, sed primas tenent omnes; cum primus non sit qui pares bonore exuperet. Quin potius alter alterius victoriam eum gaudio facit suam: neque anim ibi locus relinquitur audaci invidiæ, labefactanti concordiam. Gloria.

Magnifica, anima mea, unius individuæ Deitatis in tribus Personis potentiam.

C Postquam pietas patres primogenitos suos declaravit, eorum ope filios lucis generat, verus inculpatosque ac perfectos spiritu, qui vitam in ipsis loquitur, & facit in finem usque servari pacem, quam ab ipsis consecuta est. *Mariale*.

Et nunc.

Magnifica, anima mea, Venerandam.

Filium Dei vivi, o Mater, esse filium tuum prædicavit sapientium Doctorum apex, hoc a revelante Patre edoctus, non a carne & sanguine. Quare Te, Virginem Matrem & Deiparam, gloriose magnificavit. *Catabasia*.

Dei Genitrix, spes Christianorum omnium, protege; defende, custodi sperantes in Te.

In lege, umbra & littera typum fideles conspicimus: Omne masculinum adaperiens vulvam sanctum Deo est. Idcirco primogenitum Verbum, Patris æterni filium, primogenitum a matre sine viro, magnificamus.

Exapostilarium, *Sicut*, Ὁ οὐρανὸν τοῖς ἄστροις.

201 Luminis receptacula, fulgura lucem avibrantia, Basilium Magnum, Gregorium Theologum, Chrysostomum Joannem, omnes collaudemus.

Aliud simile.

Una Deitas, Pater, fili, & Spiritus sancte; pre-

πιστῶς προσκυνοῦμεν τὴν ἄφραστόν σου γέννησιν. D

ἌΛΛΟΣ. Ἀνάρχου γεννήτορος.

Μεγάλυνον ψυχή μου, τοὺς ἐν ἱεράρχαις φωστῆρας τρεῖς μεγάλους.

Ἴδε τὸ ὑμέτερον γεώργιον καὶ ποίμνιον, ὑπὲρ οὗ τοὺς μεγίστους πόνους ὑπέστητε· εἰς ἓν συνελθόντες ὑμᾶς, τοὺς τρεῖς ὁμοῦ συμπαραλαβόντες κοινὴν ἔχομεν αἴνεσιν, τὴν ὑμῶν ἡδίστην ἕνωσιν.

Μεγάλυνον ψυχή μου τοὺς τρισσολαμπτῆρας Χριστοῦ τῆς Ἐκκλησίας.

Οὐ δίστομον μάχαιραν ἡ χάρις, ἀλλὰ τρίστομον τῶν τῶν πολεμίων αὐτῆς προσβάλλεται· ἓν οὐρανοχάλκευτον ξίφος τρισὶν ἀκμαῖς κατεστιλβωμένον, ὑπὲρ προμαχόμενον τριλαμποῦς μιᾶς θεότητος.

Μεγάλυνον ψυχή μου τοὺς κεκοσμηκότας Χριστοῦ τὴν Ἐκκλησίαν.

Ὑμῶν τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ἦν ἔνδοξοι, καὶ τὴν σάρκα φορούντων εἰς ἔτι ἄσπιλον, οὗ νῦν ἀληθινῶς οἰκεῖτε, τοὺς ἐπὶ γῆς ὑμᾶς τρεφομένους τὰ ἄνω προσβλέπειν καὶ φρονεῖν καὶ πραγματεύεσθαι. Θεοτοκίον. E

Μεγάλυνον, ψυχή μου, τὴν τιμιωτέραν.

Στενοῖ με τὸ πλάτος σου, τῶν μεγαλείων Δέσποινα, καταπνιγὸν τὸν λόγον ὑπὸ πυκνότητος, καί μοι παραδόξως συμβαίνει τὸ ἀπορεῖν ἐκ τῆς εὐπορίας· διὸ τὸν τοσοῦτόν σε μεγαλύναντα δοξάζομεν.

ἌΛΛΟΣ. Ἐξέστη ἐπὶ τούτῳ ὁ οὐρανός.

Μεγάλυνον, ψυχή μου, τοὺς τῆς παναγίας Τριάδος τρεῖς Ποιμένας.

Ἐπῆρθη τῆς Τριάδος ἡ ἀρετή, καὶ τὰ πάντα τῆς δόξης ἐπλήρωσεν, ἄλλην δ' ὑμῖν αἴγλην ἀναλάμψασα τρίλαμπτον ὡς ἑαυτῆς ἀπαύγασμα, τοὺς ἐπ' οὐρανίους μυσταγωγούς, δι' ὧν ἐπὶ τὴν θείαν ἐκείνης θεωρίαν, οἱ εὐσεβοῦντες ὁδηγούμεθα.

Μεγάλυνον ψυχή μου τοὺς ἐκ τρισηλίου φωστῆρας τρεῖς μεγάλους.

Οὐκ ἔστι δευτερεῖον ἐν τοῖς τρισί, τὰ πρεσβεῖα γὰρ ἕκαστος φέρεται· πρῶτος οὐκ ὢν καὶ τοὺς ὁμοτίμους ὑπερνικῶν. Ἐξοικειοῦται μᾶλλον δὲ τὴν ἀλλήλων νίκην περιχαρῶς· οὐ χώρα γὰρ ἐνταῦθα τῷ φθόνῳ παρρησίας, λυμαινομένῳ τὴν ὁμόνοιαν. Δόξα.

Μεγάλυνον, ψυχή μου, τῆς τρισυποστάτου καὶ ἀδιαιρέτου θεότητος τὸ κράτος.

Πατέρας ἡ εὐσέβεια τοὺς αὐτῆς πρωτοτόκους υἱοὺς ἀναδείξασα, τέκνα φωτὸς γεννᾷ καὶ ἄμωμα δι' αὐτῶν τελειούμενα Πνεύματι, καὶ ζωὴν λαλοῦντι ἐν αὐτοῖς, καὶ σώζειν ἐξαιτεῖται εἰς τέλος τὴν εἰρήνην, ἣν ἀφ' αὐτῶν ἐκληρονόμησεν. F

Καὶ νῦν. Θεοτοκίον.

Μεγάλυνον, ψυχή μου, τὴν τιμιωτέραν.

Υἱὸν Θεοῦ τοῦ ζῶντος ὁ τῶν σοφῶν διδασκάλων ἀκρότης ἐκήρυξε τὸν σὸν υἱόν, ἐξ ἀποκαλύψεως πατρικῆς, οὐκ ἐκ σαρκὸς καὶ αἵματος τοῦτο μυηθεῖσα, μῆτερ Θεοῦ· διό σε καὶ παρθένον δοξάσασα μητέρα καὶ θεοτόκον ἐμεγάλυνεν. Καταβ.

Θεοτόκε, ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν Χριστιανῶν, σκέπε, φύλαττε τοὺς ἐλπίζοντας εἰς σέ.

Ἐν νόμῳ, σκιᾷ καὶ γράμματι τύπον κατίδωμεν οἱ πιστοί. Πᾶν ἄρσεν τὸ τὴν μήτραν διανοῖγον, ἅγιον Θεῷ. Διὸ πρωτότοκον λόγον, Πατρὸς ἀνάρχου υἱόν, πρωτοτοκούμενον μητρὶ ἀπειράνδρως μεγαλύνομεν.

ἘΞΑΠΟΣΤΕΙΛΑΡΙΟΝ. Ὁ οὐρανὸν τοῖς ἄστροις.

Τὰ τοῦ φωτὸς δοχεῖα, τὰς φεγγοβόλους ἀστραπάς, Βασίλειον τὸν τὸν Μέγαν, Γρηγόριον Θεολόγον, Χρυσόστομον Ἰωάννην εὐφημήσωμεν πάντες.

Ἕτερον Ὅμοιον.

Ἡ ἑνιαία Θεότης, Πάτερ, Υἱὲ καὶ τὸ Πνεῦμα, τοὺς

Βασι-

Αἱ Βασιλείου πρεσβείαις, Γρηγορίου καὶ Ἰωάννου καὶ τῆς ἁγνῆς Θεοτόκου, μὴ χωρισθῶ τῆς σῆς δόξης.

Θεοτόκιον ὅμοιον.

Χρυσοπλοκώτατε πύργε, καὶ δωδεκάτειχε πόλις, ἡλιοστάλακτε θρόνε, καθέδρα τοῦ Βασιλέως, ἀκατανόητον θαῦμα, πῶς γαλουχεῖς τὸν Δεσπότην;

¶ Δεῖ δὲ εἰδέναι, ὅτι εἰς τὴν θ' ᾠδὴν ποιοῦμεν μετάνοιαν ἕως εἰς γῆν, οἱ δύο χοροὶ ὁμοῦ.

cibus Basilii, Gregorii & Joannis, & castæ Dei Genitricis, non separer a tua gloria. D AUCT. N.R.

Mariale simile.

Auro implicata turris, duodecim muris circumsepta civitas, e solaribus stirpis coagmentatam solium, regalis sedes, prodigium fugiens aciem intelligendi, quomodo lacte tuo natris Dominum?

¶ Oportet autem scire, quod ad Odeo nonam fiat inclinatio corporis usque ad terram, idque a duobus choris simul.

202 Comm. *Hæc corporis inclinatio, quæ fit ad terram usque, appellatur passim in Ritualibus Græcorum libris* Μετάνοια μεγάλη, Reverentia major *: illa quæ usque ad terram non fit, appellatur ibidem* Μικρὰ Minor, *quandoque etiam ἡ συνήθης* Μετάνοια, Reverentia consueta, *Unde qualibet* Inclinatio corporis *dicitur simpliciter* Μετάνοια. *Et hæc quidem vox* Μετάνοια, *ex primæva sua institutione,* Pœnitentiam *significat: sed jam apud Monachos Græcos significat quoque dictam reverentiam; propterea quod, cum humilis sit & laboriosa, in mulctam pœnamque peccatorum a Græcis imponi soleat. Et vero quod corpus non parum debilitetur hujusmodi incurvationibus, patet ex illo Ptochoprodromi in Hegumenum ex Cod. Ms.* Τὰ γόνατά μου ἐσαθρώθησαν ἀπὸ τὰς μετανοίας, Genua mihi debilitata sunt ex incurvatione. *Consule Joannem Morinum, tum de Disciplina in administratione Sacramenti Pœnitentiæ fol. 4., tum etiam De Sacris Ecclesiæ Ordinationibus fol. 215. partis 2. Imo vero sequioris ætatis scriptores Latini ab ea ratione loquendi non abhorrent; neque in monasticis scriptoribus quidquam ustitatius est. Sic Petrus Venerab. in Statutis* [Finis Oft. seorum cum inclinatio- ne corporis.]

B *Ordinis Cluniacensis cap. 4. ait:* Atque illis Metanœis, quæ quotidiano usu in Capitulo fiunt, & vulgo Veniæ nominantur. *Et cap. 53.* Frequentibus Metanœis vel Genuflexionibus. *Hieronymus Monachus Camald. in Vita S. Romualdi Abbatis n. 67.* Docebat eos ut .... disciplinas flagellorum in cella facerent, metanœas & genuflexiones frequentantes. *Consimilia habent alii. Jam vero quod* Veniæ *sint hujuscemodi incurvationes corporis, constat apud omnes. Hinc & in Chronico Laurisham. extat hic versiculus:* E

Per venias centum verrunt barbis pavimentum.

CAPUT QUARTUM.

De Laudibus.

203 A*pud Græcos* Laudes *numquam disjunguntur a* Matutino, *sed sunt ejus pars: imo etiam passim communi nomine* Ὄρθρος *nominantur; ex iisque una cum majoribus Vesperis tota* Ἀγρυπνίας *sive* Vigiliarum *ratio constituitur. Attamen propter causam illam, quam initio antecedentis Capitis proposuimus, judicavimus expedire, ut hic de illis seorsim ageremus, adducto verbis Typici & Menæorum. Atque ante omnia non fuerit ἀπροσδιόνυσον sive inutile observare, illam divini Officii partem, quam nos hactenus* Ὄρθρον *sive* Matutinum *vocavimus, ab aliquibus vocari etiam* Μεσονύκτιον, *quod media nocte persolvatur, &* Laudes *e contrario ab iisdem vocari* Ὄρθρον, *eo quod circa auroram concinantur: neque male, si etymologia spectanda sit. Ut ut est, communius nomine* Ὄρθρος *intelligitur ea divini Officii pars, quæ ex* Μεσονυκτίῳ *&* Αἴνοις, *id est, ex* Matutino *&* Laudibus *coalescit. Nunc ad verba Typici veniamus.* [Recit Laudes a Matutino non dividantur. hoc tamen ad nostram illa ad eorum spe- ciem fortasse.]

¶ Εἰς τοὺς αἴνους, Πᾶσα πνοή. Ἱστῶμεν στίχους δ'. Καὶ ψάλλομεν στιχηρὰ προσόμοια. Ἦχος β', πρὸς Ποίοις εὐφημιῶν.

C

¶ 204 Ad laudes, *Omnis spiritus*. Recitamus versus quatuor; & psallimus Versus similares tono secundo, sicut Ποίοις εὐφημιῶν.

Comm. Πᾶσα πνοή *quomodo continuetur, antea satis superque declaratum legisti. Postea recitantur Psalmi Davidici 148, 149. & 150, ut patet ex Horologio: & in Horologium id non indicaret, pateret ex illis verbis,* εἰς τοὺς αἴνους, ad laudes; *quia Psalmi illi ob sæpe reiteratam vocem* αἰνεῖτε, laudate, αἶνοι, laudes *vocitantur. Versus autem similares, huic diei proprii, hi sunt, prout extant in Menæis:* F

ΣΤΙΧΗΡΑ' ΠΡΟΣΟ'ΜΟΙΑ.

Ἦχος β'. Ποίοις εὐφημιῶν.

Ποίοις εὐφημιῶν στέμμασι στεφανώσωμεν τοὺς διδασκάλους, τοὺς διῃρημένους τοῖς σώμασι, καὶ συναπτομένους τῷ πνεύματι, τοὺς τῶν θεοφόρων προκρίτους, Τριάδος τοὺς ἰσαρίθμους καὶ θεράποντας, φωστῆρας τῆς οἰκουμένης ἐκλάμψαντας, τῆς ἐκκλησίας τοὺς στύλους, οὓς στεφάνοις δόξης νικήσαντας στεφανοῖ Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ ἔχων τὸ μέγα ἔλεος;

Ποίοις ὑμνῳδιῶν κάλλεσιν ἀνευφημήσωμεν τοὺς θεοφόρους, τοὺς ὁμονοοῦντας καὶ κήρυκας τῆς ὀρθοδοξίας ὑπάρχοντας, τοὺς ἀκριβεστάτους θεολόγους, τὸν μέγαν ἱεροφάντορα Βασίλειον, τὸν θεῖον καὶ θεορρήμονα Γρηγόριον, καὶ Ἰωάννην τὸν κλεινόν, τὸν χρυσοῦν τὴν γλῶτταν, οὓς ἐδόξασεν ἡ Τριάς, ἀξίως ὁ Κύριος, ὁ ἔχων τὸ μέγα ἔλεος;

Ποίοις ἐγκωμιῶν ῥήμασιν εὐφημήσωμεν τοὺς ἱεράρχας, τοὺς ἰσαποστόλους τῇ χάριτι, καὶ ὁμοτίμους χαρίσμασι, τοὺς τῆς ἀσεβείας καθαιρέτας, σωτῆρας καὶ ὁδηγοὺς λόγῳ καὶ πράγματι, ποιμένας, χριστομιμήτους διὰ πίστεως, τοὺς ἐπιγείους ἀγγέλους, βροτοὺς οὐρανίους, οὓς ἐτίμησεν ὁ Χριστός,

VERSUS SIMILARES

Tonus 2. Sicut. Ποίοις εὐφημιῶν.

205 Quibus laudum coronis coronabimus Doctores, divisos quidem ætatibus, sed spiritu conjunctos, divinorumque hominum antesignanos, numero pares Trinitati, ejusque cultores: fulgentia totius orbis luminaria, columnas Ecclesiæ, Victores quos coronis gloriæ coronat Christus Deus noster, magnam habens misericordiam?

Qua carminum celebritate canemus Deiferos, cœlestiumque arcanorum gnaros, & præcones rectæ fidei, ac sincerissimos Theologos: magnum sacrorum interpretem Basilium, divinum & divina explicantem Gregorium, atque Joannem eximium, lingua aureum; quos pro meritis glorificavit Trinitas, Dominus noster, habens magnam misericordiam?

Quibus præconiorum verbis laudabimus sacrorum Principes, gratia & honore æquales Apostolis, eversores impietatis, servatores & viæ duces verbo ac facto, pastores, Christi per fidem imitatores, terrestres Angelos, homines cœlestes, quos honoravit

A Christus, gloriæ Dominus, habens magnam misericordiam?

AUCT. N. R. Quibus laudationum coronis cingemus, verba aurea proloquentem, & cum Basilio Gregorium, augusta receptacula Spiritus, stabiles fidei propugnatores, columnas Ecclesiæ, fidelium omnium fulcimentum, peccantium solatium, fontes effundentes laticem, quem qui haurimus, afficimur lætitia, petentes erratorum veniam & magnam misericordiam. Gloria.

Tonus idem, sicut, Σήμερον ὁ Χριστός.

& cum doxologia minori; 206 Hodie animæ terrigenarum exaltantur, ex terrestribus hodie cœlestes fiunt, Sanctorum in memoria. Nam portæ cœlorum attolluntur, & quæ Domini sunt, ea nobis innotescunt; sermones sermonibus prædicantur, & miracula decantantur linguis. Nos vero ad Servatorem clamamus: Gloria Tibi Christo Deo: pax enim fidelibus per eos parta est.

Et nunc. *Mariale simile.*

Hodie Christus in templo portatur ut infans; hodie fit sub lege qui Moysi legem dedit. Angelorum exercitus obstupuerunt, quando illum qui continet omnia, viderunt inter senilia brachia. Simeon, pietate plenus & gaudio, clamabat: Nunc dimittis me,

B Servator, ex hac fragili vita, ad quietem ubi nulla sentitur senectus: vidi enim Te, & exultavi.

τὸ ἔλεος ὁ κύριος, ὁ ἔχων τὸ μέγα ἔλεος. D

Ποίοις εὐφημιῶν στέμμασι καταστέψωμεν τὸν χρυσολόγον, ἅμα Βασιλείῳ Γρηγόριον τὰ σεπτὰ δοχεῖα τοῦ Πνεύματος, τοὺς στεῤῥοὺς τῆς πίστεως προμάχους, τοὺς στύλους τῆς ἐκκλησίας, πιστῶν στήριγμα ἁπάντων, ἁμαρτανόντων παραμύθιον, πηγὰς βλυζούσας τὸ νάμα, ἐξ οὗ ἀρυόμενοι εὐφραινόμεθα ταῖς ψυχαῖς, αἰτοῦντες συγχώρησιν πταισμάτων καὶ μέγα ἔλεος. Δόξα.

Ἦχος ὁ αὐτὸς, πρὸς τὸ, Σήμερον ὁ Χριστός.

Σήμερον αἱ ψυχαὶ τῶν γηγενῶν ὑψοῦνται, ἐκ γηΐνων· Σήμερον οὐράνιοι γίνονται τῶν Ἁγίων ἐν τῇ μνήμῃ· αἱ γὰρ πύλαι τῶν οὐρανῶν ἐπαίρονται, καὶ ἡμῖν τὰ τοῦ Δεσπότου γνωρίζονται, οἱ λόγοι τοὺς λόγους κηρύττουσι, καὶ αἱ γλῶσσαι τὰ θαύματα μέλπουσιν, ἡμεῖς δὲ πρὸς τὸν Σωτῆρα βοῶμεν, Δόξα σοι Χριστῷ τῷ Θεῷ, τοῖς γὰρ πιστοῖς εἰρήνη διὰ αὐτῶν ἐγένετο.

Καὶ νῦν. Θεοτοκίον ὅμοιον.

Σήμερον ὁ Χριστὸς ἐν τῷ ναῷ προσφέρεται ὡς βρέφος σήμερον ὑπὸ νόμον γίνεται, ὁ Μωσεῖ δοὺς τὸν νόμον· τῶν Ἀγγέλων αἱ στρατιαὶ θαμβοῦνται, ἐν ἀγκάλαις γηραιαῖς κατεχόμενον τὸν συνέχοντα πάντα θεώμεναι. Συμεὼν, εὐλαβείας πλησθεὶς καὶ χαρᾶς, ἐβόα· Νῦν ἀπολύεις με, Σῶτερ, ἐκ τῆς ἐπικήρου ζωῆς πρὸς τὴν ἀγήρω λῆξιν· εἶδον γάρ σε καὶ εὐφράνθην. E

ac majori ¶ 207 Sequitur Glorificatio major & Dimissio. Datur autem & sanctum oleum Fratribus.

¶ Δοξολογία μεγάλη καὶ ἀπόλυσις· δίδοται δὲ καὶ ἅγιον ἔλαιον τοῖς Ἀδελφοῖς.

COMM. *Diximus quidem num. 31.* Δοξολογίαν μεγάλην, *sive* majorem Glorificationem, *esse Hymnum Angelicum; sed quia illi Hymno, prout hic a Græcis recitatur, adduntur aliqua quæ in Latino minime reperiuntur, non ingratum Lectori futurum existimo, si illum totum sub aspectum cum sua appendice posuero. Talis autem nobis in Horologio exhibetur, qualis sequitur.*

Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas. Laudamus te, benedicimus te, adoramus te, glorificamus te, gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam; Domine Rex cœlestis, Deus pater omnipotens; Domine Fili unigenite Jesu Christe, & Sancte Spiritus. Domine Deus. Agnus Dei, Filius Patris, qui tollis peccatum mundi, suscipe deprecationem nostram: qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis: quoniam tu solus sanctus, tu solus Dominus Jesus Christus in gloria Dei

atque hujus Appendicis hui: Patris. Amen. Omni die benedicam te, & laudabo nomen tuum in seculum & in seculum seculi. Digna-

C re, Domine, die isto sine peccato nos custodire. Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, & laudabile & gloriosum nomen tuum in secula. Amen. Fiat, Domine, misericordia tua super nos, quemadmodum speravimus in te. Benedictus es Domine, doce me justificationes tuas. *Tertium.*

208 Domine, refugium factus es nobis in generatione & generatione. Ego dixi, Domine, miserere mei; sana animam meam, quia peccavi tibi. Domine ad te confugi, doce me facere voluntatem tuam, quia tu es Deus meus; quia apud te est fons vitæ, in lumine tuo videbimus lumen. Extende misericordiam cognoscentibus te, Sanctus Deus, Sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis. *Tertium.*

Gloria. Et nunc.

Sanctus immortalis, miserere nobis.

¶ Deinde clariori voce.

Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis.

Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. Ὑμνοῦμέν σε, εὐλογοῦμέν σε, προσκυνοῦμέν σε, δοξολογοῦμέν σε, εὐχαριστοῦμέν σοι, διὰ τὴν μεγάλην σου δόξαν. Κύριε βασιλεῦ ἐπουράνιε. Θεὲ Πάτερ παντοκράτορ· Κύριε Υἱὲ μονογενὲς Ἰησοῦ Χριστὲ, καὶ ἅγιον Πνεῦμα· Κύριε ὁ Θεὸς, ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, πρόσδεξαι τὴν δέησιν ἡμῶν· ὁ καθήμενος ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς, ἐλέησον ἡμᾶς· ὅτι σὺ εἶ μόνος ἅγιος, σὺ εἶ μόνος κύριος, Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. Ἀμήν. Καθ' ἑκάστην ἡμέραν εὐλογήσω σε, καὶ αἰνέσω τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Καταξίωσον, Κύριε, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ ἀναμαρτήτους φυλαχθῆναι ἡμᾶς. Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε, ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ αἰνετὸν καὶ δεδοξασμένον τὸ ὄνομά σου εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Γένοιτο, Κύριε, τὸ ἔλεός σου ἐφ' ἡμᾶς, καθάπερ ἠλπίσαμεν ἐπὶ σοί. Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε, δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου. Ἐκ τρίτου. F

Κύριε, καταφυγὴ ἐγενήθης ἡμῖν ἐν γενεᾷ καὶ γενεᾷ. Ἐγὼ εἶπα, Κύριε, ἐλέησόν με, ἴασαι τὴν ψυχήν μου, ὅτι ἥμαρτόν σοι. Κύριε, πρὸς σὲ κατέφυγον, δίδαξόν με τοῦ ποιεῖν τὸ θέλημά σου· ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεός μου, ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς, ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς. Παράτεινον τὸ ἔλεός σου τοῖς γινώσκουσί σε. Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς. Ἐκ γ'.

Δόξα. Καὶ νῦν.

Ἅγιος ἀθάνατος ἐλέησον ἡμᾶς.

¶ Εἶτα γεγωνοτέρᾳ φωνῇ.

Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς.

& sacri olei distributione, COMM. *Illud autem quod additur:* Datur sanctum oleum Fratribus.: *fusius explicatur in ejusdem Typici capite 12. ad 26. Septembris, cum Græci colunt translationem S. Apostoli & Evangelistæ Joannis.*

¶ 209 Sacerdos lampade prælucente abit, incensatque imaginem Sancti. Deinde ex ejusdem Sancti lampade dat oleum Fratribus. Si autem Præses sacerdotio initiatus sit, ipse Fratres inungit consecrato illo oleo, intingens duos digitos, & non unum dumtaxat.

¶ Ὁ Ἱερεὺς, προπορευομένης αὐτοῦ λαμπάδος, ἀπέρχεται καὶ θυμιᾷ τὴν εἰκόνα τοῦ Ἁγίου. Εἶθ' οὕτως ἐπιδίδωσιν ἅγιον ἔλαιον ἐκ τῆς κανδήλας τοῦ Ἁγίου τοῖς Ἀδελφοῖς. Εἰ δὲ Προεστὼς ἔξεστιν τῆς ἱερωσύνης, αὐτὸς ἐπιχρίει τοὺς Ἀδελφοὺς, ἀπὸ τοῦ τοιούτου ἐλαίου, ἐμβάπτων τοὺς δακτύλους τοὺς δύο, καὶ οὐχὶ τὸν ἕνα.

Ac

A *Ac ne quis putet hoc tantum fieri istius Translationis festo, mox subjungitur:* D

¶ Ἐν ταύτῃ δὲ σημεῖον δεδήλωκε, ὅτι καὶ ταῖς ἄλλαις ἑορταῖς τῶν Ἁγίων, ἐν αἷς δίδοται τὸ ἅγιον ἔλαιον· καὶ οὕτως ἑορτάζομεν πάσας ἑορτὰς τῶν Ἁγίων, ἐν αἷς γίνονται ἀγρυπνίαι.

¶ Ex hac igitur oota iotellige, quid fieri oporteat etiam oliis Sanctorum festis, quibus datur oleum sanctum. Sic autem celebramus festa omnia, quorum pervigilia aguntur.

AUCT. N. R. *ustatu in majoribus omnibus festis;*

Philotheus unctionis illius ritum ità describit in ordine sacri ministerii, jam sæpe allegato.

¶ Εἰ μὲν ἔστι Δεσποτικὴ ἑορτὴ, ἢ μεγάλου Ἁγίου μνήμη, δίδοται καὶ τὸ ἅγιον ἔλαιον, οὕτως· Πάντων συναγομένων πλησίον τῆς εἰκόνος τοῦ προσκυνήματος, καὶ ψαλλόντων, ὁ μὲν Διάκονος θυμιᾷ κύκλῳ, ἀπὸ τοῦ Προεστῶτος ἀρξάμενος, πρῶτον θυμιάσας τὴν εἰκόνα τοῦ Ἁγίου. Ὁ δὲ Ἱερεὺς ἱστάμενος πλησίον τῆς εἰκόνος, κατέχων ἀλειπτήριον χρίει τοὺς προσιόντας ἐν τῷ μετώπῳ, καὶ εὐλογεῖ. Ὅταν δὲ χρισθῶσι πάντες, ἐκφωνεῖ.

¶ 210 Quod si Christi Domini festum vel magni alicujus Sancti memoria agitur, datur & sanctum oleum hoc pacto. Omnibus ad Sancti imaginem, quæ honoranda proponitur, confluentibus & cantantibus, Diaconus thus adolet in circuitu, a Præside incipiens, eo honore prius Sancti imagini habito. Sacerdos autem, stans ad latus imaginis, tenet vasculum, & accedentes inungit in fronte, ac benedicit. Cum autem omnes inuncti sunt, exclamat:

Sacerdote frontes singulorum inungente.

Ἐπάκουσον ἡμῶν, ὁ Θεὸς, ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς, καὶ τῶν ἐν θαλάσσῃ μακράν· καὶ ἵλεως, ἵλεως γενοῦ ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, καὶ ἐλέησον ἡμᾶς.

Exaudi nos Deus, servator noster, spes omnium finium terræ, & eorum qoi sunt in mari longe; & propitius, propitius esto peccatis nostris, nostrique miserere.

¶ Καὶ ἐκφωνεῖ.

¶ Atque iterum exclamat:

B Ἐλεήμων γὰρ καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Misericors atque hominum amans Deus es, & tibi reddimus gloriam, Patri, & Filio, & Spiritui sancto, nunc & semper & in secula seculorum. E

¶ Μετὰ τὸ δοῦναι τὸ ἅγιον ἔλαιον, γίνεται τελεία ἀπόλυσις.

¶ 211 Dato jam sancto oleo, fit perfecta Dimissio.

COMM. *Hac sunt verba Typici ad 26. Septembris cap. 12. supra allegato. Quare autem hic dicatur* τελεία ἀπόλυσις perfecta Dimissio, *colligi potest ex Dissertatione nostra onomastico, ubi num. 36. illius nomenclatura ratio non obscure cuilibet innotescet. Igitur* τελεία ἀπόλυσις *hic non solum est finis Officii Ecclesiastici, verum etiam dimissio populi. Et quoniam Sacerdos solitus est dimittendo populo bene precari, ipsa illa formula precandi non raro* ἀπόλυσις *quoque nuncupatur. De formula illa pauca differemus inferius, hic vero de iis, quæ illam solent proxime præcedere.*

Ad faciendam nos dimissionem

212 *Absoluta superiore exclamatione, statim (ut est apud Philotheum) ait Sacerdos.*

Ὁ Ἱερεύς· Εἰρήνη πᾶσι. Ὁ Διάκονος. Τὰς κεφαλὰς ἡμῶν τῷ Κυρίῳ κλίνωμεν. Καὶ ὁ Ἱερεὺς λέγει τὴν εὐχὴν μυστικῶς· Κύριε ἅγιε, ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορῶν, καὶ τῷ πανεφόρῳ σου ὄμματι ἐπιβλέπων ἐπὶ πᾶσαν τὴν κτίσιν· σοὶ ἐκλίναμεν τὸν αὐχένα τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, καὶ δεόμεθά σου, ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου τὴν ἀόρατον ἐξ ἁγίου κατοικητηρίου, καὶ εὐλόγησον πάντας ἡμᾶς. Καὶ εἴ τι ἡμάρτομεν ἑκούσιον ἢ ἀκούσιον, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς συγχώρησον, δωρούμενος ἡμῖν καὶ τὰ ἐγκόσμια καὶ ὑπερκόσμιά σου ἀγαθά. Ἐκφώνως. Σὸν γάρ ἐστι τὸ ἐλεεῖν καὶ σώζειν ἡμᾶς Χριστὲ, ὁ Θεός.

Pax omnibus. *Diaconus vero;* Capita nostra Domino inclinemus. *Et Sacerdos secreto subjungit orationem:* Domine sancte, qui in altis habitas, & humilia respicie, & oculo perspicacissimo circumspicis omnem creaturam, Tibi cervices animi æque ac corporis incurvamus, & oramus Te, manum tuam invisibilem de sancto habitaculo tuo extende, & benedic nos omnes: & si quid sponte vel coacte deliquimus, ut bonus ac benignus Deus ignosce, & bona tua temporalia simul atque æterna largire. *Exclamando.* Tuum est enim misereri & salvare nos, Christe Deus.

Demo iterum Sacerdos

Ὁ Διάκονος. Σοφία.

Diaconus. Sapieotia.

Ὁ Ἱερεύς. Ὁ ὢν εὐλογητὸς Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, πάντοτε, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Sacerdos. Qui est beoedictus Christus Deus noster, ubique, nunc, & semper, & in secula seculorum.

C ¶ Καὶ ψάλλεται τό, Στερέωσαι ὁ Θεὸς τοὺς Βασιλεῖς.

¶ 213 *Et canitur:* Confirma Deus Imperatores. F

COMM. *Hanc orationem non inveni usque adhuc, nisi forte putas esse illam, quæ extat in Horologio & sic sonat.*

Ἐπουράνιε Βασιλεῦ, τοὺς πιστοὺς Βασιλεῖς ἡμῶν στερέωσον, τὴν πίστιν στήριξον, τὰ ἔθνη πράϋνον, τὸν κόσμον εἰρήνευσον, τὸν ἅγιον ναὸν τοῦτον καλῶς διαφύλαξον, τοὺς προαπελθόντας πατέρας καὶ ἀδελφοὺς ἡμῶν, ἐν σκηναῖς δικαίων τάξον, καὶ ἡμᾶς ἐν μετανοίᾳ καὶ ἐξομολογήσει παράλαβε, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος.

Rex cœlestis, confirma fideles Imperatores nostros; fidem stabili; gentes mitiga; pacifica orbem; habitationem hanc sanctam bene custodi; patres & fratres nostros ad se suo ctoe colloca io justorum tabernaculis; & nos in pœnitentia ac confessione suscipe, ut qui vere bonus es & hominum amans.

num Christum Regè,

Ὁ Ἱερεύς. Ὑπεραγία Θεοτόκε, σῶσον ἡμᾶς. Καὶ ψάλλεται, Τὴν τιμιωτέραν τῶν Χερουβὶμ, καὶ ἐνδοξοτέραν ἀσυγκρίτως τῶν Σεραφὶμ, τὴν ἀδιαφθόρως τὸν Λόγον Θεοῦ τεκοῦσαν, τὴν ὄντως Θεοτόκον, σὲ μεγαλύνομεν. Εἶτα πάλιν λέγει. Δόξα σοι Χριστὲ ὁ Θεὸς, ἡ ἐλπὶς ἡμῶν, δόξα σοι. Ἀδελφοί. Κύριε εὐλόγησον.

Sacerdos. Sanctissima Dei genitrix serva nos. *Et canitur:* Magnificamus Te excellentiorem Cherubim, & sine comparatiooe Seraphim gloriosiorem: utpote quæ iocorrupta genuisti Verbum Deum, ideoque vere Dei genitrix es. *Tum iterum dicit:* Gloria tibi, Christe Deus, spes nostra, gloria tibi: *Fratres respondent,* Domine benedic.

atque Deiparam & Sanctos.

¶ Καὶ γίνεται ἀπόλυσις· εἰ μὲν ἔσι κυριακὴ· Ὁ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν Χριστὸς, ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν, ταῖς πρεσβείαις τῆς παναχράντου αὐτοῦ Μητρὸς, τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων, καὶ πάντων τῶν Ἁγίων, ἐλεήσαι καὶ σώσαι ἡμᾶς, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος.

¶ *Et pronuntiat Dimissionis formulam, quæ diebus dominicis hæc est:* Qui surrexit a mortuis Christus verus Deus noster, precibus intemeratæ Matris suæ, sanctorum, gloriosorum & percelebrium Apostolorum, omniumque Sanctorum, misereatur & servet nos, ut bonus ac benignus.

itaque pro ratione dimissionem Dominicalē

214 COMM. Dimissionis formula mutatur pro ratione festi vel mysterii quod celebratur, idque satis patet ex allato Philothei textu. Sic in Christi natali dicitur: Ὁ ἐν τῷ σπηλαίῳ γεννηθεὶς, καὶ ἐν φάτνῃ ἀνακλιθεὶς διὰ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν. *Qui in spelunca natus est & in præsepe reclinatus, propter nostram salutem.* Et in Circumcisione:

ei accommodanda ratione festi cujus est festum:

A sione: Ὁ ἐν τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ σαρκὶ περιτμηθῆναι καταδεξάμενος, *Qui octavo die in carne circumcidi voluisti &c.* D *Formulas alias, aliis Domini nostro Jesu Christi festis & aliquot Dominicis accommodatas, videre qui voluerit, ille adeat Goarum ad calcem Euchologii. Mihi autem satis fuerit hic paucis ex eodem Philotheo annotare, in Dimissionis formula a Sacerdote solere pronuntiari nomen Sancti, cujus sacra lux agitur, si tamen fuerit e Sanctis præcipuis. Quamobrem, cum Basilius Magnus, Gregorius Nazianzenus & Joannes Chrysostomus inter præcipuos Sanctos a Græcis semper habiti fuerint, dubitandum non est, quin in hujusce diei Dimissione debeant eorum nomina pronuntiari hoc aut simili modo:*

AUCT. N. R.

Qui Doctores illuminat, Christus, verus Deus noster, precibus intemeratæ Matris suæ, sanctorum, gloriosorum & percelebrium Apostolorum, necnon sanctorum Patrum nostrorum Basilii Magni, Gregorii Theologi, Joannis Chrysostomi, omniumque Sanctorum *& reliqua ut supra.*

Ὁ τοὺς διδασκάλους φωτίζων Χριστὸς, ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν, ταῖς πρεσβείαις τῆς παναχράντου αὐτοῦ μητρὸς, τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων, τῶν ἐν ἁγίοις Πατέρων ἡμῶν Βασιλείου τοῦ μεγάλου, Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, καὶ πάντων τῶν Ἁγίων· καὶ τὰ λοιπά.

quo benedictionis dimissoriæ lis variètas

215 COMM. *Sed & Latinis olim solemne erat, ut aliis & aliis diebus adhiberent etiam alias atque alias formulas benedicendi, constantes interdum ex multis versibus. Unde apud Gregorium Papam in libro sacramentorum adhuc extat illa benedictio pro die nativitatis Domini.* Benedicat vobis omnipotens Deus, vestramque ad superna excitet intentionem, qui hanc sacratissimam diem nativitate Filii sui fecit esse solennem. Amen. Et qui eum qui panis est Angelorum, in præsepe Ecclesiæ cibum fecit esse fidelium animalium: ipse vos & in præsenti seculo degustare faciat æternorum dulcedinem gaudiorum, & in futuro perducat ad satietatem æternorum præmiorum. Amen. Quique ejus infantiam vilibus voluit indui pannis, ipse vos cœlestium vestimentorum induat ornamentis. Amen. Quod ipse præstare dignetur, cujus regnum & imperium permanet in secula seculorum. Amen. Benedictio Dei Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & pax Domini sit semper vobiscum.

etiam Latinis olim usitata fuit,

Benedictiones illæ (ut Illustrissimus Hubertus testatur) in Ecclesiis fere omnibus Cathedralibus, antiqui moris E *sui studiosis, in solemnibus officiis non omittuntur. Loquitur autem Hubertus de Gallicanis Ecclesiis; quarum usus ab usu Romano discrepans peculiari opere explicatur a Mabilione: harum vero antiquus usus sub imperio Gothorum in Hispaniam transiit. Hinc* Missale Gothicum sive Gallicarum vetus, *anno 1680. ex Mss. Reginæ Sueciæ Romæ vulgatum, præscribit alias atque alias formulas, cuique festo proprias, sub hoc titulo,* Benedictio populi; *non tamen ad finem Missæ, sed post Orationem Dominicam ante Communionem. Formulæ porro illæ dicebantur quondam* Interpellationes *seu* Postulationes: *atque hoc nomine easdem vult intelligi apud S. Paulum beatus Augustinus epistola ad Paulinum:* Interpellationes, *inquiens*, sive ut nostri codices habent, Postulationes, fiunt, cum populus benedicitur.

& hodieque in Gallia servatur.

Sed Crucem formantes Græci aliter quam Latini digitos componunt.

216 *A Latinis revertamur ad Græcos eorumque ritus in pronuntiandis Benedictionibus a Philotheo descriptos:* Ὁ Ἱερεὺς ἀνοίξας τὰ ἅγια θύρας, χαλάσας τὸ φελώνιον, ἱσταμένου τοῦ Διακόνου ἔξωθεν ἐκ δεξιῶν, καὶ τὸ ὠράριον κρατοῦντος συνήθως, λέγει τὴν ἀπόλυσιν, *Sacerdos, sanctis portis reseratis & demissa casula, Diacono stante foris a dextris, & Stolam apprehendente secundam consuetudinem, pronuntiat Dimissionem, & benedicit populo, manum quidem movens in formam Crucis, sed digitos longe aliter componens, quam nunc in Ecclesia Latinorum fieri consuevit. Etenim auricularem aliquantulum incurvat; summum articulum annularis applicat primo condylo pollicis; indicem in longum producit, ad eumque oblique adjungit medium, & sic alteram accommodant alteri quasi decussat. Quæ quidem digitorum compositio nobis ad calcem Hirmologii adumbratur hoc schemate.*

sicut in ea exprimere consentiunt.

217 *Tertio Nicolaus Malaxus, Protopapa sive Parochus Naupliæ, ibidem affirmat tali digitorum inflexione* JESU CHRISTI *nomen informari ac veluti describi: nam, ut ipse quidem contendit, eadem exprimuntur hæ litteræ* IC. XC. *Græcæ autem hac figura C olim pinxisse suam Σ notum est, quam ut hic dici a me debeat. Sed habe sibi locum Malaxi ipsum. Is mihi quidem dignus visus est, qui Latine verteretur:*

sicut pulchre explicat Nicolaus Malaxus

Rectitudo Indicis, & inflexio Medii, etiam Sphaceli dicti, nomen IC manifeste exprimit, cum rectitudo I referat, curvitas vero C. Unde & prope invicem duo hi digiti ita dispositi, hoc non obscure præ se ferunt. Jam vero Pollicis & Annularis, qui & Epibatus vocatur, ad sese mutuo obliqua adjunctio; & iterum quæ his proxima est, inflexio Auricularis, nomen XC simul significant: quippe obliquitas Pollicis & Annularis, elementum sive litteram X. ostendit: & incurvus Auricularis posterius elementum C: itaque, ut dictum est, nomen XC significatur. Verum quo, qui voluerit, cognoscat istud evidentius, manum benedicentem delineet & istud manifeste cognoscet. Et vero oportet ut benedictio dictam figuram, & nullam aliam exprimat, quam benedictum Jesu Christi nomen, in quo benedicuntur omnes gentes, sicut beato Patriarchæ Abrahæ promissum est: Benedicentur enim, inquit (Deus.) in semine tuo omnes gentes terræ. Non dixit (inquit Divus Apostolus) in seminibus, sed in semine, qui est Christus. Et certe conveniebat, ut figura manus benedicentis benedictos in Christo, non exprimeret aliud, quam nomen illius in quo benedicimur. Propterea enim, opinor, sic & ab initio universorum Conditor diviniore providentia digitos humanæ palmæ annexuit, ut neque plures sint neque pauciores, verum tot, quot neque redundent, neque deficiant, sed suf-

Τὸ μὲν ὄρθιον τοῦ λιχανοῦ δακτύλου καὶ ἐπικαμπὲς τοῦ μέσου, τοῦ καὶ σφακέλου λεγομένου, τὸ IC ὄνομα προδήλως χαρακτηρίζει· τὸ ὀρθὸν τὸ I παριστῶντος, τὸ δὲ καμπύλον τὸ C. Ὅθεν καὶ ἐγγὺς ἀλλήλων οἱ δύο οὗτοι δάκτυλοι οὕτω κείμενοι ἐκτυπούμενοι, ἀριδήλως τοῦτο ἐμφαίνουσιν. Ἡ δὲ τοῦ ἀντίχειρος, καὶ τοῦ παραμέσου, τοῦ καὶ ἐπιβάτου καλουμένου, πρὸς ἀλλήλους πλαγία ἕνωσις, καὶ αὖθις ἡ ἐγγιστα τούτων καμπύλος τοῦ μύωπος, τὸ XC ὄνομα σημαίνουσιν ἀμφότερα· ἡ γὰρ πλαγιότης τοῦ ἀντίχειρος καὶ τοῦ ἐπιβάτου τὸ X. στοιχεῖον ἐνδείκνυσι. ὁ δὲ κυρτόσχημος μύωψ, τὸ μετὰ τοῦτο, C, δι' ὧν τὸ XC ὄνομα, ὡς εἴρηται, δείκνυται. Ἵνα δὲ σαφέστερον τοῦτο πρὸς διάγνωσιν ἔχῃ ὁ βουλόμενος, χειρογραφησάτω τὴν χεῖρα εὐλογοῦσαν, καὶ ἀριδήλως τοῦτο γνώσεται. Δεῖ γὰρ εὐλογίαν τὸ σχῆμα αὐτὸ λεγόμενον, οὐδὲν ἄλλο παραδηλοῦν, ἢ τὸ τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ ὄνομα ἐν ᾧ εὐλογοῦνται πάντα τὰ ἔθνη, ὡς ὁ πρὸς τὸν μακάριον πατριάρχην Ἀβραὰμ ἐπαγγελία γέγονεν· Εὐλογηθήσονται γάρ φησιν ἐν τῷ σπέρματί σου, πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. Οὐκ εἶπε δὲ, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ἐν τοῖς σπέρμασιν, ἀλλ' ἐν τῷ σπέρματι, ὅς ἐστιν ὁ Χριστός. Ἔχρῆν τοιγαροῦν καὶ τὸν σχηματισμὸν τῆς εὐλογούσης τοὺς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ εὐλογημένους χειρὸς, οὐδὲν ἄλλο σημαίνειν, ἢ αὐτὸ τὸ ὄνομα, τὸ ἐν ᾧ εὐλογούμεθα. Διὰ τοῦτο γὰρ οἶμαι καὶ θειοτέρᾳ προνοίᾳ, οὕτως ἀρχῆθεν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ τῶν ὅλων δημιουργοῦ, οἱ δάκτυλοι ἀνθρωπίνης παλάμης ἐξήρτηνται, καὶ οὐ πλείους οὐδ' ἐλάττονες, ἀλλ' ὅσοι τὸ μὴ περιττεύειν

τοῖς, ὡσεὶ ἄκανθαι, ἀλλ' ἀφαιρεῖται πρὸς τὴν τοιαύτην συμφωνίαν ἔχουσι.

Goar aliquanto aliter.

218 *Hunc Malaxi locum si vidisset Goarus, nunquam tradidisset, minimum benedicentis digitum sive auricularem protendi in longum. Tradit etiam idem Goarus, digitos a Sacerdote inter benedicendum, ita coaptari*, ut semper trium horum vocabulorum Ἰησοῦς Χριστὸς νικᾷ litteras initiales, quæ sunt I, X, & N exprimant. Auricularis quidem, *inquit*, digitus in longum productus τὸ I; pollex extremitati medii accumbens, & cum eo Crucem decussatam referens, τὸ X; medius tandem & index τὸ N majori ex parte repræsentant. *Quo ex fonte Goarus hæc hauserit, invenire nondum potui.*

Episcopi etiam cum bicereo & tricereo benedicunt.

219 *Sed hoc loco prætereundum non est, prædictam rationem complicandi digitorum, solere servari etiam a Pontificibus, dum cum δικηρίῳ & τρικηρίῳ benedicunt. Est autem δικήριον cereus bisulcus, cujus unus est ramus, sive capulus aut manubrium, duo vero e ramo in lineam rectam ramusculi pullulant; qua ex notione etiam quid sit τρικήριον, facile intelligat: videlicet trisulcus cereus, e cujus uno itidem ramo, tres alii ramusculi ad eumdem modum effunduntur. Nec suo illa destituuntur mysterio: quippe Τρικήριον in una divina natura tres distinctas Personas, Δικήριον autem duas in una Christi persona distinctas naturas esse commonstrat, quemadmodum est apud Symeonem Thessalonicensem de Templo, ubi de lychnis Ecclesiæ. Hi itaque cerei accenduntur; & Episcopus statis temporibus modo bisulco, modo trisulco, nonnunquam etiam utroque simul, ad benedicendum utitur; sic ut tunc etiam expassa brachia signum Crucis repræsentent, id quod clare perspici potest ex hac S. Methodii effigie.*

Ο ΑΓΙΟϹ ΜΕΘΟΔΙΟϹ

digitos nihilominus ut supra componunt.

220 *Videsne, Lector, etiam sic benedicentis digitos, quo supra diximus modo complicatos? At vero non videbor forte extra oleas, si hac occasione tria præterea ad* ficiant istiusmodi significationi.

AUCT. N.R.

hunc benedicendi ritum spectantia paucis perstrinxero. Primum, dum Græcus Patriarcha vel Episcopus cum δικηρίῳ vel τρικηρίῳ benedicit, Cruces efformat tres; convenienter sane Pontificibus nostris, etiam tres Cruces, dum benedicunt, formare solitis. Probari id potest ex Demetrio Gemisto Ms. de Ordinationibus, qui apud Cangium ait: ὁ Πατριάρχης λαβὼν τὸ τρικήριον, ποιεῖ αὖθις σταυροὺς τρεῖς ἐπάνω τοῦ εὐαγγελίου: Patriarcha accepto trisulco cereo, facit iterum Cruces tres super Evangelium. *Et mox*, ὁ Πατριάρχης βλέπων πρὸς τὰς δυσμὰς εὐλογεῖ μετὰ τρικηρίου τὸν λαὸν τρίς: Patriarcha ad Occidentem conversus, benedicit populo ter cum trisulco cereo. *Deinde* Bicerei & Tricerei *usus non videtur admodum antiquus. Hoc non ex eo quidem colligo, quod S. Sabæ Typicum mentionem ipsius non faciat (hoc enim Typicum pro Patriarchis & Episcopis proprie scriptum non est) verum ex eo quod nec S. Maximus, nec S. Germanus ejusdem meminerint. Atque ea in re doctissimum Morinum habeo fautorem.*

atque tres Cruces formant.

Imperatores quoque sic benedicunt populo.

221 *Tertium denique.* Bicereo vel Tricereo *signare populum non usque adeo proprium est solis Patriarchis ceterisque Pontificibus, ut eam sibi prærogativam non vendicent etiam Imperatores, idque maxime propter unctionem Chrismatis. Duplex est Balsamonis locus, ubi istud asseveratur. Alter ad Can. 67. Synodi Trullanæ*, οἱ τῷ Πατριάρχῃ προβαλλόμενοι ὀρθόδοξοι Βασιλεῖς διὰ ἐπικλήσεως τῆς ἁγίας Τριάδος, καὶ Χριστοὶ ὄντες Κυρίου, ἀκωλύτως ὅτε καὶ βούλονται εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον εἰσέρχονται, καὶ θυμιῶσι καὶ σφραγίζουσι μετὰ τρικηρίου, καθὼς οἱ Ἀρχιερεῖς. Imperatores orthodoxi, qui sub invocatione sanctæ Trinitatis proponunt Patriarchas, & sunt Christi Domini, sine ullo impedimento ad sacrum altare accedunt, quando voluerint, & thus adolent, & signant cum tricipite cereo, quemadmodum Pontifices. *Alter est in Melete, ubi recensens opera, quæ Imperatores cum Patriarchis habent communia, sic loquitur:* Ἐντεῦθεν οἱ πιστοὶ Βασιλεῖς καὶ Αὐτοκράτορες, κατηχητικῶς ὁμιλοῦσι τῷ χριστωνύμῳ λαῷ, καὶ θυμιῶσιν ὡς Ἱερεῖς, καὶ μετὰ δικηρίου σφραγίζουσι. Hinc (*propter unctionem Chrismatis*) fideles Domini Imperatores erudiunt Christianum populum, & odore thuris suffumigant, & bicereo benedicunt.

Hinc corrigendi quorumdam errores

222 *Ex his porro planum fit, quid sit apud Græcos* Δικηρίῳ καὶ Τρικηρίῳ σφραγίζειν, *ex cujus rei ignoratione quæ interpretationum monstra aliquando edita sunt! Interpres nescio quis, apud Gretserum nostrum in Horto S. Crucis part. 5. cap. 25. locum illum Balsamonis*, καὶ μετὰ δικηρίου σφραγίζουσι, *ita vertit*: Cum cera duplici obsignant. *Quamobrem iste Interpres, non immerito a Gretsero reprehenditur. Sed an non etiam reprehendendus sit Gretserus ipse, quod eodem illo Balsamonis loco, pro* Δικηρίῳ *legendum censeat* Τρικηρίῳ, *judicium sit aliorum. Etenim vir cetera eruditus videtur nescisse*, Δικήριον *quoque seu bisulcum illum cereum impertiendis in sacro Officio benedictionibus fuisse a Græcis adhibitum. Hic nostro de Laudibus commentario finem imponimus: nam Fratres, e templo abeuntes vocant nos, ad suam quisque cellulam, ut quas ibi minores Horas recitent, dispicere possimus.*

CAPUT QUINTUM.

De Horis minoribus, Mediis-horis; & Apodipno, quod respondet nostro Completorio.

223 GRæci diurnas horas habent totidem, quot Latini, nempe Πρώτην. Τρίτην, Ἕκτην καὶ Ἐννάτην, *Primam, Tertiam, Sextam & Nonam. Sed in eo dissentiunt, quod post singulas Horas jam* com-

AUCT. N. R. A *commemoratos recitent singula* Μεσώρια *sive medias Horas: quarum ea quæ post Primam dicitur,* Μεσώριον τῆς πρώτης *nuncupatur; quæ post Tertiam,* Μεσώριον τῆς τρίτης, *& sic deinceps. De Mesoriis autem hæc invenio in Typico sub finem capitis 5.* D

Græci minores Horas Mesoriis interpolant.

¶ 224 Mesoria Tertiæ & Sextæ semper in Ecclesia continuntur, præterquam in vigiliis & Festis, quando habentur glorificationes. Primæ autem horæ Mesorium tale est. Cum preces matutinæ absolutæ jam sunt, in cellas discedimus, & dicto hymno *Trisagion*, dicimus tertio *Venite adoremus*; & auspicamur psalmum 45. *Deus noster refugium & virtus*; & psalmum 91. *Bonum est confiteri Domino*; & 92. *Dominus regnavit*. Trisagium, & Troparium nocturnum; Miserere nostri Domine, miserere nostri: Et nunc, Mariale quod incipit, *Misericordiæ januam*; Domine Miserere quadragies, & orationem quam quisque voluerit.

¶ Τὰ δὲ μεσώρια τῆς γʹ ὥρας καὶ ϛʹ, πάντοτε ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ψάλλονται, ἐκτὸς τῶν ἀγρυπνιῶν καὶ τῶν ἑορτῶν ὧν γίνονται δοξολογίαι. Τὸ δὲ μεσώριον τῆς πρώτης ὥρας ἐστὶν οὕτως· Μετὰ τὸ ἀπολῦσαι τὸν ὄρθρον, ἀπερχόμεθα ἐν ταῖς κελλίαις, καὶ ποιοῦντες Τρισάγιον, λέγομεν. Δεῦτε προσκυνήσωμεν, ἐκ τρίτου, καὶ ἀρχόμεθα ψαλμὸν μεʹ, Ὁ Θεὸς ἡμῶν καταφυγὴ καὶ δύναμις. Καὶ ψαλμὸν τὸ Ἀγαθὸν τὸ ἐξομολογεῖσθαι τῷ Κυρίῳ, καὶ τὸ υβʹ, Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, Τρισάγιον, καὶ Τροπάριον κατανυκτικόν, Ἐλέησον ἡμᾶς Κύριε, ἐλέησον ἡμᾶς, Καὶ νῦν, Θεοτοκίον, Τῆς εὐσπλαγχνίας τὴν πύλην, τὸ Κύριε ἐλέησον, μʹ, καὶ εὐχὴν ἣν ἕκαστος βούλεται.

Laudibus subjungunt Primam

225 Comm. *Priusquam hæc omnia prout jacent in Græcorum Horologio ad longum describam, cavendum mihi esse intelligo, ne ex eo quod dicat Typicum inchoari istud Mesorium* μετὰ τὸ ἀπολῦσαι τὸν ὄρθρον, *sive* Matutinis precibus jam absolutis, *Lector in animum inducat, aut Græcos Primam non recitare; aut, si recitent, recitare post jam dictum Mesorium. Sed Græcos & habere Primam, & recitare post Matutinum Officium, ante*
B *istud Mesorium, confici potest tum ex variis auctoribus, tum ex S. Maximo, qui statim post Matutinum recitandæ Primæ mentionem facit. Est & in Bibliotheca Regis Gallicarum codex aliquis, qui, ut testatur Cangius lib. 4 Constantinopolis Christianæ, inscribitur* Τυπικὸν τῆς σεβασμίας μονῆς τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῆς Κεχαριτωμένης, E
deinde ejus Mesorium recitant.
τῆς ἐκ βάθρων ἀνεγερθείσης καὶ συστάσης παρὰ τῆς εὐσεβεστάτης Αὐγούστης κυρᾶς Εἰρήνης τῆς Δουκαίνης, κατὰ τὴν αὐτῆς πρόταξιν καὶ γνώμην ἐκτεθὲν καὶ ἐκδοθέν. Typicum venerandi Monasterii sanctissimæ Deiparæ Gratiosæ, a fundamentis de novo excitati per piissimam Augustam Dominam Irenen Ducænam, secundum illius præceptum & mentem enarratum & expositum. *Hic Codex, inquam, sic habet cap. 32.* Μετὰ τοίνυν συμπλήρωσιν τῆς ὀρθρινῆς δοξολογίας, δεῖ συνάπτειν ἡμᾶς τὴν πρώτην ὥραν κατὰ τὸ συνηθισμένον. Matutinis laudibus absolutis, oportet nos adjungere Horam primam, secundum consuetudinem.

Ipsam vero Primam censent esse partem Matutini.

226 *Quid igitur, inquies, sibi vult S. Sabæ Typicum, dum ait, Prima Mesoriam post Matutinum recitari? Ego quidem existimo nomine* Ὄρθρου *sive* Matutini *hic Primam intelligi: sic enim intelligebatur antiquitus. Certe libro 8. Constitutionum (quæ tribuuntur Apostolis, & licet perperam, magnæ tamen & antiquitatis & auctoritatis sunt) cap. 34. dicitur* Εὐχὰς ἐπιτελεῖτε ὄρθρου, καὶ τρίτῃ ὥρᾳ, καὶ ἕκτῃ, καὶ ἐννάτῃ, καὶ ἑσπέρᾳ, καὶ ἀλεκτοροφωνίᾳ· ὄρθρου μὲν εὐχαριστοῦντες, ὅτι ἐφώτισεν ὑμῖν ὁ Κύριος, παραγαγὼν τὴν νύκτα, καὶ ἐπαγαγὼν τὴν ἡμέραν· τρίτῃ δὲ, ὅτι ἀπόφασιν ἐν αὐτῇ ὑπὸ Πιλάτου ἔλαβεν ὁ Κύριος· ἕκτῃ ὅτι ἐν αὐτῇ ἐσταυρώθη· ἐννάτῃ δὲ, ὅτι πάντα ἐκινήθη τοῦ Δεσπότου σταυρουμένου, φρίττοντα τὴν τόλμαν τῶν δυσσεβῶν Ἰουδαίων, μὴ φέροντα τὸ Κυρίου τὴν ὕβριν· ἑσπέρᾳ δὲ, εὐχαριστοῦντες, ὅτι ὑμῖν ἀνάπαυσιν ἔδωκε τῶν μεθημερινῶν κόπων τὴν νύκτα· ἀλεκτρυόνων δὲ κραυγῇ, διὰ τὸ τὴν ὥραν εὐαγγελίζεσθαι τὴν παρουσίαν τῆς ἡμέρας, εἰς ἐργασίαν τῶν τοῦ φωτὸς ἔργων. Pre-
juxta Constitutiones dictas Apostolorum
cationes facite mane, tertia hora, ac sexta, & nona, & vespere, atque ad galli cantum. Mane quidem, gratias agentes, quod illuminavit vos, nocte sublata & reddito die: Tertia, quod ea hora Pilatus judicium adversus Dominum pronuntiavit: Sexta, quod ea hora in crucem actus est: Nona, quod tum omnia mota & tremefacta sunt, Domino crucifixo; quia horrerent audaciam impiorum Judæorum, & contumeliam Domini ferre non possent; Vespere quod noctem dederit ad requiescendum a diurnis laboribus: Ad Galli cantum, quod ea hora nuntiet adventum diei ad facienda opera lucis. *Hic voce* Ὄρθρου Πρώτου, *sive Primam horam significari, affirmant Turrianus ibi, Durandus lib. 3. de Ritibus cap. 7. & Suarez lib. 4. de Horis Can. cap.*
C *5. num. 3. Et facile ipsis assentientur mecum omnes qui hunc locum diligentius expenderint: quia licet hic locus nomen* Primæ *quidem, tunc necdum usurpatum non exprimat; tamen rem ipsam, sive precationem quæ fit mane, exprimit; eamque ab ea quæ fit per noctem, manifeste distinguit.* F

ac S. Basilium,

227 *Neque ab eo modo loquendi abhorruit S. Basilius in Regulis fusius disputatis. Interrogatione 37. ubi enumerans stata tempora orandi eam Horam, quæ Tertiam antecedit,* Ὄρθρον *appellat: nec enim de nocturna oratione sive* μεσονυκτίῳ *intelligi potest: quia postquam Tertiæ, Sextæ, Nonæ, aliarumque Horarum meminerat, etiam meminit Mesonyctii, dicens:* Τὸ δὲ μεσονύκτιον Παῦλος καὶ Σίλας ἡμῖν ἀναγκαῖον εἰς προσευχὴν παραδεδώκασιν, ὡς ἡ τῶν πράξεων ἱστορία παρίστησι. De tempore autem dimidiæ noctis, quod id ad orationem necessarium sit, traditum nobis est a Paulo, & Sila in Actis. *Quid, quod & Latini ita olim locuti fuerint, ut in*
imo & Latinos veteres.
Euchologio pag. 33. probat Goarus, ex Cypriano, vel quocumque alio auctore expositionis in Orationem Dominicam. Ut itaque, *inquit ibidem idem Goarus,* a vocum confusione mentem liberemus; indubium est, geminas apud Latinos Matutinas preces, sicut & apud Græcos duplicem Ὄρθρον esse statuendum; unum ante solis ortum, & orto sole rursus alium, ut cum nos dicimus Matutinas laudes, ac Primam. *Id quod fuse probat ex Joanne Cassiano, ac deinde subdit,* circa D. Benedicti tempora, secundæ Matutinæ solennitati impositum fuisse Primæ nomen. *Illud sane nomen usurpatum in S. Benedicti Regula cap. 16. invenio. At distinctius locutus fuisset Goarus, si illud nomen dixisset inventum tempore Cassiani, cum illius auctorem ipsum Cassianum merito*
Nomen Primæ a Cassiano introductum.
faciat. Sed his omissis, quæro ergo: Si hic duplex Ὄρθρος *a Goaro adstructus admittatur (sicut videtur debere admitti) quis est, qui non videat, Typicum, dum dicit Mesorium Primæ recitari* μετὰ τὸν Ὄρθρον, *aliter non posse intelligi; quam si diceret,* μετὰ τὴν πρώτην *post Primam? Est etiam perquam verisimile, Primam fuisse apud Græcos Matutini Officii partem ultimam; quod ut dicam, facit S. Germanus, qui enarrato toto Vespertini ac Matutini Officii ordine, non ante ponit* Τέλος τῆς ἀκολουθίας τῆς Ἑσπερινῆς καὶ τοῦ Ὄρθρου, *quam initium Primæ in illum Ordinem incluserit. Huc accedit quod Horologium proponat Primam ante ipsum Mesorium recitandam: hæc autem recitabatur in templo, quemadmodum ex eodem Typici loco conficitur. Sed tempus est, ut primam aliasque horas diurnas cum suis Mesoriis ex Horologio exhibeamus.*

Ritus ipsius recitandi ex Horologio,

Horologium illud quod excusum est Venetiis anno 1607. sic habet, Ὥρας τῆς πρώτης ἐν κατανύξει ἄρχου: Horam primam in compunctione incipe, *ac continuo subjungit tres Psalmos: atque cum S. Germano & Hermologio ibi*

tosi-

A *insinuat, præmittendum esse* Δεῦτε προσκυνήσωμεν Venite adoremus, *id quod ad alias diurnas Horas fuit accuratissime. Tres autem Psalm, quos hic recitandos ponit, sunt hi,* 5. Verba mea auribus percipe: 89. Domine refugium factus es; & 100. Misericordiam & judicium. *Quibus absolutis dicantur sequentia.* D

AUCT. N.R: *cum frequenti Alleluia.*

Δόξα, καὶ νῦν, ἀλληλούϊα ἐκ γ'. μετάνοιαι γ'. Καὶ εἰ μὲν Θεὸς Κύριος ἐψάλη, λέγομεν δόξα, τὸ τροπάριον τῆς ἡμέρας καὶ νῦν, Τί σε καλέσωμεν ὦ κεχαριτωμένη· εἰ δ' ἀλληλούϊα, λέγομεν τροπάριον, εἰς ἦχον πλάγιον β'.

Gloria. & Nunc. Alleluja tertio, tertio quoque corpus inflectitur. Et si *Deus Dominus* cantatum fuerit, dicitur Gloria, Troparium diei, Et nunc, Quid te appellem o Benedicta. Si autem Alleluja, dicatur, Troparium canitur inno obliquo 2.

228 COMM. *Græci longissime absunt ab errore Vigilantii, qui (ut testatur adversus eumdem Vigilantium scribens S. Hieronymus cap. 1.) pugnabat,* ALLELUIA *non nisi in Paschate cantandum esse: nam* ALLELUIA *Græci tam carum habent, ut illud frequentent etiam tempore Quadragesimæ, etiam in funerum exequiis; eoque illud sæpius ingeminant, quo ratio temporis diuturniores Dei laudes postulat. Unde Patriarcha Constantinopolitanus Michael Cerularius, apud Baronium ad an. 1033. num. 29. quasi summam impietatem Latinis objicit, quod* ALLELUIA *in Quadragesima canere intermittant. Hunc Latinis infensissimum Patriarcham imitati sunt complures alii Græci, ita ut Humbertus Episcopus Silvæ-Candidæ & alii multi, eorum calumnias scripto refutare adacti sint. Sed & Latinos olim in funeribus cecinisse* ALLELUIA *constat ex D. Hieronymo, qui in Epitaphio Fabiolæ sic loquitur:* Et jam fama volans, tanti prænuntia luctus, totius urbis populum ad exequias congregabat. Sonabant psalmi, & aurata tecta templorum, reboans in sublime quatiebat Alleluja. *Ejusdem ritus meminit in epistola ad Alethium de funere Ruffinæ conjugis: & narrat Baronius, ad an. 590. num. 29. eum ritum etiam in Gallia fuisse usitatum. An autem & tempore Quadragesimæ Latini aliquando illud cecinerint, non inveni usque adhuc. Hoc inveni, illud non recte factitatum fuisse a quibusdam Hispaniæ Sacerdotibus, contra quos agit Concilium Toletanum IV. cap. 11.* Cognovimus quosdam Hispaniæ Sacerdotes, qui in Quadragesimæ diebus Alleluja decantant, præter in ultima hebdomada Paschæ, quod deinceps interdicimus fieri, statuentes, ut in omnibus prædictis Quadragesimæ diebus, quia tempus est non gaudii, sed mœroris, Alleluja non decantetur. *Plura alia disputanda de* ALLELUJA *occurrunt, sed non sunt hujus loci: eapropter revolver ad Horologium, quod duos Versiculos exhibet, dicto Tropario subjiciendos. Sunt autem hi.*

etiam per Quadragesimam, — *quod improbant Latini.* — B — E

ΣΤΙΧΟΣ α'.

Τὸ πρωῒ εἰσάκουσον τῆς φωνῆς μου, ὁ βασιλεύς μου καὶ ὁ Θεός μου.

ΣΤΙΧΟΣ β'.

Τὰ ῥήματά μου ἐνώτισαι, Κύριε.

Δόξα.

Ὅτι πρὸς σὲ προσεύξομαι, Κύριε.

Καὶ νῦν. Θεοτοκίον.

Τί σε καλέσωμεν, ὦ Κεχαριτωμένη; Οὐρανόν, ὅτι ἀνέτειλας τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης; Παράδεισον, ὅτι ἐβλάστησας τὸ ἄνθος τῆς ἀφθαρσίας; Παρθένον, ὅτι ἔμεινας ἄφθορος; Ἁγνὴν μητέρα, ὅτι ἔσχες ταῖς ἁγίαις ἀγκάλαις υἱὸν, τὸν πάντων Θεόν; Αὐτὸν ἱκέτευε σωθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Τὰ διαβήματά μου κατεύθυνον κατὰ τὸ λόγιόν σου, καὶ μὴ κατακυριευσάτω μου πᾶσα ἀνομία. Λύτρωσαί με ἀπὸ συκοφαντίας ἀνθρώπων, καὶ φυλάξω τὰς ἐντολάς σου. Τὸ πρόσωπόν σου ἐπίφανον ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου, καὶ δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου.

C

Πληρωθήτω τὸ στόμα μου αἰνέσεώς σου, Κύριε· ὅπως ὑμνήσω τὴν δόξαν σου, ὅλην τὴν ἡμέραν μεγαλοπρέπειάν σου. Ἐκ γ'.

¶ Τρισάγιον, Παναγία Τριὰς καὶ τὸ Πάτερ ἡμῶν, Ὅτι σοῦ ἐστιν. Καὶ, εἰ οὐκ ἔστι τεσσαρακοστή, λέγε τὸ τοῦ Ἁγίου κοντάκιον, εἰ ἔχῃ, ἢ τῆς τυχούσης ἑορτῆς.

VERSICULUS 1.

229 Mane exaudi vocem meam, Rex meus & Deus meus.

VERSICULUS 2.

Verba mea auribus percipe, Domine.

Gloria.

Quoniam ad te orabo, Domine.

Et nunc. *Mariale.*

230 Quid te nominem, o Gratia plena? Cœlum, quia produxisti solem justitiæ? Paradisum, quia integritatis florem effudisti? Virginem, quia mansisti impolluta? Castam matrem, quia sanctis tuis ulnis portasti filium, qui est universorum Deus? Hunc precare, ut nostrarum animarum miseratur.

atque Deiparam,

Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, & non dominetur mei omnis injustitia. Redime me a calumnia hominum: & custodiam mandata tua. Faciem tuam illumina super servum tuum, & doce me justificationes tuas.

Repleatur os meum laude tua, Domine, ut cantem gloriam tuam; tota die magnitudinem tuam, *Ter.* F

¶ Trisagion, Sanctissima Trinitas, cum Pater noster, Quia tua est: &, nisi sit Quadragesima, Sancti Contacium, si habeat, vel occurrentis festi.

Troparis marialibus,

231 COMM. *Hæc omnia habes supra, ideoque nihil necesse est denuo tota describere. Tantum hic notata dignum est, orationem Dominicam a Græcis semper, finiri hac formula:* Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ Βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. *Quia tuum est regnum, & potestas, & gloria, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, nunc & semper & in secula seculorum. Amen.* Hæc verba, *inquit Barradius in Matthæum,* exponuntur a Græcis D. Chrysostomo, Euthymio, Theophylacto & ab Auctore imperfecti. In evangelio quoque Syriaco repetiuntur. At vero in Græcum Evangelium irrepserunt ex oratione Græcorum. Sed neque ab Ecclesia, neque a Latinis Patribus agnoscuntur, *tamquam ad evangelicum textum pertinentia,* neque in emendata editione adhibentur. *Sanctorum Contacium legisti num. 187.*

¶ Καὶ τῇ μὲν δευτέρᾳ, τῇ τρίτῃ, καὶ τῇ ε', λέγε τὸ παρὸν Θεοτοκίον.

Τὴν ὑπερένδοξον τοῦ Θεοῦ Μητέρα, καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων ἁγιωτέραν, ἀσιγήτως ὑμνήσωμεν, καρδίᾳ καὶ στόματι Θεοτόκον αὐτὴν ὁμολογοῦντες, ὡς κυρίως γεννήσασαν Θεὸν σεσαρκωμένον, καὶ πρεσβεύουσαν ἀπαύστως ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

¶ Τῇ δὲ τετάρτῃ καὶ παρασκευῇ, λέγε τοῦτο.

Ταχὺ προκατάλαβε πρὶν δουλωθῆναι ἡμᾶς, ἐχθροῖς

¶ 232 Et secunda quidem feria, tertia & sexta, dic præsens Mariale.

Gloriosissimam Dei Matrem, & sanctiorem Angelis sonore cantemus; eamque corde & ore confiteamur esse Dei genitricem, utpote quæ proprie genuit Deum incarnatum, & quæ pro nostris animabus supplicare numquam desinit.

ad singulas ferias variabis,

¶ Feria autem quarta & sexta, dic istud:

Antequam redigamur in servitutem; Christe Deus

no-

AUCT. N.R.

A noster, velociter occurre inimicis, qui te blasphemant, & comminantur nobis; per crucem tuam erige nos certantes. Effice, qui solus benignus es, ut cognoscant, quantum Deiparæ precibus possit Orthodoxorum fides.

¶ Sabbato illud.

233 Pios Martyres, veluti primitias naturæ, tibi Domine, creaturæ satori, offert orbis universus? Horum precibus, multum misericors, tuam Ecclesiam per Deiparam in alta pace custodi.

ac denique Officium Matutinum concluditur,

¶ Die Dominica recitamus ὑπακοὴν occurrentis Toni, Domine miserere. *Quadragesies.* Qui omni tempore. Domine miserere. *Ter.* Gloria. Et nunc. Excellentiorem. In nomine Domini, benedic Pater. Sacerdos exclamat; Deus misereatur vestri. Et si sit Quadragesima, facimus tres majores reverentias, dicentes præscriptam precationem: Domine & Dominator vitæ meæ. Consimiliter & alias minores undecim. Deinde & postremam: adeo ut omnes simul acceptæ fiant numero xv. Postea Trisagion, Sanctissima B Trinitas, Pater noster, Domine miserere *duodecies*, ac tandem præsentem Orationem.

234 Christe, lux vera illuminans & sanctificans omnem hominem venientem in hunc mundum, signetur super nos lumen vultus tui; ut in ipso intueamur lumen inaccessum; & dirige gressus nostros ad operationem mandatorum tuorum, precibus intemeratæ Matris tuæ, tuorumque Sanctorum omnium. Amen.

¶ Gloria, Et nunc, & fit Dimissio.

βλασφημοῦσί σε, καὶ ἀπειλοῦσιν ἡμῖν, Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν· ἀνόρθωσον τῷ σταυρῷ σου, τοὺς ἡμᾶς πολεμοῦντας. Γνωσάτωσαν πῶς ἰσχύει ὀρθοδόξων ἡ πίστις, πρεσβείαις τῆς Θεοτόκου, μόνε φιλάνθρωπε. D

¶ Τῷ σαββάτῳ οὕτω.

Ὡς ἀπαρχὰς τῆς φύσεως, τῷ φυτουργῷ τῆς κτίσεως, ἡ οἰκουμένη προσφέρει σοι Κύριε τοὺς θεοφόρους Μάρτυρας· ταῖς αὐτῶν ἱκεσίαις ἐν εἰρήνῃ βαθείᾳ, τὴν Ἐκκλησίαν σου, διὰ τῆς Θεοτόκου συντήρησον, πολυέλεε.

¶ Τῇ δὲ κυριακῇ, λέγομεν τὴν ὑπακοὴν τοῦ τυχόντος ἤχου. Κύριε ἐλέησον, μ´, Ὁ ἐν παντὶ καιρῷ. Τὸ Κύριε ἐλέησον, γ´. Δόξα καὶ νῦν. Τὴν τιμιωτέραν· Ἐν ὀνόματι Κυρίου εὐλόγησον Πάτερ. Ὁ ἱερεὺς ἐκφωνεῖ, ὁ Θεὸς οἰκτειρήσαι ἡμᾶς. Καὶ εἰ τεσσαρακοστή, ποιοῦμεν τὰς γ´ μεγάλας μετανοίας, λέγοντες τὴν προγραφεῖσαν εὐχὴν, Κύριε καὶ δέσποτα τῆς ζωῆς μου. Ὁμοίως καὶ τὰς ἑτέρας μικρὰς ιά. Εἶτα καὶ τὴν ὑστέραν, γινόμενα ὁμοῦ, ιε´. Εἶτα Τρισάγιον, Παναγία Τριάς, Πάτερ ἡμῶν, τὸ Κύριε ἐλέησον ιβ´. Καὶ τὴν παροῦσαν εὐχήν. E

Χριστὲ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, τὸ φωτίζον καὶ ἁγιάζον πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, σημειωθήτω ἐφ᾽ ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου· ἵνα ἐν αὐτῷ ὀψόμεθα φῶς τὸ ἀπρόσιτον· καὶ κατεύθυνον τὰ διαβήματα ἡμῶν πρὸς ἐργασίαν τῶν ἐντολῶν σου, πρεσβείαις τῆς παναχράντου σου Μητρὸς, καὶ πάντων τῶν σου Ἁγίων. Ἀμήν.

¶ Δόξα Καὶ νῦν, καὶ γίνεται ἀπόλυσις.

In hoc quid sit Ὑπακοὴ quæritur,

235 COMM. *Utinam, sicut hæc postrema Oratio hic integra describitur, sic & reliqua omnes supra assignata describerentur! non occurrerent hic tot ænigmata, nulli OEdipo solvenda. In primis enim* Ὑπακοὴ *quid sit, ne inter Græcos quidem convenit, ut colligitur ex Goara: quem qui volet, consulat in Euchologio fol. 57. Ego autem hic ex Paracletica tantum apponam Troparium unum, quod* Ὑπακοὴ *ibidem inscribitur. Sic autem sonat:* Ἡ τοῦ λῃστοῦ μετάνοια τὸν παράδεισον ἐσύλησεν· ὁ δὲ θρῆνος τῶν μυροφόρων τὴν χαρὰν ἐμήνυσεν· ὅτι ἀνέστης, Χριστὲ ὁ Θεὸς, παρέχων τῷ κόσμῳ τὸ μέγα ἔλεος. Latronis pœnitentia paradisum prædata est, & lamentatio afferentium unguenta gaudium significavit; quia resurrexisti, Christe Deus, tribuens mundo magnam misericordiam. *Precationem item illam, quæ incipit* Qui in omni tempore, *reperire non potui, frustra Græcorum volumina hunc in finem scrutatus. At hanc, quæ a voce* Τὴν τιμιωτέραν *sive* Excelsiorem *inchoatur, inveni & dedi num. 213. ideoque hic repetenda non est. Inveni quoque Precationem, quæ ad tres majores reverentias fundi consuevit. Ea S. Ephrem habet auctorem, non antiquum illum Diaconum Edessenum in Syria, Basilio coævum & amicum, sed lingua Græca imperitum; verum alium multo recentiorem, Monachum tamen, qui in Catena Hymnographorum ex sinistro latere antepenultimus ponitur,* Ἐφραὶμ Καρίας, *quod nomen num. 25. Latine reddidi* Ephrem Cariæ. *Non ideo tamen hic fuerit* S. Ephrem, Mylassæ in Caria Episcopus, *cujus Acta ad* XXIV. *Januarii illustravit Henschenius: ab hoc enim diversus est Melodus, simpliciter* Καρίας *dictus, habituque Monastico, sine Episcopali pallio, expressus. Et hoc animadverso, cupit Papebrochius aliquid mutari in sua ad 21. Martii commentario de SS. Abrahamo & Maria, quorum ad Hellespontum in minori Asia conversatorum Acta, alius quidam* E- F C *phrem scripsit, titulo* Sancti Patris nostris *honoratus etiam ipse, nihilo tamen minus a Melodo diversus, si hic ad seculum* IX. *vel* X. *pertineat, & Sanctus Abraham cum nepte Maria non male referatur ad seculum* VI. *quod aliis licebit recognoscere, ac forsitan etiam retractare.*

Quis S. Ephrem auctor sit precationum,

ad easdem reverentias dicendæ.

236 *Ut ut est; Precatio, quam inveni ad tres majores reverentias recitandam, auctorem habet* S. Ephrem, *juxta Typicum & Horologium; atque hoc modo peragitur. Ad primam reverentiam dicitur:* Κύριε, καὶ Δέσποτα τῆς ζωῆς μου, πνεῦμα ἀργίας, περιεργίας, φιλαρχίας, καὶ ἀργολογίας μή μοι δῷς. Domine & dominator vitæ meæ, non des mihi spiritum pigritiæ, curiositatis, ambitionis, & otiosi sermonis. *Ad alteram dicitur:* Πνεῦμα δὲ σωφροσύνης, ταπεινοφροσύνης, ὑπομονῆς, καὶ ἀγάπης χάρισαί μοι τῷ σῷ δούλῳ. Sed spiritum humilitatis, & temperantiæ, & patientiæ, & caritatis tribue mihi servo tuo. *Ad tertiam denique:* Ναὶ Κύριε Βασιλεῦ, δώρησαί μοι τοῦ ὁρᾷν τὰ ἐμὰ πταίσματα, καὶ μὴ κατακρίνειν τὸν ἀδελφόν μου· ὅτι εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ita, Domine Rex, da ut meos lapsus videam, neve condemnem fratrem meum; quia benedictus es in seculorum secula. *Verumtamen rudiores Monachi, nullisque litteris exculti, dicunt ad quamlibet majorem reverentiam, sive corporis incurvationem, hoc dumtaxat cum Publicano,* Ὁ Θεὸς ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ, Deus propitius esto mihi peccatori. *De ipsis reverentiis vide num. 202.*

MESORIUM PRIMÆ.

Mesorium Primæ

237 A*D primæ Mesorium quod attinet, de eo aliqua disseruimus num. 224. ubi & ex Typici verbis videre licet, quando recitetur & quo loco, quosque Psalmos complectatur, quas Precationes alias. At vero cum ibi harum Precationum initia solummodo expressa fuerint, nostrum est ut reliqua ex Horologio suppleamus. Incipiemus ergo ab illo Tropario, quod* κατανυκτικὸν *appellatur, & quod ibi, casu nescio quo,* nocturnum *Latine legitur, sed male: non enim* κατανυκτικὸν *ibi* nocturnum *significat, sed (si mihi fas sit, ita loqui)* compunctivum, *quoniam verbis contexitur adeo gravibus, ut in recitantium animis spiritum compunctionis facile possit*

A *posse progignere; adeoque a* Νύσσω pungo, *&* *propius e* Κατανύσσω compungo, *ducit originem, non a* Νὺξ D
nox. *Est autem tale.* AUCT. N.R.

Ἐλέησον ἡμᾶς Κύριε, ἐλέησον ἡμᾶς· πάσης γὰρ ἀπολογίας ἀποροῦντες, ταύτην σοι ἱκεσίαν ὡς Δεσπότῃ, οἱ ἁμαρτωλοὶ προσφέρομεν. Ἐλέησον ἡμᾶς.

Δόξα.

Κύριε ἐλέησον ἡμᾶς· ἐπὶ σοὶ γὰρ πεποίθαμεν, μὴ ὀργισθῇς ἡμῖν σφόδρα, μηδὲ μνησθῇς τῶν ἀνομιῶν ἡμῶν· ἀλλ' ἐπίβλεψον καὶ νῦν ὡς εὔσπλαγχνος, καὶ λύτρωσαι ἡμᾶς ἐκ τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν· σὺ γὰρ εἶ Θεὸς ἡμῶν, καὶ ἡμεῖς λαός σου, πάντες ἔργα χειρῶν σου, καὶ τὸ ὄνομά σου ἐπικεκλήμεθα.

Καὶ νῦν. Θεοτοκίον.

Τῆς εὐσπλαγχνίας τὴν πύλην ἄνοιξον ἡμῖν, εὐλογημένη Θεοτόκε. Ἐλπίζοντες εἰς σὲ μὴ ἀστοχήσωμεν, ῥυσθείημεν διὰ σοῦ τῶν περιστάσεων· σὺ γὰρ εἶ ἡ σωτηρία τοῦ γένους τῶν Χριστιανῶν.

¶ Τὸ Κύριε ἐλέησον μ'. Δόξα, Καὶ νῦν. Τὴν τιμιωτέραν τῶν Χερουβίμ. Ἐν ὀνόματι τοῦ Κυρίου εὐλόγησον,
B Πάτερ. Καὶ ποιοῦμεν μετανοίας μεγάλας γ'. μετὰ καὶ τὰς εὐχὰς ὡς ἐνδέλεχον. Εἶτα λέγομεν τὴν παροῦσαν εὐχὴν τοῦ μεγάλου Βασιλείου.

Ὁ Θεὸς ὁ αἰώνιος, τὸ ἄναρχον καὶ ἀΐδιον φῶς, ὁ πάσης κτίσεως δημιουργὸς, ἡ τοῦ ἐλέους πηγὴ, τὸ τῆς ἀγαθότητος πέλαγος, καὶ τῆς φιλανθρωπίας ἀνεξιχνίαστος ἄβυσσος, ἐπίφανον ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, Κύριε· λάμψον ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, νοητὲ ἥλιε τῆς δικαιοσύνης καὶ τῆς εὐφροσύνης. τὰς ψυχὰς ἡμῶν πλήρωσον, καὶ δίδαξον ἡμᾶς τὰ σὰ μελετᾷν ἀεὶ, καὶ φθέγγεσθαι κρίματα, καὶ ἐξομολογεῖσθαί σοι διηνεκῶς, τῷ ἡμετέρῳ δεσπότῃ καὶ εὐεργέτῃ. Τὰ τῶν χειρῶν ἡμῶν ἔργα, πρὸς τὸ σὸν κατεύθυνον θέλημα, καὶ πράττειν ἡμᾶς τὰ σοὶ εὐάρεστα καὶ φίλα εὐόδωσον· ἵνα καὶ διὰ τῶν ἀναξίων ἡμῶν, δοξάζηταί σου τὸ πανάγιον ὄνομα, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τῆς μιᾶς θεότητός τε καὶ βασιλείας, ᾗ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

¶ Εἶτα ἐπισυνάπτομεν καὶ ταύτην τοῦ αὐτοῦ.

Ὁ ἐξαποστέλλων τὸ φῶς καὶ πορεύεται, ὁ ἀνατέλλων τὸν ἥλιον ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, πονηρούς τε καὶ ἀγαθοὺς, ὁ ποιῶν ὄρθρον καὶ φωτίζων πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, φώτισον καὶ ἡμῶν τὰς καρδίας, Δέσποτα τῶν ἁπάντων· χάρισαι ἡμῖν ἐν τῇ παρούσῃ ἡμέρᾳ εὐαρεστῆσαί σοι, φρουρῶν ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας, καὶ πάσης πονηρᾶς
C πράξεως, ῥυόμενος ἡμᾶς ἀπὸ παντὸς βέλους πετομένου ἡμέρας, καὶ πάσης ἀντικειμένης δυνάμεως. Πρεσβείαις τῆς παναχράντου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, τῶν ἀΰλων σου λειτουργῶν καὶ ἐπουρανίων δυνάμεων, καὶ πάντων τῶν ἁγίων τῶν ἀπ' αἰῶνός σοι εὐαρεστησάντων. Σὸν γάρ ἐστι τὸ ἐλεεῖν, καὶ σώζειν ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

¶ Δόξα καὶ νῦν. Τὴν τιμιωτέραν· καὶ γίνεται ἀπόλυσις.

Miserere nostri Domine, miserere nostri: etenim omnis purgationis indigi hanc Tibi, utpote Domino, supplicationem peccatores offerimus. Miserere nostri.

Gloria.

238 Domine miserere nostri: in Te enim confisi sumus, ne irascaris nobis valde, neque reminiscare iniquitatum nostrarum; sed respice nos ut misericors, & libera nos ab inimicis nostris: Tu enim es Deus noster, nos omnes opera manuum tuarum; & nomen tuum invocavimus. *Ex Hirmologio.*

Et nunc. *Mariale.*

Misericordiæ januam aperi nobis, benedicta Dei Genitrix. Non erremus in te sperantes: per te eripiamur necessitatibus: Tu enim salus es generis Christiani. *& potest sub ipsa dicendo*

¶ 239 Domine miserere *quadragies*. Gloria. Et nunc. Excelsiorem Cherubim. In nomine Domini, benedic Pater. Et facimus tres majores reverentias, & una jam assignatam precationem fundimus, ac deinde orationem Basilii Magni. E

Sempiterne Deus, lux principii expers, ac perpetua, omnia creaturæ opifex, fons misericordiæ, pelagus bonitatis, & beneficentiæ investigabilis abyssus; signa super nos lumen vultus tui, Domine. Intellectualis sol justitiæ ac jucunditatis, illucesce in cordibus nostris, nostras animas imple; & doce nos tua cogitare semper, ac loqui judicia, & tibi Domino ac Benefactori nostro jugiter confiteri. Manuum nostrarum opera secundum tuam dirige voluntatem, & ad peragenda ea, quæ tibi placita sunt ac grata, attrahe nos, viamque facilem concede; ut & per nos indignos glorificetur sanctissimum tuum nomen, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, unius & deitatis & regni, cui convenit omnis gloria, honor & adoratio, in secula. Amen. *Ex S. Basilio*

¶ Postea & hanc ejusdem orationem adjungimus.

240 Qui emittis lucem & vadit; qui solem oriri facis super justos & injustos, super bonos & malos; qui fabricaris auroram, totumque orbem illuminas, illumina & corda nostra. Universorum Domine, ut tibi hoc die placeamus; nobis concede, custodiens nos ab omni peccato, & omni iniqua actione; liberans nos ab omni sagitta volante per diem, & omni adversaria potestate. Precibus incontaminatæ Dominæ nostræ Deiparæ, tuorum ex nulla constantium materia ministrorum, cœlestiumque virtutum, ac omnium Sanctorum, qui tibi a seculo placuere. Tuum est enim, Deus noster, misereri ac servare nos: & tibi gloriam damus, Patri, & Filio, & Spiritui sancto, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen. F

¶ Gloria, Et nunc. Excelsiorem; & finis imponitur.

241 COMM. *Jam nunc marte proprio observaverit eruditus Lector, hæc quæ hic habet Horologium, non satis congruere illis, quæ num. 223. pro prima Mesorio habet S. Sabæ Typicum. Quippe hoc Typicum præterit multa, quæ hic recitanda in Horologio proponuntur. Utrum utro melius, quis decidet? Interim cum de Horis minoribus aliis, prout passim recitentur, pauca tradat Typicum, ex eodem Horologio, ordinem rerum ac seriem pandemus.*

ὩΡΑ ΤΡΙΤΗ.

¶ Βασιλεῦ οὐράνιε, Τρισάγιον, μετάνοιαι γ', Παναγία Τριὰς, Πάτερ ἡμῶν, Ὅτι σοῦ, τὸ Κύριε ἐλέησον ιβ'. Δεῦτε προσκυνήσωμεν, ἐκ τρίτου. Εἶτα οἱ ψαλμοί.

HORA TERTIA.

¶ 242 Rex cœlestis, Trisagium, Reverentiæ tres, Sanctissima Trinitas, Pater noster, Quia tuum est, Domine miserere duodecies. Venite adoremus, tertio. Deinde Psalmi.

COMM. *Hi Psalmi sunt*, XVI. Exaudi Domine justitiam meam. XXIV. Ad te, Domine, levavi animam meam. *&* L. Miserere mei Deus secundum. *Psalmi ad Tertiam.*

¶ Δόξα καὶ νῦν. Ἀλληλούϊα ἐκ τρίτου. Καὶ εἰ μὲν Θεὸς Κύριος λέγεται, λέγεται τῆς ἡμέρας τροπάριον, Καὶ νῦν, Θεοτοκίον τὸ, Θεοτόκε, σὺ εἶ ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή. Εἰ δὲ ἀλληλούϊα, λέγε τὸ παρὸν τροπάριον, πρὸς ἦχον πλ. β'.

¶ 243 Gloria & nunc. Alleluja tertio. Et si *Deus Dominus* dicitur, dic diei Troparium, Et nunc, Mariale hoc: *Deipara, tu es vitis vera*; sin autem Alleluja, dic sequens Troparium tono obliquo 2.

A Christe, qui hora tertia sanctissimum tuum Spiritum Apostolis misisti, hunc, o Benigne, ne auferas a nobis; sed eum in nobis Te deprecantibus innova.

VERSICULUS I.

Cor mundum crea in me Deus.

VERSICULUS 2.

Ne projicias me a facie tua.

Gloria, Et nunc, *Mariale*.

aliquas appendices Dei genitrix, tu es vitis vera, quæ vitæ fructum peperisti; Te, Domina, deprecamur, una cum Apostolis pete animabus nostris misericordiam.

Dominus Deus benedictus, benedictus Dominus de die in diem. Prospera nos, Deus salutarium nostrorum, Deus noster, Deus salutis.

¶ 242 Trisagium, Sanctissima Trinitas, Pater noster, Quia tuum est, & hæc Troparia.

Benedictus es, Christe Deus noster, qui instituisti sapientissimos piscatores, ad eosque sanctum Spiritum misisti, & per eos irretiisti orbem; o hominum amans, sit tibi gloria.

Gloria.

Velocem & firmam famulis tuis consolationem, Jesu, B adhibe in nostrorum spirituum mœrore; ne desere animas nostras in tribulationibus; ne a mentibus nostris in necessitatibus elongare; appropinqua nobis, appropinqua qui es ubique: & quemadmodum eras semper cum Apostolis tuis, ita & nobis tui flagrantibus desiderio adjunge Te, o misericors, ut juncti Te celebremus, & Spiritum sanctissimum tuum glorificemus.

Et nunc. *Mariale*.

Tu, illibata Dei Genitrix, es Christianorum spes, & patrocinium, & perfugium; inexpugnabilis oppressorum murus, portus nescius tempestatis: quare, sicut mundum servas jugi tua deprecatione, sic & nostri recordare.

clausio oratio S. Mardarii ¶ 243 Domine miserere, *quadragies*, Qui omni tempore & hora: post quam precem, dicitur Domine miserere, *ter*. Gloria, Et nunc. Excelsiorem Cherubim. In nomine Domini benedic Pater. Et, si sit Quadragesima, facimus reverentias, ut ante scriptum est. Post ultimam autem reverentiam, recitamus orationem S. Mardarii, Domine Deus Pater omnipotens.

Κύριε, ὁ τὸ πανάγιόν σου Πνεῦμα ἐν τῇ τρίτῃ ὥρᾳ τοῖς Ἀποστόλοις σου καταπέμψας, τοῦτο ἀγαθὲ μὴ ἀντανέλῃς ἀφ' ἡμῶν, ἀλλ' ἐγκαίνισον ἡμῖν δεομένοις σου. D AUCT. N.R.

ΣΤΙΧΟΣ α'.

Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ Θεός.

ΣΤΙΧΟΣ β'.

Μὴ ἀποῤῥίψῃς με ἀπὸ τοῦ προσώπου σου.

Δόξα, καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Θεοτόκε σὺ εἶ ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή, ἡ βλαστήσασα τὸν καρπὸν τῆς ζωῆς· σὲ ἱκετεύομεν, πρέσβευε, Δέσποινα, μετὰ τῶν Ἀποστόλων, ἐλεηθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Κύριος ὁ Θεὸς εὐλογητός, εὐλογητὸς Κύριος ἡμέραν καθ' ἡμέραν. Κατευοδώσαι ἡμῖν ὁ Θεὸς σωτηρίων ἡμῶν, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ Θεὸς τοῦ σώζειν.

¶ Τρισάγιον, Παναγία Τριάς. Πάτερ ἡμῶν, Ὅτι σοῦ, καὶ τὰ τροπάρια ταῦτα.

Εὐλογητὸς εἶ, Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ πανσόφους τοὺς ἁλιεῖς ἀναδείξας, καταπέμψας αὐτοῖς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ δι' αὐτῶν τὴν οἰκουμένην σαγηνεύσας, φιλάνθρωπε, δόξα σοι.

Δόξα.

Ταχεῖαν καὶ βεβαίαν δίδου παραμυθίαν τοῖς δούλοις σου Ἰησοῦ, ἐν τῇ ἀκηδιάσει τῶν πνευμάτων ἡμῶν, μὴ χωρίσῃ τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἐν θλίψεσι, μὴ μακρύνου τῶν φρενῶν ἡμῶν ἐν ταῖς περιστάσεσιν· ἀλλ' ἀεὶ ἡμᾶς προφθάσον· ἔγγισον ἡμῖν, ἔγγισον ὁ πανταχοῦ· ὥσπερ καὶ τοῖς Ἀποστόλοις σου πάντοτε συνῆς, οὕτω καὶ τοῖς σὲ ποθοῦσιν ἕνωσον σεαυτὸν, οἰκτίρμον, ἵνα συνημμένοι, σοι ὑμνῶμεν δοξολογῶμεν τὸ πανάγιόν σου Πνεῦμα. E

Καὶ νῦν. Θεοτόκιον.

Ἡ ἐλπὶς, καὶ προστασία, καὶ καταφυγὴ τῶν Χριστιανῶν, τὸ ἀκαταμάχητον τεῖχος, τῶν καταπονουμένων, ὁ λιμὴν ὁ ἀχείμαστος, σὺ εἶ Θεοτόκε ἄχραντε· ἀλλ' ὡς τὸν κόσμον σώζουσα τῇ ἀπαύστῳ πρεσβείᾳ σου, μνήσθητι καὶ ἡμῶν, Παρθένε πανύμνητε.

¶ Τὸ Κύριε ἐλέησον μ'. Ὁ ἐν παντὶ καιρῷ καὶ πάσῃ ὥρᾳ· μεθ' ὃ, Κύριε ἐλέησον, γ'. Δόξα. Καὶ νῦν. Τὴν τιμιωτέραν τῶν Χερουβίμ. Ἐν τῷ ὀνόματι Κυρίου εὐλόγησον Πάτερ. Καὶ, εἰ ἔστι Τεσσαρακοστή, ποιοῦμεν τὰς μετανοίας ὡς προγέγραπται. Μετὰ δὲ τὴν τελευταίαν μετάνοιαν, λέγομεν τὴν εὐχὴν τοῦ ἁγίου Μαρδαρίου. Δέσποτα Θεέ, Πάτερ παντοκράτορ.

Hanc orationem S. Sabæ Typicum sic integram exhibet.

C Domine Deus, Pater omnipotens, & Domine Fili unigenite Jesu Christe, sancte Spiritus, una Deitas, una potentia, miserere mei peccatoris; & quibus scis judiciis, salva me indignum famulum tuum, quia benedictus es in secula. Amen.

Δέσποτα Θεέ, Πάτερ παντοκράτορ, καὶ Κύριε Υἱὲ μονογενὲς Ἰησοῦ Χριστέ, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, μία Θεότης, μία δύναμις, ἐλέησόν με τὸν ἁμαρτωλόν· καὶ οἷς ἐπίστασαι κρίμασι, σῶσόν με τὸν ἀνάξιον δοῦλόν σου, ὅτι εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. F

nobis hactenus ignoti COMM. *Sed Typicum hic nomen* S. Mardarii *non exprimit. Hic Sanctus nobis adhuc incognitus est. Novimus quidem aliquem Sanctum Mardarium, qui sub Diocletiano passus est in Armenia cum Eustratio, Auxentio, Eugenio & Oreste; sed hic est antiquior, quam ut Orationem istam contexuisse videatur: & quia nec Allatius quidem ipsius meminit inter Melodos, neque reperitur in Catena seu Corona, jam sæpe nominata, videri possit omnibus junior.*

MESORIUM TERTIÆ.

¶ 244 POst Benedictus, Trisagion, Sanctissima Trinitas, Pater noster, Venite adoremus ter, dicuntur Psalmi XXIX. Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me: deinde, XXXI. Beati, quorum remissæ sunt. & LX. Exaudi Deus deprecationem meam.

¶ His Psalmis finitis dicuntur: Glor. Et nunc. Sanctissima Trinitas, Pater noster, & hæc Troparia.

Deus Patrum nostrorum, qui nobiscum semper agis secundum mansuetudinem tuam, ne avertas misericordiam tuam a nobis, sed ipsorum deprecationibus vitam nostram in pace guberna.

¶ ΜΕτὰ τὸ, Εὐλογητός, Τρισάγιον, Παναγία Τριάς, Πάτερ ἡμῶν, Δεῦτε προσκυνήσωμεν γ', οἱ ψαλμοί, Ὑψώσω σε Κύριε, ὅτι ὑπέλαβές με· ἔπειτα τό, Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν· ὁ ξ'. Εἰσάκουσον ὁ Θεὸς τῆς δεήσεώς μου.

¶ Δόξα καὶ νῦν, Τρισάγιον, Παναγία Τριάς, Πάτερ ἡμῶν, καὶ Τροπάρια ταῦτα.

Ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, ὁ ποιῶν ἀεὶ μεθ' ἡμῶν κατὰ τὴν σὴν ἐπιείκειαν, μὴ ἀποστήσῃς τὸ ἔλεός σου ἀφ' ἡμῶν, ἀλλὰ ταῖς αὐτῶν ἱκεσίαις, ἐν εἰρήνῃ κυβέρνησον τὴν ζωὴν ἡμῶν.

Δόξα.

A Δόξα.

Οἱ Μάρτυρές σου, Κύριε, ἐν τῇ ἀθλήσει αὐτῶν, τοὺς στεφάνους ἐκομίσαντο τῆς ἀφθαρσίας, ἐκ σοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν· ἔχοντες γὰρ τὴν ἰσχύν σου, τοὺς τυράννους καθεῖλον· ἔθραυσαν καὶ δαιμόνων τὰ ἀνίσχυρα θράση· αὐτῶν ταῖς ἱκεσίαις, Χριστέ, σῶσον τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Καὶ νῦν. Θεοτοκίον.

Τεῖχος ἀκαταμάχητον ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν ὑπάρχεις, Θεοτόκε παρθένε· πρὸς σὲ γὰρ καταφεύγοντες ἄτρωτοι διαμένομεν· καὶ πάλιν ἁμαρτάνοντες, ἔχομέν σε πρεσβεύουσαν· διὸ εὐχαριστοῦντες βοῶμέν σοι, Χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ.

Τό, Κύριε ἐλέησον, μ'. Δόξα. Καὶ νῦν. Τὴν τιμιωτέραν τῶν Χερουβίμ. Ἐν ὀνόματι Κυρίου, εὐλόγησον Πάτερ. Δι' εὐχῶν τῶν ἁγίων Πατέρων. Τὰς τρεῖς μεγάλας μετανοίας μετὰ καὶ τῆς εὐχῆς τοῦ ὁσίου Ἐφραίμ. Εἶτα τὴν παροῦσαν εὐχὴν τοῦ μεγάλου Βασιλείου.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ τὴν σὴν εἰρήνην δεδωκὼς τοῖς ἀνθρώποις· καὶ τὴν τοῦ παναγίου Πνεύματος δωρεὰν τοῖς σοῖς μαθηταῖς καὶ Ἀποστόλοις καταπέμψας, καὶ τὰ αὐτῶν χείλη ἐν πυρίνων
B γλωσσῶν, διανοίξας δυνάμει σου· διάνοιξον καὶ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν τὰ χείλη, καὶ δίδαξον ἡμᾶς πῶς δεῖ, καὶ ὑπὲρ ὧν χρὴ προσεύχεσθαι. Κυβέρνησον ἡμῶν τὴν ζωήν, ὁ εὔδιος τῶν χειμαζομένων λιμήν, καὶ γνώρισον ἡμῖν ὁδόν, ἐν ᾗ πορευσόμεθα. Πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις ἡμῶν, καὶ πνεύματι ἡγεμονικῷ τὸ τῆς διανοίας ἡμῶν στήριξον ὀλισθηρόν· ἵνα καθ' ἑκάστην ἡμέραν τῷ πνεύματί σου τῷ ἀγαθῷ πρὸς τὸ συμφέρον ὁδηγούμενοι, καταξιωθῶμεν ποιεῖν τὰς ἐντολάς σου, καὶ τῆς σῆς ἀεὶ μνημονεύειν ἐνδόξου καὶ ἐρευνητικῆς τῶν πεπραγμένων ἡμῖν τοῖς ἀνθρώποις παρουσίας, καὶ μὴ τοῖς φθειρομένοις τοῦ κόσμου τούτου συναπατᾶσθαι τερπνοῖς, ἀλλὰ τῶν μελλόντων ὀρέγεσθαι τῆς ἀπολαύσεως ἐνίσχυσον θησαυρῶν. Ὅτι εὐλογητὸς, καὶ αἰνετὸς ὑπάρχεις ἐν πᾶσι τοῖς ἁγίοις σου, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

Gloria. D

Martyres tui, Domine, in suo certamine abs te Deo nostro retulerunt immortalitatis coronam: tua enim muniti fortitudine vicerunt tyrannos, & dæmonum invalidam fregerunt audaciam. Eorumdem Martyrum deprecationibus serva, Christe, animas nostras. AUCT. N.R.

Et nunc, *Mariale.*

Murus inexpugnabilis Christianorum es, Deipara Virgo: nam ad te confugientes, invulnerati persistimus; & peccantes, Te habemus deprecatricem. Ideo referimus Tibi gratias, & clamamus; Ave gratia plena, Dominus tecum.

¶ 245 Domine miserere, *quadragies*. Gloria, & nunc. Excelsiorem Cherubim. In nomine Domini, benedic Pater. Per preces sanctorum Patrum. Tres magnas facimus reverentias, dicimusque precationem S. Ephrem, ac deinde hanc Basilii magni.

Domine Deus noster, qui pacem tuam dedisti hominibus, & sanctissimi Spiritus donum ad tuos discipulos ac Apostolos demisisti, eorumque labia per linguas igneas tua aperuisti potentia; aperi & nostra pec- E
catorum labia; ac quomodo, & pro quibus orare oporteat, edoce nos. Dirige vitam nostram, Tu, qui tranquillus fluctuantium portus es, & viam, in qua ambulemus, nobis commonstra. Spiritum rectum innova in visceribus nostris, & Spiritu principali confirma, quidquid in mentibus nostris lubricum est, ac inconstans; ut quotidie spiritu tuo bono ad id, quod conveniens est, deducti mandata tua observare possimus, semperque meminisse tuæ gloriosæ præsentiæ, scrutantis omnia, quæ a nobis hominibus fiunt, & non decipi fluxis hujus mundi voluptatibus; sed cupiditatem futuris fruendi thesauris corrobora. Quia benedictus es, & laudabilis in omnibus Sanctis tuis, in secula seculorum. Amen.

S E X T A.

¶ Ὁ Προεστὼς, Δεῦτε προσκυνήσωμεν· ἐκ γ'· Μετάνοιαι τρεῖς, καὶ ἀρχόμεθα τῆς ἕκτης ὥρας, ψάλλοντες τὸν νγ', ὁ Θεὸς ἐν τῷ ὀνόματί σου σῶσόν με. Καὶ τὸν ξγ', Ἐνώτισαι ὁ Θεὸς τὴν προσευχήν μου, καὶ μὴ ὑπερίδῃς· καὶ τὸν ϟ'. ὁ κατοικῶν ἐν
C βοηθείᾳ.

Δόξα, καὶ νῦν. Ἀλληλούϊα ἐκ γ'. καὶ εἰ μὲν ψάλληται τό, Θεὸς Κύριος, λέγομεν τὸ τῆς ἡμέρας τροπάριον· εἰ δὲ Ἀλληλούϊα, τὸ παρὸν τροπάριον. Ἦχος, β'.

Ὁ ἐν ἕκτῃ ἡμέρᾳ καὶ ὥρᾳ, τῷ σταυρῷ προσηλώσας τὴν ἐν παραδείσῳ τολμηθεῖσαν τῷ Ἀδὰμ ἁμαρτίαν, καὶ τῶν πταισμάτων ἡμῶν τὸ χειρόγραφον διάρρηξον, Χριστὲ ὁ Θεὸς, καὶ σῶσον ἡμᾶς.

ΣΤΙΧΟΣ α'.

Ἐνώτισαι ὁ Θεὸς τὴν προσευχήν μου, καὶ μὴ ὑπερίδῃς τὴν δέησίν μου.

ΣΤΙΧΟΣ β'.

Ἐγὼ πρὸς τὸν Θεὸν ἐκέκραξα, καὶ ὁ Κύριος εἰσήκουσέ μου.

Δόξα. Καὶ νῦν. Θεοτοκίον.

Ὅτι οὐκ ἔχομεν παρρησίαν, διὰ τὰ πολλὰ ἡμῶν ἁμαρτήματα, σὺ τὸν ἐκ σοῦ γεννηθέντα, δυσώπησον, Θεοτόκε παρθένε· πολλὰ γὰρ ἰσχύει δέησις μητρὸς πρὸς εὐμένειαν Δεσπότου. Μὴ παρίδῃς ἁμαρτωλῶν ἱκεσίας ἡ πάνσεμνος· ὅτι ἐλεήμων ἐστὶ καὶ σώζειν δυνάμενος, ὁ καὶ παθεῖν ὑπὲρ ἡμῶν καταδεξάμενος.

Ταχὺ προκαταλαβέτωσαν ἡμᾶς οἱ οἰκτιρμοί σου, Κύριε· ὅτι ἐπτωχεύσαμεν σφόδρα· βοήθησον ἡμῖν, ὁ Θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν· ἕνεκεν τῆς δόξης τοῦ ὀνόματός σου. Κύριε, ῥῦσαι ἡμᾶς καὶ ἱλάσθητι ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου.

¶ 246 Præpositus dicit Ter, Venite adoremus: fiunt reverentiæ tres, & incipimus Horam sextam, canentes Psalmum LIII. Deus in nomine tuo salvum me fac: & LXIII. Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris: & XC. Qui habitat in adjutorio.

Gloria, Et nunc, Alleluja *ter*. Et, si canitur Deus Dominus, dicimus Troparium diei; si autem Alle- F
luja, sequens Troparium. *Tonus* 2.

Qui sexta die & hora, affixisti cruci admissum in paradiso ab Adamo peccatum, etiam lapsuum nostrorum chirographum discerpe, Christe Deus, & salva nos.

VERSICULUS I.

Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam.

VERSICULUS II.

Ego ad Deum clamavi, & Dominus exaudivit me.

Gloria. Et nunc. *Mariale.*

Quia non habemus fiduciam, propter multa delicta nostra; ideo tu, Virgo Deipara, obtestare illum, qui est ex te genitus: multum enim apud clementem Dominum potest matris deprecatio. Supplices peccatores ne despicias, o semper Augusta, quia qui lubenter pro nobis passus fuit, est & misericors, & vult nos servare.

Cito anticipent nos misericordiæ tuæ, Domine, quia pauperes facti sumus nimis. Adjuva nos Deus salutaris noster: & propter gloriã nominis tui, Dñe, libera nos: & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

AUCT. N. R.

A ¶ Trisagium, Sanctissima Trinitas, Pater noster, & hæc Troparia tono secundo.

247 Salutaria operatus es in medio terræ; Christe Deus. In cruce extendisti innocuas tuas manus, congregans omnes populos, clamantes, Gloria tibi Domine.

Gloria.

Veniam peccatorum nostrorum petentes, Christe Deus, adoramus incontaminatam imaginem tuam; lauderis, quia ultro crucem conscendisti, ut quos formasti, de inimici redimeres servitute. Unde in animi grati signum tibi clamamus: Gaudio replesti universa, Servator noster, qui ad servandum mundum venisti.

Et nunc. *Mariale.*

Misericordiæ fons, Genitrix Dei, dignare nos commiseratione: respice reum populum, ostende perpetuam potentiam tuam: in Te enim sperantes, Ave clamamus Tibi, sicut olim incorporeorum princeps Gabriel.

¶ 248 Hæc dicuntur secunda feria, tertia & quinta, quando dies Contacium non habet; sed feria quarta & quinta tono secundo dicitur subjectum Troparium, quod laudem crucis simul ac Deiparæ complectitur. B

Celebramus Te, Virgo Deipara, quæ gloria omnes exsuperas; quoniam per Filii tui crucem victus est infernus, & mors mortua est. Resurreximus qui eramus mortui; vita digni redditi sumus; paradisum, voluptatem priscam recepimus. Idcirco gratias agentes, glorificamus Christum, qui Deus noster præpotens est, ac multum misericors.

¶ Domine miserere, quadragies. Oratio, Qui omni tempore & omni hora, post quam Domine miserere, ter. Gloria. Et nunc. Excelsiorem. Reverentiæ, ut dictum est, si sit quadragesima; & finis.

¶ Τρισάγιον, Παναγία Τριάς, Πάτερ ἡμῶν, καὶ τὰ τροπάρια ταῦτα, ἦχος δεύτερος. D

Σωτηρίαν εἰργάσω ἐν μέσῳ τῆς γῆς, Χριστὲ ὁ Θεός· ἐπὶ σταυρῷ τὰς ἀχράντους σου χεῖρας ἐξέτεινας, ἐπισυνάγων πάντα τὰ ἔθνη, κράζοντα, Κύριε δόξα σοι.

Δόξα.

Τὴν ἄχραντον εἰκόνα σου, προσκυνοῦμεν ἀγαθέ, αἰτούμενοι συγχώρησιν τῶν πταισμάτων ἡμῶν, Χριστὲ ὁ Θεός· βουλήσει γὰρ ηὐδόκησας σαρκὶ ἀνελθεῖν ἐν τῷ σταυρῷ, ἵνα ῥύσῃ οὓς ἔπλασας ἐκ τῆς δουλείας τοῦ ἐχθροῦ· ὅθεν εὐχαρίστως βοῶμέν σοι, Χαρᾶς ἐπλήρωσας τὰ πάντα, ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, παραγενόμενος εἰς τὸ σῶσαι τὸν κόσμον.

Καὶ νῦν. Θεοτοκίον.

Εὐσπλαγχνίας ὑπάρχουσα πηγή, συμπαθείας ἀξίωσον ἡμᾶς, Θεοτόκε, βλέψον εἰς λαὸν τὸν ἁμαρτήσαντα· δεῖξον ὡς ἀεὶ τὴν δυναστείαν σου· εἰς σὲ γὰρ ἐλπίζοντες, τὸ Χαῖρε βοῶμέν σοι, ὡς ποτὲ ὁ Γαβριὴλ ὁ τῶν ἀσωμάτων ἀρχιστράτηγος.

¶ Ταῦτα λέγονται, τῇ δευτέρᾳ, τῇ τρίτῃ, καὶ τῇ πέμπτῃ, ὅτε οὐκ ἔχει ἡ ἡμέρα κοντάκιον· τὸ δὲ ὑποτεταγμένον λέγεται τῇ τετράδι, καὶ τῇ παρασκευῇ, ἦχος, β΄. σταυροθεοτόκιον.

E Ὑπερδεδοξασμένη ὑπάρχεις Θεοτόκε παρθένε, ὑμνοῦμέν σε· διὰ γὰρ τοῦ σταυροῦ τοῦ Υἱοῦ σου, κατεβλήθη ὁ ᾅδης, καὶ ὁ θάνατος τέθνηκε. Νεκρωθέντες ἀνέστημεν, καὶ ζωῆς ἠξιώθημεν, τὸν παράδεισον ἐλάβομεν, τὴν ἀρχαίαν ἀπόλαυσιν. Διὸ εὐχαριστοῦντες, δοξολογοῦμεν ὡς κραταιὸν Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν, καὶ μόνον πολυέλεον.

¶ Τό, Κύριε ἐλέησον μ΄. Ἡ εὐχή, ὁ ἐν παντὶ καιρῷ καὶ πάσῃ ὥρᾳ, μεθ' ἣν, Κύριε ἐλέησον, γ΄. Δόξα, Καὶ νῦν. Τὴν τιμιωτέραν. μετάνοιαι ὡς εἴρηται, εἰ ἔστι τεσσαρακοστή, καὶ ἀπόλυσις.

MESORIUM SEXTÆ.

¶ 249 Venite adoremus, ter, & Psalmi, LV. Miserere mei Deus quoniam conculcavit me homo; LVI, Miserere mei Deus, miserere mei, Et LXIX. Deus in adjutorium meum.

¶ Gloria, Et nunc. Trisagium Sanctissima Trinitas. Pater noster, & sequentia Troparia.

C Salvum fac populum tuum, Domine, & benedic hereditati tuæ, victorias Imperatoribus contra barbaros concede, & tuum custodi per tuam crucem imperium.

Gloria.

Sanctorum cruciatus, quos pro Te passi sunt, absterge Domine; & cunctis nostris medere doloribus, quæsumus Te, amator hominum.

Et nunc.

Sanctorum omnium ac Deiparæ precibus, pacem tuam nobis concede, Domine, & miserere nostri, qui solus misericors es.

¶ 250 Domine miserere, quadragies. Gloria, Et nunc. Excelsiorem. In nomine Domini, benedic Pater. Sacerdos, Per preces. Deinde facimus tres majores reverentias, & precationem S. Ephrem dicimus, ac continuo sequentem Basilii magni orationem.

Deus, potestatum Domine, omnisque conditor creaturæ, qui per incomparabilis misericordiæ tuæ viscera, Filium tuum unigenitum, Dominum nostrum Jesum Christum pro salute nostri generis misisti; & per venerandam ipsius Crucem discerpsisti peccatorum nostrorum chirographum; deq; principibus ac potestatibus tenebrarum in ipso triumphasti: tu idem, Domine benigne, suscipe has nostras peccatorum orationes, quas

¶ Τὸ Δεῦτε προσκυνήσωμεν, ἐκ τρίτου, καὶ οἱ ψαλμοί, ὁ νε΄, Ἐλέησόν με ὁ Θεός, ὅτι κατεπάτησέ με ἄνθρωπος. Καὶ ὁ ξθ΄, ὁ Θεὸς εἰς βοήθειάν μου.

¶ Δόξα, Καὶ νῦν. Τρισάγιον. Παναγία Τριάς. Πάτερ ἡμῶν, καὶ τὰ παρόντα τροπάρια.

Σῶσον Κύριε τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου, νίκας τοῖς Βασιλεῦσι κατὰ βαρβάρων δωρούμενος. Καὶ τὸ σὸν φυλάττων διὰ τοῦ σταυροῦ σου πολίτευμα. F

Δόξα.

Τὰς ἀλγηδόνας τῶν Ἁγίων, ἃς ὑπὲρ σοῦ ἔπαθον, δυσωπήθητι, Κύριε, καὶ πάσας ἡμῶν τὰς ὀδύνας ἴασαι, φιλάνθρωπε, δεόμεθα.

Καὶ νῦν.

Ταῖς πρεσβείαις, Κύριε, πάντων τῶν ἁγίων, καὶ τῆς Θεοτόκου, τὴν σὴν εἰρήνην δὸς ἡμῖν, καὶ ἐλέησον ἡμᾶς, ὡς μόνος οἰκτίρμων.

¶ Τὸ Κύριε ἐλέησον μ΄. Δόξα. Καὶ νῦν. Τὴν τιμιωτέραν. Ἐν ὀνόματι Κυρίου, εὐλόγησον Πάτερ. Ὁ Ἱερεύς, Δι' εὐχῶν. Εἶτα ποιοῦμεν τὰς μεγάλας τρεῖς μετανοίας, μετὰ καὶ τῆς εὐχῆς τοῦ ὁσίου Ἐφραίμ, καὶ εὐθὺς τὴν παροῦσαν εὐχὴν τοῦ μεγάλου Βασιλείου.

Θεὲ καὶ Κύριε τῶν δυνάμεων, καὶ πάσης κτίσεως δημιουργέ, ὁ διὰ σπλάγχνα ἀνεικάστου ἐλέους σου, τὸν μονογενῆ σου Υἱόν, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν καταπέμψας ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ γένους ἡμῶν, καὶ διὰ τοῦ τιμίου αὐτοῦ σταυροῦ, τὸ χειρόγραφον τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν διαρρήξας, καὶ θριαμβεύσας ἐν αὐτῷ, τὰς ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας τοῦ σκότους· αὐτός, Δέσποτα φιλάνθρωπε, πρόσδεξαι καὶ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν τὰς εὐχαριστηρίους ταύτας καὶ ἱκετηρίους ἐντεύξεις·

B πλέξεως· καὶ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ παντὸς ὀλεθρίου καὶ σκοτεινοῦ παραπτώματος, καὶ πάντων τῶν κακῶσαι ἡμᾶς ζητούντων, ὁρατῶν καὶ ἀοράτων ἐχθρῶν· καθήλωσον ἐκ τοῦ φόβου σου τὰς σάρκας ἡμῶν, καὶ μὴ ἐκκλίνῃς τὰς καρδίας ἡμῶν εἰς λόγους ἢ εἰς λογισμοὺς πονηρίας· ἀλλὰ τῷ πόθῳ σου τρῶσον ἡμῶν τὰς ψυχάς, ἵνα πρὸς σὲ διαπαντὸς ἀτενίζοντες, καὶ τῷ παρὰ σοῦ φωτὶ ὁδηγούμενοι, σὲ τὸ ἀπρόσιτον καὶ ἀΐδιον κατοπτεύοντες φῶς, ἀκατάπαυστόν σοι τὴν ἐξομολόγησιν καὶ εὐχαριστίαν ἀναπέμπομεν, τῷ ἀνάρχῳ Πατρί, σὺν τῷ μονογενεῖ σου Υἱῷ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

¶ Καὶ εἰ μὲν, Θεὸς Κύριος, ἔψαλτο, τὰ τυπικὰ λέγομεν. εἰ δὲ Ἀλληλούϊα, ὑπέρθες αὐτά, μετὰ τὴν ἐννάτην ὥραν.

tibi & grati & supplices offerimus; & libera nos ab omni gravi ac tenebricoso lapsu, & ab omnibus, qui nos lædere meditantur, inimicis visibilibus & invisibilibus: confige timore tuo carnes nostras, & ne declina corda nostra in sermones vel cogitationes malitiæ; sed tui amore nostras animas vulnera, ut ad te semper anhelemus, & tuo ducti lumine, Te, inaccessam æternamque lucem, intueamur; & jugi confessione agamus tibi gratias, ingenito Patri cum tuo unigenito Filio, & sancto bonoque ac vivifico tuo Spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum; Amen. D AUCT. N. R.

¶ Si, Deus Dominus cantatum fuerit, recitamus Typica; sin autem Alleluja, ea differ post Nonam.

N O N A.

¶ Μετὰ τὸ Εὐλογητός, Βασιλεῦ οὐράνιε, Τρισάγιον, Παναγία Τριάς, Πάτερ ἡμῶν, Κύριε ἐλέησον ιβʹ, τὸ Δεῦτε προσκυνήσωμεν ἐκ γʹ. Εἶτα ὁ ψαλμὸς ὁ πγʹ. Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματα· καὶ ὁ πδʹ, Εὐδόκησας Κύριε τὴν γῆν· καὶ πεʹ, Κλῖνον, Κύριε, τὸ οὖς σου. Πάλιν Ποίησον μετ' ἐμοῦ.

¶ Δόξα, Καὶ νῦν. Ἀλληλούϊα ἐκ γʹ. Κύριε ἐλέησον γʹ. Καὶ εἰ μὲν Θεὸς Κύριος ἔψαλτο, ἐπάσας τὸ τῆς ἡμέρας τροπάριον· εἰ δὲ Ἀλληλούϊα, τὸ παρὸν εἰς ἦχον πλ. δʹ:

Ὁ ἐν τῇ ἐννάτῃ ὥρᾳ δι' ἡμᾶς σαρκὶ θανάτου γευσάμενος, νέκρωσον τῆς σαρκὸς ἡμῶν τὸ φρόνημα, Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ σῶσον ἡμᾶς.

ΣΤΙΧΟΣ αʹ.

Ἐγγισάτω ἡ δέησίς μου ἐνώπιόν σου, Κύριε, κατὰ τὸ λόγιόν σου συνέτισόν με.

ΣΤΙΧΟΣ βʹ.

Εἰσέλθοι τὸ ἀξίωμά μου ἐνώπιόν σου, Κύριε, κατὰ τὸ λόγιόν σου ῥῦσαί με.

Δόξα, Καὶ νῦν. Θεοτοκίον.

Ὁ δι' ἡμᾶς γεννηθεὶς ἐκ Παρθένου, καὶ σταύρωσιν ὑπομείνας, ἀγαθέ· ὁ θανάτῳ τὸν θάνατον σκυλεύσας, καὶ ἔγερσιν δείξας ὡς Θεός· μὴ παρίδῃς οὓς ἔπλασας τῇ χειρί σου. Δεῖξον τὴν φιλανθρωπίαν σου ἐλεῆμον, δέξαι τὴν τεκοῦσάν σε Θεοτόκον, πρεσβεύουσαν ὑπὲρ ἡμῶν· καὶ σῶσον, Σωτὴρ ἡμῶν, λαὸν ἀπεγνωσμένον.

Μὴ δὴ παραδῷς ἡμᾶς εἰς τέλος, διὰ τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον· καὶ μὴ διασκεδάσῃς τὴν διαθήκην σου, καὶ μὴ ἀποστήσῃς τὸ ἔλεός σου ἀφ' ἡμῶν, διὰ Ἀβραὰμ τὸν ἠγαπημένον ὑπὸ σοῦ, καὶ διὰ Ἰσαὰκ τὸν δοῦλόν σου, καὶ Ἰσραὴλ τὸν ἅγιόν σου. C

¶ Τρισάγιον, Παναγία Τριάς, Πάτερ ἡμῶν. Καὶ εἰ μὲν ἐστὶν ἑορτή, λέγε τὸ κοντάκιον αὐτῆς· εἰ δ' οὔ, ταῦτα·

Βλέπων ὁ λῃστὴς τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἐπὶ σταυροῦ κρεμάμενον, ἔλεγεν· Εἰ μὴ Θεὸς ὑπῆρχε σαρκωθεὶς ὁ σὺν ἡμῖν σταυρωθείς, οὐκ ἂν ὁ ἥλιος τὰς ἀκτῖνας ἐναπέκρυψεν, οὐδὲ ἡ γῆ σειομένη ἐκυμαίνετο· ἀλλ' ὁ πάντων ἀνεχόμενος, μνήσθητί μου, Κύριε, ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

Δόξα.

Ἐν μέσῳ δύο λῃστῶν ζυγὸς δικαιοσύνης εὑρέθη ὁ σταυρός σου· τοῦ μὲν καταγομένου εἰς ᾅδην, τῷ βάρει βλασφημίας· τοῦ δὲ κουφιζομένου πταισμάτων, πρὸς γνῶσιν θεολογίας. Χριστὲ ὁ Θεὸς δόξα σοι.

Καὶ νῦν.

Τὸν ἀμνόν, καὶ ποιμένα, καὶ σωτῆρα τοῦ κόσμου, ἐν τῷ σταυρῷ θεωροῦσα ἡ τεκοῦσα, ἔλεγε δακρύουσα, Ὁ μὲν κόσμος ἀγάλλεται, δεχόμενος τὴν λύτρωσιν· τὰ δὲ σπλάγχνα μου φλέγονται, ὁρώσης τὴν σταύρωσιν, ἣν ὑπὲρ πάντων ὑπομένεις, ὁ Υἱὸς καὶ μου.

¶ Κύριε ἐλέησον, μʹ. Ὁ ἐν παντὶ καιρῷ καὶ πάσῃ ὥρᾳ.

¶ 251 Post Benedictus, Rex cœlestis, Trisagium, Sanctissima Trinitas, Pater noster, Domine miserere duodecies, Venite adoremus, ter; dicuntur Psalmi LXXXIII. Quam dilecta tabernacula. Et LXXXIV. Benedixisti Domine terram. Et LXXXV Inclina Domine aurem tuam. Dicitur autem ultimi hujus Psalmi versiculus bis. *Fac mecum.* E

¶ Gloria, Et nunc. Alleluja, ter. Domine miserere, ter. Et si dictum fuerit, Deus Dominus; accines diei Troparium; sin autem Alleluja, Troparium quod hic ponitur, tono obliquo 4.

Qui hora nona pro nobis mortem secundum carnem degustasti, mortifica in nobis carnis prudentiam, Christe Deus noster, & salva nos.

VERSICULUS I.

252 Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo, Domine: juxta eloquium tuum da mihi intellectum.

VERSICULUS II.

Intret postulatio mea in conspectu tuo, Domine, secundum eloquium tuum eripe me.

Gloria, Et nunc. *Mariale.*

Qui pro nobis ex Virgine genitus es, Benigne, & tolerata crucis morte mortem vicisti, & veluti Deus, demonstrasti resurrectionem, ne despicias quos manu tua formasti; ostende, Misericors, beneficentiam tuam. Suscipe tuam Genitricem, pro nobis deprecantem; & salvum fac, Salvator noster, populum profligatum.

Ne tradas nos in finem, propter nomen sanctum tuum, & ne disperdas testamentum tuum, & ne avertas misericordiam tuam a nobis, propter Abraham dilectum tuum, & propter Isaac servum tuum & Israel sanctum tuum. F

¶ 253 Trisagium, Sanctissima Trinitas, Pater noster. Et, si dies festus sit, dic ejus Contacium; si autem Contacium non sit, hæc dicantur:

Videns latro auctorem vitæ pendentem e cruce, dixit: Si non esset carnem indutus Deus, qui nobiscum in crucem actus est, non absconderet sol radios suos, neque succussa terra fluctuaret: ergo qui hæc cuncta sustines, memento mei in regno tuo.

Gloria.

In medio Latronum fuit crux tua, veluti libra justitiæ; altero quidem depresso ad inferos præ pondere impietatis; altero autem levato lapsibus, ad Dei cognitionem. Gloria tibi, Christe Deus.

Et nunc.

Agnum, & Pastorem, & Servatorem mundi in cruce videns Mater, dicebat lacrymans: Mundus quidem exultat accipiens redemptionem; sed uruntur viscera mea, spectantis crucifixionem, quam, Fili mi & Deus, pro omnibus pateris.

¶ Domine miserere, *quadragies.* Qui omni tempore

A & omni hora. Domine miserere, *ter.* Gloria. Et nunc. Excelsiorem. In nomine Domini, benedic Pater. Sacerdos: Deus misereatur nostri. Et, si sit quadragesima, faciendæ sunt tres magnæ reverentiæ.

AUCT. N. R.

Κύριε ἐλέησον γ'. Δόξα. Καὶ νῦν. Τὴν τιμιωτέραν. Ἐν ὀνόματι Κυρίου, εὐλόγησον Πάτερ. Ὁ Ἱερεύς: Ὁ Θεὸς οἰκτειρήσαι ἡμᾶς. Καὶ εἰ ἔστι τεσσαρακοστὴ, τὰς τρεῖς μεγάλας μετανοίας ποιοῦσι. D

MESORIUM NONÆ.

¶ 254 Venite adoremus, *ter;* & Psalmus CXII. Laudate pueri Dominum: & IX. Confitebor tibi Domine in toto corde meo: & CXXXIX. Eripe me, Domine, ab homine malo.

¶ Gloria. Et nunc. Trisagium. Sanctissima Trinitas. Pater noster, & hæc Troparia.

Qui terrestria per crucem illuminasti, & vocasti peccatores ad pœnitentiam, ne me separes a grege tuo, Pastor bone: sed quære me, Domine, errantem; &, B quasi solus misericors ac benignus, tuo sancto gregi annumera.

Gloria.

Quemadmodum latro confitens clamo tibi benefico: In regno tuo memento mei, Domine; meque ei adjunge, qui pro nobis ærumnas tantas ultro sustinuisti.

Et nunc. *Mariale.*

Pro nobis suffixum in crucem, venite omnes adoremus: illum enim vidit Maria in ligno, & dixit: Quamvis crucem subeas, tamen es Filius & Deus meus.

¶ 255 Domine miserere, *quadragies.* Gloria. Et nunc. Excelsiorem, & tres reverentiæ. Postea dicimus istam orationem Magni Basilii.

C Regnator, Domine Jesu Christe, Deus noster, qui inter delicta nostra longanimis es, & nos perduxisti usque ad hanc horam, in qua e vivifico ligno pendens bono latroni viam ad ingressum paradisi præparasti, & morte mortem interemisti: propitius esto nobis peccatoribus & indignis famulis tuis: peccavimus enim & inique egimus, neque sumus digni, qui levemus oculos, & suspiciamus cœli altitudinem: quia dereliquimus viam justitiæ tuæ, & abivimus in voluntatibus cordium nostrorum. Ergo obsecramus incomparabilem tuam bonitatem, parce nobis secundum multitudinem misericordiæ tuæ, & salvos nos fac propter sanctum nomen tuum, quia defecerunt in vanitate dies nostri de manu inimici eripe nos, & dimitte nobis peccata, & carnalem nostram prudentiam mortifica, ut expoliantes nos veterem hominem, induamus novum, & vivamus Domino ac Moderatori nostro: & sic tua secuti mandata, ad æternam perveniamus requiem, ubi est omnium lætantium habitatio. Tu enim, Christe Deus noster, es vera Te diligentium lætitia atque exultatio: & damus gloriam Tibi cum ingenito Patre, & sancto bonoque ac vivifico tuo Spiritu, nunc & semper & in secula seculorum. Amen.

¶ Τὸ Δεῦτε προσκυνήσωμεν, γ'. Καὶ οἱ ψαλμοὶ ὁ ριβ', Αἰνεῖτε παῖδες Κύριον. Καὶ ὁ θ'. Ἐξομολογήσομαί σοι Κύριε, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου. Καὶ ρλθ'. Ἐξελοῦ με Κύριε ἐξ ἀνθρώπου πονηροῦ.

¶ Δόξα. Καὶ νῦν. Τρισάγιον. Παναγία Τριάς. Πάτερ ἡμῶν, καὶ τὰ Τροπάρια ταῦτα.

Ὁ φωτίσας τὰ ἐπίγεια διὰ σταυροῦ, καὶ καλέσας εἰς μετάνοιαν ἁμαρτωλοὺς, μὴ χωρίσῃς με τῆς ποίμνης σου, ὁ Ποιμὴν ὁ καλὸς, ἀλλὰ ζήτησόν με, Δέσποτα, τὸν πλανώμενον, καὶ ἁγίᾳ σου ποίμνῃ συναρίθμησον, ὡς μόνος ἐλεήμων καὶ φιλάνθρωπος.

Δόξα.

Ὡς ὁ λῃστὴς ὁμολογῶν ἀναβοῶ σοι τῷ ἀγαθῷ· Ἐν τῇ βασιλείᾳ σου μνήσθητί μου, Κύριε· καὶ σὺν αὐτῷ με συναρίθμησον, ὁ ἑκουσίως τὰ πάθη ὑπὲρ ἡμῶν καταδεξάμενος. E

Καὶ νῦν. Θεοτοκίον.

Τὸν δι' ἡμᾶς σταυρωθέντα δεῦτε πάντες ὑμνήσωμεν· αὐτὸν γὰρ κατεῖδε Μαρία ἐπὶ τοῦ ξύλου, καὶ ἔλεγεν· Εἰ καὶ σταυρὸν ὑπομένεις, σὺ ὑπάρχεις ὁ Υἱὸς καὶ Θεός μου.

Τὸ Κύριε ἐλέησον, μ'. Δόξα. Καὶ νῦν. Τὴν τιμιωτέραν, καὶ αἱ τρεῖς μετάνοιαι. Εἶτα λέγομεν τὴν εὐχὴν ταύτην τοῦ μεγάλου Βασιλείου.

Δέσποτα Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ μακροθυμήσας ἐπὶ τοῖς ἡμῶν πλημμελήμασι, καὶ ἄχρι τῆς παρούσης ὥρας ἀγαγὼν ἡμᾶς, ἐν ᾗ ἐπὶ τοῦ ζωοποιοῦ ξύλου κρεμάμενος, τῷ εὐγνώμονι λῃστῇ τὴν εἰς τὸν παράδεισον ὁδοποιήσας εἴσοδον, καὶ θανάτῳ τὸν θάνατον ὀλέσας· ἱλάσθητι ἡμῖν τοῖς ἁμαρτωλοῖς καὶ ἀναξίοις δούλοις σου· ἡμάρτομεν γὰρ καὶ ἠνομήσαμεν, καὶ οὐκ ἐσμὲν ἄξιοι ἆραι τὰ ὄμματα ἡμῶν, καὶ βλέψαι εἰς τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ, διότι κατελίπομεν τὴν ὁδὸν τῆς δικαιοσύνης σου, καὶ ἐπορεύθημεν ἐν τοῖς θελήμασι τῶν καρδιῶν ἡμῶν. Ἀλλ' ἱκετεύομεν τὴν σὴν ἀνείκαστον ἀγαθότητα, φεῖσαι ἡμῶν Κύριε, κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους σου, καὶ σῶσον ἡμᾶς διὰ τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον, ὅτι ἐξέλιπον ἐν ματαιότητι αἱ ἡμέραι ἡμῶν· ἐξελοῦ ἡμᾶς τῆς τοῦ ἀντικειμένου χειρὸς, καὶ F ἄφες ἡμῖν τὰ ἁμαρτήματα, καὶ νέκρωσον τὸ σαρκικὸν ἡμῶν φρόνημα· ἵνα τὸν παλαιὸν ἀποθέμενοι ἄνθρωπον, τὸν νέον ἐνδυσώμεθα, καὶ συζήσωμεν τῷ ἡμετέρῳ Δεσπότῃ καὶ κηδεμόνι· καὶ οὕτω τοῖς σοῖς ἀκολουθοῦντες προστάγμασιν, εἰς τὴν αἰώνιον ἀνάπαυσιν καταντήσωμεν, ἔνθα πάντων ἐστὶν εὐφραινομένων ἡ κατοικία. Σὺ γὰρ εἶ ὄντως ἡ ἀληθινὴ εὐφροσύνη καὶ ἀγαλλίασις τῶν ἀγαπώντων σε Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν σὺν τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

TYPICA.

Modo ante, modo post Nonam recitanda.

Prima sunt [illegible] 101. 255 COMM. *Horologium quidem exhibet* Typica *ante Nonam ejusque Mesorium; sed cum (ut ex num. 250. colligitur) Typica modo ante, modo post Nonam ejusque Mesorium recitari debeant, satius esse existimavi magisque consultum, ea hocce loco legenda preponere: sic enim & ponuntur in Typico S. Sabæ, & Horarum minorum series atque ordo minus interrumpitur. Vox autem* Typica *multiplici significatione gaudet in ecclesiasticis Græcorum voluminibus. Unam dedimus num. 36. hic daturi aliam.*

A *liam. De hac igitur voce, prout hic accipitur, ita Philosophatur Goarus in Euchologio fol. 124 ad* D
illam vocem ψαλμὸς τυπικὰ. Psalmum vigesimum secundum (*voluit scribere* 102.) præsens vox sug- AUCT. N. R.
gerit intelligendum, qui & πρῶτα Τυπικὰ, ad discrimen inter ipsum & 145. δεύτερα τυπικὰ vocatum
ponendum dicitur. Ambo vero Τυπικὰ audiunt, vel quia κατὰ τὸν τύπον juxta normam & rubricas cantari, vel potius quia in Officio τῶν τυπικῶν legi consuescunt. Ut enim Græci post μέγα ἀπόδειπνον, Completorium magnum, aliud μικρὸν minus habent: & post Primam, Tertiam, Sextam, & Nonam medias horas sibi præscripserunt, Μεσώρια vocatas ... sic, quasi his ad divinas laudes non facientibus satis, post Sextam & μεσώριον ejus, ἀκολουθίαν τῶν Τυπικῶν, Typicorum officium subjunxerunt: in quo cum inter alias preces, etiam Psalmi, XXII. (*corrige iterum* CII.) & CXLV. reperiantur, ut e Typicis extracti, eorum primus dicitur, πρῶτα τυπικὰ, & secundus δεύτερα τυπικὰ *Et fol. 186. bis, ex mente Eruditissimi Leonardi Phyllara Areopagitæ, addendum censet idem Goar:* Psalmos illos duos jam memoratos, Τυπικῶν nomen solos non mereri; sed & quæcumque in Liturgiæ principio, Christi in mundum venturi figuram, τύπον, gerunt: Psalmos autem illos hoc nomine maxime dignos, quod expressiorem, ut Patribus placuit, Christi figuram exhibeant. *secunda Ps. 145.*

256 *Hactenus Goarus. Restat ut nos Typica ipsa ex Horologio integra exprimamus. Dicuntur autem, ut ait S. Sabæ Typicum,* χῦμα, *id est, sine cantu & modulatione, hoc modo: Postquam dictum est,* Εὐλόγει ψυχή μου τὸν Κύριον· εὐλογητὸς εἶ Κύριε. Benedic anima mea Dominum; Benedictus es Domine, *recitatur Psalmus* CII. *& clauditur cum* Δόξα, Gloria. *Deinde succedit Psalmus* CXLV. *& dicitur,* Καὶ νῦν, Et nunc: *sequiturque hoc Troparium.* *sine cantu recitanda*

B Ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος τοῦ Θεοῦ ἀθάνατος ὑπάρχων, ὁ καταδεξάμενος διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκωθῆναι, ἐκ τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, ἀτρέπτως ἐνανθρωπήσας, σταυρωθείς τε, Χριστὲ ὁ Θεὸς, θανάτῳ θάνατον πατήσας· εἷς ὢν τῆς ἁγίας Τριάδος, συνδοξαζόμενος τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, σῶσον ἡμᾶς.

Christe Deus, qui es unigenitus filius & Verbum immortale Dei, qui propter nostram salutem incarnatus, & ex sancta ac semper Virgine Maria, immuta- E
biliter homo factus, crucifixusque mortem morte conculcasti, qui unus de sanctissima Trinitate, conglorificaris cum Patre & Spiritu sancto, salva nos.

¶ Εἰδέναι χρὴ, ὅτι τῇ μεγάλῃ Τεσσαρακοστῇ οὐ λέγομεν τοὺς τῶν Τυπικῶν ψαλμούς· ἀλλὰ μετὰ τὴν εὐχὴν, τὴν Δέσποτα Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἄρχεται ὁ συνταγμένος χορὸς οὕτως. Μνήσθητι ἡμῶν Κύριε, μετὰ μέλους, εἰς ἦχον πλ. δ΄. καὶ εὐθὺς· Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι. Μετὰ δὲ τὸ τέλος τῶν στίχων, ἑνούμενοι οἱ δύο χοροὶ λέγουσιν οὕτω.

257 ¶ Scire oportet, in magna Quadragesima non dici Typicorum Psalmos; sed post hanc orationem, exhibitam num. 254. Regnator Domine Jesu Christe, Deus noster, incipit designatus Chorus sic: Memento nostri Domine, cum modulatione ad tonum obliquum 4. & statim dicuntur evangelicæ Beatitudines; Beati pauperes spiritu. At vero post quemlibet versiculum duo Chori simul dicunt sic:

Μνήσθητι ἡμῶν Κύριε, ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. Μνήσθητι ἡμῶν Κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

Memento nostri, Domine, in regno tuo. Memento nostri, Domine, cum veneris in regnum tuum.

¶ Καὶ εἰ μὲν ἔνι τεσσαρακοστὴ, ἑνούμενοι οἱ δύο χοροὶ ψάλλουσι μετὰ μέλους τὸ, Μνήσθητι ἡμῶν· καὶ ποιοῦσιν ἀνὰ μίαν ὑπὸ ... εἰ δ᾽ οὖν, χῦμα.

¶ Etsi sit Quadragesima, duo simul Chori psallunt modulate: Memento mei, & ad singula faciunt reverentiam unam: alio autem tempore sine cantu & modulatione.

258 COMM. *Ne hic hæreat Lector, sciendum est, quatuor apud Græcos celebrari Quadragesimas, primam Paschæ, alteram Apostolorum, tertiam Assumptionis, quartam denique Nativitatis: eam autem quæ Paschæ antecedit,* Μεγάλην, Magnam *appellari: id quod colligitur ex Symeone Thessalonicensi, sic pronuntiante in Responso* LVII. Καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον τῶν ἄλλων Μεγάλη λέγεται, ὅτι καὶ ὑπὲρ ἐκείνας ἐστὶν· αὐτὴ δὲ πασῶν *Plures Græcorum Quadragesimæ.* F
C ὑπερέχει. Et propterea hæc potius quam aliæ Magna vocitatur, quod aliis omnibus excellat. *Imo vero, ut observat Cangius, jejunia septem aut plurium dierum, ante festa Sanctorum observari solita, eamdem nomenclaturam obtinent. Atque id probare nititur Cangius ex Joanne Jejunatore, qui in Pœnitentiali pag. 89. sic habet:* Τὰς δύο τεσσαρακοστὰς τοῦ ἁγίου Φιλίππου καὶ τῶν ιβ΄ Ἀποστόλων, κρέατος μὲν μὴ μετέχειν τοὺς κοσμικοὺς ὁρίζομεν. In duabus Quadragesimis, S. Philippi videlicet & duodecim Apostolorum, secularibus esum carnis interdicimus. *Hæc observatio dispellit tenebras, quas superior Horologii locus comparatus ad alios offundere potuisset. Nunc ergo videamus, quomodo in minoribus illis Quadragesimis sive Jejuniis contineatur istud,* Μνήσθητι ἡμῶν. *Memento nostri.*

Δόξα, Καὶ νῦν.

Μνήσθητι ἡμῶν, Κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

Μνήσθητι ἡμῶν, Δέσποτα, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

Μνήσθητι ἡμῶν, Ἅγιε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

Χορὸς ὁ ἐπουράνιος ὑμνεῖ σε καὶ λέγει, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, Κύριος σαβαώθ, πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης σου.

Gloria, Et nunc.

259 Memento nostri, Domine, cum veneris in regnum tuum.

Memento nostri, Dominator, cum veneris in regnum tuum.

Memento nostri, Sancte, cum veneris in regnum tuum.

Chorus cœlestis celebrat Te, & dicit: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth; pleni sunt cœli & terra gloria tua.

ΣΤΙΧΟΣ.

Προσέλθετε πρὸς αὐτὸν, καὶ φωτίσθητε, καὶ τὰ πρόσωπα ὑμῶν οὐ μὴ καταισχυνθῇ.

VERSICULUS.

Venite ad eum, & illuminamini; & vultus vestri non confundantur.

Cho-

AUCT. N.R. A Chorus cœlestis celebrat Te, & dicit Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth; pleni sunt cœli & terra gloriæ tuæ.

Χορὸς ὁ ἐπουράνιος ὑμνεῖ σε καὶ λέγει· Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, Κύριος σαβαώθ, πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης σου. D

Gloria.

Δόξα.

Chorus sanctorum Angelorum & Archangelorum, cum omnibus cœlestibus virtutibus, celebrat Te, & dicit: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth; pleni sunt cœli & terra gloriæ tuæ.

Χορὸς ἁγίων Ἀγγέλων καὶ Ἀρχαγγέλων, μετὰ πασῶν τῶν ἐπουρανίων δυνάμεων, ὑμνεῖ σε, καὶ λέγει· Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος σαβαώθ, πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης σου.

Et nunc.

Καὶ νῦν.

260 *Hic recitatur symbolum Nicænum, eoque finito dicitur sequens precatio, cui Oratio Dominica subnectitur.*

Remitte, dimitte, condona, Deus, peccata a nobis admissa, tam libere quam coacte, tam opere quam sermone, tam scienter quam inscienter, tam noctu quam interdiu, tam mente quam sensu; omnia nobis condona, ut bonus atque hominum amans.

Ἄνες, ἄφες, συγχώρησον, ὁ Θεὸς, τὰ παραπτώματα ἡμῶν, τὰ ἑκούσια, καὶ τὰ ἀκούσια· τὰ ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ· τὰ ἐν γνώσει καὶ ἐν ἀγνοίᾳ· τὰ ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ· τὰ κατὰ νοῦν καὶ διάνοιαν· τὰ πάντα ἡμῖν συγχώρησον, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος.

varia per singulas ferias Contacia ¶ Et si quod festum Domini celebretur, dicimus ejus Contacium: si autem eum eo concurrat Sanctus celebrandus, prius dicitur Sancti Contacium, Gloria, Et nunc (Postea) Contacium festi. Si Alleluja B cantatum fuerit, vel non sit festum Domini, dic primo Contacium Transfigurationis, deinde diei; feria secunda Incorporeorum Contacium. Gloria. Cum Sanctis dona Christe. Et nunc. Tutela Christianorum. Similiter tertia feria Contacium Præcursoris & deinceps.

¶ Καὶ εἰ μέν ἐστι δεσποτικὴ ἑορτὴ, λέγομεν τὸ αὐτῆς κοντάκιον. Εἰ δὲ τύχοι καὶ Ἅγιος ἑορταζόμενος ἐν αὐτῇ, λέγεται πρῶτον τὸ τοῦ Ἁγίου· Δόξα. Καὶ νῦν (ὕστερον) τὸ τῆς ἑορτῆς. Εἰ δ' Ἀλληλούϊα ἐψάλη, ἢ οὐκ ἔστι δεσποτικὴ ἑορτὴ, λέγε πρῶτον, τὸ τῆς μεταμορφώσεως, εἶτα τὸ τῆς ἡμέρας· τῇ δευτέρᾳ τῶν ἀσωμάτων. Δόξα. Μετὰ τῶν Ἁγίων ἀνάπαυσον Χριστέ. Καὶ νῦν. Προστασία τῶν Χριστιανῶν. Ὡσαύτως, τῇ τρίτῃ, τὸ τοῦ Προδρόμου, καὶ καθεξῆς. E

261 *Hæc autem Contacia in Horologio integra subjiciuntur, hoc modo:*

Contacium Transfigurationis.

Τὸ τῆς μεταμορφώσεως.

Transfigurationis. In monte transfiguratus es, Christe Deus: & quantum capaces erant discipuli tui, viderunt gloriam tuam, ut quando te cernerent sublatum in crucem, nossent Te id pati libere; & ut prædicarent mundo, esse te Patris splendorem.

Ἐπὶ τοῦ ὄρους μετεμορφώθης, καὶ ὡς ἐχώρουν οἱ μαθηταί σου τὴν δόξαν σου, Χριστὲ ὁ Θεὸς, ἐθεάσαντο· ἵνα ὅταν σε ἴδωσι σταυρούμενον, τὸ μὲν πάθος νοήσωσιν ἑκούσιον· τῷ δὲ κόσμῳ κηρύξωσιν, ὅτι σὺ ὑπάρχεις ἀληθῶς τοῦ Πατρὸς τὸ ἀπαύγασμα.

Feria II. Contacium, Incorporeorum Tonus 2.

Τῇ β'. Κοντάκιον τῶν Ἀσωμάτων. Ἦχος β'.

Archistrategi Dei, Administri divinæ gloriæ, Angelorum ductores, & principes incorporeorum; quod convenit, id nobis petite, & magnam misericordiam, sicut Incorporeorum Archistrategi.

Ἀρχιστράτηγοι Θεοῦ, λειτουργοὶ θείας δόξης, τῶν Ἀγγέλων ὁδηγοὶ, καὶ ἀρχηγοὶ ἀσωμάτων, τὸ συμφέρον ἡμῖν πρεσβεύσατε, καὶ τὸ μέγα ἔλεος, ὡς τῶν ἀσωμάτων ἀρχιστράτηγοι.

Feria III. Contacium Præcursoris.
Tonus β'. sicut Τὰ ἄνω ζητῶν.

Τῇ τρίτῃ, τὸ τοῦ Προδρόμου κοντάκιον.
Ἦχος β'. Τὰ ἄνω ζητῶν. F

C Propheta Dei, & Præcursor Gratiæ, e capite tuo, velut sacerrima rosa, in terra invento, medelam semper accipimus: etenim, ut ante, prædicas mundo pœnitentiam.

Προφῆτα Θεοῦ, καὶ Πρόδρομε τῆς χάριτος, τὴν κάραν τὴν σὴν, ὡς ῥόδον ἱερώτατον ἐκ γῆς εὑράμενοι, τὰς ἰάσεις πάντοτε λαμβάνομεν, καὶ γὰρ πάλιν ὡς πρότερον, ἐν κόσμῳ κηρύττεις τὴν μετάνοιαν.

Feria IV. & VI. hoc, Tonus 4.

Τῇ τετράδι καὶ τῇ παρασκευῇ τοῦτο. Ἦχος δ'.

Christe Deus, qui ultro suffixus es cruci, ostende misericordiam tuam, nova illa quæ a te cognominatur gubernatione: exhilara virtute tua fideles Imperatores nostros: ipsis victorias concede, & fer contra hostes auxilium, armaturam pacis, tropæum inexpugnabile.

Ὁ ὑψωθεὶς ἐν τῷ σταυρῷ ἑκουσίως, τῇ ἐπωνύμῳ σου καινῇ πολιτείᾳ, τοὺς οἰκτιρμούς σου δώρησαι, Χριστὲ ὁ Θεός· εὔφρανον ἐν τῇ δυνάμει σου, τοὺς πιστοὺς Βασιλεῖς ἡμῶν· νίκας χορηγῶν αὐτοῖς, κατὰ τῶν πολεμίων συμμαχίαν ἔχοιεν τὴν σὴν, ὅπλον εἰρήνης, ἀήττητον τρόπαιον.

Feria V. SS. Apostolorum. Tonus 2.

Τῇ πέμπτῃ τῶν ἁγίων ἁγίων Ἀποστόλων. Ἦχος β'.

Securos & divina loquutos præcones, discipulorum tuorum columen, Domine, admisisti ad perfruendum bonis tuis, & ad requiescendum; illorum enim labores ac mortem quovis holocausto lubentius suscepisti, tu qui solus corda penosti.

Τοὺς ἀσφαλεῖς καὶ θεοφθόγγους κήρυκας, τὴν κορυφὴν τῶν μαθητῶν σου, Κύριε, προσελάβου εἰς ἀπόλαυσιν τῶν ἀγαθῶν σου καὶ ἀνάπαυσιν· τοὺς πόνους γὰρ ἐκείνων καὶ τὸν θάνατον, ἐδέξω ὑπὲρ πᾶσαν ὁλοκάρπωσιν, ὁ μόνος γινώσκων τὰ ἐγκάρδια.

Eadem feria Contacium S. Nicolai.
Tonus 3. sicut ἡ Παρθένος σήμερον.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, τὸ τοῦ ἁγίου Νικολάου.
Ἦχος γ'. ἡ Παρθένος σήμερον.

Myrensibus, o Sancte, fuisti sacrorum administer:

Ἐν τοῖς Μύροις, Ἅγιε, ἱερουργὸς ἀνεδείχθης· τοῦ Χρι-

ςοῦ

A σοῦ τὸ, Ὅσιε, τὸ εὐαγγέλιον πληρώσας, ἔθηκας τὴν ψυχήν σου ὑπὲρ λαοῦ σου, καὶ ἔσωσας τοὺς ἀθώους ἐκ τοῦ θανάτου· διὰ τοῦτο ἡγιάσθης, ὡς μέγας μύστης Θεοῦ τῆς χάριτος.

Τῷ Σαββάτῳ, λέγομεν Δόξα μετὰ τῶν Ἁγίων, καὶ τὸ παρὸν Μαρτυρικὸν Τροπάριον. Ἦχος πλ. δ'.

nam Christi Evangelium adimplens, o Dive, animam D suam posuisti pro populo tuo, innocentes eripuisti e morte, ideo sicut magnus mysta divinæ gratiæ, sanctificatus es. AUCT. N.R.

Sabbato dicimus Gloria cum Sanctis, & præsens Troparium Martyrum. Tonus obliquus 4.

262 COMM. *Hoc Troparium invenies num. 233. & incboatur ab bis verbis:* Ὡς ἀπαρχὰς τῆς φύσεως.

Τόδε δὲ λέγεται καθ' ἑκάστην, ἐκτὸς Σαββάτου.

Προστασία τῶν Χριστιανῶν ἀκαταίσχυντε, μεσιτεία πρὸς τὸν ποιητὴν ἀμετάθετε, μὴ παρίδῃς ἁμαρτωλῶν δεήσεων φωνάς· ἀλλὰ πρόφθασον ὡς ἀγαθὴ εἰς τὴν βοήθειαν ἡμῶν, τῶν πιστῶς κραυγαζόντων σοι· Τάχυνον εἰς πρεσβείαν, καὶ σπεῦσον εἰς ἱκεσίαν, ἡ προστατεύουσα ἀεὶ Θεοτόκε, τῶν τιμώντων σε.

¶ Τὸ Κύριε ἐλέησον μ'. Καὶ, εἰ ἔστι τεσσαρακοστή, τὴν τιμιωτέραν τῶν Χερουβίμ. Ἐν τῷ ὀνόματι Κυρίου, εὐλόγησον Πάτερ. Ὁ Ἱερεύς· Ὁ Κύριος οἰκτειρήσαι ἡμᾶς· καὶ τὰς τεταγμένας μετανοίας. Εἶτα Τρισάγιον, Παναγία Τριάς, Πάτερ ἡμῶν, Κύριε ἐλέησον ιβ'. Εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον, καὶ τὸν ψαλμὸν λγ'. εἰ δ' οὐκ ἔστι τεσ-
B σαρακοστή, μετὰ τὸ Κύριε ἐλέησον μ', εὐθὺς τὸ, Εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου ἐκ τρίτου. Δόξα, Καὶ νῦν, καὶ γίνεται ἀπόλυσις.

Illud autem, quod sequitur, dicitur quotidie, præterquam in Sabbato.

Tutela Christianorum, quæ non confunditur; immutabilis apud Conditorem intercessio; ne despicias voces peccatorum deprecantium, sed matura nobis ferre auxilium: ad te enim fideliter clamamus, Deipara, perpetua te honorantium patrona, legationem accelera; ad supplicationem festina.

¶ Domine miserere, *quadragies*, & si sit Quadragesima, Excelsiorem Cherubim, In nomine Domini, benedic Pater. *Sacerdos*, Dominus misereatur nostri, & fiunt præstitutæ reverentiæ. Deinde dicitur Trisagium, sanctissima Trinitas, Pater noster, Domine miserere *duodecies*, Sit nomen Domini benedictum cum Psalmo XXXIII. Si autem non sit Quadrage- E sima, post Domine miserere quadragies dictum, dicitur ter: Sit nomen Domini. Gloria, Et nunc, & fit dimissio.

APODIPNUM.

217 APodipnum, *uti jam nunc in ipsa Capitis hujus inscriptione declaratum est, respondet* Completorio *Latinorum; itaque nuncupatur, quia* ἀπὸ τοῦ δείπνου, *id est*, a cœna *decantatur. Duplex autem apud Græcos est* Ἀπόδειπνον; *alterum* μέγα, Majus; *alterum* μικρόν, Minus. *Prius psallitur per totam magnam Quadragesimam; posterius per reliquum anni tempus: sic enim habet Anthologium Arcudii:* Οὕτω μὲν ψάλλεται τὸ μέγα Ἀπόδειπνον ἐν τῇ μεγάλῃ τεσσαρακοστῇ, κατὰ τὴν τάξιν τοῦ παλαιοῦ καὶ καθολικοῦ Τυπικοῦ, καθὼς γέγραπται· τὸ δὲ μικρὸν Ἀπόδειπνον, ὃ ψάλλεται ὅλῳ τῷ χρόνῳ παρεκτὸς τῆς μεγάλης τεσσαρακοστῆς *&c.* Ita quidem fit magnum Apodipnum in magna Quadragesima, secundum sanctionem antiqui & universalis Typici, sicut scriptum est; sed parvum Apodipnum, quod psallitur toto tempore extra Quadragesimam *&c. Hinc castigandus videtur Goarus, qui supra num. 155. non obscure innuit, Apodipnum utrumque quotidie recitari. Utrumque porro describitur in Horologio: sed quia Magnum prolixius est, quam ut commode hic possit exponi, tantum dabo* Apodipnum minus, in quo interdum psalli ἀκολουθίαν aliorum Sanctorum diximus num. 190.

¶ Ποιοῦντες στίχον λέγομεν, Δόξα σοι ὁ Θεὸς ἡμῶν· δόξα σοι.

Βασιλεῦ οὐράνιε, παράκλητε, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁ πανταχοῦ παρὼν καὶ τὰ πάντα πληρῶν, ὁ θησαυρὸς τῶν
C ἀγαθῶν καὶ ζωῆς χορηγός, ἐλθὲ καὶ σκήνωσον ἐν ἡμῖν, καὶ καθάρισον ἡμᾶς ἀπὸ πάσης κηλῖδος, καὶ σῶσον Ἀγαθὲ τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

¶ Τὸ Τρισάγιον, τὸ Παναγία Τριάς, τὸ Πάτερ ἡμῶν, ὅτι σοῦ ἐστιν, τὸ Κύριε ἐλέησον ιβ'. τὸ, Δεῦτε προσκυνήσωμεν γ'. καὶ τὸν ν'. Ἐλέησόν με ὁ Θεὸς κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου. Καὶ ξθ'. ὁ Θεὸς εἰς τὴν βοήθειάν μου. Καὶ ρμβ'. Κύριε εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου.

¶ 268 Per modum Versiculi dicimus, Gloria tibi, Deus noster; gloria tibi.

Rex cœlestis, Paraclete, Spiritus veritatis, ubique præsens, & replens omnia, thesaure bonorum, & vitæ largitor; veni & habita in nobis, & nos ab omni macula expurga, & serva benigne animas no- F stras.

¶ Trisagium, Sanctissima Trinitas, Pater noster, Quia tuum est. Domine miserere, *duodecies*, Venite adoremus, *ter*, & Psalmus L. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam: & LXIX, Deus in adjutorium meum: & CXLII. Domine exaudi orationem meam.

269 COMM. *Deinde proponitur recitanda Doxologia major, quam dedi num.* 207. *In Apodipno autem recitatur tantum usque ad hæc verba inclusive,* Εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος in seculum seculi. *Post hæc dicitur,* Κύριε καταφυγή, Domine refugium; *ut eodem illo numero habetur: sed in fine omittitur* Ἅγιος ὁ Θεὸς Sanctus Deus; *& ejus loco dicitur:* Καταξίωσον Κύριε ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ ἀναμαρτήτους φυλαχθῆναι ἡμᾶς. Dignare Domine nocte ista sine peccato nos custodire.

¶ Εἶθα οὕτω λέγομεν· Ἄξιόν ἐστιν ὡς ἀληθῶς. Τὴν τιμιωτέραν, Πιστεύω εἰς ἕνα Θεόν, τὸ Τρισάγιον, τὸ Παναγία Τριάς, τὸ Πάτερ ἡμῶν, Τροπάριον τὸ κατὰ τὴν ἡμέραν Ἁγίου, ἢ τὰ παρόντα.

Ὁ Θεὸς τῶν Πατέρων ἡμῶν, ὁ ποιῶν ἀεὶ μεθ' ἡμῶν κατὰ τὴν σὴν ἐπιείκειαν μὴ ἀποστήσῃς τὸ ἔλεός σου ἀφ' ἡμῶν· ἀλλὰ ταῖς αὐτῶν ἱκεσίαις, ἐν εἰρήνῃ κυβέρνησον τὴν ζωὴν ἡμῶν.

Τῶν ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ Μαρτύρων σου, ὡς πορφύραν καὶ βύσσον, τοῖς αἵμασιν, ἡ Ἐκκλησία σου στολισαμένη, δι' αὐτῶν βοᾷ σοι, Χριστὲ ὁ Θεός· Τῷ λαῷ σου τοὺς οἰκτιρ-

¶ Postea sic dicimus: Vere dignum est, Excelsiorem, Credo in unum Deum, Trisagium, Sanctissima Trinitas, Pater noster, Troparium Sancti illo die colendi, vel sequentia.

270 Patrum nostrorum Deus, qui semper nobiscum agis juxta mansuetudinem tuam, ne avertas misericordiam tuam a nobis; sed eorumdem rogatu vitam nostram in pace guberna.

Sanguine Martyrum, qui fuor in toto orbe, velut purpura ac bysso, ornata Ecclesia tua tibi clamat: Christe Deus, per illos ostende misericordiam tuam po-

A populo tuo, & pacem tua gubernatione concede, & animarum miserere nostrarum.

AUCT. N.R.

Gloria.

Cum sanctis dona, Christe, requiem animabus servorum tuorum ibi, ubi non est labor, non dolor, non gemitus, sed vita sempiterna.

Et nunc.

Omnium Sanctorum, ac Deiparæ precibus, Domine, pacem tuam da nobis, & miserere nostri, tamquam solus misericors.

¶ 271 Domine miserere *quadragies*, deinde dic orationem, Qui omni tempore & hora: Iterum, Domine miserere, *ter* Gloria. Et nunc. Excelsiorem. In nomine Domini, benedic Pater. Per preces sanctorum Patrum nostrorum.

Impolluta, incontaminata, incorrupta, intemerata, casta, virgo, Dei sponsa, Domina; quæ Deum Verbum admirabili tuo partu hominibus univisti; quæ abjectam generis nostri naturam conjunxisti cœlesti-
B bus, & quæ es desperatorum spes unica, atque oppressorum auxilium, prompta tutela ad te recurrentium, & omnium Christianorum perfugium, ne fastidias me peccatorem execrabilem; turpibus cogitationibus, sermonibus & operibus totum inutilem; & servum voluptatum hujus vitæ præ voluntaria segnitie factum. Sed tamquam benignissimi Dei mater, benigne miserere mei perditi peccatoris, & meam tibi inquinatis labiis oblatam precem suscipe; atque Filium, tuum nostrorumque Dominum materna deprecare fiducia; ut & ipse mihi aperiat pietatis suæ benigna viscera, &, non habita innumerabilium meorum lapsuum ratione, me convertat ad pœnitentiam, & faciat mandata sua probe adimplere.

272 Adesto mihi semper misericors, facilis, ac bona; & in hac quidem vita fervens patrona, atque auxiliatrix, coercens adversantium impetus, & viam ad salutem commonstrans: deinde exitus mei tempore protege miseram meam animam, tenebrosasque malorum dæmonum formas procul repelle: in tremendo autem die judicii a pœna sempiterna erue me. & fac heredem Filii tui & Dei nostri ineffabilis gloriæ; quam tandem adipiscar, Domina mea sanctissima Deipara, tua intercessione ac tutela, gratiaque & benignitate unigeniti tui Filii, Domini, Dei & Servatoris nostri Jesu Christi; cui convenit omnis gloria, honor & adoratio, cum suo ingenito Patre, & sanctissimo, bonoque, ac vivifico suo Spiritu, nunc & semper, & in se-
C cula seculorum. Amen.

273 Da nobis, Domine, cubitum concedentibus quietem corporis, & animæ, & a caliginoso peccati somno nos libera, omnique tenebrosa, ac nocturna mollitie. Reprime motionum impetus; extingue ignita maligni jacula adversum nos dolose emissa; carnis nostræ rebellionem compone, & omnem terrenam, atque materialem in nobis cogitationem sopi; largire autem nobis, Deus, mentem vigilantem, prudentem intellectum, cor castum, somnum levem, & ab omni satanica imaginatione liberum. Tempore orationis de somno excita nos, in mandatis tuis firmatos; & fac, ut memoriam tuorum judiciorum indelebilem servemus. Da nobis quoque, ut per noctem totam celebremus & benedicamus atque glorificemus augustum & magnificum nomen tuum, Patris & Filii & sancti Spiritus, nunc & semper & in secula seculorum. Amen.

¶ Et fit dimissio, & delictorum veniam petit Sacerdos,

μᾶς συγκατάστεψον, εἰρήνην τὴν πολιτείαν σου δώρησαι, καὶ τὰς D
ψυχὰς ἡμῶν τὸ μέγα ἔλεος.

Δόξα.

Μετὰ τῶν Ἁγίων ἀνάπαυσον, Χριστὲ, τὰς ψυχὰς τῶν δούλων σου· ἔνθα οὐκ ἔστι πόνος, οὐ λύπη, οὐ στεναγμὸς, ἀλλὰ ζωὴ ἀτελεύτητος.

Καὶ νῦν.

Ταῖς πρεσβείαις, Κύριε, πάντων τῶν Ἁγίων καὶ τῆς Θεοτόκου, τὴν σὴν εἰρήνην δὸς ἡμῖν, καὶ ἐλέησον ἡμᾶς, ὡς μόνος οἰκτίρμων.

¶ Τὸ Κύριε ἐλέησον μ', εἶτα καὶ τὴν εὐχὴν, Ὁ ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ πάσῃ ὥρᾳ. Τὸ Κύριε ἐλέησον γ'. Δόξα, Καὶ νῦν. Τὴν τιμιωτέραν. Ἐν ὀνόματι τοῦ Κυρίου, εὐλόγησον Πάτερ. Δι' εὐχῶν τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῶν.

Ἄσπιλε, ἀμόλυντε, ἄφθορε, ἄχραντε, ἁγνὴ, παρθένε, θεόνυμφε Δέσποινα, ἡ Θεὸν Λόγον τοῖς ἀνθρώποις τῇ παραδόξῳ σου κυήσει ἑνώσασα, καὶ τὴν ἀπωσθεῖσαν φύσιν τοῦ γένους ἡμῶν τοῖς οὐρανίοις συνάψασα. Ἡ τῶν ἀπηλπισμένων μόνη ἐλπὶς, καὶ τῶν πολεμουμένων βοήθεια· ἡ ἑτοίμη ἀντίληψις τῶν
E εἰς σὲ προστρεχόντων, καὶ πάντων τῶν Χριστιανῶν τὸ καταφύγιον· μὴ βδελύξῃ με τὸν ἁμαρτωλὸν, τὸν ἐναγῆ, τὸν αἰσχροῖς λογισμοῖς, καὶ λόγοις, καὶ πράξεσιν, ὅλον ἐμαυτὸν ἀχρειώσαντα, καὶ τῇ τῶν ἡδονῶν τοῦ βίου ῥᾳθυμίᾳ γνώμῃ δοῦλον γινόμενον. Ἀλλ' ὡς τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ μήτηρ, φιλανθρώπως σπλαγχνίσθητι ἐπ' ἐμοὶ τῷ ἁμαρτωλῷ καὶ ἀσώτῳ· καὶ δέξαι μου τὴν ἐκ ῥυπαρῶν χειλέων προσφερομένην σοι δέησιν· καὶ τὸν Υἱόν σου καὶ ἡμῶν Δεσπότην καὶ Κύριον, τῇ μητρικῇ σου παῤῥησίᾳ χρωμένη δυσώπησον, ἵνα ἀνοίξῃ κἀμοὶ τὰ φιλάνθρωπα σπλάγχνα τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος, καὶ παριδών μου τὰ ἀναρίθμητα πταίσματα, ἐπιστρέψῃ με πρὸς μετάνοιαν, καὶ τῶν αὐτοῦ ἐντολῶν ἐργάτην δόκιμον ἀναδείξῃ με.

Καὶ πάρεσό μοι ἀεὶ, ὡς ἐλεήμων καὶ συμπαθὴς καὶ φιλάγαθος, ἐν μὲν τῷ παρόντι βίῳ, θερμὴ προστάτις καὶ βοηθὸς, τὰς τῶν ἐναντίων ἐφόδους ἀποτειχίζουσα, καὶ πρὸς σωτηρίαν καθοδηγοῦσά με, καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐξόδου μου τὴν ἀθλίαν μου ψυχὴν περιέπουσα, καὶ τὰς σκοτεινὰς ὄψεις τῶν πονηρῶν δαιμόνων πόῤῥω αὐτῆς ἀπελαύνουσα. Ἐν δὲ τῇ φοβερᾷ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, τῆς αἰωνίου με ῥυομένη κολάσεως, καὶ τῆς ἀποῤῥήτου δόξης τοῦ σοῦ Υἱοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν κληρονόμον με ἀποδεικνύουσα· ἧς καὶ τύχοιμι, Δέσποινά μου ὑπεραγία Θεοτόκε, διὰ τῆς σῆς μεσιτείας καὶ ἀντιλήψεως, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ, τοῦ
F Κυρίου καὶ Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Καὶ δὸς ἡμῖν, Δέσποτα, πρὸς ὕπνον ἀπιοῦσιν ἀνάπαυσιν σώματος καὶ ψυχῆς· καὶ διαφύλαξον ἡμᾶς, ἀπὸ τοῦ ζοφεροῦ ὕπνου τῆς ἁμαρτίας, καὶ ἀπὸ πάσης σκοτεινῆς καὶ νυκτερινῆς ἡδυπαθείας. Παῦσον τὰς ὁρμὰς τῶν παθῶν, σβέσον τὰ πεπυρωμένα βέλη τοῦ πονηροῦ, τὰ καθ' ἡμῶν δολίως κινούμενα, τὰς τῆς σαρκὸς ἡμῶν ἐπαναστάσεις κατάστειλον, καὶ πᾶν γεῶδες καὶ ὑλικὸν ἡμῶν φρόνημα κοίμισον, καὶ δώρησαι ἡμῖν ὁ Θεὸς γρήγορον νοῦν, σώφρονα λογισμὸν, καρδίαν νήφουσαν, ὕπνον ἐλαφρὸν, καὶ πάσης σατανικῆς φαντασίας ἀπηλλαγμένον. Διανάστησον δὲ ἡμᾶς ἐν τῷ καιρῷ τῆς προσευχῆς, ἐστηριγμένους ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου, καὶ τὴν μνήμην τῶν σῶν κριμάτων, ἐν ἑαυτοῖς ἀπαράθραυστον ἔχοντας. Παννύχιον ἡμῖν τὴν δοξολογίαν χάρισαι, εἰς τὸ ὑμνεῖν καὶ εὐλογεῖν καὶ δοξάζειν τὸ πάντιμον, καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

¶ Καὶ γίνεται ἀπόλυσις, καὶ ἡ συγχώρησις παρὰ τοῦ Ἱερέως.

274 COMM. *Hic monet Horologium, illum veniæ petendæ ritum quærendum esse ex Apodipno majore, unde non gravabar illum describere. Sic ergo habet.*

¶ Præpositus inclinans se ad terram usque dicit Fratribus: Benedicite, Patres sancti, ignoscite mihi peccatori. Et Fratres: Deus ignoscat tibi, Pater,

¶ Ποιήσας ὁ Προεστὼς μετάνοιαν ἐπὶ γῆς, λέγει τοῖς Ἀδελφοῖς, Εὐλογεῖτε Πατέρες ἅγιοι, συγχωρήσατέ μοι τῷ ἁμαρτωλῷ. Καὶ οἱ Ἀδελφοὶ, Ὁ Θεὸς συγχωρήσει σοι,

Πέ-

A Πάτερ ἅγιε. καὶ ἄρχονται οἱ Ἀδελφοὶ ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ καὶ ἀριστεροῦ χοροῦ κατὰ τάξιν ἀνὰ εἷς ποιεῖν ὁμοίως, καὶ αἰτεῖσθαι καὶ λαμβάνειν συγχώρησιν, μέχρις οὗ πληρωθῶσιν ἅπαντες· ὁ δὲ Ἱερεὺς λέγει· Εὐξώμεθα ὑπὲρ τῶν ὀρθοδόξων Χριστιανῶν. Καὶ Ἀδελφοὶ συνεχῶς τό, Κύριε ἐλέησον. Ὑπὲρ εὐοδώσεως καὶ ἐνισχύσεως τοῦ φιλοχρίστου στρατοῦ. Ὑπὲρ τοῦ Ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν, καὶ πάσης τῆς ἐν Χριστῷ ἡμῶν ἀδελφότητος. Ὑπὲρ τῶν ἀπολειφθέντων Πατέρων καὶ Ἀδελφῶν ἡμῶν. Ὑπὲρ τῶν διακονούντων καὶ διακονησάντων ἡμῖν. Ὑπὲρ τῶν μισούντων καὶ ἀγαπώντων ἡμᾶς. Ὑπὲρ τῶν ἐντειλαμένων ἡμῖν τοῖς ἀναξίοις εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν. Ὑπὲρ ἀναρρύσεως τῶν αἰχμαλώτων. Ὑπὲρ τῶν ἐν θαλάσσῃ πλεόντων. Ὑπὲρ τῶν ἐν ἀσθενείαις κατακειμένων. Ὑπὲρ εὐφορίας τῶν καρπῶν τῆς γῆς. Καὶ ὑπὲρ πάντων τῶν προαναπαυσαμένων Πατέρων καὶ Ἀδελφῶν, τῶν ἐνθάδε κειμένων, καὶ ἁπανταχοῦ ὀρθοδόξων. Εἴπωμεν καὶ ὑπὲρ αὐτῶν τό, Κύριε ἐλέησον.

¶ Καὶ λαμβάνομεν οἱ πάντες συγχώρησιν ἀπὸ τοῦ Προεστῶτος, καὶ ἀπερχόμεθα ἐν τοῖς κελλίοις ἡμῶν, λέγοντες τὴν εὐχὴν ταύτην·

Τοὺς μισοῦντας καὶ ἀδικοῦντας ἡμᾶς συγχώρησον Κύριε. Τοὺς ἀγαθοποιοῦντας, ἀγαθοποίησον. Τοῖς ἀδελφοῖς καὶ ἰδίοις ἡμῶν, χάρισαι τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτήματα καὶ ζωὴν τὴν
B αἰώνιον. Τοὺς ἐν ἀσθενείᾳ ἐπίσκεψαι, καὶ ἴασιν δώρησαι. Τοὺς ἐν θαλάσσῃ κυβέρνησον· Τοῖς ἐν ὁδοιπορίαις συνόδευσον. Τῷ Βασιλεῖ συμμάχησον. Τοῖς διακονοῦσι καὶ ἐλεοῦσιν ἡμᾶς, ἁμαρτιῶν ἄφεσιν δώρησαι. Τοὺς ἐντειλαμένους ἡμῖν τοῖς ἀναξίοις, εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν, ἐλέησον κατὰ τὸ μέγα σου ἔλεος. Μνήσθητι, Κύριε, τῶν προκοιμηθέντων Πατέρων καὶ Ἀδελφῶν ἡμῶν, καὶ ἀνάπαυσον αὐτοὺς ὅπου ἐπισκοπεῖ τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου. Μνήσθητι, Κύριε, τῶν Ἀδελφῶν ἡμῶν τῶν αἰχμαλώτων, καὶ λύτρωσαι αὐτοὺς ἀπὸ πάσης περιστάσεως. Μνήσθητι, Κύριε, τῶν καρποφορούντων καὶ καλλιεργούντων ἐν ταῖς ἁγίαις σου ἐκκλησίαις, καὶ δὸς αὐτοῖς τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτήματα, καὶ ζωὴν τὴν αἰώνιον. Μνήσθητι, Κύριε, καὶ ἡμῶν τῶν ταπεινῶν, καὶ ἁμαρτωλῶν, καὶ ἀναξίων δούλων σου· καὶ φώτισον ἡμῶν τὸν νοῦν τῷ φωτὶ τῆς γνώσεώς σου, καὶ ὁδήγησον ἡμᾶς ἐν τῇ τρίβῳ τῶν ἐντολῶν σου· πρεσβείαις τῆς παναχράντου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ πάντων σου τῶν Ἁγίων· ὅτι εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

sancte. Et incipiunt Fratres a dextero & sinistro choro secundum Ordinem singuli facere consimiliter; & alter ab altero petere, & accipere veniam, donec omnes absolverint. Tum Sacerdos dicit: Oremus pro Christianis recte sentientibus. Et Fratres assidue, Domine miserere. Pro felici itinere, & robore Christiani exercitus. Pro Archiepiscopo nostro, & tota nostra in Christo Fraternitate. Pro Patribus, & Fratribus nostris derelictis. Pro omnibus, qui nobis serviunt, & servierunt. Pro habentibus nos odio, & amantibus. Pro omnibus, qui a nobis indignis petierunt pro se orari. Pro redemptione captivorum. Pro navigantibus in mari. Pro jacentibus in infirmata. Pro ubertate fructuum terræ. Pro omnibus defunctis, Patribus, & Fratribus, hic sepultis, & pro Orthodoxis, qui sunt ubique terrarum. Dicamus & pro illis, Domine miserere.

D

AUCT. N.R.

275 Et omnes accipimus veniam a Præposito, & discedimus ad suam quisque cellulam, recitantes hanc orationem:

Habentibus nos odio, & lædentibus ignosce, Domine. Benefacientibus benefac. Fratribus, atque familiaribus concede facientia ad salutem postulata, & vitam æternam. Infirmos respice, & iis medelam largire. Guberna in mari navigantes. Iter facientes comitare. In bello adjuva Imperatorem. Mendicantibus pro nobis, & nostri miserentibus veniam peccatorum tribue. Secundum magnam misericordiam tuam miserere eorum, qui se nostris indignorum precibus commendarunt. Memento Domine, defunctorum Patrum, ac Fratrum nostrorum, eosque ibi refocilla, ubi lumen vultus tui aspicitur. Memento, Domine, Fratrum nostrorum captivorum, & eos ab omni necessitate libera. Memento, Domine, referentium fructus ac bene facientium sanctis ecclesiis tuis, illisque concede salutaria ipsorum postulata, & vitam æternam. Memento, Domine, etiam nostrum humilium, peccatorum, indignorumque famulorum tuorum; atque illumina mentem nostram lumine cognitionis tuæ, & in semita mandatorum tuorum nos dirige, precibus incontaminatæ Dominæ nostræ Deiparæ & semper Virginis Mariæ, omniumque Sanctorum, quia benedictus es in secula seculorum. Amen.

E

C

CONCLUSIO.

F

276 *Hic habes, erudite Lector, totum Officii Græci ordinem: in quo sine dubio observasti, quam sæpe ubique ingeminetur* Κύριε ἐλέησον *&* ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος. *Certe Concilium Vasense, seu Vasionense (errant, qui Vasatense appellant) passim tertium inscriptum, & celebratum anno DXXIX; consuetudinem istam mirifice dilaudat; quando can. 3. ita sancit:* Et quia tam in Sede Apostolica, quam etiam per totas Orientales atque Italiæ provincias, dulcis & nimium salutaria consuetudo est intromissa, ut Kyrie eleison frequentius cum grandi affectu & compunctione dicatur; placuit etiam nobis, ut in omnibus Ecclesiis nostris ista tam sancta consuetudo, & ad Matutinum, & ad Missas, & ad Vesperam, Deo propitio intromittatur. Et in omnibus Missis, seu in Matutinis, seu in Quadragesimalibus, seu in illis, quæ pro defunctorum commemoratione fiunt, semper Sanctus, Sanctus, Sanctus eo ordine, quomodo ad Missas publicas dicitur, dici debeat; quia tam sancta & tam dulcis & desiderabilis vox, etiamsi die noctuque possit dici, fastidium non poterit generare.

277 *Observasti, opinor, præterea singulos Modulos, sive Troparia usu ferme singulas fidei orthodoxæ confessiones: modo enim Arius, modo Nestorius, modo Eutyches, modo Sabellius, modo alia hæreticorum monstra profligantur. Verumtamen Orientalis Ecclesia per suum* Καὶ νῦν, *non tam clare Verbi æternitatem explicat, quam Occidentalis per suam* Sicut erat in principio. *Quamquam Concilium Vasense supra citatum can. 5. hanc clausulam etiam in Ecclesia Orientali usurpatam fuisse supponat.* Et quia, *inquit*, non solum in Sede Apostolica, sed etiam per totum Orientem, & totam Africam, vel Italiam, propter hæreticorum astutiam, qui Dei Filium non semper cum Patre fuisse, sed a tempore cœpisse blasphemant, in omnibus clausulis post Gloria, Sicut erat in principio, dicitur; etiam & nos, in universis ecclesiis nostris hoc ita dicendum esse, decernimus.

278 *Sed in quæstione facti particularis facile errare potuit Concilium. Multo facilius errare potui ego in hujusce Officii partibus conjungendis explicandisque; neque dubito, quin erraverim persæpe: quis enim tam lucens, qui in tantis tenebris nusquam offendat, nusquam incurrat? Quare oro eruditum Lectorem, ut quos deprehenderit errores, mihi indicare ne gravetur. Rem gratam præstiterit putato, qui corrigam: nam (ut loquar cum*

AUCT. N.R.

A *cum S. Augustino in proœmio libri 2. de Trinit.*) magis optabo a quolibet reprehendi, quam sive ab errante, sive ab adulante laudari: nullus enim reprehensor timendus est amatori veritatis. *Hoc tamen moneo, antiquum Græcorum Officium, neque ad Anthologium Antonii Arcudii, neque ad Horologium Cryptæ-ferratæ ordinis S. Basilii, tamquam ad suam normam, exigendum esse; quia hoc Horologium ritibus Latinis conformius est, quam Græcis: illud autem Anthologium tantum est prosit*, qui iter agentes seu peregre proficiscentes, ægrotantes, vel alias legitime impediti, choro interesse nequeunt, *ut patet ex litteris Clementis Papæ VIII. ad ejusdem Anthologii calcem legendis*.

279 *De hujus Officii auctore Joanne Euchaita dubitare poterit aliquis, orthodoxusne fuerit, an hæreticus; quia num. 186. diserte affirmans processionem spiritus a Patre tacet de Filio; eoque potest in suspicionem venire, ut communi Græcorum plurium errore eumdem a Filio quoq; procedere non crediderit. Error, fateor, hic fuisset gravis, & quidem jam tum damnatus a Romana* B *Ecclesia: sed ex isto silentio, Joanni illi hæreseos nota affricari non potest. Nam (ut est apud Baronium tom. 9. ad an. 791.) Græci, dicentes Spiritum sanctum a Patre procedere, sed non negantes procedere a Filio, non damnantur, sed illi dumtaxat, qui id negant. Atque hoc modo Hadrianus Papa, in Responsionibus ad Carolum Magnum datis adversus Synodi secundæ Nicænæ obtrectatores excusat Tarasium, qui Spiritum sanctum dixerat ex Patre procedere per Filium, & ait:* Hoc dogma Tarasius non per se explanavit, sed per doctrinam SS. Patrum confessus est. *Consuli etiam post S. Thomas p. 1. q. 36. art. 3. Nihil autem in hanc rem potest afferri illustrius, quam id, quod in sua Constitutione*, Presbyteri Græci, *habet Clemens VIII* Græci, *inquit*, credere tenentur, etiam a Filio Spiritum sanctum procedere, sed non tenentur pronuntiare, nisi subesset scandalum; præsertim si degant inter Latinos, aut necessitas postularet confitendi fidem Catholicam, quia tunc oporteret etiam pronuntiare. D

280 *Igitur cum hic scandali periculum abfuerit, ob istud de processione ex Filio silentium, orthodoxia Joannis in suspicionem vocari non potest: adeoque nec ipsa institutio Festi, ordinatioque Officii, quorum causa hæc tractavimus, ad trium Doctorum Græcorum communem laudem. Nec enim fas sit opinari, eos se voluisse per hominem hæreticum toti Orientali Ecclesiæ commendare, velut ex revelatione divinitus facta. Maneat etiam nobis* Joannes, *eo quo a Græcis jure appellabatur*, Sanctus Pater noster; *licet necdum compertum sit, an & quo die fuerit a suis Euchaitis cultus, ut talis; & credantur Sancti ipsi, ex novi sui Festi institutione, ipsismet, qui illud tunc suscepturi essent, Græcis, numquam fidei a se prædicatæ sectatoribus, testimonium dedisse orthodoxiæ, licet quoad istud punctum minus explicitæ, dilucidæque. Orent autem ipsorum Doctorum* E *Trias, ut ad fidei Catholicæ unitatem, quam ipsi tenuerunt, redeant omnes ubique eorum posteri, quibus tam salutari doctrina olim frui & informari licuit: ac salva rituum hinc illinc laudabiliter institutorum diversitate, tam illi reverenter suspiciant Latinorum Officiorum cursum breviorem; quam Latini probant prolixiorem Græcorum hoc tractatu explicatam, ad ejus honorem, quem omnis lingua laudat Dominum, in secula seculorum. Amen.*

INDEX

INDEX RERUM MEMORABILIUM.

Dago-

Ne-

Ne-

Ne-

nunc

INSTRUCTIO BIBLIOPEGI

CIRCA ORDINEM TABULARUM.

FINIS SECUNDI TOMI.

